M

UNIVERSITAS
O. M. I.
OTTAWIENSIS

Don
de l'Institut Catholique
DE PARIS

ELENCHUS
AUCTORUM ET OPERUM

QUI IN HOCCE VOLUMINE CONTINENTUR.

—

PEQUIGNY. — JOANNES A GORCUM. — ESTIUS. — CORNELIUS A LAPIDE.

In Epistolas D. Pauli ad Romanos; I et II ad Corinthios;
ad Galatas; ad Ephesios; ad Philippenses; ad Colossenses; I et II ad Thessalonicenses,
Commentaria.

—

INDEX RERUM.

Excudebat Migne,
in viâ dictâ D'Amboise, hors la barrière d'Enfer.

Digitized by the Internet Archive
in 2012 with funding from
University of Toronto

http://archive.org/details/scripturaesacrae24mign

SCRIPTURÆ SACRÆ

CURSUS COMPLETUS,

EX COMMENTARIIS OMNIUM PERFECTISSIMIS UBIQUE HABITIS, ET A MAGNA PARTE EPISCOPORUM NECNON THEOLOGORUM EUROPÆ CATHOLICÆ, UNIVERSIM AD HOC INTERROGATORUM, DESIGNATIS, UNICÈ CONFLATUS;

Plurimis annotantibus presbyteris ad docendos levitas pascendosve populos altè positis.

ANNOTAVIT VERO SIMUL ET EDIDIT

J.-P. M****.

TOMUS VIGESIMUS-QUARTUS.

IN EPISTOLAS D. PAULI AD ROMANOS; I ET II AD CORINTHIOS; AD GALATAS; AD EPHESIOS; AD PHILIPPENSES; AD COLOSSENSES; I ET II AD THESSALONICENSES,

Commentaria.

UNIVERSITAS O. M. I. OTTAWIENSIS
Universitas BIBLIOTHECA Ottaviensis
ANNEXE DE LA BIBLIOTHÈQUE uOttawa LIBRARY ANNEX

PARISIIS,
APUD EDITOREM,
IN VIA GALLICÈ DICTA:
RUE D AMBOISE, BARRIÈRE D'ENFER.

1840.

BS
610
.L3 M5
1837
v. 24

MONITUM.

Si consulantur quotquot hanc materiam tractavêre scriptores, si nostræ ad omnes universim theologos præmissæ consultationes attendantur, si seminariorum denique spectentur traditiones, ac uniuscujusque Scripturas excolentis vox quaquaversùm recolatur, tres præsertim exstitêre viri qui D. Pauli Epistolas luculenter admodùm commentati sunt, nempe Cornelius à Lapide, Estius et Pequigny; nec unum præ duobus aliis extollere, nec cuilibet ex tribus eorum commentariis palmam concedere nemo adhuc ausus est. Porrò illud nobis felicissimè obtigit, ut nodum Gordianum, gladio non adhibito, solveremus, ita ut omnium omninò placitis satisfacere, omnesque hâc de re sensus præconceptos demulcere, nullâ tantarum divitiarum parte detractâ, potuerimus : integrum scilicet Bernardini à Piconio opus exhibebimus, tum unà subjungetur Estii necnon Cornelii à Lapide exquisita Epitome, auctore Joanne à Gorcum. Et hæc erit, ni fallimur, præstantissima laboris nostri ordinatio, atque omnium votis certè accommodatissima : quæ quidem nostra assertio, si fortè à vero vel minimùm abesse quibusdam videatur, nullam perficiendi operis rationem nobis ampliùs suppetere libenter fatebimur.

BERNARDINI A PICONIO VITA.

Bernardinus a Piconio (Gallicè de Pequigny), minorita capucinus, necnon theologiæ emeritus professor, Piconii natus est anno 1633, ac Lutetiæ Parisiorum obiit anno 1709. Pauca admodùm de ipso narrant historici, nisi quòd suis in sacros novi Testamenti Libros lucubrationibus plurimùm inclaruerit, quippe qui Evangelia egregiis omninò commentariis illustravit, ac D. Pauli Epistolas triplici expositione interpretatus est, quod quidem posterius opus à Clemente Papâ XI laudibus exornari meruit. Hanc verò laboris sui formam instituit Piconius : 1° analysim exhibet, quâ textûs apostolici ordo connexioque declarantur; 2° paraphrasim subjungit, quâ mens Apostoli breviter clarèque exponitur; 3° demùm commentarium annectit, ubi litterales notæ, variæ lectiones ac sensus textui conformiores afferuntur. His omnibus accedunt observationes dogmaticæ, piæ, morales et asceticæ, necnon variæ praxes christianæ per totum commentarium dispersæ, et in corollario pietatis post singula capita collectæ; adeò ut ex doctissimi simul et religiosissimi auctoris labore magna quædam seges fructuum maximè desiderabilium non modò divini verbi concionatoribus ad suî et aliorum salutem, sed et omnibus quibuscumque ad divinam mentis et cordis vitam enascatur.

JOANNIS GORCOMII VITA.

Gorcomius seu a Gorcum (Joannes), Batavus, ex oppido patrio Mosæ adsito, ac BB. Martyrum, anno 1572 pro Christi fide ab hæreticis interemptorum nece famoso, nomen adeptus est. Eum è parentibus Calvinianâ hæresi imbutis natum inde constat, quòd ipse eidem aliquantisper acquievit. Sed errantem ovem ad Domini caulam revocavit venerabilis vir Peregrinus Pullenius Ruræmundanensis presbyter, circa initium seculi decimi septimi. Ad sacerdotii subinde dignitatem evectus, per reliquum vitæ tempus nullâ die destitit christianam plebem ad morum emendationem ac sinceram pietatem quâ voce, quâ scripto, quâ vitæ sanctioris exemplo, provocare; quibus dùm totus incumberet Gorcomius, obiit in oppido Sylvæducensi, anno, ut probabilior conjectura est, 1623.

Operum à Gorcomio editorum indicem sequens catalogus exhibet : 1° *Exercitatio spiritualis ad unionem cum Deo, in hæc verba psalmi* 72 : « *Mihi autem adhærere Deo bonum est,* » etc., Belgicè, uti sequentia sex; Antuerpiæ 1610, in-12; — 2° *Spiritualis Clypeus, Catholicis universis adversùs quotidiana adversariorum tela perutilis; liber è sacris Scripturis et SS. Patribus collectus*, cui accessit *Expositio duodecim articulorum Symboli Apostolici*, Antuerpiæ 1610, in-12, ac Sylvæduci 1616, in-12; — 3° *Nuptiæ spirituales inter Deum et naturam humanam*, 1611, in-12; — 4° *Spiritualium florum Hortulus*, præclara multa de virtutum amore et vitiorum odio documenta complectens, per quæstiones et responsa, alphabeti ordine digestus, 1612, in-12; — 5° *Consolatorium ægrorum*, 1614, in-16; — 6° *Expositio mystica Cantici canticorum*, 1616, in-12; — 7° *Speculum perfectionis cognitionis*, 1618, in-12; — 8° *Epitome librorum R. P. Jacobi Alvari de Paz, societatis Jesu, de vitâ spirituali ejusque perfectione*, 1620, in-12; — 9° *Epitome Commentariorum Estii et Cornelii à Lapide in omnes D. Pauli Epistolas.* Illud porrò compendium, quod lectoribus nunc exhibemus, Gorcomius « succinctè ac summatim concinnare « studuit, ita tamen nullum ut locum vel verbum omiserit, quod aliquam includere difficultatem videatur, quin « ejus..... quoad licuit, dilucidam expositionem afferat. » Verba sunt ipsius auctoris infra in præfatione relata. Subjungit verò : « Nullum per me, vel Apostolus ipse, vel commentatores ambo, patiuntur detrimen- « tum. » Iterùm : « Nihil quod ambo quidem cognitu habent necessarium omitto. » Et hæc reverà egregiè

à breviatore nostro præstita fatebitur, quisquis hanc ejus Epitomen cum Estii et Cornelii Commentariis contulerit.

ESTII VITA.

Estius (Guillelmus), William Hessels van Est nuncupatus, Gorcomii in Hollandiâ natus est anno 1542, ex antiquâ familiâ Estianâ (d'Est). Lovanii doctoris infulam adeptus est anno 1580. Duacum ob præclaras animi facultates accersitus, theologiæ professor, seminariique superior, præbendam in primariâ S. Petri basilicâ consecutus est, ac Universitatis cancellarii munere insignitus. Eâdem in urbe vitâ functus est Estius anno 1613, ætatis verò 71, vir singulari doctrinâ simul et sacerdotali pietate conspicuus, quem ob improbos labores scientiæque altitudinem Benedictus XIV *doctorem fundatissimum* appellavit.

Edidit 1° *Commentarium in Magistrum Sententiarum*, 2 vol. in-fol., Parisiis, 1696, et Neapoli, 1720, opus sanè exquisitum, multisque Scripturæ sacræ ac Patrum locis corroboratum, quod junioribus theologiæ candidatis plurimùm commendavit Dupinus; — 2° *Commentarium in Epistolas D. Pauli*, quod abbreviatum à Joanne Gorcomio infra subjungimus. Hic verò monendum, nos valdè dolere quòd Estius, optimus quanquàm catholicus, aliquando tamen Hesselii Baiique quos magistros habuit loquendi modum secutus sit. Cautè igitur inter alia legendum quod profert in Commentario ad Hebr. 9, 28, ex Valentinâ anni 855 synodo, *Christum non fudisse sanguinem pro omnibus omninò hominibus, sed tantùm pro iis qui credunt, atque erroris damnandos qui secùs sentiunt.* Constat verò hancce Valentinam synodum ab Apostolicâ Sede nunquàm fuisse approbatam. — 3° *Annotationes in loca difficiliora sacræ Scripturæ*, Duaci, 1628, in-fol., et Antuerpiæ, 1699; — 4° *Orationes theologicas XIX*, Lovanii; — 5° *Historiam martyrum Gorcomiensium*, Duaci, 1603, in-8°; — 6° *Martyrium Edmundi Campiani S. J., è Gallico sermone in Latinum translatum.*

Quantùm ad ea quæ Cornelium à Lapide spectant, cujus abbreviatum in D. Pauli Epistolas commentarium Estii fœtibus adjunctum exhibet infra Joannes à Gorcum, ad tomum 5 Scripturæ sacræ lectores nostros remittimus, in quo, col. 31-32, ipsius texta est biographia.

BERNARDINI A PICONIO
HOC OPUS INCHOANTIS
DEO OPTIMO MAXIMO
VOTUM.

Gratiâ tuâ ab omnibus liber, unum te quæro, ô Deus veritas et amor! hancque felicem mentis et cordis vitam in terris inchoare desidero, quam in cœlis per totam æternitatem, infinitâ tuâ fretus misericordiâ, ducturum me spero.

Ibi tunc eris perfecta mentis meæ vita, cùm te, ô summa veritas, clarè videbo; ibi tunc eris plena cordis mei vita, cùm te, ô Deus charitas æterna, toto corde diligam.

Quando itaque veniam et apparebo ante faciem tuam? ô Deus, summa mentis et cordis felicitas! quando te facie ad faciem intuebor? quando te totâ cordis plenitudine diligam? quando tibi totâ animâ adhærens, unitus, totus in te transformatus, totus in tuæ divinitatis abyssum immissus et absorptus, unus tecum ero spiritus, tuâ vitâ vivam, tuâ beatitudine beatus?

Hæc est vita æterna.

Interim tibi, ô Deus, omne bonum, omnisque boni centrum, per fidem et charitatem adhærere, et in te solo, Domino et Deo meo, totam ponere spem meam, mihi bonum et omne bonum esse, tuâ gratiâ intelligo; hoc vita, hoc gloria, hoc divitiæ, hoc beatitudo, hoc omne bonum.

Hanc igitur sacram divinamque adhæsionem, eâdem tuâ gratiâ, libens et gaudens eligo, tibi uni deinceps vacaturus, per assiduam orationem et per continuam meditationem verbi tui, quod æternæ veritatis tuæ quasi radius est, et divini amoris tui velut scintilla; et ideò mentis et cordis inchoata vita; vita quippe mentis veritas, vita cordis amor.

Confirma hoc Deus quod operatus es in me. Adjuva me Deus, salutaris meus, et propter gloriam nominis tui, ab omnibus obstaculis liberum me, tuâ gratiâ, in hoc sacro otio, quod et magnum negotium est, sustine; vivam inposterum tibi, soli, totus, omninò, semper. Hoc ut ita sit:

Illumina vultum tuum super me, et miserere mei, ô Deus veritas! ure cor meum et renes meos, ô Deus charitas! luceam à te! ardeam ex te!

Hic eloquiorum tuorum veritate nutriar, donec te, veritatem ipsam, videam; et videndo, nutriar ex te.

Hic eloquiorum tuorum ignibus ardescam donec te,

æternâ charitate, fruar, tuîque amore beatifico, in te transformatus, ex te et in te vivam.

Sis nunc in terris vita mea per verbi tui irradiationem et ardorem, donec per tuam essentiam, quæ veritas et charitas est, mea sis in cœlo, æterna beataque vita.

Scopus auctoris,

OPERISQUE RATIO ET OCCASIO.

Hoc opus, quod in publicum nunc prodit, multis, si Deo placet, profuturum ; ad meam utilitatem propriam mentis nimirùm et cordis vitam, scripsi.

Duplex itaque mihi fuit in assiduâ, per plures annos, Epistolarum beati Pauli lectione et jugi meditatione scopus ; veritatem, scilicet, quæ ex D. Augustino, vita mentis est, indagare ; et charitatem, quæ ex eodem doctore, vita cordis est, accendere, nutrire, augere ; et reverà, Deo votis meis annuente, tot et tantos effectus utriusque percepi, ut hoc opus, quamdiù fuit mihi proprium, vocaverim vitam mentis et cordis.

Illius autem scribendi hæc ratio fuit et occasio.

Primò, sanctum Paulum semper veneratus sum, ut totius mundi doctorem, ab ipso Christo Domino, jam glorioso et in cœlis regnante, edoctum, Dei Spiritu afflatum; et è cœlis ad nos missum, quasi à suo latere legatum, suique Evangelii præconem et interpretem fidelissimum.

Secundò hujus apostoli scripta mihi visa sunt in Ecclesiâ, quasi fontes luminis et ignis perennes et inexhausti ; unde veritas et amor indesinenter et ubique scaturiunt ; unde vita mentis et cordis, omnibus illa piè meditantibus, occultâ sancti Spiritûs subministratione, tribuitur.

Hinc animus meus, ad illa luminis et ignis scripta, semper fuit propensissimus; verùm ad ea quietè legenda, penetranda et gustanda, mihi non dabatur otium conveniens.

Divinâ tandem favente providentiâ, ab aliorum curâ fui liber, optatum mihi concessum est otium ; tunc nullatenùs hæsitavi quid agerem, ubi mentis et cordis vitam quærerem ; sed divino quasi instinctu impulsus et abreptus, animum applicui totum, ad hos vitæ divinæ fontes; seu ad hæc apostolica luminis et ignis scripta legenda, scrutanda, die ac nocte meditanda.

Nec me spes mea fefellit : etenim in hâc jugi et assiduâ meditatione, et lumen vidi, et ignem sensi ; et mens mea, verborum Dei veritate nutrita, et cor meum, divinis illorum ardoribus animatum, revixit.

Tunc tamen ita legebam, ita meditabar, ut nec quidquam scriptis mandarem ; imò nec scribendi mens esset ; etenim lux non ita facilè pingitur, ac videtur ; nec calor exprimitur, sicut sentitur.

At meâ demùm experientiâ doctus, quòd sæpè sæpiùs transitoriæ sunt et quasi momentaneæ mentis irradiationes, cordisque motiones ; aliqua tandem decrevi ad meam doctrinam, ædificationem, et consolationem propriam scribere ; ut his scriptis in memoriam mihi revocarentur cogitationes, sensus et effectus, quos in lectione et meditatione perceperam, et quorum sacrâ ruminatione nutriri exoptabam.

Scripsi itaque aliqua et primùm quidem sine methodo, prout res, occasio et affectus suggerebant.

Sed alterâ doctus experientiâ quòd è memoriâ elaberentur quamplurima, et quidem ad textûs intelligentiam planè necessaria ; et quæ mihi per meditationem fuerant elucidata, verbi gratiâ, naturalis ordo textûs apostolici, et eorum quæ in textu interseruntur, connexio; mens Apostoli, sensusque probabilior; quæ omnia non primo semper intuitu patent ;

Hinc, ut memoriæ deficienti opitularer, et meæ meditationis mihi perseveraret utilitas ; incœpi post diuturnam et exactam cujusque capitis discussionem ; imò et post singulorum versuum et verborum saltem obscuriorum explicationem, in commentario factam ; cùm mihi scilicet omnia vividiùs et clariùs erant in mente ; incœpi, inquam, brevem capitis analysim facere, in quâ velut in speculo, mihi statim exhiberetur ordo et connexio textûs apostolici ; deinde et quamdam quasi paraphrasim, ex ipsismet Apostoli verbis, quantùm potui, paucis tantùm ad elucidationem additis, componere; quæ mihi mentem illius fideliter exponeret.

Sic ergo triplex mihi ferè incogitanti nata est apostolicarum epistolarum expositio, per analysim, paraphrasim et commentarium ; cum hoc discrimine, ut quæ hìc ordine sunt priores, natu tamen sint posteriores. Analysis et paraphrasis post commentarium prodierunt ; illi nihilominùs præponuntur, quia facem unaquæque suo modo præfert ad faciliorem et pleniorem totius capitis intelligentiam ; analysis exhibens partes, ordinem et connexionem textûs ; paraphrasis mentem et sensum litteræ propiorem breviter exponens ; donec in commentario lux plena detur.

Porrò circa triplicem hanc expositionem paucis adnoto quale meum fuerit studium.

In analysi faciendâ curavi, ut verè et merè esset analysis, seu resolutio capitis in suas partes, earum ordinem et connexionem simpliciter declarans ; non verò commentarius foret, aut quid commentarii vicem tenens.

In paraphrasi texendâ vitavi ne plura dicerem quàm cogitaverit Apostolus ; hinc illius mentem breviter et clarè aperui, ipsius Apostoli verbis, aut saltem æquivalentibus, paucis aliquando tantùm additis, ad pleniorem mentis illius intelligentiam necessariis.

In commentario attendi, ne tricis grammaticalibus,

aut quæstionibus merè curiosis animus distractus exsiccaretur; hinc eas non vitavi tantùm, sed et ubique observationes pias, morales et ascéticas miscui, cum praxibus christianis, quæ pietatem accenderent, augerent et nutrirent.

An successus voluntati respondeat; penès eruditum lectorem sit judicium; in hoc etiam laudabilis, ut puto, conatus, qui forsan aliis ansam dabit feliciùs laborandi.

At, inquies, hàc triplici expositione, fit et triplex ejusdem rei repetitio.

Fateor, sed unaquæque diversimoda, alteri superaddens, sicque nulla superflua; imò ad plenam textûs intelligentiam, unaquæque utilis et suo modo necessaria.

Sic crepusculum, aurora et meridies sibi succedunt invicem, nec tamen obstant; quia lux una disponit ad aliam, et alia perficit aliam.

Sic viatori Romam, v. g., Parisiis proficiscenti, non obest, imò prodest provinciarum et urbium, quas peragraturus est, in chartâ geographicâ inspectio; deinde et earumdem in seipsis intuitus, primo in summâ, deinde in individuo.

Analysis itaque quasi crepusculum est, Paraphrasis quasi aurora, Commentarius quasi meridies.

Rursùs analysis, quasi charta geographica, breviter et in puncto designat provincias, urbes et oppida, per quæ iter faciendum est: paraphrasis easdem provincias, urbes et oppida in seipsis exhibet itineranti; sed quasi summatim et in globo; commentarius verò uniuscujusque urbis templa, palatia, omniaque visu digna singillatim repræsentat.

Hæc itaque tria, analysis, paraphrasis et commentarius singulariter sumpta, ita lumen suum legenti conferunt ut simul sumpta plenam et perfectam dent apostolici textûs intelligentiam, et notitiam pariant veritatis, quæ est mentis vita.

Circa quam unum te moneo, lector benevole, quòd, quia veritatem propter charitatem quæsivi, mentisque vitam, propter vitam cordis optavi; hinc, ad veritatem indagandam, ita nihil necessarium prætermisi, ut multa tamen curiosa tantùm, mentem et cor distrahentia et exsiccantia, potiùs quàm vivificantia, lubens et volens omiserim.

Veritatis itaque indagandæ gratiâ, prævia semper et identidem reiteratâ oratione, legi primùm nostram vulgatam versionem; legi deinde textum originalem et alias ejus versiones; legi plerosque antiquiores Græcos et Latinos interpretes; legi et recentiores: quibus omnibus attentè coram Deo perpensis, simulque collatis, unum tantummodò, quantùm potui, et, ut reor, magis litteralem sensum elegi; tacitis pluribus aliis, aut minùs germanis, aut manifestè ab Apostoli mente alienis; quos taceo, non quia contemno, sed quia charitatem ex simplici veritate nascentem quæro.

Scopus fuit ædificari, non dissipari; ardere, non torpere; amare, non otiari: hinc otiosa, curiosa, dissipantia, non ædificantia, sed ad summum eruditionem ostentantia libens prætermitto.

Hinc et plures sensus in locis tantùm difficilioribus refero, ubi propter textûs obscuritatem, lectionumque varietatem, res est dubia, nec apud sacros interpretes de germano sensu satis constat.

Porro sensum, quem textui puto conformiorem, sic eligo, ut meæ tenuitatis semper memor, nihil affirmem securus, nisi quod Ecclesia catholica docet; nihil in aliis damnem austerus, nisi quod eadem Ecclesia damnat; ipsa enim mihi *veritatis* est *columna;* cui firmus et inconcussus innitor; ipsa mihi *firmamentum veritatis*, cui constans inhæreo et usque ad ultimum vitæ meæ momentum inhærebo; ipsa sola mihi verborum Dei interpres est irrefragabilis, cujus judicia in omnibus sequi profiteor; si quid ergo præter mentem, in his à me scriptis, secùs accidit, hoc ego ipse condemno et damnatum esse volo; mihi enim nomen Christianus, cognomen Catholicus.

Ne circa sanctorum interpretum citationes hæreas, lector benevole, moneo eas in eorum Commentariis esse quærendas in locis, de quibus agitur. Itaque in omnibus interpretum citationibus subintelligendum est, *hìc*.

D. autem Chrysostomus, cujus aliquando paginas noto, quærendus est in editione Græco-Latinâ factâ Parisiis apud Sebastianum Cramoisy, 1636.

PROLOGUS

IN OMNES D. PAULI EPISTOLAS.

Quatuordecim epistolas D. Paulus scripsit, non tam atramento, quàm Spiritu Dei vivi; decem ad Ecclesias, ad Romanos scilicet unam, ad Corinthios duas, ad Galatas unam, ad Ephesios unam, ad Philip-

JOANNIS A-GORCUM

IN EPISTOLAS D. PAULI

Prooemium.

Ea sacrarum litterarum profunditas et majestas est, benevole lector, ut non is à scopo aberrâsse censendus sit, qui profundo et vorticoso eas torrenti, aut oceano fundum ignoranti, comparat. Ut enim hunc pervadere et transire commodè nemo potest, quin undarum violentiâ in præceps rapiatur, nisi cymbæ se

penses unam, ad Colossenses unam, ad Thessalonicenses duas, ad Hebræos unam; quatuor ad singulares personas, nempe duas ad Timotheum, unam ad Titum et unam ad Philemonem.

Legunt quidam, et ad Laodicenses, sed ab omnibus exploditur, ait D. Hieronymus, lib. de Vir. illustr.

De hâc ad Laod. Epistolâ, vide cap. 4, Epist. ad Coloss., v. 16; vide etiam Præfat. in Epist. ad Ephesios.

Constat quidem apud omnes, quòd hæ quatuordecim Epistolæ, non sint in Bibliis collocatæ, eo quo scriptæ fuerunt ordine; sicut duodecim prophetæ non sunt in Bibliis ordine temporum collocati, ait D. Joannes Chrysostomus; sicut psalmi Davidici temporis ordinem non habent, ait Theodoretus.

At non æquè constat apud omnes de ordine, quo pleræque scriptæ fuerunt; sed in re dubiâ varii variè conjiciunt. Præcipuas referam opiniones in præfatione unicuique propriâ et singulis præpositâ.

Interim hìc ordinem appono, quem recentiores, re seriò examinatâ, putant probabiliorem.

Prima omnium scripta, est prior ad Thessalonicenses, Corinthi, anno Christi 52.

Secunda posterior ad Thessalonicenses, non multò post priorem, ut patet ex materiæ conformitate, et ex eâdem inscriptione, in quâ Sylvanus et Timotheus. Corinth. an. 52 vel 53.

Et de his duabus conveniunt omnes post D. Chrysostomum et Theodoretum; nec enim unius neoterici et quidem extranei, singularem hìc opinionem commemoro, de quâ suo loco in Præfatione secundæ ad Thessalonicenses.

Tertia ad Galatas, an. Christi 55 vel 56, Ephesi; id tamen non ut certum asseritur, sed ut rerum Paulinarum ordini conveniens: hujus, ut suo loco videbitur, tempus est omnium incertissimum.

Quarta ad Corinthios prior, an. 56, Ephesi.

Quinta posterior ad Corinthios, an. 57, Philippis seu è Macedoniâ.

Sexta ad Romanos, an. 58, Corinthi, in portu Cenchrensi.

Septima ad Philippenses, an. 62, Romæ in primis vinculis.

Octava ad Colossenses, an. 62, Romæ in iisdem vinculis.

Nona ad Philemonem, an. 62, Romæ in iisdem vinculis, sed sperans ab eis citò liberari.

Decima ad Hebræos, an. 63, Romæ, aut saltem in Italiâ, paulò post prima vincula.

Undecima prior ad Timotheum è Macedoniâ, an. 64.

Duodecima ad Titum, Nicopoli, an. 64; de hâc tamen utrâque magna controversia apud auctores. Vide præfationem illius.

Decima tertia ad Ephesios, Romæ in secundis vinculis, an. 66.

Decima quarta posterior ad Timotheum, Romæ in secundis vinculis et morti vicinus, an. 66.

Et de his duabus etiam controvertitur; multi enim volunt quòd in primis vinculis scriptæ fuerint: de quibus vide præfationes proprias.

Hunc ordinem stabilit et quantùm potest, probat dominus de Tillemont, in suis in D. Paulum Notis, *Mémoires*, etc.

committat, ita illas temerè nemo vel legendo vel explicando aggredi, nisi vel, divini timoris præ majestate deterritus, cymbam conscendat; vel, profundâ humilitate nixus, illarum quodammodò vadum tentet. Sensuum namque arcanorum, in Scripturâ divinâ reconditorum, varietas occurrit tanta; eaque materiarum quas prosequitur diversitas, ut disciplinas ipsa omnes, et quidquid ab homine sciri potest, suo complecti sinu videatur; atque adeò quædam scientiarum omnium esse universitas, scientias universas vel formaliter vel eminenter continens, ac velut mundus quidam intelligibilis, suis quatuor partibus, ceu quatuor elementis, egregiè et symmetricè constitutus; cujus terra est velut in centri medio, ipsa videlicet historia sensusque litteralis; circa quam, instar aquarum, moralis intelligentiæ abyssus circumsecùs diffunditur; circa duas hasce partes quasi inferiores aer ille naturalis scientiæ longè latèque circumvolvitur; extra omnia denique igneus ille empyrei cœli ardor, id est, divinæ naturæ contemplatio, quam theologiam dicunt, circumglobatur. Quamobrem, paucis ut perstringam, uti sensus illius historicus terræ, tropologicus aquæ, sic non inscitè allegoricus aeri, anagogicus igni et ætheri comparari posse videntur. Adeò scilicet Scriptura fertilis et uber est, utpote è quâ, velut è Paradiso terrestri, quatuor illa flumina celeberrima omnem circùm undique regionem irrigantia prorumpebant, quatuor horum sensuum fluenta profluunt. Non tamen quòd omnis Scriptura hosce semper et ubique sensus patiatur, etsi litteralem omnis habeat; nam in novo Testamento vix allegoria locum habet, in Epistolis verò ipsis rarissima est tropologia.

Quas inter Paulinæ non postremum, quin imò facilè primum, locum obtinent; harumque duplex in genere objectum est, doctrina scilicet, et morum christianorum conformatio. Prior enim cujusque ferè Epistolæ pars dogmatica est, in quâ nimirùm, quæ ad fidei nostræ spectant, mysteria Apostolus perstringit. Posterior, ethica, in quâ morum vitæque formam tradit fidelibus; idque variè et mixtim, Hebræorum veterum ritu, et more epistolicæ scriptionì perfamiliari. Inter fidei autem mysteria, tria potissimùm, suo tempore inprimis scitu necessaria, Apostolus inculcat; puta, primò Christi œconomiam et gratiam, ipsumque unicum esse nostrum Redemptorem; à quo nimirùm gratia omnis, justitia et salus omnis exspectanda sit. Deinde Judaicas legalesque cæremonias, per novæ Christi legis inductionem, penitùs esse abrogatas. Denique hæreses jam tum suppullulantes, quas passim perstringit et jugulat; inprimis autem Simonis Magi (à quo ceu utero viperino plurimæ aliæ soboles virulentæ proserpserunt, Menander videlicet, Saturninus, Basilides, Gnostici, Carpocrates, quæ item à SS. Petro et Judâ apostolis suis depinguntur coloribus), tùm verò et Ebionitarum et Cerinthianorum dogmata, cane pejùs et angue esse fugienda. Hinc quæ de cavendâ philosophiâ, de falsâ angelorum religione et cultu, de superstitioso ciborum delectu, deque horum similibus inculcat, non aliter intelligenda sunt, quàm quatenùs sua ex poetarum figmentis ac philosophorum erroribus dogmata Simoniani conflârant. Posteriore verò Epistolæ parte, virtutes tradit christianas et ethicam sacram; idque non per continuos discursus, ad instar Aristotelis aliorumque ethices magistrorum, sed per breves gnomas, nervosasque sententias, easque promiscuè sæpè sine ullo ordine congestas. Hæc namque ethices tradendæ ratio veteribus Hebræis in usu fuit, uti è

Unicuique Epistolæ suum, in hoc opere, proprium anteponetur argumentum; interim in genere dici potest, quòd omnium D. Pauli Epistolarum triplex argumentum esse videatur.

Primum, fidei dogmata stabilire et explicare, mores christianos inculcare, ad perseverantiam in fide et virtutibus animare.

Hinc plerùmque prior earum pars est dogmatica; posterior verò moralis.

Aliud argumenti genus est Judaismum, legisque Mosaicæ cæremonias, per novam Christi legem abrogatas, impugnare et eradicare; præsertim in Epistolis ad Romanos, ad Galatas, ad Philippenses, ad Hebræos.

Tertium, hæreses, jam tum subnascentes, suffocare; præcipuè in Epistolis ad Ephesios, ad Colossenses, ad Timotheum.

Hæ omnes Epistolæ, si excipiatur quæ ad Hebræos, scriptæ sunt Græcè; tum quia ad Græcos, tum quia Græcè tunc loquebantur ferè omnes; hinc et ad Romanos etiam Græcè scripsit, ut dicetur in hujus Epistolæ præfatione.

Porrò quàm utile sit has omnes Epistolas legere, meditari, commentari, discamus à D. Joanne Chrysostomo, harum interprete fidelissimo.

Paulinæ, inquit, Epistolæ, metalla sunt spiritûs et fontes; metalla quidem, quia quovis auro pretiosiores nobis præbent divitias; fontes verò, quia nunquàm deficiunt, sed quantùmlibet exhauris, tantùmdem ac multò ampliùs rursùs affluit; et hoc evidenter declarare potest totum tempus quod præteriit.

Siquidem ex quo Paulus vixit, quingenti jam elapsi sunt anni, totoque hoc tempore, multi tum commentatores, tum doctores ac interpretes, multa sæpè inde exhauserunt, nec tamen repositas inibi divitias exinanire valuerunt; non est enim sensibilis hic thesaurus, et ideò non consumitur à multis effodientium manibus, sed augetur et multiplicatur.

Et quid dico de illis qui ante nos fuerunt? quàm multi post nos dicturi sunt; ac rursùs post illos alii, nec tamen deficient fontis in modum scatentes divitiæ; neque metallorum hoc genus exhaurietur. D. Chrysostomus in dictum Apost., habentes unum spiritum, homil. tertiâ.

Expertus ego, mentis licèt exilissimæ, et Paulino pectori penetrando, infinitè imparis, hæc D. Chrysostomi verba quasi prophetica, ad litteram vera reperi.

Proverbiis et Ecclesiaste Salomonis, et Ecclesiastico Jesu Siracidæ colligere est; Græcisque priscis: exemplo sunt Phocylides, Hesiodus, Theognis.

Quoniam autem Epistolæ hæ, teste apostolorum principe Petro, multa continent intellectu perdifficilia, quæ instabiles et perversi corde depravant, et longè secùs atque reverà sonant, exponunt; hinc tot illarum reperire est interpretes, qui sano eas sensu, et ad mentem scriptoris, Ecclesiæque universæ consensum, exponere sunt conati. Ut enim taceam veteres cùm Græcos tum Latinos interpretes, Origenem, Theodoretum, Chrysostomum, Theophylactum, Œcumenium, Ambrosiastrum, Hieronymum, Augustinum, duos Anselmos Cantuariensem et Laudunensem, Sedulium, Rupertum, Haimonem Halberstatensem, D. Thomam Aquinatem, Lyranum, Hugonem Cardinalem; recentioris verò ætatis Cajetanum, Dionysium Carthusianum, Catharinum, Claudium Guillaudum, Titelmannum, Salmeronem, aliosque qui in omnes D. Pauli Epistolas, tum etiam qui in singulares aliquas commentaria edidère (hæreticos enim, Calvinum, Bezam, Marloratum, aliosque hujus farinæ expositores, in numero interpretum non habeo, utpote interpolatores et depravatores adulterinos potiùs, quàm enarratores genuinos); post alios jam nuperrimè plena et absoluta, omnique doctrinæ genere refertissima, in easdem Commentaria evulgârunt, duo duarum catholicarum in Belgio academiarum lumina et ornamenta, nempe, D. Guillelmus Estius, sacræ theologiæ apud Duacenses in regio Collegio doctor per annos triginta et eò ampliùs celeberrimus, et universitatis aliquoties amplissimâ cum potestate præfectus ac rector; et R. P. Cornelius Cornelii à Lapide, societatis Jesu, linguæ sanctæ et sacrarum Litterarum professor Lovanii primùm, ac subinde Romæ in amplissimo illo orbis terrarum theatro, in Collegio societatis Jesu. Cujus utriusque laboribus omni ex parte absolutis, et ad incudem denuò revocatis, quid à quoquam addi possit, non video; tamet i propterea alios à scribendi commentandove deterrere nec velim, nec debeam; cùm, ut initio significavi, amplissimus patentissimusque Scriptura sacra sit campus, quæ plurimis ingeniorum aratris subacta et culta, nunquàm satis aut ad summum excoli perficique potest, cùm semper quid novo agricolæ, in quo desudet atque elaboret, restet; et puteus sit inexhaustus, è quo multa licèt continenter haurias, semper quod de novo haurias, reliquum erit, nec ad imum pertinges fundum, quocumque demùm modo connitaris.

Quæ porrò pluribus diffusèque uterque hic commentator est prosecutus, et ingentibus complexus voluminibus, horum breve quoddam ipse succinctè ac summatim concinnare Compendium studui; ita tamen, nullum ut locum vel verbum omiserim, quod aliquam includere difficultatem videatur, quin ejus, quà potui brevitate et quoad licuit, dilucidam expositionem afferam. Clariora itaque paucissimis et obiter perstringo; quæ verò te remorari posse, lector, putem, ea prolixiùs, brevitatis tamen quam specto minimè oblitus, sum prosecutus. Inter legendum occurrere solitas quæstiones reseco; exempla historiasque veteres omitto, variarum interpretationum conciliationes studio supprimo; lectionum varietatem, aut ad Hebræos aut Græcos fontes, rarissimè revoco; sensuum denique discrimina paucis attingo; nudum litteræ corticem tollere elaboro, latentemque intrórsùm verborum nucleum, mentemque Apostoli eruere, præcipuum mihi intentum est. In quo tuis, lector, commodis non mediocriter consuluisse videor; tum molestum ac tetricum longiora legendi fastidium, quod suboriri nonnunquàm vasto in discursu solet, resecando: tum tempus (cujus habendam rationem potissimam sapientes monent) tibi lucrifaciendo. Nec verò est quòd commune illud Epitomas carpentium convicium, compendia librorum merà esse illorum dispendia sæpè temerè asserentium, vereor; nullum quippe per me vel Apostolus ipse, vel commentatores ambo, patiuntur detrimentum, dùm ex illorum sententiâ et expositione nudum apostolicorum verborum sensum mentemque scribentis afferre contendo; et nihil, quod ambo quidem cognitu habent necessarium, omitto; quin imò materiam ex utroque suggero, in quâ te longiùs latiùsque, si videatur, distendas. Est hic ergò velut panis bis coctus, aridus quidem, sed succulentus; coarctatus, sed substantiæ plenissimus. Pauxillum hic videbis in elocutione carnis, sed nervorum, cartilaginum et medullarum in sensibus plurimum, et materiarum rerumque Paulinarum Iliada, in parvi hujus libelli putamine

Epistolæ Paulinæ metalla sunt spiritûs indeficientia; et fontes luminis et ignis, ut ita dicam, inexhauribiles.

Experire, lector, cujuscumque eruditionis, ingeniique solidioris et acutioris, et hæc eadem verba repe-

ac nuce conclusam. Videbis quoque achatem illum regis Pyrrhi, multa exiguo in spatio spectanda dantem : navem quoque sculptoris Myrmecidis, quæ omnia magnæ navis instrumenta sub muscalis alæ umbraculo clarè videnda exhibeat. Cernes hìc pugnum clausum, qui accuratâ ruminatione patefactus, patentem explicatamque tibi manum exseret in multos

ries veriora; si præsertim indefesso studio cor pium adjunxeris et humile; ita ut oratione fervidâ et humili frequenter petas à Deo, quod studium solum suppeditare non potuerit.

distinctam digitos et articulos. Reperies hìc item multos calices clausos, qui attentæ considerationis tuæ patefacti radios, insignium divinarumque flores rerum excludent. Vestem hìc quoque habebis, sed complicatam et involutam; hanc ut explices jubeo, si in usum eam tuum convertere volueris. Invenies hìc denique Archimedis sphæram, multa astra et spiritualia lumina brevi in circumferentiâ complectentem.

IN EPISTOLAM AD ROMANOS

Praefationes.

Hæc Epistola, ordine temporum, sexta aut septima plerùmque reputatur; in Bibliis tamen prima collocatur, non tantùm, quia Roma caput est mundi, sed multò magis, quia hæc ad Romanos Epistola continet christianæ religionis capita; fidem, gratiam, Christi merita.

De hâc Epistolâ, multi, non sine causâ, existimant dictum à D. Petro, 2 Ep., c. 3, quædam esse difficilia intellectu; reverà, præ cæteris Epistolis, difficillima est, ut fatetur Origenes, D. Hieronymus; quin et difficultas deterruit D. Augustinum, ne cœptam hujus Epistolæ explicationem perficeret, ut ait lib. Retract., c. 25.

Hujus obscuritatis causa quidem communis aliis etiam Epistolis Paulinis, imò et aliorum Apostolorum scriptis, quia, licèt sermo sit Græcus, phrasis tamen sæpè est Hebraica, seu potiùs Syriaca. Causa verò D. Paulo specialis, et in hâc præsertim Epistolâ, quia sermo ejus hiulcus, confragosus, sæpè abruptus et intercisus; à proposito in aliud, quasi quodam impetu, ruens: deinde ad scopum revertens; objectionibus tacitis et non evolutis respondens; multas Hebræo-

De Romanis, quorum nomen toto orbe notissimum ac celeberrimum est, ut ne moremur in non necessariis, nihil hìc aliud dicendum, quàm Epistolam hanc, quæ ad Romanos inscribitur, non ad Romanum populum missam fuisse, sed ad omnes ac solos Christi fideles qui Romæ erant, id est, ad Ecclesiam Christi in urbe Romanâ constitutam. Sic enim habet Epistola : *Omnibus qui sunt Romæ dilectis Dei, vocatis sanctis.* Erant autem ii partim gentiles, partim Judæi eam urbem per id tempus incolentes. Qui cùm ab apostolo Petro et aliis fratribus qui illùc ex Judæâ advenerant, edocti essent viam salutis in Christo; postea per quosdam Mosaicæ legis æmulatores, professione quidem Christianos, sed à Christo, qui finis erat legis, ipsâ legis æmulatione plurimùm aberrantes, turbati sunt, excitatâ nimirùm odiosâ inter ipsos et gravi quæstione de meritis et justificatione. Pro cujus rei intellectu quidam hìc annotant, in exordio nascentis Ecclesiæ duo fuisse genera judaizantium : alterum, eorum qui arbitrarentur Evangelii gratiam posteris Abrahæ ac populo Israelitico peculiariter promissam, non esse propagandam ad gentes profanas idolorum ac dæmonum cultui deditas, et à Dei

rum sententias obiter tangens, et non explicans, sed notas supponens.

Aliæ sunt obscuritatum causæ, de quibus videatur D. Hieron., quæst. ad Algasiam decimâ.

At difficultatem compensat utilitatis magnitudo, ait Estius; quid enim utilius in vitâ, quàm id discere, sine quo benè, beatè et in æternum vivere non possis?

Hujus Epistolæ scribendæ occasio fuit orta contentio inter eos qui ex Judæis, et illos qui ex gentibus conversi fuerant.

Judæi hujus contentionis auctores, præ nimio legis et Judaismi zelo, gentiles, etiam post conversionem in Ecclesiâ, aspernabantur, quasi Dei gratiâ indignos; sese verò, ob legis Mosaicæ observantiam, Evangelii gratiâ dignos arbitrabantur; dignosque qui aliis in omnibus præferrentur. Hinc rixa, altercatio et objurgatio.

Gloriabantur Judæi quòd Dei populus erant, cui data lex, ad quem prophetæ missi, cui promissus et datus Christus, etc.; hæc autem omnia, suis, et

testamentis, ut Paulus Ephes. 2 loquitur, extraneas. Hujus generis fuisse dicunt illos qui cum Petro disceptabant, Act. 11, expostulantes quòd homines gentiles fecisset Evangelii participes; quique post auditâ Petri satisfactione mirati dicebant : *Ergo et gentibus pœnitentiam dedit Deus ad vitam.* Alterum verò genus eorum qui adstringi volebant observatione legis Mosaicæ : quòd sine eâ justificari et salvari quemquam posse non arcendas quidem gentes ab Evangelio putarent, sed tamen negarent, utcumque Evangelium ac legem Christi recepisset. Quod genus erant qui fratres ex gentilitate conversos docebant, Act. 15 : *Nisi circumcidamini secundùm morem Moysi, non potestis salvari.* Et iterùm : *Quia oportet circumcidi eos, præcipere quoque servare legem Moysi.* Item, qui Galatas in servitutem Mosaicæ legis redigere volebant, Galat. 2. Verùm hæc distinctio judaizantium mihi parùm solida videtur. Nam ut Judæi parati semper erant gentiles, ad communionem suæ religionis admittere tanquàm proselytos et ascititios, ita Christiani Judaizantium ab Evangelii gratiâ ac spe salutis neminem excludebant gentilem, modò circumcisum ac legalium Mosaicorum observantem. Unde et illi Petri

majorum suorum meritis attribuebant; zelo scilicet et fidelitati, quibus Deo vero servierant: propter quæ fides et Evangelium ipsis tanquàm hæreditas et patrimonium erant debita; gentilibus autem utpote idololatris, omnibusque vitiis deditis, gratis data.

Gentiles verò de scientiâ, philosophiâ scilicet, gloriabantur; quin et extollebant quosdam suorum, qui et veri Dei notitiam habuerant, multaque prudenter, fortiter ac justè gesserant; Judæis autem suam in Deum rebellionem; imò et suam quoque idololatriam improperabant; de quâ testis est Scriptura: objiciebant et ipsis persecutiones, quas prophetis intulerant; at præcipuè mortem quam ipsi Christo Domino injustè et cruentè dederunt; hincque se digniores affirmabant, quibus Evangelii gratiam Deus exhiberet.

Sic ergo altercantibus Romanis Apostolus sese medium interponit; partiumque quæstiones ita dirimit, ut asserat 1° utrumque populum, Judæum et Græcum graviter deliquisse; gentilem, quia Deum ex creaturâ cognitum, non glorificavit; Judæum verò, quia Dei legem non observavit; unde concludit omnes esse sub peccato; et ideò neutrum suâ justitiâ salutem meruisse; sed omnes Dei Salvatoris egere gratiâ.

Scopus igitur Apostoli in hâc Epistolâ est ostendere quòd Christi gratia, nec Judæis data sit, ob Mosaicæ legis observantiam, nec gentilibus, ob legis naturalis custodiam: sed merè gratis et ex purâ Dei misericordiâ.

Hinc cap. 1 horrenda philosophorum gentilium scelera revelat; cap. 2 Judæorum transgressiones; cap. 3 concludit omnes esse sub peccato, nec habere de quo glorientur; ibidem circa finem capitis suam de gratuitâ justificatione, gentibus et Judæis oblatâ, doctrinam aperit; cap. 4 hanc suam doctrinam confirmat exemplo ipsius Abrahæ, gratis per fidem justificati; in cap. 5 hujus gratuitæ justificationis excellentiam declarat et utilitatem; cap. 6 hortatur sic justificatos, ut sanctis moribus justitiam servent et augeant, quia, ut cap. 7 docet, post justificationem manet adhuc concupiscentia, quam lex acuit, sed

reprehensores dicebant: *Quare introïsti ad viros præputium habentes?* Id est, incircumcisos; non utique reprehensuri, si gentiles illi circumcisi fuissent. Quod verò dixisse cum admiratione leguntur: *Ergo et gentibus pœnitentiam dedit Deus*, sic intellige, gentibus in præputio manentibus. Hoc enim mysterium priùs incognitum, ac sibi valdè paradoxum, Petro visionem quæ sibi fuerat cœlitùs ostensa, narrante jam didicerant. Igitur hâc judaizantium distinctione prætermissâ, quando nec apparet omninò Judæos qui Romæ erant, pertrahere voluisse gentiles qui in Christum crediderant, ad Mosaicæ legis observationem (neque enim in hâc Epistolâ tale quid usquàm significatur), illud potiùs dicendum, occasionem hujus ad Romanos Epistolæ scribendæ natam fuisse ex contentione quæ Romæ inter Judæos et gentiles, utrosque fideles, sè-orta fuerat, ut dicere cœperam, de meritis et justificatione; dùm scilicet utrique suis meritis Evangelii gratiam arrogarent. Etenim Judæi (qui quidem erant, ut dixi, contentionis auctores) jactabant se Dei populum esse quondam electum, gentibus in idololatriâ derelictis; legem cum judiciis et cæremoniis à Deo sibi datam, non illis; patriarchas suos ac prophetas Dei familiares, et horum oracula sibi tradita; denique Dei promissa et pacta secum inita, maximè de mittendo Messiâ salvatore, eodemque ex ipsis nasciturò, qui jam missus ad ipsos, et ex ipsis natus esset. Quæ omnia tanquàm præclara de illis etiam Paulus ipse commemorat sparsim in hâc Epistolâ, ut c. 3, 9, 11 et 15. Propter quod dicit aliquoties: *Judæo primùm et Græco;* videlicet Judæorum præ gentilibus prærogativam indicans. Hæc autem omnia meritis suorum majorum, cum quibus unus essent populus, attribuebant Judæi; sua quoque merita velut ad cumulum addentes, quòd à majoribus suis minimè degenerarent, utpote retinendi cultûs ac legis observandæ studiosissimi: digni proinde quibus potiùs quàm aliis populis Evangelii gratiam ac promissa Deus offerret; quemadmodùm et jam obtulisset, Christo filio ejus Evangelium suum Judæis non gentibus annuntiante. Gentiles contra, quos Apostolus Græcos appellat, suam Græciam philosophiæ parentem, sapientiæ virtutumque studiis excultam ac nobilem prædicabant: specialiter Romani multa à majoribus suis non solùm fortiter, verùm etiam temperanter et justè facta quibus imperium et gloriam immortalem suæ genti, peperissent, commemorabant. Cæterùm idololatriæ crimen ita rejiciebant gentiles, ut ignorantiæ deputandum dicerent, non malitiæ. Nec tamen etiam inter ipsos defuisse qui unum verum Deum, invisibilem, æternum, omnipotentem ex opificio mundi cognovissent. Judæis certè qui tot Dei beneficiis ingrati, toties in superstitionem falsorum deorum relapsi fuissent, denique Messiam Dei filium promissum ac missum, malè acceptum turpissimâ morte condemnâssent multò sese digniores esse, quibus Evangelii sui gratiam Deus exhiberet. Istius modi igitur altercatione inter fideles qui Romæ erant exortâ et indies gliscente, Paulus pro munere suo apostolico occurrendum ratus, hanc ad eos mittit Epistolam, quâ primùm utriusque partis fastum deprimit, ostendens omnes priusquàm a Deo vocarentur ad fidem Christi, fuisse peccatis subditos, et à verâ justitiâ alienos; ideòque nihil habere de quo vel alteri adversùs alteros sese venditent, vel utrique gloriari coram Deo possint, tanquàm de aliquo merito gratiæ et salutis oblatæ per Christum. Docet itaque gratuitum Dei donum esse justificationem, hoc est, non per legem, aut ex ullo operum merito, dignitate, respectu, sed gratis per fidem in Christum propitiatorem, justificari tam gentiles quàm Judæos. Atque hic status est et principale argumentum Epistolæ. Quod quidem beatus Augustinus brevissimè perstrinxit in expositione quarumdam propositionum hujus Epistolæ, cùm dixit in eâ versari quæstionem operum legis et gratiæ. Ac rursùm in Epistolâ 105 ad Sixtum Romanum presbyterum, postea pontificem, ita scribens: *De gratiæ commendatione maximè ad Romanos Epistola loquitur, ut inde se prædicatio ejus velut à capite orbis toto orbe diffunderet; ea est enim quâ justificatur impius.* Eumdem pluribus argumentum hujus Epistolæ explicantem consule, si placet, in hujus Epistolæ inchoatâ expositione, et l. 1 ad Simplicianum, quæstione 2. Est autem hæc vera ac germana de justificatione doctrina, non quæ opera nostra à negotio justificationis simpliciter excludat, ut sectarii volunt (siquidem et ipsa fides opus quoddam nostrum est), sed quæ à justificatione removeat opera sive legis, sive naturæ, fidem præcedentia, et omninò ea quæ non sunt ex fide. Quam Apostoli mentem esse ex ipsius Epistolæ progressu planiùs evadet. Porrò liquet ex dictis, in hâc Epistolâ propriè non versari quæstionem, quæ in Epistolâ ad Galatas scriptâ, num ad salutem necessaria sit observatio legis cæremonialis datæ per Moysen, ut proinde gentiles, si salvi esse vellent, eam suscipere debeant; sed de lege morali disputationem esse, quam Judæi scriptam in tabulis acceperant, gentiles tantùm animis impressam gerebant. Quærebatur enim an ea lex sive scripta, sive insita justificare posset hominem, ut ejusmodi justitiâ præparatus, donorum ac promisso-

quam gratia superat et reprimit; in cap. 8 enumerat fructus ex fide Christi nascentes.

In capp. 9, 10, 11, docet gentes ad justitiam electas esse, Judæos verò rejectos ab illâ, quia gentes Christo crediderunt; Judæi autem credere noluerunt. Ex hâc Judæorum rejectione consequentias prævenit, quæ contra Dei veritatem et justitiam deduci possent; hujus rejectionis limites notat et quoad tempus et quoad personas; Judæorum rejectio fuit vocationis gentium occasio: hanc rejectionem timeant et gentes. A cap. 12 usque ad finem Epistolæ, mores instruit.

Duæ igitur sunt hujus Epistolæ partes: prima, quæ est dogmatica, complectitur undecim capita; secunda, quæ est ethica, continetur quatuor capitibus. Caput 16 varias continet salutationes.

Scripta fuit Græcè, tum quia è Græciâ, ubi D. Paulus linguæ Græcæ assueverat; tum quia lingua Græca tunc Romanis omnibus, etiam feminis, teste Juvenali, erat in usu quotidiano; tum quia advenis Romæ morantibus (quales erant plurimi hujus Ecclesiæ Christiani) lingua Græca notior erat quàm Romana, seu Latina; tum denique, quia hæc epistola, utpote continens pleraque religionis capita, digna erat quæ ad omnes totius orbis Ecclesias mitteretur; Græca autem, ut ait Cicero pro Archiâ, leguntur in omnibus fermè gentibus; Latina suis finibus sanè exiguis continentur. Quia enim Græci, à tempore Alexandri Magni, dominati fuerant omnibus ferè gentibus; Græcè loquebantur ferè omnes.

Hinc Græcè scripsit Apostolus gentium, exceptâ ad Hebræos Epistolâ.

Scripta fuit Cenchreis, seu in portu Cenchreensi, qui erat urbi Corintho vicinus, anno Christi 58, ut putat Baronius, et per Phœbem diaconissam lata.

rum quæ secum affert Evangelium, particeps fieret. Potissimùm tamen ad legem Decalogi respicit Apostolus, propter Judæos, qui in illâ fiduciam justitiæ collocabant multò ampliùs quàm gentiles in lege naturæ; cujus se multifariè transgressores fuisse facilè videbant. Cur autem eos qui circumcisionem ac cætera legis cæremonialis observarent, hic non increpet, sicut in Epistolâ ad Galatas, ratio jam ante dicta est. Nam gentiles Romani non erant hoc passi quod Galatæ, ut in legem et circumcisionem à pseudoapostolis traducerentur; Judæi verò qui magna pars erant eorum ad quos hæc Epistola scribitur, ab avito more nondùm abstrahendi erant (neque enim tempus advenerat) tantùm docendi (quod satis hâc Epistolâ agitur), ne ex lege quoquo modo justitiam exspectarent. Alioqui Paulum non docuisse discessionem à Moyse eorum qui per gentes erant Judæorum, de quâ re postea Jerosolymis accusatus fuit, Act. 21, vel inde constat, quia passim cum Judæis Judaicè vivebat. *Factus sum*, inquit, *Judæis tanquàm Judæus; iis qui sub lege sunt, quasi sub lege essem*, 1 Cor. 9. Quocirca Jacobus Apostolus de accusatoribus ejus: *Et scient*, inquit ei, *quia quæ de te audierunt, falsa sunt*. Occupatur Paulus in argumento memorato ab initio Epistolæ usque ad finem capitis undecimi. Postquàm enim docuit omnes sub peccato esse, nec habere de quo glorientur, deinde post medium capitis 3 suam doctrinam de gratuitâ per fidem justificatione, gentibus æquè et Judæis oblatâ exponit; eamque capite 4 confirmat ab exemplo Abrahæ. Ut autem hoc Christi beneficium magis illustret, originem prodit peccati in humano genere, ejusque tyrannidem describit, à quâ per Christi gratiam liberamur. Ista exsequitur c. 5, 6 et 7. Hinc cap. 8, repetitâ magnitudine beneficii, per Christum exhibiti, declarat ordinem, vim et efficaciam divinæ prædestinationis. A quâ, transitu facto ad Judæorum reprobationem, mox de utrâque in universum disserit, et ita quidem, ut tam electionis quàm reprobationis causam in solam Dei referat voluntatem. Capite 10 rursùs justitiam quæ ex fide est, à Judæis ignoratam, toto orbe prædicatam commendat. Denique, capite 11, quæ de populi Judaici reprobatione dixerat, ita mitigat, ut doceat reliquias ex eo servari, imò futurum aliquando ut ipsa natio Christum recipiat, fide gentium provocata. Sequitur deinde Epistolæ pars ethica, quâ Romanos variis ac necessariis pro tempore præceptis ad vitam benè christianèque ducendam informat. Revocat inprimis à vitiis et corruptelis seculi; tum ad charitatis officia mutuò præstanda, ut inter membra ejusdem corporis, hortatur. Inimicos quoque non modò non ulciscendos, sed etiam benefactis prosequendos esse. Principibus ac magistratibus ex animo parendum. Omnibus reddenda debita. Infirmos in fide à firmioribus tolerandos ac fovendos Christi Salvatoris exemplo. Hæc aguntur à cap. 12 usque ad cap. 15, ubi quædam subjicit de suo erga Romanos officio, spem faciens, quòd ad eos sit venturus. Extremum caput varias continet salutationes. Est autem huic Epistolæ peculiare, quod etsi plurimùm universos qui Romæ erant fideles alloquatur Apostolus, interdùm tamen propriè ad Judæos, interdùm ad gentiles convertat sermonem. Ad Judæos quidem c. 2 ferè toto; item c. 7 et 14. Ad gentiles, c. 11, ab eo loco: *Vobis enim dico gentibus*. Et cap. 15, ubi ait: *Audaciùs autem scripsi vobis*, etc.; nam gentibus specialiter id dici sequentia manifestant. Nec solùm ea res, verùm etiam multa alia sunt, quæ huic Epistolæ intelligendæ difficultatem afferant; adeò ut affirmet Hieron. in octavâ ad Algasiam quæstione, omnem hanc ad Rom. Epistolam nimiis obscuritatibus involutam esse. Et *si voluero*, inquit, *cuncta discere, nequaquàm mihi unus liber, sed multa et magna erunt scribenda volumina*. Quod utique dictum ab eo præcipuè propter doctrinam justificationis et annexorum, quæ majorem occupat Epistolæ partem. Quæ causa magnum etiam Augustinum deterruit, ne cœptum opus expositionis hujus Epistolæ perficeret, ut ipse testatur lib. 1 Retract., cap. 23. Quin et illud quod Petrus scribit 2 Epist., 3, in Paulinis Epistolis esse quædam intellectu difficilia, de hâc ad Romanos Epistolâ potissimùm accipi debere, non abs re multi existimant. Verumtamen difficultatem hanc, quantacumque ea sit, abundè compensat utilitatis magnitudo. Quid enim utilius homini in vitâ, quàm id discere sine quo benè beatèque et æternùm vivere non possit? Quod ex professo traditur in hâc Epistolâ. Scripta est autem è Corintho, quemadmodùm benè docent Origenes et alii. Nam ultimo capite commendat Phœbem Ecclesiæ quæ in Cenchreis erat, ministram. Erant autem Cenchreæ portus Corinthi. Cajum quoque qui Corinthi morabatur, hospitem suum vocat. Idipsum confirmat Græcorum hypographe Epistolæ subjuncta. Sunt qui Athenis scriptam dicant, sed nihil afferunt probabile

IN EPISTOLAM AD ROMANOS

COMMENTARIA.

CAPUT PRIMUM.

1. Paulus, servus Jesu Christi, vocatus apostolus, segregatus in Evangelium Dei,

2. Quod ante promiserat per prophetas suos in Scripturis sanctis,

3. De Filio suo, qui factus est ei ex semine David secundùm carnem,

4. Qui prædestinatus est Filius Dei in virtute, secundùm Spiritum sanctificationis, ex resurrectione mortuorum, Jesu Christi Domini nostri :

5. Per quem accepimus gratiam et apostolatum, ad obediendum fidei in omnibus gentibus pro nomine ejus ;

6. In quibus estis et vos vocati Jesu Christi :

7. Omnibus qui sunt Romæ, dilectis Dei, vocatis sanctis : Gratia vobis et pax à Deo Patre nostro et Domino Jesu Christo.

8. Primùm quidem gratias ago Deo meo per Jesum Christum, pro omnibus vobis, quia fides vestra annuntiatur in universo mundo.

9. Testis enim mihi est Deus, cui servio in spiritu meo in Evangelio Filii ejus, quod sine intermissione memoriam vestrî facio

10. Semper in orationibus meis ; obsecrans si quomodò tandem aliquando prosperum iter habeam in voluntate Dei veniendi ad vos ;

11. Desidero enim videre vos, ut aliquid impertiar vobis gratiæ spiritualis ad confirmandos vos;

12. Id est, simul consolari in vobis, per eam quæ invicem est fidem vestram atque meam.

13. Nolo autem vos ignorare, fratres, quia sæpè proposui venire ad vos (et prohibitus sum usque adhuc) ut aliquem fructum habeam et in vobis, sicut et in cæteris gentibus.

14. Græcis ac barbaris, sapientibus et insipientibus, debitor sum :

15. Ita (quod in me) promptum est et vobis qui Romæ estis, evangelizare.

16. Non enim erubesco Evangelium ; virtus enim Dei est in salutem omni credenti, Judæo primùm, et Græco.

17. Justitia enim Dei in eo revelatur ex fide in fidem, sicut scriptum est : Justus autem ex fide vivit.

18. Revelatur enim ira Dei de cœlo super omnem impietatem et injustitiam hominum eorum qui veritatem Dei in injustitiâ detinent :

19. Quia quod notum est Dei, manifestum est illis, Deus enim illis manifestavit.

20. Invisibilia enim ipsius, à creaturâ mundi per ea quæ facta sunt intellecta, conspiciuntur ; sempiterna quoque ejus virtus et divinitas ; ita ut sint inexcusabiles.

CHAPITRE PREMIER.

1. Paul, serviteur de Jésus-Christ, appelé à l'apostolat pour annoncer l'Evangile de Dieu,

2. Qu'il avait promis auparavant par ses prophètes dans les Écritures saintes,

3. Touchant son Fils, qui lui est né selon la chair du sang de David,

4. Qui a été prédestiné Fils de Dieu en puissance selon l'Esprit de sanctification par la résurrection d'entre les morts, de Jésus-Christ notre Seigneur,

5. Par lequel nous avons reçu la grâce et l'apostolat, pour faire obéir à la foi toutes les nations, en son nom,

6. Au rang desquelles vous êtes aussi, ayant été appelés par Jésus-Christ :

7. A vous tous qui êtes à Rome, bien-aimés de Dieu, et appelés pour être saints : que Dieu notre Père, et Jésus-Christ notre Seigneur vous donnent la grâce et la paix.

8. Premièrement, je rends grâces à mon Dieu, par Jésus-Christ, pour vous tous, de ce que votre foi est annoncée dans tout le monde.

9. Car Dieu, que je sers en esprit par la prédication de l'Evangile de son Fils, m'est témoin que je me souviens sans cesse de vous,

10. Lui demandant continuellement dans mes prières que, si c'est sa volonté, il m'ouvre enfin quelque voie favorable pour aller vers vous,

11. Car j'ai grand désir de vous voir, pour vous faire part de quelque grâce spirituelle, afin de vous fortifier,

12. C'est-à-dire, afin qu'étant parmi vous, nous puissions nous consoler mutuellement les uns les autres, par la foi qui nous est commune.

13. Je suis donc bien aise que vous sachiez que j'ai eu souvent dessein d'aller vous voir, pour faire quelque fruit parmi vous, comme parmi les autres nations ; mais j'en ai été empêché jusqu'à cette heure.

14. Je suis redevable aux Grecs et aux barbares, aux sages et aux simples.

15. Ainsi, pour ce qui est de moi, je suis prêt à vous annoncer aussi l'Evangile, à vous qui êtes à Rome ;

16. Car je ne rougis point de l'Evangile, parce qu'il est la vertu de Dieu pour sauver tous ceux qui croient, premièrement les Juifs, et ensuite les gentils.

17. Car la justice de Dieu y est révélée ; la justice qui vient de la foi, et se perfectionne dans la foi, selon qu'il est écrit : Le juste vit de la foi.

18. Aussi on y découvre la colère de Dieu, qui éclatera du ciel contre toute l'impiété et l'injustice de ces hommes qui retiennent la vérité de Dieu dans l'injustice.

19. Parce qu'ils ont connu ce qui peut se découvrir de Dieu, Dieu même le leur ayant fait connaître.

20. En effet, les perfections invisibles de Dieu sont devenues visibles depuis la création du monde, par la connaissance que ses créatures nous en donnent ; en sorte qu'ils sont inexcusables,

21. Quia cùm cognovissent Deum, non sicut Deum glorificaverunt, aut gratias egerunt, sed evanuerunt in cogitationibus suis, et obscuratum est insipiens cor eorum :

22. Dicentes enim se esse sapientes, stulti facti sunt.

23. Et mutaverunt gloriam incorruptibilis Dei, in similitudinem imaginis corruptibilis hominis, et volucrum, et quadrupedum et serpentium.

24. Propter quod tradidit illos Deus in desideria cordis eorum, in immunditiam : ut contumeliis afficiant corpora sua in semetipsis.

25. Qui commutaverunt veritatem Dei in mendacium, et coluerunt, et servierunt creaturæ potiùs quàm Creatori qui est benedictus in secula. Amen.

26. Propterea tradidit illos Deus in passiones ignominiæ. Nam feminæ eorum immutaverunt naturalem usum, in eum usum qui est contra naturam ;

27. Similiter autem et masculi, relicto naturali usu feminæ, exarserunt in desideriis suis invicem, masculi in masculos turpitudinem operantes, et mercedem, quam oportuit, erroris sui in semetipsis recipientes.

28. Et sicut non probaverunt Deum habere in notitiâ, tradidit illos Deus in reprobum sensum, ut faciant ea quæ non conveniunt :

29. Repletos omni iniquitate, malitiâ, fornicatione, avaritiâ, nequitiâ, plenos invidiâ, homicidio, contentione, dolo, malignitate, susurrones,

30. Detractores, Deo odibiles, contumeliosos, superbos, elatos, inventores malorum, parentibus non obedientes,

31. Insipientes, incompositos, sine affectione, absque fœdere, sine misericordiâ.

32. Qui cùm justitiam Dei cognovissent, non intellexerunt quoniam qui talia agunt, digni sunt morte, et non solùm qui ea faciunt, sed etiam qui consentiun facientibus.

21. Parce qu'ayant connu Dieu, ils ne l'ont point glorifié comme Dieu, et ils ne lui ont point rendu grâces, mais ils se sont égarés dans leurs vains raisonnements, et leur cœur insensé a été rempli de ténèbres.

22. Ainsi ils sont devenus fous, en s'attribuant le nom de sages ;

23. Et ils ont transféré l'honneur qui n'est dû qu'au Dieu incorruptible à l'image d'un homme corruptible et à des figures d'oiseaux, de bêtes à quatre pieds et de reptiles.

24. C'est pourquoi Dieu les a livrés aux désirs de leur cœur, aux vices de l'impureté ; en sorte qu'ils ont déshonoré eux-mêmes leurs propres corps,

25. Eux qui avaient mis le mensonge en la place de la vérité de Dieu, et rendu à la créature l'adoration et le culte souverain, au lieu de le rendre au Créateur, qui est béni dans tous les siècles. Amen.

26. C'est pourquoi Dieu les a livrés à des passions honteuses ; car les femmes parmi eux ont changé l'usage qui est selon la nature, en un autre qui est contre la nature ;

27. Les hommes de même, rejetant l'union des deux sexes, qui est selon la nature, ont été embrasés d'un désir brutal les uns envers les autres, l'homme commettant avec l'homme des crimes infâmes, et recevant ainsi en eux-mêmes la juste peine qui était due à leur erreur.

28. Et comme ils n'ont pas fait usage de la connaissance qu'ils avaient de Dieu, Dieu aussi les a livrés à un sens dépravé, en sorte qu'ils ont fait des actions indignes.

29. Remplis de toute sorte d'injustice, de méchanceté, de fornication, d'avarice, de malignité, ils ont été envieux, meurtriers, querelleurs, trompeurs ; ils ont été pleins de malignité, semeurs de faux rapports,

30. Calomniateurs, ennemis de Dieu, outrageux, superbes, altiers, inventeurs de crimes, désobéissants à leurs pères et à leurs mères,

31. Sans prudence, sans modestie, sans affection, sans foi, sans miséricorde.

32. Et, après avoir connu la justice de Dieu, ils n'ont pas compris que ceux qui font ces choses sont dignes de mort, et non seulement ceux qui les font, mais aussi ceux qui approuvent ceux qui les font.

ANALYSIS.

Egregio prologo, Paulus Romanos sibi reddit attentos et dociles, eis statim exponens quis sit? Evangelii scilicet præco ; cujus Evangelii? Dei : de quo agitur in hoc Evangelio? de Filio Dei, homine Deo ; à quo suum recepit apostolatum? à Jesu Christo ; quare? ut obediatur Evangelio ; ad quos? ad omnes gentes, et ideò ad vos, ô Romani, quibus ℣ 7pacem et gratiam apprecatur.

A ℣ 8 usque ad 17 mirâ prudentiâ Romanos reddit benevolos, 1° ob illorum fidem, in toto orbe celebrem, Deo gratias agens ; 2° jurans quòd in suis orationibus, illorum sit semper memor ; 3° quòd suum votum continuum sit ad illos eundi : 4° aperiens hujus sui voti motivum, et suam erga illos sollicitudinem ; 5° exponens illis quid propterea tentaverit, quid obstiterit, quid tentando intenderit ; denique omnibus se debitorem dicens, et ideò paratum et Romanis evangelizare ; nec eum pudet Romæ, sicut et alibi, evangelizare, quia Evangelium virtus Dei est ad salutem omni credenti.

℣ 17. Hinc delabitur ad præcipuum hujus Epistolæ propositum ; justitiam scilicet esse ex fide, non ex lege, non ex naturæ viribus.

Evangelium, inquit, virtus Dei est ad salutem omni credenti ; quia docet nos veram justitiam ex fide nasci, fide nutriri, fide per charitatem operante consummari. Contrà verò nos docet iram Dei imminere in omnes impios, qui non credunt, sed Dei veritatem in injustitiâ detinent.

His ita ℣ 17 et 18 dispositis, ℣ 19 aggreditur gentiles, eisque ostendit philosophos scientiâ suâ non fuisse justificatos : ut justi forent, legem naturalem scire et servare debuissent. Equidem Deum noverunt et legem naturalem ; sed non ideò justi, imò, quò plus docti, eò magis rei ; quia, ℣ 21, 22, 23, in Deum ingrati, illum non glorificaverunt ; semetipsos, quasi suæ sapientiæ auctores, venerati sunt ; idola, bestias ipsas, quasi deos coluerunt.

℣ 24, 25, 26, 27, 28, exprimit enormia scelera in quæ Deus sivit philosophos, in eorum ingratitudinis punitionem, elabi.

In reliquo capite describit summam eorum nequitiam, turpitudinem et probra. Unde concludendum relinquit quòd, ad veram justitiam, nihil Philosophia contulit ; et ideò gentiles non habere unde glorientur.

PARAPHRASIS.

1. Paulus, Dei gratiâ christianus, Dei vocatione apostolus, speciali Spiritûs sancti destinatione segregatus ad portandum coram regibus et gentibus Evangelium Dei.

2. Evangelium non novum, sed jam olim ab ipsomet Deo promissum, prophetarum ipsius oraculis; quæ nunc etiam exstant in sacris Scripturis;

3. Evangelium, inquam, de Filio Dei, qui in tempore factus est homo ex Mariâ Virgine, stirpis Davidicæ.

4. Qui idem, juxta naturam hominis, filius David, prædestinatus est, ut secundùm subsistentiam, esset naturalis Filius Dei; et ut talis patuit, tùm per potentiam miraculorum, tum per visibilem Spiritûs sancti in discipulos suos missionem, tum per suam ipsius et aliorum resurrectionem ex mortuis.

5. Per hunc ipsum Jesum Christum, Filium David et Filium Dei, recepimus gratiam et apostolatum, nomine et vice ipsius, inter omnes gentes exercendum, ut prædicatione nostrâ eas inducamus ad credendum Evangelio, et Christo obediendum.

6. Inter quas gentes estis et vos, ô Romani, divinâ vocatione christiani, et ideò vestrî curam gerens, hanc vobis scribo.

7. Omnibus ergo vobis, qui Romæ estis, Deo charis, et ad sanctitatem vocatis, gratiam et pacem opto à Deo Patre nostro et à Domino nostro Jesu Christo.

8. Atque in primis quidem, omnium vestrûm nomine, gratias ago Deo meo, per Jesum Christum (qui cùm sit omnium beneficiorum auctor, ita et omnis gratiarum actionis auctor esse debet), quia fides vestra celebris est, et prædicatur in universo mundo.

9. Testis enim est mihi Deus ipse, quem colo purâ mente, non carnalibus ritibus; in Evangelio Filii ejus prædicando; non legales docendo cæremonias; testis est, inquam, quòd vestrî semper sim memor.

10. Assiduè deprecans illum in precibus meis; si quomodò fieri possit, ut quod jamdiù desidero, tandem aliquando contingat: scilicet, ut, Deo sic volente, prospero itinere veniam feliciter ad vos.

11. Magno siquidem teneor desiderio videndi vos, non mei gratiâ, sed ad impertiendum vobis aliquod spirituale donum, quo vos in fide jam acceptâ confirmem;

12. Sive, ut meliùs dicam, ut mutua sit utrisque nostrûm consolatio, per unam atque eamdem fidem; et ego de vestrâ gratuler, et vos de meâ; sicque nos invicem in fide corroboremus.

13. Nolim autem vos ignorare, fratres, quia per me non stetit, quòd meo desiderio non satisfecerim; etenim sæpè mihi fuit voluntas ad vos eundi; sed ad hunc usque diem, mihi per varia impedimenta non licuit; ideò autem sæpè proposui ad vos ire, ut inter vos aliquem reportarem fructum, sicut et in cæteris nationibus feliciter reportavi.

14. Ex quo factus sum omnium gentium apostolus, omnibus debeo doctrinæ ministerium, Græcis et Barbaris, doctis et indoctis.

15. Itaque, quantùm ad me attinet, paratus sum et vobis etiam, qui Romæ estis, Evangelium prædicare.

16. Paratus sum, inquam, et vobis, Romæ, in splendidissimâ urbe, prædicare, sicut et alibi; nec enim Jesu Christi Evangelium erubesco; quia in eo continetur virtus et potentia quædam instrumentalis Dei, quæ salutem æternam, omni et cuilibet credenti, Judæo primùm et gentili, conferat.

17. Docet enim nos et clarè, unde sit divina justitia, seu, quæ nos verè et coram Deo reddit justos; scilicet, ex fide in Jesum Christum, quæ in dies augescens, credentem perducit ad æternam salutem; quemadmodùm Habacuc prædixit, justus ex fide vivit et vivet.

18. Idem Evangelium è contra docet nos, Dei vindictam aliquando venturam de cœlo (in die judicii) in omnes impios, qui Deum verum non coluerunt, et in omnes injustos, qui in proximum peccaverunt; veram Dei, et legis naturalis cognitionem, quasi captivam tenentes, ne prodeat in affectum et in opus.

19. Dixi quòd impii veram Dei cognitionem, quasi captivam in suo intellectu detinent: quia quod naturaliter de Deo cognosci potest, hoc illis fuit manifestum per philosophiam: quanquàm hoc ipsum Deo debent, qui dedit intellectum et scientiam.

20. Quamvis enim invisibilis sit ipse Deus; ex quo tamen mundum tam mirificè condidit et administrat; in operibus suis intellectu conspicitur; ex opere intelligitur opificis semper durans omnipotentia, quin et ejus divinitas; ita ut inexcusabiles sint omnes impii philosophi.

21. Quia Deum cùm cognoverint, Deo tamen debitum honorem non exhibuerunt, nec eum adorârunt, ut supremam majestatem; nec ipsi gratias egerunt, ut omnium bonorum auctori; sed vani et inanes facti sunt in ratiocinationibus suis, scientiâ suâ ad vanam gloriam abutentes; hincque obscuratus est eorum intellectus, verâ sapientiâ destitutus, et in varios errores, contra naturale lumen, prolapsus est.

22. Cùm enim semetipsos sapientes dicerent, et se quasi sapientiæ suæ auctores, celebrari sinerent, reverà, deserti à verâ sapientiâ, stulti facti sunt.

23. Vide quò stultitiæ devenerunt. Honorem soli Deo incorruptibili debitum, transtulerunt ad imaginem hominis corruptibilis; et quod stultius est, ad imagines volucrum, quadrupedum et serpentium.

24. In cujus sceleris punitionem, Deus eos suæ propriæ concupiscentiæ tyrannidi deseruit, sinens eos fœdissima, quæ luberet, facere; quibus ipsimet, sponte suâ, suis corporibus dedecus inferrent.

25. Quia Deum verum commutaverunt pro falsis et imaginariis, quibus honorem Deo debitum reddiderunt, et quibus servitute latriæ servierunt; sicque majori honore creaturam affecerunt, quam creatorem; sed ipse nihil eorum injuriâ læsus, in æternum, certò et stabiliter est benedictus.

26. Hanc ob causam Deus offensus permisit eos prolabi in fœdas et infames cupiditates: nam eorum fe-

minæ (quas pudor maximò decet), oblitæ sexûs sui, naturalem usum commutaverunt in nefarium.

27. Similiter et masculi, relicto naturali feminarum usu, mutuis cupiditatibus inter se, unus in alterum deflagrârunt, masculi in masculos abominandam patrantes turpitudinem; hisque modis mercedem suæ defectionis à Deo, seu erroris idololatrici, recipientes in tali turpitudine; ut qui in Deum contumeliosi fuerant, semetipsos hâc nefandâ contumeliâ afficerent.

28. Et quemadmodùm non probaverunt, non æstimârunt, pro merito Dei beneficium, quo notitiam ejus assecuti sunt; propterea Deus eos tenebris excæcatos passus est abire in mentem reprobam, juxta quam de rebus agendis perversè sentientes, egerunt quæ homines rationales maximè dedecent.

29. Hinc omni scelerum genere sunt repleti, malignitate, scortationibus, avaritiâ, nequitiâ, pleni invidiâ, homicidio, contentione, dolo, pravitate; clanculùm calumniatores;

30. Palam detrahentes, Deo odibiles, et Dei osores, feroces et injuriosi, superbi, fastuosi, scelerum inventores, parentibus immorigeri, rationis expertes, moribus incompositi et ab humanitate alieni, quibus nullus naturalis affectus, nescii fœderis, immisericordes.

31. Qui cùm Deum esse nôssent, eumque summè justum, practicè tamen noluerunt intelligere quod morte digni sint, qui scelera enumerata faciunt; nec illi solùm, sed etiam, qui ea suo consensu, dùm perpetrantur, approbant.

COMMENTARIA.

Vers. 1. — Paulus, sui temporis morem secutus, nomen suum in capite Epistolæ ponit, non in calce sicut nunc nostri moris est. Apostoli autem nostri nomen Hebræum, Saul, Græcum Σαῦλος, Latinum Saulus, tandem Paulus : sive fuerit binominis, id est, Saulus et Paulus in circumcisione vocatus fuerit, ut putant Origenes, L. Anselmus, D. Thomas; sive Sauli nomen à Deo fuerit mutatum in Paulum, sicut Simon dictus est Cephas seu Petrus, ut ne hâc quidem parte, aliis apostolis esset inferior, ait D. Chrys.; sive hoc Pauli nomen acceperit à Paulo Sergio proconsule, quem ad Christi fidem, in insulâ Cypro convertit, Act. 13, v. 12, ut opinatur Baronius post D. Hieronymum; sive ipse Paulus, hoc nomen gentile et Romanum, parvitatem significans, assumpserit humilitatis gratiâ, ut qui staturâ pusillus erat et homunculus; et qui se juxta vim textûs Græci, minimis minimiorem dicebat, Ephes. 3, 8, nomine quoque suo, parvitatem suam publicè testaretur, et id opinatur D. Augustinus.

Quidquid sit de causâ hujus nominis, certum est quòd ex quo Saulus cum Barnabâ missus est ad gentes, maluit Paulus quàm Saulus appellari; nec aliud nomen assumpsit in omnibus suis Epistolis.

Servus Jesu Christi. Divinæ servitutis modi sunt plures, ait D. Chrys.; alius à creatione, alius à fide, alius à vitæ instituto : omnibus modis Paulus est servus Jesu Christi, ait idem Chrys., creatione, redemptione, fide, vitâ, moribus, totus Jesu Christi, totusque illi consecratus et devotus. Hâc de re vide plura, Epist. ad Titum, c. 1, v. 1.

Vocatus apostolus, Gr. κλητός, nomen, non participium; id est, vocatitius, seu vocatione, ab ipso Christo factus apostolus; non in hoc officium intrusus aut per se, aut per alios, sed divinâ vocatione. *Apostolus*, id est, missus, legatus, tanquàm à Christi latere, ad prædicandum in toto mundo Evangelium et omnes ad salutem vocandos; sicut ipse Christus à suo Patre missus est, juxta illud Joan. 20, 21 : *Sicut misit me Pater, et ego mitto vos.*

Segregatus, Gr. *discretus*, Syr. *separatus*. Alludit ad id quod Act. 9, 15 : *Vas electionis est mihi ad portandum nomen meum coram regibus et gentibus*, et ad id quod, Act. 13, dicit Spiritus sanctus : *Segregate mihi Saulum*, etc. Sensus ergo est : Speciali Spiritûs sancti delectu segregatus tanquàm vas aptum et destinatum ad portandum ad omnes gentes *Evangelium Dei*; id est, bonum Dei nuntium; non triste quiddam, velut prophetæ, accusationes, crimina, increpationes; sed Evangelia, et Evangelia Dei, firmorum et immutabilium bonorum thesauros infinitos. D. Chrysostomus.

Observa hæc tria nomina, quæ sibi tribuit D. Paulus : *Servus Jesu Christi*, *apostolus*, *segregatus*, quorum 1° Romanis suam exhibet religionem, 2° officii sui dignitatem, 3° vocationis suæ modum. Quasi diceret : Paulus Dei gratiâ christianus; Dei vocatione apostolus; speciali Sancti Spiritûs selectione, gentium, et ideò vester apostolus.

Et hanc fidei suæ et apostolicæ missionis quasi professionem, meritò quidem hìc præmittit, tùm ut sinistros rumores dissipet, quos fortè Romani ab Orientalibus, de Paulinæ fidei puritate receperant, tum ut Epistolæ suæ auctoritatem stabiliat, sibi, ut Romanis prodesset, necessariam; seu, sicut ait D. Chrys., ut fide dignam et plausibilem reddat Epistolam.

Sed hinc disce tres veri apostoli et episcopi conditiones, his tribus nominibus expressas, scilicet vocationem divinam, servitutem Christi, evangelizationem, seu Evangelii prædicationem; sit à Deo vocatus, non intrusus per se, vel per alios; sit Jesu Christi et ejus Ecclesiæ servus; vitam, laborem, divitias, omnia sua, pro illis impendat; evangelizet, doceat Evangelium Dei; non nova, non ab hominique apostolus, legatus missus à Christo per totum orbem evangelizare et docere gentes.

Segregatus in Evangelium Dei, id est, peculiariter delectus ad prædicandum Dei evangelium; delectus, inquam, à Spiritu sancto, qui responsum hujusmodi dedit Ecclesiæ Antiochenæ, Act. 13 : *Segregate mihi Saulum et Barnabam in opus ad quod assumpsi eos.* Evangelium, Græcis bonum lætumque nuntium signi-

Vers. 1. — *Paulus servus Jesu Christi.* Jesus, proprium nomen est illius hominis, qui ex Mariâ Virgine natus, idem est Filius Dei. Quod nomen vocatum est ab angelo priusquàm in utero conciperetur, Luc. 2. *Nec enim aliud nomen est sub cœlo datum hominibus, in quo oporteat nos salvos fieri*, Act. 4.

Vocatus apostolus, id est, vocatus ad apostolatum, vocatione apostolus, quasi dicat : Evocatus Dei Dei-

bus inventa; sola Dei vocatio dat jus ad episcopatum; servire Christo et Ecclesiæ, pro illâ vivere, laborare, pati, mori, certa sunt divinæ vocationis indicia; evangelizare, docere Evangelium Dei, finis episcopatûs, seu vocationis ad episcopatum.

Vers. 2. — Quod antea promiserat, etc. Dixit se apostolum et Evangelii præconem; nunc indicat cujus Evangelii sit præco, nempe *Evangelii Dei;* Evangelii per prophetas in Scripturis à Deo promissi; Evangelii *de Filio suo,* cujus objectum est Filius Dei. Evangelii itaque omninò et undequàque divini.

Hujus recordetur vir apostolicus, et meminerit cujus Evangelii sit præco; illudque pro suâ dignitate conetur administrare dignè Deo.

Vers. 3. — Qui factus est ei. Nec textus Græcus, nec versiones Syriaca, Arabica, Æthiopica, habent particulam *ei;* sic tamen legit D. Ambros., seu ut nunc volunt, Hilarius Diaconus Romanus. Ita etiam S. August.

Paucis exponit quis sit Jesus Christus et utramque ejus exhibet et generationem et naturam, quasi diceret: Ille, qui ab æterno erat Filius Dei ex substantiâ Patris, factus est filius hominis in tempore ex substantiâ Matris; sicque verus Deus, verus homo.

Qui factus est. Syr., qui natus est; Æthiop., qui genitus est, et provenit, id est, qui secundùm carnem factus, seu incarnatus est. *Ei,* Deo Patri, ad Dei gloriam, ex semine David. Syr., ex semine domûs David; id est, ex Mariâ Virgine, Davidicæ stirpis, seu genitâ ex semine David. Luc. 24, 44.

Qui prædestinatus est Filius Dei, etc.; Græc., illo definito Filio Dei, etc.; Syr., et agnitus est Filius Dei, etc.; Arab., destinato; Æthiop., quem declaravit. Hæc verba aliter à Græcis, aliter à Latinis explicantur. Secundùm Latinos hic sensus est: Etsi secundùm naturam humanam filius sit hominis, tamen prædestinatus est ut secundùm hypostasin sit naturalis Filius Dei; *in virtute,* seu cum potentiâ faciendi miracula, quam habet à Spiritu Sancto, incarnationis auctore, hancque potentiam declaravit resurrectione tum suâ, tum aliorum.

Secundùm Græcos hic sensus est: Etsi secundùm humanitatem sit filius David, tamen declaratus est naturalis Filius Dei, tribus potissimùm argumentis: nempe per potentiam miraculorum; per sanctificationis Spiritum; peccata remittendo, Spiritum sanctum conferendo; per resurrectionem mortuorum, quâ se et alios suscitavit à mortuis. Ita D. Chrysostom., Theod., Theophyl.

Hæc interpretationis diversitas orta est ex Græcæ vocis ambiguitate ὁρίζω, quæ significat definire, destinare, determinare; quod Græci explicant per verbum declarare, demonstrare: Latini verò per verbum prædestinare.

Patet legenti quòd Græcorum explicatio sit valdè naturalis, carentque difficultatibus quas habemus in explicandâ Christi prædestinatione, ut sit Filius Dei, et in explicandâ syntaxi et sensu verborum sequentium, scilicet *in virtute, secundùm Spiritum,* etc.

Audiatur unicus Theophylactus: *Qui definitus est Filius Dei in virtute,* etc. Supra dixit Evangelium esse de Filio Dei; nunc astruit quânam ratione cognitus sit Filius Dei, inquiens, definitus, hoc est, demonstratus, confirmatus, judicatus. Definitio enim est ipsa judicatio, suffragium, seu calculus et sententia.

Nam cuncti definierunt, judicâruntque ipsum esse Filium Dei: undenam? *in virtute,* hoc est, ex potentiâ et efficaciâ signorum quæ faciebat. Præterea *secundùm Spiritum sanctificationis;* hoc est, ex Spiritu, per quem sanctificabat credentes: Dei enim est donare talia. Quin etiam, ex *resurrectione mortuorum;* nam primus ille et solus se ipse excitavit. Itaque ex resurrectione definitus est ac declaratus Filius Dei; magnum enim et hoc est, perinde atque ipse ait: *Cùm exaltaveritis me à terrâ, tunc cognoscetis quòd ego sum;* ita huc usque Theophyl.

Nostra tamen lectio est vetustissima, nec nostri tantùm interpretis, sed et omnium antiquissimorum, Tertulliani, S. Irenæi, S. Hilarii, Ambrosii, S. Augustini, Epiphanii, Primasii. Sit ergo sensus: Qui idem juxta naturam filius David, prædestinatus est ut secundùm suam subsistentiam, esset naturalis Filius Dei, *in virtute,* etc., talisque patuit per potentiam mi-

ficat; lætissimum illud nuntium et omni acceptione dignum, de redemptione et salute generis humani per Christum.

Vers. 2. — *Quod ante promiserat,* etc., quod jam olim à Deo per prophetas ab ipso inspiratos, quorum oracula litteris consignata haberentur, promissum esset. Scripturæ sanctæ dicuntur Scripturæ divinitùs inspiratæ, id est, verbum Dei scriptum, quo nihil sanctius est.

Vers. 3. — *De Filio suo,* etc. Refertur hæc pars, vel ad *Evangelium Dei,* ut hac parte significetur Evangelii materia, vel ad verbum *promiserat.* Nam Christum Dei Filium à Patre fuisse promissum universa novi Testamenti Scriptura loquitur.

Qui factus est ei ex semine David secundùm carnem. Idem Verbum, Galat. 4, *factum ex muliere, factum sub lege.* Vox enim *factus* magis significat humanam naturam Christi. Vult enim Apostolus cumque ab æterno est Filius Dei, in tempore factum esse ac genitum *secundùm carnem,* id est, secundùm humanam naturam ex semine et posteritate David.

Vers. 4. — *Qui prædestinatus est,* etc., q. d.: Homo Christus, *qui factus est ex semine David,* seu cui data est essentia et existentia humanæ naturæ, prædestinatus est ad hoc, ut subsisteret in personâ Filii Dei; id est, prædestinatus est Jesus ad hoc, ut scilicet qui futurus erat secundùm carnem filius David, idem secundùm hypostasim esset Filius Dei; hoc est, prædestinatum est, ut hic homo, qui dicitur Jesus, estque filius David, esset simul Filius Dei, quia scilicet prædestinatum est, ut hic homo assumeretur à Filio Dei, illique hypostaticè uniretur, ita ut idem esset homo et Deus, sive filius hominis et Filius Dei. Ita August., de Prædestinatione sanctorum, c. 15; S. Anselm.; concil. Toletanum 11, c. 1, et passim scholastici, 3 p., q. 24. Christus *prædestinatus est Filius Dei in virtute,* id est, cum potentiâ divinâ, ut scilicet, esset filius David secundùm carnem fragilem et infirmam, haberet tamen tam potentiam quam hypostasin divinam; nimirùm ut per hanc potentiam, hic homo unitus Verbo faceret miracula, remitteret peccata, sanctificaret homines; quam potentiam habuit à Spiritu

raculorum; *secundùm Spiritum*, per visibilem missionem Spiritûs sancti in suos discipulos; *ex resurrectione*, et per suam resurrectionem.

Jesu Christi Domini nostri, Ἰησοῦ Χριστοῦ, etc. Hæc verba, in Græco, nectuntur casu genitivo, cum verbis præcedentibus versûs secundi περὶ τοῦ Υἱοῦ αὐτοῦ, *de Filio suo*, quodque intercedit legitur inter parenthesim. Conformis est Syriaca versio, de Filio suo (qui natus est... et agnitus est Filius Dei...), nempe Jesu Christo Domino nostro. Juxta nostram Vulgatam significat per suam ipsius Jesu Christi Domini nostri resurrectionem.

Vers. 5. — Per quem accepimus; explicat à quo suum receperit apostolatum, ad quid, et ad quos, *per quem*, Jesum Christum, filium David, et Filium Dei, *recepimus* gratiam, et sanctificantem et gratis datam; omnia dona supernaturalia et gratuita; et apostolatum, et apostolici muneris functionem; in omnibus gentibus, id est, inter omnes gentes; pro nomine ejus, id est, nomine et vice ipsius, pro quo legatione fungimur; ad obediendum fidei, Gr., ad obedientiam; Syr., ut obediant; D. Chrys., ut obediatur, id est, ut prædicatione nostrâ omnes gentes obediant fidei: apostolici quippe muneris est, prædicatione gentes inducere, ut se Christo submittant, ejusque credant Evangelio.

Hinc meritò D. Chrys., in hoc verbum animadvertens, ait: *Ad obediendum*; non dixit, ut in quæstionem aut vociferationem trahatur, sed ut obediatur; neque enim missi sumus, ut argumenta et syllogismos afferamus, sed ut reddamus quod nobis concreditum est; cùm enim Dominus aliquid pronuntiaverit, audientes minimè oportet curiosè scrutari, sciscitarive super iis quæ dicta sunt, sed excipere tantùm.

Hinc ergo concludo quòd spiritus fidei sit spiritus obedientiæ; non est naturalis et simplex mentis operatio, aut ratiocinatio, sed voluntatis humanæ gratiâ adjutæ submissio et adhæsio verbo Dei.

Pro nomine ejus. Præter sensum jam datum, alii intelligunt, propter gloriam ejus dilatandam. D. Chrys. Græco textui adhærens, ὑπὲρ, *super*, ait, ut obediatur super nomine ipsius; id est, in nomen ejus credamus. Conformis est Syrus, ut obediant fidei nominis ipsius.

Vers. 6. — In quibus; Syr., ex quibus, scilicet, gentibus, seu inter quas gentes estis et vos, ô Romani; et ideò vestri curam gero, et ad vos scribo; vocati, κλητοὶ, sicut et vers. 1, nomen, non participium, significans vocatitios, seu divinâ vocatione servos et famulos Jesu Christi.

Hoc sæpè repetit, ut intelligant fideles quòd Dei gratiâ sunt Christiani.

Vers. 7. — Omnibus qui sunt Romæ. Postquàm hoc prologo dixit quis sit, à quo constitutus prædicator, quæ prædicare jussus, ad quid et quibus, nunc Romanis omnibus gratiam precatur et pacem: gratiam, quæ illos uniat Deo; pacem, quæ illos uniat inter se.

Hincque disce 1° salutationem apostolicam; gratia vobis et pax; hæc duo nunquàm separat Apostolus in suis Epistolis. Et meritò, hæc enim duo nobis et aliis sunt continuè et absolutè desideranda; gratia, quâ Deo uniamur; charitas, quâ cum proximo: gratia, per quam Deus nunc regnat in nobis; pax, quâ cum Deo regnemus in cœlis. Hanc salutandi formulam Christus suis discipulis tradidit, Lucæ 10, 5. 2° Disce ex v. 6 et 7 Christiani nobilitatem: est Jesu Christi, de ejus familiâ: est Dei dilectus, amicus Dei: est et sanctus, per Baptismum sanctificatus.

Vocatis sanctis, id est, qui per Baptismum sanctificati fuistis, et ad sanctitatem vocati estis. Finis vocationis nostræ sanctitas; vocari ad christianismum et ad sanctitatem vocari, sunt unum et idem. Heu! quoties contra vocationis meæ finem peccavi! quàm longè à sanctitate disto, miser peccator!

Vers. 8. — Primum quidem gratias ago Deo meo... Mirâ prudentiâ ab hoc versu usque ad v. 17 captat

sancto, qui totum hoc unionis hominis cum Deo opus in Christo peregit. Quæ potentia Spiritûs sancti maximè se ostendit, maximèque patuit *ex resurrectione* ex mortuis, id est, in resuscitatione, quâ Christus se et alios mortuos suscitavit. Unde de eâ tunc dixit Christus, Matth. 28: *Data est mihi omnis potestas in cœlo et in terrâ;* et Joan., Apoc. 5: *Dignus est agnus, qui occisus est, accipere virtutem, et divinitatem, et sapientiam.* Ita S. August. et passim interpretes.

Vers. 5. — *Per quem accepimus gratiam et apostolatum*, dicens se apostolatum accepisse per Christum, id est, Christo vocante atque mandante. *Accepimus*, id est, accepi, gratuitum hoc beneficium, quod est apostolatus, id est, munus ac dignitas apostolica. Pro Christo legatione fungimur, inquit Paulus, 2 Cor. 5. Apostoli ergo erant primi à Christo, Christi vices gerebant, et Christi personam repræsentabant: sicut regis legatus regem ipsum repræsentat.

Ad obediendum fidei in omnibus gentibus, id est, ut obediatur fidei ab omnibus gentibus, scilicet ut apostoli suâ prædicatione inducant omnes gentes, ut se submittant, credant et obediant Evangelio. Ita Chrysost.

Pro nomine ejus, id est, pro gloriâ et fide nominis Christi propagandâ et divulgandâ.

Vers. 6. — *In quibus estis*, etc., id est, in quarum gentium numero etiam vos estis, utpote jam vocati Jesu Christi, hoc est, gratuitâ Dei vocatione facti fideles Jesu Christi.

Vers. 7. — *Omnibus qui sunt Romæ, dilectis Dei, vocatis sanctis.* Subaudi, scribit hanc Epistolam amicis Dei ac gratuitæ vocationis ejus beneficio sanctis. *Vocatis sanctis*, inquit, id est, vocatis ad sanctitatem, vocatis ad christianismum, ut sint sancti.

Gratia vobis et pax, multiplicetur, sive adimpleatur, *à Deo Patre nostro, et Domino Jesu Christo*, Patre nostro, id est, cujus nos filii sumus per gratiam, à quo proinde gratiarum et pacis accessionem meritò vobis precor. *Et Domino Jesu Christo;* à Christo auctore et largitore, æquè ut à Deo Patre. Unde Græci commentatores et Cyrillus, ex his Apostoli verbis ostendunt Christi divinitatem et cum Patre æqualitatem.

Vers. 8. — *Primum quidem gratias ago Deo meo per Jesum Christum pro omnibus vobis*, id est, ob beneficia vobis impensa *per Jesum Christum*, tanquàm mediatorem nostrum, à quo fides, gratia et omnia bona pro quibus Deo gratias agimus, nobis proveniunt, ait Ambros.

Quia fides vestra annuntiatur in universo mundo, id est, divulgatur. Sensus est: Fama fidei vestræ multùm latèque per varias mundi partes diffunditur. Etenim Romani jam ante fidem Christi susceperant;

Romanorum benevolentiam, ut illis fiat utilior; ac I° ob illorum fidem in toto mundo celebrem, Deo gratias agit. Ubi nota 1° quòd gratiarum actio sit apostolica devotio, et quam D. Paulus frequenter exercet. Reverà totum religionis exercitium ad duo potest optimè reduci : in recipiendo scilicet et reddendo, in recipiendis à Deo beneficiis, et in reddendis Deo gratiarum actionibus. Discamus hinc non minùs esse solliciti de reddendis quàm de petendis et recipiendis. Nota 2° de quibus inprimis Apostolus reddat Deo gratias, de fide, de bonis spiritualibus et ad æternam salutem conducentibus : sicut hæc specialiter et inprimis petenda, sic de eis gratiæ primùm agendæ. Qui secùs agit, seu, qui terrena præsertim petit, et pro terrenis gratias tantùm agit, vetus testamentum sapit. Nota 3° quomodò gratias agit, scilicet, PER JESUM CHRISTUM, quia per Christum et ob Christum nobis gratia datur; ideò per Christum, omnis gratiarum actio à nobis reddenda Deo : et hoc utrumque nos docet hìc Apostolus.

VERS. 9. — TESTIS ENIM MIHI EST DEUS. Gr., testis est meî, seu meus. II° Deum testem invocat, quòd illorum sit in suis orationibus perpetuò memor; CUI SERVIO IN SPIRITU MEO, id est, quem sincerâ mente et spiritu colo : non carnalibus et Judaicis sacrificiis, sed spiritualibus animi virtutibus, fide, spe, charitate.

IN EVANGELIO FILII EJUS prædicando, non legales ritus docendo, sed cœlestem et divinam Filii Dei doctrinam; seu, et fortè meliùs, *cui servio*, seu ministro, *in spiritu meo;* id est, sincerâ mente et intimo cordis affectu, *in Evangelio Filii ejus*, scilicet prædicando.

VERS. 10. — SEMPER IN ORATIONIBUS MEIS, OBSECRANS... III° Exponit quod sit continuum suum in orationibus votum, scilicet ad eos eundi.

SI QUOMODO TANDEM ALIQUANDO : hæc adverbiorum congeries notat ardens D. Pauli desiderium Romanos videndi : idem indicat verbum sequens, v. 11, ἐπιποθῶ, vehementer desidero.

Ex duobus his versibus discimus 1° quòd juramentum ritè factum, sit actus religionis, quia Deum agnoscit et declarat primam veritatem et bonitatem : veritatem, quæ falli non potest; bonitatem, quæ fallere nequit. 2° Exemplo D. Pauli discat pastor quòd frequenter et quasi assiduè orare et gemere pro Ecclesiâ sit veri pastoris munus, imò et boni christiani. 3° Discamus, ejusdem exemplo, orare sub eâ conditione, quâ oravit : si sit voluntas Dei; ut enim ait Theodoretus, si, ubi de tot hominum myriadum salute agitur, sic rogat Apostolus, quâ veniâ digni sumus, qui non omnia nostra divinæ voluntati permittimus, ab eâque pendemus?

VERS. — 11. DESIDERO ENIM VIDERE VOS, UT ALIQUID... Gr., ut aliquod impertiar donum vobis spirituale ad stabiliendum vos. Syr., quandoquidem vehementer opto videre vos, et largiri vobis donum Spiritûs, quo stabiliamini. IV° Aperit sui desiderii motivum : non ex curiositate desidero videre vos; non ex cupiditate, ut aliquid à vobis accipiam, sicut plerique Romam vadunt; sed ad impertiendum vobis aliquod spirituale donum, quo vos in fide confirmem.

VERS. 12. — ID EST, SIMUL CONSOLARI... Quasi liberiùs locutus sit, emollit et modestè corrigit quod v. 11 dixit; hoc totum ad mutuam consolationem reducendo.

Sunt horum vers. 11 et 12 verba plena humilitatis, ait Theodoretus. Non enim dixit, ut dem, sed ut impertiar; communico enim ex iis quæ accepi; et quia primus eis magnus Petrus doctrinam evangelicam præbuit, necessariò intulit, AD CONFIRMANDOS VOS; non enim aliam vobis doctrinam afferre, sed eam quæ jam oblata est confirmare, et arbores jam plantatas irrigare volo. Deinde rursùs orationem multâ replet moderatione. Hoc autem est, *simul consolari...* Non solùm non volo dare, sed etiam à vobis accipere. Hucusque Theodoret. Hinc ergo modestiam disce et in sensu, et in verbis.

Ex vers. 11 discat prælatus visitationum finem et motivum : UT ALIQUID IMPERTIAR VOBIS GRATIÆ SPIRITUALIS. Hic est visitationum finis, gratiam spiritualem impertiri. Visitator est Dei charismatum portator et collator; ipsius munus est confirmare in fide et in bonis operibus. Hinc mutua oritur consolatio, ex communi fide pastoris et ovium; consolationem accipiunt oves ex fide pastoris fructificante; consolationem accipit pastor ex fide ovium per ipsum confirmatâ et auctâ.

In talibus visitationibus nihil vanum, nihil futile, nulla lætitia secularis et mundana, nulla curiositas, nulla videndi currendive libido, nulla dominatio, etc.; omnia secundùm Dei Spiritum et voluntatem ordi-

idque Petro apostolo prædicante : quemadmodùm hoc loco testatur Chrysostomus. Gratias ago Deo pro fide vestra, quæ tanta est ut fama ejus universum mundum pervagetur.

VERS. 9. — *Testis enim mihi Deus.* Refertur hoc juramentum ad illud sequens; quòd sine intermissione memoriam vestri facio, etc.

Cui servio in spiritu meo in Evangelio Filii ejus. Subaudi, annuntiando, prædicando, propagando, vel sensus est : In negotio Evangelii. *Cui servio*, quem colo, *in spiritu meo*, id est, cultu interno et spirituali, qui consistit in fide, spe et charitate.

Quòd sine intermissione memoriam vestri facio semper in orationibus meis. Sic etiam ad Tim. scribit 2 Epist. 1 : Gratias ago Deo quòd sine intermissione habeam tui memoriam in orationibus meis nocte ac die.

VERS. 10. — *Semper in orationibus meis*, etc. Significat ardens desiderium ac votum Pauli ad consequendum id quod scribit, hoc est, ad visendum Romanos, *in voluntate Dei*, id est, per voluntatem Dei, Deo volente.

VERS. 11. — *Desidero enim videre vos*, id est, vobis adesse.

Ut aliquid impertiar vobis gratiæ spiritualis. Causa tanti mei desiderii non alia est, inquit, quàm ut supra ea quæ jam accepistis, aliquid adhuc donorum seu gratiarum spiritualium vobis per meum ministerium impertiar.

Ad confirmandos vos, Græcè, *ad confirmari vos*, id est, quò fiat saltem ut confirmemini in donis acceptis.

VERS. 12. — *Id est*, etc., q. d. : Desidero videre vos, ut confirmem vos instruendo et docendo in fide

nata ad subditorum spiritualem profectum et utilitatem.

Vers. 13. — Nolo autem vos ignorare, fratres. Confirmat quod dixit v. 11 : *Desidero videre vos*, et propterea illis aperit quid tentaverit, deinde quid obstiterit; denique quid conando et tentando intenderit. Sæpè volui, proposui, ac tentavi venire ad vos, et prohibitus sum usque ad hoc tempus, quippe per alia evangelica negotia magis urgentia; magis enim urgebat necessitas locorum in quibus Christus nondùm erat annuntiatus. Hoc patet ex cap. 15, v. 20, 22. Ut aliquem fructum habeam; ecce cur proposui ad vos ire, ut inter vos, sicut et inter alias gentes, fructum aliquem habeam, rigando quod D. Petrus et ejus discipuli apud vos verbo Dei seminârunt. Ad exemplum Apostoli nostri, qui omnia sua itinera et negotia ordinabat, suscipiebat et exsequebatur, non propriâ voluntate ductus, non curiositate tractus, sed divinâ gratiâ directus, discamus et nos omnia nostra secundùm Dei voluntatem ordinare; hanc in omnibus inquirere et exsequi, ei ubique subdi, eam in omnibus adorare, ab eâ semper et omninò pendere.

Vers. 14. — Græcis ac barbaris... Volui, inquam, apud vos, sicut et apud alias gentes, fructum aliquem habere, quia omnibus debitor sum; ex quo factus sum omnium gentium doctor, omnibus debeo doctrinæ debitum; ad hoc astringor apostolico munere, ad quod ex speciali sancti Spiritûs selectione segregatus sum.

Non obstante superiori versuum 11 et 12 modestiâ, hic suæ missionis et apostolatûs dignitatem sustinet.

Græcis ac barbaris. Humanum genus Græci distinguebant in Græcos et barbaros. Barbarus autem apud Græcos erat omnis non Græcus, seu aliâ linguâ loquens quàm Græcâ, quo sensu et ipsi Romani apud Græcos erant barbari. Sed hic D. Paulus per Græcos intelligit gentes sapientiâ Græcorum excultas, quales erant Romani : per *barbaros*, incultas et feriores intelligit.

Sapientibus et insipientibus, id est, ingeniosis et stupidis, doctis et indoctis. Mirare hic magnam D. Pauli animam, quæ universum orbem amplectebatur, omnes gentes, omnesque prorsus homines, quasi discipulos à se erudiendos suscipiebat. O animam generosam! exclamat D. Chrys. in proœm. Epist. ad Rom. Et tu pro modulo tuo considera te debitorem omnibus; omnes, quantùm est in te, instrue : at hinc intelligat præsertim pastor quòd se toti suo gregi debet; nullam ovem sine crimine negligit. Itaque, quantùm est in illo, sit semper paratus, semper promptus ad ministrandum; nec periculo, nec labore terreatur.

Vers. 15. — Ita, quod in me, promptum est..., subaudi *mihi;* id est, promptus sum *evangelizare.* Hoc debitum, hoc ministerium, *evangelizare;* lætum ac faustum Dei gratiæ nuntium prædicare.

Vers. 16. — Non enim erubesco. Paratus sum, inquam, et vobis, in vestrâ splendidissimâ urbe Româ, evangelizare, sicut Antiochiæ, Athenis, Ephesi, Corinthi et alibi; *non enim erubesco* Evangelium. Gr., *Christi.* Syr., non enim pudet me Evangelii. D Chrys. addit *Christi.* Licèt Jesus Christus crucifixus Judæis sit scandalum, et gentibus stultitia reputetur, non me propterea pudet illius Evangelii.

Virtus enim Dei est. Gr., δύναμις, *potentia*, quia Evangelium Christi, hoc quod in Evangelio continetur, et quod prædicamus, incarnatio Filii Dei, passio, mors, etc., potens et efficax medium est ad æternam salutem conferendam omni credenti, id est, perfectè credenti et facienti quod fides docet esse faciendum. Sicut medicamentum non prodest, nisi haustum, ita nec Evangelium vitam æternam confert, nisi creditum et custoditum.

Judæo primum, quia Judæis promissus fuit Messias. Hinc et Christus ipse illis evangelizavit, et ad eos primùm misit apostolos suos; et Græco; id est, gentilibus. Ab Alexandro pleræque gentes Græcè loquebantur; hinc sub nomine Græci hic intelligitur gentilis.

Nota 1° quòd fides medium est per quod Deus nobis vitam largitur et salutem; seu per quod ordinavit ut omnis homo salutem assequatur; *omni credenti*, etc., ut supra. Nota 2° quòd evangelicum verbum sit quædam instrumentalis Dei virtus et potentia, quâ fidem et justitiam, animæ vitam, nobis confert.

Sub evangelico verbo Deus gratiæ suæ potentiam, et sancti Spiritûs efficaciam abscondit. Hinc disce in Christi; et hæc mea confirmatio fiat mutua consolatio nostra, ex communi fide meâ et vestrâ, jam per me auctâ et confirmatâ.

Vers. 13. — *Nolo autem vos ignorare, fratres, quia sæpè proposui venire ad vos.* Excusat Apostolus cur desiderio nondùm satisfecerit, docens conatum sibi non defuisse, sed facultatem. Id enim est quod sequitur :

Et prohibitus sum usque adhuc, prohibitus, id est, impeditus; de hoc impedimento, quale fuerit, habemus infra, cap. 15, ubi commemorat Apostolus se prædicando in aliis regionibus Evangelio occupatum, eâque occupatione plurimùm impeditum fuisse, quominùs adhuc Romanos inviseret.

Ut aliquem fructum habeam et in vobis, sicut et in cæteris gentibus, id est, fructum ex iis colligendum Evangelii prædicatione, sicut jam collegerat ex aliis gentibus. Hic ergo fructus est fides et salus populorum.

Græcis ac barbaris, etc., annuntiandi et docendi Evangelii. Hanc enim doctrinam nec Græci nec philosophi perceperant.

Vers. 15. — *Ita (quod in me)*, etc., q. d. : Itaque quod ad me attinet, promptitudo mihi adest. Ego quidem vehementer volo, modò ea sit etiam Dei voluntas, satago evangelizare vobis.

Vers. 16. — *Non enim erubesco Evangelium*, ac si diceret : Quamvis Christum esse crucifixum, et hoc ipsum palàm prædicare pro Evangelio probrosa res et stulta videatur, non tamen illius me pudet. Ratio sequitur :

Virtus enim Dei est in salutem omni credenti, q. d. : Evangelium, id est, prædicatio et fides, vel potiùs res prædicata per Evangelium, scilicet Christi mors, merita, sacramenta, præcepta, promissa, licèt incredulis pudori sint, scandalo et risui, nobis tamen Dei virtus sunt et potentia, per quam Deus potenter in credentibus operatur salutem.

Judæo primum et Græco, quia primùm ac potissi-

Verbo Dei, gratiam et spiritum, oratione et meditatione quærere.

Vers. 17. — Justitia enim Dei in eo.... Syr. : Justitia enim Dei per illud revelatur. Dixit, *non erubesco Evangelium;* rationem reddidit, *quia virtus Dei est*, etc.; hinc sensim delabitur ad præcipuam hujus epistolæ materiam, quam in hoc versu exprimit; sicque cum præcedentibus connectit.

Evangelium verè Dei virtus est ad salutem : quare? quia (et hoc erit principale hujus Epistolæ subjectum) vera *justitia*, quâ quis coram Deo justus est, nobis *in eo revelatur*.

Ex fide; illaque oritur ex fide, non ex lege, ut Judæi putant; non ex naturæ viribus, ut opinantur Græci, sed ex fide.

In fidem; ex fide nascitur, fide nutritur, et in fidem majorem et solidiorem quotidiè crescit. Quippè ex fide informi fit fides perfecta, charitate formata, et operans per dilectionem.

Sicut scriptum est; Habac. 2 : *Justus autem ex fide vivit.* Gr., *vivet.* Syr., *vivet;* utrumque verum est, et justus nunc vitâ gratiæ vivit ex fide; et ex fide vivet aliquando vitâ gloriæ : æternitatis enim vita pendet à fide. *Qui crediderit....., salvus erit.*

Nota 1° per *justitiam Dei*, hâc in Epistolâ, intelligi, non illam quâ Deus justus est, sed eam quâ homo verè et coram Deo justus est. Dicitur autem *Dei*, quia à Deo est, et quia coram Deo justum reddit, eique placet. Nota 2° quòd hæc justitia sit hominis justi, seu verè pii, vita spiritualis. Sicut enim animalis homo ex rebus sensitivis et animalibus vivit, et sicut homo philosophus vivit ex ratione, ita homo justus, christianus ex justitiâ Dei, seu ex justitiâ quâ coram Deo justus est, vivit. Hæc autem justitia, justi vita, fluit à fide, tanquàm à radice, seu, quod idem est, fides, initium, radix, cor hujus vitæ spiritualis; cujus doctrinæ fundamentum est Dei voluntas, sapientissimè ordinantis ut nullus, post lapsum peccati, in statum gratiæ restitueretur, nisi crederet in ipsum, et in Christum Redemptorem. Hinc sine fide impossibile est placere Deo; hinc *accedens ad Deum credere oportet*, etc.

Unde benè infert omnis Catholicus, cum concilio Trid., sess. 6, c. 8, fidem omninò necessariam esse ad justificationem; pessimè autem omnis heterodoxus cum Calvino, hominem solâ fide justificari : nam, sicut fundamentum ad ædificium est necessarium, solum tamen non sufficit; sicut cor ad vitam corporalem necessarium est, nec tamen solum sufficit, sed præterea requiritur caput, pulmo, etc., ita fides omninò necessaria est ad vitam spiritualem, nec tamen sola sufficit, sed præterea requiritur charitas et cæteræ virtutes.

Fides sine charitate et operibus mortua est : quomodò autem per aliquid mortuum viveret et cresceret anima?

Nota 3° quòd sicut ex fide, tanquàm à radice, fluit prima justi justitia, seu, per quam fit justus; sic à fide, tanquàm à causâ imperante, oritur secunda justi justitia, seu, quâ crescit in justitiâ et operatur justè. Hinc *ex fide in fidem.*

Nota denique quòd hæc vita clarè revelatur in Evangelio, tum quia Christus, hujus vitæ fons, et qui in lege erat absconditus, manifestatur in Evangelio; tum quia ipse Christus hanc vitam ore proprio nos docet in Evangelio : *Pœnitemini, et credite Evangelio*, Marci 1, 16. Devotam fidei Christianæ praxim vide in fine capitis, in corollario.

Vers. 18. — Revelatur enim ira Dei, etc. Puto hoc *enim* referri ad vers. 16 : *Virtus Dei est ad salutem;* et in hoc versu secundam contineri rationem, quâ probet evangelicum esse verbum instrumentalem virtutem quâ Deus homines adducit ad salutem; bonos quidem per amorem justitiæ, quam revelat, ut vers. 17 dictum est; malos verò, per terrorem vindictæ, quam impiis intentat.

Evangelium enim et justitiam, fidelis animæ vitam, clarè docet; et omnem impietatem et injustitiam, animæ mortem, manifestè prohibet : ad justitiam pios allicit spe præmii; ab impietate et injustitiâ malos avertit, terrore supplicii : hinc gloriam nunc demonstrat; hinc gehennam nunc intentat, utrumque autem ad hominum salutem.

Evangelium ergo virtus Dei est, etc., quia sicut

mè à Christo et apostolis annuntiatum est Evangelium Judæis, quibus promissus erat Christus, et, id est, deinde, *Græco*, id est, gentili.

Vers. 17. — *Justitia enim Dei in eo revelatur ex fide in fidem.* Probat Evangelium esse Dei virtutem in salutem omni credenti, quia *in eo*, scilicet Evangelio, revelatur justitia Dei ex fide. Dicitur autem *revelatur*, quia de mysterio loquitur ab humanis sensibus abscondito. August., lib. de Spir. et Litt., c. 9, justitia Dei, inquit, est justitia divina, quâ scilicet nos Deus justificat per Christum, quæque nos reverà in oculis Dei justos facit. *Ex fide in fidem, ex fide*, incipiente et imperfectâ, *in fidem* proficientem, perfectam, charitate formatam, similive modo augescentem, vel in se intrinsecè vel extrinsecè per charitatem et virtutes alias, quas fides excitat; q. d. : In Evangelio revelatur vera justitia, quæ est et proficit ex fide in fidem, id est, quæ incipit, alitur, augescit per fidem in dies crescentem, donec credentem ad salutem perducat; quæ Evangelii est virtus, uti præcessit. Ita Theoph., Œcumen., Adamus et Pererius.

Sicut scriptum est, Habac. c. 2 : *Justus autem ex fide vivit*, tanquàm non satis sit ad justitiam semel credidisse, sed oporteat justitiam adeptam semper ex fide nutriri, conservari, augeri et perfici. Justus ita vivit ex fide, ut ex eâ vivere non desinat. Justus credens et sperans in Deum, incipit vivere spiritualiter, incipit habere rectam animam quâ placeat Deo : ac rursùm pergens et proficiens in hâc suâ fide et spe in Deum, pergit pariter et proficit in vitâ spirituali, in rectitudine et justitiâ animæ, in gratiâ et amicitiâ Dei, ut magis magisque Deo placeat. Qui justus est, vivat, id est, justitiæ vitam habeat, scilicet ex fide. Sic enim loquitur Gal. 2. Quòd autem nunc vivo in carne, nempe vitam justitiæ, in fide vivo Filii Dei. Tota vita justi, quâ justus est, ex fide est, quia tota ejus justitia ab initio usque ad finem ex fide est. Quamdiù enim justus per fidem ambulat, ex fide vivit.

Vers. 18. — *Revelatur enim ira Dei*, etc., q. d. : Rectè dixi justitiam veram revelari per Christi Evangelium, illudque esse virtutem Dei in salutem, quia è contrario revelatur tum in eodem Evangelio, tum ex-

justitiæ vitam docet, et pius æternam vitam promittit, ita et injustitiam, animæ mortem, vetat, et injustis omnibus mortem minatur æternam. *Revelatur enim* in eodem Evangelio *ira*, et vindicta Dei DE CŒLO ventura, cùm Christus de cœlo veniet judicaturus vivos et mortuos; SUPER OMNEM IMPIETATEM, id est, in omnes impios, qui Deum non coluerunt, et injustos; qui jus proximo non reddiderunt.

QUI VERITATEM DEI IN INJUSTITIA DETINENT. Nota vim verborum. Qui notas de Deo veritates ita per malos mores opprimunt, ut illæ in talibus hominibus non magis appareant, quàm qui in atro et profundo carcere detinentur.

Hæ Evangelii minæ ad omnes quidem spectant impios, injustos, infideles, sive Judæi fuerint, sive gentiles; D. tamen Paulus incipit hìc illas applicare gentilibus, qui veram, quam assecuti sunt de Deo notitiam, per injustitiam, seu pravitatem suæ voluntatis supprimunt et quasi captivam detinent, dùm aliis non communicant, vel per opera pietatis non ostendunt; hincque probat eos nihil habere unde glorientur. His ergo verbis Apostolus philosophos perstringit, qui, licèt Deum cognoverint, Deum tamen nec coluerunt ut debebant, nec aliis colendum prædicaverunt.

Sed, heu! quantò acriùs et nos perstringit Christianos? Quis Deum, quantùm novit, glorificat? quis per pietatis opera fidem suam ostendit? quot è contra, per malos mores suos fidem suam sic opprimunt et occultant, ut illa veluti carcere inclusa non appareat? Veritatem quasi incarcerant, quotquot suâ malâ voluntate, quasi seris eam detinent, ne ad effectus et ad opera bona progrediatur. Quis ob hanc injustitiam non contremiscat?

VERS. 19. — QUIA QUOD NOTUM EST DEI.... In reliquo ergo capite in gentiles agit, ostendens quòd scientia philosophos non justificavit. Ac 1° fatetur quòd Deum cognoverunt. Sic autem nectendus est textus. Dixi quòd *veritatem Dei detinent*, quia *quod notum est Dei*, Gr., *cognoscibile*, id est, quod de Deo facilè et naturali lumine cognosci potest, *manifestum est in illis*, id est, in illorum intellectu; Deus enim illis manifestavit, intellectum dando, quo per discursum ex creaturis manifestè cognoverunt Creatorem.

VERS. 20. — INVISIBILIA ENIM IPSIUS... Gr., *à creaturâ*, vel à creatione *mundi* (utrumque significat, κτίσις) factis *intellecta conspiciuntur*. Syr.: Recondita enim Dei, à jactis mundi fundamentis, ab ipsius creaturis, intellectu deprehenduntur; id est, attributa Dei, quæ alioqui nec videri, nec aliquo sensu percipi possunt,

A CREATURA MUNDI, id est, à creatione mundi, ab initio mundi, à mundo condito, PER EA QUÆ FACTA SUNT, id est, ex contemplatione rerum ab illo creatarum cognita; CONSPICIUNTUR, sicut sol in aquâ, SEMPITERNA QUOQUE VIRTUS EJUS, ET DIVINITAS, id est, æterna quoque ejus omnipotentia et essentia, principio carens et fine. ITA UT SINT INEXCUSABILES, scilicet de peccatis suis, seu ex eo quòd eum non coluerunt, ut v. seq.

Mundus divinitatis est liber, speculum divinorum, in quo se Deus expressit; harmonia mundi est quasi musica Deum prædicans et laudans. Hunc librum legerunt philosophi, illisque fuit quasi Evangelium. In hoc speculo quamdam Dei viderunt imaginem; hâc musicâ Deum rerum omnium auctorem agnoverunt. At quò plus in illis fuit scientiæ eò minus fuit excusationis.

VERS. 21. — QUIÀ CUM COGNOVISSENT DEUM..... His tribus versibus sequentibus triplex describitur philosophorum ingratitudo.

perientiâ, tum maximè revelabitur in die judicii impietas et injustitia hominum infidelium; revelabitur, inquam, omnes homines, qui fide Evangelii destituti fuerunt, veritatem Dei in injustitiâ detinuisse, ideòque esse peccatores, impios et injustos, ac consequenter Dei iræ et vindictæ æternæ obnoxios esse. Ita S. Chrysost., Theod. et Œcum. Porrò veritatem Dei in injustitiâ detinent, qui veram, quam de Deo assecuti sunt notitiam, per injustitiam, id est, pravitatem suæ voluntatis, supprimunt, ac veluti captivam intra se tenent; dùm non ostendunt per opera pietatis, etc.

VERS. 19. — *Quia quod notum est Dei manifestum est in illis*, propterea quòd ea quæ de Deo naturali lumine intellectûs ab homine cognosci possunt, fuère *in illis*, id est apud illos manifestè et evidenter cognita; cujusmodi sunt Deum esse unum, æternum, mundi principem et gubernatorem, actum purum, et similia. Non defuerunt, inquit, inter illos qui hæc cognoscerent, tametsi alii plùs, alii minùs.

Deus enim illis manifestavit; non dicit, revelavit, quasi infuso lumine fidei, sed *manifestavit*, id est, manifestè et evidenter eos cognoscere fecit, scilicet per lumen naturæ, uti jam dictum est.

VERS. 20. *Invisibilia enim ipsius à creaturâ mundi, per ea quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur.* Invisibilia Dei, id est, attributa seu proprietates Dei quæ corporeis oculis aspici nequeunt, mente conspiciuntur ex universâ hâc creaturâ visibili, quæ mundus dicitur, dùm intelliguntur ex iis quæ facta sunt, id est, per opera sensibus nostris exposita, tanquàm per suos effectus. Nam ex operis præstantiâ cognoscitur ars, ingenium et sapientia opificis.

Sempiterna quoque ejus virtus et divinitas. Tria verò speciatim recenset Apostolus, sempiternitatem, virtutem seu potentiam et divinitatem. *Divinitas* est essentia Dei et majestas, scilicet Deum esse primum Ens perfectissimum, à quo omnia pendent. Potentia quoque absoluta et illimitata, quam omnipotentiam vocamus. Virtus quasi potentia Dei continetur quoque inter invisibilia Dei; est enim æquè ut alia, attributum Dei, eam tamen præ aliis hìc exprimit Paulus, quia inter alia maximè relucet et resplendet illa in creatione et rebus creatis.

Ita ut sint inexcusabiles; potuit sic verti: *In hoc ut sint inexcusabiles*, quo significetur cognitionem illam quam de Deo philosophi acceperunt ex rebus creatis, reddere eos inexcusabiles in judicio Dei.

VERS. 21. — *Quia cùm cognovissent Deum*, Deum pro mundi fabricâ, suîque ac rerum omnium ad suum usum creatione et conservatione,

Non sicut Deum glorificaverunt, aut gratias egerunt. Sicut naturali rationis lumine pervenerunt in veram Dei notitiam, ita clarè dictat eadem ratio, Deum cognitum glorificandum esse, eique gratias agendas. Quocirca inexcusabiles sunt, qui hæc non fecerint. Gratias agere Deo, est beneficia à Deo accepta per agnitionem et laudem in ipsum referre.

Sed evanuerunt, id est, vani et inanes facti sunt *in cogitationibus suis*, id est, disquisitionibus et discursibus, quos ex creaturis de Deo creatore fecerant,

Prima, quòd Deum, quem cognoscebant, non honorârunt, nec ipsi ut omnium bonorum auctori gratias egerunt.

Vers. 22. — Sed evanuerunt... Gr., *in ratiocinationibus suis*. Secunda, superbi et vani facti sunt, se sapientes dixerunt, seque quasi suæ sapientiæ auctores, venerati sunt.

Vers. 23. — Et mutaverunt gloriam... Tertia, quod stupendâ cordis cæcitate in idololatriam prolapsi sunt. Non homines tantùm, sed et volucres, bestias, quadrupedes et serpentes venerati sunt; imò et illorum imagines, ut notat D. Chrys. Unde patet falli Calvinum negantem idololatras unquàm adorâsse imagines.

Quàm terribilis ergo scientiarum abusus! Vanitatem parit, oblivionem Dei, ipsam idololatriam. Scientia naturaliter debet nobis de Deo, propter excellentiam ipsius et supremum imperium, summam reverentiam exhibere; debet in nobis, propter omnimodam dependentiam nostram, humilitatem parere; debet nos ad actus religionis continuos excitare; heu! per abusum scientiæ, fit vanus in se, qui debet humilis esse; obliviscitur Dei, qui Deum ubique debet intueri; idolis servit, qui debet omnia Deo sacrificare, et ad Dei cultum et honorem creaturas alias referre.

Utinam hoc in philosophis gentilibus tantummodò verum esset, non in Christianis quam plurimis, in quibus scientia vanitatem parit, oblivionem Dei, creaturarum amorem et præferentiam ipsi Creatori. Gentilium philosophorum condemnatio, sit ergo omnium Christianorum pavor.

Vers. 24. — Propter quod tradidit illos. In sequentibus versibus exprimuntur enormia peccata, in quæ, in punitionem præcedentis philosophorum ingratitudinis, Deus sivit illos turpiter delabi. Tria autem notantur derelictionum genera: primum, in desideria cordis; secundum, in passiones pudendas et ignominiæ, quibus naturalem voluptatis usum in nefarium inverterunt; tertium, in reprobum sensum, in sensum depravatum, seu mentis inordinationem, quæ malum bonum judicat, et bonum malum, quæque beatitudinem in turpitudine et infamiâ collocat.

1° Itaque, quia Deum, quem noverant ex creaturis, non glorificaverunt, sed honorem ipsi debitum in creaturas deflexerunt,

Propterea tradidit eos Deus in desideria cordis, non impellendo, sed deserendo illos propriæ concupiscentiæ tyrannidi, dæmonum tentationibus, et illecebris peccati; aliunde illos speciali gratiæ auxilio, non retinendo, nec roborando, nec illuminando. Hinc in omnia scelera proni. Justa punitio: Deum deseruerunt, Deus eos deseruit; sivit eos facere quod luberet, etiam maximè fœda, et quibus semetipsos dehonestarent. Qui Deum non honorârunt, Deus, ait Theodoretus, illos suâ providentiâ privavit, et tanquàm cymbam, sine saburrâ ferri, permisit, detrectans eos gubernare.

Vers. 25. — Qui commutaverunt veritatem..... 2° quia *commutaverunt* verum Deum pro falsis, seu quia pro Deo vero sumpserunt imaginarios, quibus honorem soli Deo vero, et semper laudando debitum tribuerunt.

Vers. 26. — Propterea tradidit illos..... Propterea tradidit eos cupiditatibus infamibus; non contenti voluptatibus naturalibus, naturalem cupiditatis usum commutarunt in nefarium. Hæc irato Deo,

quia scilicet iis relictis, ad vana idola, quæ non erant Deus, colenda deflexerunt. Ita S. Chrysost., Orig., Theodor.

Et obscuratum est insipiens cor eorum, adeòque stulti facti sunt, quia veram sapientiam, quæ in praxi et pietate consistit, respuerunt, et stultissimè idola pro diis habuerunt et coluerunt.

Vers. 22. — *Dicentes enim*, etc. Cùm apud homines profiterentur se sapientes, ac sibi arrogarent magnam sapientiam, videlicet ob rerum arcanarum et sublimium cognitionem, à quâ dici solent homines sapientes, *stulti facti sunt*, id est, longissimè à verâ sapientiâ, quæ in verâ erga Deum pietate consistit, aberraverunt, ad extremam stultitiam et insipientiam delapsi.

Vers. 23. — *Et mutaverunt gloriam*, etc., q. d.: Idola pro Deo coluerunt hi sophi. Allusio est ad verbum Psalm. 105: *Et mutaverunt gloriam suam in similitudinem vituli*. Cui simile illud Jerem. 2: *Populus meus mutavit gloriam suam in idolum*. Gloriam suam, intellige gloriam populi, id est, Deum ipsum.

Vers. 24. — *Propter quod tradidit illos Deus in desideria cordis eorum, in immunditiam*. Ostendit autem in quæ et quàm turpia peccata fuerint prolapsi merito suæ ingratitudinis et idololatriæ memorati sapientes. Quod ergo dicit Apostolus tale est, Deum peccatis illis philosophorum supradictis offensum ita eos auxilio suo destituisse, et cupiditatibus ipsorum permisisse, ut in immunditiæ peccata ac fœdas libidines, proni ac præcipites irent.

Ut contumeliis afficiant corpora sua in semetipsis, id est, ignominiâ seu turpitudine afficiant, nimirùm ob fœditatem libidinis quâ illud commaculant.

Vers. 25. — *Qui commutaverunt veritatem Dei in mendacium*, quia veritatem Dei, id est, ea quæ de Deo cognoverant, ut æternitatem, omnipotentiam, ipsamque omninò divinitatem, transtulerunt ad idola, colentes ea pro diis, et attribuentes quæ divina sunt. *Mendacii* nomine idolum hìc et aliàs sæpè in Scripturis appellatur.

Et coluerunt, et servierunt creaturæ potiùs quàm Creatori, id est, religiosè venerati sunt, servitute seu cultu divino. Non enim significatur comparatio, quasi coluerint utrumque, magis autem creaturam; sed quòd creaturam coluerint, non creatorem.

Qui est benedictus in secula, qui tanquàm Deus omnium rerum creator, et omnium nobis bonorum auctor jure laudandus et prædicandus est per omnia secula, id est, omni tempore. *Amen*, vox est Hebræa, passim omnibus nota, et à Christo Domino frequentata; quam Paulus sexties posuit in hâc Epistolâ. Sensus est: Ut verè laudandus est in omnem æternitatem, ita fiat, in æternum laudetur.

Vers. 26. — *Propterea tradidit illos Deus in passiones ignominiæ;* qui enim illa turpia agunt, adeò se totos illis dedunt atque immergunt, ut pati magis quàm agere videantur; has autem vocat *passiones ignominiæ*, id est, passiones ignominiosas ac pudendas.

Nam fœminæ eorum immutaverunt naturalem usum in eum usum qui est contra naturam. Quæres cur fœminei sexûs hìc meminerit, cùm de philosophis ageret? Idcircò, ni fallor, ut ostendat punitionem et exempla virorum redundàsse etiam in feminas.

Vers. 27. — *Similiter autem et masculi*, etc., q. d.: Compensationem, id est, mercedem meritis respondentem, ut quia contra naturæ ordinem cum ignominiâ creato-

propter idololatriam humano generi provenisse testatur, ait Ambrosius, seu Ambrosiaster. Justam erroris et impietatis mercedem, merces par operæ.

VERS. 27. — SIMILITER AUTEM MASCULI,.... ut qui in Deum fuerunt contumeliosi, semetipsos istâ nefandâ contumeliâ afficerent. Nota TURPITUDINEM. Hâc voce innuit quod naturam ipsam pudefecerint, ait Theophylactus.

VERS. 28. — ET SICUT NON PROBAVERUNT..... Tandem quia non placuit illis Deum nosse et colere; sed reprobaverunt Dei notitiam et cultum, hinc *Deus tradidit* eos in reprobam et distortam mentem, juxta quam bonum à malo non discernentes, sed utrumque confundentes, in omnia scelerum genera, præcipites ruerunt, omnique iniquitate repleti fuerunt.

Corruptio generalis et integra fuit; corruptio cordis, mentis, corporis proprii, corporis alieni, ipsiusmet naturæ.

OBSCURATUM EST COR..... Rectæ rationis lumen amiserant, et contra hoc lumen in varios inciderunt errores; hinc contenebrati, concupiscentiis obedierunt; hinc integra cordis corruptio, quæ à corde transiit ad corpus, à corpore proprio ad alienum, à naturali usu ad brutalitatem et ad abominationem.

Terribilis sanè, at justa et proportionata punitio. Nihil subdatur homini, qui Deo ipsi non subditur; omnia per impuritatem turpentur in homine, qui Deum per impietatem et idololatriam inhonoravit: infra bestias ipsas supponatur homo, qui bestias ipsas Deo præposuit; ipsisque, etiam vilissimis, cultum exhibuit, quem Deo, entium supremo, negavit.

Hæc est impietatis philosophicæ justa merces; sed, heu! quot impiorum sese Christianos dicentium non minùs terribilis et justa retributio!

VERS. 29. — REPLETOS OMNI INIQUITATE...., subaudi: Tradidit in sensum reprobum, repletos omni iniquitate, etc.

His ergo versibus describitur completa eorum malitia: *In sensum* quippe *reprobum traditi, repleti sunt omni iniquitate*, id est, quâlibet improbitate, per quoscumque respectus. Per respectum ad se; *omni iniquitate* et *malitiâ*, fœditate et corruptione pleni fuerunt. Per respectum ad alios; *repleti sunt invidiâ, homicidio, contentione, dolo.*

VERS. 30, 31. — DETRACTORES, DEO ODIBILES. Alii vertunt, Dei osores: vox Græca θεοστυγεῖς utrumque significat, et quos Deus horret ob scelera sua, et eos quibus Deus est horrori, propter justitiam quâ scelera vindicat. Itaque in Deum impii, in naturam contumeliosi, in homines injuriosi, in semetipsis corrupti et abominabiles fuerunt.

Hic est characterismus illorum temporum, præsertim Romæ, ubi sub flagitiosis imperatoribus, Tiberio, Caligulâ, Claudio, Nerone, regnârunt omnia vitia et scelera maximè abominanda. Sub Neronis anno 1° creditur hæc Epistola scripta. Hæc enumerat omnia mala, ut vel sic conversi ad naturalem intellectum, intelligerent irato Deo, hæc sibi provenisse, Ambrosius. Ex hâc consummatâ gentilium malitiâ, disce quantum sit malum neglectus Dei! quàm terribile sit homini sibi ipsi deseri, cùm nullum sit barathrum in quod non decidat præceps; de peccatis in

ris, eo relicto, ad creaturæ idololatriam se converterunt, hâc de causâ justè à Deo permissi sunt naturæ ordinem pariter in actu generationis invertere, et pudendâ libidine se decorare. Ita Anselm.

VERS. 28. — *Et sicut non probaverunt Deum habere in notitiâ, tradidit illos Deus in reprobum sensum*, q. d.: Sicuti non curârunt Deum verum nôsse, ut rectè de eo sentirent, sed idolis adhæserunt, eaque pro Deo agnoverunt et coluerunt, ita pariter justè tradidit illos Deus in reprobum sensum, ut faciant ea quæ non conveniunt. Nam, ut docet S. Gregor., qui errant in Dei cognitione, justè traduntur ut errent pariter in agendis: qui mentem et rationem ab errore non servant, exponunt se pecuinis cogitationibus et vitiis. *Reprobum sensum* vocat Paulus improbam et perversam mentem.

Ut faciant ea quæ non conveniunt, id est, ea quæ maximè homines dedecent, utpote res turpissimas.

VERS. 29. — *Repletos omni iniquitate.* Græcè est, injustitiâ. Dicit autem repletos omni injustitiâ, id est, omni genere injustitiæ: nam et specialis injustitia per varias species diffunditur.

Malitiâ, id est, nocendi studio, quod diabolicum est vitium. Unde diabolus per antonomasiam *malus* in Scripturâ novi Testamenti vocatur.

Fornicatione, quo nomine comprehenditur omnis illicitus concubitus viri cum feminâ.

Avaritiâ, quâ voce significatur studium plus quàm sibi competat habendi, usurpandi, occupandi, quasi dicas, pluris habentiam.

Nequitiâ, versutiam, id est, fallax nocendi studium, perversitatem animi propriè significare videtur.

Plenos invidiâ, homicidio. Omnis, qui odit fratrem suum, homicida est, scilicet aut re aut voluntate. Quare et hic sub homicidio voluntatem occidendi comprehende.

Contentione, dolo. Contentio est cùm quis certat studio vincendi, non amore veritatis. Dolus machinatio est ad fallendum.

Malignitate, scilicet eâ quæ in moribus apparet, morositate, seu morum asperitate.

VERS. 30. — *Susurrones, detractores.* Significantur ii qui proximos occultè mordent, illi, ut solvant amicitiam, isti ut lacerent famam.

Deo odibiles. Significat eos quibus Deus exosus est, à quibus Deus abhorret. Cyprianus legit, *abhorrentes Deo*, id est, quibus Deus est horrori, nimirùm propter justitiam quâ vindicat in malos. Itaque parit hoc vitium scelerata conscientia.

Contumeliosos. Significatur contumelia facti, ut est hominum ferocium, qui alios per vim opprimunt.

Superbos, quòd sapientiæ nomine sese cæteris hominibus præferentes, eam animi superbiam externo fastu morum ostenderent.

Elatos, id est, gloriosos et jactabundos. Cyprianus legit, *jactantes suî.*

Inventores malorum potest intelligi de malis, id est, nocumentis, ac nocendi instrumentis quibus alii deduntur.

Parentibus non obedientes, inobedientes, immorigeros, refractarios, qui monitis nolunt acquiescere.

VERS. 31. — *Insipientes*, insipiens cor eorum, significat intelligentiâ destitutos, id est, non recto rationis judicio utentes.

Incompositos, id est, inciviles. Possunt hic accipi qui moribus sunt inurbanis et incompositis, et ab humanitate alienis. Stultitia mentis statim in mores redundat.

Sine affectione, sine pietate, hoc est impios in parentes et cognatos, qui nullo tanguntur pietatis aut charitatis affectu.

peccata; de cognitis et ordinariis in nova et incognita volvitur, donec in infernum, omnis malitiæ centrum, detrudatur. Disce et hinc quòd si quædam malitiæ plenitudo, quædam injustitiæ consummatio; talis et tanta criminum inundatio, ut nihil ipsius malignitati desit. Mens reproba, cùm semel facta fuerit, necessariò fit ut omnia distrahantur ac subvertantur, nimirùm, aurigâ jam corrupto, D. Chrys.

Vers. 32. — Qui cum justitiam Dei... Gr., qui jus Dei cognoscentes (quoniam talia agentes digni morte sunt), non solùm ea faciunt, sed etiam consentiunt facientibus. Syr., qui cùm nôrint judicium Dei quòd eos qui talia perpetrant, ad mortem damnat, non solùm ea peragunt, sed etiam participant cum iis qui ea faciunt. Ab hodierno textu Græco absunt hæ voces, *non intellexerunt;* juxta quem sensus est quòd philosophi erant maximè rei, quia contra suam scientiam, et mala hæc supra dicta faciebant, et aliis, ea facientibus, consentiebant.

At juxta nostram Vulgatam, taxantur philosophi populorum doctores, quòd, licèt justitiam Dei seu legem naturalem noverint, practicè tamen considerare noluerunt quòd non solùm qui scelera enumerata perpetrant, morte digni sunt, sed etiam qui ea dissimulant et approbant; et consequenter quòd et ipsi philosophi digni sunt morte (et si fortè quidam eorum hæc omnia non fecissent), quia populus, ipsis probantibus, et non arguentibus, hæc perpetrabat.

Unde colliges quòd qui tacet, cùm corrigere tenetur, dignus est morte. Duplex est autem correctio: fraterna, scilicet, ad quam tenentur omnes pro tempore debito, loco et circumstantiis; alia, quæ non solùm est ad peccantis emendationem, sed magis ad bonum commune.

Inter utramque hoc discrimen est, quòd in fraternâ correctione cessat obligatio, ubi non est emendationis spes, quia hæc correctio ad fratris emendationem ordinatur; secùs est in aliâ, ubi superior propter obstinationem, imò pejoritatem delinquentis, non debet à correctione cessare, quia hæc correctio ad bonum commune ordinatur. Vide Lyranum hic. Quàm deflendi ergo tot superiores, qui subditos non corrigunt, quique ob correctionis defectum, subditorum peccatis consentientes, sese illis coram Deo onerant: approbant enim quod non reprehendunt; permittunt quod correctione et punitione non impediunt, quia ex officio corrigere et punire tenentur.

CAPITIS CONCLUSIO.

Ad veram justitiam nihil contulit philosophia: cùm et ipsi philosophi, qui Deum naturaliter noverunt; multa de virtutibus et vitiis præclarè disseruerunt, tamen in tam gravia et enormia scelera ceciderunt, et populum, cujus erant duces, secum præcipitaverunt; unde et non malè inferes quòd neque nos theologos scientia justificabit, nisi attentè nobis caveamus ab abusu scientiæ, de quo v. 23, nisi et sollicitè attendamus ad bonum scientiæ usum, qui ibidem indicatur; nisi et insuper vivamus ex fide, à quâ vera justitia, v. 17.

Absque fœdere, id est, fœdifragos; dicuntur qui fidem et fœdera non servant.

Sine misericordiâ, id est, immisericordes et crudeles, qui non commoventur alienis miseriis.

Vers. 32. — *Qui cùm justitiam Dei cognovissent, non intellexerunt*, noluerunt intelligere, considerare, et practicè sibi persuadere.

Quoniam qui talia agunt, digni sunt morte; et non solùm qui ea faciunt, sed etiam qui consentiunt facientibus. Videtur enim Apostolus hic taxare philosophos sapientiores, qui idolorum cultum, aliaque vitia jam dicta, licèt mala esse scirent, nec passim ea facerent et perpetrarent, illa tamen ab aliis facta probârunt vel dissimulârunt, sive metu legum, sive amore suis placendi, et timore eisdem displicendi.

Corollarium pietatis, seu in hoc capite maximè observanda, et in praxim redigenda.

1° Evangelium lux est, animæ vitam, et hujus vitæ fontem, tibi manifestans, ut vivas: at lux etiam mortem, et mortis originem declarans, ne moriaris. Hæc lux tibi revelat, quòd vera justitia, animæ vita; ex fide nascitur, fide nutritur, fide crescit, fide consummatur per charitatem operante. Hæc eadem lux Christum, hujus vitæ fontem, at in lege absconditum, nobis clarè revelat. Ut ergo vivas, in Christum crede; ut in vitâ crescas, Christo, vitæ fonti frequenter unire per fidem; imò continuè, ut crescas et continuè.

2° Eadem Evangelii lux iram Dei tibi revelat, mortem comminantis in eos qui Dei veritatem in injustitiâ detinent, seu qui Deum per fidem notum non glorificant, non colunt, non amant; sed vivunt, quasi non noverint; ita ut in ipsis fides non magis appareat, quàm si in atro carcere detrusa esset. Fidem itaque ne captivam teneas, ut non moriaris: *Qui credit in Filium, habet vitam æternam; qui autem incredulus est Filio, non videbit vitam*, sed *ira Dei manet super eum.* Joan. 3, v. 36.

PRAXIS.

Ut hanc animæ vitam ordinatiùs concipias et in praxim faciliùs et frequentiùs redigas, concipe quòd Christus in cruce exaltatus, est fons vitæ, et quòd fides in Christum est medium quo vita hæc à Christo communicatur omni in ipsum credenti; seu fides est quasi canalis, quo è corde Christi, vita fluit in cor nostrum.

Christo itaque, vitæ fonti, frequenter, imò continuè per fidem jungere, ut vivas, ejusque vitam haurias, et ut ab omnibus tuis langoribus et infirmitatibus saneris. Sicut à serpentibus vulnerati non sanabantur nisi oculis corporeis serpentem æneum, in cruce exaltatum, aspicerent; sic nullus hominum à serpentis infernalis percussione sanabitur, spiritualemque vitam consequetur, nisi oculis fidei Christum in cruce exaltatum aspiciat.

Mortuus es? oculis fidei respice Jesum crucifixum; ipsius mors erit vita tua; languidus es et infirmus? oculis fidei respice Jesum crucifixum et pro te lan

guentem; ipsius languoribus sanaberis. Vivis? oculis fidei vivæ respice crucifixum, vitæ fontem, et vitam habebis abundantiorem.

O fons vitæ, stilla, infunde mihi vitam! Christe, Fili Dei vivi, credo quòd vita, resurrectio et vitæ fons es; animæ ergo meæ, tibi et in te credenti, da vitam, et vitam abundantiorem, inspira continuè in faciém meam spiraculum vitæ, et per tuam gratiam fias in me fons vivus saliens in vitam æternam.

CAPUT II.

1. Propter quod inexcusabilis es, ô homo omnis, qui judicas. In quo enim judicas alterum, teipsum condemnas : eadem enim agis quæ judicas.

2. Scimus enim quoniam judicium Dei est secundùm veritatem in eos qui talia agunt.

3. Existimas autem hoc, ô homo, qui judicas eos qui talia agunt, et facis ea, quia tu effugies judicium Dei?

4. An divitias bonitatis ejus, et patientiæ, et longanimitatis, contemnis? ignoras quoniam benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit?

5. Secundùm autem duritiam tuam et impœnitens cor, thesaurizas tibi iram in die iræ, et revelationis justi judicii Dei,

6. Qui reddet unicuique secundum opera ejus :

7. Is quidem, qui secundùm patientiam boni operis, gloriam, et honorem, et incorruptionem quærunt, vitam æternam :

8. Iis autem, qui sunt ex contentione, et qui non acquiescunt veritati, credunt autem iniquitati, ira et indignatio.

9. Tribulatio et angustia in omnem animam hominis operantis malum, Judæi primùm, et Græci :

10. Gloria autem, et honor, et pax omni operanti bonum, Judæo primùm, et Græco :

11. Non enim est acceptio personarum apud Deum.

12. Quicumque enim sine lege peccaverunt, sine lege peribunt, et quicumque in lege peccaverunt, per legem judicabuntur.

13. Non enim auditores legis justi sunt apud Deum, sed factores legis justificabuntur.

14. Cùm enim gentes, quæ legem non habent, naturaliter ea quæ legis sunt, faciunt, ejusmodi legem non habentes, ipsi sibi sunt lex :

15. Qui ostendunt opus legis scriptum in cordibus suis, testimonium reddente illis conscientiâ ipsorum, et inter se invicem cogitationibus accusantibus, aut etiam defendentibus,

16. In die cùm judicabit Deus occulta hominum secundùm Evangelium meum, per Jesum Christum.

17. Si autem tu Judæus cognominaris, et requiescis in lege, et gloriaris in Deo,

18. Et nôsti voluntatem ejus, et probas utiliora, instructus per legem,

19. Confidis teipsum esse ducem cæcorum, lumen eorum qui in tenebris sunt,

20. Eruditorem insipientium, magistrum infantium, habentem formam scientiæ et veritatis in lege.

21. Qui ergo alium doces, teipsum non doces; qui prædicas non furandum, furaris;

22. Qui dicis, non mœchandum, mœcharis; qui abominaris idola, sacrilegium facis;

CHAPITRE II.

1. C'est pourquoi vous êtes inexcusable, ô homme, qui que vous soyez, qui condamnez les autres, parce qu'en condamnant les autres, vous vous condamnez vous-même, puisque vous faites les mêmes choses que vous condamnez.

2. Car nous savons que Dieu condamne, selon la vérité, ceux qui commettent ces actions.

3. Vous donc qui condamnez ceux qui les commettent, et qui les commettez vous-même, pensez-vous pouvoir éviter la condamnation de Dieu?

4. Est-ce que vous méprisez les richesses de sa bonté, de sa patience et de sa longue tolérance? Ne savez-vous pas que la bonté de Dieu vous invite à la pénitence?

5. Et cependant, par votre dureté et par l'impénitence de votre cœur, vous vous amassez un trésor de colère pour le jour de la colère et de la manifestation du juste jugement de Dieu,

6. Qui rendra à chacun selon ses œuvres,

7. En donnant la vie éternelle à ceux qui, par leur patience dans les bonnes œuvres, cherchent la gloire, l'honneur et l'immortalité,

8. Et répandant sa colère et son indignation sur ceux qui ont l'esprit contentieux, et qui ne se rendent point à la vérité, mais qui embrassent l'iniquité.

9. Tribulation et angoisse sur tout homme qui fait le mal, du Juif premièrement, et ensuite du gentil.

10. Mais gloire, honneur et paix à tout homme qui fait le bien, du Juif premièrement, et ensuite du gentil.

11. Car Dieu ne fait point acception des personnes.

12. Et ainsi tous ceux qui ont péché sans la loi périront sans la loi, et tous ceux qui ont péché étant sous la loi seront jugés par la loi;

13. Car ce ne sont point ceux qui écoutent la loi qui sont justes devant Dieu; mais ceux qui gardent la loi seront seuls justifiés,

14. Car lorsque les gentils, qui n'ont point la loi, font naturellement les choses que la loi commande, n'ayant point la loi, ils se tiennent à eux-mêmes lieu de loi;

15. Et ils font voir que ce qui est prescrit par la loi est écrit dans leur cœur par le témoignage qu'en rend leur conscience, et par la diversité des réflexions et des pensées qui les accusent ou qui les défendent,

16. Au jour où Dieu jugera par Jésus-Christ, selon l'Evangile que je prêche, tout ce qui est caché dans le cœur des hommes,

17. Mais vous qui portez le nom de Juif, qui vous reposez sur la loi, qui vous glorifiez en Dieu,

18. Qui connaissez sa volonté, et qui, étant instruit par la loi, savez discerner ce qui est le plus utile,

19. Qui vous flattez d'être le conducteur des aveugles, la lumière de ceux qui sont dans les ténèbres,

20. Le docteur des ignorants, le maître des enfants comme ayant dans la loi la règle de la science et de la vérité.

21. Vous qui instruisez les autres, vous ne vous instruisez pas vous-même : vous qui publiez qu'on ne doit point dérober, vous dérobez;

22. Vous qui dites qu'on ne doit point commettre d'adultère, vous commettez des adultères; vous qui avez en horreur les idoles, vous faites des sacrilèges.

23. Qui in lege gloriaris, per prævaricationem legis, Deum inhonoras.

24. (Nomen enim Dei per vos blasphematur inter gentes, sicut scriptum est.)

25. Circumcisio quidem prodest, si legem observes; si autem prævaricator legis sis, circumcisio tua præputium facta est.

26. Si igitur præputium justitias legis custodiat, nonne præputium illius in circumcisionem reputabitur?

27. Et judicabit id quod ex naturâ est præputium, legem consummans, te, qui per litteram et circumcisionem prævaricator legis es?

28. Non enim qui in manifesto, Judæus est; neque quæ in manifesto, in carne, est circumcisio;

29. Sed qui in abscondito, Judæus est; et circumcisio cordis in spiritu, non litterâ; cujus laus non ex hominibus, sed ex Deo est.

23. Vous qui vous glorifiez dans la loi, vous déshonorez Dieu par la violation de la loi.

24. Car vous êtes cause, comme dit l'Écriture, que le nom de Dieu est blasphémé parmi les nations.

25. Ce n'est pas que la circoncision ne soit utile, si vous accomplissez la loi; mais si vous la violez, tout circoncis que vous êtes, vous devenez comme un homme incirconcis.

26. Si donc un homme incirconcis garde les ordonnances de la loi, n'est-il pas vrai que, tout circoncis qu'il est, il sera considéré comme circoncis?

27. Et ainsi celui qui, étant naturellement incirconcis, accomplit la loi, vous condamnera, vous qui, ayant reçu la lettre de la loi, et étant circoncis, êtes un violateur de la loi.

28. Car le Juif n'est pas celui qui l'est au dehors; et la circoncision n'est pas celle qui se fait dans la chair, et qui n'est qu'extérieure:

29. Mais le vrai Juif est celui qui l'est intérieurement; et la circoncision est celle du cœur, qui se fait par l'Esprit, et non selon la lettre; et ce Juif tire sa louange, non des hommes, mais de Dieu.

ANALYSIS.

Ex dictis in cap. 1 contra philosophos, quos ostendit in peccatis suis inexcusabiles, hìc infert et principes, et magistratus, et judices omnes, quicumque sint, qui judicant alios, et damnant ob mala quæ et ipsi perpetrant, inexcusabiles esse, vers. 1.

Talibus ergo judicibus ostendit supremum esse judicem, qui secundùm veritatem judicabit, et cujus judicium declinare non poterunt. Itaque ne suâ duritiâ et impœnitentiâ, thesauros iræ, sibi ipsi, apud eum reponant, 2, 3, 4, 5.

ỳ. 6. Unicuique supremus ille judex reddet secundùm opera, bonis operibus præmium; malis verò supplicium; sine ullâ personarum, aut dignitatum acceptione, 7, 8, 9, 10, 11.

ỳ. 12. Gentiles secundùm legis naturalis observationem judicabit, Judæos secundùm legis Mosaicæ observantiam; nullus enim homo sine lege, aut scriptâ in corde, aut scriptâ in lapide. Neutram sufficit audire; sed necesse est alterutram adimplere ad justificationem; et secundùm hanc aut illam legem judicabuntur gentes et Judæi, 13, 14, 15, 16.

ỳ. 17. Judæos speciatim aggreditur, et ostendit non minùs, imò magis reos, quàm gentiles; ac 1° quidem concedit illis magnificos titulos, quibus gloriabantur, quasi docti et scientiæ formam habentes. At vers. 21, hos resumit titulos, et in illos retorquet, ostendens eò gravìus in omnibus peccâsse. Unde concludendum relinquit et eò damnabiliores esse.

ỳ. 25. Nec obstat eorum circumcisio; quæ quidem prodest, si lex servatur; è contra verò, si lex non servatur, magis reus erit Judæus quàm gentilis, legem naturalem servans.

ỳ. 28. Verus Judæus, non qui solâ professione externâ, sed qui corde et legis observantiâ; vera circumcisio, non quæ in carne, sed quæ in corde; non quæ per litteram, sed quæ per gratiam.

Hinc pauci veri Judæi; pauci verè et ante Deum circumcisi; non est ergo quòd de nomine aut circumcisione glorientur.

PARAPHRASIS.

1. Si philosophi, quia Deum et justitiam Dei noverunt, sunt in peccatis suis inexcusabiles, sanè et tu, ô homo, quisquis sis, qui aliorum delicta judicas et damnas, eadem tamen committens, omni cares excusatione; eo enim ipso quo alios damnas, et in temetipsum fers sententiam, cùm eadem scelera perpetres, quæ damnas in aliis.

2. Scimus enim quòd Deus sit summè justus, et ideò justè et ex æquo judicabit eos qui talia peccata perpetrant, qualia tu et alii quos judicas.

3. Quomodò itaque in hoc versaris errore, ut existimes effugere te posse judicium Dei? tu, qui judicas alios, eadem tamen committens scelera, quæ damnas et punis in eis? sicque ex ignorantiâ non peccas.

4. An exuberantem Dei benignitatem immensamque patientiam et longanimitatem contemnis? an ex Dei lenitate spem impunitatis audes concipere? an ignoras quoniam è contra hæc Dei benignitas ad pœnitentiam te invitat.

5. Tu verò, dùm obstinatâ mente huic Dei misericordiæ resistis, secundùm duritiam tuam, quam Dei bonitas non emollit, et secundùm impœnitentiam cordis tui, quod nec mansuetudo, nec minæ tangunt; tu, inquam tibi ipsi, iram paulatim reponis et accumulas, in die tremendo judicii; quando Deus justitiam suam manifestans, omnem suam iram effundet in impios.

6. Tunc reddet unicuique hominum secundùm opera eorum.

7. Iis quidem, qui in perseverantiâ bonorum operum, gloriam et honorem et immortalitatem expetunt; iis, inquam, dabit vitam æternam:

8. Contentiosis verò et veritati non obtemperantibus, sed obtemperantibus iniquitati, rependet iram et furorem, id est, grave et proportionatum supplicium.

9. Afflictio animique anxietas ex æquo retribuetur omnibus hominibus, qui peccaverint, sive Judæi fuerint, sive gentiles : primùm tamen Judæis, quibus major et primùm data est gratia ; deinde gentibus :

10. E diverso gloria, honor et pax rependetur omnibus qui benè vixerint, Judæis primùm, si Dei gratiæ benè responderint; deinde gentilibus.

11. Nec enim apud Deum est ullius personæ respectus; sed merita respicit, et est æquus omnibus.

12. Ac proinde quicumque exleges, seu sine lege scriptâ peccaverunt, hi exleges peribunt, et punientur, non tanquàm prævaricatores legis Mosaicæ, sed tanquàm transgressores legis naturalis ; et quicumque in lege Mosaicâ peccaverunt, per eamdem legem et juxta illius transgressionem punientur.

13. Etenim apud Deum justi habentur, non qui legem accipiunt, audiunt et venerantur, sed qui servant eam, sive scriptis receperint, ut Judæi, sive qui non scripto, sed in corde receperunt, ut gentiles.

14. Cùm enim gentiles, qui legem Mosaicam non acceperunt, naturali et libero voluntatis motu, gratiâ tamen præventæ, faciunt quæ per legem jubentur; illi, quamvis sine Mosaicæ legis scripto, sibi ipsi sunt lex, seu vice legis ;

15. Ipso facto demonstrant quòd legem naturalem habeant insculptam in intellectu suo; seu quòd rectæ rationis dictamen sit quasi scriptura, in illorum intellectu, quasi in tabulâ, descripta. Hujus rei testimonium reddit conscientia ipsorum, dictans an benè an malè egerint; et contrariis cogitationibus et inter se altercantibus, aut accusans et remordens, cùm hoc dictamen violârunt ; aut approbans et defendens, cùm observârunt.

16. Quod conscientiæ testimonium clarè patebit omnibus in die judicii, quà Deus per Jesum Christum judicabit non de factis tantùm exterioribus, sed etiam de internis et occultis in corde hominum, sicut ego, ut Christi minister, ubique promulgo.

17. Secundùm hanc ergo legem Deus gentiles judicabit. Tu autem, ô Judæe, legem scriptam habens, et non servans, severiùs judicaberis. Tu, Judæi glorioso nomine, tibi places; inniteris in lege à Deo tibi datâ ; gloriaris et quòd sis populus Dei.

18. Cujus animum et voluntatem nòsti, et legis magisterio edoctus, scis non tantùm quæ facienda, quæ fugienda, sed et meliora et utiliora eligere.

19. Ejusdem legis præsidio fretus, confidis te posse ducem esse cæcorum, et prælucere iis qui sunt in tenebris ; hoc est,

20. Ignaros erudire, imperitos dirigere ; uno verbo, habere putas modum alios informandi, et eos docendi quid facere, quid fugere debeant.

21. Sed non ideò melior, imò pejor. Qui enim alium doces, temetipsum non doces, seu, non facis quod aliis dicis faciendum ; qui prædicas non furandum, ipse furtum committis.

22. Qui alios mones non mœchandum, ipse mœcharis ; qui abominaris idola, et facis sacrilegia.

23. Qui de lege à Deo tibi datâ gloriaris, et per ejusdem legis transgressionem, Deum illius auctorem afficis contumeliâ.

24. Non ego, sed vestrûm accusator sit Isaias, 52, 5 : Nomen Dei, inquit, malè audit ac probris afficitur vestrâ culpâ, inter gentes idololatras, scilicet ob peccata vestra.

25. Hinc inferte quodnam sit vestrum apud Deum meritum ; nec vobis ob circumcisionem blandiamini.

26. Circumcisio quidem prodest, si adsit legis observatio; sin autem legis prævaricator es, non tibi plus proderit circumcisio quàm præputium.

È diverso si gentilis præputiatus mandata Dei, quibus justificantur homines, observet; ille apud Deum verè et reipsà reputabitur ut circumcisus.

27. Et gentilis ille, licèt præputium habeat, cum quo natus est, si mandata Dei, ut dixi, perficit, suî comparatione, te, ô Judæe, qui legem violas, condemnabit, licèt scriptam legem habeas, et carnalem circumcisionem.

28. Etenim coram Deo verè Judæus est, non ille qui exteriùs tantùm et per publicam Judaismi professionem talis est ; neque vera circumcisio et Deo placens est illa quæ fit et paret in carne.

29. Sed ille verè coram Deo Judæus est, qui intùs et in animo, per fidem et internas virtutes, Judæus est ; et vera circumcisio, quam Deus inprimis intendit, est illa, quà cor à vitiis et concupiscentiis circumciditur ; quæ fit per spiritum, non per saxeum cultrum in litteris legis expressum, per gratiam, non per legem. Hujus autem Judæi interni et spiritualis circumcisionis laus, non est apud homines, qui externa tantùm vident, sed apud Deum, qui cor et animum intuetur ; et ideò talem et taliter circumcisum approbat. Quot ergo de nomine Judæi, et circumcisi falsò gloriantur ?

COMMENTARIA.

Vers. 1.—Propter quod inexcusabilis es... Valdè incertum est ad quos hæc verba dirigat Apostolus ; et circa hoc ita divisi sunt interpretes sacri, ut ferè quot capita, tot sensus, sicut eos legenti patebit ; aliter enim D. Chrys., aliter Ambros., aliter D. Aug., aliter S. Anselm., aliter D. Thomas, aliter atque aliter plerique recentiores. D. Chrys., et post eum Græci, hoc de principibus et magistratibus præsertim Romanis intelligunt ; sic tamen ut cuivis mortalium etiam conveniant, ait Theophylactus. D. August., et post ipsum communiter Latini, de solis Judæis, qui lege Mosaicâ instructi, gentilium scelera judicabant et damnabant, eadem tamen perpetra-

Propter quod inexcusabilis es, ô homo omnis, qui judicas. Quamvis tot et tanta sint peccata gentilium, tu tamen etiam, ô Judæe, qui illos contemnere et tuo judicio condemnare soles, inexcusabilis es, nec ullam prætexere potes peccatis tuis ignorantiam. Ratio sequitur :

bant. Inhærendo litteræ, videtur quòd omnes omninò judicantes Apostolus arguat; paulatim verò ad Judæos transeat.

In hâc ergo sensuum varietate inhæreo textui apostolico; et quia v. 1, lego : *Homo omnis judicans;* v. 9 : *Judæi primùm et Græci;* v. 10 : *Judæo primùm et Græco*, infero quòd Apostolus omnes indifferenter alloquitur homines, qui judicant; sive Judæi sint, sive pagani; sive judices fuerint publici, sive homines privati. Publicos quidem alloquitur judices, qui eò liberiùs peccabant, quò majorem potestatem habebant, et qui se justos arbitrabantur, si cæteros damnabant. Privatos etiam homines alloquitur, qui sese mutuò judicabant, Judæi paganos et pagani Judæos, ut notat D. Chrys., et post eum D. Thomas. Omnes ergo judicantes taxat; paulatim tamen sese ad solos Judæos convertit, ut legenti patet.

Propter quod. Gr. διὸ, *ideò, proinde*, illatio ex dictis, cum hæc ita sint, id est, cùm philosophi qui Deum esse, et quidem justum, noverant cap. 1, v. 32, sint in suis peccatis inexcusabiles, ut dixi cap. 1, v. 20; ideò et tu excusatione cares, ô homo quisquis sis, qui perversè agens, alios judicas et condemnas, sive publico judicio, sive privato.

In quo enim judicas,... id est, eo enim ipso quòd, Syr. : Etenim hoc ipsum quòd condemnas proximum tuum, te ipsum agis reum : quandoquidem in iis etiam quæ damnas, tu ipse occuparis. Eheu! quot hodiè doctores, concionatores, magistri, judices et magistratus, se suo ore condemnant? Quicumque docet, et non facit quod docet; quicumque agit quod in aliis damnat, hic suam ipsius litem instruit, suamque obsignat sententiam; attende tibi.

Vers. 2. — Scimus enim; Gr., *autem*. Syr., *porrò scimus, scimus omnes*, scilicet gentiles, ipsâ naturali ratione; Judæi, præterea ex lege, quoniam judicium Dei, supple est peragendum, secundum veritatem, scilicet meritorum et demeritorum, absque respectu personarum.

Ipsa ratio docet Deum esse, et summè justum; Deus enim concipi non potest sine justitiâ; ergo ipsa ratio docet judicium Dei fore secundùm veritatem, non secundùm apparentias exercendum; hinc tremor omni seriò reflectenti. Deus me judicabit secundùm veritatem luminis, sanctitatis et justitiæ suæ. O veritas! ô sanctitas! ô justitia divini Judicis! Quis te non timeat? quis tremebundus non dicat : *Non intres in judicium cum servo tuo, Domine, quia nullus apud te justificabitur homo?*

Hæc equidem de justo Dei judicio naturalis notitia dormitat nunc in multis; sed circa mortem solet excitari; tuncque moribundum peccatorem eò magis torquet, quò diutiùs et profundiùs in vitâ dormitavit. Illam ergo sanus excita; et secundùm illam vive, ut minùs terreat in morte.

Vers. 3. — Existimas autem hoc; quomodò ergo in hoc errore versaris, ut existimes, *ô homo, qui judicas* alios, et eadem tamen facis quæ damnas in eis, sicque ex ignorantiâ non peccas; quomodò, inquam, *existimas* quia tu Dei judicium effugies? Ob tria pervertuntur hominum judicia : vel quia ignorant, vel quia punire non valent, vel quia jus in illis subvertitur gratiâ aut pretio; horum nihil in Deum cadit; scit omnia, potest quæ vult; judicat ex æquo, secundùm veritatem.

Vers. 4. — An divitias bonitatis ejus? Nota hic tria nomina, quæ superaddunt aliquid. Bonitas, seu benignitas, ut ait Syrus, est virtus quâ quis libenter et sponte aliorum utilitatibus expositus est; patientia est virtus quâ Deus malos tolerat; longanimitas, quâ pœnitentiam in longum differt.

An divitias, id est, abundantiam et magnitudinem *bonitatis ejus* et patientiæ et longanimitatis. Hæc tria contemnit, qui ex eis spem concipit impunitatis; majoremque peccandi licentiam arripit. Ignoras... an ignoras quoniam hæc tria è contra te ad pœnitentiam invitant, et ad emendationem vitæ, quantùm est ex parte Dei, adducunt. Bonitas Dei peccatorem invitat ad pœnitentiam : cæcitas et malitia peccatoris abutitur Dei bonitate ad impœnitentiam. Hinc bonitas Dei à peccatore *contempta, fit* severioris judicii causa. Qui *divitias bonitatis* contemnit, *thesauros iræ* reperiet; thesauros pro thesauris; at thesauros iræ, et iræ proportionatæ contemptui bonitatis et patientiæ et longanimitatis. Attende huic veritati et tibi ipsi.

Vers. 5. — Secundum autem duritiam tuam, quam

In quo enim judicas alterum, teipsum condemnas. Eadem enim agis quæ judicas, scilicet alios. Sensus Apostoli est : Nam eo ipso quo alium judicas peccatorem et morte dignum, consequenter etiam te condemnas; eadem enim quæ judicas in aliis (sive tu qui judicas alios), ipse agis vel opere, voluntate saltem ac desiderio.

Vers. 2. — *Scimus enim quoniam judicium Dei*, etc. Sensus : Scimus nos Judæi ex lege nobis à Deo traditâ, certiùs quàm gentiles qui legem non acceperunt, judicium à Deo exercendum secundùm veritatem, id est, justè, et secundùm merita operum, absque respectu personarum, adversùs eos qui talia agunt. Cujusmodi supra de gentilibus commemorata sunt.

Vers. 3. — *Existimas autem hoc*, etc. Ac si dicat : Vehementer falleris, ô Judæe, si existimes aut speres te evasurum justum Dei adversùs te judicium, qui alios peccantes tanquàm aut doctor aut peritus legis judicas, cùm ipse eadem facias. Imò sic judicando gravius tibi ipsi judicium accersis. Ostendis enim te non ex ignorantiâ peccare, sicut plerique gentilium, sed scientem prudentemque prævaricari legem.

Vers. 4. — *An divitias bonitatis ejus et patientiæ et longanimitatis contemnis? Divitias bonitatis* vocat exuberantem Dei benignitatem. Patientia Dei in eo est quòd malos tolerat, longanimitas in eo quòd pœnam in longum tempus differt. Itaque sensus est : An, ô Judæe, ex magnâ et superabundanti benignitate et longamini patientiâ Dei, securitatem et impunitatem tibi promittens permanes in peccatis?

Ignoras quoniam benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit? Sensus est : Cùm certè ignorare non debeas benignitatem Dei te ducere (sic enim in Græco est), id est, invitare et provocare ad pœnitentiam. *Adducit* ergo, id est, adducere cupit et conatur, et quantùm in se est, adducit.

Vers. 5. — *Secundùm autem duritiam tuam, et im pœnitens cor, thesaurizas tibi iram*, id est, colligis, accumulas instar thesauri. *Thesaurizas* tibi thesauros iræ, pro proregatis thesauris misericordiæ quos con-

nec emollit infinita Dei bonitas, nec justi ejus judicii minæ frangunt. Cor durum est, inquit Origenes, cùm mens humana, velut cera frigore iniquitatis obstructa, signaculum imaginis divinæ non recipit. Hæc durities contrahitur longâ vitiorum consuetudine; ET IMPŒNITENS COR TUUM, Gr., *impœnitibile*, id est, et secundùm impœnitentiam cordis tui, THESAURIZAS, id est, paulatim accumulas, recondis et asservas, TIBI IPSI, non tibi Deus, IRAM, id est pœnam; IN DIE IRÆ, id est in judicio; ET REVELATIONIS, id est, quando Deus omnem suam iram revelabit, et vindictam effundet in impios.

Dies judicii tribus notis signatur : *dies iræ*, quia tunc non erit misericordiæ locus; *revelationis*, quia omnia nuda erunt; *justi judicii*, ex æquo quisque pro meritis judicabitur. Ergo qui misericordiam Dei nunc in vitâ contemnit, in morte et misericordiam contemptam et justitiam iratam sustinebit. Sicut qui paulatim arcum intendit, tempus dat alteri ut fugiat, qui si fugere nolit, tantò fortiùs sagittà emissà configitur, quantò majori tempore arcùs intentio fuit facta, sic Deus, qui laneos habet pedes, sed ferreas manus, tarditatem supplicii gravitate compensat. D. Hieron. à Cornelio citatus.

Exspectat Deus, quia bonus et æternus; punit tandem, quia sanctus et justus. Ergo ob Dei longanimitatem nec tepescat justus, nec insolescat injustus. Omnia tempus habent.

VERS. 6. — QUI REDDET UNICUIQUE..., bonis operibus, bona, seu præmium; malis operibus, mala, seu supplicium. Ergo unusquisque sibi thesaurizat : virtutis amator bonorum thesaurum sibi congerit; operarii iniquitatis malorum thesaurum sibi pariter accumulant. Nihil coram Deo perditum; nullum nostrum dictum aut factum oblivioni datur. Hoc cogita semper, hâc-

que cogitatione malum fuge, bonum operare, semina semen gloriæ, et æternitati labora; thesauriza tibi thesauros gloriæ.

VERS. 7. — IIS QUIDEM, QUI SECUNDUM PATIENTIAM, id est, perseverantiam..., VITAM ÆTERNAM, supple reddet. D. Chrys., qui perseverantes in benefaciendo.

VERS. 8. — IIS AUTEM QUI... IRA ET INDIGNATIO, supple, retribuetur. Syriaca versio utrumque supplevit hoc modo. Iis quidem, qui in perseverantiâ bonorum operum, gloriam et honorem et incorruptionem expetunt; iis, inquam, dabit vitam æternam; iis verò qui rebelles sunt, nec acquiescunt veritati, sed iniquitati obtemperant, rependet iram et furorem. Intellige grave supplicium, quale ab irato animo retribui solet. Ad litteram : Contentiosis verò, veritati non obtemperantibus, sed obtemperantibus iniquitati rependet iram.

Licet ergo, imò bonum et sanctum est ambire, sed bonis operibus ambire gloriam æternam, quæ Deus est; tali ambitione promeretur Deus. Nunc ergo labora, sustine, bona opera fortiter age, mala patere. Labor et dolor breves erunt; lucrum erit æternum; vita erit æterna, incorruptio æterna, gloria æterna; æternitati pingo.

VERS. 9. — TRIBULATIO ET ANGUSTIA..., supple, à Deo retribuetur; JUDÆO PRIMUM, qui plus recepit gratiæ, et voluntatem Dei clariùs novit ex lege; et ideò magis reus, si malum operetur.

VERS. 10. — GLORIA AUTEM ET HONOR..., scilicet retribuetur *Judæo primùm*, si divinæ gratiæ responderit, et juxta hanc gratiam ei oblatam plura bona opera fecerit quàm gentilis. Per Græcum hìc intellige, non idolorum cultorem, sed gentilem Dei cultorem, naturæ legi parentem, qualis fuit Job, quales Ninivitæ, ita D. Chrys., Theophyl., etc.

temnis, et evacuas in te misericordiam Dei. *Iram* vocat hìc Apostolus ultionem, quæ more thesauri collecta deprometur, et universa in peccatores in die judicii effundetur.

In die iræ, et revelationis justi judicii Dei, quia tunc Deus omnem suam iram et justam vindictam in impios effundet, ut videatur ira Dei sua omnia tela, fulmina, tonitrua et tormenta in eos depluere et detonare.

VERS. 6. — *Qui reddet unicuique*, etc. Hoc enim est justum exercere judicium. Quæres an redditurus sit unicuique secundùm omnia ejus opera tam bona quàm mala? — Respondeo, secundùm omnia bona, quæ non invenientur mortificata; et secundùm omnia mala, quæ non invenientur remissa. Nam et illa mortificata, et hæc remissa sic habebuntur in illo judicio, tanquàm facta nunquàm fuissent.

VERS. 7. — *Iis quidem, qui secundùm patientiam*, etc. Sensus : Iis qui in bonâ conversatione perseverantes, nec eam propter ulla adversa deserentes (hoc enim significat boni operis patientia) gloriam et honorem apud Deum atque in Deo, et incorruptionem, id est, immortalitatem quærunt, reddet Deus vitam æternam. Posset etiam sic exponi, *secundùm patientiam*, id est, pro merito patientiæ, vel per patientiam. Videtur enim respicere et explicare Apostolus id quod dixit : *Reddet unicuique secundùm opera sua.*

VERS. 8. — *Iis autem, qui sunt ex contentione*, id est, contentiosis : eos qui sunt ex circumcisione, vocat circumcisos, sive Judæos; sic ii qui sunt ex fide, vocantur fideles. Notat Paulus hisce verbis Judæos contra gentes contendentes et rixantes.

Et qui non acquiescunt veritati, credunt autem iniquitati, ira et indignatio. Iis verò qui contentiosi sunt, nec acquiescunt veritati divinæ, id est, Evangelio sibi annuntiato, sive credenda spectes, sive agenda; sed magis eligunt credere, id est, acquiescere et adhærere injustitiæ, et doctrinis quibus injusta et corrupta vita foveatur; iis, inquam, retribuetur à justo judice Deo, *indignatio et ira*, id est, grave supplicium, quale ab animo irato exspectari solet. Contentionem dicit eorum qui sensa capitis sui, non ratione, sed animi pertinaciâ defendunt.

VERS. 9. — *Tribulatio et angustia* (supple, à Deo retribuetur et immittetur) *in omnem animam hominis operantis malum*, id est, in omnem hominem.

Judæi primùm, et Græci, id est, tam Judæi quàm gentilis; primùm tamen ac præcipuè Judæi, ut hoc pacto qui potior fuit in beneficiis, etiam principalior sit in pœnis.

VERS. 10. — *Gloria autem et honor et pax omni operanti bonum.* Gloriæ et honori pacem adjungit, ut significet benè operantibus futuram omnium bonorum quietam, perpetuam, certam et securam possessionem. Per *bonum* Apostolus intelligit absolutè bonum, quod nos coram Deo bonos et justos facit. Sine fide non est ulla recta et bona vita, ait S. August., et hæc sola meretur gloriam, scilicet veram et æternam, de quâ hìc agit Apostolus. Constat enim sine fide Christi neminem posse benè vivere, sed etsi in Christum non credens aliqua faciat opera bona, non ea tamen esse ejusmodi, quæ gloriam et honorem et pacem apud Deum judicem mereantur.

Judæo primùm, et Græco. Istud adjicit etiam hoc

VERS. 11. — NON ENIM EST ACCEPTIO... Syr. : *Non enim est acceptio facierum.* Deus in retribuendo vel præmia, vel supplicia, non respicit facies, personas hominum : an Judæus, an gentilis, an dives, an doctus, an nobilis, sed respicit tantùm merita. Respicit cor, non faciem; respicit charitatem, non dignitatem personæ; de hoc igitur solo et tu cura ; attende ad cor tuum : an charitate ferveat, in charitate et ex charitate an vivat, an per charitatem operetur?

VERS. 12. — QUICUMQUE ENIM SINE LEGE, Gr., ἀνόμως, quasi dicas, illegaliter, exlegaliter, id est, *sine lege* scriptâ, seu Mosaicâ ; significat gentiles, qui talem legem non habuerunt; et hi punientur, non propter transgressionem legis Mosaicæ, sed propter transgressionem legis naturalis in suis cordibus scriptæ.

ET QUICUMQUE IN LEGE, id est, legem Mosaicam habentes, PECCAVERUNT, per eamdem legem punientur, id est, juxta transgressiones illius legis.

Hinc sequitur quòd Deus non sit personarum acceptor, cùm omnes peccatores, sive Judæos, sive gentiles puniat juxta reatum.

Hinc etiam patet quòd nullus homo sit sine lege, saltem in corde suo scriptâ ; hæc lex accusat, convincit, judicat et damnat omnes malè agentes. Lex ergo conscientiæ erit omnium hominum judex ; secundùm hanc legem, Deus omnium hominum creator, erit omnium hominum judex. Sed si sufficit illa lex, ut homines constituantur ante Deum rei, quid erit de nobis, qui præterea legem Evangelicam habemus?

VERS. 13. — NON ENIM AUDITORES LEGIS... Probat quòd Judæi legis transgressores punientur, quia apud Deum justi habentur, non qui legem accipiunt, audiunt et venerantur, sed qui eam servant. Ergo non sola fides justificat, sed fides cum operibus. Idem ex v. 6 collige.

VERS. 14. — CUM ENIM GENTES QUÆ LEGEM... Probat quòd et gentiles lege non carent ; sicque bonum possunt operari, ut v. 10 dictum est.

Nota tamen quòd cùm hìc dicitur : *Gentes quæ legem non habent, naturaliter ea quæ legis sunt, faciunt...* illud *naturaliter*, seu naturâ, non opponitur gratiæ, sed legi scriptæ ; non vult ergo dicere quòd gentes, sine auxilio gratiæ faciant quæ legis sunt, sed sine auxilio legis scriptæ. Sensus ergo est quòd gentiles sine lege, sed libero voluntatis motu, gratiâ tamen præventi, legem observantes, IPSI SIBI SUNT LEX, factisque suis ostendunt quòd legem habent scriptam in cordibus suis, ut in vers. seq., QUI OSTENDUNT...

VERS. 15. — TESTIMONIUM REDDENTE..., id est, et hujus rei testimonium reddit ipsorum conscientia, quæ approbat, cùm observant ; remordet et accusat, cùm violant. Vide paraphrasim.

VERS. 16. — IN DIE, CUM JUDICABIT DEUS..., quasi diceret quòd testimonium clariùs patebit in die judicii, quâ Deus per Jesum Christum judicabit non de factis tantùm externis, sed et de internis et occultis in corde hominum, et consequenter de cogitationibus et motibus conscientiæ ; sicut ego hoc omnibus populis annuntio, seu *secundùm Evangelium meum.*

Aliqui hunc v. 16 jungunt cum v. 12 : *Per legem judicabuntur in die...*, voluntque cætera omnia esse parenthetica, ita ut tres agnoscant parentheses : primam, v. 13 : *Non enim auditores;* secundam, v. 14 : *Cùm enim gentes;* tertiam, v, 15 : *Qui ostendunt.* Sed simpliciùs puto omnia explicare ut supra, et benè cohæret v. 16 cum præcedenti. Etenim conscientiæ nostræ testimonium Deus in suo judicio sequetur et confirmabit.

Deus in corde nostro tribunal erexit, legemque suam digito suo insculpsit in intellectu nostro ; in hoc tribunali ratio judex est; conscientia quasi actor ; cogitationes testes, quæ vel accusant, vel defendunt hominem reum. Hinc dicebat Menander : Mortalibus cunctis conscientia Deus est, id est, instar et vice Dei. Conscientiæ lex et judicium erit quasi regula judicii divini ; conscientiam nostram Deus quasi librum aperiet; in eo quæ scripta sunt leget et manifestabit, et

loco, ut gentem suam honoret, quam in priori parte videbatur depressisse.

VERS. 11. — *Non enim est acceptio*, etc., q. d. : Non respicit Deus an Judæus quis sit, an gentilis ; sed utrumlibet peccantem æquè punit, et utrumlibet benè agentem præmiat. Tantùm respicit ad merita causæ.

VERS. 12. — *Quicumque enim sine lege peccaverunt*, etc. Quicumque peccaverunt non acceptâ lege scriptâ à Deo, peribunt, non tamen condemnante eos lege scriptâ, quam non acceperunt, sed solâ lege naturæ, contra quam peccaverunt; qui verò lege à Deo sibi traditâ contra eam peccaverunt, per eam ipsam legem condemnabuntur.

VERS. 13. — *Non enim auditores legis justi sunt apud Deum*, etc. Justificari opponit hic Apostolus, perire et judicari, sive condemnari. Nota Apostolum supponere hæc opera fieri ex fide et gratiâ Christi; agit enim de totâ legis observatione, deque operibus verè bonis, Deoque acceptis ad vitam æternam, quæ non possunt esse, nisi nascantur ex fide. Tantùm enim Apostolus hic probare intendit solam legis notitiam non sufficere ad justitiam, sed insuper ad eam requiri bonam actionem et observantiam legis. Judæi credebant Deo et legi; et tamen contra eos hanc sententiam intorquet Apostolus dicens: Non auditores, sed factores legis justificabuntur. Ergo clarum est ex mente Apostoli, non per solam fidem, sed per opera fidei nos justificari.

VERS. 14. — *Cùm enim gentes*, etc. Dices cum S. Augustino : Paulò ante dixit Apostolus : *Factores legis justificabuntur;* atqui gentes sine fide non possunt justificari; ergo cùm eas vocat factores legis, non intelligit illas sine fide, sed conversas ad fidem. — Respondeo : Factores legis, scilicet totius, justificabuntur; gentes autem, licèt faciant ea legis quæ facilia sunt, ut honorare parentes, dare eleemosynam, cavere furta et cædes, non tamen possunt totam legem facere et implere sine fide et gratiâ Christi, quia legem fidei, spei, charitatis, et alias quæ supernaturales sunt, per naturam et naturæ vires implere non possunt. Ubi diligenter attende : Non dicit Apostolus gentes facere vel implere legem, sed *ea quæ legis sunt*, id est, aliqua, puta faciliora, legis præcepta facere; cùm verò ait, justificari eos qui faciunt; non dicit ea quæ legis sunt, sed legem, scilicet totam et integram. Hoc autem fieri nequit sine fide et gratiâ Christi.

VERS. 15. — *Qui ostendunt opus legis scriptum in cordibus suis.* Significatur enim ita scriptum ut permaneat. *Ostendunt*, faciendo ea quæ legis sunt, cùm legem non acceperunt; per hoc enim declaratur quòd *ipsi sibi sunt lex.*

secundùm ea judicabit; hunc itaque judicem consule, audi, time.

Vers. 17. — Si autem tu Judæus... Judæos hìc ex omnium consensu speciatim aggreditur, ut eamdem illis applicet damnationem, quam contra gentiles, in cap. 1 conclusit. Ut autem illos justè condemnet, duo necessaria sunt : primum quòd legem noverint, secundum, quòd illam non servaverint. Primum hìc aggreditur; secundum v. 22. Hic itaque et tribus sequentibus versibus mirâ eloquentiâ concedit illis omnes magnificos titulos quos sibi attribuebant; sed ut illos v, 21, 22, etc., majori pudore suffundat.

Si autem. Noster interpres legit εἰ δέ. Gr. hodiernus habet ἰδέ. Ecce tu Judæus. Omnes Israelitæ cœperunt Judæi cognominari, post reditum ex captivitate Babylonicâ, duce Esdrâ, à tribu Juda nomen sumentes; gloriosum autem erat hoc nomen, quia significabat veram religionem, scilicet, unius Dei cultum. *Notus in Judæâ Deus*; Judas, *confessio* dicitur, Theoph. Et requiescis in lege, id est, inniteris, tibique complaces in lege à Deo tibi datâ, et te verum Dei cultum docente, gloriaris in Deo, legislatore tuo, duce tuo, et qui te in populum elegit.

Vers. 18. — Et nòsti voluntatem ejus, non tantùm per lumen rationis, sed etiam per legem et prophetas; et probas utiliora. Gr., *differentia*. Syr. : Et discernis res congruas quas edoctus es ex lege; id est, per legem nòsti non tantùm licitum ab illicito discernere, sed meliora et ad virtutem magis utilia eligere.

Vers. 19. — Confidis teipsum esse ducem cæcorum. Scribas et Rabbinos hìc præcipuè tangit, qui magnificos sibi titulos tribuebant; cæteros verò, præsertim gentiles despiciebant; cæcos, insipientes, infantes vocabant. Confidis, id est, tu tibi ipsi persuades quòd cæteros potes docere, quasi *cæcorum ducem*.

Vers. 20. — Eruditorem insipientium, id est imperitorum, habentem formam scientiæ et veritatis.., Jactas te, quasi in lege habens regulam, non tantummodò sciendorum et agendorum, sed et formam et rationem alios docendi, quid facere vel fugere debeant.

Vers. 21. — Qui ergo alium doces... Resumit scientiæ et gloriæ titulos, quos sibi tribuebant, et quos illis concessit; sed resumit, ut in eos retorqueat, illosque in omnibus ostendat legis violatores; resumptionem incipit ab ultimo et perfectiori. Qui ergo alium doces, quid faciendum, temetipsum non doces, ad faciendum te non excitas, dicis et non facis. Prædicas... Vide paraphr.

Vers. 22. — Qui dicis non mœchandum... Qui abominaris idola, sacrilegium facis; Syr. : Diripis ædem sacram, *sacrilegium facis*, id est, peccas contra veri Dei religionem, eumque graviter offendis, sive res Dei esse tuum, qui te ad cultum suum ex omnibus mundi nationibus elegerit, et populum sibi peculiarem fecerit.

Vers. 18. — *Et nòsti voluntatem ejus*, ex lege nòsti, inquit, quid Deus velit te facere, et à quibus abstinere. Hæc vocari solet voluntas signi, in præceptis consistens.

Et probas utiliora, instructus per legem, id est, ex lege sic institutus es, ut nòris bona à malis discernere, ac probè scias quid agere, quid fugere debeas. Sensus : Legem habens in promptu, quæ te quotidiè docet ac instruit.

Vers. 19.—*Confidis teipsum esse ducem cæcorum*, etc. Sensus : Arrogas tibi tantam legis scientiam, ut etiam cæcis, id est, errantibus, ducem te præbere, et iis qui in tenebris sunt, id est, ignorantibus, lumen doctrinæ possis adferre. *Confidere* pro gloriari legitur etiam alibi.

Vers. 20. — *Eruditorem insipientium*, etc. Profiteris te magistrum imperitorum, ut qui ex studio legis consecutus sis formam ac rationem, quâ etiam alios scientiâ veritatis imbuere, ac morum præceptis instruere queas.

Vers. 21. — *Qui ergo alium doces, teipsum non doces*, id est, non vivis ut doces; doctrinam tuam facto non ostendis. Nam turpe est doctori, cùm culpa redarguit ipsum.

Vers. 22. — *Qui prædicas non furandum, furaris; qui dicis non mœchandum, mœcharis*. Hæc faciebat Judæus non solùm cupiditate et affectu, verùm etiam ipso opere. Nam etsi lex manum cohibebat, non animum, in multis tamen effervescens cupiditas erumpebat in actum externum.

Qui abominaris idola, sacrilegium facis, dùm scilicet, avaritiâ victus, res idolis consecratas, vel dæmoniis immolatas, contra legem usurpas, ait Chrysost. et Theoph. Potest etiam intelligi in eo quòd gulâ aut hominum amicitiâ illecti mensas adibant idolothytis instructas. Nam et hoc ad idolorum culturam et dæmonum societatem pertinere Paulus docet 1 Cor. 10.

Testimonium reddente illis conscientiâ ipsorum. Habent enim omninò gentes, etsi legis expertes, conscientiam factorum suorum intùs in animo, quæ ipsis testimonium ingerit de iis quæ benè vel malè fecerint.

Et inter se invicem cogitationibus accusantibus aut etiam defendentibus. Pro cogitationibus, Græcè significatur non qualescumque cogitationes, sed quæ fiunt ratiocinando ac deceptando; dùm adhibito judicio rationis animus examinat aliquid, et de eo pronuntiat sitne verum an falsum, bonum an malum. Sensus est, atque ex hoc testimonio conscientiæ fit, ut dùm facta sua cogitando expendunt, et inter se conferunt, ipsi suis cogitationibus, vel accusentur propter mala facta, vel excusentur ac laudentur propter bona. In basilicâ cordis humani Deus tribunal constituit, legesque in ejus tabulis incidit digito suo, rationem creavit judicem, conscientiam actorem, testes cogitationes, quæ vel accusant, vel defendunt ipsum hominem reum.

Vers. 16. — *In die cùm judicabit Deus occulta hominum. In die*, id est, in diem judicii divini, sicut superiùs, *in die iræ*. Nam illa cogitationum accusatio vel excusatio nunc quidem fit, sed respicit diem examinis ac judicii Dei.

Secundùm Evangelium meum, secundùm quod de die judicii, ejusque pœnis et præmiis evangelizare et docere soleo, edoctus à Christo. Ita Theophylactus. Evangelium enim suum Paulus non aliud intelligi vult, quàm doctrinam evangelicam, à se prædicatam, quòd eam Christo revelante didicisset, Gal. 1.

Per Jesum Christum. Hoc adjungendum illi parti : *Cùm judicabit Deus occulta hominum*. Sensus enim est, Deum judicaturum per Christum hominem, *qui constitutus est ab eo judex vivorum et mortuorum*. Act. 10.

Vers. 17. — *Si autem tu Judæus cognominaris, et requiescis in lege*, supple ex præced. : Et tamen ipsam legem non facis, nec observas, graviùs hàc de causa damnaberis; q. d. : Si tu, ô Judæe, gloriaris quòd sis Judæus, quòdque legis sis peritus, ita ut in doctrinâ legis conquiescas, et tamen legem ipsam non facis, non imples, meritò sanè acerbiùs punieris.

Et gloriaris in Deo, hoc est, gloriaris verum Deum

conculcando, sive res sacras usurpando, sive ei non offerendo quæ et qualia lex præcipiebat, sive alio modo templum profanando. Falsos autem Deos colere, aut verum Deum spernere et enormiter offendere, quid multùm interest?

VERS. 23. — QUI IN LEGE GLORIARIS... Gloriaris quòd legem à Deo acceperis, et per legis transgressionem, Deum legis auctorem, afficis contumeliâ. Tria sunt hìc crimina : primum, quòd dehonestant; secundum, quòd Deum à quo sunt honestati, dehonestant; tertium, quòd lege, quâ honestati sunt, Deum dehonestant, transgredientes illam. Theophyl. post Chrys.

VERS. 24. — NOMEN ENIM DEI... Hoc probat auctoritate Isaiæ 52, v. 5, quem citat tanquàm illorum accusatorem. NOMEN DEI PER VOS, id est, propter vos, et peccata vestra in legem; BLASPHEMATUR, id est, ignominiâ afficitur inter gentes, dicentes : Qualis lex, quæ talem vitam parit; vel qualis Deus, qui talem habet populum. Simile quid habet Ezech., cap, 36, v. 20.

Hinc ergo concludendum restat Judæos non minùs, imò magis reos quàm gentiles, ideòque eamdem cum eis meruisse damnationem. Hæc omnia supradicta in Judæos quidem directè dicuntur, sed, heu! in quot Christianos indirectè? ut in fine capitis ostendetur. Unum hìc dico, quòd vita sancta Christiani, laus est Dei perennis; mala autem vita quasi continua blasphemia. Vide qualis sit tua.

VERS. 25. — CIRCUMCISIO QUIDEM PRODEST... Supradictæ conclusioni contradicere poterant Judæi, ob signaculum fœderis à Deo cum ipsis initi, quod in suâ carne gerebant, et quo à gentilibus discernebantur : quod prævidens Apostolus, respondet circumcisionem sine legis observantiâ nihil prodesse. Itaque et illos hoc signaculo, quo gloriabantur, hìc spoliat, eosdem et ipso Judæi nomine spoliaturus.

VERS. 28.—NON ENIM QUI IN MANIFESTO JUDÆUS... Ut

VERS. 23. — *Qui in lege gloriaris*, tanquàm à Deo acceptâ; nec enim levis erat materia gloriandi, legem à Deo accepisse præ cæteris gentibus. Nam *judicia sua non manifestavit eis*, Psal. 147.

Per prævaricationem legis Deum inhonoras, illum ipsum scilicet, à quo legem accepisti. Nam legis prævaricatio cedit in injuriam et ignominiam legislatoris. Tollitur enim per eam honor illi debitus, qui consistit in observatione legis ab eo latæ.

VERS. 24. — *Nomen enim Dei per vos blasphematur inter gentes*. Sensus est : Propter vos, id est, vestrâ culpâ, qui legem à Deo traditam palàm violatis; malè de Deo vestro gentes loquuntur, detrahentes honori et majestati ejus, qui habeat tam malos cultores, quasi eos vel negligat punire, vel non possit; vel etiam scelera approbet.

Sicut scriptum est. Origenes et alii referunt ad locum Isaiæ 52, juxta versionem Septuag., quæ sic habet : *Propter vos semper nomen meum blasphematur in gentibus*. Jam ex his verbis satis apparet illa superiora, *furaris, mœcharis, sacrilegium facis*, de externo opere accipienda esse. Nam propter solum affectum intùs latentem non poterat infamari nomen Dei apud exteras nationes.

VERS. 25. — *Circumcisio quidem prodest, si legem observes;* circumcisio prodest, non per se ad justificandum saltem adultos, sed quia facit te esse ex populo Dei signato, cui *Deus credidit sua eloquia*, ut ait Paulus, cap. seq.

hunc versum et sequentes intelligas, cum D. Chrysostomo distingue duas leges, duas circumcisiones, duo præputia. Legem Mosaicam litteris scriptam, legem naturalem in cordis tabulis insculptam, circumcisionem carnis, circumcisionem cordis, præputium à naturâ, præputium à voluntate. Placet Deo circumcisio cordis : hanc Deus intendit, et propter eam jussit circumcisionem carnis; hæc autem sine circumcisione animæ supervacanea est.

Circumcisio igitur *prodest*, si adsit animæ, seu cordis circumcisio, et legis observatio; SIN AUTEM, LEGIS ES PRÆVARICATOR, non tibi plus proderit circumcisio quàm si præputium haberes. Cùm hæc scribebat Apostolus, circumcisio erat adhuc Judæis licita; imò et sibi necessariam putabant, et id in eos hìc non urget D. Paulus; sed ex legis inobservantiâ infert inutilem fuisse et esse circumcisionem; vel loquitur de circumcisione, prout erat in statu legis.

VERS. 26. — SI IGITUR PRÆPUTIUM..... A contrario infert quòd si homo præputiatus, id est, gentilis, legem naturalem custodiat, apud Deum reputabitur ut circumcisus; tantùm illi valebit status incircumcisus, quantùm alteri circumcisionis status.

VERS. 27. — ET JUDICABIT ID QUOD EX NATURA EST... Et gentilis ille, licèt præputium habeat, cum quo natus est, si legem naturalem perficiat, sui comparatione, te condemnabit, ô Judæe, qui legem violas, licèt et scriptum legis habeas, et circumcisionem. Eodem sensu Christus, Matth. 12, 42, dixit : *Viri Ninivitæ surgent in judicio*, etc. *Regina Austri*, etc.

VERS. 28. — NON ENIM QUI IN MANIFESTO..... Syr., *qui palàm*, id est, qui exteriùs tantùm, seu per publicam Judaismi professionem, et externam observantiam; subaudi : Hic verè et coram Deo Judæus est, Deoque placens.

NEQUE QUÆ IN MANIFESTO, IN CARNE..... Syr. : Nec etiam quæ in carne conspicitur circumcisio, supple,

Si autem prævaricator legis sis, circumcisio tua præputium facta est, q. d. : Si legem violes, licèt circumcisus sis, perinde tamen es ac si incircumcisus gentilis esses, ac si præputium haberes et gentilismum induisses. Reprimit hìc Paulus arrogantiam Judæorum gloriantium de suâ circumcisione. Ita Theophylactus.

VERS. 26. — *Si igitur præputium*, id est, præputiatus gentilis, *justitias legis custodiat, nonne præputium illius in circumcisionem reputabitur?* q. d. : Si gentilis legem custodiat, tunc incircumcisio illi non oberit, sed reputabitur potiùs, ac si esset circumcisus, quia custodia legis tantùm, imò ampliùs illi valebit quàm Judæo valeat circumcisio; quia, ut Theophylactus ait, vera circumcisio est præcisio non carnis, sed peccatorum, sive est ipsa actio vera et bona præcisa à vitiis; præputium verò est mala et turpis actio.

VERS. 27. — *Et judicabit id quod ex natura est*, etc. Sensus : Nonne gentilis quem tu judicare soles, etsi præputium habens cum quo natus est, si legem observet ac perficiat, sui comparatione condemnabit te, qui cùm litteram, id est, legem, in tabulis scriptam habeas, et carne circumcisus sis, atque externâ professione Judæus, tamen huic professioni non respondes, sed legem acceptam prævaricaris.

VERS. 28. — *Non enim qui in manifesto, Judæus est,*

est vera circumcisio, quæ Deo placet, et quam Deus præcipuè intendit.

Vers. 29. — Sed qui in abscondito Judæus est, id est : Sed ille verus est Judæus, qui in corde et legis observatione, ex corde profectâ, Judæus est : seu, qui per fidem, et internas animi virtutes, et spiritualem legis observantiam, Abrahamum patrem suum imitatur.

Et circumcisio cordis....., id est, et vera et Deo placens circumcisio est ea quâ cor circumciditur à vitiis et concupiscentiis.

In spiritu, non littera, id est, quæ fit per Spiritum sanctum, non per litteram, seu per gratiam, non per legem.

Cujus, Gr. τοῦ, vel, in masc., vel, in neutro ; si primum, *cujus* Judæi ; si secundum, *cujus* Judæi et circumcisionis spiritualis, *laus, non ex hominibus*, qui vident exteriora ; sed apud Deum, qui intuetur cor.

Ex hucusque dictis concludendum plerosque Judæos nomen Judæi et circumcisi coram Deo non habere, nec majoris fuisse apud Deum meriti quàm gentiles ; sed utrosque reos fuisse, et neutros habere unde glorientur, sed unde humilientur.

per externam et publicam Judaismi observationem et professionem, *neque quæ in manifesto, in carne, est circumcisio*, subaudi, hic verus Deoque placens Judæus, hæc vera Deoque placens circumcisio est.

Vers. 29. — *Sed qui in abscondito, Judæus est*, qui scilicet in corde et spiritu, per legis observantiam, fidem et gratiam, Christum (qui scopus est legis, quemque lex tota clamat, confitetur. Subaudi, hic verè apud Deum Judæus est, et filius Abrahæ spiritualis.

Et circumcisio cordis in spiritu, non litterâ. Circumcisio quâ cor circumciditur à vitiis et concupiscentiis, ea demùm vera Deoque placita circumcisio est, utpote quæ spiritualis fit circumcisio, id est, per Spiritum sanctum facta ; non autem carnalis juxta litteram legis Mosaicæ.

Cujus laus non ex hominibus, sed ex Deo est, qui Judæus, et quæ circumcisio spiritualis, laudem et commendationem habet, non apud homines, qui non vident nisi quæ foris sunt, conspicuè ; sed apud Deum, qui cor intuetur. Qui se Deo interiùs, non autem hominibus exteriùs probare et placere contendit, qui non ab hominibus, sed à Deo laudari cupit et quærit ; hic verè Judæus est spiritualis.

Corollarium pietatis, seu in hoc capite ad pietatem maximè notanda, et in praxim redigenda.

1° Ex vers. 2 disce excitandam et nunquàm dormitare sinendam hanc, quam habemus de Dei judicio notitiam. Judicium Dei est secundùm veritatem, id est, justum ; nihil dans gratiæ, nihil odio, omnia æquitati ; personam non respicit, sed causam ; bonum et malum attendit et ex æquo judicat ; omnia scit, potest quæ vult, ex recto judicat. O incorruptum, et incorruptibile Dei judicium ! quàm terribile eris homini corrupto et corde non recto, alios docenti et non facienti, alios judicanti et damnanti, et eadem mala facienti, habenti speciem boni et veritatem mali ! Omnibus quidem hominibus terribile erit judicium Dei, at præcipuè Christianis legem Dei scientibus, et non servantibus ; religiosis, sacerdotibus sanctitatem professis, et secundùm statûs sui sanctitatem non viventibus ; doctoribus, concionatoribus, alios docentibus, et quæ docent non facientibus ; judicibus ecclesiasticis et secularibus eadem agentibus quæ judicant et damnant in aliis.

Hanc divini judicii severitatem ut vites, stude coram Deo talem esse, qualem te vult Deus ; nomen, professionem, officium, dignitatem tuam imple. Cave ne cum Judæis de solo nomine, de professione solâ, de solâ sanctitate statûs tui glorieris ; sanctum se credere propter sanctitatis votum, aut propter statûs sui sanctitatem, maximus error ; ille verè sanctus est, qui secundùm statûs sui sanctitatem vivit, qui regulas perfectionis servat ; è contra ille prævaricator et eò damnabilior est, qui sanctitatem professus, longiùs à sanctitate, moribus distat, Deumque per prævaricationem legis inhonorat ; ita ut per eum et propter eum nomen Dei blasphemetur. A tali blasphemiâ libera me, Deus misericors ; *ab occultis meis, et ab alienis* ob scandalum, *parce mihi, Domine ;* da mihi in posterum nomen Christiani, professionem religiosi, sanctitatem sacerdotii pro viribus, per tuam gratiam implere. Amen.

2° Ex vers. 28, 29, etc., disce quis sit verè christianus ; non qui talis est externâ professione, sed qui corde et spiritu christianus est. Christianismus in charitate propriè consistit, quæ cor per cupiditatum abnegationem circumcidit. Quot ìtaque christiano nomine gloriantur, et qui reverà christiani non sunt ! charitatem non habent, cupiditatibus flagrant ! Si professio exterior non sufficiebat ad Judaismum, quantò minùs ad Christianismum ?

Parùm ergo prodest christiano, per baptismi characterem, à cæteris gentibus distingui, et ab eis per sacramenta et Christianismi exteriora separari, si moribus et vitâ cum illis uniatur ; si christianæ legis, cujus anima charitas, sit prævaricator, et Christi non servet mandatum ; si gentilis, legem naturalem servans, Judæum legis scriptum habentem, sed non observantem, damnabit, quantò magis gentilis ille christianum damnabit, qui Christi mandatum et exempla non custodit !

Itaque cave Judaismum in Christianismo ; ne glorieris in solo nomine christiani ; ne requiescas in Evangelio ; ne fiduciam tuam reponas in solâ professione exteriori, imò nec in exteriori sacramentorum perceptione ; sed charitati stude semper ; sis in corde et ex corde christianus ; ama Deum, et ex amore serva Dei præcepta, omnesque ejus adimple voluntates.

Deus, utpote mens æterna et optima, mentem potissimùm spectat, cor intuetur ; de corde judicat ; mente igitur et corde potissimùm serviendus ; mente purâ, corde mundo, seu in spiritu et veritate adorandus.

3° Ex vers. 29 disce et recordare semper quòd veri christiani laus, non ex hominibus, sed ex Deo, qui mentem et cor intuetur.

Ergo ad hominum judicia plerùmque falsa non attendendum, sed ad Dei, cor penetrantis, judicium : æstiment, contemnant homines; quid ad me? nec virtutem dabit eorum existimatio, nec auferet contemptus; sum id quod sum coram Deo; cætera nihil.

Domine, Deus virtutum, converte me; da mihi cor rectum, cor amore tui fervens, cor te verè et sincerè diligens; tunc, quidquid sit de hominum judiciis, ostende faciem tuam, et salvus ero.

CAPUT III.

1. Quid ergo amplius Judæo est? aut quæ utilitas circumcisionis ?

2. Multum per omnem modum; primùm quidem quia credita sunt illis eloquia Dei.

3. Quid enim, si quidam illorum non crediderunt ? Numquid incredulitas illorum fidem Dei evacuabit? Absit.

4. Est autem Deus verax ; omnis autem homo mendax, sicut scriptum est : Ut justificeris in sermonibus tuis, et vincas cùm judicaris.

5. Si autem iniquitas nostra justitiam Dei commendat, quid dicemus ? Numquid iniquus est Deus, qui infert iram ?

6. (Secundùm hominem dico). Absit : alioquin quomodò judicabit Deus hunc mundum ?

7. Si enim veritas Dei in meo mendacio abundavit in gloriam ipsius, quid adhuc et ego tanquàm peccator judicor?

8. Et non (sicut blasphemamur, et sicut aiunt quidam nos dicere) faciamus mala ut veniant bona? quorum damnatio justa est.

9. Quid ergo? præcellimus eos? Nequaquàm : causati enim sumus Judæos et Græcos omnes sub peccato esse,

10. Sicut scriptum est : Quia non est justus quisquam :

11. Non est intelligens, non est requirens Deum.

12. Omnes declinaverunt ; simul inutiles facti sunt; non est qui faciat bonum, non est usque ad unum.

13. Sepulcrum patens est guttur eorum, linguis suis dolosè agebant; venenum aspidum sub labiis eorum :

14. Quorum os maledictione et amaritudine plenum est.

15. Veloces pedes eorum ad effundendum sanguinem.

16. Contritio et infelicitas in viis eorum.

17. Et viam pacis non cognoverunt.

18. Non est timor Dei ante oculos eorum.

19. Scimus autem quoniam quæcumque lex loquitur, iis qui in lege sunt, loquitur : ut omne os obstruatur, et subditus fiat omnis mundus Deo :

20. Quia ex operibus legis non justificabitur omnis caro coram illo; per legem enim cognitio peccati.

21. Nunc autem sine lege justitia Dei manifestata est, testificata à lege et prophetis :

22. Justitia autem Dei per fidem Jesu Christi, in omnes et super omnes qui credunt eum; non enim est distinctio ;

CHAPITRE III.

1. Quel est donc l'avantage des Juifs? et quel est l'utilité de la circoncision ?

2. Leur avantage est grand en toutes manières; principalement en ce que les oracles de Dieu leur ont été confiés.

3. Car enfin, si quelques-uns d'entre eux n'ont pas cru, leur infidélité anéantira-t-elle la fidélité de Dieu ?

4. Dieu est véritable, et tout homme est menteur selon qu'il est écrit, afin que vous soyez reconnu fidèle dans vos paroles, et victorieux dans les jugements qu'on fera de vous.

5. Mais si notre injustice fait paraître davantage la justice de Dieu, que dirons-nous? Dieu (pour parler selon l'homme) n'est-il pas injuste de nous accabler de sa colère.

6. Non certes; car si cela était, comment Dieu serait-il le juge du monde.

7. Mais si, par mon mensonge, la vérité de Dieu à éclaté davantage pour sa gloire, pourquoi me condamne-t-on encore comme pécheur?

8. Et pourquoi ne ferons-nous pas le mal, afin qu'il en arrive du bien? (selon que quelques-uns publient que nous le disons, par une calomnie qu'ils nous imposent.) Ces personnes seront justement condamnées.

9. Quoi donc ! sommes-nous préférables aux gentils? Nullement; car nous avons déjà convaincu et les Juifs et les gentils d'être tous dans le péché,

10. Selon qu'il est écrit : il n'y a pas un juste, il n'y en a pas un seul.

11. Il n'y a point d'homme qui ait de l'intelligence ; il n'y en a point qui cherche Dieu.

12. Ils se sont tous détournés du droit chemin ; ils sont tous devenus inutiles, il n'y en a point qui fasse le bien ; il n'y en a pas un seul.

13. Leur gosier est un sépulcre ouvert ; ils se sont servis de leur langue pour tromper avec adresse ; ils ont sous leurs lèvres un venin d'aspic :

14. Leur bouche est remplie de malédiction et d'amertume;

15. Leurs pieds courent vite pour répandre le sang.

16. Le brisement et le malheur sont dans toutes leurs voies.

17. Ils ne connaissent point la voie de la paix.

18. Ils n'ont point la crainte de Dieu devant les yeux.

19. Or, nous savons que toutes les paroles de la loi s'adressent à ceux qui sont sous la loi, afin que toute bouche soit fermée, et que tout le monde soit soumis à Dieu.

20. Parce que nul homme ne sera justifié devant Dieu par les œuvres de la loi ; car la loi ne donne que la connaissance du péché.

21. Au lieu que maintenant, sans la loi, la justice de Dieu nous a été manifestée, la loi et les prophètes lui rendent témoignage.

22. Et cette justice que Dieu donne par la foi en Jésus-Christ, à tous ceux et sur tous ceux qui croient en lui, car il n'y a nulle distinction.

23. Omnes enim peccaverunt, et egent gloriâ Dei :

24. Justificati gratis per gratiam ipsius per redemptionem quæ est in Christo Jesu,

25. Quem proposuit Deus propitiationem per fidem in sanguine ipsius, ad ostensionem justitiæ suæ, propter remissionem præcedentium delictorum,

26. In sustentatione Dei, ad ostensionem justitiæ ejus in hoc tempore ; ut sit ipse justus, et justificans eum qui est ex fide Jesu Christi.

27. Ubi est ergo gloriatio tua? Exclusa est. Per quam legem? Factorum? Non : sed per legem fidei.

28. Arbitramur enim justificari hominem per fidem sine operibus legis.

29. An Judæorum Deus tantùm ? Nonne et gentium? Imò et gentium.

30. Quoniam quidem unus est Deus, qui justificat circumcisionem ex fide, et præputium per fidem.

31. Legem ergo destruimus per fidem? Absit : sed legem statuimus.

23. Parce que tous ont péché, et ont besoin de la gloire de Dieu ;

24. Étant justifiés gratuitement par sa grâce ; par la rédemption qui est en Jésus-Christ,

25. Que Dieu a proposé pour être la victime de propitiation, par la foi en son sang, pour faire paraître sa justice, par la rémission de leurs péchés passés,

26. Qu'il a soufferts avec tant de patience ; pour faire paraître en ce temps cette justice qui vient de lui, montrant tout ensemble qu'il est juste, et qu'il justifie celui qui a la foi en Jésus-Christ.

27. Où est donc le sujet de votre gloire ? Il est exclus. Et par quelle loi ? Est-ce par la loi des œuvres ? Non, mais par la loi de la foi.

28. Car nous devons reconnaître que l'homme est justifié par la foi, sans les œuvres de la loi.

29. Dieu est-il seulement le Dieu des Juifs ? Ne l'est-il pas aussi des gentils ? Oui, certes, il l'est aussi des gentils.

30. Puisqu'il n'y a qu'un seul Dieu, qui justifie par la foi les circoncis, et qui par la même foi justifie les incirconcis.

31. Détruisons-nous donc la loi par la foi ? A Dieu ne plaise ; au contraire, nous l'établissons.

ANALYSIS.

Primo et secundo vers. proponit et solvit objectionem contra dicta in fine cap. 2 *; deinde tertio et sequentibus versibus, usque ad vers.* 9, *duas alias objectiones ex primâ subnascentes pariter proponit et solvit.*

Judæos ergo, quos in cap. 2 *depresserat, hìc primùm extollit, dicens eos gentilibus præcellere, in eo quòd Judæis concredita sunt eloquia et promissa Dei, quæ Deus fideliter adimplebit, nonobstante quorumdam Judæorum incredulitate.*

At vers. 9 *Judæos rursùs humiliat, et gentilibus æquat in negotio salutis, in eo quòd omnes et hi et illi sub peccato fuerunt ; quod et multis Scripturæ testimoniis probat usque ad v.* 19, *ubi concludit omnes coram Deo reos esse, et iræ divinæ obnoxios ; nec operibus legis justificatos fuisse.*

ỳ 21 *suam de gratuitâ per fidem justificatione doctrinam aperit et explicat, usque ad vers.* 27, *quâ stabilitâ et explicatâ, Judæum Romanum, de suis operibus legalibus gloriabundum, confundit dicens :* Ubi est ergo gloriatio tua ?

Denique ostendit hanc gratuitam, per fidem, justificationem Deo dignam esse, qui cùm sit omnium Deus, dignum est ut in omnes suam effundat misericordiam ; et sicut omnium unus est Deus et Creator, ita omnibus unum sit salutis medium, unusque mediator ; et hoc legem stabilit, non destruit.

PARAPHRASIS.

1. Si verè et coram Deo ille Judæus est, qui corde, sique vera et Deo grata circumcisio, quæ cordis, quid igitur eximium habet Judæus ex genere ? et quam utilitatem affert illi circumcisio carnis ?

2. Multùm omninò prærogativæ habuit Judaicus populus supra gentilem ; inprimis quidem, quia Deus ci sua concredit eloquia, prophetias de Messiâ, futurorum ejus mysteriorum prædictiones.

3. Nec est quòd quis dicat quòd eis plerique non crediderunt ; esto enim quidam non crediderint, nùm propterea desiit esse Dei beneficium ? num istorum incredulitas inanem reddet Dei fidelitatem in suis promissis ? hoc impossibile est.

4. Deus enim summè verax est, qui nec falli potest, nec fallere ; à quo longè distat homo, qui ut homo, et falli potest et fallere ; Dei autem veracitatem non vinci hominum infidelitate, testatur David, post peccatum suum dicens : *Miserere meî, Deus ;* sic enim fiet ut justus et verax appareas in tuis promissis de regni mei stabilitate ; de Messiâ ex me nascituro. Merui equidem ob scelus meum his promissis frustrari, et reverà judicant homines te propterea fidem mihi non servaturum ; sed parce mihi : sic hominum judicia vinces, et illustrior apparebit fidelitas tua.

5. Sed inquis : Si Dei justitia spectatior redditur hominum injustitiâ, nonne hinc sequitur quòd Deus sit injustus, cùm peccatores punit, per quos glorificatur ?

6. (Non meis, sed impiorum verbis hic utor ;) sed absit hæc impia cogitatio ! Si enim injustus est Deus, quomodò supremus erit hujus mundi judex ?

7. Nam si, inquiunt impii, veracitas Dei per meum peccatum clarior et illustrior apparet, cur ego, tanquàm peccator judicor, condemnor et punior ?

8. Imò quare potiùs non peccemus propter hunc finem, scilicet, ut nostris peccatis spectatior fiat Dei gloria (sicut aliqui per calumniam dicunt de nobis, verba nostra sic interpretantes, quasi nos ita loquamur) ? Sed procul à piis animis sint hæ impietates ! et ita sentientes, et ita calumniantes, justè et meritò damnabuntur.

9. Sed, ut ad propositum redeam, an nos Judæi præcellimus ethnicos in salutis negotio ? minimè ; jam enim in superioribus ostendi omnes et Judæos et Græcos esse sub peccati jugo captivos ; in hoc autem quæ et ubi præcellentia ?

10. Quod et de omnibus simul probo sacræ Scripturæ auctoritate, apud Judæos irrefragabili.

11. Scriptum est Ps. 13: Non est quisquam justus; non est qui intelligat aut requirat Deum.

12. Omnes à viâ rectâ mandatorum ad vias pravas declinaverunt, pariter inutiles facti sunt: non est qui bonum faciat; non est, inquam, vel unus.

13. Sepulcrum apertum est guttur eorum; linguis suis usi sunt ad alios decipiendos; in ore suo paratum habent venenum non minùs lethale quàm aspides.

14. Et Ps. 9: Quorum os execratione et amarulentiâ plenum est.

15. Et Isai, 59, v. 7: Veloces pedes eorum ad effundendum sanguinem; non vadunt, sed currunt.

16. Contritio et calamitas in viis eorum, quòcumque vadant, conterunt, et omnes reddunt miseros.

17. Et viam pacis non cognoverunt; non est timor Dei ante oculos eorum; Deum Judicem non timent; hinc nec timore vindictæ abstinent à malitiâ.

18. Nec est quòd quis dicat hæc ad Judæos non pertinere, cùm certum sit et omnibus notum, quidquid lex loquitur, ad eos potissimùm attinere, qui sunt sub lege; supradicta autem ex lege sunt desumpta, et hæc ideò vobis exprobrat, ut omnibus omninò hominibus os obstruatur; nullus audeat se absque peccato esse gloriari; sed è contra omnes omninò sciant et confiteantur se Deo judici obnoxios esse.

19. Quandoquidem nec lex Mosaica litteraliter observata quemquam mortalium verè et coram Deo reddet unquàm justum, quia per legem datur quidem cognitio peccati, sed non datur remedium peccati, nisi recurratur ad Christum.

20. At nostris tandem temporibus, in hoc sanè felicissimis, sine legis adminiculo, justitia Dei, seu, quâ Deus nos reddit verè justos, per Evangelium manifestata est, et palàm annuntiatur, quæ olim à lege et à prophetis fuit prænuntiata.

21. Justitia, inquam, quæ per fidem in Jesum Christum, à Deo infunditur in omnes et super omnes qui credunt in eum; in hoc enim nullum est discrimen.

22. Quia omnes peccaverunt, et nullus habet unde coram Deo glorietur; sed omnes unde confundantur, et humiles misericordiam implorent Salvatoris.

23. Justificantur autem gratis per gratuitam Dei misericordiam, per redemptionem, quam, appenso pretio, fecit ac meruit Jesus Christus.

24, 25. Quem Deus proposuit victimam iræ suæ propitiatoriam, cujus propitiationis fiamus participes, per fidem, quâ credimus Christum pro nobis mortuum, et hanc propitiationem dedit ut hominibus ostenderet divitias justitiæ suæ, tum quâ justus est in se, tum quâ justificat impios, ad remissionem peccatorum præcedentium ab origine mundi.

26. Quæ peccata Deus hucusque patienter sustinuit, ut hoc nostro tempore evidentiùs, ut jam dixi, ostenderet justitiam et quâ justus est in se et quâ justificat impios; suam enim in se justitiam ostendit, nolens hominibus parcere, nisi in sanguine unigeniti Filii sui; justitiam autem, quâ justificat impios ostendit, ex peccatoribus justos et sanctos faciens omnes, quicumque verè credunt in Jesum Christum, propitiatorem nostrum.

27. Dic igitur, ô Judæe, ubi in hoc justificationis modo, ratio gloriandi? exclusa est; per quam legem? an per veterem, seu Mosaicam, quæ facienda docebat? Non, sed per legem novam, quæ dat virtutem ut faciamus.

28. Ex dictis enim colligimus quemlibet hominem, sive Judæum, sive gentilem, justificari per fidem in Jesum Christum, etiamsi legis Mosaicæ præscripta non servet.

29. An Deus Judæorum tantùm est Deus? Nonne idem et æquè gentilium Deus est? Ita sanè; gentilium æquè ac Judæorum Deus est.

30. Quia ergo unus omnium est Deus, dignum ut unus sit omnibus et circumcisis et incircumcisis justificationis modus, scilicet per fidem in Jesum Christum, omnium Salvatorem.

31. Nec dicat Judæus quòd hâc de fide doctrinâ legem Mosaicam destruo; imò legem stabilio: ipsa enim Christum et justitiam ejus figuravit, prædixit et promisit; justitia ergo per fidem Christi legem stabilit, cujus veritas, effectus et complementum est.

COMMENTARIA.

Vers. 1.—Quid ergo amplius, Gr., *præstans*, seu eximium. Syr.: Quæ est igitur excellentia Judæi? Interrogatione proponit objectionem, quæ contra proximè dicta fieri potest, quasi diceret: Si ita se res habet, ut coram Deo ille sit verè Judæus, qui ex corde Judæus est, et illa sit vera et Deo grata circumcisio, quæ cordis, non quæ in carne, cap. 2, v. 28, 29, et Deus æquè remuneret gentilem ac Judæum, legem observantes, v. 10; quid igitur prærogativæ Judæo ex genere, seu Abrahæ filio? aut quam utilitatem affert ipsi circumcisio carnis? Duplex est quæstio: primæ hic respondet Apostolus; secundæ in cap. 4 respondebit.

Vers. 2. — Multum per omnem modum. Respondet quòd multùm omninò prærogativæ habuit Judæorum populus supra gentilem. Hoc intellige de tempore quod præcessit adventum Christi Domini, secundùm priora

Vers. 1. — *Quid ergo amplius Judæo est?* Sensus est: Si ita se res habet, ut dictum est, quid igitur amplius præ gentili, quidve eximium collatum est Judæo? Quid habet Judæus in quo præcellat?

Aut quæ utilitas circumcisionis, id est, quid prodest esse circumcisum?

Vers. 2. — *Multum per omnem modum*, id est, valdè multùm ampliùs et Judæo. *Primùm quidem, quia credita sunt illis eloquia Dei*, id est, hoc inprimis et præcipuè Judæis amplius est, quòd credita, commissa, tradita sunt eis eloquia Dei. *Eloquia sua*, id est, legem suam, et Scripturas sacras, in iisque promissiones et pacta divina, futurorumque mysteriorum prædictiones. Erat autem permagnum beneficium habere legem et Scripturas sibi traditas à Deo. Privilegia Judæorum præ gentibus explicat idem Apostolus, cap. 9: *Quorum est*, inquit, *adoptio filiorum, et gloria, et testamentum, et legislatio, et obsequium, et*

tempora, ait S. Anselm.; nam tempore Evangelii omnes sunt unum, ut dicit ad Gal. 3, v. 28. Multas Judæorum prærogativas recensebit cap. 9, v. 4 et 5. Unam hic referre modò sufficit. PRIMUM QUIDEM. Syr., *in primis*, id est, præcipuè, quod Deus eis, ut amicis suis, concredidit eloquia sua, prophetias de Messiâ, prædictiones futurorum ejus mysteriorum, oracula, figuras futurorum in Ecclesiâ scilicet christianâ.

Et hæc est Judaici summa privilegii. Bone Deus! Si tua de Christo nascituro oracula, promissiones, tantum fuère bonum, quid ergo ejusdem Messiæ nati, mortui, suscitati, ad dexteram tuam sedentis, exhibitio? Si futurorum mysteriorium prædictiones, figuris et umbris obvelatæ, tantum fuère privilegium, quid ergo eorumdem mysteriorum jam peractorum, aut perficiendorum aperta revelatio? manifesta explicatio? Et hæc est tua in nos beneficentia! sic nos dilexisti, ut tuum nobis unigenitum dederis Filium; nos apertè per tuum docueris Filium; nos abundanter et copiosè per tuum redemeris Filium; omnia nobis in tuo donaveris Filio; ob hanc immensam misericordiam tuam sis in æternum benedictus, ô Deus misericors!

VERS. 3. — QUID ENIM SI QUIDAM ILLORUM NON CREDIDERUNT? Occurrit objectioni novæ, ex præcedenti responsione nascenti, simulque quasi transiens et aliud agens, Judæorum pungit infidelitatem, quâ Christo et Evangelio credere noluerunt, et Dei propugnat fidelitatem, quæ sua promissa exhibuit, nonobstante hâc Judæorum incredulitate.

Prævidens ergo apostolus quòd posset quis et instare, dicens: Quid profuère Judæis incredulis eloquia Dei? Respondet 1°: Esto, quidam, imò plerique non crediderint, num ideò desiit esse beneficium ex parte Dei? Respondet 2°: Esto non crediderint, an illorum incredulitas inanem reddet Dei fidelitatem in promissis suis?

ABSIT, id est, nonobstante illorum incredulitate, Deus stabit promissis, quæ fecit patribus eorum de Messiâ ex eis nascituro, omnesque gentes per fidem justificaturo.

Mirabilis Deus in omnibus suis, non tantùm operibus, sed et verbis! Promisit Abrahæ, Isaaco, Jacobo, Davidi, Messiam ex ipsorum posteritate nasciturum; Deus in tempore exhibet quod promisit patriarchis, dat Messiam: Israelitæ, Abrahæ, Isaaci, Jacobi filii, Messiam non receperunt. An hæc infidelitas inanem et otiosam reddet Dei fidelitatem? *absit*. Deus de lapidibus suscitat Abrahæ filios. *Ecce convertimur ad gentes*, aiunt Apostoli à Deo inspirati; gentiles Evangelio credunt, per fidem fiunt spirituales Abrahæ filii, verique Israelitæ facti, Christum Abrahæ promissum receperunt.

Hinc obstupesce ob ingratam humani cordis perversitatem, donum donorum Dei respuentem! Hinc et mirare omnipotentem Dei bonitatem, ex malis hominum bonum elicientem. Odi, time cor tuum, perversitatem ejus observa semper; ama Dei bonitatem, in eam spera, ei totus innitere.

VERS. 4. — ABSIT. Gr., *ne fiat*. EST AUTEM DEUS VERAX. Gr.: *Esto autem Deus verax;* fiat, ait Ambros. sit, ait Chrysost., jam quam lectionem sensus est: Sit et credatur; vel et appareat Deus constans in promissis suis, etsi vel omnes homines sint mendaces, fidemque fallant.

Syriaca versio: *Absit, si quidem Deus verax est*, juxta quam lectionem et nostram sensus est: *Absit*, quasi diceret: Impossibile est Dei fidelitatem hominum infidelitate aboleri. Deus enim summè verax est; semper et in omni casu est et manet verax in dictis et promissis suis; veritas ipsa est, hincque nec falli, nec fallere potest.

OMNIS AUTEM HOMO MENDAX. In quo procul abest ab homine, qui naturæ suæ corruptione, mendax et fallax est: nullus enim, qui ex intellectûs ignorantiâ sæpè non fallatur; nullus qui ex voluntatis mutabilitate, aut malitiâ non fallat aliquando, aut possit saltem fallere.

SICUT SCRIPTUM EST, Ps. 50. Dei veracitatem non vinci hominum infidelitate, probat exemplo et verbis Davidis, post peccatum suum dicentis: MISERERE MEI, DEUS...., UT JUSTIFICERIS..., id est, ita fiet, si mea peccata condones, ut justus et verax appareas in promissis tuis, de stabilitate solii mei, de Messiâ ex me nascituro. Vide paraphras.; ET VINCAS CUM JUDICARIS; et consequenter fiet ut vincas in judicio, seu vincas judicia temeraria hominum, qui præsumunt te, ob peccata mea, fidem mihi non servaturum. Vincit in judicio, qui justus apparet in lite; vinces ergo, et eò magis justus et fidelis apparebis, quò per peccatum meum factus sum promissis tuis indignior.

Hinc D. Paulus vult dicere quòd incredulitas Judæorum Dei fidelitatem non solùm non reddet inanem, sed et illustriorem.

VERS. 5. — SI AUTEM INIQUITAS NOSTRA... Altera objectio ex ultimâ responsione nascens: Si peccatum

promissa; quorum patres, et ex quibus est Christus secundum carnem.

VERS. 3. — *Quid enim, si quidam illorum crediderunt?* q. d.: Incrediderunt, credere noluerunt, scilicet eloquiis Dei sibi creditis, hoc est; non habuerunt fidem promissis divinis, quæ continentur in Scripturâ.

Numquid incredulitas illorum fidem Dei evacuabit? Sensus: numquid illorum incredulitas efficere poterit ut Deus promissa sua non præstet, fidemque datam non servet? *Fides* hic accipitur, ut aliàs sæpissimè in Scripturâ veteris Testamenti, pro veritate in præstandis promissis.

Absit, græcè, ne sit, ne fiat, scilicet, ut hominum malitia Dei fidem evacuet. Siquidem impossibile est Deum mentiri aut fidem fallere.

VERS. 4. — *Est autem Deus verax*, in omnibus dictis et promissis, adeò ut fallere non possit. Est enim ipsa veritas. *Omnis autem homo mendax*, scilicet ex semetipso, et ex inclinatione depravatæ suæ naturæ.

Sicut scriptum est: Ut justificeris in sermonibus tuis, et vincas cum judicaris. Adducit hoc testimonium ex *Psal.* 50, quo ostendat Deum semper in promissis esse veracem, non obstantibus etiam hominum peccatis; adeò ut ex nostrâ iniquitate magis etiam appareat atque illustrior fiat ipsius veritas et justitia.

VERS. 5. — *Si autem iniquitas nostra justitiam Dei commendat, quid dicemus?* Si nostra iniquitas

Davidis, etc., si incredulitas Judæorum, etc., et consequenter *si iniquitas nostra justitiam Dei*, seu fidelitatem Dei reddit illustriorem :

NUMQUID INIQUUS EST DEUS? nonne sequitur quòd Deus non posset sine injustitiâ peccatores punire? punit enim per quos glorificatur.

VERS. 6. — SECUNDUM HOMINEM DICO. Ne quis hoc loquendi modo scandalizetur, monet quòd hominum, et quidem errantium more, loquatur : *Absit; alioquin quomodò....*; quia manifestè absurdum est quod objicitur, satis habet respondere quòd si Deus esset injustus, mundum non posset judicare; atqui credimus omnes quòd Deus est judex mundi; ergo et quòd justus. Vera autem ratio cur Deus justè puniat peccatorem, dabitur, v. 8, ubi eadem objectio repetetur.

VERS. 7. — SI ENIM VERITAS DEI. Priorem objectionem v. 5 factam urget clarioribus verbis : *Si veritas*, id est, veracitas *Dei;* ABUNDAVIT, id est, clarior et illustrior facta est per meum mendacium, seu per peccatum meum, cur ego JUDICOR, condemnor, et punior TANQUAM PECCATOR? Assumit in se personam peccatoris.

VERS. 8, 9.— ET NON (SICUT BLASPHEMAMUR.....) FACIAMUS MALA, imò potiùs facienda erunt mala, ut inde major Deo gloria proveniat; aliud inconveniens, quod infertur : *sicut blasphemamur*, id est, sicut per calumniam, aliqui verba nostra, non bonâ fide referentes, dicunt de nobis.

Fortassè quia dixerat Apostolus : *Ubi abundavit delictum, superabundavit et gratia.* Quidquid sit, hæc omnia D. Paulus tanquàm nimis absurda satis habet detestari, *absit*, quod abominantis est; et hanc calumniam contemnere et pœnâ dignissimam dicere. QUORUM DAMNATIO....., quorum, id est, et ita sentientium et ita calumniantium DAMNATIO JUSTA EST.

Nota quòd vera responsio ad hanc objectionem v. 5 inchoatam, sit, quòd peccatum per se et directè non facit ad Dei gloriam (imò per se avertit à Deo), sed tantùm per accidens et præter intentionem peccantis, quatenùs Deus per suam potentiam et sapientiam scit ex malis elicere bona. Vera itaque causa illustrioris Dei gloriæ, est omnipotens Dei bonitas et sapientia, peccatum contra naturam suam, et contra peccantis intentionem, ordinans ad suî gloriam.

Hinc justè punitur peccator, Dei legem violans; hincque nunquàm facienda mala, quæ Dei sunt offensæ.

VERS. 9. — QUID ERGO PRÆCELLIMUS EOS? Post digressionem, redit ad propositum : An quia dixi v. 2, multùm omninò prærogativæ esse Judæis, quibus concredita sunt eloquia Dei, ideòne nos Judæi præcellimus gentiles? — Respondet : NEQUAQUAM. Gr., *non omninò*, et in hoc Apostolus non est sibi contrarius, quia quod dixit de Judæorum excellentiâ, intellexit de beneficiis externis, de lege, de Scripturis, etc.; quod autem negat nunc, intelligit de verâ justitiâ, à quâ petenda est vera hominis excellentia.

CAUSATI ENIM SUMUS. Gr., *præcausati sumus enim.* Syr. : Jam ante determinavimus de Judæis et gentilibus omnes esse sub peccato. Probat non ideò præcellere Judæos, quia, cap. 1 et 2, jam ostendimus et Judæos et Græcos esse peccatores, seu sub jugo peccati captivos. Si autem omnes peccatores, et sub jugo peccati, ubi est præcellentia vestra? sicut v. 27 : *Ubi est ergo gloriatio tua?*

VERS. 10. — SICUT SCRIPTUM EST : QUIA NON EST JUSTUS QUISQUAM. Gr., *neque unus.*

VERS. 11, 12, 13, 14, 15, 16, 17, 18. — Vide paraphr. His sacræ Scripturæ testimoniis probat de

sive injustitia commendat, id est, apparere facit, et illustriorem reddit, adcòque confirmat Dei justitiam et fidem erga homines, *quid dicemus?* Scilicet ad quæstionem ex illis dictis obviam, quæ sequitur :

Numquid iniquus est Deus qui infert iram? Sensus : An ob id censebimus Deum injustum esse qui infert iram, id est, punitionem, qui punit et vindicat peccata, ex quibus ejus justitia commendatur?

VERS. 6. — *Secundùm hominem dico*, id est, secundùm humanum sensum loquor; objectionem hanc moveo ex personâ hominis divinâ nondùm capientis; cui facilè, sicut experientia docet, hujusmodi quæstiones occurrant.

Absit, ut ideò credatur Deus injustus; ut quis de Deo tam absurdè et indignè sentiat.

Alioquin quomodò judicabit Deus hunc mundum? q. d. : Si propter causam memoratam Deus injustus censendus est in vindicandis peccatis, igitur non erit idoneus qui judicet mundum. Quod est longè absurdissimum. Sequela manifesta est, quia judicem totius mundi justissimum esse opportet.

VERS. 7. — *Si enim veritas Dei*. etc. Sensus est : Si fides et veracitas Dei clarior et illustrior facta est per meum mendacium sive injustitiam, cur ego postea judicor, condemnor et punior tanquàm mendax et peccator?

VERS. 8 — *Et non (sicut blasphemamur, et sicut aiunt quidam nos dicere) faciamus mala, ut veniant bona?* Sensus : Et cur non potiùs dico (sicut quidam malè de nobis loquentes aiunt nos dicere) : Faciamus mala, cumulemus peccata peccatis, ut veniant bona, quale est Deum glorificari? Potest etiam hoc modo : Et cur non potiùs facimus mala, ut Deus glorificetur? Sicut quidam calumniantur nos dicere : Faciamus mala ut veniant bona, etc.

Quorum, scilicet tam ita sentientium, quàm nos calumniantium, *damnatio justa est.*

VERS. 9. — *Quid ergo? Præcellimus eos? Nequaquàm.* Judæi ethnicos, quasi ob merita nostra, legem aut circumcisionem præ eis vocati simus ad fidem et justitiam Christi; redit enim hic Paulus ad propositum suum, quod tetigit v. 2; respondet : *Nequaquàm* præcellimus nos Judæi ipsos gentiles.

Causati enim sumus, id est, causam antea attulimus, jam enim ante probavimus, allatis causis et rationibus, *Judæos et Græcos omnes sub peccato esse*, id est, omnes esse peccatores, et propter peccata damnatione dignos.

VERS. 10, 11. — *Sicut scriptum est*, etc. : *Non est justus quisquam.* Eamque deinde quasi in partes dividit dicens : *Non est intelligens, non est requirens Deum*, q. d. : Quidam non intelligunt, nec cognoscunt Deum, quales sunt gentiles; quidam verò Deum cognoscunt, sed Dei mandata non requirunt nec custodiunt, quales sunt Judæi; atque adeò nec Judæus, nec gentilis, adeòque nemo justus est inter filios hominum.

VERS. 12. — *Omnes declinaverunt*, id est, recesserunt, scilicet à Deo. Hoc enim quid est aliud quàm omnes inventos malos, neminem bonum? Verùm hæc

omnibus prorsùs hominibus, tum Græcis, tum Judæis, quod jam speciatim, 1° de gentilibus, deinde de Judæis probavit, nimirùm omnes fuisse sub peccato. Hoc autem probat ex Scripturis propter Judæos, ut suâ propriâ lege convincantur.

Circa hæc testimonia, notandum 1° quòd partim ex Psalmis, partim ex Isaiâ deducantur; 2° quòd verba non semper referat Apostolus, sed sensum; 3° quòd generalitas hominum in illis expressa debeat intelligi de humano genere, quale est ex origine suâ, et qualis unusquisque perseverat, donec justitiæ Dei particeps fiat, per fidem Jesu Christi; 4° quòd enumerata in his versibus vitia non censenda sint in singulis hominibus; sed alia in aliis : ita tamen ut omnes sint, vel fuerint sub peccato; denique quòd in his versibus benè describantur peccati et concupiscentiæ effectus humanum genus inficientes, ut infra, post vers. 20.

Vers. 19.—Scimus autem quoniam quæcumque lex. Ne Judæi dicant hæc Scripturæ testimonia de gentilibus esse intelligenda, illos præoccupat Apostolus, et probat de Judæis principaliter intelligenda, quia ex lege, ex Psalmis et prophetis desumpta; qui prophetæ et Psalmi Judæis præcipuè loquuntur.

Ut omne os obstruatur. Syr., ut omne os obturetur, et universus mundus debitor sit Deo. Arab., fiatque universus orbis sub censurâ Dei, id est, et hæc ideò vobis indicant et exprobrant Psalmi et prophetæ; ut omne os superbum, et se sine peccato asserens, obturetur, eique silentium imponatur.

Omne os, 1° Judæorum, quia omnes fuêre legis Mosaicæ violatores; 2° *omne os* Græcorum; si enim de ipsis Dei cultoribus ita loquuntur eloquia Dei, quid de infidelibus, qui peccatis et impietatibus erant obruti? Omnes ergo prorsùs homines sileant, et nemo gloriatur se absque peccato esse; sed è contra, omnes omninò homines sciant se Deo judici obnoxios esse ad mortem æternam.

Subditus; Gr. ὑπόδικος, id est, reus, obnoxiusque, ille propriè dicitur, qui sibi ipse ad defensionem minimè sufficere cùm possit, alterius patrocinii ope indiget, ait D. Chrys. Talis erat conditio nostra, idem. Universus itaque mundus, reum se fateatur, subditum æternæ condemnationi, debitorem pœnarum, divinæ vindictæ obnoxium, et in hâc reatûs sui confessione, sese Deo et Christo ejus subjiciat, ejusque gratiæ auxilium imploret, si justificari et salvari voluerit.

Vers. 20. —Quia ex operibus legis. Syr. : Quandoquidem nec lex Mosaica, nec opera legis, quemquam mortalium verè et coram Deo reddet unquàm justum. Per legem enim cognitio peccati, id est, datur. Docet quid faciendum, quid fugiendum, etc.; at non dat remedium peccati, seu gratiam quâ tollitur peccatum; hanc solus Christus dat; ad eum ergo necessariò recurrendum, ejusque jugiter implorandum auxilium.

Et hæc est conclusio ex hucusque dictis deducenda : Nec philosophia, nec lex Mosaica, verè justum reddidit quemquam; omnes sub peccati jugo fuêre, omnes obnoxii, omnes Christi ope indigentes.

Hanc veritatem edoctus, câque penitùs imbutus et tu, coram Deo reatum tuum humilis ac tremebundus agnosce, et ob eum prostratus et supplex frequenter adora Deum, rogans obnixè ut per Christi salvatoris tui merita largiatur ut ad peccatorum tuorum indulgentiam et ad gratiam valeas pervenire. Ὑπόδικον te, et condemnationi obnoxium agnosce, nisi tui misereatur Deus : hanc ergo misericordiam ob Christum et

intellige juxta mentem et scopum Pauli, de filiis hominum, id est, humano genere, quale est ex suâ origine, et qualis unus quisque perseverat, donec justitiæ Dei per fidem Jesu Christi particeps fiat. *Simul inutiles facti sunt*, id est, computruerunt, nullos ferentes bonos fructus fidei et bonorum operum.

Non est qui faciat bonum; non est usque ad unum. Non est ex se, sine Dei, id est, Christi gratiâ, qui faciat bonum absolutè, tale scilicet ut inde bonus et justus coram Deo dici dignusque Dei gratiâ, aut æternâ gloriâ censeri possit, quia omnes ex peccato Adæ corrupti, et concupiscentiâ infecti in peccata varia proclives declinant. Ita S. August. in Psal. 13. Hinc ergo non sequitur omnia opera infidelium esse mala et peccata, sed tantùm esse inepta ad justitiam et gratiam Dei promerendam. Hoc enim hic vocatur *bonum*.

Vers. 13. — *Sepulcrum patens est guttur eorum*, q. d. : Quilibet homines peccato et concupiscentiâ corrupti, instar sepulcri patentis, spurca, tetra, fœtida, dolosa, maledicta exhalant, proloquuntur et eructant. *Linguis suis dolosè agebant*, linguis suis utuntur ad dolum et fraudem, aliud loquentes, aliud sentientes. *Venenum aspidum sub labiis eorum*, et quasi qui venenum aspidum, id est, nocentissimum, sub labiis vel in labiis gerant, semper parati sunt pestiferum virus latentium cogitationum ex oris pharetra depromere, et in quemlibet ejaculari.

Vers. 14. — *Quorum os maledictione*, etc., ita ut vix aliud ore proferant in eos quibus offensi sunt, quàm contumelias et maledicta.

Vers. 15. — *Veloces pedes eorum*, etc. id est, ad cædes et oppressiones innocentium.

Vers. 16. — *Contritio et infelicitas*, etc. q. d. : Viæ, gressus et conatus eorum eò tendunt, ut alios et sese invicem conterant miserosque faciant.

Vers. 17. — *Et viam pacis*, etc., scilicet approbationis notitiâ, quia pacem et justitiam veræ pacis conservatricem oderunt. Ac si dicat : Nolunt ingredi viam pacis.

Vers. 18. — *Non est timor Dei*, etc., id est, oculis mentis non considerant Deum ubique præsentem, proinde timendum esse, tanquàm justum vindicem malorum.

Vers. 19. —*Scimus autem quoniam quæcumque lex loquitur, iis qui in lege sunt, loquitur*, q. d. : Ne dicas, ô Judæe, hos versus, qui omnes homines de tam gravibus peccatis arguunt, de solis gentilibus loqui; nam hi versus sunt versus legis, puta Psaltis et prophetarum, qui non tam gentibus quàm iis qui in lege sunt, id est, Judæis, loquuntur, eorumque vitia increpant et castigant. Ita S. Chrysost. et Theoph.

Ut omne os obstruatur (ut nemo audeat se à peccato excusare) *et subditus fiat omnis mundus Deo.* Sensus : Et ut appareat omnes omninò homines, etiam Judæos, esse Deo judici ad æternam mortem obnoxios.

Vers. 20. — *Quia ex operibus legis non justificabitur omnis caro coram illo*, id est, nulla caro, nullus homo justificabitur. Nota : Cùm Apostolus asserit hic neminem justificari ex operibus legis, veteris intellige, seu iis quæ præscribit lex vetus, secluso fide et gratiâ Christi, idque patet ex eo quòd v. 22 et passim

per Christum frequenter implora, et eò frequentiùs quò periculosior et generalior est universi mundi per concupiscentiam corruptio.

Hujus concupiscentiæ effectus habes in vers. 10, 11, 12, etc., benè descriptos : 1° per peccatum justitiâ spoliat : *Non est justus;* 2° rationem corrumpit : *Non est intelligens;* 3° cor depravat et avertit à Deo, ut ad creaturas convertat : *Non est requirens Deum; omnes declinaverunt* à Deo, scilicet ad creaturas; 4° ad omne bonum opus reddit inutiles : *Simul inutiles facti sunt; non est qui faciat bonum*, aut si faciat, illud corrumpit malâ intentione, aut circumstantiâ reâ; 5° cor corruptum suum in linguam diffundit virus, quæ mundum brevi replet iniquitate, utpote quæ est *iniquitatis universitas et mundus injustitiæ*, ut ait D. Jacobus; *sepulcrum patens est;* 6° lingua veneno infecta fit omnis doli et fraudis instrumentum, per mendacia, perjuria, adulationes et mala consilia : *Linguis suis dolosè agebant;* 7° fit aspidum lingua mortem corpori procurans, falsis accusationibus, et mortem animæ falsis doctrinis et impietatibus scandalosis : *Venenum aspidum;* 8° Deo maledicit, proximo imprecatur : *Quorum os maledictione;* 9° vindictam inspirat : *Veloces pedes eorum;* 10° studet malo et oppressioni pauperum : *Contritio et infelicitas;* 11° omnem Dei timorem et religionem aufert à corde, sicque viam pacis, pœnitentiæ et reditûs ad Deum occludit : *Et viam pacis; . . . . non est timor Dei.*

Ad intuitum hujus corruptionis, universum ferè mundum inundantis, time, geme; suspirans et gemens Deum Liberatorem deprecare. *Convertere, Domine, et eripe animam meam; salvum me fac secundùm misericordiam tuam.*

Et quia gratia Christi unicum est huic malorum universitati remedium, hanc gratiam à Christo et per Christum continuè pete, quæ pravos concupiscentiæ reparans effectus, det et augeat veram animæ justitiam; rationem rectificet per fidem; cor per charitatem à creaturis separet, applicet Deo, fiatque Deum requirens; ad bona opera exercenda reddat aptum, et in Christo omnia potens; per linguam et per manus ad sancta verba et facta undequàque diffluens.

Vers. 21. — Nunc autem sine lege. Optimum medicum imitatus est Apostolus, ait Theodoretus : sicut enim medicus docet priùs morbi gravitatem eos qui laborant, deinde medicamentorum auxilium adhibet, ita Apostolus postquàm horum et illorum iniquitatem coarguit, ipsosque reos et supplicio dignos ostendit, profert deinceps fidei medicamentum, et divinæ dispensationis benignitatem docet.

Nunc autem, id est, nostris tandem temporibus, in hoc sanè felicissimis, sine lege, id est, sine legis operibus, aut auxilio, utpote quæ jam est abrogata, justitia Dei, id est, quæ à Deo est, seu justificatio quâ nos Deus à peccatis absolvit, suamque nobis gratiam infundit, manifestata est, scilicet per Christi Evangelium; erat quidem, nec enim est nova, sed erat operta; nunc autem clariùs innotuit, palàm et publicè annuntiata; testificata a lege et prophetis, seu, ut ait Syrus, cui suffragatur ipsa lex et prophetæ. Probat quòd priùs exstiterit, et non sit nova, cùm ab ipsâ lege et prophetis testimonium accipiat. Jam in superioribus citavit Habacuc, dicentem : *Justus ex fide vivit*; hic citat Moysem et prophetas qui de Christo et de Christi fide prædixerunt, Genes. 49, 10; Isai. 53.

Vers. 22. — Justitia autem Dei; quia hic est Apostoli scopus : explicat quæ sit illa justitia, sine lege, manifestata per Evangelium; justitia, inquam, seu justificatio, quæ per fidem in Jesum Christum, à Deo infunditur in omnes et super omnes qui credunt in eum; in hoc enim nullum est discrimen.

Vers. 23. — Omnes enim peccaverunt, et egent gloria Dei. Judicialis sententia, quâ utramque par-

opponat hæc opera fidei Christi. Cùm ergo fidem Christi justificantem iis opponit, non excludit, sed potiùs includit in fide opera facta ex fide. Sic enim pari modo sub lege includit opera legis, seu quæ facienda dictat lex. Ita S. Augustin., lib. de Grat. et lib. Arb., c. 7.

Per legem enim cognitio peccati. Nam lex docet quid faciendum sit, quid cavendum, quid virtus sit, quid vitium et peccatum. Hinc de eâ dicitur Proverb. 6 : *Mandatum lucerna est, et lex lux, et via vitæ.* Unde et lex Hebraicè vocatur *thora*, id est, doctrina et institutio. Non ergo per legem, neque ex operibus legis est justificatio, quâ peccatum tollitur, et lex observatur.

Vers. 21. — *Nunc autem sine lege*, id est, ut Theodor. et Ambros., lege veteri cessante, *justitia Dei*, id est, justificatio, quâ nos Deus à peccatis absolvit, illa dendo nobis suam justitiam, id est, gratiam, charitatem, aliasque virtutes, per Christi Evangelium *manifestata est*, quæ olim ante tot secula *testificata est à lege et prophetis.* Hi enim quasi testes divini et certissimi hanc justitiam per Christum dandam pronuntiârunt et asseverârunt. Ita S. August., lib. de Spiritu et Litterâ, c. 9 et 11. Non dixit Apostolus, inquit August. : Justitia hominis, vel justitia propriæ voluntatis, sed : *Justitia Dei*, non quâ Deus justus est, sed quâ induit hominem cùm justificat impium, etc.

Vers. 22. — *Justitia autem Dei per fidem Jesu Christi, in omnes et super omnes qui credunt in eum.* Sensus est : Justitia, inquam, Dei quæ est per fidem Jesu Christi; idque in omnes et super omnes credentes in Christum. Hi enim omnes justificantur, sive Judæi sint, sive gentiles. *Super omnes*, significat sublimitatem justitiæ, quòd scilicet illa super naturæ vires et merita, desuper è cœlo homini infundatur. Ita Anselm. Cùm dicit justitiam Dei haberi per fidem, apertè significat justitiam non esse ipsam fidem, quod volunt hæretici. Doctrina enim Apostoli est per fidem acquiri justitiam; ita tamen ut ipsa fides sit initium justificationis, atque etiam pars quædam justitiæ.

Non enim est distinctio, scilicet inter Judæos et gentiles. Ac si dicat : Nullus est hominum qui possit aut unquàm potuerit aliter justificari, quàm per fidem Jesu Christi. Hæc et una sola via est omnibus præposita, quâ perveniatur ad justitiam.

Vers. 23. — *Omnes enim peccaverunt.* etc. S. Cyrillus per gloriam intelligit Christum, qui est gloria Patris hoc ipso quo est redemptor et justificator noster, q. d. Paulus : Omnes egent Christo Redemptore. Alii, per gloriam hic accipiunt gratiam quâ glorificatur Deus. Nam Christi gratia est gloria quædam inchoata, sicut gloria est gratia consummata. Egemus enim Christo et gratiâ Christi ad hoc ut per eam, gloriam quâ indigemus ut benè beatèque semper vivamus, in cœlis adipiscamur.

tem, Judæos et Gentiles condemnat; *egent gloriâ Dei.* Syr. : *Destituuntur gloriâ Dei;* ita et D. Chrysost. Arab. : *Facti sunt expertes gloriæ Dei.* Gr. ὑστεροῦνται, ad verbum *posteriorantur*, ait Erasmus; seu posteriores sunt gloriâ Dei; quasi diceret : Non mirum est si nullum in hoc sit discrimen, cùm omnes peccaverint, et ideò careant, destituantur gloriâ; posteriorentur, longè absint à gloriâ Dei, seu coram Deo. Tantùm abest, ut habeant unde glorientur coram illo, quinimò habent unde confundantur, unde prostrati et supplices, reos se, ὑποδίκους fateantur, et Salvatoris opem implorent. Vide vers. 19. Puto hos versus esse correlativos.

Vers. 24. — Justificati gratis. Syr. : *Justificantur autem.* Theophylactus : *Justificantur enim*, vel, justificandi gratis, sine ullo bonorum operum merito.

Per gratiam ipsius, id est, per gratuitam Dei misericordiam. Per redemptionem, quæ est in Christo Jesu; seu, ut ait Syrus, quæ facta est per Jesum Christum, id est, per redemptionem, quam, appenso pretio, fecit ac meruit Jesus Christus.

Gr. : Διὰ τῆς ἀπολυτρώσεως, quæ propriè est redemptio captivi, persoluto pro illius capite pretio, quod Gallicè dicitur *rançon*. Erasmus. Gratis ergo ex parte nostrâ redempti sumus; merito et pretio magno, ex parte Christi; misericorditer ex parte Dei, qui nobis Christum dedit, nostramque redemptionem suscepit.

Vers. 25. — Quem proposuit deus. Syr., *præconstituit*, propitiationem. Gr., ἱλαστήριον, quæ vox in masculino sumpta significat, *propitiatorem*, et ita intellexit D. Chrys. In neutro genere propitiatorium significat; et sic intellexerunt Theodoret., Theophyl., putantque (quod et Origeni tribuitur) D. Paulum alludere ad propitiatorium, de quo Hebr. 9, v. 5 et 6, velleque dicere Christum Dominum esse verum propitiatorium; sed verba sequentia : In sanguine ipsius, indicant quòd D. Paulus alludebat ad sacrificia propitiatoria veteris legis, quæ omnia cruenta erant et figuræ sacrificii Christi. Ideò meliùs interpres noster, *propitiationem*, id est, victimam propitiantem, seu, quod in re idem est, propitiatorem, seu reconciliatorem; Christus enim et propitiator et propitiatio, et sacerdos et victima.

Itaque *quem Deus proposuit*, exhibuit, dedit nobis; seu, ut ait S. Anselm., in propatulo omnibus illum posuit *propitiationem*, id est, victimam iræ suæ propitiatoriam, Deique placati cum hominibus reconciliatoriam; *per fidem in sanguine ipsius;* id est, cujus propitiationis ac reconciliationis participes fimus; *per fidem*, quâ credimus Christum pro nobis passum et mortuum, et per passionis suæ merita, nostrum propitiatorem esse.

Conformis est Syrus : *Per fidem sanguinis ipsius;* D. tamen Chrys. : *Quem proposuit Deus propitiatorem per fidem*, interveniente ipsius sanguine, juxta quem sensus est, quòd Christus propitiator, seu propitiatio nostra facta sit, per suum ipsius, seu proprium sanguinem. Uterque sensus bonus.

Ad ostensionem justitiæ suæ, id est, proposuit autem Deus Filium suum propitiationem nostram, ut ostenderet divitias et excellentiam *justitiæ suæ*, tum quâ in se justus est, tum quâ justificat impios, ut vers. 26.

Primam ostendit, hominibus parcere nolens, nisi in sanguine unigeniti Filii. Secundam verò ostendit communicando nobis justitiam suam, nosque per fidem ex peccatoribus faciens justos, sibi similes et sanctos; propter remissionem, id est, ad remissionem peccatorum præcedentium, seu quæ fuerunt ab initio mundi et ad præterita et ad futura peccata extenditur sanguis Christi; sed hìc de præteritis tantùm loquitur, qu postmodùm non est peccato, sed justitiæ vivendun.

Vers. 24. — *Justificati gratis per gratiam ipsius.* Justificati, id est, ut justificentur, fiantque justi, et sint justificati *gratis*. Pendent enim hæc verba ab eo quod præcessit : *Omnes egent gloriâ Dei.* Gratis dare significat gratuitò dare, sine merito gratia : enim et gratuitum opponitur merito. Unde cùm dixisset Paulus : *Justificati gratis*, explicans subdit, *per gratiam ipsius.* Gratis à gratiâ deducitur.

Per gratiam ipsius (quam nanciscemur) *per redemptionem*, *quæ* (facta) *est in Christo Jesu*, id est, per Christum Jesum. Sensus : Peccatores justificati per redemptionem, quam appenso pretio fecit ac meruit Christus Jesus; sive, quod idem est, per Jesum Christum redemptorem. Quamvis igitur quod ad nostra merita attinet, gratis justificemur, non tamen absque meritis et satisfactione Christi, qui sanguinis sui pretio nos à peccato redemit, atque in libertatem justitiæ vindicavit; denique omnia bona ad salutem pertinentia nobis promeruit : ut proinde rectè dicatur, non solùm justificationem nostram, sed et prædestinationem niti meritis Christi, testante eodem Apostolo, Ephes. 1 : *Elegit nos in ipso ante mundi constitutionem.* Et iterùm : *Qui prædestinavit nos in adoptionem filiorum per Jesum Christum.* Verùmtamen etiam hoc ipsum fuit gratuitæ erga nos misericordiæ Dei, quòd Christum redemptorem et satisfactorem nobis dederit.

Vers. 25. — *Quem* (Christum) *proposuit Deus propitiationem per fidem in sanguine ipsius*, q. d. : Propitiationis et reconciliationis Christi voluit nos Deus participes fieri per fidem, quâ credimus eum esse nostrum propitiatorem; quâ fide excitamur in spem veniæ, amorem Dei, et peccatorum detestationem, itaque disponimur ad justificationem. Ita conc. Trid., sess. 6, cap. 2 et 6. *In sanguine ipsius*, causa meritoria significatur, id est, passio Christi Salvatoris.

Ad ostensionem justitiæ suæ, q. d. : Proposuit nobis Deus propitiatorem Christum, hoc fine, ut scilicet divitias justitiæ, quâ Deus in se justus est, ostenderet, communicando nobis peccatoribus eamdem justitiam; ostenderet, inquam, se esse illum qui justificat peccatores per Christum, suamque esse hanc justitiam, non hominum. Hæc enim justitia in lege veteri non erat ostensa, nec manifestata.

Nota, in hisce Apostoli verbis notari et designari omnes causas justificationis. Nam primò, causa efficiens est Deus : secundò, meritoria est Christus; tertiò, instrumentalis est sanguis Christi; quartò, applicans est fides; quintò, formalis est remissio peccatorum, per gratiam sanctificantem; finalis denique est ostensio justitiæ Dei.

Propter (id est, ad) *remissionem præcedentium delictorum*, scilicet Adæ, et aliorum ante Christum, vel, *propter*, id est, *per remissionem;* q. d. : Christus omnia etiam præcedentia peccata abolevit : jam ergo ampliùs non est peccandum, post tantum amorem et pretium nobis exhibitum. Sat vitiis, sat veneri, ventrique datum, nunc vivite Christo. *Præcedentium delictorum* (quæ fuerunt).

Vers. 26. — In sustentatione Dei, id est, quæ peccata Deus patienter sustinuit; ad ostensionem justitiæ ejus in hoc tempore. Gr., *in nunc tempore*, id est, ut hoc nostro tempore evidentiùs ostenderet justitiam suam, id est, et quâ justus est, et quâ justificat peccatores.

Ut sit ipse justus et justificans eum, id est, ad hoc autem illam ostendit, ut appareat ipse justus et per essentiam sanctus, et justificans alios, seu sanctitatis hominum auctor. Justus in se et sanctus apparet ulciscendo, et nostra peccata puniendo in Filio suo; justificans et misericors apparet in condonando iis qui credunt in Christum. Vel ut sit et appareat ipse justus, et ipsa justitia, et omnis justitiæ fons, et justificans, seu justitiam profundens in omnem qui credit in Jesum Christum.

In his versibus 24, 25, 26, nota breviter omnes justificationis causas; efficiens est Deus misericors, v. 24; meritoria, Christus; instrumentalis, Christi sanguis; formalis (ex parte) remissio peccatorum; disponens, partialis et applicans, fides; finalis, ostensio justitiæ et gloriæ Dei.

APPENDIX

Doctrinæ D. Pauli de verâ justitiâ.

1° *Justitia Dei*, v. 21, opus Dei est; 2° datur *per fidem* in Jesum Christum; 3° *in omnes* prorsùs *credentes* in eum diffunditur; 4° gratis datur per gratuitam Dei misericordiam; 5° datur per et propter Christi merita, qui nos captivos redemit; 6° hæc redemptio facta est per modum sacrificii propitiatorii; 7° hoc sacrificium fit nostrum, *per fidem in sanguine ipsius*; 8° hujus sanguinis virtus in præcedentia secula extenditur: propter hunc sanguinem præcedentia delicta Deus toleravit et per eumdem condonavit; 9° ostendit Deus hoc justificandi modo, per fidem in Christum pro nobis mortuum: et quòd *justus est in se*, odio habens peccatum, quod non remittit sine condignâ punitione. *Proprio Filio suo non pepercit*, etc.; et quòd *justificans* et misericors est auctor justificationis; nos gratis, per fidem in Christum justificando.

Vers. 26. — *In sustentatione Dei*, q. d.: Quæ delicta Deus sustentavit, id est, toleravit diù exspectans, donec Christus veniret, eaque expiaret, itaque ostenderet justitiam veram in hoc tempore gratiæ, eamque credentibus daret. Ita Anselmus.

Ad ostensionem justitiæ ejus in hoc tempore, volens per hoc significare, Deum misisse Filium suum in plenitudine temporis, hoc est, eo tempore quo jam satis exploratum et compertum esset. Ut sit sensus, Deum tolerâsse peccata hominum usque ad ostensionem justitiæ suæ, id est, usque ad hoc tempus, quo suam justitiam mundo voluit patefacere et exhibere.

Ut sit ipse justus, et justificans eum, qui est ex fide Jesu Christi. Justus, id est, fidelis in promissis, vel potiùs *justus*, id est, sanctus et rectissimus. Adeò odit peccatum Deus, ut ideò Filium dederit in mortem, ut pro peccato ex justitiâ satisfaceret, et à peccato homines ad sanctitatem et rectitudinem suam originalem, in quâ à Deo conditi erant, in paradiso traduceret; itaque ipse justus suam justitiam nobis communicaret, nosque justificaret per Christum.

Vers. 27. — *Ubi est ergo gloriatio tua?* quâ, ô Judæe, gloriaris et arrogas tibi ex circumcisione, sacrificiis, aliisque operibus legis Mosaicæ, justitiam.

Hæc autem per fidem justitia nova non est, nec nostris inventa temporibus, sed tantùm clariùs manifestata; sub figuris veteris Testamenti erat abscondita; per Evangelium manifestatur palàm universo mundo. Hinc dicitur *testificata à lege et prophetis*. Sancti veteris Testamenti crediderunt in Christum venturum; justi novi Testamenti credunt in Jesum Christum, pro nobis passum et mortuum. Porrò, cùm dicit Apostolus nos justificari per fidem, sine operibus, excludit quidem opera fidem præcedentia, et à fide non profecta; non excludit autem opera bona, ex fide et gratiâ Christi facta; aliàs esset sibi ipsi contrarius. Vide cap. 2, v. 6 et 13. Justificamur ergo per fidem vivam, prout includit charitatem, et opera bona in Evangelio commendata, seu per fidem, *quæ per dilectionem operatur*, ad Gal. 5. Expressè tamen solius fidei meminit hìc D. Paulus: 1° quia fides maximè incalculanda tunc et nunc; 2° quia fides fundamentum est justificationis; fides, quasi cor, sicut à corde vita animalis, sic à fide vita spiritualis.

Fides vestibulum ædificii spiritualis, ait D. Gregor. Mag., hom. 50, 19, in Ezech. Per eam intratur. Fides radix ex quâ pullulat et succrescit justitia; fides fundamentum justitiæ, quæ tota fidei innititur et ab eâ continuè sustentatur. Fides primogenita filia gratiæ Dei, quia primum donum Dei per Christum.

Vers. 27. — Ubi est ergo gloriatio tua? Positâ præcedenti doctrinâ, Apostolus Judæum Romanum, qui se gentilibus præferebat, interrogat: Ubi est gloriandi ratio in toto hoc justificationis negotio?

Exclusa est; respondet: Abrogata est. Vide v. 23. Per quam legem? an per legem Mosaicam, quæ opera præcipiebat? seu quæ præscribebat quid faciendum; sed gratiam faciendi non dabat, v. 20. Nequaquàm, sed per legem fidei, quæ Dei donum est, et quæ docet ad gratiam Christi recursum, quâ Dei præcepta compleamus.

Vers. 28. — Arbitramur enim justificari. Gr.: *Ratione colligimus ergo fide justificari hominem*, etc.

Exclusa est. Per quam legem? Factorum? Non; sed per legem fidei. Nota ex S. Augustino, lib. de Spir. et Lit., cap. 13: Lex factorum est ea quæ jubet quid sit faciendum; lex fidei est ipsa fides, quæ impetrat gratiam faciendi quod lex jubet. Lex factorum, est lex vetus: Lex fidei est lex nova. Lex factorum continet præceptum; lex fidei auxilium. Lex factorum dat lucem, ut sciamus; lex fidei dat virtutem, ut faciamus. Lege factorum dicit Deus: Fac quæ jubeo; lege fidei dicimus: Da quod jubes. Lex factorum est ea quæ externa opera et facta, eaque multa præscribit: lex fidei est ea quæ actiones interiores ordinat, inter quas prima est fides et amor. Denique quòd hìc dicit Apostolus, justitiam quærendam esse ex lege fidei; non autem ex lege factorum, idem est cum eo quod dixit cap. 2, v. 29, circumcisionem cordis fieri spiritu, non litterâ.

Si quæras cur dicere maluit Apostolus legem fidei quàm simpliciter, fidem, aut cur omninò quæstionem sic proposuit: *Per quam legem?* respondet Chrysostomus, ut à legis vocabulo non recederet, quod gratum sciebat auribus Judæorum.

Vers. 28. — *Arbitramur enim justificari*, etc. Sensus: Jam ergo colligimus et concludimus ex superiori

Omnium hactenùs dictorum conclusio.

Ex dictis ergo colligimus, quemlibet hominem, Judæum et gentilem, justificari per fidem, ut explicatum est paulò supra, etsi legis opera non afferat.

Vers. 29. — An Judæorum Deus tantum? quasi diceret : Et hìc justificandi modus Deo dignus est, qui cùm sit omnium Deus, in omnes debuit suam effundere misericordiam, omnibus dare salutis medium.

Vers. 30. — Quoniam quidem unus est Deus. Sicut autem unus est Deus, sic omnibus, sive circumcisis, sive incircumcisis, unum est ad salutem medium, scilicet fides in Christum. Mira Dei bonitas! quia unus omnium Deus, unum dat omnibus medium ad salutem; quia non poterant omnes homines Jerosolymam ire sacrificaturi, omnibus hominibus eamdem proponit propitiationis victimam, quam quisque suam reddat per fidem, sibique propriam efficiat et Deo pro se offerat.

Vers. 31. — Legem ergo destruimus per fidem? Objicit sibi quod Judæi solebant objicere : scilicet quòd hæc de fide doctrina legem destrueret; cui breviter respondet, quinimò stabilit. Lex enim figuravit, prædixit, promisit Christum et justitiam, quam Christus attulit; hæc ergo justitia, per fidem Christi, stabilit legem, cujus est veritas, effectus, complementum : *Christus enim finis legis.*

disputatione hanc nostram propositionem, hominem sive Judæum, sive gentilem justificari per fidem quâ justitiam apprehendat, etiamsi legis opera non afferat, ea videlicet quæ solâ cognitione legis adjutus fecerit; ut quæ nihil ad justitiam conducant. Solerter adnotavit S. Augustin. quòd S. Jacobus timens ne quis ex S. Paulo erraret, putaretque solam fidem justificare, scripserit suam Epistolam hoc fine ut doceat opera requiri ad justificationem. Cùm ergo S. Paulus negat opera justificare, intelligit opera legis et naturæ, quæ fiunt per legem et naturæ vires, seclusâ fide et gratiâ Christi; cùm verò S. Jacobus asserit opera justificare, opera intelligit facta ex fide et gratiâ Christi, atque, ut ait S. August., Paulus intelligit opera quæ fidem præcedunt, Jacobus verò intelligit opera quæ fidem sequuntur.

Vers. 29. — *An Judæorum Deus tantùm?* etc. Sensus est, Deum, quod ad beneficium attinet justitiæ et salutis æternæ, non solùm Judæorum Deum esse, verùm etiam gentilium; ut qui æquè sint Dei creatura rationis capax, et ad supernam felicitatem ordinata; nec necesse eis sit per circumcisionem Judaicæ nationi incorporari, ut justitiæ Dei participes fiant.

Vers. 30. — *Quoniam quidem unus est Deus* (Judæorum et gentium) *qui justificat circumcisionem* (id est, circumcisos, puta Judæos) *ex fide, et præputium* (id est, præputiatos, puta gentiles) *per fidem.*

Vers. 31. — *Legem ergo destruimus per fidem?* Sensus : Ergone legem abolemus, irritam facimus, otiosam et inutilem reddimus hâc nostrâ de justificatione doctrinâ, quâ fidem exigimus, et opera legis excludimus? Respondet : *Absit : sed* (potiùs) *legem statuimus*, quia lex statuitur et confirmatur ex eo quòd illa quæ lex illa significabat et promittebat, per Evangelium (quod *fidem* hìc appellat Paulus) completa sunt. Messias enim in lege novâ adimplevit, et adimplendo quasi stabilivit et confirmavit, quidquid Moyses præfiguravit in lege veteri. Opponit Paulus verbum, *statuo*, stabilio, facio ut aliquid stet, alioqui vacillans et casurum : verbo, *destruo*, aboleo, irritum facio. Quasi dicat : Ego per Evangelium adeò legem non destruo, non dejicio, ut eam per hoc stare faciam, stabiliam et confirmem. Evangelium enim est confirmatio, ratificatio, obsignatio legis et Prophetarum.

Corollarium pietatis, seu in hoc capite ad pietatem maximè notanda, et in praxim redigenda.

In hoc cap. tertio, nota duo magna christianæ pietatis principia.

PRIMUM PRINCIPIUM.

Omnis prorsùs homo, qui est in mundo, in se spectatus, et in suis factis propriis, reum se fateri debet coram Deo, et iræ divinæ obnoxium. Vide vers. 19 et 28. Ex hoc principio omnis hominum superbia annihilatur; *omnes peccaverunt,.... et egent gloriâ Dei;... subditus fiat*, etc. Quisquis sim, peccator natus sum, peccator vivo, et nisi meî miseretur Deus, peccator moriar.

Hinc time, geme, humiliare, ora, Salvatoris opem implora.

PRAXIS.

Hâc veritate persuasus, tuum pro præteritis reatum agnoscens, tuamque in præsenti infirmitatem sentiens, frequenter coram Deo prosternere; prostratus et supplex veniam pete pro præterito; salutis opem implora pro præsenti et futuro.

In omnibus vitæ meæ statibus et momentis, egeo magnâ et gloriosâ Dei misericordiâ : dicam ergo frequenter et continuè : *Miserere meî secundùm magnam* et maximam *misericordiam tuam.*

Nullum est peccatum quod fecit homo, quod non possit facere alter homo, si desit rector, à quo factus est homo, D. Aug.

SECUNDUM PRINCIPIUM.

Justificamur gratuitâ Dei misericordiâ; *per redemptionem*, etc., *quem proposuit propitiationem.* In propatulo omnibus illum posuit, etc., S. Anselm. Christus in cruce victima propitiationis; et hanc victimam Deus misericors nobis exhibet; ut eam nobis faciamus propriam, per fidem, illamque pro peccatis nostris offeramus ipsi.

Quid misericordius intelligi valet, ait D. Anselm., quàm, cùm peccatori damnato æternis tormentis, et unde se redimat non habenti, Deus Pater dicit : Accipe Unigenitum meum, et da pro te; et ipse Filius : Tolle me, et redde pro te, D. Anselm., libro *Cur Deus homo*, cap. 19.

PRAXIS.

Hâc immensâ Dei misericordiâ frequenter utere, frequentes actus fidei exerce in Christum pro te passum et mortuum, per quos ipsius sacrificium tuum facias; frequenter et hanc victimam, tuam factam, offer Deo pro peccatis tuis.

Respice in faciem Christi tui. Ne peccata mea respicias, ô Deus, sed respice Filium tuum unigenitum pro me passum et mortuum; hanc pretiosam victimam offero tibi. Accipe pro servo inobediente filium obedientem usque ad mortem, mortem autem crucis.

Ideò sancta Ecclesia, à Spiritu Dei semper directa,

Crucifixum ubique in viis, in plateis, in templis exhibet, ut hanc victimam semper et ubique offeramus Deo, pro nobis et pro aliis. Vide et praxim in fine cap. 1.

CAPUT IV.

1. Quid ergo dicemus invenisse Abraham patrem nostrum secundùm carnem?

2. Si enim Abraham ex operibus justificatus est, habet gloriam, sed non apud Deum.

3. Quid enim dicit Scriptura? Credidit Abraham Deo, et reputatum est illi ad justitiam.

4. Ei autem qui operatur, merces non imputatur secundùm gratiam, sed secundùm debitum.

5. Ei verò qui non operatur, credenti autem in eum qui justificat impium, reputatur fides ejus ad justitiam secundùm propositum gratiæ Dei.

6. Sicut et David dicit beatitudinem hominis, cui Deus accepto fert justitiam sine operibus.

7. Beati, quorum remissæ sunt iniquitates, et quorum tecta sunt peccata.

8. Beatus vir, cui non imputavit Dominus peccatum.

9. Beatitudo ergo hæc in circumcisione tantùm manet? an etiam in præputio? Dicimus enim quia reputata est Abrahæ fides ad justitiam.

10. Quomodò ergo reputata est? in circumcisione, an in præputio? Non in circumcisione, sed in præputio.

11. Et signum accepit circumcisionis, signaculum justitiæ fidei, quæ est in præputio: ut sit pater omnium credentium per præputium, ut reputetur et illis ad justitiam;

12. Et sit pater circumcisionis, non iis tantùm qui sunt ex circumcisione, sed iis qui sectantur vestigia fidei, quæ est in præputio patris nostri Abrahæ.

13. Non enim per legem promissio Abrahæ, aut semini ejus, ut hæres esset mundi, sed per justitiam fidei.

14. Si enim qui ex lege, hæredes sunt, exinanita est fides, abolita est promissio.

15. Lex enim iram operatur: ubi enim non est lex, nec prævaricatio.

16. Ideò ex fide, ut secundùm gratiam firma sit promissio omni semini, non ei qui ex lege est solùm, sed et ei qui ex fide est Abrahæ, qui pater est omnium nostrùm.

17. (Sicut scriptum est: Quia patrem multarum gentium posui te) ante Deum, cui credidit, qui vivificat mortuos, et vocat ea quæ non sunt, tanquàm ea quæ sunt;

18. Qui contra spem in spem credidit, ut fieret pater multarum gentium, secundùm quod dictum est ei: Sic erit semen tuum.

19. Et non infirmatus est fide, nec consideravit corpus suum emortuum, cùm jam ferè centum esset annorum, et emortuam vulvam Saræ.

20. In repromissione etiam Dei non hæsitavit diffidentiâ, sed confortatus est fide, dans gloriam Deo:

21. Plenissimè sciens quia quæcumque promisit, potens est et facere.

CHAPITRE IV.

1. Mais quel avantage dirons-nous donc qu'Abraham, notre père, a eu selon la chair?

2. Car si Abraham a été justifié par ses œuvres, il a de quoi se glorifier, mais non devant Dieu.

3. Car, que dit l'Écriture? Abraham crut ce que Dieu lui avait dit, et sa foi lui fut imputée à justice.

4. Or la récompense qui se donne à quelqu'un pour ses œuvres, ne lui est pas imputée comme une grâce, mais comme une dette.

5. Et, au contraire, lorsqu'un homme sans faire des œuvres, croit en celui qui justifie le pécheur, sa foi lui est imputée à justice, selon le décret de la grâce de Dieu.

6. C'est ainsi que David dit qu'un homme est heureux, à qui Dieu impute la justice, sans les œuvres.

7. Heureux ceux dont les iniquités sont pardonnées, et dont les péchés sont couverts.

8. Heureux celui à qui Dieu n'a point imputé de péché.

9. Or, ce bonheur n'est-il que pour les circoncis? n'est-il point aussi pour les incirconcis? car nous venons de dire que la foi d'Abraham lui fut imputée à justice.

10. Quand donc lui a-t-elle été imputée à justice? est-ce après qu'il a été circoncis, ou lorsqu'il était encore incirconcis? Ce n'a point été après qu'il eut reçu la circoncision, mais avant qu'il l'eût reçue.

11. Et il reçut la marque de la circoncision, comme le sceau de la justice qu'il avait eue par la foi, lorsqu'il était encore incirconcis, afin qu'il fût le père de tous ceux qui croient n'étant point circoncis, et que leur foi leur fût imputée à justice.

12. Et afin qu'il fût le père des circoncis qui non seulement ont reçu la circoncision, mais qui suivent aussi les traces de la foi qu'eut notre père Abraham, lorsqu'il était encore incirconcis.

13. Car ce n'est point par la loi que doit s'accomplir la promesse faite à Abraham ou à sa race, de lui donner tout le monde pour héritage, mais par la justice de la foi.

14. Car si ceux qui appartiennent à la loi sont les héritiers, la foi devient inutile, et la promesse de Dieu sans effet.

15. Car la loi produit la colère, puisque, lorsqu'il n'y a point de loi, il n'y a point de violation de la loi.

16. Ainsi c'est par la foi, afin que nous le soyons par grâce, et que la promesse demeure ferme pour tous ses enfants, non seulement pour ceux qui ont reçu la loi, mais encore pour ceux qui suivent la foi d'Abraham, qui est le père de nous tous,

17. (Selon qu'il est écrit: Je vous ai établi père de plusieurs nations) et qui l'est devant Dieu, auquel il a cru, comme à celui qui ranime les morts, et appelle ce qui n'est point comme ce qui est.

18. En sorte qu'il espéra contre toute espérance, et qu'il crut qu'il deviendrait le père de plusieurs nations, selon qu'il lui avait été dit: Votre postérité sera sans nombre.

19. Et il ne s'affaiblit point dans sa foi: il ne considéra point qu'étant âgé de cent ans, sa chair était morte, et que la vertu de concevoir était éteinte dans Sara.

20. Il n'hésita point, et il n'eut pas la moindre défiance de la promesse que Dieu lui avait faite; il se fortifia par la foi, rendant gloire à Dieu,

21. Etant pleinement persuadé qu'il est tout puissant pour faire tout ce qu'il a promis.

22. Ideò et reputatum est illi ad justitiam.

23. Non est autem scriptum tantùm propter ipsum, quia reputatum est illi ad justitiam ;

24. Sed et propter nos, quibus reputabitur credentibus in eum qui suscitavit Jesum Christum Dominum nostrum à mortuis :

25. Qui traditus est propter delicta nostra, et resurrexit propter justificationem nostram.

22. C'est pour cette raison que sa foi lui a été imputée à justice.

23. Or, ce n'est pas pour lui seul qu'il est écrit que sa foi lui a été imputée à justice ;

24. Mais aussi pour nous, à qui elle sera imputée de même, si nous croyons en celui qui a ressuscité d'entre les morts Jésus-Christ notre Seigneur,

25. Qui a été livré à la mort pour nos péchés, et qui est ressuscité pour notre justification.

ANALYSIS.

Ipsius Abrahæ exemplo, qui Pater circumcisionis dicitur, quia primus omnium fuit circumcisus, et circumcisionis præceptum pro se et suis posteris accepit; illius, inquam, patriarchæ exemplo confirmat Apostolus suam de gratuitâ per fidem justificatione doctrinam in cap. 3 traditam.

℣ 1 et 2, *probat Abraham justificatum non fuisse per opera legalia, aut per circumcisionem.*

℣ 3 *usque ad* 19 *probat multis rationibus justificatum fuisse per fidem.*

Ac 1° *per hæc Genes.* 15 *verba :* Credidit Abraham Deo, et reputatum est illi ad justitiam ; *et per ratiocinium in hæc verba fundatum, v.* 3, 4, 5.

2° *Auctoritate Davidis, Psal.* 31, *gratuitam justificationem propheticè describentis, v.* 6, 7, 8.

3° *Ex tempore, quo Abraham justificatus est, quindecim circiter annis ante circumcisionem, v.* 9, 10.

4° *Ex eo quòd circumcisio fuit signaculum justitiæ jam adeptæ in præputio per fidem; ergo ipsâ justitiâ posterior.*

5° *Ex mysterio significato per justificationem Abrahæ incircumcisi; scilicet, quòd omnes forent per fidem in Christum justificandi.*

6° *Ex promissione à Deo factâ Abrahæ, quòd futurus esset hæres mundi; hæc promissio absoluta est, à legis operibus independens; imò redderetur irrita, si à legis observantiâ dependeret; completur autem certissimè per fidem. Ideò non per legem, sed per fidem fit justificatio. Hoc ita stabilito,*

℣ 18, 19, 20, 21, 22, *magnificè describit fidem Abrahæ. Denique concludit, asserens ideò ad nos per Scripturas transmissam esse Abrahæ justificationem per fidem; ut nos fidei Abrahæ sectatores, illius et justitiæ essemus participes.*

PARAPHRASIS.

1. Si fide justificatur homo sine operibus, quid ergo dicemus de Abraham Patre nostro, qui Deo fuit gratissimus? quam igitur habuit justitiam? an operum, an fidei?

2. Certissimè, non operum; si enim ex operibus externis justificatus esset Abraham, haberet quidem unde gloriaretur apud homines, qui vident externa; sed non haberet apud Deum, qui cor et animum hominis inprimis intuetur; et ideò opera externa sine fide facta non æstimat; sicque politicè tantùm justificatus esset Abraham : at certissimè non politicè tantùm justificatus est, sed verè, internè et coram Deo; ergo non per opera tantùm externa, sed per fidem.

3. Id apertè declarat sacra Scriptura, Genes. 15. *Credidit Abraham Deo;* et hæc Abrahæ fides à Deo fuit illi imputata ad justitiam.

4. Juxta quæ verba sic ratiocinor : Homini qui opus exercet, merces rependitur, non gratis, sed ex justitiâ, et tanquàm quid ei debitum.

5. E contra verò homini, qui nullum exercet opus, sed qui tantùm credit in eum qui peccatores justificat, huic, inquam, homini, si justitia detur, datur non quasi merces debita, sed gratis et ex gratuito Dei proposito, cui placuit hujus hominis fidem acceptare ad justitiam ; atqui constat ex jam citatâ Scripturâ quòd justitia Abrahæ fuit data, ex solo Dei reputantis nutu; hoc enim significat, *et reputatum est;* ergo gratis data est, ergo non ex operibus, sed ob fidem; ergo et nos pariter gratis per fidem sine operibus justificamur.

6. Talis hominis beatitudinem, cui Deus gratis sine operibus justitiam confert, David propheta regius describebat, in Ps. 31, dicens :

7. Beati illi quibus gratuitò condonatæ sunt iniquitates, et quorum peccata sic deleta et remissa, ut ne pareant quidem ;

8. Beatus vir ille cui Dominus peccatum non imputat, quia ob gratuitam condonationem, nullum.

9. Sed à vobis quæro, hæc felicitas, de quâ David loquitur, cui contingit? an circumcisis, seu Judæis tantùm? an etiam incircumcisis, seu gentilibus? certè Abrahæ justificatio evincit quòd etiam incircumcisis convenit. Constat ex Scripturâ jam citatâ quòd Deo credidit Abraham, et quòd à Deo fides Abrahæ imputata fuit ad justitiam.

10. Inspiciamus ergo qualis et in quo statu existebat Abraham, quando credidit et fuit justificatus : an circumcisus tunc erat? an verò præputiatus? Patet Scripturam legenti quòd erat adhuc præputiatus. Si ergo ipse Abraham præputiatus, justificatus est, hæc justificationis felicitas non solùm ad circumcisos spectat, sed etiam ad præputiatos; ergo et illa non per circumcisionem obtinetur, sed per fidem in Christum, quæ gentilibus æquè convenit ac Judæis. Adde quòd

11. Circumcisionem accepit Abraham velut signum fidei quam dederat Deo sibi promittenti Messiam è suo semine nasciturum; et tanquàm signaculum justitiæ quam adhuc præputiatus acceperat per hanc fidem. Ideò autem præputiatus Abraham per fidem justificatus est, ut esset omnium in præputio credentium pater, [illegible] forent præputiati gentiles quod fides

sibi ad justitiam imputaretur, sicut et Abrahæ præputiato fuit imputata.

12. Ideò verò fide jam justificatus, circumcisus est, et hoc circumcisionis signo fidem suam protestatus est, ut esset et circumcisorum pater, non carne tantùm, nec carnali tantùm circumcisione, sed maximè spiritu et religione; nimirùm, si, sicut ipse, credant in Christum, et fidem imitentur quam hic patriarcha noster habuit præputiatus, et quam circumcisus hoc suæ circumcisionis signo protestatus est.

13. Porrò, sicut non per circumcisionem fit justificatio, sic nec per legis observantiam; non enim sub conditione legem observandi, Deus promisit Abrahæ quòd per Messiam Filium suum, futurus esset hæres et Dominus mundi, sed per justitiam, et propter justitiam, quam fide suâ adeptus erat Abraham, et cujus imitatores essent ejus posteri.

14. Si enim à legis observantiâ pendet hæreditas, seu benedictio Abrahæ promissa, Genes. 22, 18, inanis 1° facta est Abrahæ fides tam laudata; 2° abolita est, et nulla ipsa promissio Abrahæ facta.

15. Cùm enim lex sine fide sit observatu impossibilis, tantùm abest ut benedictionem Abrahæ promissam obtineat, quin potiùs iram et vindictam divinam operatur, dùm auget peccati gravitatem : ubi enim non est lex manifestans peccati malitiam, ibi nec est peccati ex scientiâ commissio.

16. Ideò autem ex fide obvenit hæc hæreditas promissa, tum ut tanquàm gratia detur, non ut debitum; tum ut firma sit Dei promissio, et in omni Abrahæ posteritate compleatur, non in Judæo tantùm, qui legem accepit; sed etiam in gentili, qui fidem Abrahæ sectatur; Abrahæ, inquam, qui nostrùm omnium, tam gentilium quàm Judæorum pater est; si non carnali, certè spirituali generatione, per similitudinem fidei.

17. (Sicut Genes. 17, v. 5, scriptum est, ubi reddit ur causa nominis Abram, in Abraham mutati, quia *patrem multarum gentium te constitui.*) Omnium, inquam, nostrùm credentium pater est, sicut et Deus ipse, cui credidit, fisus promissis illius, qui, quos vult, suscitat à mortuis; et qui æquale imperium habens in non entia et in entia; vocat ea quæ non sunt, quasi jam sint.

18. Tam potenti Deo pollicente fretus, spem certam habuit de re, de quâ nulla naturalis spes erat; scilicet quòd fieret pater multarum gentium, et auctor posteritatis, quæ numero multitudinem stellarum æquaret. Juxta Dei promissum Genes. 15.

19, 20. Non vacillavit fides ejus, nec diffidentium more consideravit ea quæ rem hanc reddebant naturaliter impossibilem; corpus scilicet suum ferè emortuum, cùm jam centum ferè annorum esset; et Saram conceptui ineptam, utpote quæ sterilis et nonagenaria;

21. Ob hæc, inquam, et similia, ne minimùm quidem diffidit de Dei promisso, sed forti et firmâ fide credidit, deditque Deo gloriam; quem, hâc suâ inconcussâ fide, professus est summè veracem et omnipotentem; et qui sua promissa, quæcumque sint, et naturæ vires superent, potest exsequi.

22. Et hæc heroica fides illi à Deo imputata est ad justitiam.

23. Hoc autem quòd ob suam fidem justificatus est Abraham, scriptum non est tantùm ut illius fides laudetur, et justitia declaretur;

24. Sed etiam ut nobis fidei detur exemplum, nostraque fides hoc exemplo provocetur; hâc fiduciâ quòd et nobis fides ad justitiam reputabitur, si credimus in eum qui Dominum nostrum Jesum Christum suscitavit à mortuis.

25. Qui mortuus est ut peccata nostra, animæ nostræ mortem, occideret, et resurrexit à mortuis, ut per illum peccatis mortui, cum illo in novitate vitæ ambulemus.

COMMENTARIA.

Vers. 1. — Quid ergo dicemus invenisse Abraham patrem nostrum secundum carnem? Gr. : *Quid ergo dicemus Abraham patrem nostrum invenisse secundùm carnem?* Syr. : *Quid ergo dicemus de Abraham principe patrum, eum adeptum esse carne?*

Duplex est, ut legenti patet, hujus versûs constructio : prima quæ jungit *secundùm carnem,* cum nomine *patrem;* secunda quæ cum verbo *invenisse;* et juxta duplicem hanc constructionem, duplex est sensus, quem aperiam, postquàm hujus quæstionis connexionem cum præcedentibus observavero.

D. Paulus suam de gratuitâ justificatione per fidem explicuit in cap. præc., et, v. 28, conclusit, dicens : *Arbitramur hominem justificari fide, sine operibus;* hanc doctrinam ut confirmet ipsius Abrahæ Judæorum patriarchæ exemplo, ipsos interrogat.

Quid ergo dicemus de Abraham patre nostro secundùm carnalem generationem? qualem adeptus est justitiam? an operum? an fidei? Et hic est sensus juxta nostram Vulgatam; quem etiam exprimunt et sequuntur in suis Commentariis D. Chrys., et Theophyl., et etiam Origenes, juxta Erasmum. Unde vel aliter legerunt quàm nunc legunt Græci, vel hyperbaton agnoverunt. At secundùm constructionem Græcam, cui conformis est Syriaca versio, imò quam multi Latinorum antiquorum et recentium sequuntur, Ambros., D. Anselm., D. Thomas, Estius, etc.: Quid Abraham pater noster adeptus est per carnalem circumcisionem? Juxta quos hæc quæstio eadem est ac quæ initio cap. 3 : *Quæ utilitas circumcisionis?*

Quidquid sit de hâc varietate constructionis et explicationis, in re non est magna discrepantia. Constat,

Vers. 1. — *Quid ergo dicemus,* etc.; q. d. : Quam justitiam, an fidei, an operum legis dicemus Abraham invenisse, id est, accepisse? Et, ut Syrus, adeptum esse? Quid dicemus Abraham, qui pater noster est secundùm carnem, adeptum fuisse per hoc quòd fuit circumcisus?

et in concesso est apud omnes, maximè apud Judæos, Abraham habuisse veram justitiam, Deoque gratissimum fuisse.

Quærit ergo Apostolus qualis fuerit hæc Abrahæ justitia : an operum ? an fidei ? seu per quid hanc adeptus sit : an per circumcisionem ? an per fidem ? etenim et fuit circumcisus, et credidit. —Respondebunt Judæi, quòd per circumcisionem et opera. Contrarium autem hìc D. Paulus multis rationibus probat.

Vers. 2. — Si enim Abraham ex operibus. 1° Negat per circumcisionem et alia externa fuisse justificatum; hanc quidem negationem, fortè ne Judæos lædat, verbis non exprimit; sed quasi expressam ratiocinatione convincit. *Si enim ex* circumcisione, aut *operibus* externis *justificatus esset Abraham*, haberet equidem *gloriam* καύχημα, gloriationem, id est, unde gloriaretur apud homines, qui externa solùm vident, *sed non apud Deum*, qui cor hominis inprimis intuetur; qui mentem, fidem, affectum, intentionem operantis primariò considerat, et qui opus externum sine fide, affectu, pietate factum, non æstimat; sicque Abrahæ justitia vilis, exigua, humana, et politica tantùm fuisset; atqui constat quòd Abraham verè, perfectè et coram Deo justificatus fuit; Deo gratissimus fuit, et apud Deum gloriam habuit. Ergo non politicè tantùm et per opera externa justificatus est, sed verâ, internâ et perfectâ justitiâ per fidem.

In hâc ratiocinatione intelligendus est Apostolus de operibus fide destitutis, seu præcedentibus fidem, *sine quâ impossibile est placere Deo.*

Hujus autem ratiocinationis principium insculpe menti tuæ, et ad illud adverte continuè. Deus, qui spiritus est, spiritum operantis primariò considerat : fidem, affectum, intentionem, quasi radices operum nostrorum inprimis intuetur, et ex illis opera nostra pensat et æstimat.

Itaque, ut Deo placeas, cura ante omnia de Deo magnificè sentire; magnam de ejus majestate, bonitate, potentiâ, existimationem habere, et taliter affectus age, et operare.

Vers. 3. —Quid enim dicit Scriptura? 2° Probat hìc et sequentibus versibus Abraham gratis per fidem justificatum fuisse. Id autem probat 1° auctoritate Scripturæ, Genes. 15, 6, instatque frequenter Apostolus in hæc verba : *Credidit..., et reputatum est*, etc.; *quid dicit Scriptura?* Non dicit quod fecit, sed quòd *credidit Abraham*, Deo promittenti, scilicet, sibi et Saræ conjugibus, senibus et sterilibus innumerabilem posteritatem, tum carnalem per Isaac, tum spiritualem per Christum.

Et reputatum est, id est, et hæc Abrahæ fides à Deo reputata fuit illi in justitiam; seu per hanc fidem suam verè et coram Deo justificatus est Abraham; Deus enim non imputat alicui justitiam, seu non reputat aliquem justum, nisi reverà, vel talis sit, vel fiat.

Hâc igitur fide suâ Abraham, aut primò justificatus est, seu, ex impio et peccatore factus est justus; aut ex justo factus est justior, seu justitiæ augmentum accepit; sed cùm ex Genes. 12 pateat quòd jam tunc justus erat et Deo gratus, concludendum est quòd hâc fide factus est justior, seu quòd hæc ejus fides illi imputata est ad secundam justitiam, id est, justitiæ augmentum.

Sed eadem semper vis argumenti apostolici; si enim nec justus Abraham, et Deo jam gratus, justitiæ augmentum accepit nisi per fidem, multò minùs impius et peccator, per externa opera, sine fide, primam adeptus est justitiam; sed sicut per fidem accepit augmentum justitiæ, sic per fidem adeptus est primam justitiam.

Ad plenam itaque hujus scripturæ intelligentiam, recordare ejus quod dictum est, cap. 1, v. 17 : *Justus ex fide vivit*, scilicet primâ, secundâ et continuâ justitiæ vitâ; seu fides est radix primæ, secundæ, et continuæ justitiæ : ita ut nulla sint justorum opera, in quæ fides non influat.

Abraham igitur credidit Deo primùm illi loquenti, et eum è patrio solo sub magnis promissionibus evocanti; quas vide Genes. 12, v. 2 et 3; et hâc fide suâ primam accepit justitiam; ex impio, et ut volunt multi, ex idololatrâ, factus est justus. Abraham deinde credidit Deo Isaacum sibi promittenti et per eum posteritatem innumerabilem; et de hâc fide justior factus est; et de hâc loquitur hìc D. Paulus. Postmodùm Deo credidit et obedivit Abraham sibi Isaaci filii sui immolationem præcipienti : et hâc fide justissimus factus est et Deo gratissimus, ut videre est

Vers. 2. — *Si enim Abraham*, etc. q. d. : Si Abraham tantùm habet eam justitiam, quæ ex operibus est legis aut naturæ, seclusâ fide; sanè ea parva est et politica, tantùm habens gloriam et laudem justitiæ apud homines, qui opera externa vident et mirantur, non autem apud Deum, qui internam mentem et fidem videt et æstimat, in eâque collocat veram justitiam.

Vers. 3. — *Quid enim dicit Scriptura?* Probat Paulus ex Scripturâ, Genes. 14, quòd Abraham justitiam et gloriam apud Deum adeptus sit, non ex operibus legis, sed ex fide.

Credidit Abraham *Deo*, promittenti sibi et Saræ conjugibus, senibus, sterilibus, infirmis et impotentibus ad generandum, semen, id est, posteritatem tum carnalem ex Isaac, tum spiritalem ex Christo credentium et Christianorum. Unde hoc credere, *reputatum est illi ad justitiam*, quia hic actus fidei in Abrahamo fuit valdè heroicus. Quia fides illa quâ Deo credidit promittenti sibi semen sicut stellas cœli, erat verum et insigne opus justitiæ, Deo gratissimum.

Reputatum est illi ad justitiam, Genes. 15. In Hebræo habetur, et reputavit *illam*, scilicet fidem, *Deus illi ad justitiam*. Sensus : Fides tam Abrahæ quàm nostra, quæ ex naturâ suâ, uti actus est hominis, non est justitia, nec justitiam parere aut producere potest, à Deo tamen acceptatur ad justitiam tam Abrahæ, quàm nobis tribuendam, ut scilicet propter hanc fidem Deus Abrahæ et nobis justitiam largiatur et infundat, reputetque nos justos, amicos et filios suos. Et hoc est quod subdit Apostolus v. 5 : *Secundum propositum gratiæ Dei*, id est, secundùm gratiosam, benevolam et liberalem Dei voluntatem, quæ statuit ut per actum fidei formatæ, id est, per contritionem, gratia justitiaque detur sine operibus, id est, sine merito operum; reputari enim dicitur pro tali, quod in se tale non est, uti voluntas pro facto reputari dicitur. Ita concil. Trid., sess. 6; ubi nota : Planè aliud est im-

Genes. 22. Eâdem ergo fide, quâ Deo placuit Abraham ab initio, eâdem et placuit in processu et usque in finem; nec ulla fuêre justi Abrahæ opera, in quæ fides non influxerit.

Et hinc intellige quomodò D. Jacobus de fide Abrahæ in immolatione Isaaci dicat idem quòd hìc D. Paulus dicit de fide ejusdem Abrahæ, circa ortum Isaac; et quidem uterque rectè, quia parium par est ratio, et, ut dictum est, fides in omnia justi opera influit. Hinc etiam intelliges, si benè omnia perpendas, quòd Apostolus hìc non de nudâ fide loquitur, sed de fide vivâ, operante, obediente; seu de fide vestitâ operibus spei, charitatis, obedientiæ: qualis scilicet fuit fides Abrahæ, Deum vocantem secuti, relictâ patriâ; in Deum sperantis, Deo in omnibus obedientis, etiam filium immolare parati. Et hinc conciliabis D. Paulum fidei justificationem tribuentem, cum D. Jacobo justificationem operibus attribuente, Jac. 2, v. 21; et uterque verè et rectè, si benè intelligantur: D. Paulus enim loquitur de fide bonis operibus vestitâ; D. autem Jacobus de bonis operibus fide factis, seu, quorum fides sit principium, mater et altrix. Sed quare sic diverso modo locuti sunt? quia contrarios oppugnabant errores. D. Paulus agens contra eos qui fidem negligentes, gloriabantur de justitiâ quæ est ex operibus, commendat justitiam quæ est ex fide, dicitque Abraham non fuisse justificatum ex operibus, fidem scilicet præcedentibus. D. autem Jacobus agens contra eos qui, perceptâ fide, torpebant otio, et putabant se per eamdem fidem, utpote justificatos, posse salvari, etsi bona opera non haberent, commendat opera, et dicit Abraham ex operibus esse justificatum, sed quæ fidem subsecuta sunt. Ostendit autem Jacobus se à Paulo non dissentire, sed concordare, cùm statim dicat: *Vides quoniam fides cooperabatur operibus illius, et ex operibus fides consummata est*, etc. *Videtis quoniam ex operibus justificatur homo et non fide tantùm.*

Hæc ex D. Anselmo; et ipse ex D. Augustino, lib. de Fide et Operibus, cap. 4, qui D. Augustinus putat D. Jacobum hæc scripsisse contra eos qui D. Paulum malè intelligebant, et ejus doctrinâ abutebantur.

Fides itaque est omnis justitiæ, primæ, secundæ, etc., radix. Justitiam inchoat, conservat, auget; omnium virtutum supernaturalium mater, nutrix. Quanto itaque fervore et studio cum Apostolis orandum: *Domine, adauge* mihi *fidem*, ut in fide et ex fide vivens, in justitiâ continuè crescam! Sit mihi fides viva, operans, ut sit mihi justitia in meritis abundans.

putare fidem ad justitiam, vel pro justitiâ, aliud imputare justitiam.

Vers. 4. — *Ei autem qui operatur*, etc. In eo quòd dixit fidem Abrahæ fuisse ei reputatam ad justitiam, sonat gratia, quia fides promissorum Dei gratiæ innititur.

Vers. 5. — *Ei verò qui non operatur* (id est, qui non affert sua opera suæ naturæ viribus facta, nec ex iis quærit aut sperat justitiam, quasi mercedem iis debitam, *credenti autem in eum qui justificat impium, reputatur fides ejus ad justitiam*, id est, hic per fidem justificatur. Abraham justificatus est gratis per fidem, quia scilicet credidit Deo, qui suâ gratiâ justificat impium; non autem, quia benè suo marte operatus est, aut quia suis bonis operibus meritus est hanc justitiam; ergo et nunc hæc justificatio impiis et peccatoribus obtingit, non ex eorum operibus et meritis, sed gratis ex fide Christi, quem Deus proposuit nobis redemptorem et propitiatorem. Nam quod datur per fidem et gratiam, non merces est, sed gratia; quòd verò da-

Vers. 4. — Ei autem qui operatur. Ex eo quod Scriptura dicit: *Credidit et reputatum est*, etc., infert Apostolus, non ex operibus Abraham fuisse justificatum, sed per fidem.

Hoc enim est discrimen inter opera et fidem, quòd operi debetur merces; quod autem fidei datur, gratis datur. Itaque sensus est: Ei, qui opus meritorium exercet, merces non gratis rependitur, sed ex justitiâ.

Vers. 5. — Ei vero qui non operatur... Credenti autem; id est, sed qui tantùm credit in eum qui justificat peccatores, reputatur fides..., datur justitia, non quasi merces debita, sed gratis et ex solo reputantis nutu; seu secundum propositum gratiæ *ejus*, id est, ex gratuito Dei proposito, quia placuit ei hanc fidem acceptare et reputare ad justitiam, tum primam, tum secundam.

Hæc verba, *secundùm propositum...*, non sunt in Græco, nec in Syriaco, nec in aliis versionibus; habet tamen ea Ambrosius et alii antiqui; et explicant benè quid significet *reputatum est*, etc., et cur hoc verbo usa sit Scriptura: nimirùm ut indicet quòd fides ex naturâ suâ non pariat justitiam, nec fidei detur justitia tanquàm debitum, sed ex gratioso et liberali decreto Dei, quo statuit ad actum fidei formatæ, seu ad actum contritionis gratiam justificantem dare.

Ad perficiendum Apostoli ratiocinium, adde quòd subintelligit; atqui constat ex scripturâ jam citatâ, justitiam Abrahæ datam fuisse gratis, seu tanquàm donum gratuitum; hoc enim significat verbo, *et reputatum*, etc.; ergo non ex operibus, data enim fuisset ut merces, sed per fidem justificatus est.

Resume totum, et juxta mentem Apostoli applica argumentum: Abraham, Judæorum pater secundùm carnem, et omnium fidelium pater secundùm spiritum, gratis et per fidem justificatus est; per fidem factus est amicus Dei, et fidelium omnium pater et norma; ergo et nos gratis per fidem et gratiam Christi justificamur. Gratis, 1° quia per merita Christi, non per opera nostra; 2° quia fides, quæ hæc Christi merita nobis applicat, purum Dei donum est, Christique meritorum fructus.

OBSERVATIO MORALIS.

Gratis creatus sum; gratis redemptus sum; gratis justificatus sum; totum ergo Dei gratiâ sum, id quod sum; gratis è nihilo naturali per potentiam illius extractus; gratis è nihilo peccati per fidem eductus; totum ergo me debeo Deo Creatori, Redemptori, Justificatori; ô Deus, triplici titulo cordis mei Deus; unicum cor meum posside saltem integrum.

UNIVERSITAS O. M. I.

ALTERA OBSERVATIO ET PRAXIS.

Gratiâ Dei sum id omne quod sum, in me nihil meum, nisi mendacium et peccatum : ubi est ergo gloriatio mea? Apage præsumptio, omnisque falsa in propriis meritis confidentia aut elevatio; totus ex Deo sum; totus ergo Deo per Christum semper esse volo : hoc ut ita sit : *Domine, adauge fidem* meam, quæ nihilum meum mihi continuè demonstret, tuamque erga me misericordiam semper exhibeat; sic in memetipso jugiter confusus, humiliatus et annihilatus ero, in te solo confidam et gloriabor.

Quò major fides, eò minor superbia, majorque cordis humilitas. Fides humilitatis mater; sicut quò majus luminare, eò minor illuminati orbis umbra; sic quò major mentis fides, eò minor cordis tumor et umbra, seu vanitas.

Hinc semper orandum : *Domine, adauge fidem.*

VERS. 6. — SICUT ET DAVID DICIT BEATITUDINEM HOMINIS. Davidis auctoritate, et consequenter legis ipsius testimonio, confirmat justitiam sine operum merito ex Dei misericordiâ provenire. Quemadmodùm et David, rex ille propheticus, describens hanc quæ nobis per Evangelium contingit beatitudinem, quâ scilicet Deus homini justitiam gratis dat sine operibus, dicit : *Beati*, etc.; temporis beatitudinem prædicat, quo natus est Christus, sicut Dominus ipse ait, Math. 13 : *Multi reges et prophetæ cupierunt videre quæ videtis.* Ambrosius.

ACCEPTO FERT. Gr., λογίζεται. Idem verbum, quod noster interpres vertit supra, *reputat*, nunc *accepto fert*, mox *imputat.*

VERS. 7. — BEATI QUORUM REMISSÆ SUNT. Adsunt Davidis verba, quæ citat D. Paulus, et in quibus nulla fit operum mentio : *Beati* illi, quibus *remissæ*, ablatæ et gratis condonatæ *sunt iniquitates; et quorum* ideò *tecta sunt peccata*, quia verè ablata, deleta et per gratiam remissa. Deo enim nihil tegitur, nisi quod non est.

Beati itaque illi quibus sic remissa est et deleta iniquitas, ut nullum illius appareat vestigium; seu, qui, juxta Ps. 50, sic est à maculis peccatorum ablutus, ut sit *et super nivem dealbatus.*

VERS. 8. — BEATUS VIR CUI NON IMPUTAVIT DOMINUS PECCATUM, quia scilicet jam plenè condonatum, deletum et ablatum; imputaret enim illud Deus, si adesset; Deus quippe sentit, seu statuit de rebus, ut in se sunt.

Tria sunt in peccato : primum deviatio à lege; Gr. ἀνομία, transgressio legis, iniquitas; secundum offensa Dei; tertium reatus pœnæ. Beatus ille cui Deus remittit offensam, suâque misericordiâ condonatum peccatum tegit, quasi nunquàm fuerit; et ideò non imputat ad pœnam.

Tria sunt et in justificatione, v. g., per Baptismum remissio peccatorum, infusio gratiæ sanctificantis, justitia quâ justè et sanctè vivitur. Beatus ille cui Deus omnia peccata sic remisit, ut et omnes pœnas condonârit; beatus ille qui à peccatis expurgatus, charitatis stolâ tectus et amictus est; at beatior ille, qui, postquàm à peccatis justificatus est, et stolâ gratiæ sanctificantis indutus, justè sanctèque vivit; ita ut Deus ei peccatum non imputet, utpote qui nihil mali faciat.

VERS. 9. — BEATITUDO ERGO HÆC. Gr. : *Beatitudo ergo hæc in circumcisionem? an etiam in præputium* (supple *cadit, venit*)? Syr. : *Ista igitur beatitudo super circumcisionem? an super præputium* (fit)? Itaque hæc duo verba, *tantùm manet*, addita sunt ab interprete nostro.

Citatam scripturam Apostolus applicat ad suum intentum principale, nempe omnium justificationem

tur pro operibus, sive pro merito operum, merces est, non gratia. Cùm ergo justificatio Abrahæ et nobis obtingat gratis per fidem, sequitur eam non obtingere ex operibus, ut operum et meritorum nostrorum sit merces.

Secundùm propositum, id est, liberale decretum *gratiæ Dei.* Sensus est, fidem reputari ad justitiam, et ex eâ justificari hominem, non quòd hic justificandi modus ad primam naturæ pertineat institutionem, sed quia Deus gratioso decreto sic ab æterno ordinavit, quo et ipsam fidem gratis dare constituit.

VERS. 6. — *Sicut et David*, etc. Pro beatitudine in Græco est beatificatio; quo vocabulo ipsa justificatio significatur. Et sensus est : Simili modo etiam David, in Psal. 31, dicit et pronuntiat hominem beatificari seu justificari, cui Deus imputat justitiam, id est, quem Deus suo judicio justum reputat absque merito operum ejus; dùm scilicet nullam facit operum mentionem, sed tantùm peccatorum præcedentium et gratuitæ eorum remissionis. Ait enim :

VERS. 7. — *Beati quorum remissæ*, etc. *Remissæ*; gratuitâ nimirùm condonatione, non meritis operum, hoc enim vult probare Paulus, et hoc proprie est remittere offensas et peccata, scilicet gratis ea condonare. *Et quorum tecta sunt peccata. Tecta*, non quasi peccata in justo maneant et lateant, vel quòd Deo dissimulante non imputentur ad pœnam. Hoc enim non patitur perspicax et integra Dei justitia. Sed *tecta*, id est, obliterata, obruta; ita ut non sint, nec existant ampliùs. Peccata dicuntur remitti per Dei condonationem, tegi verò per infusionem justitiæ, id est, gratiæ et charitatis; hæ enim sunt vestes spirituales et pulcherrimæ, quibus animæ nuditas per peccatum inducta tegitur et ornatur : hæc est enim stola illa prima, quâ indutus est filius prodigus, Luc. 15. Hæc etiam est vestis nuptialis, de quâ dicit Christus, Matth. 22 : *Amice, quomodò huc intrâsti, non habens vestem nuptialem?*

VERS. 8. — *Beatus vir*, etc. Dicitur autem Deus peccatum non imputare, quia cùm delet ac remittit homini peccatum, non jam eum ampliùs habet pro peccatore; quippe qui peccato remisso jam peccator esse desierit. Sensus ergo est : Beatus est vir cui Deus peccatum condonavit, et consequenter non ampliùs illud ei imputat, quem deinceps Deus protegit, ne faciat peccatum, quod illi imputet, etc. Beatus, imò beatior est, qui postquàm à peccatis expurgatus est, justè deinceps vivit, omnique studio vitat peccata, ita ut nihil mali faciat, quod ei Deus in peccatum imputare posset.

VERS. 9. — *Beatitudo ergo hæc in circumcisione tantùm manet, an etiam in præputio?* Hæc beatificatio seu justificatio de quâ *David* loquitur, tantùmne contingit Judæis circumcisis? An etiam pervenit ad gentiles non circumcisos? q. d. : Ex citatis Davidis verbis clarè concludere potestis, ô Judæi, quòd hæc ejus beatitudo et justitia non ad solos circumcisos, sed etiam ad gentiles pertineat. Justificatio ergo opus est non legis, quam vobis arrogatis, ô Judæi, sed gratiæ, quæ communis est omnibus, tam gentibus quàm Judæis.

sine operibus fieri. Hæc felicitas, de quâ David, cui contingit? an circumcisis, seu Judæis tantùm? an etiam et incircumcisis, seu gentilibus? Ut convincat quòd etiam gentilibus convenit, rursùs considerat locum Scripturæ de Abraham.

Vers. 10. — Dicimus enim quia... Quomodo ergo... id est, qualis, et in quo statu, existebat Abraham, quando fuit justificatus : an circumcisus? an præputiatus? Constat ex Scripturâ quòd erat adhuc præputiatus, quando credidit ex suo semine nasciturum Christum, per quem benedicerentur omnes gentes, et ob hanc fidem suam justificatus est Abraham. Ergo non solùm ad circumcisos, sed etiam ad præputiatos spectat hæc felicitas justificationis; ergo et illa non obtinetur per circumcisionem et opera, sed per fidem in Christum, quæ gentibus et Judæis communis est. Itaque hìc ex tempore quo justificatus est Abraham, scilicet quatuordecim saltem annis antequàm circumcisus fuerit, probat Abraham per fidem, non per circumcisionem, adeptum esse justitiam; et ideò gentiles sicut et Abraham per fidem justificari.

Vers. 11. — Et signum accepit circumcisionis. Gr. : *Signaculum justitiæ fidei, quæ in præputio* (sine *est*). Syr. : *Sigillum fidei suæ, quæ fuerat in præputio.* Quarta hìc continetur probatio, justificationem Abrahæ non fuisse ex circumcisione, quandoquidem circumcisionem recepit in sigillum justitiæ quam præputiatus adeptus erat; sicque circumcisio fuit justificatione posterior.

Et signum. Syr. : *Signum enim. Et* idem ac *quia*, quia recepit circumcisionem, quæ signum erat fœderis quod Deus inierat cum eo et ejus posteritate, ut patet Genes. 17. Potest et dici quòd signum erat fidei suæ, de Messiâ è suo semine nascituro, et ideò in generationis membro fiebat. Hinc Ambrosius dicit : Credens se filium habiturum, hujus rei signum accepit, quam credidit; ut quid credens, justificatus sit, cerneretur. Ambrosius. Hinc utrumque in paraphr.

Signaculum justitiæ; accepit, inquam, circumcisionem, ut *signaculum justitiæ*, quam per fidem acceperat nondùm circumcisus. Signum autem et sigillum rem supponunt cujus sunt signum et sigillum; priùs erat ergo fides et fœdus et justitia, quàm circumcisio.

Ut sit pater omnium credentium; et hìc quinta continetur ratio, sumpta ex mysterio significato, scilicet quòd per Christum ex fide forent omnes justificandi. Itaque, ideò Abraham adhuc præputiatus per fidem justificatus est, *ut sit Pater omnium credentium;* Syr. : *Ut esset pater eorum omnium qui crediturí essent ex præputio;* id est, ut esset pater omnium qui, manente præputio, credunt; seu gentiilum incircumcisorum, qui credunt; ut reputetur et illis ad justitiam, id est, ut et illis præputiatis gentilibus fides imputetur ad justitiam, sicut et Abrahæ præputiato fuit imputata.

Ex hoc incircumcisorum numero sum, quos ex tunc videbas, ô Deus bone! et quem, per tuam summam misericordiam, in baptismo ex fide Christi justificari decreveras. Gratias immortales pro tanto, tali et tam gratuito beneficio! Da perficere quod cœpisti; da mihi fidem vivam, fidem operantem; da per fidem sic in justitiâ vivere, ut in regno cœlorum *recumbam cum Abraham, Isaac et Jacob.*

Vers. 12. — Et sit pater circumcisionis..., id est, et ut esset pater Judæorum circumcisorum, si non tantùm circumcisi, sed si etiam sectatores fidei quam præputiatus adhuc Abraham professus est, et quam circumcisus protestatus est.

Ad pleniorem horum versuum intelligentiam, adverte quòd duo successivè fuerunt in Abraham, præputium et circumcisio. Abraham præputium adhuc habens credidit Deo, et suâ fide justificatus est; post hanc autem justitiam ex fide adeptam, et circumcisus est. Quare circumcisus, quando quidem justus erat? *in signum et in signaculum : in signum* et protestationem fidei suæ, *et in signaculum justitiæ*, per fidem adeptæ.

Ex parte Abrahæ circumcisio signum erat et protestatio fidei, quam habuerat, et quam semper habebat de Messiâ, è suo semine nascituro; et ideò hoc signum in generationis membro gerebat impressum. Ex parte

Dicimus enim quia reputata est Abrahæ fides ad justitiam. Abraham ante legem, imò ante circumcisionem justificatus est, non ex circumcisione, aliisque operibus legis, utpote quæ nondùm erant, sed ex fide. Unde et circumcisionem postea accepit, ut esset signum justitiæ acceptæ per fidem. Ergo justitia hæc non est ex lege et circumcisione, nec pro lege et circumcisione solâ, sed pro omnibus, qui fidem Abrahæ sectantur.

Vers. 10. — *Quomodò ergo reputata est? In circumcisione, an in præputio?* Sensus est : Qualis et quo in statu erat Abraham, quando ei fides ad justitiam reputata est? Num circumcisus jam erat, an adhuc præputiatus? *Non in circumcisione, sed in præputio*, hoc est, nondùm circumciso, sed adhuc habenti præputium. Ergo justitia Abrahæ non tantùm pertinet ad vos, ô Judæi, sed etiam ad præputiatos gentiles. Rursùm ergo Abraham est justificatus, non ex circumcisione, nec ex operibus legis, ex quibus vos, ô Judæi, dicitis petendam esse omnem justitiam; sed ex fide et gratiâ, quæ communis est tam incircumcisis quàm circumcisis.

Vers. 11. — *Et signum accepit circumcisionis, signaculum justitiæ fidei, quæ est in præputio.* Circumcisio erat signaculum, id est, sigillum justitiæ, quo scilicet testificabatur Deus Abrahæ justitiam certam esse ac legitimam, justitiam, inquam, adeptam ante per fidem, cùm adhuc esset præputiatus. Sensus hujusmodi est : Abraham jam ante justificatus per fidem, postea accepit signum circumcisionis, id est, ipsam circumcisionem, quæ pro signo data fuit illi et ejus posteritati.

Ut sit (Abraham) *pater omnium credentium per præputium*, id est, omnium in præputio manentium, puta omnium gentilium. *Ut reputetur et illis ad justitiam*, ut eorum fides eis reputetur ad justitiam, et ex fide suâ illi quoque justificentur, sicut Abraham ex fide suâ justificatus est.

Vers. 12. — *Et sit pater circumcisionis*, etc. Vult enim ostendere Paulus Abraham esse patrem omnium credentium, gentilium æquè ac Judæorum. Porrò circumcisio tale fuit signum, non iis tantùm qui sunt ex circumcisione, id est, non solis Judæis, sed et iis (gentilibus) qui sectantur vestigia fidei, quæ est (id

Dei, circumcisio Abrahæ erat ratificatio, obfirmatio, et declaratio justitiæ, ob fidem suam ei datæ. Sed quare Deus hæc duo voluit in Abraham, scilicet, quòd præputiatus fide suâ justificaretur; et quòd jam fide justificatus circumcideretur; et circumcisionis signo, fidem suam de Messiâ, ex se nasciturò, protestaretur? Ut amborum populorum pater esset Abraham; gentilium quidem, qui præputiati crederent in Christum Abrahæ filium; ut illis præputiatis, sicut Abrahæ præputiato, fides imputaretur ad justitiam. Judæorum verò circumcisorum pater esset, non quoad carnem tantùm, semen enim Abrahæ sunt; non quoad circumcisionem tantùm; Abraham enim pater circumcisionis, prior ipse circumcisus est, et circumcisionis præceptum accepit pro se et posteris suis; sed et secundùm spiritum et religionem, si credant in Christum, et fidem imitentur, quam præputiatus Abraham habuit, et quam circumcisus protestatus est suæ circumcisionis signo.

Hoc signum ideò accipiebant filii Abrahæ, ut scirentur esse ejus filii, qui credens Deo, hoc signum acceperat, ut æmuli essent paternæ fidei; ut crederent in Jesum Abrahæ promissum. Ambrosius, seu diaconus Hilarius, ut putant.

Fides, non circumcisio, germanos facit Abrahæ filios: sicut Abraham, fide suâ, non circumcisione, factus est justus, Dei amicus, ita Judæi, non suâ carnali circumcisione, præcisè, sed suâ in Christum fide, fient spirituales Abrahæ filii et amici Dei.

Circumcisio erat signum et protestatio fidei in Christum venturum: Judæorum igitur circumcisio hâc fide destituta, est quasi crumena vacua, ait Theophylactus; ne signum quidem est, ait D. Chrys., quia signum inane, nullius rei signum.

Ex dictis intellige quàm meritò in suis officiis cantet Ecclesia: *Pater fidei nostræ Abraham summus*, in Dominicâ Quinquagesimæ, et sacerdos ad altare fidelium nomine, vocet Abraham patriarcham nostrum. Pater, seu patriarcha noster est, quia nobis præit exemplo, prior credidit. Pater fidei nostræ, quia eadem credidit quæ nos: cum hoc discrimine quòd credidit in Christum, è suo semine nasciturum, in quo benedicendæ erant omnes gentes; nos verò credimus in Christum, Abrahæ filium, per quem nos *Deus benedixit omni benedictione spirituali in cœlestibus*. Tota itaque hæc Abrahæ paternitas, et nostra filiatio spiritualis est, et in fide fundatur; eò germaniores erimus Abrahæ filii, quò sinceriùs in Christum credemus, et fideliores erimus Christo Dei et Abrahæ filio.

Hinc concipe quantus et qualis sit fidei thesaurus! quæ nos in Christo, et per Christum, unit cum omnibus qui fuerunt, et erunt in mundo sanctis; tum fidei patribus, tum simpliciter fidelibus. Quàm magnificiendus hic thesaurus! quàm accuratè servandus, augendus, per frequentes actus fidei!

Vers. 13. — Non enim per legem promissio. Syr.: *Non enim per legem extitit promissum ipsi Abrahæ et semini ejus ut esset hæres mundi, sed*, etc. Probat Apostolus Abraham, omnium credentium, etiam præputiatorum esse patrem; simul et argumento novo ex promissione Dei sumpto, probat justitiam, nec Abrahæ, nec nobis obtingere, aut per circumcisionem, aut per legem, aut per legis opera, sed per fidem: tale autem est argumentum Apostoli: Promisit Deus Abrahæ et posteris ejus quòd futurus esset totius mundi hæres per Messiam filium ejus; respicit ad illud Genes. 22: *Benedicentur in te omnes gentes*. At hæc promissio non facta est per legem, seu sub conditione servandi legem, quæ nondum erat; et quæ, ut dicit ad Gal. 3, v. 17, longè fuit posterior; sed per et propter justitiam fidei, seu propter justitiam quam acquisivit Abraham credendo et obediendo Deo. Ergo et ejus promissionis adimpletio independens est à lege et legis operibus; sed fit per gratiam fidei.

Vers. 14. — Si enim qui ex lege hæredes sunt. Si enim illi soli qui legem observant, hæredes sunt bonorum Abrahæ promissorum, exinanita est, inanis et vacua facta est Abrahæ fides tam laudata, nullusque ejus fructus.

Abolita est promissio; imò nulla erit divina promissio illi facta; nulla in Abraham, quia ante legem; nulla in posteris Abrahæ, quia legis prævaricatores.

est, quæ fuit et apparuit) in præputio patris nostri Abrahæ; cùm scilicet Abraham adhuc esset præputiatus et gentilis.

Vers. 13. — *Non enim per legem promissio Abrahæ*, etc. Abrahæ promissa fuit benedictio, id est, justitia et salus omnium gentium, non per legem et circumcisionem, sed ante eam, ex eo, quia credidit Deo, ergo posteri Abrahæ hujus promissionis, benedictionis et justitiæ participes quoque fient, non per opera legis, sed per fidem. In fide enim, non in lege hanc justitiam constituere voluit Deus; et in fide, non in lege, imò ante legem, justitiam hanc accepit Abraham, ut esset exemplar posterorum, significans eos, non ex lege, sed ex fide pariter justificandos esse. *Ut hæres esset mundi*, ut scilicet in semine ejus benedicerentur omnes gentes. Hæc enim est promissio facta Abrahæ, Gen. 22, ut nimirùm Abrahæ fides, benedictio et filius, scilicet Christus, omnes gentes sibi subigeret, sicque regnum Christi per omnes gentes dilataretur, et per hoc eas omnes in ipso benedicendas. Nam Christum mundi hæredem etiam Psalmista canit in personâ Dei Patris dicens: *Postula à me, et dabo tibi gentes hæreditatem tuam, et possessionem tuam terminos terræ*, Psal. 2; de quò rursùs Apostolus, Hebr. 1: *Quem constituit hæredem universorum*. Hæc est promissio, benedictio, et hæreditas Abrahæ, scilicet Ecclesia toto orbe diffusa, quæ est regnum fidelium, in quo rex est Christus; pater et patriarcha est Abraham.

Vers. 14. — *Si enim qui ex lege*, etc. Hæredes, scilicet promissionis et benedictionis Abrahæ jam dictæ. Urget et perurget Apostolus tam hic quàm ad Galat 3, justitiam nobis obtingere ex fide, non ex lege, et legis operibus, quia si per legem obtingeret, non per fidem, sequeretur ingens absurdum, scilicet fidem et promissionem Abrahæ esse abolitam et abrogatam. Abrahæ enim promissa est benedictio, non ex lege, utpote ante legem, sed ex fide, quia scilicet credidit Deo promittenti. Rursùm, si ex lege datur justitia, ergo non ex promissione: pugnant enim lex et promissio; lex et fides (fides enim respondet promissioni, estque promissionis acceptatio et applicatio), quia promissio libera est et liberalis, quodque promissum est datur liberaliter, gratuitò, et ex gratiâ,

VERS. 15.—LEX ENIM IRAM OPERATUR. Syr. : *Siquidem lex est effectrix iræ*, quia lex sine Christi fide et gratiâ, quâ impleatur, est impossibilis observatu; hincque tantùm abest ut benedictionem, justitiam, hæreditatem Abrahæ promissam causet, quin potiùs iram, indignationem et vindictam divinam operatur. Non quidem per se, et ex institutione suâ, sed per accidens, ratione infirmitatis humanæ : quia sic lex est occasio prævaricationis, seu transgressionis mandatorum, et consequenter indignationis divinæ : UBI ENIM NON EST LEX, et præceptum, IBI NON EST LEGIS TRANSGRESSIO.

Lex manifestans peccati malitiam, auget gravitatem peccati contra hanc legem commissi; fit enim ex scientiâ, et ideò gravius quàm quod ex ignorantiâ.

VERS. 16.—IDEO EX FIDE. Gr. : *Propter hoc ex fide.* Syr. : *Propterea ex fide quæ per gratiam est, justificabimur, ut vera sit promissio toti ejus semini*, etc.; id est, *ideò ex fide*, obvenit hæreditas promissa, UT SECUNDUM GRATIAM; 1° ut detur tanquàm donum gratuitum, non verò tanquàm debitum; FIRMA SIT PROMISSIO. Gr. : *Ad esse firmam promissionem*, seu, ut *firma sit promissio.* Altera datur ratio, cur ex fide; 2° ut firma sit divina promissio, et compleatur in omni semine, seu posteritate Abrahæ.

NON EI QUI EX LEGE EST, SOLUM; id est, non solùm in Judæo qui legem recepit, SED ET EI QUI EX FIDE EST; sed etiam in gentili, qui Abrahæ fidem sectatur :

QUI PATER EST OMNIUM NOSTRUM, id est, qui Abraham, omnium nostrùm, tam gentilium quàm Judæorum, pater est, si non carnali generatione, certè spirituali, per similitudinem fidei et religionis.

Supponit Apostolus duas in Dei promissione qualitates, quòd gratuita sit et firma. Si facta esset sub conditione servandi legem, 1° gratuita non fuisset promissio, sed hæreditas promissa obvenisset, quasi merces operanti debita; 2° non fuisset firma, quia lex neminem justificabat, imò damnabat; erat enim occasio prævaricationis, et consequenter maledictionis. Ideò non ex lege.

IDEO autem EX FIDE, 1° quia quod datur fidei, datur gratis et secundùm gratiam; 2° quia omnes fidei sunt capaces, tam gentiles quàm Judæi, sicque promissio completur in omnibus; sicque Abraham pater fit multarum gentium.

VERS 17.—(SICUT SCRIPTUM EST, Genes. 17 : QUIA PATREM MULTARUM GENTIUM POSUI TE.)

ANTE DEUM, citatione per parenthesim lectâ; hæc verba ANTE DEUM, jungenda cum præcedentibus : *Qui est*, inquam, *omnium nostrûm pater, ante Deum :* id est, si non coram hominibus, certè ante Deum et infallibili judicio Dei, cui nos fides commendat. Gr. κατέναντι, quod D. Chrys. et Theod. vertunt, *ad exemplum Dei*, ad instar Dei; sicut Deus omnium omninò Pater est per creationem, sic Abraham omnium omninò credentium pater est per exemplum fidei suæ :

CUI CREDIDIT. Hìc Apostolus fidem Abrahæ commendat, qui credidit Deum, qui omnia potest.

QUI VIVIFICAT MORTUOS, id est, qui potest mortuis vitam dare; seu qui quos vult, suscitat à mortuis, ET VOCAT EA QUÆ NON SUNT, id est, non existentia vocat è nihilo, et ea facit existere; qui æquale imperium habet in non existentia et existentia; vocat, et sunt. Credidit, inquam, Deum omnipotentem facilè sibi præstiturum quod promittebat, nempe quòd futurus esset pater omnium, etsi nondùm esset ipsi filius, essetque senex, et Sara sterilis et ætatis provectæ. Agi-

quod verò ex lege et operibus legis datur, id datur non gratuitò, nec ex gratiâ, sed ex justitiâ, et ex merito operum.

VERS. 15. — *Lex enim iram operatur*, quia nimirùm lex causa et occasio est, non benedictionis, non justitiæ, non hæreditatis, sed prævaricationis, et consequenter maledictionis, iræ et vindictæ divinæ; *ubi enim non est lex, nec prævaricatio*, sive transgressio, id est, ubi lex non est, locum non habet transgressio; quemadmodùm et contra, ubi lex, ibi transgressio. Et quia lex quasi per antiperistasin, concupiscentiam accendit : nam semper nitimur in vetitum, intellige, nisi lex jungatur fidei et gratiæ, quæ legem adjuvet, et concupiscentiam reprimat, quod intendit Apostolus. Scopus enim ejus est ostendere necessitatem fidei et gratiæ Christi, ad eamque Judæos omnes homines deducere, ut justitiam et salutem assequantur.

VERS. 16. — *Ideò ex fide, ut secundùm gratiam firma sit promissio omni semini;* ideò, inquit, ex fide, ut promissio agnoscatur gratuita et indebita; et rursùm, ut promissio firmetur ac rata sit super universum semen Abrahæ, id est, tam ad gentiles quàm ad Judæos extensa, ut qui omnes in semine Abrahæ computantur, quia Abraham quasi patrem in fide imitantur.

Non ei qui ex lege est solùm (non soli Judæo), *sed et ei* (gentili) *qui ex fide est Abrahæ*, (qui Abrahæ patris fidem quasi genuinus ejus filius consectatur) *qui pater est omnium nostrùm*, tam gentilium quàm Judæorum. Est, inquam, pater propagatione non carnis, sed fidei et spiritûs. Nam dùm Abrahæ fidem imitamur, tum ipse Abraham per Christum suam justitiam, gratiam et spiritum in nos quasi filios suos transfundit, nosque sibi adsciscit et adoptat.

VERS. 17. — *Sicut scriptum est : Quia patrem multarum gentium posui te*, id est, constitui te, videlicet præordinatione ac proposito certissimo.

Ante Deum cui credidit. Posui te patrem ante Deum, id est, in præscientiâ et decreto divino, immobili, certo et irrevocabili; necdùm enim Abraham actu erat pater multarum gentium, sed tantùm in præscientiâ et prædestinatione Dei. Abraham verò est pater omnium nostrùm, non paternitate carnali, quæ est coram hominibus, sed spirituali, quæ est coram Deo, cui crediderat. Dicitur hæc paternitas esse coram Deo, quia fundata est in fide, quæ hominem Deo commendat.

Qui vivificat mortuos, et vocat ea quæ non sunt, tanquàm ea quæ sunt; propriè Deus vivificat mortuos, cùm eos à morte resuscitat. Hisce enim verbis Paulus commendat Dei omipotentiam, q. d. : Sicuti Deus potest suscitare mortuos, ita potest facere, ut gentes natæ in paganismo spiritualiter renascantur per fidem, fiantque filii Abrahæ, idque credidit Abraham, cùm credidit Deo dicenti: *Patrem multarum gentium posui te.*

Deus vocat ea quæ non sunt, tanquàm ea quæ sunt, quia Deus æquale habet imperium in ea quæ non sunt, atque in ea quæ sunt, et ea quæ non sunt, facit ut sint : verbi gratiâ, hìc facit ut gentes, quæ non erant, sint filii Abrahæ.

Ubi nota : Dei vocare est creare et facere; omnia enim possibilia, cùm nondùm actu sunt, sunt tamen

tur hìc, non de oblatione Isaac, sed de ejus ortu promisso. Itaque intelligendus est textus de emortuo corpore Abrahæ et Saræ quibus dedit Deus generandi virtutem : potest tamen etiam Apostolus alludere ad Isaaci immolationem, quem Abraham immolavit, credens Deum à mortuis illum posse suscitare.

VERS. 18.—QUI CONTRA SPEM IN SPEM CREDIT, id est, qui Abraham ita credidit, ut ex Dei gratiâ et divinâ promissione speraret quod secundùm naturæ vires erat impossibile. *Contra spem* naturæ, seu naturalis potentiæ generativæ, *credidit in spem* gratiæ et divinæ potentiæ, UT FIERET, id est, quòd fieret PATER..., SECUNDUM QUOD DICTUM EST EI, Genes. 15 : SIC ERIT SEMEN TUUM, nempe, *ut stellæ cœli;* quod ex citato loco subauditur.

VERS. 19.—ET NON INFIRMATUS EST IN FIDE, id est, non vacillavit fides ejus, NEC CONSIDERAVIT CORPUS SUUM EMORTUUM, respectu virtutis generativæ, seu ineptum ad sobolem habendam; CUM JAM FERÈ CENTUM, nonaginta novem.

ET EMORTUAM VULVAM SARÆ, conceptui non aptam, utpote nonagenariæ.

VERS. 20.—IN REPROMISSIONE ETIAM DEI NON HÆSITAVIT DIFFIDENTIA. Gr. : *In repromissionem*, seu *contra repromissionem*, etc., *non disceptavit*, seu *disputavit;* id est, ne minimùm quidem diffidit de Dei promisso; SED CONFORTATUS EST FIDE, DANS GLORIAM DEO; sed forti et firmâ fide credidit, et absque ullâ hæsitatione, hâcque fide dedit Deo gloriam, profitens eum esse summè veracem et omnipotentem.

VERS. 21.—PLENISSIMÈ SCIENS, plenissimè persuasus quòd Deus promissa sua possit exsequi.

VERS. 22.—IDEO ET REPUTATUM EST, quæ mirabilis persuasio reputata est illi, etc., seu, ob tam heroicam virtutem justificatus est.

VERS. 23. — NON EST AUTEM SCRIPTUM TANTUM PROPTER IPSUM. Conformiter ad suum intentum principale, concludit in gratiam spiritualium Abrahæ filiorum, asserens quòd ejusdem justitiæ principes erimus, si ejusdem fidei simus imitatores. Spiritus sanctus per Moysis calamum hanc Abrahæ laudem, nempe quòd ob heroicam fidem suam justificatus est, transmisit ad posteros, non propter Abraham tantummodò laudandum.

VERS. 24.—SED ET PROPTER NOS, sed etiam propter nostram instructionem, et ad nostram fidem provocandam; ut certi et securi simus quòd fides nostra nobis ad justitiam reputabitur; si CREDIMUS IN EUM, QUI DOMINUM NOSTRUM JESUM CHRISTUM SUSCITAVIT A MORTUIS.

Duplex his in verbis continetur fidei nostræ comparatio cum fide Abrahæ : prima in effectu : nobis reputabitur ad justitiam sicut et illi; secunda in objecto : sicut enim Abraham credidit in eum qui suscitat à mortuis, ita nos credimus in Deum, *qui à mortuis suscitavit Dominum nostrum Jesum Christum.*

VERS. 25.—QUI TRADITUS EST. Qui Jesus Christus

et latent in omnipotentiâ Dei, quasi in virtute et semine, et cùm Deus suo jussu illa inde evocat, hoc ipso facit ut sint; Dei enim dicere et vocare est efficax, idemque est, quod nostrum facere. Ita S. Chrysost.

VERS. 18. — *Qui* (Abraham) *contra spem* (naturæ, et naturalis potentiæ generativæ) *in spem credidit*, id est, in rem speratam gratiæ et promissionis divinæ, credidit, inquam, quod sequitur :

Ut fieret pater multarum gentium, id est, se futurum patrem multarum gentium. Nota : Sicuti sperare desperata, est sperare contra spem, sic et credere futura, quorum nulla est spes, est credere contra spem; quòd scilicet seni Abrahæ, et sterili Saræ nascetur Isaac, quia idipsum promisit Deus. Ita Theophyl., Anselm., Theodor.

Secundùm quod dictum est ei : Sic erit semen tuum. Præcesserat illud Dei ad Abraham : *Suspice cœlum, et numera stellas, si potes.* Tum sequitur : *Sic erit semen tuum*, scilicet, sicut stellæ innumerabiles.

VERS. 19. — *Et non infirmatus est fide*, etc., id est, nullam passus infirmitatem aut vacillationem fidei circa promissionem divinam.

Nec consideravit corpus suum emortuum, id est, præ senio jam effœtum et impotens ad generandum.

Cùm jam ferè centum esset annorum. Dicit autem *ferè centum annorum*, id est, uno minùs. Habebat enim annos nonaginta novem.

Et emortuam vulvam Saræ. Verè Abraham tunc fuisse impotentem præ senio ad generandum ex quâlibet feminâ, sed divino miraculo redditam ei fuisse virtutem, quâ ex Sarâ, Ceturâ, et quàcumque aliâ proles suscitare et generare posset. Ita D. Thomas.

VERS. 20. — *In repromissione etiam Dei non hæsitavit diffidentiâ*, etc. Quamvis Abraham auditâ promissione quæsiverit, ac quasi disceptaverit dicens Deo : *Putasne centenario nascetur filius, et Sara nonagenaria pariet?* Non tamen id fecit ex incredulitate, sed ex admiratione. Sensus est : Nullâ laboravit incredulitate, ut ad promissionem Dei auditam hæsitaret.

Sed confortatus est fide, id est, firmâ ac robustâ fide suscepit Dei promissionem.

Dans gloriam Deo. Gloriam Deo tribuit Abraham credens ac profitens eum omnipotentem et in promissis veracem. Per hæc enim laudatur et glorificatur Deus.

VERS. 21. — *Plenissimè sciens*, etc. Plenâ ac certissimâ fide persuasum habens, Deum sua promissa seu quæcumque promisit, præstare posse. Nominat autem potentiam Dei, non veracitatem, quia suppositâ fide potentiæ, non erat difficile credere Deum facturum quod promiserat.

VERS. 22. — *Ideò et reputatum*, etc., scilicet eâdem ratione quâ et priùs fides promissionis ei reputata fuerat ad justitiam, Gen. 15. Hinc manifestum est eâ locutione non significari primam justificationem. Quoties enim credidit Abraham Deo, toties ei fides ad justitiam reputata est. Nam, ut supra dictum est, etiam obedientia per quam multò post in tentatione inventus est fidelis, reputata est ei ad justitiam, attestante Scripturâ, 1 Machab. 2, et Jac. 2.

VERS. 23, 24. — *Sed et propter nos*, id est, nostræ doctrinæ causâ, *quibus reputabitur* (nostra fides ad justitiam) *credentibus* (si credamus) *in eum qui suscitavit Jesum Christum Dominum nostrum à mortuis*, q. d. : Abraham datur et proponitur nobis in exemplar justificationis, ac proindè sicut ipse, ita et nos non ex circumcisione, lege et Moyse, sed ex fide et Christo justitiam quærere et consequi debemus.

VERS. 25. — *Qui traditus est*, etc., propter delicta sive peccata nostra abolenda.

Et resurrexit propter justificationem nostram : Sciendum est, omne meritum Christi Salvatoris in passione ejus et morte completum fuisse, et proinde suâ resurrectione eum nihil meruisse, uti nec ascensione in cœlum, ac cæteris, quæ egit post passionem et mortem. Quæ doctrina est omnium theologorum, ut traditus in mortem Christus dicatur propter peccata nostra, id est, ut suâ morte pœnam peccatis nostris

traditus est à Patre suo, in mortem, PROPTER PECCATA NOSTRA expianda, abolenda. Per antithesim, mortui Christi junxit peccata nostra, quæ sunt mors animæ; et resurrectioni Christi, nostram justificationem, quæ est nostra spiritualis resurrectio.

ET RESURREXIT PROPTER JUSTIFICATIONEM NOSTRAM; mortuus est, ut suâ morte peccata nostra, animæ nostræ mortem, occideret; et resurrexit à mortuis, ut et nos per illum peccatis mortui justitiæ vivamus, et cum illo et per illum IN NOVITATE VITÆ AMBULEMUS. Hoc tamen inter mortem et resurrectionem Christi discrimen est, quòd suâ morte meruit peccatorum nostrorum remissionem; suâ verò resurrectione non meruit nostram justificationem, quia non fuit opus viatoris.

Resurrectio itaque justitiæ nostræ typus est, non causa, sicut mors causa est. Nisi fortè dicas quòd passio et resurrectio Christi sunt quasi unum opus redemptionis nostræ, unaque actio Christi completa, quâ simul et semel meruit peccatorum nostrorum remissionem et nostram justificationem. Vide Cornel. à Lap.

Hoc versu videtur tacitè insinuare Apostolus, fidem nostram, fide Abrahæ majorem esse, 1° quia Abraham et Sara erant figuratè tantùm mortui, Christus Jesus verè et perfectè fuit mortuus; 2° quia præterea credimus quòd propter dicta nostra sit mortuus, et propter nostram justificationem suscitatus à mortuis. Vide corol. pietatis infra.

debitam aboleret: resurrexisse verò propter justitiam nostram, id est, ut suâ resurrectione typum quemdam nobis præferret resurgendi ad justitiam seu vitæ novitatem, secundùm ea quæ dicuntur infra, cap. 6, vel certè, ut nobis reconciliatis ipse jam redivivus et immortalis justificationem nostram, quâ scilicet mens nostra renovetur de die in diem, et quæ inde sequitur salutem, apud Deum promoveret.

Illud observa contra sectarios justitiam nostram in solâ remissione peccatorum constituentes, Apostolum disertè distinguere hæc duo, deletionem peccatorum et justitiam, id est, vitæ novitatem, velut justificationis nostræ partem præcipuam.

Corollarium pietatis, seu in hoc capite ad pietatem maximè notanda, et in praxim accuratiùs redigenda.

1° Ex hoc capite concipe, et altâ mente repone ideam quam de fide debeas habere quanti sit à te facienda hæc divina virtus; quanto ardore sit illius augmentum à te desiderandum et precibus continuis exposcendum; et quàm frequenter exercendi sint actus illius.

Omnium divinarum et supernaturalium virtutum mater, altrix et conservatrix est. Omnis omninò justitiæ primæ, secundæ, tertiæ, continuæ radix: justitiam inchoat, conservat, auget, perficit; justus ita ex fide vivit, ut nulla justi sint opera, in quæ fides non influat. Sic Abraham, omnium credentium pater et exemplar, fide, ex impio factus est justus; fide, et justo factus est justior; ac denique fide factus est justissimus, Deo gratissimus, amicus Dei. Vide vers. 2, 3; vide et vers. 4.

Sic ergo et tu, si verè fidelis es, si verè filius patriarchæ fidelium, fide jugiter vive; in omnia opera tua fides influat; illa omnia vivificet, sanctificet Deo que grata reddat. Recordare quòd exterior legis, etiam evangelicæ, adimpletio, non justificat, nisi fide, charitate et spiritu Dei animetur. Vivâ itaque fide anima, vivifica, sanctifica quidquid agis.

Hoc ut ita sit, hunc in Dei cultu ordinem concipe, et hanc illius ordinis observa rationem: Deus spiritus est, et quia spiritus, spiritu et mente vult primariò coli: *In spiritu et veritate oportet eum adorare*, ait Christus Domini. Deus spiritus, universorum creator et Dominus est; hinc et corpore et universis nostris actibus et passionibus vult glorificari.

Debet ergo Deus interiùs et exteriùs coli; at cum hoc ordine, quòd ab interiori semper incipiat omnis noster cultus exterior, et ab interiori dirigatur; interior ille sit quasi anima, exterior autem quasi corpus; interior ille cultus sit nostra vera et coram Deo justitia, exterior cultus sit quasi signaculum justitiæ, v 11.

Hunc autem interiorem cultum incipit et perficit fides; ideò à fide, omnis justitiæ radice, oriatur omnis noster Dei cultus; fides influat in omnia nostra opera.

2° Ex eodem capite concipe quæ et qualis sit illa fides justificans de quâ hìc loquitur Apostolus, et cujus exemplum nobis exhibet in Abraham; et ideò qualis debet esse et tua. Fides Abrahæ fuit non mortua sed viva; non nuda, sed omnibus virtutibus ornata; non timida, pusillanimis, et humiliter de Deo sentiens, sed fortis, sublimis, altè et dignè de Dei majestate et omnipotentiâ sentiens; ipsi penitùs submissa, ad omnes ejus voluntates parata, etiam ad unigeniti Filii sui immolationem. Hæc fuit fides patriarchæ fidelium; et hâc fide Deo summoperè placuit. Vide vers. 17, 18, etc. Vide et vers. 3.

Talis sit et tua, si Deo placere velis; sit viva, firma, stabilis, spei, obedientiæ, reverentiæ virtutibus vestita; de Deo magnificè sentiens, plenè persuasa de summâ ejus veracitate, omnipotentiâ, etc., mortuos vivificante, quæ non sunt, vocante et creante, etc. Hâc fide plenus, crede firmiter articulos fidei, etiam naturæ captum superantes. Hâc fide firmus, in rebus arduis, in periculis, etc., *in spem, contra spem*, crede. Hâc fide roboratus visibilia et sensibilia sperne; ad æterna, invisibilia tende, aspira, anhela; et in Dei cultu sta, et quidquid accidat, persevera.

3° Ex eodem capite disce quodnam sit præcipuum fidei nostræ objectum. Abraham *credidit in Deum qui vivificat mortuos*, etc.; nos credimus *in Deum qui suscitavit à mortuis Dominum nostrum Jesum Christum*, vers. 24, 25. Mors itaque et resurrectio Christi, duo præcipua sunt fidei nostræ mysteria, circa quæ frequentiores à nobis exercendi sunt actus fidei. Moriens Christus victima fuit expiationis; resurgens Christus victima fuit sanctificationis; in cruce moriens, morte

suâ nostram destruxit mortem; in resurrectione suâ vitam nobis communicavit; typum et exemplar novæ vitæ dedit. Christus ergo frequenter adorandus, et moriens et resurgens; fide vivà, mortis illius effectus, peccatorum nostrorum remissio petenda; et resurrectionis gratia et virtus invocanda.

Christe moriens et pro me moriens, sis peccatorum meorum mors; Christe resurgens, sis animæ meæ salus, vita, resurrectio.

Sed circa hoc fidei nostræ objectum, nota quòd nostra fides superet Abrahæ fidem. Credidit Abraham in Deum qui suscitat mortuos, et qui ideò poterat omnipotentià suâ, corporibus quasi emortuis Abrahæ et Saræ, dare virtutem generandi sobolem; corpora autem Abrahæ et Saræ non erant verè mortua, sed tantùm figuratè. Nos verè credimus in Deum, qui Jesum Christum verè mortuum, verè à mortuis suscitavit, nunquàm moriturum. Majus ergo quid credimus quàm quod Abraham credidit.

Adde quòd credimus præterea Jesum pro peccatis nostris verè mortuum, et propter justificationem nostram suscitatum : qui duo sunt alii articuli naturaliter incomprehensibiles; et ad quos fides nostra rursùs major est, quoad objectum, fide Abrahæ. Nec hoc mirum est, si pro modo revelationis, creverit et fides. Sed benè nota quòd pro modo fidei crevit et obligatio vitæ sanctioris; ubi enim Deus plus contulit, plus et exigit. Hinc Christiani debent antiquioribus fidelibus, etiam ipsis patriarchis, esse sanctiores; utpote majoribus donis præventi.

CAPUT V.

1. Justificati ergo ex fide, pacem habeamus ad Deum per Dominum nostrum Jesum Christum;

2. Per quem et habemus accessum, per fidem in gratiam istam in quâ stamus, et gloriamur in spe gloriæ filiorum Dei;

3. Non solùm autem, sed et gloriamur in tribulationibus, scientes quòd tribulatio patientiam operatur,

4. Patientia autem probationem, probatio verò spem :

5. Spes autem non confundit quia charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum Sanctum, qui datus est nobis.

6. Ut quid enim Christus, cùm adhuc infirmi essemus, secundùm tempus, pro impiis mortuus est?

7. Vix enim pro justo quis moritur; nam pro bono forsitan quis audeat mori.

8. Commendat autem charitatem suam Deus in nobis, quoniam cùm adhuc peccatores essemus, secundùm tempus

9. Christus pro nobis mortuus est : multò igitur magis nunc justificati in sanguine ipsius, salvi erimus ab irâ per ipsum.

10. Si enim cùm inimici essemus, reconciliati sumus Deo per mortem Filii ejus, multò magis reconciliati, salvi erimus in vitâ ipsius.

11. Non solùm autem, sed gloriamur in Deo per Dominum nostrum Jesum Christum, per quem nunc reconciliationem accepimus.

12. Propterea sicut per unum hominem peccatum in hunc mundum intravit, et per peccatum mors, et ita in omnes homines mors pertransiit, in quo omnes peccaverunt.

13. (Usque ad legem enim peccatum erat in mundo: peccatum autem non imputabatur, cùm lex non esset.

14. Sed regnavit mors ab Adam usque ad Moysen, etiam in eos qui non peccaverunt in similitudinem prævaricationis Adæ qui est forma futuri.

15. Sed non sicut delictum, ita et donum : si enim unius delicto multi mortui sunt, multò magis gratia

CHAPITRE V.

1. Etant donc justifiés par la foi, ayons la paix avec Dieu, par Jésus-Christ notre Seigneur.

2. Par qui aussi nous avons entrée par la foi à cette grâce dans laquelle nous sommes établis, et nous nous glorifions dans l'espérance de la gloire des enfants de Dieu.

3. Et non seulement dans cette espérance, nous nous glorifions encore dans les afflictions, sachant que l'affliction produit la patience,

4. La patience l'épreuve, et l'épreuve l'espérance.

5. Or, cette espérance ne trompe point, parce que l'amour de Dieu a été répandu dans nos cœurs par le Saint Esprit, qui nous a été donné.

6. En effet, pourquoi, lorsque nous étions encore dans les langueurs du péché, Jésus-Christ est-il mort pour des impies dans le temps marqué?

7. Car à peine quelqu'un voudrait-il mourir pour un juste : peut-être néanmoins que quelqu'un aurait le courage de donner sa vie pour un homme de bien.

8. Mais Dieu a fait éclater son amour pour nous en ce que lors même que nous étions encore des pécheurs, Jésus-Christ est mort pour nous dans le temps marqué.

9. Maintenant donc que nous sommes justifiés par son sang, nous serons à plus forte raison délivrés par lui de la colère de Dieu.

10. Car si, lorsque nous étions ennemis de Dieu, nous avons été réconciliés avec lui par la mort de son Fils, à plus forte raison, étant maintenant réconciliés avec lui, nous serons sauvés par la vie de ce même Fils.

11. Et non seulement cela, mais nous nous glorifions même en Dieu par Jésus-Christ notre Seigneur, par qui nous avons obtenu maintenant cette réconciliation.

12. Car comme le péché est entré dans le monde par un seul homme, et la mort par le péché, et qu'ainsi la mort est passée dans tous les hommes par ce seul homme en qui tous ont péché.

13. (Car le péché a toujours été dans le monde jusqu'à la loi; néanmoins la loi n'étant point encore, le péché n'était pas imputé;

14. Cependant la mort a exercé son règne depuis Adam jusqu'à Moïse, même à l'égard de ceux qui n'ont pas péché par une transgression semblable à celle d'Adam, qui est la figure du futur.

15. Mais il n'en est pas de la grâce comme du péché; car, si par le péché d'un seul plusieurs sont morts, la miséricorde et le don de Dieu s'est répandu

Dei et donum in gratiâ unius hominis Jesu Christi in plures abundavit;

16. Et non sicut per unum peccatum, ita et donum; nam judicium quidem ex uno in condemnationem, gratia autem ex multis delictis in justificationem:

17. Si enim unius delicto mors regnavit per unum, multò magis abundantiam gratiæ, donationis et justitiæ accipientes, in vitâ regnabunt per unum Jesum Christum);

18. Igitur sicut per unius delictum in omnes homines in condemnationem, sic et per unius justitiam in omnes homines in justificationem vitæ.

19. Sicut enim per inobedientiam unius hominis peccatores constituti sunt multi, ita et per unius obeditionem justi constituentur multi.

20. Lex autem subintravit, ut abundaret delictum; ubi autem abundavit delictum, superabundavit gratia.

21. Ut sicut regnavit peccatum in mortem, ita et gratia regnet per justitiam in vitam æternam, per Jesum Christum Dominum nostrum.

beaucoup plus abondamment sur plusieurs, par la grâce d'un seul homme, qui est Jésus-Christ:

16. Et il n'en est pas de ce don, comme du péché, car nous avons été condamnés par le jugement de Dieu pour un seul péché; au lieu que nous sommes justifiés par la grâce après plusieurs péchés:

17. Si donc, à cause du péché d'un seul, la mort a régné par un seul; à plus forte raison ceux qui reçoivent l'abondance de la grâce, et du don de la justice, régneront dans la vie par un seul qui est Jésus-Christ);

18. Comme donc c'est par le péché d'un seul que tous les hommes sont tombés dans la condamnation, ainsi c'est par la justice d'un seul que tous les hommes reçoivent la justification de la vie.

19. Car comme plusieurs sont devenus pécheurs par la désobéissance d'un seul, ainsi plusieurs seront rendus justes par l'obéissance d'un seul.

20. Or la loi est survenue pour donner lieu à l'abondance du péché; mais où il y a eu abondance de péché, il y a eu une surabondance de grâce.

21. Afin que, comme le péché avait régné en donnant la mort, la grâce de même règne par la justice en donnant la vie éternelle par Jésus-Christ notre Seigneur.

ANALYSIS.

Stabilitâ, in superioribus capitibus, nostrâ justificatione, ex fide Jesu Christi; nunc disserit de hujus justificationis effectibus, ex quibus illius excellentia et celsitudo demonstratur.

Primus ergo nostræ justificationis effectus est pax et tranquillitas conscientiæ nostræ, per Jesu Christi mediatoris nostri merita, ℣ 1.

Secundus, adoptio filiorum Dei, et hanc ob causam, gloriatio et exsultatio in spe felicitatis æternæ, filiis Dei præparatæ, ℣ 2.

Tertius, gaudium et exsultatio in ipsis afflictionibus, ut pote huic æternæ felicitati affinibus; quam affinitatem pulchrâ gradatione demonstrat Apostolus, ℣ 3, 4, 5.

Hanc filiorum Dei gloriam sperandi, duo nobis firmissima fundamenta statuit: duo scilicet, divini in nos amoris argumenta, nimirùm, Spiritûs sancti in cordibus nostris diffusionem, et Christi mortem, pro nobis adhuc peccatoribus; quam Christi charitatem mirè exaggerat, ℣ 6, 7, 8, 9, 10.

Quartus nostræ justificationis effectus, est quòd gloriemur in ipso Deo, ut Patre nostro, et in Jesu Christo, nostro reconciliatore, ℣ 11.

Ut autem hujus nostri cum Deo reconciliatoris necessitatem convincat, rem ab origine petit, ℣ 12.

Adæ peccatum, originalem nostræ corruptionis causam indicat, ut Christum, nostræ justitiæ fontem, ostendat. ℣ 12, 13, 14.

Utrumque ergo Adamum et Christum comparat, opponit, Christum Adamo præponit, ℣ 15, 16, 17.

Ac denique, ℣ 18, concludit quòd sicut per Adæ inobedientiam peccatores facti sumus, sic per Christi obedientiam, justitiam et vitam æternam adipiscitur.

PARAPHRASIS.

1. Quandoquidem ergo ex fide, et per fidem in Christum, propter delicta nostra traditum, justificati, et à peccatis nostris mundati sumus, pacem habeamus erga Deum, pacato ac tranquillo simus animo, et à malæ conscientiæ terroribus libero, utpote Deo reconciliati, per Dominum nostrum Jesum Christum, mediatorem nostrum;

2. Per quem habuimus accessum ad hanc reconciliationis gratiam, in quâ constanter perseveramus et de quâ gloriamur, sperantes gloriam filiis Dei præparatam.

3, 4. Non solùm autem gloriamur in spe futuræ filiis Dei gloriæ; sed etiam gloriamur et exsultamus in tribulationibus, utpote huic gloriæ affinibus; scimus enim quòd afflictio parit patientiam, patientia probationem, probatio spem;

5. Spes autem divina nos re speratâ non frustrabitur, aut frustratos pudore afficiet; quandoquidem Dei charitas et liberalitas effusa et profusa est in cordibus nostris, per Spiritum sanctum, qui datus est nobis ut hæreditatis æternæ pignus; tale pignus qui dedit, quid denegabit?

6. Præterea, ad quid Christus, pro nobis adhuc impiis, et peccatorum infirmitate languentibus, tempore præscripto mortuus est, nisi ut suam in nos charitatem ostenderet, spemque nostram firmaret?

7. Vix enim pro alio, licèt justo, quis moritur: dixi *vix*, quia pro justo, et sibi benefico, fortè quis sustinebit mori.

8. In hoc autem Deus suam in nos charitatem demonstrat admirabilem, quòd Christus pro nobis, non sanctis, sed peccatoribus; non amicis, sed inimicis suis, tempore opportuno, mortuus est.

9. Quòd si tantum beneficium præstitit impiis, quantò magis nos, nunc per ipsius sanguinem justificatos, Deoque reconciliatos, servabit ab irâ Dei in judicio?

10. Si enim nos, adhuc inimicos, Deo per mortem suam reconciliavit, multò magis reconciliatos salvabit, per vitam suam gloriosam et omnipotentem.

11. Non solùm autem gloriamur in spe gloriæ filiorum Dei, aut in tribulationibus, ad hanc gloriam conducentibus; sed et in ipso Deo, gloriæ centro; gloriamur, inquam, in Deo, ut Patre nostro, et gloriamur in Domino nostro Jesu Christo, per quem Deo reconciliati sumus, et in divinam ejus filiationem asciti; idque mirâ nostræ reparationis cum nostrâ perditione convenientiâ.

12. Quemadmodùm enim per unum hominem, Adamum scilicet, peccatum intravit in hunc mundum, et per peccatum mors, et ita omnes homines facti sunt mortales, sicut et peccatores; in Adamo enim, humani generis principio, peccaverunt omnes; ita per unum hominem, Christum scilicet, justitia, et per justitiam vita intravit in mundum.

13. Quòd in Adamo peccaverint omnes homines, et consequenter quòd ab Adami temporibus peccatum fuerit in mundo, etiam ante legem datam, licèt peccatum tunc non imputaretur, aut vix reputaretur ab hominibus suam concupiscentiam sequentibus, et legem nondùm habentibus, quæ peccati fœditatem ipsis ostenderet, patet ex morte, effectu et pœnâ peccati.

14. Ab Adamo enim usque ad Moysem, per quem lex data est, mors regnavit in omnes homines, etiam in infantes, qui propriâ voluntate non peccaverunt, sicut Adam peccavit; et qui ob solum Adæ peccatum erant peccatores, et ideò mortales, et in hoc Adamus Christi venturi, et rerum ab eo gerendarum est typus; quòd sicut Adam omnibus à se natis auctor est mortis et peccati, sic Christus omnibus à se renatis auctor est justitiæ et vitæ.

15. Magnum tamen est inter Christi gratiam et Adæ peccatum discrimen; longè plura enim bona nobis confert gratia Christi, quàm Adæ peccatum invexit mala; siquidem vitam tantùm abstulit hoc peccatum; gratia verò Christi, præter vitam redditam, multa Spiritûs sancti dona confert et ipsam immortalitatem;

16. Est et aliud discrimen, quòd per Christi gratiam à pluribus liberemur malis quàm quæ nobis intulit Adæ peccatum: etenim ob Adæ peccatum, unius tantùm originalis peccati sumus obnoxii; gratia autem Christi non ab originali tantùm justificat, sed ab omnibus aliis; sicque major effectus Christi gratiæ.

17. Et sanè, si propter unius Adæ peccatum mors per illum unum peccatorem, in omnes homines regnavit, multò majori ratione ii qui per fidem recipiunt abundantiam divinæ gratiæ, justitiæ et omnium supernaturalium donorum, regnabunt in vitâ æternâ, per unius Jesu Christi meritum, quod infinitum est, et omnem omnium peccatorum malitiam supererat infinities.

18. Sicut ergo per unius Adæ peccatum, reatus ad condemnationem in omnes homines pertransiit, sic per unius Christi justitiam, justificatio transiit à Christo in omnes homines, qui credunt in illum.

19. Nam sicut per unius Adæ inobedientiam multi facti sunt peccatores, sic et per unius Christi obedientiam, multi abhinc usque ad finem mundi constituentur justi.

20. Lex equidem inter hoc peccatum, omnium peccatorum exordium, et inter hanc obedientiam, exordium novæ justitiæ, quasi de transverso intervenit; at tantùm abest ut peccatum aboleverit, imò per eam factum est, licèt per accidens, ut magis quàm ante abundârit delictum: ubi autem occasione legis invaluit peccatum, per adventum Christi superabundat gratia.

21. Ut sicut usque ad id tempus, per universum orbem, regnavit peccatum, peccatores in mortem pertrahens, ita gratia Christi, destructo peccati regno, regnet per justitiam, quæ in vitam ducat æternam, per Jesu Christi Domini nostri merita.

COMMENTARIA.

Vers. 1. — Justificati ergo ex fide. Mirabiles hìc nostræ justificationis effectus exhibet. *Justificati*, id est, à peccatis mundati, justitiam adepti, Deo reconciliati, ejusque amici facti; *ex fide*, non per legis opera, nec per vires liberi arbitrii, sed gratis, per fidem; quæ Dei donum est; et quæ primam justitiam de condigno non meretur.

Pacem habeamus. Gr., *habemus*, ἔχομεν, Syr., *habeamus*. D. etiam Chrys., Theodoret, *habeamus*. Ad Deum. Syr., *apud Deum;* id est, erga Deum. Sensus est: Pacato et tranquillo ante Deum simus animo, et à malæ conscientiæ terroribus liberi, utpotè Deo reconciliati, *per Dominum nostrum Jesum Christum* mediatorem nostrum.

Primus itaque justificationis nostræ, seu fidei justificantis fructus, est pax, tranquillitas et fiducia conscientiæ, ex meritis et ob merita Christi Salvatoris nostri. Pro me Christus Dei Filius mortuus est: ipsius mors et mortis merita mihi per Baptismum applicata sunt; per pœnitentiam et alia sacramenta quotidiè applicantur; per actus fidei continuos mea, et mihi propria redduntur; hinc pax, serenitas, fiducia, in Christo et ob Christum.

Vers. 2. — Per quem et habemus. Gr., *habuimus*. Syr., *accessimus*; id est, qui Dominus noster Jesus Christus dedit nobis per fidem accessum et introitum in hanc justificationis gratiam.

Deus est principalis nostræ justificationis causa, Christus meritoria, fides, organum seu instrumentum quo virtus sanguinis Christi ad nos derivatur. Eadem

Vers. 1. — *Justificati ergo ex fide*, etc., *ad Deum*, id est, erga Deum, cum Deo. Monet Paulus, justificatos ex fide Christi, non ex lege, pacem habere. Sensus est: Ex fide jam justificati, illud beneficii inprimis consecuti sumus, quòd cum Deo pacem habeamus, id est, quòd Deo simus reconciliati, quòdque eum nunc habeamus placatum, quem propter peccata nostra habebamus offensum. *Pacem*, id est, amicitiam cum Deo in justificatione acceptam, *habeamus*, id est, conservemus.

Vers. 2. — *Per quem et habemus accessum per fidem in gratiam istam*, justificationis et remissionis peccatorum, ex quâ pax ista sequitur. Sensus Apostoli: Cujus operâ ac merito admissi et adducti sumus per fidem ad hanc gratiam, id est, beneficium justificationis. Porrò notandum, etsi fides sit initium et pars quædam nostræ

fides est justificationis pars, et accessus ad eam, sicut ostium est pars domûs.

In qua stamus, id est, in quâ justificationis gratiâ, stamus, consistimus, perseveramus; et gloriamur in spe gloriæ filiorum Dei. Gr. et Syr. non habent *filiorum*, sed tantùm, *gloriæ Dei*, id est, et de quâ gloriamur, sperantes gloriam filiis Dei præparatam. *Gloriamur in spe*, donec gloriemur in re.

Secundus ergo justificationis nostræ fructus est, adoptio filiorum Dei, et gloriatio in spe felicitatis æternæ, filiis Dei præparatæ. In Christi sanguine regeneratus, factus sum filius Dei; sanguis Christi mihi per baptismum et per alia Sacramenta applicatus, dat mihi jus certum ad futuram filiorum Dei gloriam; spero itaque, et firmissimè spero; et in hâc spe glorior et exsulto, quasi in re jam adeptâ, quia spes certa utpote in Christi sanguine fundata.

Vers. 3. — Non solum autem, id est, nec id solùm, seu non solùm gloriamur in spe futuræ gloriæ; sed et gloriamur in tribulationibus, quas scilicet in hâc vitâ ut Christiani patimur, et per quas nos oportet ad hanc futuram gloriam pervenire. Sicut *oportuit pati Christum..., et ita intrare in gloriam*, sic et oportet pati Christianum, et per tribulationes intrare in gloriam, *per multas tribulationes oportet nos introire in regnum cœlorum*, Act. 14. *Gloriamur*, inquam, secundùm spiritum, licèt doleat et gemat infirma caro, et *gloriamur* de *tribulationibus*, ut de bono.

Scientes, ut qui scimus, quòd tribulatio patientiam occasionaliter in nobis producit; tribulatione enim acquiritur patientia. Hæc est Dei nos affligentis voluntas; hicque divinæ gratiæ effectus.

Vers. 4. — Patientia autem probationem, id est, patientia nos reddit probatos, expertos, à vitiosis affectibus purgatos, lento scilicet tentationis igne. *In igne probatur aurum et argentum; homines verò recep-*

justificationis, rectè tamen et convenienter dici quòd per fidem habeamus accessum et ingressum ad gratiam justificationis : quomodò per ostium ingredimur domum quamvis ipsum ostium pars domûs sit. Fide velut initio justificationis, eò nos ulteriùs adduci, ut cæteris donis accedentibus simpliciter justi simus, ac Deo accepti ad vitam æternam; quemadmodùm intrando per ostium eò quis promovetur, ut sit intra domum, in aulâ, aut in conclavi.

In quâ stamus, id est, constanter, perseveramus, erecti consistimus, firmi permanemus. In quâ gratiâ, inquit, stamus, id est manemus persistimus; in quâ, id est, de quâ, etiam gloriamur sub spe et certâ exspectatione futuræ gloriæ, quæ præparata est et per hanc gratiam præstanda filiis Dei adoptivis.

Et gloriamur in spe gloriæ filiorum Dei, id est, sub spe, vel propter spem, seu quia speramus gloriam præparatam filiis Dei. Cyprianus habet : *Gloriamur in spe claritatis Dei.* Cujus tamen lectionis sensus à priori non variat. Nam gloria Dei filiis ejus adoptivis communicatur.

Primus fructus et excellentia justitiæ est pax, secundus est spes gloriæ; tertius est magnitudo animi, et lætitia in adversis ob spem gloriæ; quartus est quòd per eam efficimur Deo amici et dilecti per charitatem; quintus est quòd per eam à Deo adoptamur in filios, eoque Patre gloriamur; sextus est merces vitæ æternæ.

Vers. 3. — *Non solùm autem*, nec id solùm. Non

tabiles in camino humiliationis, Eccles. 2.

Probatio vero spem, id est, ex probatione in afflictionibus, spes constantior et securior redditur. *Deus probavit illos et invenit dignos se*, Sap. 3.

Spes autem non confundit, quia certitudinem habet, ut mox explicabitur; certitudinem scilicet moralem. Syriaca versio hos versus sic exprimit : Non ita tantùm, sed etiam in oppressionibus nostris gloriamur, ut qui cognoscamus quòd oppressio patientiam in nobis perficiat, patientia verò experientiam, experientia verò spem; spes autem pudore non afficit. Ex hâc egregiâ gradatione, quam D. Augustinus miratus est, patet quòd tribulatio viam parat ad gloriam; et ideò Christianus, qui gloriatur in spe gloriæ filiorum Dei, debet et de tribulationibus, quæ ad hanc gloriam perducunt, gloriari. Hinc

Tertius justitiæ christianæ fructus est gloria, gaudium et exsultatio in afflictionibus. Quod alios confundit et afficit tristitia, Christianum lætificat, eique dat gloriandi causam. Quare? quia fides ei afflictionem exhibet, non ut malum, sed ut bonum, utpote affinem gloriæ Dei; matrem gloriæ filiorum Dei. Afflictio parit patientiam, patientia probationem, probatio spem; spes autem divina futuræ gloriæ certitudinem habet, ut videbitur. Hinc D. Jacobus, cap. 1 : *Omne gaudium existimate, fratres mei, cùm in tentationes varias incideritis.* Hinc D. Petrus, 1 Ep. 4, 13 : *Communicantes Christi passionibus gaudete;* hinc D. Paulus, 2 Cor 4, 17 : *Momentaneum enim et leve tribulationis nostræ æternum gloriæ pondus operatur in nobis;* hinc D. Bernardus, serm. 17 in Ps. 90 : Siquidem in tribulatione spes gloriæ, imò et ipsa in tribulatione gloria continetur; sicut spes fructus in semine, sic et ipse fructus in semine est.

Vers. 5. — Spes autem non confundit, id est, spes divina, et in Dei promissis fundata, *non confundit* spe-

solùm, inquit, gloriamur de eo quod dixi, id est, de gratiâ istâ :

Sed et gloriamur in tribulationibus, id est, de afflictionibus, pressuris ac persecutionibus, quas propter hanc gratiam, id est, quia Christiani sumus, patimur. Gloriamur, inquam, de iis secundùm spiritum, tanquàm de magno bono, licèt infirma caro doleat. Nam tribulationes summoperè confirmant spem electorum, quam habent de gloriâ futuri seculi.

Scientes quòd tribulatio patientiam operatur, loquitur de justis constantibus et cordatis, qui ex tribulatione robustiores et perfectiores evadunt; non de timidis et levibus, qui tribulationi cedunt et succumbunt. Tribulatio patientiam operatur, quia nobis proficit ad patientiam

Vers. 4. — *Patientia autem* (operatur) *probationem*, quia reddit eum qui affligitur, probatum et exploratum, ut cognoscat quanti Deum et cœlestia faciat, simulque eum magis ac magis repurgat ab affectibus vitiosis.

Probatio verò (operatur) *spem*, id est, spei robur et vigorem. Ita S. Chrysost. et Anselm. Probatio verò spem gignit, excitando eam et augendo. Qui enim jam expertus est se nullis adversis à justitiâ et veritate fidei dimotum esse, etiamsi variè tentatus sit, mirum in modum erigitur animo in spem gloriæ cœlestis.

Vers. 5. — *Spes autem non confundit*, id est, non solet pudefacere, quia scilicet sperantem non frustra-

rantem, pudore non afficit. Deus enim in se sperantem non fallet unquàm, nec eum re speratâ frustrabitur. Unde hoc nosti? et unde tibi hæc certitudo? Ex amore Dei mihi ex duobus manifesto: 1° ex eo quòd nobis Spiritum sanctum suum dedit; ex eo quòd unigenitum Filium suum pro nobis adhuc peccatoribus in mortem tradidit. Et hæc duo sunt spei christianæ fundamenta; et illius firmissimæ certitudinis argumenta, quibus hìc utitur Apostolus, ad firmandam spem nostram: primo quidem argumento in hoc v. 5; secundo autem à v. 6 usque ad 11.

Spes non confundit. Quare? *quia Dei*, in quem speramus, *charitas* et liberalitas in nobis *effusa* et profusa *est per Spiritum sanctum*, *qui datus est nobis*, et quo divinæ naturæ consortes facti sumus, amici Dei, filii Dei, omnibusque gratiis et virtutibus ditati.

Per Spiritum sanctum qui..... Potest quidem intelligi visibilis Spiritûs sancti communicatio, facta apostolis et primis Christianis; sed debet etiam intelligi invisibilis Spiritûs sancti communicatio facta nobis per baptismum et alia sacramenta; tunc enim datur Spiritus sanctus, qui per charitatem sanctificat animam, eamque virtutibus ornat, et in eâ sanctificatâ et ornatâ habitat tanquàm in templo.

Duplex itaque fit nobis donum in justificatione; Spiritus sanctus, increata charitas, et charitas creata.

tur, nec fallit, sed eum certò perducit ad assecutionem rei speratæ à Deo. Spes, inquit Bernardus, serm. 57 in Cant., non confundit, quia infundit certitudinem; per hanc enim ipse Spiritus testimonium perhibet spiritui nostro quòd simus filii Dei. Denique spem charitate formatam intelligi, docet probatio sequens.

Quia charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum, qui datus est nobis. Quod dixi spem nos non confundere, patet utique ex charitate quam Deus nobis copiosè exhibuit, effundendo in nos Spiritum sanctum, tanquàm pignus hæreditatis promissæ, per multiplicia dona quæ nobis impertivit; nam ex acceptis confirmamur et certi reddimur de futuris. Quæres, quænam hìc intelligatur charitas Dei? S. Chrysost., Theophyl., Ambros., Cajetan. et Toletus, respondent, quòd charitas Dei sit charitas quæ est in ipso Deo, quâ Deus nos diligit: hæc *diffusa* vel effusa *est in cordibus nostris*, quia in iis efficit charitatem, gratiam, omniaque dona et virtutes Spiritûs sancti. Secundò, S. August., Bernard., Anselm., et passim doctores scholastici, imò concil. quoque Trid., sess. 6, c. 7, charitatem Dei, hìc intelligunt non eam quæ est in ipso Deo increata et æterna, sed eam quæ est in nobis à Deo creata et donata in tempore, quam scilicet Deus nobis infundit, ut eum diligamus; illa enim propriè diffundi vel effundi dicitur, q. d. Paulus: Spes æternorum non confundit nos, quia charitatem habemus, quâ Deum diligimus, sumusque Dei amici; Deus autem amicos suos in se sperantes non confundet, imò verò iisdem diligentibus se hæc sperata æterna bona præparavit. Augustinus ita scribit: Charitas Dei dicta est diffundi in cordibus nostris, non quâ nos ipse diligit, sed quâ nos facit dilectores suos; sicut dicitur justitia Dei, quâ nos justi ejus munere efficimur, et Domini salus, quâ nos salvos facit. Plenissimè erit sensus, si charitatem Dei utramque accipias, scilicet creatam et increatam, et de utrâque hunc locum explicat Origen., Theodor., Œcum. et D. Thomas; q. d. Paulus: Charitas Dei increata effudit se per charitatem creatam à se diffusam et effusam in cordibus nostris. Nam charitatis Dei in cor-

Increata quippe Dei charitas sese effundit per charitatem creatam à se diffusam in cordibus nostris. Et hæc utraque charitas, hoc utrumque donum est primum spei nostræ fundamentum, seu filiorum Dei gloriam firmissimè speramus, quia Spiritum sanctum pignus hæreditatis æternæ recepimus.

Vers. 6. — Ut quid enim Christus..... En secundum divini in nos amoris testimonium et spei nostræ fundamentum, mors Christi pro nobis adhuc peccatoribus. *Ad quid enim*, subaudi, nisi ut suam erga nos Deus charitatem ostenderet, spesque nos non confunderet, *Christus*, ex præscripto Patris, pro nobis adhuc *impiis* et peccatorum infirmitate languentibus, tempore constituto, exactis Danielis hebdomadibus, mortuus est.

Vers. 7. — Vix enim pro justo quis moritur..... Vix enim pro alio, licèt justo, quis moritur. Nam pro bono, etc.; dixi *vix*, quia *pro justo*, et sibi benefico, fortè quis sustineat vitam exponere. Bonus hìc est beneficus, benefactor.

Vers. 8. — Commendat autem charitatem..... In hoc autem Deus summam suam in nos charitatem demonstrat et illustrem reddit; quod Christus pro nobis, non justis, sed peccatoribus; et ideò suis inimicis *mortuus est*. Duo perpende: primum quòd mortuus est; secundum, quòd pro inimicis.

dibus nostris effusio, secundùm effectus divinæ erga nos charitatis intelligi debet, id est, secundùm dona Spiritûs sancti nobis collata ac nobis inhærentia; quemadmodùm ipse Paulus exponit, cùm addit: *Per Spiritum sanctum qui datus est nobis* Unde fit consequens in nobis esse et cordibus nostris inhærere charitatem reciprocam erga Deum. Nam præcipuè dari nobis dicitur Spiritus sanctus propter donum charitatis, quod et cæteris Spiritûs sancti charismatis excellentius est, et maximè necessarium.

Vers. 6. — *Ut quid enim Christus*, etc. Sensus est, Christi tantam erga nos fuisse charitatem, ut pro nobis quando adhuc eramus infirmi, hoc est, variis peccatorum languoribus detenti, et proindè etiam impii, id est, injusti et peccatores, mori non dubitaverit tempore à patre constituto. Tanta est Dei charitas erga nos, ut dederit nobis Spiritum sanctum, quo ex inimicis facti sumus amici; igitur non frustrabit nos spe promissionis æternæ gloriæ, quia si, cùm adhuc peccatores essemus, adeò nos dilexit Christus, ut pro nobis mortem oppeteret, quantò magis nobis jam justificatis et amicis præstabit cætera quæ promisit?

Vers. 7. — *Vix enim pro justo quis moritur*, Græcè *morietur*, id est, mori paratus sit. Vix reperiri aliquem inter mortales qui pro justo homine liberando velit se dare in mortem.

Nam pro bono forsitan quis audeat mori. Dico vix reperiri qui pro justo moriatur; non simpliciter nego reperiri, quia forsitan reperiatur aliquis qui id faciat, id est, pro justo et bono homine etiam mori audeat, sustineat, in animum inducat.

Vers. 8. — *Commendat autem charitatem suam Deus in nobis* (in nos, erga nos), *quoniam cùm adhuc peccatores essemus, secundùm tempus Christus pro nobis mortuus est.* Ecce hæc est charitas Dei et Christi in nos. Sensus: Magna quidem charitas apud homines æstimatur, si, quod rarissimum est, pro justo aut bono quis oppetat mortem. At Deus suam erga nos charitatem commendat ac testatam facit, atque humanâ charitate longè majorem ostendit in eo quod pro nobis injustis et peccatoribus Christum Filium suum mori voluit.

VERS. 9. — MULTO IGITUR MAGIS, NUNC.... *Multò magis igitur* per ipsius sanguinem, fide nobis applicatum, *justificati*, per ipsius merita servabimur AB IRA DEI, in judicio.

VERS. 10. — SI ENIM CUM INIMICI ESSEMUS..... Si enim adhuc inimicos, Deo, per mortem nos reconciliavit, multò magis reconciliatos salvabit per vitam suam gloriosam. Perpende antithesin inter amicos et inimicos, inter mortem et vitam. Vita continet omnipotentiam Christi, cui *omnis potestas data est*. Si ergo mortalis adhuc Christus, pro nobis inimicis suis, tanta fecit et passus est, quid vivus, gloriosus et omnipotens, non faciet pro suis amicis et filiis? certissimè perficiet quod cœpit; salvabit in æternum quos in tempore reconciliavit. *Spes non confundit;* hanc certitudinem mihi præbet immensus in me amor Dei.

Mirus est hic locus ad firmandam spem nostram, præcipuè ob immensitatem charitatis Dei et Christi pro nobis: vix D. Paulus ex illo potest exire et sibimet ipsi satisfacere, de hâc charitate cogitans et loquens. Hæc charitas, inquit, omnem superat charitatem; inter homines enim vix est ullus qui mori velit pro homine sancto, etiam benefactore; Christus autem homo Deus, pro nobis peccatoribus et inimicis suis mortuus est, et cruentè et ignominiosè mortuus est. Tanta passus pro peccatoribus et inimicis, quid non faciet pro reconciliatis et amicis? Si per mortem reconciliavit peccatores, quid vivens, gloriosus, omnipotens, non faciet, ut pretio sanguinis sui reconciliatos salvet in æternum? Hinc quis christianus, in sanguine Christi justificatus non speret? quis Christo non dicat: *Tu es, Domine, spes mea;* in te totum spero: et in mortem tuam, et in vitam tuam spero: mors tua reconciliatio mea est; vita tua gloriosa, salus mea erit; per mortem tuam Deo reconciliatus, spero et quòd per vitam tuam salvabor in æternum.

VERS. 11. — NON SOLUM AUTEM; SED ET GLORIAMUR IN DEO..... Non solùm autem, supple, *gloriamur in spe gloriæ filiorum Dei*, et in tribulationibus ad hanc gloriam conducentibus, ut v. 3 dictum est: huc enim redit oratio. *Sed et* in ipso *Deo*, gloriæ fonte et centro, *gloriamur*, *in Deo*, inquam, *gloriamur per Dominum nostrum Jesum*, *per quem* sumus cum Deo reconciliati.

Gloriamur ergo quòd cum Deo reconciliati sumus, et quia illum jam habemus Patrem, amicum, supra modum dilectorem. *Gloriamur* et quòd, per Christum mediatorem nostrum, Deo reconciliati sumus, seu quia talem et tantum habemus reconciliationis auctorem.

Quartus hic est justificationis effectus, gloriatio in Deo Patre nostro, et in Jesu Christo, reconciliatore nostro; reconciliatore, inquam, nobilissimo, beneficentissimo, omnium cœlestium benedictionum mediatore. Vide Ephes. 1, 3.

VERS. 12. — PROPTEREA SICUT PER UNUM HOMINEM..... *Propterea*, hæc particula sermonem jungit cum eo quòd proximè dixit: *Per quem reconciliationem accepimus*, causamque reddit, cur tali et tanto reconciliatore indigebamus.

Apostolus itaque de nostrâ cum Deo reconciliatione agens, rem, ab altiori principio repetit, seu originalem corruptionis nostræ causam ostendit, Adæ scilicet peccatum; ut nostræ reparationis auctorem Christum, omnis justitiæ fontem, ostendat.

Ac 1° comparat gratiam Christi cum peccato Adæ, ostenditque in hoc utrumque convenire, quòd utrumque ab uno homine in omnes pertransiit. *Propterea*, id est, propterea quòd, quia, nam, *sicut per unum hominem*, Adamum, scilicet, ut v. 14 explicat, PECCATUM originale, et tota series peccatorum actualium ex originali secuta, INTRAVIT IN MUNDUM, id est, in homines incolas mundi, ET PER PECCATUM MORS corporalis, et aliæ pœnæ IN OMNES HOMINES pertransierunt; IN QUO,

VERS. 9. — *Multò igitur magis nunc justificati in sanguine ipsius, salvi erimus ab irâ per ipsum.* Si enim mortuus est Christus ut nos peccatores justificaret, ergo multò magis postquàm per ejus sanguinem, id est, passionem quâ suum sanguinem profudit, justificati sumus, per ipsius ejusdem merita servabimur in extremo judicio ab irâ divinâ, id est, vindictâ et punitione in impios exercendâ.

VERS. 10. — *Si enim cùm inimici essemus*, etc. Quod dicit *in vitâ ipsius*, mihi sensus videtur: Filio ipsius jam vivente, nec ampliùs moriturò, præsertim cùm ad dexteram ipsius sedens etiam interpellet pro nobis. Diversis præpositionibus usus est Apostolus, dicendo, *per mortem*, *in vitâ*, quia in priori pretium significatur et meritum redimentis; in posteriori status ejusdem feliciter regnantis, ad quem per suam passionem et mortem evectus est, id est, vita immortalis et gloriosa. Tanquàm dicat Apostolus: Si nos inimicos reconciliavit Patri Christus patiens et moriens, quantò magis reconciliatos salvabit vivens et regnans?

VERS. 11 — *Non solum autem*, reconciliati; *sed et gloriamur in Deo*, etc. *Gloriamur*, Græcè, *gloriantes*, ut participium participio respondeat; non solùm reconciliati, sed et gloriantes. Gloriamur, inquam in Deo, vel ut Patre, cujus filii facti sumus adoptione per gratiam reconciliationis; vel ut omnis nostræ justitiæ, reconciliationis et renovationis auctore. Sic enim in Deo gloriandum esse passim docet et hortatur Apostolus.

VERS. 12. — *Propterea sicut per unum hominem peccatum in hunc mundum intravit.* Sicut per Adam sumus in peccatum lapsi, ita per Christum ad justitiam reducti. Intendit Apostolus comparare primum hominem cum secundo, id est, Adam cum Christo, ut si dicas: Sicut Adam nocuit humano generi, ita Christus profuit. *Propterea*, quia scilicet tantâ charitate, ut jam ostendi, nos Christus amavit, ut suâ morte reconciliaret nos Patri. Pergit enim hìc Apostolus ostendere magnitudinem charitatis Christi erga homines, q. d.: *Propterea*, id est, jam ut ampliùs declarem, charitatem Christi in homines, propterea dico eum esse secundum Adam, eumque, propter charitatem et beneficia in homines collata, magis nostrum esse parentem, quàm fuerit Adam; cùm hìc mortis, Christus verò vitæ sit auctor filiis suis omnibus.

Et per peccatum mors, scilicet intravit in mundum: mortem corporis intelligit. Sicut enim Adam per peccatum non solùm secundùm animam, sed etiam secundùm corpus in deterius mutatus est, ita in omnes posteros eamdem utramque corruptionem transmisit.

Et ita in omnes homines pertransiit, *in quo omnes peccaverunt. In quo*, id est, in Adam. Dicuntur autem omnes peccâsse in Adam, tanquàm in principio et radice totius generis, quoniam in lumbis ejus erant,

scilicet Adamo, Gr. ἐφ' ᾧ masculini generis; ἁμαρτία, peccatum, feminini; hinc in Græco nulla æquivocatio; *in quo* igitur Adamo, tanquàm in fonte et principio humani generis, OMNES PECCAVERUNT. Ecce primum comparationis membrum ab Apostolo positum; at impetu spiritûs abreptus, alterum comparationis membrum differt usque ad v. 18 : *Igitur sicut per unius delictum*, etc.; ibi enim absolvitur comparatio. Agnoscendum est igitur hìc hyperbaton, quo per longam parenthesim Apostolus et peccati originalis universalitatem confirmat, et institutæ comparationis dissimilitudines recenset.

2° Confirmat omnes in Adamo peccavisse, seu quod dixit in v. 12 : *In quo omnes peccaverunt.*

VERS. 13. — USQUE AD LEGEM ENIM PECCATUM ERAT; id est, ab Adamo *usque ad legem* exclusivè, seu ante legem datam, *peccatum* tam originale, quàm actuale *fuit in mundo.*

PECCATUM AUTEM NON IMPUTABATUR. Gr., *non imputatur, non existente lege.* Juxta quam lectionem sensus est: Ubi non est lex, ibi peccatum non imputatur. Sed Syriaca versio sicut et nostra habet, *non imputabatur;* Æthiop. et Arabica, *non reputabatur;* id est, vix reputabatur, vix existimabatur ab hominibus solam naturam et concupiscentiam sequentibus et legem nondùm habentibus, quæ peccati fœditatem ipsis ostenderet. Vel cum aliis, *non imputabatur* à Deo ad tantam pœnam; ita Gagnæus; seu *non imputabatur* tam graviter, cùm lex scripta non esset, ut ait Dionys. Carthusianus.

VERS. 14. — SED REGNAVIT MORS AB ADAM. Probat ex effectu et pœnâ peccati, morte scilicet, quòd omnes etiam ante legem erant obnoxii peccato.

Regnavit mors, et ne fortè excipias infantes à peccato, quia rationis nondùm compotes, addit : ETIAM IN EOS, QUI NON PECCAVERUNT, peccato actuali, seu propriâ voluntate, sicut Adam; sola itaque mortis illorum causa fuit peccatum originale.

Argumentum ergo Apostoli hoc est : Mors, quæ est pœna, effectus et comes individua peccati, erat in mundo ante legem, et regnabat ab Adamo in omnes homines, etiam in illos qui actu non peccaverant, sicut Adam; ergo peccatum, quod est causa mortis, erat in omnibus hominibus, etiam infantibus, ante legem; licèt tunc non reputaretur ab hominibus, naturæ corruptionem et solam concupiscentiam sequentibus; seu licèt minùs à Deo imputaretur, utpote nondum lege positivâ expressè prohibitum. Et ne dicatur fuisse peccatum actuale, addit mortem tunc regnâsse, *etiam in eos qui* actu *non peccaverunt*, sicut Adam, id est, in infantes; ergo ob solum peccatum originale. Græcus textus et omnes versiones Syr., Arab., Æthiop., habent : *Qui non peccaverunt.*

IN SIMILITUDINEM PRÆVARICATIONIS ADÆ, id est, peccato aliquo actuali, sicut Adam, QUI EST FORMA FUTURI. Gr. : *Typus illius futuri;* Syr. : *Qui est typus ejus qui erat futurus*, id est, qui Adamus erat typus et figura Christi venturi et rerum à Christo gerendarum. Similes equidem sunt, sed in contrarium, Adamus et Christus; ùterque caput et origo; ille peccati, hic gratiæ; ille mortis, hic vitæ; ille damnationis, hic salutis et gloriæ.

Adamus peccando posteritatem suam perdidit: Christus moriendo genus humanum reparavit. Adamus ergo, sui in nos peccati transfusione, figurabat Christi justitiæ in nos transfusionem, quemadmodùm inquit D. Chrys. Adamus omnibus à se (etiamsi de ligno non comedissent) auctor mortis exstitit, ejus, quæ ob cibum illum introducta est : sic et Christus omnibus à se quamvis justè non agentibus, justitiæ tamen conciliator exstitit ejus, quam omnibus nobis per crucem largitus est.

quando ille peccabat. Unde S. Augustinus : In quo, inquit, omnes peccaverunt, quando omnes ille unus homo fuerunt.

Apostolus ait peccatum intrâsse per Adam, sicut justitia intravit per Christum : Per unum hominem, puta Christum, fuit justitia in mundum ingressa, et per justitiam vita. Itaque vita in omnes pertransiit, in quo omnes justificati et vivificati sunt, quicumque ex Christo per baptismum et gratiam renati sunt.

VERS. 13. — *Usque ad legem enim peccatum erat in mundo;* de peccato generaliter loquitur, ut etiam actualia comprehendat; quorum omnium fons et fomes est originale peccatum, sive ea sint transgressiones, sive non. Non solùm tempore legis, quando manifesta est transgressio, verùm etiam ab initio usque ad tempus quo lex data est, peccatum erat in mundo.

Peccatum autem non imputabatur, cùm lex non esset. Negat Apostolus sine lege peccatum imputari, non simpliciter; sic enim ante legem justi fuissent omnes, juxta illud : *Beatus vir cui non imputavit Dominus peccatum;* sed imputati ad transgressionem. Quia, sicut dictum est cap. superiori, ubi non est lex, nec prævaricatio. Sed quæres : Si non imputabatur peccatum ante legem, quomodò tam graviter à Deo punitum legitur, ut nunc mundum diluvio deleret, nunc Pentapolim incendio subverteret, Cain vagus et profugus esset super terram, etc.? Responsio patet ex dictis. Nam puniti fuerunt hi omnes, non ob transgressionem legis alicujus à Deo positæ (neque enim data erat lex), sed propter violata jura naturæ peccatis tam magnis, tamque manifestis, ut ultionem provocarent ejus qui auctor est naturæ.

VERS. 14. — *Sed regnavit mors ab Adam usque ad Moysen.* Quamvis, inquit, ante legem peccatum non imputabatur, erat tamen in mundo, et propter hoc mors ob peccatum invecta regnavit, id est, grassata est, tyrannidem exercuit in genus humanum, etiam toto eo tempore quod legem datam antecessit. Id enim est *ab Adam usque ad Moysen.* Nam per peccatum mors, sive illud imputetur, sive non.

Etiam in eos qui non peccaverunt in similitudinem prævaricationis Adæ. Id est mors regnavit etiam in eos qui non peccàrunt actu, uti fecit Adam, puta in infantes; ex morte enim infantium, rectè colligit Apostolus eorumdem peccatum; quod cùm non possit esse actuale, sequitur debere esse originale contractum ex Adamo.

Qui est forma futuri. Qui Adam est forma futuri, id est, figuram gerit ejus qui venturus erat, scilicet Christi, quem alibi vocat novissimum Adam, 1 Corinth. 15. Sunt enim Adam et Christus velut duo principia mutuò opposita respectu hominum. Per Adam enim peccatum et mors intravit in mundum; per Christum justitia et vita. Sicut Adam solus totam posteritatem peccando perdidit, ita Christus solus moriendo reparavit.

Vers. 15. — Sed non sicut delictum. Dixit versu 14 Adamum fuisse typum Christi, quia sicut ille omnibus à se natis auctor est mortis, ita Christus omnibus à se renatis, auctor est vitæ. Ecce similitudo. Nunc affert dissimilitudines : nec enim, ut ait D. Chrysostomus, paria sunt peccatum et gratia, mors et vita, diabolus et Deus; sed horum discrimen infinitum.

Sed non sicut delictum. Gr., παράπτωμα, casus, ruina, offensa Adami. Syr. : At *non ut lapsus;* ita et donum. Gr.: χάρισμα, gratia, beneficium, redemptio Christi.

Si enim unius, scilicet Adami, delicto multi, id est, omnes, ut v. 18 explicat, mortui sunt, id est, facti sunt mortales; multo magis, id est, multò copiosiùs, gratia et misericordia Dei, in gratia unius hominis, id est, in gratiam unius hominis. Syr. : *Propter unum hominem Jesum Christum;* in plures, Gr., *in multos.* Syr., *in multos;* abundavit, quos facit pro æternitate immortales.

Nota quod *plures*, Gr. πόλλους, *multos*, non est hìc comparativum πλείστους; et *multò magis* non significat multitudinem eorum qui Christi gratiæ participes fiunt, quasi plures Christi gratiam habeant quàm Adæ peccatum; sed significat copiam beneficiorum Christi, scilicet Spiritûs sancti dona, justitiam, perseverantiam in gratiâ; denique vitam æternam.

Primum itaque discrimen inter gratiam Christi et Adæ peccatum, est quòd longè abundantior sit Christi gratia, seu plura conferat bona, quàm peccatum Adæ invexerit mala. Minùs nocuit Adamus quàm profuit Christus, siquidem Adæ peccatum vitam tantùm abstulit; gratia verò Christi, præter vitam redditam, multa Spiritûs sancti dona, et immortalitatem ipsam confert. De his rursùs infra, v. 17.

Vers. 16. — Et non sicut per unius delictum. Gr. : *Per unum peccantem;* Syr. : *Neque ut delictum unius*, id est, nec ita se habet donum Christi, ac peccatum Adami. Non enim sicut Adamus, per unum peccatum omnes infecit, ita Christus ab hoc uno tantùm peccato justificat, sed à multis et à variis peccatorum generibus.

Est altera dissimilitudo. Præcellit gratia Christi, in eo quòd ab omnibus peccatis, non tantùm originali, sed et actualibus liberat, cùm ob unius Adæ peccatum, unius tantùm originalis peccati simus obnoxii; sicque Christi gratia potentior ad salvandum, quàm Adæ peccatum ad perdendum.

Nam judicium, id est, sententia Dei condemnatoria, ex uno Adæ peccato; gratia autem Christi justificat non tantùm ab hoc Adæ peccato, sed et ab omnibus aliis.

Vers. 17. — Si enim unius delicto mors regnavit per unum. Syr. : *Nam si propter delictum unius regnavit mors, multò magis ii* qui accipiunt multitudinem illam gratiæ, et doni, et justitiæ, in vitâ regnabunt per unum Jesum Christum.

Repetit quod v. 15 dixit, sed repetit cum expressiori similitudine et dissimilitudine; similitudine quidem regni, oppositione verò mortis et vitæ : sicut enim Adamus regnum mortis invexit in mundum, ita Christus regnum vitæ induxit; in quo summa est abundantia gratiæ, justitiæ et omnium donorum; quam abundantissimam gratiam qui acceperint, regnabunt in æternum.

Duo sunt hominibus magna et gratissima, scilicet vita et regnum; immortalitas et summus honor. Hæc duo Christus dabit omnibus justis; quippe *regnabunt in perpetuas æternitates.*

Vers. 18. — Igitur sicut per unius delictum. Syr. : *Sicut ergo propter delictum unius exstitit condemnatio in omnes homines*, ita propter justitiam unius futura est justificatio ad vitam omnibus hominibus.

Hìc tandem, post longam parenthesim, in quâ institutæ comparationis quasdam ostendit disparitates, redit ad id quod incœperat, v. 12; ibi incœpit : *Propterea sicut*, etc.; hìc *igitur sicut*, etc., id est, *sicut per*

Vers. 15. — *Sed non sicut delictum, ita et donum;* non similiter, inquam, è contrario comparata, id est, peccatum Adæ in malum, et gratia Christi in bonum; cùm hæc illo sit multò potentior et efficacior. *Delictum* hìc et in sequentibus vocat quod superiùs *peccatum.* Huic delicto et offensæ opponit gratiam, donationem et gratuitum beneficium Christi, scilicet ejus redemptionem, satisfactionem, meritum gratiæ et remissionis peccatorum; ex quo, quasi causâ, manat effectus, donum gratiæ et justitiæ nobis inhærens, q. d. : Parvus fuit et exiguus casus et ruina Adæ præ reparatione et gratiâ Christi, quia bona et beneficia Christi longè potiora et efficaciora sunt peccato Adæ.

Si enim unius delicto multi mortui sunt, multo magis gratia Dei, et donum in gratiâ (per gratiam) *unius hominis Jesu Christi in plures abundavit.* Nam per unius quidem hominis delictum seu transgressionem multi, id est, omnes ex eo propagati, mortem incurrunt; verùm multò magis per gratiam unius hominis Jesu Christi, id est, propter ejus merita, Deus in multos, scilicet omnes electos, vel omnes ad Christum pertinentes, gratiæ suæ dona largiter effundit.

Vers. 16. — *Et non sicut per unum peccatum*, supple, Adam infecit omnes, *ita et donum*, supple, Christi, ab uno tantùm peccato liberat, sed à multis, quæ posteri peccato Adæ addiderunt, et addent. Ita Theophylactus.

Nam judicium quidem ex uno in condemnationem; gratiæ autem ex multis delictis in justificationem. Judicium, id est, reatus, scilicet fluxit ex uno peccato Adæ in condemnationem, ut omnes etiam parvuli essent obnoxii condemnationi, id est, pœnæ damni, etsi non sensûs, ut docent plerique scholastici. E contrario beneficium et gratia Christi ex multis delictis processit ad justificationem, ut scilicet non ab uno, sed à multis, imò ab omnibus peccatis nos justificaret. Opponit Paulus gratiam et reatum; rursùm, justificationem et condemnationem.

Vers. 17. — *Si enim unius delicto mors regnavit per unum*, etc. *In vitâ regnabunt*, q. d. : *Adam* invexit regnum mortis, Christus verò eminentiùs, et gratiâ, justitiâ, bonisque omnibus abundantiùs invexit regnum vitæ, in quo nos reges fecit, ut vitam hìc gratiæ divinam, et postea sine morte æternam et gloriosam adipiscamur in cœlis. Ita Theophylactus. Nota : non dicit Paulus : Vita regnavit, sicut dixit : Mors regnavit, quia suaviùs et gloriosiùs sonat, *justificati regnabunt in vitâ per Christum*, quàm si dixisset : Vita regnabit in justificatis per Christum.

Vers. 18. — *Igitur sicut per unius delictum in omnes*

unius Adami *peccatum*, reatus *ad condemnationem* pertransiit *in omnes homines*, SIC PER UNIUS Christi JUSTITIAM, justificatio transiit à Christo IN OMNES HOMINES, qui credunt in ipsum. Sicut enim ad contrahendum Adæ peccatum, necesse est ab Adamo nasci, sic ad justitiam Christi participandam, necesse est in Christo spiritualiter renasci, per baptismum scilicet, in quo resurgimus à morte peccati in Adamo contractâ, ad vitam gratiæ, justitiæ et gloriæ.

VERS. 19. — SICUT ENIM PER INOBEDIENTIAM. Quia hæc doctrina magni momenti est, et quasi christianæ doctrinæ caput; hinc eam aliis verbis repetit, MULTOS hìc dicens, quos antea dixit, OMNES; et præsens durabile, exprimens per futurum, CONSTITUENTUR, abhinc scilicet usque ad finem mundi. Ex hoc v. colligitur quòd Adæ peccatum fuerit inobedientia; nec obstat quòd dicatur Eccles. 10, 15 : *Initium omnis peccati superbia*, quia ut ibidem dicitur, *initium superbiæ hominis apostatare à Deo ;* id est, prima pars superbiæ consistit in eo quòd homo nolit Deo subjici, ejusque præcepta servare. Itaque Adæ peccatum fuit inobedientia, non secundùm actum exteriorem, ut ait hìc D. Thom., sed secundùm interiorem motum superbiæ, quo voluit præcepto divino contra ire.

Hinc sequitur quòd inobedientia sit peccatum universale et in omnibus peccatis reperiatur. Ex eodem v. colligitur quòd in Christo vera fuit obedientia, quâ se Patris sui, ut superioris, præcepto subjecit; ac consequenter datum fuit illi à Patre moriendi præceptum; *factusque est obediens usque ad mortem.* Nec obstat quòd dicatur mortuus ex charitate, quia, ut ait idem S. Thomas, hoc ipsum quòd obedivit, processit ex dilectione quam habuit ad Patrem et ad nos.

Obedientia Christi fuit perpetua, et per omne vitæ tempus; hinc in singulari numero exprimitur.

PRIMA OBSERVATIO DOCTRINALIS.

Animadverte quomodò catholicam fidem de peccato originali, ab omnibus hominibus etiam infantibus contracto, ita stabiliat Apostolus, ut et omnia hæreticorum subterfugia occludat.

Per unum hominem, Adamum, omnium hominum patrem et caput, *peccatum*, scilicet originale; hinc in singulari numero expressum, ait D. Thomas; *intravit in mundum*, in homines mundi incolas; et ne per peccatum, intelligas peccatum metonymicè, seu pœnam peccati, id est mortem, addit : *Et per peccatum mors.* Ergo per peccatum supra non intellexit mortem, sed peccatum propriè dictum, quod est causa mortis. Ne etiam dicas peccatum intrâsse et pertransiisse *in omnes homines*, per solam imitationem, non per propagationem naturalem; Apostolus multoties affirmat peccatum intrâsse in mundum per Adamum, sicut justitia per Christum intravit; atqui justitia non imitatione tantùm, sed propriè et per se, et per regenerationem in Christo nobis communicatur; ergo pari modo *peccatum in mundum intravit* per Adamum.

In quo omnes peccaverunt, id est, in quo uno homine tanquàm in capite *omnes homines*, ex decreto Dei, moraliter inclusi et contenti, *peccaverunt.* Equidem, illud *in quo*, aliqui non tantùm recentiores, ut Erasmus, Grotius, sed et antiquiores, v. g., D. Chrysostomus, vertunt *quatenùs*, *in quantùm.* Sed præterquàm quòd hæc expositio non est æquè litteralis, non impedit quin ex hoc textu colligatur peccatum originale; quomodò enim *omnes homines*, etiam infantes *peccaverunt*, nisi in Adam patre suo ?

Manet ergo catholica veritas, quòd omnes homines etiam infantes, in Adamo, radice, parente, ac principio suo peccaverunt; et ita definitum est in concilio Arausicano, Milevitano et tandem Trident., sess. 5, c. 4. Adamus quippe pater et princeps noster, omnes homines continebat et repræsentabat; omniumque hominum voluntates sic erant, ex Dei decreto, in Adami voluntatem transfusæ, ut ipso Adamo peccante censeamur omnes peccavisse.

Excipe Christum Dominum, Redemptorem nostrum, et propter ipsum excipe B. Deiparam Virginem, primogenitam redemptionis Filii sui filiam, ut ait S. Bernardinus.

SECUNDA OBSERVATIO DOCTRINALIS.

Adverte quomodò D. Paulus ita fidem circa peccatum Adæ doceat, ut circa illud nihil curiosum aut incertum dixerit. Duo tantùm nos docet Apostolus : primum, quòd per Adamum *peccatum intravit in mundum ;* secundum, quòd per Adæ peccatum, *mors transiit in omnes homines.*

Utinam tanti doctoris imitemur sobrietatem, nec in incertis et inutilibus quæstionibus tempus teramus, iis contenti quæ docuit Spiritus sanctus, et quæ Ecclesia definivit, scilicet : Quòd *Deus creavit hominem inexterminabilem ;* seu, ut est in Græco, ad immortalitatem, id est, ut esset immortalis, si Deo paruisset et in rectitudine et innocentiâ, in quâ creatus fuerat, perseverâsset. *Invidiâ autem diaboli peccatum intravit, et per peccatum mors regnavit in orbe terrarum*, Sap. 2, v. 23. De Evâ nihil dicit Apostolus, sed de Adamo, quem solùm comparat et opponit Christo, quia licet prima peccârit Eva, Adamus tamen primaria causa fuit peccati originalis, sicut et generationis. Unde quasi certum videtur quòd si non peccâsset Adam, Eva suum ad nos peccatum non tranfudisset. Illa enim

homines, supple, reatus pertransiit, *in condemnationem*, *et sic per unius* (Christi) *justitiam*, id est, meritum, quod est causa nostræ justificationis et justitiæ, *in omnes homines*, supple donum et beneficium Christi pertransiit, scilicet in omnes homines, qui sunt ex parte Christi, ad efficiendam in eis justitiam quâ perducantur ad vitam æternam; ac si dixisset, ad justificationem vitalem seu vivificam. *In justificationem vitæ*, quâ à morte peccati ad vitam gratiæ et gloriæ revocamur.

VERS. 19. — *Sicut enim per inobedientiam unius hominis* (Adæ) *peccatores constituti sunt multi* (omnes Adæ posteri), *ita per unius* (Christi) *obeditionem justi constituentur multi*, omnes scilicet qui ex Christo per fidem et gratiam renascuntur. Adverte hìc quis et quantus fuerit fructus unius obedientiæ, et unius inobedientiæ. Nota etiam Apostolum id quod priùs *peccatum* et *justitiam* dixerat, nunc *inobedientiam* vocare : ex quo intelligitur de actuali peccato Adæ deque actuali justitiâ Christi. Paulum fuisse locutum.

non erat typus Christi, ut falsò dixit Ambrosiaster, sed Adamus.

TERTIA OBSERVATIO DOCTRINALIS.

Adverte quomodò in præcedentibus versibus Apostolus comparet, opponat gratiam Christi cum Adæ peccato, hancque illi præponat; ob id, ait D. Chrys., voci huic, *unus*, *unius*, sursùm ac deorsùm insistit.

Ex uno facto, apud Judæos noto et recepto, aliud factum probat, quod Judæi recipere recusabant. Nimirùm, ex omnium hominum condemnatione, ob unius Adæ peccatum, probat omnium hominum, ex unius Christi Domini meritis justificationem, utpote Deo convenientem et creditu nobis faciliorem. Igitur si factum fuit illud, multò magis et hoc; id est, *si unius delicto mortui sunt omnes*, *multò magis* et convenientiùs, *ut unius hominis gratiâ* vivant omnes.

Est ergo hæc similitudo inter Adamum et Christum, quòd sicut Adam omnes perdidit, Christus omnes reparavit. Est autem dissimilitudo multiplex: prima, quòd Adam unicum peccatum nobis transmisit; Christus ab omnibus prorsùs peccatis, non originali tantùm, sed et actualibus liberat; et in hoc gratia Christi præcellit Adæ peccatum. Altera dissimilitudo et excellentia gratiæ Christi, quòd Adamus peccato suo nos originalis justitiæ gratiâ privavit; at Christus abundantiam gratiarum, justitiæ et omnium donorum dedit; dat ergo gratiam uberiorem, abundantiorem, virtutes, quæ non fuissent in statu innocentiæ, patientiam, pœnitentiam, martyrium, virginitatem, apostolatum, virtutes religiosas, etc. Dat gratiam potentiorem; per gratiam in Adamo perditam, poterat homo perseverare; per gratiam Christi datur actu perseverare, et quidem in tantâ infirmitate, inter tot hostes, constitutis. Dat gratiam intensiorem, in gradu intensiori et cum augmento continuo. De B. Virgine et de SS. Apostolis, et aliis insignioribus sanctis dubitari non potest. Dat gratiam extensiorem, ad plures se extendentem ad quos non se extendit Adæ peccatum; ad Deiparam Virginem, quæ est gratiarum pelagus, et quæ plus habuit gratiæ, quàm omnes alii homines; ad angelos, quos multi credunt per Christi merita justificatos. Dat gratiam sufficientiorem, cùm Christi gratia sufficiat non tantùm ad salvandum Adæ posteros, sed et infinitos homines et mundos producibiles.

QUARTA OBSERVATIO DOCTRINALIS.

Ex hâc Christi gratiæ excellentiâ collige quantùm Christo debeamus, et quæ nos in hoc nostro lapsûs statu solari possint, etiam per comparationem ad statum innocentiæ deperditum. Adamus equidem fuit in gratiâ creatus; nos verò lapsi, per Christum accepimus abundantiam gratiæ et donationis, et justitiæ, ut ait Apost. v. 17. In Adamo, fateor, non fuit concupiscentiæ rebellio, quæ remanet in nobis etiam renatis; at hæc ipsa per Christum fit in nobis materia pugnæ, et victoriæ et triumphi. Ligno vitæ quidem in hoc statu nostro privamur; at Christus dat nobis panem vitæ, sacratissimam Eucharistiam, panem qui de cœlo descendit, et qui dat vitam æternam. Temporaliter morimur ob Adæ peccatum; at per Christum resurgemus ad vitam immortalem et gloriosam, tum animæ, tum corporis.

Gratias itaque immortales et æternas Christo Jesu, Redemptori nostro, qui nobis perditis redemptionem dedit abundantem, et superabundantem. Vide D. Chrys., hom. 10, hanc gratiarum Christi abundantiam mirè describentem: Christus, inquit, non solùm vulneri medicamen dedit; sed et sanitatem et pulchritudinem, et honorem et gloriam, et dignitatem longè naturam nostram superantem, etc. Multò plura dedit quàm quæ debebamus, et tantò plura quantò mare immensum ad pusillam guttam collatum.

VERS. 20. — LEX AUTEM SUBINTRAVIT... Ne ob dictum v. 13: *Usque ad legem peccatum erat in mundo*, putaret quis per legem abolitum fuisse peccatum, opportunè dicit hìc Apostolus quòd tantùm abest ut per legem Moysis sublatum fuerit peccatum, quin potiùs magis invaluerit. Itaque *lex* Mosaica *subintravit*, id est, quasi de transverso intervenit inter exordium peccati et exordium gratiæ, seu novæ justitiæ; UT ABUNDARET DELICTUM; *ut*, significat effectum, non causam. Lex quidem intravit, et data est quasi pædagogus, ut hominibus patefaceret damna peccati, eosque duceret ad Christum, qui sanaret illos; sed per eam factum est, per accidens tamen, ut magis quàm ante abundaret delictum: UBI AUTEM ABUNDAVIT DELICTUM, id est, postquàm autem, occasione legis, invaluit peccatum et mundus ad summum malorum venit, tunc missus est Christus, cujus adventu SUPERABUNDAVIT GRATIA.

VERS. 21. — UT SICUT REGNAVIT PECCATUM IN MORTEM, Syr.: *per mortem*, ita regnet gratia per justitiam, etc. *Superabundavit*, inquam, gratia, ut sicut

VERS. 20. — *Lex autem subintravit, ut abundaret delictum*, q. d.: Obiter et quasi furtim ad tempus breve, scilicet usque ad adventum Evangelii intravit lex in mundum, ut esset Judæorum quasi pædagogus ad Christum. *Subintravit*, directè quidem ad hoc ut dissolutos hominum mores restringeret, illosque duceret ad Christum, qui eos sanaret; sed indirectè ad id quòd sequitur, scilicet, *ut abundaret delictum*, q. d.: Unde factum est ut abundaret delictum. Vocula enim *ut*, consequentiam significat, non causam;

Nitimur (enim) *in vetitum semper, cupimusque negata.*

Lex, inquit Augustin., ideò data est, ut crescente peccato, humiliarentur superbi, humiliati confiterentur, confessi sanarentur.

Ubi autem abundavit delictum, superabundavit gratia.

Sensus: Ubi peccata occasione legis inundârunt, et homines convicti sunt suarum transgressionum, ibi redundavit gratia, id est, benignitas et misericordia Dei peccata remittens, et dona gratificantia tribuens. Nam quantò major iniquitas peccantis, tantò major gratia remittentis; et quantò majorem peccatorem quis fuisse se agnoscit, tantò majorem gratiam sibi confitetur impensam.

VERS. 21. — *Ut sicut regnavit peccatum in mortem*, etc. Sensus est: Ut, sicut regnavit, id est, longè latèque dominium suum exercuit peccatum in morte, sive per mortem, videlicet pertrahens homines ad mortem, ita etiam gratia et misericordia Dei latè dominetur, adducens justitiam, et per eam perducens homines ad vitam æternam, idque per meritum Redemptoris ac Domini nostri Jesu Christi.

usque ad id tempus, per universum orbem *regnavit peccatum*, peccatores in mortem pertrahens, tùm temporalem, tum æternam, *ita gratia* Christi, destructo peccati regno, *regnet per justitiam*, quæ in vitam perducat æternam; *per Jesum Christum*, qui sicut hanc justitiam in nobis efficit, ita et vitam dabit nobis æternam.

Corollarium pietatis, seu in hoc capite maximè notanda ad pietatem, et in praxim accuratiùs redigenda.

Adnotandi quidem sunt omnes hìc, v. 1, 2, 3, 11, enumerati nostræ justificationis effectus, et ob eos continuæ Deo Patri nostro, et Domino nostro Jesu Christo, nostro reconciliatori, gratiæ agendæ; illos vide in suis locis. At præsertim imprimenda in cordibus nostris duo spei nostræ fundamenta, v. 5, 6. Puderet nos homunculos Dei gloriam sperare, nisi firmissimum haberemus hujus spei fundamentum; quodnam igitur est illud? Constat equidem quòd Deus possit nobis suam dare gloriam; restaret tantummodò dubitandum an velit : at amor Dei in nos id asseverat. Unde verò hunc Dei in nos amorem novimus? Ex duobus : *Quia charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum, qui datus est nobis*, v. 5, et *quia Christus pro nobis* adhuc peccatoribus *mortuus est*, v. 6, 7, 8, 9, 10. En duo divini in nos amoris argumenta infallibilia. Deus ita me dilexit, ut Filium suum unigenitum, pro me misero peccatore, tradiderit in mortem. Deus ita me dilexit, ut in meâ per baptismum justificatione, Spiritum sanctum suum mihi dederit, æternæ salutis pignus. Vide Commentar., v. 5 et 10.

Quis post talia divini amoris testimonia non speret? *Sperent in te qui noverunt nomen tuum*, Psal. 9, v. 11. *Tu es, Domine, spes mea*, Psal. 90, v. 9. *Mihi adhærere Deo bonum est, et ponere in Domino Deo meo spem meam*, Psalm. 72, v. 8.

ALIUD ADNOTANDUM.

Duplex et in Christo spei nostræ fundamentum scilicet illius et mors et vita, v. 9 et 10. *Pro delictis nostris mortuus est; propter nostram justificationem resurrexit.* Pro me moriens in cruce cum lacrymis et sanguinis effusione deprecatus est. Nunc in cœlis vivens *apparet vultui Dei*, et adhuc stygmatizatus orat pro me. Spero itaque in mortem quam pro me tulit; spero et in vitam misericordem quâ pro me gloriosus vivit. Si pro me peccatore tanta passus est mortalis, quid pro me pœnitente non faciet gloriosus et omnipotens?

Timeat quidem Christianus ob peccata sua; at multò magis speret ob Christi morientis et viventis merita. De judicio cogitans Christianus cogitet et de Christo judice : pro me mortuus est Christus, pro me orat à mortuis suscitatus; spero itaque et in æternum sperabo, et in mortem et in vitam Christi. *Etiamsi me occiderit, in eum sperabo.* Spes itaque nostra, gloriatio nostra, tota sit in Christo, et per Christum in Deo, v. 10.

CAPUT VI.

1. Quid ergo dicemus? permanebimus in peccato, ut gratia abundet?

2. Absit! Qui enim mortui sumus peccato, quomodò adhuc vivemus in illo?

3. An ignoratis quia quicumque baptizati sumus in Christo Jesu, in morte ipsius baptizati sumus?

4. Consepulti enim sumus cum illo per baptismum in mortem; ut quomodò Christus surrexit à mortuis per gloriam Patris, ita et nos in novitate vitæ ambulemus.

5. Si enim complantati facti sumus similitudini mortis ejus simul et resurrectionis erimus.

6. Hoc scientes, quia vetus homo noster simul crucifixus est, ut destruatur corpus peccati, et ultra non serviamus peccato.

7. Qui enim mortuus est, justificatus est à peccato.

8. Si autem mortui sumus cum Christo, credimus quia simul etiam vivemus cum Christo :

9. Scientes quòd Christus resurgens ex mortuis jam non moritur; mors illi ultra non dominabitur.

10. Quòd enim mortuus est peccato, mortuus est semel; quòd autem vivit, vivit Deo.

11. Ita et vos existimate, vos mortuos quidem esse peccato, viventes autem Deo, in Christo Jesu Domino nostro.

CHAPITRE VI.

1. Que dirons-nous donc! Demeurerons-nous dans le péché pour donner lieu à cette surabondance de grâce?

2. A Dieu ne plaise! car étant une fois morts au péché, comment vivrons-nous encore dans le péché?

3. Ne savez-vous pas que nous tous qui avons été baptisés en Jésus-Christ nous avons été baptisés en sa mort?

4. Car nous avons été ensevelis avec lui par le baptême pour mourir au péché; afin que, comme Jésus-Christ est ressuscité d'entre les morts par la gloire de son Père, nous marchions aussi dans une vie nouvelle.

5. Car si nous avons été entés en lui par la ressemblance de sa mort, nous y serons aussi entés par la ressemblance de sa résurrection.

6. Sachant que notre vieil homme a été crucifié avec lui, afin que le corps du péché soit détruit, et que désormais nous ne soyons plus asservis au péché.

7. Car celui qui est mort est délivré du péché.

8. Si donc nous sommes morts avec Jésus-Christ, nous croyons que nous vivrons aussi avec Jésus-Christ;

9. Sachant que Jésus-Christ étant ressuscité d'entre les morts ne mourra plus, et que la mort n'aura plus d'empire sur lui.

10. Car quant à ce qu'il est mort, il est mort seulement une fois pour le péché; mais quant à ce qu'il vit maintenant, il vit pour Dieu.

11. Considérez-vous de même comme étant aussi morts au péché, et comme ne vivant plus que pour Dieu, en Jésus-Christ notre Seigneur.

12. Non ergo regnet peccatum in vestro mortali corpore, ut obediatis concupiscentiis ejus;

13. Sed neque exhibeatis membra vestra arma iniquitatis peccato; sed exhibete vos Deo, tanquàm ex mortuis viventes, et membra vestra arma justitiæ Deo.

14. Peccatum enim vobis non dominabitur; non enim sub lege estis, sed sub gratiâ.

15. Quid ergo? peccabimus, quoniam non sumus sub lege, sed sub gratiâ? Absit!

16. Nescitis quoniam cui exhibetis vos servos ad obediendum, servi estis ejus cui obeditis, sive peccati ad mortem sive obeditionis ad justitiam?

17. Gratias autem Deo, quòd fuistis servi peccati, obedistis autem ex corde in eam formam doctrinæ, in quam traditi estis.

18. Liberati autem à peccato, servi facti estis justitiæ.

19. Humanum dico, propter infirmitatem carnis vestræ; sicut enim exhibuistis membra vestra servire immunditiæ et iniquitati ad iniquitatem, ita nunc exhibete membra vestra servire justitiæ in sanctificationem.

20. Cùm enim servi essetis peccati, liberi fuistis justitiæ.

21. Quem ergo fructum habuistis tunc in illis? in quibus nunc erubescitis? Nam finis illorum mors est.

22. Nunc verò liberati à peccato, servi autem facti Deo habetis fructum vestrum in sanctificationem, finem verò vitam æternam.

23. Stipendia enim peccati, mors: gratia autem Dei, vita æterna, in Christo Jesu Domino nostro.

12. Et ainsi que le péché ne règne point dans votre corps mortel, en sorte que vous obéissiez à ses désirs dérégiés;

13. Et n'abandonnez point au péché les membres de votre corps pour servir d'armes d'iniquité; mais donnez-vous à Dieu, comme vivants, de morts que vous étiez; et consacrez-lui les membres de votre corps pour servir d'armes de justice.

14. Car le péché ne vous dominera plus, parce que vous n'êtes plus sous la loi, mais sous la grace.

15. Quoi donc? pécherons-nous, parce que nous ne sommes plus sous la loi, mais sous la grâce? Dieu nous en garde!

16. Car ne savez-vous pas que, de qui que ce soit que vous vous soyez rendus esclaves pour lui obéir, vous demeurez esclaves de celui à qui vous obéissez, soit du péché pour y trouver la mort, soit de l'obéissance pour y trouver la justice?

17. Mais Dieu soit loué de ce qu'ayant été auparavant esclaves du péché, vous avez obéi du fond du cœur à la doctrine de l'Évangile, sur le modèle de laquelle vous avez été formés.

18. Et ainsi ayant été affranchis du péché, vous êtes devenus esclaves de la justice.

19. Je parle humainement, à cause de la faiblesse de votre chair. Comme donc vous avez fait servir les membres de votre corps à l'impureté et à l'injustice, pour commettre l'iniquité, faites-les servir maintenant à la justice pour votre sanctification.

20. Car lorsque vous étiez esclaves du péché, vous étiez libres de la servitude de la justice.

21. Quel fruit donc tiriez-vous alors de ces désordres dont vous rougissez maintenant? Car ils n'ont pour fin que la mort.

22. Mais à présent, étant affranchis du péché, et devenus esclaves de Dieu, le fruit que vous retirez est votre sanctification, et la fin sera la vie éternelle.

23. Car la mort est la solde du péché; mais la vie éternelle est une grâce de Dieu en Jésus-Christ notre Seigneur.

ANALYSIS.

Objicit et solvit difficultatem contra dicta in superiori capite, v. 20, multisque probat Christiano, non modò non peccandum, sed in justitiâ per Christum acceptâ perseverandum et crescendum.

Christiano non peccandum est; imò Christianus ad omnem peccati suggestionem debet insensibilis esse: quare? quia peccato mortuus est in baptismo, qui est mortis Christi typus et participatio, v. 2, 3.

Christianus debet in justitiâ perseverare, et continuò proficere: quare? quia in baptismo, qui est typus et participatio resurrectionis Christi, resurrexit, ut in novitate spiritualis vitæ ambulet et proficiat, v. 4. Hoc ipsum confirmat pulchrâ similitudine inoculationis, v. 5, et ex consideratione finis baptismi, v. 6, 7, 8.

℣ 9, 10, 11. *Alteram indicat rationem, ob quam Christianus peccare non debet; sed Deo vivere; quia scilicet Christus Christiani exemplar, à mortuis suscitatus, non moritur ampliùs, sed totus Deo vivit.*

℣ 12. *Ex dictis concludit, quod Christianus nec debeat peccati tyrannidi sese rursùs subdere; nec illi tyranno arma præbere; sed Deo, suo Regi et benefactori, subdi, servire, sese totum dare, v. 13. De cætero facile est Christiano hanc peccati tyrannidem vitare; quia sub dominio Christi est, ubi abundat gratia, v. 14.*

℣ 15. *Ex hac abundantiâ gratiæ rursùs instat Apostolus. An ideò peccabit Christianus, quia sub gratiâ? imò, Dei misericordiâ, à peccati servitute liber, debet totus Deo servire, cujus per baptismum factus est servus, v. 16, 17, 18.*

℣ 19, 20, etc. *Hanc Dei servitutem æquam, utilem, et gloriosam exhibet.*

PARAPHRASIS.

1. An quia dixi, *ubi abundavit delictum, superabundavit gratia*, inferet aliquis in peccato permanendum; imò accumulanda esse peccata, ut gratia magis abundet?

2. Absit à piis mentibus hæc impia cogitatio! peccato enim mortui cum simus, quomodo rursùs vivemus in illo? hæc duo, peccare et Christianum esse, non minùs inter se pugnant quàm mors et vita.

3. An non recordamini quia quicumque in nomine et virtute Jesu Christi baptizati sumus, in similitudinem et repræsentationem mortis illius baptizati sumus?

4. Etenim ad repræsentandam, etiam oculis, Do-

mini mortem; per baptisma, ter in aquis immersi, quasi sepulti fuimus; sicut Christus triduo fuit in terrâ sepultus: ut quemadmodùm Christus per Dei virtutem à mortuis excitatus est, vitam acturus immortalem, ita et nos, per baptismum, hujus etiam Christi resurrectionis repræsentatores et participes, surgamus ex aquis, novam exinde vitam acturi, et in hac novâ et cœlesti vitâ perseveraturi, et in eam continuè progressuri.

5. Si enim, quasi surculi, per baptismum Christo insiti, ad ejus instar, mortui sumus, sanè et eâdem ratione, Christo insiti, ad ejus instar resurgemus, novâque gratiæ vitâ, gloriosam ejus resurrectionem imitabimur.

6. Maximè si consideremus quòd in baptismo et per baptismum, qui est repræsentatio mortis Christi, noster vetus homo unà cum Christo crucifixus est; ut aboleatur tota peccatorum congeries; ita ut peccatorum tyrannidi non subdamur ampliùs.

7. Sicut enim servus mortuus non servit ampliùs, sic et nos, per baptismum, peccato mortui, ab ejus tyrannide liberi sumus.

8. Si autem peccato verè mortui sumus, sicut Christus pro peccato verè mortuus est, confidimus et quòd cum illo vitam agemus in æternum gloriosam.

9. Scimus enim quòd Christus à mortuis suscitatus, vivit immortalis, gloriosus, beatus, ab omni mortalitate et mortalitatis ærumnâ liber.

10. Quantùm enim attinet ad id quòd mortuus est, pro peccato tollendo mortuus est; quòd autem nunc vivit, totus Deo vivit, totus in honorem Dei.

11. Ad illius igitur exemplum, reputate vos per baptismum, peccato mortuos; in id autem in vitâ servatos, ut quidquid vitæ vobis restat, id totum Deo impendatis, sicut Christus Dominus vivit totus Deo.

12. Ne permittatis itaque peccatum in baptismo profligatum suam rursùs tyrannidem in vobis exercere; sed mortalitatis vestræ, omniumque rerum mundanarum vanitatis, memores, reprimite concupiscentias ad peccatum inclinantes.

13. Neque commitatis, ut membra vestra per baptismum Deo consecrata, posthàc militent huic tyranno iniquitatem imperanti; quin potiùs vos totos Deo, regi, duci et benefactori vestro, cujus beneficio estis ex mortuis redivivi; vos, inquam, totos et singula membra vestra exhibete Deo, quibus ei militetis, ad exequenda justitiæ opera, quæ jubet.

14. Neque verò periculum est, ne vos, sic sub Deo pugnantes, peccatum retrahat sub suum dominium, et suam in vos tyrannidem exerceat; non enim ampliùs estis sub lege Mosaicâ, ubi peccatum jure quasi hæreditario regnabat; sed estis sub dominio Christi, ubi abundat gratia, et ubi fideles in veram libertatem vocati sunt.

15. Sed ex his, quæ dico, an sequitur quod inimici Evangelii nos docere dicunt? peccemus, quoniam à lege liberi, sub gratiâ sumus; longè absit tam impia consequentia. Quinimò hinc sequitur quod magis à peccato sit abstinendum, quia spontè peccato renuntiavimus, ut justitiæ serviamus.

16. Vos scitis quòd cui vos datis servos ad obediendum, hujus estis servi: sive peccati, ut pro mercede mortem habeatis æternam; sive Christi, ut pro mercede justitiam habeatis et fructum illius, vitam æternam.

17. Gratias igitur Deo, quòd cùm fueritis servi peccati, huic miserrimæ servituti renuntiâstis; obedistis autem sincerè Christo juxta modum quem Evangelii ejus doctrina præscribit; hâcque vestrâ obedientiâ, vos ultrò Christi imperio subjecistis.

18. Liberati itaque à peccati servitute, servi facti estis justitiæ, quâ Deo servitur cui servire regnare est.

19. A vobis non exigo quod jure possem; sed infirmitati vestræ memetipsum attemperans, peto ut parem nunc Deo præstetis servitutem, quam exhibuistis delicto; ut tanto conatu studeatis justitiæ ad vestram sanctificationem augendam, quanto olim studuistis immunditiæ et iniquitati, ut semper essetis iniquiores et inquinatiores.

20. Cùm enim velut mancipia peccato serviebatis, eratis à justitiâ alieni; de eâ ne cogitabatis quidem; ita ergo nunc justitiæ liberè servientes, à peccato sitis omninò alieni; de eo ne cogitetis.

21. Hoc ut libentiùs faciatis, attendite quis sit utriusque servitutis exitus.

22. Quem enim fructum, aut quam utilitatem habuistis ex vestris peccatis et impudicitiis, de quibus etiam nunc erubescitis? Finis autem illorum erit mors æterna.

23. Nunc verò à peccato liberati, Deo autem mancipati, in præsenti; fructum habetis animarum vestrarum sanctificationem; in futuro, habebitis vitam æternam.

24. Stipendium enim et cibarium quod peccatori, seu peccati militi datur, est mors et mors æterna; donativum verò, quod justo, seu justitiæ militi datur, est immortalitas et æterna felicitas, quam nobis promeruit et promisit Dominus noster Jesus Christus.

COMMENTARIA.

Vers. 1. — Quid ergo dicemus? permanebimus in peccato... An quia, cap. 5, v. 20, dixi, *ubi abundavit delictum superabundavit gratia*, an hoc intelligo, sicut calumniantur aliqui: scilicet in peccato permanendum, imò accumulanda peccata, ut gratia magis abundet? Hanc eamdem calumniam tetigit cap. 3, v. 8, et huic fusè respondet in toto hoc capite.

Vers. 2. — Absit! Respondet calumniæ ex doctrinâ

Vers. 1. — *Quid ergo dicemus?* etc. Quoniam dixerat gratiam abundare ubi abundavit peccatum, ne quis propterea putaret immorandum esse peccatis, et peccata peccatis cumulanda, quò scilicet ampliùs abundaret atque commendaretur Dei gratia. *Absit!* Quare ut gratia commendetur, à peccatis recedendum est, non in illis manendum.

Vers. 2. — *Qui enim mortui sumus peccato*, etc. Ac

suà falsò deductæ; respondet autem voce sibi consuetâ, quando res est manifestè absurda; *absit!* ne fiat; vox est valdè aversantis.

Qui enim mortui sumus peccato, in dativo; quomodo adhuc vivemus in illo? Nota quòd, juxta Apostolum, vivere legi, peccato, justitiæ, Deo, idem sit ac obedire; mori autem, seu mortuum esse, idem ac ab illorum servitute liberum esse; sensus itaque est: Cùm à peccati servitute simus liberi, quomodò rursùs obediemus ei; hoc quasi incompatibile: peccare enim et Christianum esse, sunt duo inter se pugnantia, sicut mors et vita.

Prima itaque ratio cur Christiano non sit peccandum, peccato mortuus est. Hinc nullum cum eo debet habere commercium, sicut nullum est viventium cum mortuis, nec mortuorum cum viventibus.

Vers. 3. — An ignoratis, quia quicumque... Gr., *in Christum Jesum*. Probat Christianum peccato mortuum esse, quia baptismus est typus mortis Christi.

An nescitis quia quicumque in nomine et virtute Jesu Christi baptizati sumus? Tripliciter in Christo Jesu baptizati sumus, ait D. Thomas: 1° secundùm institutionem Christi; 2° per invocationem Jesu Christi; 3° in quâdam conformitate ad Jesum Christum.

In morte ipsius; Gr., *in mortem ipsius*; id est in similitudinem et repræsentationem mortis ipsius.

Vers. 4. — Consepulti enim sumus..... Probat baptismi formam repræsentare mortem et sepulturam Christi. Per baptisma enim assimilati sumus Christo sepulto, quia, sicut triduo Christus fuit in terrâ sepultus, sic ter immergimur in aquâ.

In mortem, id est, ad repræsentandam etiam oculis, Domini mortem; non sepelitur enim nisi mortuus.

Ut quomodo Christus per gloriam, id est, per potentiam Dei gloriosam, surrexit, Gr., *excitatus est à mortuis*, vitam scilicet immortalem acturus.

Ita et nos in novitate..., id est, ita nos in baptismo resurgentes, novam exinde vitam agamus, et quidem filiis Dei dignam, constanter in justitiâ perseverando et semper per opera bona proficiendo.

Tunc baptismus plerùmque per trinam corporis immersionem conferebatur: hæc autem trina corporis immersio, quæ fiebat in baptismo, ex D. Paulo repræsentabat mortem et sepulturam Christi; corpus verò ex aquâ, post immersionem, resurgens, resurrectionis Christi gerebat imaginem. Ipsa itaque baptismi forma mortis sepulturæ et resurrectionis Christi est significatio; et quia sacramenta nostra efficiunt id quod significant, ut ait D Thomas, baptismus in nobis producit effectus mortis, sepulturæ et resurrectionis Christi; hæc nobis sic applicat mysteria, ut illorum fiamus participes. Per applicationem mortis et sepulturæ Christi, omnia nobis peccata remittuntur, et peccato morimur. Per applicationem resurrectionis Christi, gratia nobis communicatur, et vitâ novâ spirituali et divinâ vivimus.

Notandum autem 1° quod dicit Apostolus: *Consepulti sumus in mortem*, id est, ut moriamur. Christus post mortem sepultus est; Christianus sepelitur, ut moriatur. Quod Christi crux, hoc nobis baptisma, ait D. Chrys.; sicut in cruce Christus fuit exaltatus, ut secundùm carnem moreretur, sic baptizamur ut peccato moriamur. Notandum 2° quòd hæc expressio, *in mortem*, significat hanc mortem nostram debere esse continuam, et toto vitæ nostræ tempore crescere. Mortui sumus et sepulti, ut semper moriamur peccato. Notandum denique quod dicit idem Apostolus: *Ut in novitate vitæ ambulemus;* hoc enim indicat quòd sicut mors nostra à peccato, semper debet crescere, ita vita gratiæ semper debet proficere. Non sufficit Christiano, quod sit in gratiâ Christi; debet in eâ ambulare, proficere, ad ampliorem tendere perfectionem.

Post Origenem existimo quòd apostolorum tempore cathecumenis explicari solebant ante baptismum hæc baptismatis virtus et significatio; et ideò tanquàm de re notâ Romanos interrogat Apostolus: *An ignoratis?*

Utinam et nostris Christianis hæc nota forent, et in illorum mentibus semper præsentia! tres effectus hæc eis prædicarent, quos in nobis habere debet baptisma, nimirùm similitudinem mortis, sepulturæ et resurrectionis Christi. Sicut Christus mortuus est huic mundo morte suâ corporali, ita nos Christiani morte spirituali, debemus mori mundo, ejusque domino et regi peccato, et continuè mori. Sicut Christus sepultus à mundo separatus fuit; ita nos baptizati, nullum cum mundo et peccato debemus habere commercium. Si-

si dicat: Nam qui peccato benè mortui sumus, ei profectò non ampliùs vivere debemus. *Mortuos peccato* vocat eos qui respectu peccati mortui sunt, id est, qui à peccati servitute liberi, quibusque cum peccato non plus est negotii aut commercii, quàm mortuis esse solet cum viventibus. Aut certè, *mortui peccato* dicimur, dùm neque nos in peccato vivimus, ei serviendo, neque peccatum vivit in nobis, regnando.

Vers. 3. — *An ignoratis quia*, etc. Id est, baptizati in virtute, nomine, meritis non Joannis, sed Christi. Ita Orig. et Ansel. *In Christo*, id est, per Christum, q. d.: Paulus: Per baptismum estis inserti in Christum, quasi rami in novam arborem, et facti estis de ejus corpore, mystico scilicet, quod est Ecclesia. *In morte*, id est, in similitudinem et repræsentationem mortis Christi baptizati sumus. Nam mors et passio Christi non solùm causa fuit nostræ justificationis, verùm etiam ejusdem typis ac figuralis quædam repræsentatio. Significabat enim mortem et interitum veteris hominis in nobis, quomodò Christus in seipso mortuus fuit vitæ mortali. Probat hic Apostolus nos mortuos esse peccato, nec illi vivere debere, ex eo quòd per baptismum inserti sumus Christo, ut vivamus vitâ Christi et christianâ; hæc enim ex diametro peccato repugnat.

Vers. 4. — *Consepulti enim sumus cum illo per baptismum in mortem;* q. d.: Nos tanquàm mortui peccato, sepulti sumus in baptismo; sicut Christus mortuus corporaliter traditus est sepulturæ; nemo enim sepelitur, nisi mortuus.

Ut quomodò Christus surrexit à mortuis per gloriam Patris, ita et nos in novitate vitæ ambulemus. Per gloriam Patris, id est, inquit Cajetanus, per vitam gloriosam et immortalem, quam Christus resurgens accepit à Patre, q. d.: Christus resurrexit ad hoc, ut gloriosam et divinitati convenientem vitam ageret, qualis decet Filium Dei. Ut ipsa nova et gloriosa vita

cut Christus resurgens vitam egit immortalem, ita nos baptizati, vitam novam, incorruptam et Deo dignam debemus agere.

Vers. 5. — Si enim complantati facti sumus.... Gr., σύμφυτοι, *insiti*. Syr. : *Si enim unà cum eo plantati sumus per similitudinem mortis ejus, ita quoque in resurrectione ejus erimus.* Hâc mirâ similitudine alludit Apostolus ad insitiones et inoculationes plantarum : sicut enim surculi, seu ramusculi, ab arbore cui inseruntur, succum trahunt et in eâ vivunt, sic nos per baptismum Christo insiti, in eo et ab eo vivimus. Per baptismum de peccato, vel de Adamo, quasi de malâ terrâ evellimur, et in Christo, quasi in terrâ bonâ, seu cum Christo, in terrâ gratiæ plantamur. Sensus igitur est : Si quasi surculi insiti sumus Christo, in similitudinem mortis ejus; nempe cujus similitudinem gessimus in baptismo ; sicut enim mortuus est corporaliter, ita nos spiritualiter morimur : profectò erimus etiam insiti Christo, in similitudinem resurrectionis ejus, ut sicut ipse resurrexit novâ et gloriosâ vitâ, ita nos resurgamus nunc vitâ gratiæ, aliquando vitâ gloriæ. Sicut surculus arbori insitus, cum ipsâ in hieme quasi moritur, verè reflorescit, quasi resurgens, sic Christianus per baptismum Christo insitus, cum ipso moritur, cum ipso resurgit; sursùm pullulans, et quæ sursùm sunt quærens.

Hâc similitudine confirmat quòd peccato debemus esse mortui et gratiæ vitâ vivere, participes effecti resurrectionis Jesu Christi.

Vers. 6. — Hoc scientes, quia vetus homo. Confirmat hoc idem quod præcedit : Debemus peccato mortui esse et spirituali gratiæ vitâ vivere, hocque confirmat ex fine baptismi : *Hoc scientes*, seu considerantes, *quòd vetus noster homo*, id est, nostra corrupta natura, simul crucifixus est. Gr. : *Concrucifixus*, id est, unà cum Christo crucifixus est, scilicet per baptismum et in baptismo, qui est mortis Christi repræsentatio. De hâc enim crucifixione hìc agitur, ut ex v. 4 patet.

Ut destruatur, id est, aboleatur, corpus peccati, id est, tota peccatorum congeries et universitas, cujus membra sunt superbia, avaritia, libido, etc. Hoc autem peccati corpus destruitur, cùm ejus membra mortificamus : per baptismum ergo Christo sumus concrucifixi, *ut destruatur corpus peccati*, id est, ut moriamur peccato, sicut Christus mortuus est pro peccato. Et ultra non serviamus peccato, ita ut ampliùs non serviamus illius imperio.

Fingitur peccatum ut tyrannus, peccatoribus imperans ut subjectis. Servimus autem peccato, cùm obedimus concupiscentiis nostris.

Vers. 7. — Qui enim mortuus est, justificatus est a peccato; Gr. : *Nam moriens justificatus*, etc. Syr. : *Liberatus est à peccato.* Sicut servus per mortem fit liber à servitute, sic per baptismum, quasi mortem, liberi facti sumus à peccati tyrannide et servitute, et consequenter nobis ampliùs non peccandum. Per baptismum mortui sumus cum Christo, consepulti, concrucifixi, ut explicatum est supra. Ergo sicut mortui sunt sine actione et affectione circa res hujus seculi, cui mortui sunt, sic Christiani mens, cor et sensus debent esse sine ullo affectu et commercio erga peccatum, cui mortui sumus.

Vers. 8. — Si autem mortui sumus..., id est, si autem peccato verè mortui sumus, sicut Christus carne mortuus est pro peccato; credimus, pro certo habemus, Christi promissis confisi, quòd etiam cum illo novam vitam agemus in æternum gloriosam, ipsius resurrectionis gloriosè participes. Ab unâ resurrectione transit ad aliam, ut nos excitet ad hanc, alterius spe.

ad quam à Patre resuscitatus est Christus, ipso orante : *Pater, glorifica Filium tuum*, Joan 17, vocetur gloria Patris. Unde congruum est ut et nos baptismo resurgentes novam vitam, dignam filiis Dei agamus, idque continuò et constanter in eâ pergendo et proficiendo ; hoc enim significat verbum, *ambulemus*. Significatur idem quod conversari, vivere, actiones exercere alias post alias. Ita debemus in lege Domini, et in novitate vitæ ambulare, ut proficiamus de die in diem.

Vers. 5. — *Si enim complantati facti sumus similitudini mortis ejus, simul et* (supple : Complantati similitudini) *resurrectionis erimus.* Pari modo tacitè subdit Apostolus, quòd aliquando complantati et insiti erimus Christo, similitudini, id est, ad similitudinem resurrectionis ejus, ut nimirùm ex Christo, quasi arbore resurgente, similem nos ipsi resurrectionem sugamus et participemus. Quòd si autem resurrectionis Christi participes esse debemus, igitur in novitate vitæ quam Christi resurrectio significat, ambulandum nobis est. Sensus est, q. d. Paulus : Sicut mortis et passionis Christi in hâc vitâ consortes facti sumus, ita pariter et resurrectionis Christi in futurâ vitâ consortes fiemus.

Vers. 6. — *Hoc scientes quia vetus homo noster simul crucifixus est;* tanquàm dicat : Eidem cruci simul affixum, videlicet cum Christo. Cùm ei hoc sciamus, veterem hominem nostrum unà cum Christo (scilicet in typo seu repræsentatione) cruci affixum et mortificatum esse. Veterem hominem vocat vetustatem et corruptionem peccati in homine, quam ex veteri Adam contraxit ; vel potiùs ipsum hominem, in quantum hujusmodi vetustate affectus est.

Ut destruatur corpus peccati. Origen., Chrysostom., Ambros., Anselm. et Toletus : Corpus peccati, inquiunt, est tota peccatorum massa, quæ quasi unum est corpus hominis veteris, cujus membra sunt libido, avaritia, fornicatio, cuilibet christiano mortificanda, ut ait Apostolus, Coloss. 3. Destruitur ergo et aboletur in nobis corpus peccati, quando membra ejus mortificamus, id est, quando desideriis peccati non consentimus, sed resistimus, eaque in nobis expugnamus et occidimus.

Et ultra non serviamus peccato. Servit peccato, qui peccati desideriis, et, ut ita dicam, imperiis obsequitur, qui sub peccati dominio est. Nam peccatum fingit ut personam dominantem quæ subjectis servis imperet.

Vers. 7. — *Qui enim mortuus est*, etc., q. d. : Sicut servus mortuus, per mortem justificatus, id est, absolutus et liberatus est à jure et dominio heri, puta à servitute, ita ut herus in eum nullum herile habeat jus vel imperium, pari modo et nos à servitute peccati justificati, id est, liberati et absoluti sumus hoc ipso quo eidem mortui sumus per baptismum, ut proinde ampliùs peccato vacare, et servire non debeamus.

Vers. 8. — *Si autem mortui sumus cum Christo*, etc. Si mortui sumus peccato, quomodo Christus mortuus est carne, confidimus, sicut ille resuscitatus à morte vivit novam vitam, ita nos quoque novam, id est, à vetustate peccati repurgatam vitam deinceps acturos.

VERS. 9. — SCIENTES QUOD CHRISTUS RESURGENS... Gr., *suscitatus à mortuis*, NON ampliùs MORITUR; MORS ILLI ULTRA NON DOMINABITUR. Syr. : *Scimus enim Christum excitatum ex mortuis, nec ampliùs moriturum, nec mortem ei ampliùs dominaturum.*

VERS. 10. — QUOD ENIM MORTUUS EST PECCATO, in dativo, id est, quantùm enim attinet ad id quòd mortuus est, pro peccato tollendo mortuus est; QUOD AUTEM VIVIT, VIVIT DEO, seu apud Deum, vitam divinam, Deo dignam, beatam, immortalem, etc. Vel etiam, vivit Deo, in honorem Dei; ut Deum dignè amet, adoret, laudet, honoret. Propter Dei gloriam mortuus est; vivit et propter æternam gloriam.

VERS. 11. — ITA ET VOS EXISTIMATE..... Applicat præcedentia, indicatque secundam in eis contentam rationem, ob quam Christianus à morte peccati suscitatus, non debeat ampliùs peccare, sed Deo vivere; sicut Christus à mortuis suscitatus, ampliùs non moritur, sed vivit totus Deo, ita et vos cogitate de vobis ipsis; reputate vos mortuos esse peccato per baptismum; decætero autem viventes esse ac vivere debere Deo; seu quidquid vobis vitæ restat, id Deo impendendum; IN CHRISTO JESU DOMINO NOSTRO, id est, per merita DOMINI NOSTRI JESU CHRISTI, qui fons est omnis gratiæ: vel ad similitudinem Domini nostri Jesu Christi, qui vivit totus Deo. Christus est exemplar Christiani; sicut ergo Christus à mortuis suscitatus, non ampliùs moritur, sed totus Deo vivit, totus in honorem Dei, nihil nisi res Dei gerens et curans, ita Christianus, à morte peccati suscitatus, non debet ampliùs peccare, sed totus in Deo, secundùm Deum et pro Deo vivere; in omnibus Dei gloriam quærere. Ad hoc factus est Christianus; ad hoc baptizatus, et hoc ei perpetuò deprædicat baptismus.

VERS. 12. — NON ERGO REGNET PECCATUM... Perseverat in metaphorâ, quâ jam finxit peccatum, ut tyrannum, vim suam in homines exercentem, et fideles hortatur ut à peccati servitute liberati, ipsius tyranni-

VERS. 9. — *Scientes quòd Christus*, etc. Docere vult Apostolus non modò recedendum esse à peccatis, sed in novitate vitæ continuò perseverandum.

VERS. 10. — *Quòd enim mortuus est peccato, mortuus est semel.* Sensus : Quòd enim mortuus fuit Christus, id semel duntaxat fieri oportuit, factumque est, videlicet ad destructionem peccati; simul ut mors nostra quâ peccato morimur, in ejus morte repræsentetur. Mortuus est Christus peccato, id est, propter peccatum, ad peccatum in nobis mortificandum et abolendum.

Quòd autem vivit, vivit Deo. Id est, quòd autem vivit jam excitatus à morte, vivit vitam gloriosam et immortalem, Deoque dignam, qui immortalis est.

VERS. 11. — *Ita et vos existimate*, etc. Ita, inquit, et vos cogitate de vobis ipsis, nempè vos semel mortuos esse peccato in baptismo; de cætero autem viventes esse ac vivere oportere Deo, id est, vitam vivere Deo congruam, quam nulla mors peccati ulteriùs sequatur, idque per Christum.

VERS. 12. — *Non ergo regnet*, etc. Peccatum intellige, propriè dictum. Notant S. Chrysost. et Theodor. non dici : Non tyrannizet quasi invitis vobis peccatum, quia peccatum in nobis regnare non potest, nisi nobis volentibus, illudque spontè ac-

di sese non subdant ampliùs.

UT OBEDIATIS CONCUPISCENTIIS EJUS. Indicat quid sit servire peccato, scilicet concupiscentiis obedire, seu mala desideria, quæ sunt quasi jussus peccati, adimplere. Itaque ne permittatis peccatum et concupiscentias ejus, quæ ad peccatum inclinant, regnare in vobis, id est, illis ne consentiatis, nec obediatis.

IN CORPORE VESTRO MORTALI. Prudenter nos Apostolus admonet mortalitatis nostræ, quâ nos excitet ad reprimendas concupiscentias nostras; quasi diceret : Brevis erit pugna, quia et corpus, et mundus, et concupiscentia ejus transit; mortalis hæc vita momentanea est; res mundi vanæ, et ejus concupiscentiæ fluxæ sunt; victoriæ autem præmium æternum erit.

VERS. 13. — SED NEQUE EXHIBEATIS. Gr. : *Neque sistite*, Syr. : *Nec etiam paraveritis membra...* ARMA INIQUITATIS PECCATO; id est, arma quibus militetis peccato, iniquitatem imperanti. SED EXHIBETE VOS DEO, id est, sed membra vestra exhibete Deo, quibus ei militetis, ad opera justitiæ patranda, quæ vobis imperat.

TANQUAM EX MORTUIS VIVENTES, id est, sicut facere decet eos qui ex mortuis redivivi vitam cum Christo vivunt novam et spiritualem. Itaque Deo obedite et servite, qui vos à mortuis cum Christo suscitavit.

Nota 1° quòd membra nostra sint quasi arma media inter virtutem et vitium, sicut ensis militi instrumentum est pro civibus, prædoni verò contra cives. Chrysost., Theophyl. Nota 2° quod peccato resistentes, justitiæ servientes, Deo militamus, et ideò Deum habemus ducem et adjutorem; Deum, inquam, qui nos ex mortuis fecit redivivos; quasi diceret : Ne paveatis, sed alacres, et generosi, et beneficii memores, sub Deo duce et benefactore vestro, pro justitiâ contra peccatum pugnate.

VERS. 14. — PECCATUM ENIM VOBIS NON DOMINABITUR. Ostendit victoriæ facilitatem, et hujus facilitatis

ceptantibus, ac consequenter nobis tyrannizare non potest.

Alii non improbabiliter, metonymicè capiunt hic *peccatum*, ut idem sit quod fomes peccati et concupiscentia. Unde notant S. August. et Gregor. non dicere Apostolum : Non sit, non habitet; hoc enim est impossibile, sed : Non *regnet in vobis peccatum*, ut scilicet illi vos subjiciatis, ejusque desideriis et concupiscentiis obediatis.

VERS. 13. — *Sed neque exhibeatis membra vestra arma iniquitatis peccato. Arma*, id est, instrumenta servientia peccato. Neque, inquit, exhibete, sistite, in obsequium date membra corporis vestri peccato, id est, fomiti, ut sint instrumenta, ac velut arma quibus peccato militetis; injustitiæ opera, ad quæ suo imperio movet ac impellit, exercentes.

Sed exhibete vos Deo tanquàm ex mortuis viventes. Sed, inquit, exhibete, sistite ac date vos ipsos totos quanti estis, in obsequium Deo; sicut facere convenit eos qui, peccato mortui, jam vivunt cum Christo, similitudini resurrectionis ejus conformati.

Et membra vestra arma justitiæ Deo, scilicet exhibete. Sensus : Et ideò membra vestra exhibete Deo, velut arma quibus ei militetis, ad exercenda justitiæ opera quæ vobis imperat.

VERS. 14. — *Peccatum enim vobis non dominabitur.*

dat rationem, quasi diceret : Non est periculum ne, sic sub Deo pugnantes, peccatum suam in vos exerceat tyrannidem, et in suum retrahat dominium; non enim estis ampliùs sub lege Mosaicâ, quæ peccatum quidem ostendebat, sed vires non dabat ad illud vincendum, et ubi consequenter peccatum jure quasi hæreditario regnabat; sed estis sub dominio Christi, ubi abundat gratia, et ubi fideles, non nisi volentes peccant.

Vers. 15. — Quid ergo peccabimus, quoniam non sumus?... Ex hâc libertate gratiæ objicit sibi quod ejus adversarii ipsum docere dicebant : Peccemus, vitiis indulgeamus; à lege liberi sub gratiâ sumus. Superabundabit, etc.; est igitur instantia objectionis initio cap. factæ : an prætextu gratiæ, liberiùs peccabimus? *Absit!* respondet 1° hanc instantiam, ut absurdam et impiam aversatus et rejiciens.

Vers. 16. — Nescitis quoniam cui exhibetis vos servos. Respondet 2° novâ ratione probans Christiano, non modò peccandum non esse, sed Deo fideliter serviendum, quia Deo nos ultrò servos dedimus in baptismo; an ignoratis quòd cui vos offertis servos ad obediendum, hujus vos estis servi?

Sive peccati ad mortem, id est, sive servi peccati, ut pro mercede mortem recipiatis æternam; stipendium enim peccati mors, v. 23.

Sive obeditionis, id est, Evangelii, obedientiam præcipientis; ad justitiam, id est, ut pro mercede nunc justitiam habeatis, et aliquando vitam æternam, ut explicat in v. 22. Nota quòd obedientiam opponat peccato, quia omne peccatum est quædam inobedientia; est enim legis divinæ transgressio. Vide c. 5, v. 19. Per obeditionem ergo intellige legem evangelicam, quæ docet obedire Deo, ejus mandata servare et consilia sequi. Duos ergo dominos hic designat è diametro repugnantes, Deum et diabolum, v. 22; peccatum et justitiam, seu obedientiam Deo. Non possumus utrique servire, sed alterutri parendum est : ut autem eligamus benè, paucis indicat quis sit utriusque imperii exitus; hinc mors æterna, hinc vita æterna; peccatum via ad mortem, justitia ad immortalitatem : eligite.

Vers. 17. — Gratias autem Deo, quod fuistis; id est esse desiistis, vel quòd, cùm fueritis servi peccati huic miserrimæ servituti renuntiantes, obedistis ex corde, id est, non exteriùs tantum, sed sincerâ fide, in eam formam, id est, juxta formam quam evangelica doctrina ab apostolis tradita vobis præscribit; hâcque vestrâ obedientiâ, vos Christi servos spontè dedistis, et publicè declarâstis.

Vers. 18. — Liberati autem a peccato, à durâ itaque peccati servitute liberati, servi facti estis justitiæ, quâ Deo servitur, cui servire regnare est.

Vers. 19. — Humanum dico propter infirmitatem. Exiguum quid et tenue vobis propono, vestræ potiùs infirmitati congruum, quàm divinæ Majestati debitum; etenim longè magis Deo quàm peccato serviendum foret; ob vestram tamen infirmitatem peto ut vel parem ejus nunc Deo præstetis servitutem, quam delicto exhibuistis.

Iniquitati ad iniquitatem, id est, ita ut ex unâ rueretis in aliam, sicque quotidie pejores fieretis.

Justitiæ in sanctificationem; ita ut in dies magis ac magis sanctificemini.

Vers. 20 — Cum enim servi essetis peccati, id est, quando, velut mancipia, peccato serviebatis, ut tyranno.

Liberi fuistis justitiæ, id est, huic reginæ non serviebatis, repugnant enim è diametro, ut dictum est v. 16; supple : Ergo nunc servi justitiæ facti, sic obedite vestræ reginæ, ut peccato nullatenùs pareatis. Vide Paraph.

Respondet autem fideles ab eâ peccati tyrannide liberatos esse per Christi gratiam, ut jam et deinceps peccatum eis non dominetur : ac proinde meritò se ab eis exigere tanquàm rem facilem, ut de cætero membra sua exibeant arma, non peccato, sed Deo.

Non enim sub lege estis, sed sub gratiâ, q. d. : Peccatum iis qui sub gratiâ sunt dominari nequit, nisi ipsi liberè se peccato subjiciant. Sub gratiâ autem esse dicuntur, qui ex fide per gratiam Christi, justitiam percipiunt aut exspectant. Sensus : Non estis sub lege, quippe jam abolitâ; sed ab eâ translati ad gratiam Christi, cui estis incorporati per Baptismum; igitur estis à peccati dominio liberi.

Vers. 15. — *Quid ergo?* etc. Quia, licèt simus sub gratiâ, non sub lege, tamen legem aspernari aut prævaricari non licet, sed potiùs per gratiam legem adimplere debemus.

Vers. 16. — *Nescitis quoniam cui exhibetis*, etc. An nescitis quòd cuicumque vos ipsos addicitis, obediendo voluntati et imperio ejus, servi illius efficimini; sive peccati, quod hominem sibi servientem trahit ad mortem; sive Evangelii, aut (secundùm alios) fidei, cujus obedientia præstat justitiam? Nam *in Evangelio justitia Dei revelatur ex fide in fidem*, sicut scriptum est, *justus autem ex fide vivit*, supra, cap. 1. Ubi etiam fides Evangelii per obedientiam describitur, quemadmodùm et alibi.

Vers. 17. — *Gratias autem Deo quòd fuistis* (esse desiistis) *servi peccati, obedistis autem ex corde in eam formam doctrinæ in quam traditi estis*, q. d. : Obedistis doctrinæ evangelicæ, in quam quasi in typum immissi estis à Deo et Apostolis, ut illi, quasi formæ et typo vos apprimatis et conformetis.

Vers. 18. — *Liberati autem à peccato*, etc. Gratias, inquam, Deo, quòd liberati à peccati dominio, servi facti estis justitiæ, nempe per hoc quod Evangelio obedivistis; ac si dicat : A probrosâ servitute, cujusmodi maximè est servitus peccati, translati ad honorabilem servitutem, scilicet justitiæ quâ Deo servitur.

Vers. 19. — *Humanum dico, propter infirmitatem carnis vestræ, sicut enim* (q. d. : Humanum enim est, ut sicut) *exhibuistis membra vestra servire immunditiæ et iniquitati ad iniquitatem, ita nunc exhibete membra vestra servire justitiæ in sanctificationem.* Nomine *carnis* intelligi potest ipse homo quatenùs carnalis est, ad malum pronus, et ad bonum infirmus. Sensus est : Ego à vobis, ô Romani Christiani, rem exigo humanam, id est, æquam, moderatam et facilem, ut scilicet, tantùm, tantoque conatu studeatis justitiæ, *in sanctificationem*, id est, ut in dies magis magisque sanctificemini, quanto olim studuistis iniquitati, ad iniquitatem, ita scilicet, ut ex unâ iniquitate rueretis in aliam, fieretisque semper sceleratiores.

Vers. 20. — *Cùm enim servi essetis peccati*, etc. *Justitiæ*, id est, à justitiâ, ejusque pulcherrimo statu; q. d. : Cùm serviretis peccato, expertes fui-

VERS. 21. — QUEM ERGO FRUCTUM HABUISTIS; hoc ut faciatis, libentiùs attendite quàm oppositi sint tam oppositorum dominorum fructus; quam utilitatem HABUISTIS TUNC, cùm peccato serviebatis IN ILLIS; respicit ad illorum impudicitias, quas v. 19 tetigit; præcipuè enim de illis erubescitur.

IN QUIBUS; Syr. : *Quorum vos hodie pudet*, seu ad quorum solam memoriam, NUNC ad pœnitentiam conversi, ERUBESCITIS. NAM FINIS ILLORUM MORS, scilicet æterna, quæ à morte corporali incipit et eam complectitur. Fructus ergo peccati rubor, confusio, denique mors æterna.

VERS. 22. — NUNC VERO LIBERATI... SERVI AUTEM FACTI DEO. Nunc Deo mancipatos vocat, quos supra justitiæ servos dixit, quia qui justitiæ servit, servit et Deo, omnis justitiæ fonti et justitiam nobis præcipienti; sicut et qui peccato servit, servit etiam diabolo, qui ab initio peccat, et ad peccatum incitat.

FRUCTUM HABETIS IN SANCTIFICATIONEM. Syr. : *Habetis fructus sanctos*, id est, opera sancta et sanctitatem in animâ parientia; FINEM VERO VITAM ÆTERNAM. Syr. : *Quorum finis est vita æterna;* id est, finis verò, ad quem opera sancta et sanctitas ordinantur, est vita æterna.

Fructus ergo justitiæ sunt sanctificatio, seu sanctitas in tempore, vita et regnum in æternitate.

VERS. 23. — STIPENDIA. Gr., ὀψώνια. Syr., *mercatura;* Opsonium, seu obsonium vocabatur annona militaris. Primò data est in specie, seu cibaria militibus data sunt; deinde pro eâ data est pecunia; at idem nomen mansit. Obsonium itaque est stipendium cibarium.

Stipendium dicitur à stipe pendendâ, quia æs, seu pecunia militibus distribuenda ponderabatur. Stipendium ergo, obsonium, merces peccati, seu peccatoris, mors æterna, ipsi debetur.

GRATIA AUTEM. Gr., χάρισμα.; Syr., *donum Dei*, seu donativum; præter stipendia ordinaria, imperatores donativa liberalia dabant militibus, ut eos animarent. His donariis comparatur æterna vita.

Equidem justitiæ merces dici potest; at maluit Apostolus gratiam dicere, quia et ipsa justitia et opera justa procedunt à gratiâ; peccator quidem de suo meretur mortem; justus autem Dei gratiâ adjutus meretur vitam æternam. Adde quòd vita æterna est merces quidem, quia datur pro bono opere; est verò gratia, quia merces est infinitè excedens omne bonum opus.

stis justitiæ: subtraxistis enim vos dominio justitiæ, et quasi omni lege soluti, in peccata ruistis. Ita Anselmus. Sensus : Quando eratis servi peccati, liberi eratis à præclarâ et unicè exoptandâ servitute justitiæ; liberi, inquam, in quantum non serviebatis justitiæ.

VERS. 21. — *Quem ergo fructum habuistis tunc in illis, in quibus nunc erubescitis?* Ostendit nullum verum fructum ex peccatis percipi, quia fructus propriè in bono intelligitur. Cùm autem dicit, *in quibus*, id est, de quibus, *nunc erubescitis*, insinuat effectum quemdam, qui impropriè fructus dici queat, ex peccatis consequi, sed malum et fugiendum, nimirùm pudorem et erubescentiam; quâ parte simul innuit se loqui potissimùm de peccatis immunditiæ; de his enim maximè solent homines erubescere.

Nam finis illorum mors est. Adeò nullus ex peccatis fructus percipitur, ut etiam mors inde tandem consequatur. Mortem intelligit eam quæ vitæ æternæ opponitur.

VERS. 22. — *Nunc verò liberati à peccato*, id est, à dominio peccati, cui serviebatis.

Servi autem facti Deo, id est, mancipati Deo, nempe per hoc quòd addixistis vos operibus justitiæ quæ Deus præcipit.

Habetis fructum vestrum in sanctificationem, hoc est, ipsam sanctificationem sive sanctimoniam, vitæque munditiam, velut fructum ex illâ servitute capitis. Si fructus est sanctitas, utique vera, licèt imperfecta, non igitur imputativè solùm et sancti et justi sumus. Loquitur enim de fructu quem in hâc vitâ percipimus; nam de futurâ sequitur :

Finem verò vitam æternam. Ad hanc enim perducit tandem justitiæ servitus, et ad eam ut causam finalem ordinatur.

VERS. 23 — *Stipendia enim peccati, mors.* Merces quam peccatum servis suis rependit, mors est. Considerat Apostolus peccatum ut dominum ac imperatorem, qui non solùm servis ac militibus suis imperet, verùm etiam stipendia solvat, eamque ob causam usus est *stipendii* nomine.

Gratia autem Dei, vita æterna in Christo Jesu Domino nostro. Gratia, id est, gratuitum Dei donum est vita æterna. Sensus est : Donum quod Deus servis suis largitur, est vita æterna accipienda per Jesu Christi Domini nostri merita. Vita æterna dicitur *gratia*, quia licèt operibus ex gratiâ factis debeatur vita æterna, tamen si labor noster nudè spectetur, ipsa est gratia, quia non sunt condignæ passiones hujus temporis ad futuram gloriam. Ita Theodoretus. Theologi communi consensu tenent Deum omnibus suis electis præmia redditurum supra condignum.

Corollarium pietatis, seu in hoc capite ad pietatem maximè notanda, et in praxim redigenda.

1° Nota mirabilem Christiani cum Christo per baptismum communionem; commortui, concrucifixi, consepulti, complantati, conresuscitati, conviventes, conglorificati sumus. Et hæc omnia triplici modo : typo, participatione, imitatione.

1° Baptismus typus est, et repræsentatio mortis et sepulturæ, et resurrectionis Jesu Christi Domini nostri : mortis quidem, quia, sicut Christus morte corporali mortuus est ob peccata nostra, sic et nos in baptismo morte spiritali morimur peccato, tum per virtutem et efficaciam baptismi, tum per nostram Satanæ et peccato abrenuntiationem, tum per sanctum novæ vitæ propositum. Sepulturæ verò, quia corpus in Baptismo ter aquis immersum, repræsentat Christi corpus in terrâ triduò sepultum. Resurrectionis autem, cujus imaginem gerit corpus post immersionem, ex aquâ in novam vitam resurgens. Vide v. 4.

2° Baptismus est participatio mortis, sepulturæ et resurrectionis Christi; efficit id quod significat : applicat nobis mysteria quæ repræsentat; producit in nobis effectus mortis, sepulturæ et resurrectionis Christi. Mortem Christi nobis sic applicat, ut illa fiat quasi nostra; quasi nos ipsi illam passi simus; et per hanc mortis quam Christus pro nobis passus est, ap-

plicationem ; omnia nostra delentur peccata, et quantùm ad culpam et quantùm ad pœnam. Sepulturam Christi nobis applicat, ut per eam corde et affectu à mundo separemur, quasi in terrâ sepulti. Resurrectionem Christi nobis sic applicat, ut per hanc applicationem gratia, quæ vita divina est, nobis detur, et jus habeamus ad gloriam, v. 4.

3° Baptismus est imitatio mortis, sepulturæ et resurrectionis Christi. Baptizamur *in mortem ipsius ad illam imitandam. Consepulti sumus in mortem*, id est ut moriamur. Quod Christo crux, hoc nobis baptisma : Christus fuit in cruce fixus, ut secundùm carnem moreretur; nos baptizamur, ut moriamur peccato : concrucifigimur *ut aboleatur corpus peccati*. Hæc mors debet esse continua, et in dies crescere, v. 4.

Consepulti sumus in mortem, ut reverà velut mortui et sepulti, nullum habeamus cum peccato et mundo commercium ; cor, mens, sensus nostri sint sine affectu circa res seculi ; ab eis mente et corde saltem simus abstracti, v. 7. Ex aquis exsurgimus, ut in novitate vitæ ambulemus, in gratiâ semper proficiamus, v. 4.

Hoc scientes, et hanc mirabilem nostram cum Christo communionem in mente semper habentes : 1° ob eam Deo gratias agamus, *qui nos gratificavit in dilecto Filio suo, in quo habemus redemptionem per sanguinem ejus, remissionem peccatorum*, Ephes. 1, 6. 2° Hæc tria mysteria, mortem, sepulturam et resurrectionem Christi factis et moribus repræsentemus ; verè peccato mortui simus, à mundo separati ; novam et Deo dignam vivamus vitam. 3° Nostri baptismi illiusque finis memores, studeamus in dies magis ac magis peccato mori, à secularibus separari, ad ampliorem charitatis perfectionem pervenire, in charitate ambulantes, quæ sursùm sunt quærentes, quæ sursùm sunt sapientes.

II° Nota et mirare divinam Apostoli ideam, sub quâ nos per baptismum à peccati tyrannide liberatos, Deo autem mancipatos, hortatur ad obediendum et serviendum justitiæ, et ad non assentiendum rursùs tyrannidi peccati. Juxta Apostoli mentem, peccatum tyrannus est, justitia regina est ; et hæc et ille suum regnum et dominium oppositum habent ; non potest quis utrique servire, sed alterutri parendum ; peccato, imò diabolo servitur, cùm concupiscentiæ obeditur ; justitiæ, Christo, Deo servitur, cùm desideria mala reprimuntur ; bonum opus perficitur.

Ut nos à miserâ peccati servitute avertat Apostolus, *non regnet* inquit *peccatum*, tyrannus ille, etc. ; ne consentiatis illius tyrannidi, obediendo scilicet concupiscentiis, quibus ad malum vos sollicitat. Sed memores et vestræ mortalitatis brevi complendæ, et rerum secularium vanitatis in instanti disparituræ, has concupiscentias fallaces reprimite, v. 12 ; eò facilior erit vobis hæc victoria, quo major vobis adest Christi gratia, v. 14. Ut nos animet ad obediendum justitiæ, *sed*, inquit, *exhibete vos Deo*, quasi diceret : Justitiæ obedientes, Deo ipsi regi vestro, benefactori vestro, qui vos à mortuis suscitavit, servietis, v. 13.

Et membra vestra arma justitiæ Deo. Quia regni fecit mentionem, ejus quoque armaturam congruenter ostendit, parandæque victoriæ rationem nos docuit, ait Theodoretus. Omnes corporis partes et arma justitiæ sunt, si mens velit ; et rursùs peccati, quando illa peccati dominatum amplexa fuerit, idem Theodoretus. Hinc nos hortatur Apostolus : *Sed neque exhibeatis...;* ne membra Deo dicata, peccato, diabolo militent ; sed vos toti et omnia vestra Deo militate, v. 13. Vestri non estis, sed Dei, cui spontè per baptismum vos dedistis, et qui vos, non in servos tantùm recepit, sed et in filios et hæredes adoptavit, v. 18. Tantæ charitatis memores, ipsius sitis toti : hoc à vobis exigit gratitudo, ac postulat æquitas ; toti fuistis peccato, ipsi, ut mancipia, serviistis, de justitiâ ne cogitantes quidem ; quid æquius quàm ut Deo mancipati, toti Deo sitis, de peccato non cogitantes, v. 19, 20. Id ergo exigit æquitas. At idem exigit utilitas vestra ; attendite ergo ad utilitatem quam ex peccatis vestris percepistis ; quid ex eis restat vobis ? pudor, confusio, mors, et mors æterna ; hoc est enim stipendium quod diabolus dat peccatoribus, suis militibus, v. 21, 23. Attendite autem et ad utilitatem, quam ex Dei servitio percipitis ; vivitis innocentes, puri, sancti, pace divinâ fruimini ; et expleto mortalis hujus vitæ tempore, vitam et regnum percipietis æternum. Immortalitas etenim et æterna felicitas est donativum quod suis militibus promeruit et promisit Dominus noster Jesus Christus.

His omnibus attentis, pugnate, vincite, cum Christo regnabitis in æternum.

CAPUT VII.

1. An ignoratis, fratres (scientibus enim legem loquor), quia lex in homine dominatur quanto tempore vivit ?

2. Nam quæ sub viro est mulier, vivente viro, alligata est legi ; si autem mortuus fuerit vir ejus, soluta est à lege viri.

3. Igitur vivente viro, vocabitur adultera si fuerit cum alio viro : si autem mortuus fuerit vir ejus, liberata est à lege viri, ut non sit adultera si fuerit cum alio viro.

4. Itaque, fratres mei, et vos mortificati estis legi per corpus Christi ; ut sitis alterius, qui ex mortuis resurrexit, ut fructificemus Deo.

5. Cùm enim essemus in carne, passiones pecca-

CHAPITRE VII

1. Ignorez-vous, mes frères (je parle à ceux qui sont instruits de la loi), que la loi ne domine sur l'homme que pour autant de temps qu'il vit ?

2. Car par cette loi une femme mariée est liée à son mari tant qu'il est vivant ; mais lorsqu'il est mort, elle est dégagée de la foi qui la liait à son mari.

3. Si donc elle épouse un autre homme pendant la vie de son mari, elle sera tenue pour adultère, mais si son mari vient à mourir, elle est affranchie de cette loi, et elle peut en épouser un autre sans être adultère.

4. Ainsi, mes frères, vous êtes vous-mêmes morts à la loi par le corps de Jésus-Christ, pour être à un autre qui est ressuscité d'entre les morts, afin que nous produisions des fruits pour Dieu.

5. Car lorsque nous étions dans la chair, les inclinations au péché, étant excitées par cette loi, agis-

torum, quæ per legem erant, operabantur in membris nostris, ut fructificarent morti.

6. Nunc autem soluti sumus à lege mortis, in quâ detinebamur, ita ut serviamus in novitate spiritûs, et non in vetustate litteræ.

7. Quid ergo dicemus? Lex peccatum est? Absit! Sed peccatum non cognovi, nisi per legem; nam concupiscentiam nesciebam, nisi lex diceret : Non concupisces.

8. Occasione autem acceptâ, peccatum per mandatum operatum est in me omnem concupiscentiam; sine lege enim peccatum mortuum erat.

9. Ego autem vivebam sine lege aliquando; sed cùm venisset mandatum, peccatum revixit.

10. Ego autem mortuus sum; et inventum est mihi mandatum, quod erat ad vitam, hoc esse ad mortem.

11. Nam peccatum, occasione acceptâ per mandatum, seduxit me, et per illud occidit.

12. Itaque lex quidem sancta, et mandatum sanctum, et justum, et bonum.

13. Quod ergo bonum est mihi, factum est mors? Absit! Sed peccatum, ut appareat peccatum, per bonum operatum est mihi mortem; ut fiat supra modum peccans peccatum per mandatum.

14. Scimus enim quia lex spiritualis est; ego autem carnalis sum, venundatus sub peccato.

15. Quod enim operor, non intelligo; non enim quod volo bonum, hoc ago; sed quod odi malum, illud facio.

16. Si autem quod nolo, illud facio, consentio legi, quoniam bona est.

17. Nunc autem jam non ego operor illud, sed quod habitat in me peccatum.

18. Scio enim quia non habitat in me, hoc est, in carne meâ, bonum : nam velle adjacet mihi, perficere autem bonum, non invenio.

19. Non enim quod volo bonum, hoc facio; sed quod nolo malum, hoc ago.

20. Si autem quod nolo, illud facio; jam non ego operor illud, sed quod habitat in me, peccatum.

21. Invenio igitur legem, volenti mihi facere bonum, quoniam mihi malum adjacet;

22. Condelector enim legi Dei secundùm interiorem hominem :

23. Video autem aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meæ, et captivantem me in lege peccati, quæ est in membris meis.

24. Infelix ego homo! quis me liberabit de corpore mortis hujus?

25. Gratia Dei per Jesum Christum Dominum nostrum. Igitur ego ipse mente servio legi Dei, carne autem, legi peccati.

saient dans les membres de notre corps pour leur faire produire des fruits pour la mort.

6. Mais maintenant nous sommes affranchis de la loi de mort, dans laquelle nous étions retenus, de sorte que nous servons Dieu dans la nouveauté de l'esprit, et non dans la vieillesse de la lettre.

7. Que dirons-nous donc? la loi est-elle péché? Dieu nous garde d'une telle pensée! Mais je n'ai connu le péché que par la loi; car je n'aurais point connu la concupiscence, si la loi n'avait dit : Vous n'aurez point de mauvais désirs.

8. Mais le péché ayant pris occasion de s'irriter par les préceptes, a produit en moi toutes sortes de mauvais désirs; car sans la loi, le péché était mort.

9. Et moi je vivais autrefois lorsque je n'avais point de loi; mais le commandement étant survenu, le péché est ressuscité;

10. Et moi, je suis mort, et il s'est trouvé que le commandement qui devait servir à me donner la vie, a servi à me donner la mort.

11. Car le péché ayant pris occasion du commandement, s'étant irrité davantage, m'a trompé et m'a tué par le commandement même.

12. Ainsi la loi est véritablement sainte, et le commandement est saint, juste et bon.

13. Ce qui était bon en soi, m'a-t-il donc causé la mort? Nullement; mais c'est le péché qui, m'ayant donné la mort par une chose qui était bonne, a fait paraître ce qu'il était, de sorte que le péché est devenu par ces mêmes préceptes une source plus abondante du péché.

14. Car nous savons que la loi est spirituelle; mais pour moi je suis charnel, vendu pour être assujéti au péché.

15. Car je n'approuve pas ce que je fais, parce que je ne fais pas le bien que je veux; mais je fais le mal que je hais.

16. Si je fais ce que je ne veux pas, je consens à la loi; et je reconnais qu'elle est bonne :

17. Et ainsi ce n'est plus moi qui fais ce mal; mais c'est le péché qui habite en moi.

18. Car je sais que le bien ne se trouve pas en moi, c'est-à-dire dans ma chair, parce que je trouve en moi la volonté de faire le bien; mais je ne trouve point le moyen de l'accomplir.

19. Car je ne fais pas le bien que je veux; mais je fais le mal que je ne veux pas.

20. Or si je fais ce que je ne veux pas, ce n'est plus moi qui le fais; mais c'est le péché qui habite en moi.

21. Lors donc que je veux faire le bien, je trouve en moi une loi qui s'y oppose, parce que le mal réside en moi.

22. Car je me plais dans la loi de Dieu, selon l'homme intérieur;

23. Mais je sens dans les membres de mon corps une autre loi, qui combat contre la loi de mon esprit et qui me rend captif sous la loi du péché qui est dans les membres de mon corps.

24. Malheureux homme que je suis! qui me délivrera de ce corps de mort?

25. Ce sera la grâce de Dieu, par Jésus-Christ notre Seigneur. Et ainsi je suis moi-même soumis à la loi de Dieu selon l'esprit, et assujéti à la loi du péché selon la chair.

ANALYSIS.

1° *Sex primis versibus explicat et probat quod v.* 14 *cap. præc. dixit :* Non estis sub lege, *etc.*

Judæos ergo ad Christum conversos alloquens, eis exponit quomodo per Christum sint à lege liberi : tum quia in baptismo, per virtutem mortis Christi ipsis tunc applicatæ, et quasi appropriatæ, mortui sunt; unde lex in eos vim ampliùs non habet, sicut maritus dominium non habet in conjugem mortuam;

Tum quia, in baptismo, resurrexerunt cum Christo, novam in eo vitam receperunt; ipsi uniti, copulati, et spirituali matrimonio conjuncti: sicque sub gratiâ sunt, ut ex eâ Deo fructificent, seu fructus vitæ producant; sicut sub lege, mortis fructus pepererunt.

2° *Sex aliis sequentibus versibus explicat quomodo lex, licèt in se sancta, per occasionem tamen peccatum multiplicavit, quatenùs illa peccatum, antea latens, indicavit et vetuit; hâcque tum notitiâ, tum prohibitione, concupiscentiam peccandi irritavit.*

Hoc autem modestiæ causâ Paulus in semetipso exponit, sese in duplici statu supponens; ante legem, v. 9 : Ego autem vivebam sine lege, *etc.; post legem :* Sed cùm venisset mandatum, *etc.; illius occasione, exarsit concupiscentia, et peccato me occidit.*

3° *Facto transitu à statu legis ad statum gratiæ, v. 14, explicat et in hoc statu deflendos effectus concupiscentiæ; sicut autem priùs in semetipso, ut Judæo, ostendit Judæis pravos effectus concupiscentiæ sub lege, sic et in semetipso, ut Christiano, ostendit Christianis invictos effectus concupiscentiæ, etiam in sanctis.*

Versu 24 ingemiscit ob hanc miseriam, illiusque remedium ostendit v. 25.

PARAPHRASIS.

1. Vos præsertim alloquor, Judæi fratres, et legis Mosaicæ gnari; nescire enim non potestis quòd homo legi obnoxius, tantisper lege tenetur, donec ea lex vivit, seu vim et vigorem habet.

2. Hanc legis vim in hominem liceat explicare per jus quod lex ipsa dat marito in conjugem : sicut mulier viro per conjugium obnoxia, illi viro per legem alligata est quamdiù vixerit ille; ubi verò mortuus est, soluta est à lege matrimonii : ita et homo legi obnoxius est, donec ea vivit; ab eâ autem liber est; ubi abrogata, seu mortua est.

3. Sicut igitur quamdiù vixerit maritus, uxor illius adultera est, si copulata sit cum alio viro; si verò mortuus sit, soluta est à lege matrimonii, ita ut non reputetur adultera, nec adulterii pœnis subjecta, si nupserit cum alio : ita de homine legi obnoxio, qui quasi adulter reputabitur, si adhuc vivente lege nupserit alteri; non verò, si jam mortua sit lex.

4. Itaque, fratres mei, nihil vobis nunc commercii cum lege Mosaicâ, quia et vobis ipsa mortua est, per mortem Christi; et vos illi quoque mortui estis, per eamdem Christi mortem, vobis in baptismo appropriatam; sic autem mortui estis in baptismo, ut et in eo et per eum à mortuis surrexeritis cum Christo, unumque facti sitis cum illo, quasi uxor et sponsa illius, ut ex illius gratiâ, Deo pariamus opera bona, sancta et divina.

5. Et sanè æquum est ut tanto conjugio nobilitati, fructum edamus Christo, sponso nostro, dignum; cùm enim sub lege carnali, quasi marito, viveremus, tunc affectiones et desideria peccandi, quæ per legis occasionem fiebant irritatiora, ita dominabantur in membris nostris, ut per ea fructus peccatorum parerent, mortis fœtus infelices.

6. Nunc ergo, ubi per Christi gratiam soluti sumus ab illo cum lege conjugio, cujus vinculo vinciebamur, et quod nobis erat occasio mortis, æquum est ut Christo, Filio Dei copulati, novo filiorum seu charitatis spiritu, Deo serviamus, scilicet ut unigeniti Filii sui sponsæ, non verò sicut antea, velut servi, solo pœnarum metu; hoeque charitatis et sponsæ spiritu pariamus opera, Deo Patre, Christoque sponso nostro, digna.

7. Sed vereor ne quis hæc me de lege dicentem audiens, putet me legi hanc calumniam inferre, quòd peccati sit auctor. Absit à piis mentibus talis interpretatio! Lex peccati nec auctor est, nec magistra, sed index et accusatrix.

Multa sunt enim peccata quæ non cognovi nisi per legem; imò ipsam concupiscentiam internam, quâ externi actus rationem induunt peccati, non novissem esse peccatum, nisi lex eam prohibuisset dicens : *Non concupisces.*

8. Lex ergo peccatum mihi indicavit et prohibuit, et quidem ut illud coerceret; sed concupiscentiæ vitium in me latens, et quasi sopitum, hujus prohibitionis occasione excitatum et irritatum, acriùs ad peccandum me sollicitavit, et in me excitavit omne malorum desiderionum genus. Sicque, per legis occasionem, peccatum, quod erat quasi mortuum, vitam ac vigorem accepit.

9. Hoc ut distinctiùs concipiatis, duplicem gentis nostræ distinguite statum : ante legem, et post legem; utrumque autem in meâ personâ expono. Ego Judæus, aliquando, v. g., in Ægypto, vixi sine lege Mosaicâ; tunc peccatum non agnoscebam, non curabam, ad illud non multùm excitabar.

Sed postquàm accessit lex, dixitque mihi : *Non concupisces*, hâc prohibitione, concupiscentia mea, quæ erat sopita, et quasi mortua, statim excitata revixit.

10. Revixit, inquam, peccatum; at ego peccato mortuus sum, quia mors est animæ.

11. Sicque meo, non legis vitio factum est, ut quod mihi datum erat ad vitam, occasio mihi foret mortis.

Quatenùs in me insita propensio ad peccatum, à lege, occasionem accepit illud avidiùs appetendi, hæcque propensio, quasi lena me seduxit, in suas partes dolosè attraxit; sicque me, ad opus vetitum inducendo, occidit.

12. Itaque nihil est quòd calumniemur legem, sancta est, et unumquodque ejus mandatum sanctum, æquum et bonum.

13. Sed, inquiet hic aliquis, si lex bona est, quomodò mihi mortem peperit? an quod in se bonum est, mihi causa mortis erit? — Absit quòd lex dicatur causa mortis; lex ad summum est mortis occasio; vera autem causa mortis est peccatum, per concupiscentiam contra legis prohibitionem commissum. Hinc appareat

quantum et quale malum sit concupiscentia, peccati parens, cùm per legem, sanctam et bonam, mortem in me sit operata; ejus sanè malitia major est quàm dici potest, quandoquidem per legem bonam produxit rem pessimam.

14. Lex, inquam, sancta est, ut quæ sancta et spiritualia præcipit; unde ergo mors et peccatum? ex naturæ nostræ corruptione, quæ sequitur, non quæ spiritui, sed quæ carni placent.

15. Hanc naturæ corruptionem, quæ et in sanctis remanet, lubet in meâ personâ vobis exprimere: ego igitur Paulus, licèt liber à lege, licèt sub gratiâ constitutus, licèt apostolus, et multis à Deo dotatus privilegiis, carnalis tamen sum, et carnis stimulos in malum sentiens; illiusque motus sæpè cogor, licèt invitus, et velut servus emptitius, sustinere;

Carnis, inquam, sum quasi servus; non enim approbo, et ut meum agnosco, quod in parte animali operor; in quâ non opere perficio bonum, quod mente approbo et volo; sed operor malum, quod mente odi; nollem enim concupiscere, invitus concupisco; vellem bonum alacriter peragere, at invalescente concupiscentiâ, non perficio.

16. Si autem nolens concupisco, sanè mens et voluntas mea consentit cum lege, et, ut bonam approbat legem, dicentem: *Non concupisces.*

17. Unde sequitur quòd nunc in hoc statu gratiæ, non ego, seu mens et voluntas mea, concupisco, sed meæ naturæ corruptio; seu insita veteri homini concupiscentia, quæ, me reluctante, suos motus excitat in me.

18. Novi enim per experientiam quòd in me, ut carnali et veteri homine, et per peccatum corrupto, non sit inclinatio ad bonum, sed propensio ad malum. Equidem quoad mentem et spiritum, velle mihi præstò est; sed propter hanc inditam concupiscentiam, exsequi non valeo.

19. Non enim, quod mente volo bonum, hoc perficio; sed quod nolo malum, in carne facio; invitus concupisco.

20. Igitur, sicut jam dixi, non ego, seu mens mea, concupisco, sed vetus et carnalis homo, seu natura corrupta.

21. Itaque, cùm juxta divinæ legis præscriptum, volo aliquod facere bonum, invenio legem, seu vim aliquam, huic meæ bonæ voluntati contrariam; et hæc vis, seu lex contraria, oritur ex naturæ meæ corruptione, seu est naturæ corruptæ perversa ad malum propensio.

22. Lex enim Dei me secundùm mentem delectat.

23. Experior autem aliam in carne meâ corruptâ legem, legi Dei, in quâ mens mea delectatur, repugnantem, et hæc carnis meæ lex, seu rebellio, me quasi captivum sibi ipsi reddit, cùm me cogat invitum ejus motus pati.

24. O me hominem infelicem! quis me liberabit ab hoc mortifero corpore, tot pravis affectibus, ad mortem pertrahentibus, obnoxio?

25. Gratia Dei per merita Domini nostri Jesu Christi.

26. Igitur ego ipse Paulus, qui supra, v. 14, mente et voluntate servio legi Dei; quia nolo concupiscere et concupiscentiæ motibus non consentio; carne autem seu appetitu carnali servio fomiti peccati, seu concupiscentiæ, ipsius motus sentiendo et contra Dei legem concupiscendo, licèt invitus

COMMENTARIA.

Vers. 1. — An ignoratis, fratres. Dixit in cap. præc., v. 14: *Non sub lege estis, sed sub gratiâ;* et quia statim interrogavit an ideò liceret liberiùs peccare, sicque digressus est, et in hâc suâ digressione perseveravit in reliquo capite, hinc ad hanc v. 14 propositionem regrediens, illam nunc probat, et explicat.

Judæos itaque ad fidem conversos hic alloquitur, quos et fratres suos, etiam secundùm carnem, vocat, quia et ipse Judæus, et legis non ignaros, quia à primâ ætate Judæi legis notitiâ imbuebantur.

Hos ergo docet Mosaicæ legis vinculo non ampliùs obligari; idque explicat metaphorâ viri et mulieris.

Lex in homine dominatur, Gr.: *Dominatur homini,* quanto tempore vivit. Quid? ille an illa? homo an lex? ambiguum est, si verba spectentur; si mens et sensus Apostoli spectetur, indifferens est; utrumque enim verum est, et de utroque mens Apostoli verificatur: est tamen probabilius quòd de lege debeat intelligi, sitque sensus: Scitis, fratres, quòd lex, quamdiù viget et abrogata non est, jus et potestatem habet in hominem, sicut maritus in uxorem.

Vers. 2. — Nam quæ sub viro est mulier. Gr., ὑπανδρος γυνὴ, *subviralis,* id est, nupta, seu viro per conjugium obnoxia, vivente viro alligata est legi. Gr.: *Viventi viro alligata est lege.* Syr.: *Ut mulier quæ devincta est marito suo per legem quamdiù vivit.*

Si autem mortuus fuerit, soluta est a lege viri, id est, à lege matrimonii, quâ viro subjiciebatur. Ostendit igitur comparatione hominem Judæum à jugo legis Mosaicæ liberari, sicut mulier nupta libera-

Vers. 1. — *An ignoratis, fratres,* etc. *Dominatur* jubendo, terrendo, reum faciendo, accusando, condemnando. Hic enim est dominatus legis. *Quanto tempore vivit,* scilicet ipsa lex, inquiunt Origen. et Ambr.; alii tamen, ut Theophylactus, Œcumenius, ad hominem referre malunt: sed eodem utrique hic sensus redit. Nobis tamen ad legem referri probabilius est, ut sit sensus: Lex dominatur et potestatem suam exercet in hominem, quamdiù ipsa vivit ac viget, non autem postquàm mortua et extincta fuerit.

Vers. 2. — *Nam quæ sub viro est mulier, vivente viro alligata est legi.* Comparat autem legem viro, et homines legi subjectos mulieri virum habenti. Apostolus hoc capite pulchrâ utitur metaphorâ, vel potiùs allegoria: nimirùm peccatum, mors et lex, quæ occasionaliter peccatum et mortem fovet, est maritus; anima nostra est uxor; proles sunt opera mala: hoc marito mortuo transit anima ad secundum maritum, nupsitque Deo, et peperit proles bonorum operum. M. S. Augustinus.

tur à lege conjugii per mortem mariti. Lex Mosaica, quasi maritus; Judæus legi Mosaicæ subjectus, quasi uxor matrimonio copulata : sicut quamdiù vivit maritus, illi, per legem matrimonii, alligata est uxor, ita, quamdiù lex viguit, illi Judæus fuit alligatus. Sicut autem marito defuncto, uxor soluta est à lege matrimonii, ita ubi lex abrogata fuit, ab eâ solutus est Judæus.

Vers. 3. — Igitur vivente viro, vocabitur adultera, si fuerit cum alio viro. Gr. : *Si fuerit viro alteri*, id est, si nupserit, vel si copulata sit alteri viro. Si autem mortuus fuerit vir ejus, liberata est a lege viri, id est, soluta est à lege matrimonii; ita ut non censeatur adultera, nec adulterii pœnis subjecta, si nupserit cum alio viro, aut alteri corporis sui potestatem fecerit; licèt enim in hoc casu peccet, sed non in legem contra adulteras.

Vers. 4. — Itaque, fratres mei, et vos mortificati estis. Syr. : *Nunc igitur, fratres mei, mortui estis legi in corpore Christi.* Adaptat similitudinem : hæc enim vox, *itaque*, indicat conclusionem, quam ex allato exemplo deducit Apostolus. Et quia hæc erat illius argumentatio : Uxor, mortuo marito, soluta est à lege viri; atqui lex, quæ erat quasi maritus vester, mortua est per Christi mortem; ergo vos pariter soluti estis, nec ampliùs sub lege, sed sub gratiâ. Debuisset igitur Apostolus dicere : Mortua est lex, etc.; sed Judæorum imbecillitati consulens, ne eos offenderet, maluit dicere : *Vos mortui estis legi.* Utrumque autem verum cùm sit, verum enim est quòd per Christi mortem mortua sit lex, Ephes. 2, v. 15, 16, verum quoque est quòd *nos mortui sumus, consepulti, complantati*, etc., ut in cap. 6 dictum est.

Hinc in re parùm referebat, quid verbis Apostolus exprimeret. Sive mortua est lex, sive mortui estis legi. Cautè tamen et prudenter Judæorum infirmitati sese accommodans, legem enim plurimi faciebant, unum dixit, aliud cogitandum reliquit, ait D. Anselmus. Vel secundùm D. Chrysostomum, mulierem mortuam apertè dicit; legem verò, maritum, clam significat in propositione, id est, in argumentatione, ut videre est supra.

Mortificati estis per corpus Christi, scilicet crucifixi et pro vobis occisi, Theophyl.; per mortem Domini, D. Chrys. Alii dicunt *per corpus Christi*, id est, per hoc quod incorporati estis Christo, scilicet per baptismum, et his favere videtur versio Syriaca, supra.

Ut sitis alterius, id est, ut sitis uxor alterius viri, seu ut multò nobilius contrahatis conjugium, unumque sitis cum Christo, Filio Dei, qui à mortuis surrexit, novusque factus est homo. Christus sponso comparatur, 2 Cor. 11, v. 2; Ecclesia sponsæ, Ephes. 5, 27.

Ut fructificemus Deo, id est, ut in hoc nostro cum Christo conjugio, ex Christi gratiâ, pariamus Deo opera bona et divina, fidei, spei, charitatis, aliarumque virtutum;

Vers. 5. — Cum enim essemus in carne... ; dat rationem ob quam debeant Deo fructificare, simulque ostendit discrimen inter hoc Judæorum cum Christo conjugium, et præcedens eorum cum lege matrimonium.

Cum enim essemus in carne, id est, cùm sub lege viveremus secundùm carnalem hominem.

Passiones peccatorum, id est, motus concupiscentiæ ad peccatum inclinantes, quæ per legem erant, id est, quæ occasione legis excitabantur, operabantur, id est, opus suum peragebant in membris nostris, seu per membra nostra; ut fructificarent morti, id est, ut fructus peccatorum parerent, qui nos ducerent ad mortem, nosque morti pabulum darent. Finis peccati, mors.

Vers. 6. — Nunc autem soluti sumus a lege mortis, id est, *à lege* quæ erat occasio peccati, et ideò

Si autem mortuus fuerit vir ejus, soluta est à lege viri, scilicet à lege matrimonii, quâ sub viri potestate mulier tenebatur, et à quâ liberatur per viri mortem.

Vers. 3. — *Igitur vivente viro vocabitur adultera, si fuerit cum alio viro;* id est, si copulata fuerit alii viro. *Si autem mortuus fuerit vir ejus, liberata est à lege viri, ut non sit adultera, si fuerit cum alio viro*, ac proinde non erit adultera, nec ut talis accusabitur, aut judicabitur, etiamsi conjuncta fuerit alii viro.

Vers. 4. — *Itaque fratres mei, et vos mortificati estis legi per corpus Christi.* Lex quæ erat quasi maritus noster, jam mortua est, et esse desiit per Christum; ergo nos pariter lege liberati, et soluti sumus, nec sub lege, sed sub gratiâ degimus.

Vos mortificati estis, q. d. : Lex quæ erat quasi maritus vester, jam per Christum mortificata et mortua est, quia scilicet in vobis mortuum est et esse desiit legis illud imperium, quo lex minatur, accusat terret, damnat et punit. Cùm Apostolus dicit, *nos mortuos esse legi per corpus Christi*, intellige immolatum in cruce, id est, per corporalem Christi passionem et mortem. Per hanc enim mortua est lex vetus nobis, et nos legi. Vel potiùs, et textui congruentius, *per corpus Christi*, id est, per hoc quòd sumus incorporati Christo, tanquàm conjuncti alteri viro, et cum eo facti una caro. Nam sequitur :

Ut sitis alterius, qui ex mortuis resurrexit Sensus : Quo fit ut loco veteris legis jam alium virum habeatis, eique conjuncti sitis, cujus deinceps arbitrio regamini; scilicet ejus qui à morte resurrexit; ad cujus formam etiam vos oporteat in novitate vitæ ambulare, tanquàm ex mortuis viventes.

Ut fructificemus Deo, id est, ut Christo tanquàm viro nostro cui conjuncti sumus, ex semine gratiæ ejus fœcundati, bonorum operum fructus proferamus.

Ut fructificemus Deo, ut vivas proles ex hoc cum Christo matrimonio pariamus Deo, scilicet opera fidei, spei, caritatis et aliarum virtutum, quæ ex semine, id est, gratiâ Christi et Dei, concepimus, ut illa Christo et Deo quasi eorum parenti offeramus. Significat è diverso eos qui sub lege erant, non fructificâsse Deo.

Vers. 5. — *Cùm enim essemus in carne*, etc. Sensus : Dico, ut *fructificemus Deo*, qui, quando eramus in carne, id est, in statu veteris et carnalis hominis (cujusmodi sunt omnes qui sub lege sunt) passiones peccatorum, id est, motus, affectiones ac desideria peccandi, quæ sunt et excitantur per legem, exercebantur, et ipso opere complebantur in membris nostris; itaque per ea fructificabamus non Deo, sed morti, id est, fructus edebamus mortiferos, qui sunt ipsa peccata, quia finis et stipendium peccati mors.

Vers. 6. — *Nunc autem* (per Christi crucem et mortem) *soluti sumus à lege* (quæ erat occasio peccati, et consequenter) *mortis in quâ detinebamur*. Sensus Apostoli est : Nunc autem per gratiam Christi liberati su-

mortis; IN QUA DETINEBAMUR, id est, cujus vinculo vinciebamur, eramusque captivi : ITA UT SERVIAMUS, id est, ut serviamus Deo IN NOVITATE SPIRITUS, id est, novo spiritu, scilicet spiritu charitatis quæ DIFFUSA EST IN CORDIBUS NOSTRIS PER SPIRITUM SANCTUM, QUI DATUS EST NOBIS; seu ut Deum diligamus, tanquàm filii adoptivi, et tanquam unigeniti Filii sui sponsæ; ET NON IN VETUSTATE LITTERÆ, id est, et non sicut sub lege veteri, et tantùm litterali, seu spiritu gratiæ destitutâ, tanquàm servi, et solo pœnarum metu.

Græci legunt : *Nunc autem soluti sumus à lege; mortui*, id est, *cùm simus mortui ei*, etc. Alii legunt : *Mortuo eo in quo detinebamur.* Alii : *A lege mortuâ.* Syrus : *Nunc autem cessamus à lege, et mortui sumus ei qui nos detinebat*, etc. Sed nostra lectio, cujus meminit Origenes, quam sequitur Ambrosius, et quam confirmat D. Hieronymus, clarior est.

Ex supra dictis, v. 4, disce quòd baptismus ita mors est, ut et matrimonium sit. Mors quidem, quia per baptisma morimur peccato, veteri homini; cum Christo morimur et sepelimur, ut in cap. 6 sæpè dictum est. Matrimonium verò, quia per baptismum animæ nostræ uniuntur Christo, Ecclesiæ sponso, unumque fimus cum illo, ut ex ipso et per ipsum opera sancta, et Deo digna pariamus. Ad hoc attende, ô anima mea! et tanto honore nobilitata, Christi sponsi tui zela et æmulare gloriam; ama quod amat, omnibus illius subdere voluntatibus; ipsius sis tota. Disce et ex eodem versu, quòd hujus matrimonii finis sit fructificare Deo, opera sancta Deo continuè parere, tota Deo vivere. Attende, ô anima mea, quomodò huic Dei in te voluntati responderis. Erubesce, ô anima, in bono sterilis, et in malo fœcunda; ruborisque et doloris plena, recurre ad sponsum tuum, veniam pro præterito precatura, et pro præsenti et futuro Spiritum sanctum petitura.

Christe, Fili Dei vivi, omnis autem animæ christianæ sponse, miserere animæ meæ, tuæ licèt indignissimæ et infidelissimæ sponsæ; omnes ei condona præteritas infidelitates, ejusque peccatorum immemor, et tuum da ei, quæso, spiritum, spiritum amoris, ut hoc tuo spiritu, fœcunda, edat Deo opera vitæ; sine hoc tuo spiritu miser passionum servus ero, et opera mortis semper pariam; at spiritu tuo repletus, Deo subdar, ipsique, ex gratiâ tuâ, fructus vitæ producam.

VERS. 7. — QUID ERGO DICEMUS? LEX PECCATUM EST...? Multa dixit in superioribus, quibus videbatur legi calumniam inferre, v. g., v. 5 : *Passiones peccatorum, quæ per legem erant;* v. 6 : *A lege mortis.* Hæc ut explicet, interrogat : *Quid ergo dicemus?* id est, an dicimus, ut calumniantur aliqui, quòd lex peccatum sit, id est, auctor peccati. ABSIT! SED PECCATUM NON COGNOVI, etc., id est, non ita exactè novissem, ait Theodoretus post D. Chrysostomum.

NAM CONCUPISCENTIAM NESCIEBAM..... Gr. : *Ipsam enim concupiscentiam nesciebam*, etc. Syr. : *Non enim concupiscentiam novissem*, etc., id est, internum rei alienæ, v. g., uxoris, desiderium, non novissem esse peccatum, nisi lex diceret : *Non concupisces.* Hoc enim nullâ lege humanâ vetitum.

Nota quòd D. Paulus modestiæ causâ, in primâ personâ loquitur, rem odiosam sic in se volens exprimere, ut eam liberiùs aliis exponat Judæis. Nota et quòd Hebræum in suâ personâ describit in duplici statu : ante legem scilicet, et post legem. In primo statu, quando peccatum latebat, eratque sopitum; in secundo statu, quando patefactum fuit peccatum, prohibitum, et per prohibitionem excitata fuit concupiscentia. *Absit* itaque quòd lex peccatum sit, aut peccati magistra; quinimò est peccati accusatrix, ait Theodoretus, quia multa sunt peccata et per se mala, quæ non novissem mala, nisi lex me docuisset. Ipsam concupiscentiam internam, quâ actus externi rationem et malitiam peccati induunt, non novissem esse peccatum, nisi lex eam prohibuisset.

Non cognovi et nesciebam, hìc non ignorationem omnimodam significant; sed hoc dicit, naturalis se discretionis exactiorem cognitionem accepisse per legem, ait Theodoretus.

Lex itaque est cognitio peccati, non causa peccati; producit peccati cognitionem : est autem per accidens et extrinsecum legi, quòd ex hâc cognitione peccati irritetur concupiscentia, et peccatum operetur.

VERS. 8. — OCCASIONE AUTEM ACCEPTA... Græcè : *Occasionem autem accipiens peccatum.* Syr. : *Proinde hoc præcepto* (scilicet : *Non concupisces*) *invenit sibi occasionem peccatum, et consummavit in me omnem concupiscentiam.* Lex, ut v. 7 dictum est, dat cognitionem peccati, et illud prohibet. PECCATUM AUTEM, id est, concupiscentiæ vitium, in me latens, et quod erat sopitum, et quasi mortuum; hujus prohibitionis occasione excitatum et irritatum, multò vehementiùs grassari cœpit, et excitavit in me omne genus malorum

mus à jure legis, utpote mortui ipsi legi, in cujus servitute detinebamur. *Soluti sumus*, Græcè, *enervati sumus*, id est, enervata in nobis est lex, quia lex vires et nervos suos, scilicet dominium, et jus quasi maritale, quòd in nos habebat, amisit.

Ita ut serviamus (Deo et Christo) *in novitate Spiritûs, et non in vetustate litteræ*, non in veteri vivendi genere, animali et carnali, cujus magistra est legis littera, non gratia. Ita Anselm. Lex enim homini vetustatem suam indicabat quidem et vetabat, sed adeò non auferebat, ut per occasionem etiam eamdem auxerit; magis refricabat enim, irritabat et incitabat veteres concupiscentiæ affectus. Novitas vitæ vera justitia est, quæ declaratur bonis operibus : vetustas, injustitia quam ostendunt opera mala.

VERS. 7. — *Quid ergo dicemus? Lex peccatum est? Absit!* Non enim lex in se peccatum est, lex enim à Deo est, ideòque per se bona. Officio legis, quod est monstrare peccatum, non autem præcipere aut promovere.

Sed peccatum non cognovi nisi per legem : nam concupiscentiam nesciebam (esse peccatum) *nisi lex diceret : Non concupisces.* Per legem cognitio peccati. Nam, sicut peccatum nullo modo cognoscitur nisi per legem in genere (peccatum enim definitur quod sit contra legem), ita perfectè non cognoscitur peccatum, nisi per legem scriptam, seu positivam, quæ data sit à Deo.

VERS. 8. — *Occasione autem acceptâ, peccatum per mandatum operatum est in me omnem concupiscentiam.*

desideriorum. Lex, seu prohibitio concupiscentiam irritat, sicut aqua calcem vivam.

Sine lege enim (concupiscentiam vetante) peccatum mortuum erat, id est, sopitum. Concupiscentia interior, quia nullà lege humanà prohibebatur, erat quasi mortua, sopita, et non reputabatur peccatum : at lege Dei prohibita, exarsit in omnes pravos motus et affectus.

Vers. 9. — Ego autem vivebam sine lege...; loquitur in personâ Judæi, ante legem, v. g., in Ægypto. Alii tamen id intelligunt de D. Paulo, cùm inciperet adolescere et peccare, legem Mosaicam nondùm edoctus. Ita Cornel., Menoch., Tirin.

Ego, Judæus scilicet, aliquando, v. g., in Ægypto, ante legem Mosaicam, vivebam quasi exlex, peccatum non agnocens, non curans, non æstimans; sicque ad illud non multùm incitatus. Sed cum venisset mandatum, id est, lex dicens mihi : *Non concupisces*, peccati dans mihi cognitionem, illudque prohibens, peccatum revixit, id est, excitatum est. Concupiscentia mea, quæ erat quasi sopita et mortua, per legem excitata revixit.

Vers. 10. — Ego autem mortuus sum....Peccatum, inquam, revixit; at ego peccato mortuus sum.

Observa et mirare antithesim inter peccatum et hominem, quibus lex successivè mortis et vitæ est occasio. Ante legem, peccatum erat quasi mortuum, homo autem videbatur vivere; post legem, peccatum revixit, homo verò mortuus est, peccato scilicet, quod est mors animæ. Ante legem, languebat concupiscentia, et homo non erat prævaricator; post legem, exarsit concupiscentia; ipsi, non obstante lege, obedivit homo, factusque est legis prævaricator, et per legis trangressionem, factus est obnoxius morti temporali et æternæ.

Et inventum est mihi mandatum...., sicque factum est ut lex quæ mihi data erat ad vitam, occasio mihi foret mortis.

Sensus : Concupiscentiæ vitium in me latens, occasione mandati illius : *Non concupisces*, per illud ipsum excitavit et produxit in me omne genus pravorum desideriorum. Ac si dicat : Multò latiùs grassari cœpit quàm ante, tanquàm ipsâ prohibitione lacessitum; quemadmodùm de filiis Israel legitur Judicum 2, quòd audientes mandata Dei, omnia fecêre contraria. Nam virtus peccati, lex. Vehementiùs enim inardescit concupiscentiæ flamma dùm lege premitur; *nitimur* enim *in vetitum semper*.

Sine lege enim peccatum mortuum erat, id est, sopitum erat; per legem enim excitatum revixit. Dicit ergo peccatum sine lege mortuum fuisse, non simpliciter, quasi non esset; sed velut mortuum, quia non cognoscitur nisi per legem; et quia vires suas non exerebat, quemadmodùm postea lege superveniente. Consopitum quippe erat donec à lege excitaretur.

Vers. 9. — *Ego autem vivebam sine lege aliquando*, nimirùm tunc, cùm adolescere inciperem et peccare, nec tamen legem Moysi edoctus essem; tunc enim vivebam quasi exlex, ac consequenter peccatum non curabam, non agnoscebam, non æstimabam; hinc ad illud non multùm incitabar.

Sed cum venisset mandatum, peccatum revixit. Sensus est : Postquam verò mandatum illud legis : *Non concupisces*, in notitiam meam venisset, revixit in me peccatum, scilicet per cognitionem ipsius quam lex præstat, et consequenter per malorum desideriorum exuberantiam, quæ occasionem habet ex lege. *Revixit*, id est, excitatum est; et, ut Augustinus exponit, apparere cœpit.

Vers. 11. — Nam peccatum, occasione accepta. Gr., *occasionem accipiens*; id est, nam concupiscentia, occasione legis acceptâ, in suas partes me dolosè traxit et occidit me, ad opus vetitum inducendo. Vide paraph.

Vers. 12. — Itaque lex quidem sancta.... Ex supra dictis concludit Apostolus contra objectionem v. 7 factam; quod tantum abest ut lex peccatum sit, quin imò sancta est, et unumquodque ejus mandatum sanctum, docens quomodò Deus sanctè colatur; justum, præscribens ut unicuique suum reddatur; bonum, præscribens ea quibus quisque bonus sit, si servetur.

Hinc D. Thomas putat dici *sanctum*, propter præcepta cæremonialia; *justum*, propter judicialia; *bonum*, propter moralia.

OBSERVATIO MORALIS.

Ex dictis de lege v. 7 et 8, quæ majoris reatus occasio fuit, disce cum D. Augustino frequenter orare : Da, Domine, quod jubes, et jube quod vis. Qualiscumque sit nostra, sive per legem, sive per rationem, cognitio, ita pravum et corruptum est cor hominis, ut nisi Christi gratiâ medicinali sanetur, tota hæc nostra notitia majoris peccati futura sit occasio. Legis cognitio bona quidem est, est enim Dei gratia; et gratia quæ ex cordis nostri corruptionne lethalis et funesta nobis erit, nisi gratia Dei interna cordis nostri corruptionem sanet. Itaque : *Sana me, Domine, et sanabor; salvum me fac, et salvus ero*, Jerem. 17, 14.

Ex dictis v. 9, 10, disce quàm necessaria nobis Dei gratia, ob miserandum et lacrymis etiam sanguineis deflendum statum nostrum. Si enim legem ignoret homo, ipsius ignorantia illi causa mortis est. Si legem novit, ipsius notitia, ob cordis sui pravitatem, plerùmque majoris criminis erit occasio. Sine lege, aut legis cognitione, non novit concupiscentiam, illam putat naturalem, nec peccatum, aut offensam Dei reputat. Hinc peccatum deglutit ut aquam. Si noverit

Vers 10. — *Ego autem mortuus sum*, vel mortuus fui, id est, manifestè factus obnoxius morti æternæ, propter manifestam, ut dictum est, legis transgressionem. Nam mortem æternam intelligit, quæ transgressionis est pœna.

Et inventum est mihi mandatum, quod erat ad vitam, hoc esse ad mortem. Et sic reipsà comperi legem, seu legis mandatum, quod à Deo datum fuit, et per se ordinatum ut hominem perduceret ad vitam et salutem, hoc ipsum mihi cedere ad mortem, quia morti æternæ me palàm reddidit obnoxium.

Vers 11. — *Nam peccatum occasione*, etc. Nec mirùm si peccatum occidit per mandatum, quando et ipsum mandatum occidere dicitur, quia cùm sanare non possit, mortem suis transgressoribus comminatur et irrogat. Ita namque dictum est : *Littera occidit*, 2 Cor. 3.

Vers. 12. — *Itaque lex quidem sancta*, etc., q. d. : Hoc mandatum : *Non concupisces*, et quodvis aliud in se *sanctum* est, quia facit hominem purum, castum, sanctum; et *justum* est, quia hominem cohibet, ne injustè alienam uxorem aut rem concupiscat; et *bonum* est, quia hominem bonum facit omnesque animi

illam, et Dei gratiâ non præveniatur, non obstante peccati notitiâ et prohibitione, concupiscentiam sequetur, fietque ob notitiam magis reus.

Itaque, ô lumen! ô vis et efficacia gratiæ! quàm mihi necessaria estis! ô lux æterna, illumina me! ô sanctitas ipsa, sanctifica me! Christe, lux mundi, illumina mentem meam! Christe, Salvator mundi, salva, purga, sanctifica cor meum. Da mihi cor novum, cor docile, et tuæ voluntati semper subditum. Da, Domine, quod jubes; sis reverà magister et medicus.

Lex pædagogus, non medicus; Christus magister et medicus.

Vers. 13. — Quod ergo bonum est, mihi factum est mors.... Hic secundum objicit sibi incommodum, ex dictis sequens; hinc enim saltem sequi videtur quòd mandatum in se sanctum, mihi factum sit causa mortis.

Absit! Non enim lex, sed legis abusus est causa peccati. Lex tantùm occasio; vera autem causa mortis, est transgressio legis, seu peccatum contra legis prohibitionem.

Nam peccatum, id est, concupiscentia, quæ parit peccatum, ut appareat peccatum, id est, quantum et quale sit malum; per bonum, id est, per legem, operatum est mihi mortem, id est, pellexit me in mortem, instar lenonis vel lenæ, ut fiat supra modum peccans. Græcè: *Ut fiat secundum hyperbolem*, id est, plus quàm dici potest, peccans, peccatrix, id est, magna et exuberans peccatorum et malitiæ causa.

Per prosopopæam loquitur de peccato, seu de concupiscentiâ, fomite peccati, quasi de personâ quæ excitaret voluntatem ad peccandum, et quæ major peccator, seu peccatrix fit, quando ad majus peccatum excitat; *ut fiat supra modum*, insigniter et excessivè *peccator*, ἁμαρτωλὸς, reus, peccator; ἡ ἁμαρτία, *peccatum*, idque *per* ipsum *mandatum*.

Heu quanta cordis nostri perversitas et corruptio! quæ legis et intellectûs lumen corrumpit et inficit; et hâc legis et intellectûs corruptione, ipsa fit infectior, sceleratior et inexcusabilior. Adeò corrupti quæramus medicum; humiles, tremebundi, gementes, Christi gratiam imploremus, quæ sola cordis corruptionem sanat.

Vers. 14.—Scimus enim quia lex spiritualis est.... Syr: *Scimus enim legem spiritûs esse; ego verò carnis sum, et venditus sum peccato.* Probat legem sanctam esse, et non causam mortis; simulque rationem reddit ob quam ex lege sequitur à lege non intentum, scilicet peccatum et mors; alia quippe est natura legis, alia hominis, etiam justi et sub gratiâ constituti. Lex enim spiritualis est, spiritualia præcipiens, et quæ spiritualis sunt hominis; virtutem amplecti, vitia fugere.

Ego autem carnalis sum. Loquitur hic in propriâ personâ, et in statu suo præsenti, ut Cornelius à Lapide colligit ex omnibus Apostoli verbis, quæ sunt de præsenti, et ut Estius fusè probat.

Ego autem carnalis sum, id est, vitio naturæ corruptæ, sequor non quæ spiritui, sed quæ carni placent; venundatus sub peccato. Gr., *sub peccatum.* Syr., *et venditus sum peccato;* id est, venditus in servitutem sub jugo peccati, quasi Domini. Hoc intellige: carne, vel secundùm carnem servus sum, seu, ut explicat v. 25, *servio legi peccati.* Hinc que fit quòd lex in me non habet finem suum; sed ego, non ipsa, sum causa peccati et mortis.

Itaque ad clariorem versuum sequentium intelligentiam, observa quòd Apostolus, facto transitu à præterito statu legis et peccati, ad statum gratiæ, sed adhuc cum concupiscentiâ luctantis, exponit in suâ personâ, quæ justis, etiam sub gratiâ constitutis, contingunt; idque tum ut nos instruat, et ad pugnandum excitet; tum ut Judæis ostendat discrimen quod est inter hunc præsentem sub gratiâ statum et inter

vires et motus benè et ritè ordinat ac componit. Bona est lex, si quis eâ legitimè utatur, 1 Tim, 1.

Vers. 13. — *Quod ergo bonum est, mihi factum est mors?* etc. Sensus: Num igitur mandatum, quod est aut erat per se bonum, mihi factum est mortiferum, id est, causa mortis? Scilicet ejus quæ est pœna transgressionis.

Absit. Non fuit hæc mutatio, vitium et culpa ipsius mandati, sed peccati et hominis mandato abutentis.

Sed peccatum, ut appareat peccatum (ut robur et vires peccati manifestentur), *per bonum* (per mandatum, occasionaliter) *operatum est mihi mortem.* Sed peccatum mihi factum est mors, nimirùm (ut appareat quale quantumque sit malum) per bonum operando mihi mortem, id est, per legem.

Ut fiat supra modum peccans peccatum per mandatum. S. Hieron. legit: *Ut fiat peccantius peccatum.* S. Augustinus legit: *Ut fiat supra modum peccator peccatum.* Loquitur autem Apostolus de peccato velut de personâ quâpiam. Sensus: Adeòque illud ipsum peccatum in me latens occasione mandati, factum est tamquàm ingens peccator, dùm in me operatur omnem concupiscentiam, et in apertam prævaricationem impellit, insuper et occidit.

Vers. 14.— *Scimus enim quia lex spiritualis est*, etc. Perspicuum est, inquit, non esse culpam legis, dùm eâ acceptâ pejor quis efficitur. Scimus enim quicumque rectè sapimus, legem spiritualem esse, quia præcipit ea quæ observata spiritualem et justum reddunt hominem. *Quia lex*, inquit, *spiritualis est*, id est, spiritalia precipit, non carnalia. Dicitur autem tam lex quàm homo spiritualis, vel à spiritu hominis, id est, mente, cui carnem opponit; vel potiùs à Spiritu sancto, cui passim carnem opponit.

Ego autem carnalis sum. Augustinus de homine justo et sub gratiâ constituto totum hunc locum exponit et exponendum docet; et Apostolum hic et deinceps loqui in suâ ipsius personâ, et omnium eorum, qui quantùmvis sentiant in se legem quamdam repugnantem legi mentis suæ, id est, concupiscentiæ fomitem, cujus motibus incitantur ad ea quæ divinæ legi contraria sunt; jam renati tamen et sub gratiâ constituti, mente ac voluntate conquiescunt in lege Dei. Quod ergo dicit: *Ego autem carnalis sum*, intellige non mente, sed carne adhuc concupiscente contra spiritum. Quod non est absolutè carnalem esse, sed secundùm aliquid: quatenùs scilicet homo per gratiam renovatus, adhuc fomitem peccati circumfert, assiduè commoventem in ipso peccandi desideria. Qui autem hoc tantùm modo carnalis est, is simpliciter est spiritualis, utpote legi, quæ spiritualis est, consentiens, et proinde Deo, qui legem dedit.

præteritum statum sub lege; in illo præterito statu obediebatur concupiscentiæ et peccabatur; in hoc præsenti gratiæ statu, concupiscentiæ quidem stimuli in malum sentiuntur, at illis resistitur, et non peccatur.

Concupiscentiæ quidem quasi tyranno traditi sunt etiam justi; non autem peccato: instar servi emptitii cogimur concupiscentiæ motus sentire, sed non illis consentire; ingemiscimus sub illius tyrannide, illiusque legi carne servimus, sed mente et affectu servimus legi Dei.

Quod enim operor, non intelligo. Probat se venundatum esse peccato; seu, se servum esse concupiscentiæ, ex eo quòd faciat non quæ facienda sibi videntur, sed quæ dominus, nimirum concupiscentia imperat; scilicet, malum concupiscere. Sensus ergo est: Quod operor in parte animali, non agnosco ut meum, nec approbo; quia, sine ullo voluntatis meæ consensu, id agit pars animalis; seu, quod idem est, opera et motus concupiscentiæ meæ, per rationem et voluntatem non approbo.

Non enim quod volo bonum...; id est, non enim opere perficio bonum quod mente approbo et volo; sed carne operor malum quod mente odi, seu mala carnis desideria, quæ voluntate detestor; in inferiori appetitu sentire cogor. Quasi diceret: Nollem concupiscere, invitus concupiscò; vellem bonum alacriter facere, at invalescente concupiscentiâ, non perficio.

Vers. 16. — Si autem quod nolo, illud facio, consentio. Syr.: *Suffragium fero legi eam bonam esse.*

Si autem quod nolo...., appetitu superiori, seu voluntate; illud facio, in appetitu inferiori; id est, si nolens ego concupisco, consentio legi, id est, mens et voluntas mea consentit cum lege, adhæret legi, approbat legem dicentem: *Non concupisces.* Unde sequitur:

Vers. 17. — Nunc autem jam non ego. Græcè: *Nunc autem non ampliùs ego*, etc. Syr.: *Nunc autem non ego quidem*, etc. Hinc, inquam, sequitur quòd nunc, in hoc statu gratiæ, non ego, seu mens et voluntas mea, concupisco; sed mea corruptâ natura, seu fomes peccati.

Vers. 18. — Scio enim quia non habitat in me.... Novi enim per experientiam, quod in me, id est, in carne meâ per peccatum corruptâ, non habitat bonum, id est, inclinatio ad bonum, sed propensio ad malum.

Nam velle adjacet mihi. Syr.: *Nam ut velim bonum, facile quidem mihi est;* at ut illud exsequar, impotens sum; seu est quidem in me justificato prompta voluntas faciendi bonum, sed vix illud exsequi possum, quia caro est infirma, et spiritui semper rebellis; vel juxta spiritum est mihi præsto velle bonum.

Vers. 19. — Non enim quod volo bonum; superioris est repetitio ad majorem assertionem, v. 15.

Vers. 20. — Si autem quod nolo, illud facio. Vide v. 16 et 17.

Vers. 21. — Invenio igitur legem, id est, vim, imperium, dictamen concupiscentiæ scilicet, *legem*, inquam, contrariam *mihi volenti facere bonum;*

Quoniam mihi malum adjacet; id est, quia propen-

Venundatus sub peccato. Sensus: Carne adhuc servus sum peccati, quomodò dicit in fine capitis, se carne servire legi peccati. Quo etiam sensu sancta Ecclesia, B. Gregorio auctore, in personâ omnium fidelium orat dicens: *Ut nos Unigeniti tui nova per carnem nativitas liberet, quos sub peccati jugo vetusta servitus tenet.* Quam Ecclesiæ orationem opponimus iis quibus absurdum videtur in personâ justi hominis dici, quòd carnalis sit, et venundatus sub peccato.

Vers. 15. — *Quod enim operor, non intelligo*, id est, per rationem et voluntatem non approbo, opera et motus concupiscentiæ meæ. S. August. hunc dat sensum: Probat hic Apostolus se venundatum sub peccato, id est, esse servum concupiscentiæ, ex eo quòd faciat non illa quæ sibi facienda videntur, sed illa quæ dominus, scilicet concupiscentia, sibi imperat puta concupiscere; id deinde probat verbis consequentibus.

Non enim quod volo bonum, hoc ago; sed quod odi malum, illud facio. Sensus: Non enim perficio id quod mente volo, scilicet bonum; sed carne operor id quod mente odi, scilicet malum, q. d. Paulus: Vellem non concupiscere; et nollem concupiscere, et tamen concupisco.

Nota: *Facio* significat hic actionem hominis imperfectam, id est, actum concupiscendi appetitûs, extra rationis assensum. Unde explicans subdit Apostolus: *Jam non ego operor, illud, sed quod habitat in me peccatum*, q. d.: Hic actus concupiscendi, non est meus, non est humanus, quia non est liber et deliberatus, sed est actus inhabitantis in me peccati, id est, concupiscentiæ.

Vers. 16. — *Si autem quod nolo*, etc. Sive, *quòd bona sit;* si, inquit, quod mente non volo sed odi, illud ago, videlicet carne concupiscendo, jam consentio legi, verbi gratiâ, dicenti: *Non concupisces*, tanquàm bonæ: quia voluntas mea quâ nolo quod facio, legi consentanea est, quæ vult me hoc nolle. Itaque consentio legi, non solùm intellectu judicans quòd bona sit, verùm etiam voluntate me ei conformans. Quod utique est hominis justi, ac mente renovati.

Vers. 17. — *Nunc autem jam non ego operor illud*, etc. Græcè: *Nunc autem non amplius ego.* Sensus est: Quoniam renovatus per gratiam, legi consentio; nunc non ampliùs ego operor malum, sicut faciebam constitutus sub lege; sed peccatum in me habitans illud operatur, id est, concupiscentia mihi insita, et sedem in me fixam habens, pravos motus in me excitat non consentiente.

Vers. 18. — *Scio enim quia non habitat in me, hoc est in carne meâ, bonum.* Novi per experientiam in me, quatenùs caro sum, id est, carnalis, non habitare bonum, sed malum.

Nam velle, adjacet mihi; perficere autem bonum, non invenio, q. d.: Facultas et bona voluntas volendi id quod bonum est, est in me justificato; sed vix, et non nisi difficulter illud perficere possum. Spiritus enim promptus est, caro autem infirma, imò reluctans spiritui. Ita S. Augustinus, Anselm., S. Thomas.

Vers. 19. — *Non enim quod volo bonum*, etc. Repetit iisdem penè verbis quod jam ante dixerat, ad probandum quod dixit: *Perficere bonum non invenio.* Verbum *volo*, quo significaret voluntatem aversantem, et in contrarium nitentem. Id enim postulat res de quâ agitur. Unde et priùs dixit: *Odi*, pro quo postea: *Nolo.*

Vers. 20. — *Si autem quod nolo*, etc. Per hoc enim innuere voluit Apostolus se facere secundùm carnem, quod tamen ipse homo mentis deliberatione nolit; ideòque se hominem rationali ac deliberatâ actione illud non agere.

Vers. 21. — *Invenio igitur* (in meipso) *legem, volenti mihi facere bonum*, etc. Igitur invenio ac deprehendo

sio ad malum mihi intimè insita est, in inferiori, scilicet animæ parte. Hic versus obscurus est; hinc variæ sunt illius et constructiones et expositiones, quas apud auctores videre est. Facilis et naturalis mihi videtur contextus, si quod ex præcedentibus intelligitur, subaudias, *legem* contrariantem, seu repugnantem *mihi volenti*. Cujus contrarietatis, seu repugnantiæ rationem reddit Apostolus, addens : *Quoniam mihi malum adjacet*, id est, propensio ad malum, insita est.

Ex dictis igitur concludit Apostolus : Cùm volo juxta divinæ legis præscriptum, facere aliquod bonum, deprehendo et experior aliam legem, mihi contrariam, et huic meæ bonæ voluntati repugnantem; hæcque lex est perversa naturæ meæ corruptæ ad malum inclinatio. Et hæc intelligentia conformis est sequentibus versibus.

Vers. 22. — Condelector enim legi Dei, id est, delectat me lex Dei secundùm mentem.

Vers. 23. — Video autem aliam legem, id est, experior autem aliam legem in carne meâ corruptâ, scilicet fomitem peccati, repugnantem, Græc., *contramilitantem*, seu rebellantem legi mentis meæ, seu legi Dei quæ dicit : Non concupisces. Intellige rebellionem appetitûs sensitivi et sensuum, ac præsertim earum partium quas pudor non sinit nominare.

Legem Dei vocat legem mentis suæ, ob dicta v. 22.

Et captivantem me, id est, quæ rebellio me captivat motione, non consensione, quia scilicet, invitus cogor vitiosas concupiscentiæ passiones sentire.

Vers. 24. — Infelix ego homo! quis me liberabit! Talem ac tantam miseriam deplorat Apostolus, et exclamans, atque gemens petit : *Quis me liberabit* de hoc mortali et moribundo *corpore*, tot miseriis et pravis affectibus obnoxio!

Vers. 25. — Gratia Dei, etc. Respondet sibi quòd gratia Dei, seu gratuita Dei misericordia, intuitu meritorum Christi; Græc. et Syrus habent : *Gratias ago per Jesum Christum*, etc., quòd scilicet liberatus sum, vel potiùs quòd sim liberandus.

Igitur ego ipse mente servio... *Ego* Paulus *mente*, id est, parte animæ superiore, *servio* legi Dei concupiscere vetanti; nolo enim concupiscere; carne autem, id est, parte animæ inferiore, servio legi peccati, id est, concupiscentiæ, cujus cogor motus sentire et pati.

in me legem, seu inclinationem quamdam, quâ scilicet malum mihi adjacet, et faciendum tanquàm lege quâdam ingeritur; in me, inquam, volente facere quod bonum est. Invenio, quoniam mihi volenti bonum facere malum adjacet. Est enim malum, inquam, concupiscentiæ mihi innatæ, quæ bono et legi Dei repugnat. Sic igitur concupiscentia, quæ fomes peccati est, eadem etiam lex vocatur, lex, inquam peccati, quatenùs nimirùm ad peccandum sollicitat incitatque.

Vers. 22. — *Condelector enim legi Dei*, etc. Sensus est : Delectat me lex Dei, utpote lex sancta, justa et bona; delectat me, inquam, non quâvis parte meî, sed secundùm mentem, seu partem intellectivam, quæ jam per Christi gratiam sanata est. *Interiorem hominem* interpretor mentem, non autem hominem novum aut renovatum. Non enim Apostolo idem est *homo interior* et *novus;* ut nec idem *homo exterior* et *vetus*. Nam et in peccatoribus est interior homo, sed nondùm renovatus. In justis autem interior homo cum novo homine coincidit. Justus igitur condelectatur legi Dei secundùm interiorem hominem, non injustus.

Vers. 23. — *Video autem aliam legem in membris meis*. Sensus : Sed experior aliam legem in membris meis, id est, in corpore meo, et in toto homine exteriore, qui durante hâc vitâ non renovatur, sed corrumpitur, 2 Cor. 2. Ideò autem dicit *in membris*, quia in membris quibusdam, quæ pudor nominari vetat, maximè percipitur et apparet rebellio, quam excitat lex ista peccati de quâ sermo est.

Repugnantem legi mentis meæ, id est, contra militantem, rebellantem. Ac si dicat : Quæ lex bellum movet adversùs legem mentis meæ, id est, adversùs legem Dei, in quâ secundùm mentem condelector. Est enim eadem lex Dei, et lex mentis; sicut è diverso eadem est lex peccati et membrorum.

Et captivantem me in lege peccati, quæ est in membris meis. Motione, non consensione, ait S. Augustinus, ut scilicet captivus reddar, et subjiciar legi peccati, id est, concupiscentiæ, ita ut etiam invitus et reluctans, vitiosas ejus inclinationes, dictamina, impulsus, sentire cogar, et ejus laqueos et motus evadere non possim. De facto enim omnes, non sub peccato, sed sub concupiscentiâ quasi captivi tenemur. Dicitur concupiscentia *lex peccati*, quia est fomes ad peccatum sollicitans, peccatum dictans et suggerens.

Vers. 24. — *Infelix ego homo!* etc. Exclamatio est gementis sub jugo ac servitute peccati secundùm carnem, et ad libertatem anhelantis. *Infelix*, id est miser, ærumnosus. *De corpore mortis hujus*, id est, ex hoc corpore mortali : ut demonstratio sit corporis, non mortis. Cur autem dicat : De hoc corpore mortis, cùm tamen hactenùs non de morte, sed de peccato fuerit locutus, ea ratio est, quia, durante hâc mortalitate, manet in corpore lex, et servitus peccati jam dicta. Optat autem ita liberari et eripi de mortali hoc corpore, ut idem aliquando recipiat immortale, atque ab omni corruptione et servitute peccati liberum, videlicet per resurrectionem. Liberari à corpore mortis, inquit S. Augustinus, est omni sanato languore concupiscentiæ carnis, non ad pœnam recipere corpus, sed ad gloriam. Non enim à corpore mortis impii liberabuntur unquàm, quibus in resurrectione eadem corpora ad æterna tormenta reddentur.

Vers. 25. — *Gratia Dei per Jesum Christum Dominum nostrum*, supple, liberabit me quandoque à corpore mortis hujus, puta in futurâ resurrectione, dando mihi corpus immortale et gloriosum. *Gratia Dei*, id est, gratuita Dei bonitas per Christum liberabit de hâc corruptione.

Igitur ego ipsè mente servio legi Dei; carne autem legi peccati, quasi dicat : Interim verò dùm adhuc detineor in hoc mortali corpore, dùmque plena liberatio mea, ad quam suspiro, differtur, ipse ego Paulus mente saltem et ratione servio legi Dei, licèt carne adhuc serviam legi peccati. Docet S. Augustinus in hâc vitâ perpetuam esse hanc luctam, et sufficere nobis, si non consentiamus malis concupiscentiis, itaque futurum, ut in alterâ beatâ vitâ illam non sentiamus.

Corollarium pietatis, seu in hoc capite ad pietatem maximè notanda, et in praxim accuratiùs redigenda.

In hoc capite D. Paulus, ut pictor excellentissimus, hominem depingit Christianum. In Christiano quasi duplex est homo : homo interior, homo exterior; homo spiritualis, homo carnalis; homo vetus, homo

novus. In christiano Christus habitat per fidem, et in eo per fidem, suamque gratiam, bonum facit. In eodem christiano habitat vetus homo; homo peccati; habitat, inquam, per concupiscentiam, suâque carnali voluntate, malum agit.

Unus quidem et idem est homo; sed qui dicitur interior, spiritualis, novus, spiritus, mens, pars animæ superior; quando conformiter dictamini hominis interni, tum rectæ rationis, tum gratiæ operatur, et fertur in ea quæ spiritualia et divina sunt. Dicitur exterior, carnalis, vetus, animalis, homo peccati; quando ex dictamine sensuum et appetitûs sensitivi, operatur et fertur, ut plurimùm, in ea, quæ carni et sanguini placent, ut dicet cap. 8, v. 5.

In hoc homine quasi duplici, duo sunt agendi principia: principium vitæ, principium mortis; spiritus et caro, gratia et concupiscentia. Duas sentit leges: legem spiritûs, legem carnis; lex spiritûs consentit legi Dei, lex carnis inclinat ad peccatum. Hinc in nobis perpetua pugna, perpetuumque schisma, quod non finiet nisi in æternitatis pace; caro concupiscit contra spiritum, spiritus contra carnem. Hanc luctam non sentiunt qui carni non resistunt, sed illi cedunt; sentiunt autem sancti et spirituales, qui nihil concupiscentiis permittunt, ut juxta Dei spiritum vivant.

Nos ergo christianos, ut Dei milites, ad hanc luctam hìc accendit apostolica tuba. Nobis itaque vigilandum, pugnandum, vincendum: vigilandum, quia in medio cordis nostri est noster hostis; pugnandum adversùs concupiscentiam, illiusque motus inordinati sic cohibendi, ut neque in opus exeant, neque illis inhæreat nostra voluntas; vincendum: agitur de vitâ, de salute, de regno, non temporalibus, sed æternis. *Qui vicerit coronabitur.* Hoc, Domine Jesu, tuæ gratiæ munus est; hoc tua gloria, hominem infirmum, suî ipsius victorem reddere; hanc, misericors Deus, mihi dona gratiam; da vires, animum, perseverantiam, ut carne victâ, ego mente serviam legi tuæ. Amen.

CAPUT VIII.

1. Nihil ergo nunc damnationis est iis qui sunt in Christo Jesu, qui non secundùm carnem ambulant.

2. Lex enim spiritûs vitæ in Christo Jesu liberavit me à lege peccati et mortis.

3. Nam quod impossibile erat legi, in quo infirmabatur per carnem, Deus Filium suum mittens in similitudinem carnis peccati, et de peccato damnavit peccatum in carne;

4. Ut justificatio legis impleretur in nobis, qui non secundùm carnem ambulamus, sed secundùm spiritum.

5. Qui enim secundùm carnem sunt, quæ carnis sunt, sapiunt; qui verò secundùm spiritum sunt, quæ sunt spiritûs, sentiunt.

6. Nam prudentia carnis, mors est; prudentia autem spiritûs, vita et pax.

7. Quoniam sapientia carnis inimica est Deo; legi enim Dei non est subjecta: nec enim potest.

8. Qui autem in carne sunt, Deo placere non possunt.

9. Vos autem in carne non estis, sed in spiritu, si tamen Spiritus Dei habitat in vobis; si quis autem Spiritum Christi non habet, hic non est ejus.

10. Si autem Christus in vobis est, corpus quidem mortuum est propter peccatum, spiritus verò vivit propter justificationem.

11. Quòd si Spiritus ejus qui suscitavit Jesum à mortuis habitat in vobis, qui suscitavit Jesum Christum à mortuis vivificabit et mortalia corpora vestra, propter inhabitantem Spiritum ejus in vobis.

12. Ergo, fratres, debitores sumus non carni, ut secundùm carnem vivamus.

13. Si enim secundùm carnem vixeritis, moriemini; si autem spiritu facta carnis mortificaveritis, vivetis.

14. Quicumque enim Spiritu Dei aguntur, ii sunt filii Dei.

15. Non enim accepistis spiritum servitutis iterùm

CHAPITRE VIII.

1. Il n'y a donc point maintenant de condamnation pour ceux qui sont en Jésus-Christ, qui ne marchent pas selon la chair;

2. Parce que la loi de l'esprit de vie, qui est en Jésus-Christ, m'a délivré de la loi du péché et de la mort.

3. Car ce qu'il était impossible que la loi fît, à cause qu'elle était affaiblie par la chair, Dieu l'a fait, ayant envoyé son propre Fils, revêtu d'une chair semblable à celle du péché, et victime pour le péché, il a condamné le péché dans la chair;

4. Afin que la justice de la loi soit accomplie en nous, qui ne marchons pas selon la chair, mais selon l'esprit.

5. Car ceux qui sont charnels goûtent les choses de la chair; mais ceux qui sont spirituels aiment les choses de l'esprit.

6. Or, cet amour des choses de la chair est la mort, au lieu que l'amour des choses de l'esprit est la vie et la paix.

7. Car cet amour des choses de la chair est ennemi de Dieu, parce qu'il n'est point soumis à la loi de Dieu, et ne le peut être.

8. Ceux donc qui sont dans la chair ne peuvent plaire à Dieu.

9. Mais pour vous, vous n'êtes point dans la chair, mais selon l'esprit, si toutefois l'Esprit de Dieu habite en vous; car, si quelqu'un n'a point l'Esprit de Jésus-Christ, il n'est point en lui.

10. Mais si Jésus-Christ est en vous, quoique votre corps soit mortel à cause du péché, votre esprit est vivant à cause de la justice.

11. Car si l'esprit de celui qui a ressuscité Jésus-Christ d'entre les morts habite en vous, celui qui a ressuscité Jésus Christ d'entre les morts donnera aussi la vie à vos corps mortels, à cause de son Esprit qui habite en vous.

12. Ainsi, mes frères, nous ne sommes point redevables à la chair pour vivre selon la chair;

13. Car si vous vivez selon la chair, vous mourrez; mais si vous faites mourir par l'esprit les actions de la chair, vous vivrez;

14. Parce que tous ceux qui sont poussés par l'Esprit de Dieu sont les enfants de Dieu.

15. Aussi n'avez-vous point reçu l'esprit de servi-

in timore, sed accepistis spiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus : Abba, Pater.

16. Ipse enim Spiritus testimonium reddit spiritui nostro, quòd sumus filii Dei.

17. Si autem filii, et hæredes; hæredes quidem Dei, cohæredes autem Christi; si tamen compatimur, ut et conglorificemur.

18. Existimo enim quòd non sunt condignæ passiones hujus temporis ad futuram gloriam quæ revelabitur in nobis.

19. Nam exspectatio creaturæ, revelationem filiorum Dei exspectat.

20. Vanitati enim creatura subjecta est non volens, sed propter eum qui subjecit eam in spe,

21. Quia et ipsa creatura liberabitur à servitute corruptionis, in libertatem gloriæ filiorum Dei.

22. Scimus enim quòd omnis creatura ingemiscit, et parturit usque adhuc.

23. Non solùm autem illa, sed et nos ipsi primitias Spiritûs habentes; et ipsi intra nos gemimus, adoptionem filiorum Dei exspectantes, redemptionem corporis nostri.

24. Spe enim salvi facti sumus; spes autem quæ videtur, non est spes : nam quod videt quis, quid sperat?

25. Si autem quod non videmus speramus, per patientiam exspectamus.

26. Similiter autem et Spiritus adjuvat infirmitatem nostram; nam quid oremus, sicut oportet, nescimus : sed ipse Spiritus postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus.

27. Qui autem scrutatur corda scit quid desideret Spiritus, quia secundùm Deum postulat pro sanctis.

28. Scimus autem quoniam diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum, iis qui secundùm propositum vocati sunt sancti.

29. Nam quos præscivit, et prædestinavit conformes fieri imaginis Filii sui, ut sit ipse primogenitus in multis fratribus;

30. Quos autem prædestinavit, hos et vocavit; et quos vocavit, hos et justificavit; quos autem justificavit, illos et glorificavit.

31. Quid ergo dicemus ad hæc? si Deus pro nobis, quis contra nos?

32. Qui etiam proprio Filio suo non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum, quomodò non etiam cum illo omnia nobis donavit?

33. Quis accusabit adversùs electos Dei? Deus qui justificat.

34. Quis est qui condemnet? Christus Jesus, qui mortuus est, imò qui et resurrexit, qui est ad dexteram Dei, qui etiam interpellat pro nobis.

35. Quis ergo nos separabit à charitate Christi? tribulatio, an angustia, an fames, an nuditas, an periculum, an persecutio, an gladius?

36. (Sicut scriptum est : Quia propter te mortificamur totâ die; æstimati sumus sicut oves occisionis :)

tude qui vous retienne encore dans la crainte; mais vous avez reçu l'esprit de l'adoption des enfants, par lequel nous crions : Abba! mon Père!

16. Et cet Esprit rend lui-même témoignage à notre esprit que nous sommes enfants de Dieu.

17. Si nous sommes enfants, nous sommes aussi héritiers, héritiers de Dieu, et cohéritiers de Jésus-Christ, pourvu toutefois que nous souffrions avec lui, afin que nous soyons glorifiés avec lui.

18. Car je suis persuadé que les souffrances de la vie présente n'ont point de proportion avec cette gloire qui sera un jour découverte en nous.

19. Car toutes les créatures attendent avec grand désir la manifestation des enfants de Dieu,

20. Parce qu'elles sont assujéties à la vanité; et elles ne le sont pas volontairement, mais à cause de celui qui les y a assujéties, dans l'espérance

21. Qu'elles seraient elles-mêmes délivrées de cet asservissement à la corruption pour participer à la liberté glorieuse des enfants de Dieu.

22. Car nous savons que jusqu'à présent toutes les créatures soupirent et souffrent les douleurs de l'enfantement;

23. Et non seulement elles, mais nous encore qui possédons les prémices de l'Esprit, nous gémissons en nous-mêmes, attendant l'effet de l'adoption divine, qui sera la rédemption de nos corps.

24. En effet, nous ne sommes encore sauvés qu'en espérance; or, l'espérance qui se voit n'est plus espérance : car qui est-ce qui espère ce qu'il voit déjà?

25. Si nous espérons ce que nous ne voyons pas encore, nous l'attendons avec patience.

26. Et de plus, l'Esprit de Dieu aide notre faiblesse, parce que nous ne savons ce que nous devons demander à Dieu dans nos prières, pour le prier comme il faut; mais le Saint-Esprit même prie pour nous, par des gémissements ineffables.

27. Et celui qui pénètre le fond des cœurs entend bien quel est le désir de l'Esprit, parce qu'il ne demande pour les saints que ce qui est selon Dieu.

28. Nous savons que tout contribue au bien de ceux qui aiment Dieu, qu'il a appelés selon son décret pour être saints.

29. Car ceux qu'il a connus par sa prescience, il les a aussi prédestinés pour être conformes à l'image de son Fils, afin qu'il fût l'aîné entre plusieurs frères :

30. Et ceux qu'il a prédestinés, il les a aussi appelés; et ceux qu'il a appelés, il les a aussi justifiés; et ceux qu'il a justifiés, il les a aussi glorifiés.

31. Après cela, que devons-nous dire? si Dieu est pour nous, qui sera contre nous?

32. Si Dieu n'a pas épargné son propre Fils, et s'il l'a livré pour nous tous, comment avec lui ne nous a-t-il pas donné aussi toutes choses?

33. Qui accusera les élus de Dieu? C'est Dieu même qui les justifie.

34. Qui osera les condamner? après que Jésus-Christ est non seulement mort, mais encore ressuscité et assis à la droite de Dieu, où il intercède pour nous.

35. Qui donc nous séparera de l'amour de Jésus-Christ? sera-ce l'affliction, ou les déplaisirs, ou la faim, ou la nudité, ou les périls, ou la persécution, ou le fer?

36. (Selon qu'il est écrit : On nous fait mourir tous les jours pour l'amour de vous, Seigneur; on nous regarde comme des brebis destinées à être égorgées.)

37. Sed in his omnibus superamus, propter eum qui dilexit nos.

38. Certus sum enim, quia neque mors, neque vita, neque angeli, neque principatus, neque virtutes, neque instantia, neque futura, neque fortitudo,

39. Neque altitudo, neque profundum, neque creatura alia poterit nos separare à charitate Dei, quæ est in Christo Jesu Domino nostro.

37. Mais, parmi tous ces maux, nous demeurons victorieux par celui qui nous a aimés.

38. Car je suis assuré que ni la mort, ni la vie, ni les anges, ni les principautés, ni les puissances, ni les choses présentes, ni les futures, ni la violence,

39. Ni tout ce qu'il y a de plus haut ou de plus profond, ni aucune autre créature, ne pourra jamais nous séparer de l'amour de Dieu, en Jésus-Christ notre Seigneur.

ANALYSIS.

In superiori cap. exposita sunt legis infirmitas et concupiscentiæ nocumenta; in hoc cap. 8 vires spiritûs et gratiæ Christi describit Apostolus.

Hic spiritus verè christianos extra damnationem constituit, v. 1, quia liberat eos à dominatu peccati; dat eis vires ad implenda Dei præcepta, 2, 3, 4; facit ut non secundùm carnem ambulemus, quod mors est animæ, quia legi divinæ contrarium, Deique tollit amicitiam; sed secundùm spiritum, quod est vita et pax, 5, 6, 7, 8.

ỳ 9. *Baptizatus et per Spiritum sanctum renatus, non est carnalis, nec carnalia sapit; si tamen spiritum Dei, in quo baptizatus est, servavit; si non servavit, non est verè Christianus; si servavit, corpus habet quidem obnoxium morti; at spiritum habet vivum vitâ gratiæ, victurum vitâ gloriæ; sicut enim hic spiritus Dei Jesum suscitavit à mortuis; ita Christianos suscitabit ad æternam corporis et animæ vitam, 10, 11.*

ỳ 12. *Hinc non debemus vivere secundùm carnem, quod est mors et mortis origo; sed, Spiritu sancto animati, debemus facta carnis mortificare, vitâ spirituali et Deiformi vivere; ad hoc nobis datus est adoptionis spiritus, in quo et per quem audacter et liberè Deum invocamus ut Patrem; et qui spiritus nobis testimonium reddit, quòd sumus filii Dei, et ideò hæredes Dei, cohæredes Christi; si tamen cum eo patimur, 13, 14, 15, 16, 17.*

ỳ 18. *Neminem nostrùm deterreat hæc apposita conditio. Nulla quippe proportio hujus vitæ malorum ad futuram divinæ hæreditatis gloriam: tanta est hæc gloria, ut et ipsæ insensibiles creaturæ, filiorum Dei servæ, hanc dominorum suorum gloriam anxiæ et sollicitæ exspectent; ipsi, suo modo, participaturæ; à fortiori, nos apostoli et fideles, primitias spiritûs habentes, ad hanc plenam et consummatam adoptionem gementes anhelamus, 19, 20, 21, 22, 23, 24, 25.*

ỳ. 26. *Alius ejusdem spiritûs effectus est, quòd nostram ad orandum adjuvet infirmitatem, ipse in nobis et pro nobis ineffabili modo postulans; præterea facit ut omnia, quantùmvis adversa, cedant in bonum iis qui ex gratuito Dei proposito ita vocati sunt ad sanctitatem, ut et huic divinæ obediant vocationi: nam quos tales fore præscivit Deus, hos prædestinavit ad conformitatem in patientiâ cum Filio suo; taliter prædestinatos vocat ad passiones, per quas eos magis ac magis justificat, tandem glorificat hìc, at maximè in cœlis.*

ỳ 31. *Ex summâ Dei in nos charitate, nostram excitat in Deum fiduciam; cujus motiva vide vers. 31, 32, 33, 34. Versu 35, ex eâdem Dei in nos charitate, nostram acuit in Deum charitatem, et nostram in Dei charitate inviolabilem sperat perseverantiam.*

PARAPHRASIS.

1. Nihil ergo nunc damnatione dignum in iis, qui, per baptismum Jesu Christo sunt insiti; si concupiscentiæ resistunt, et ab eâ se regi non patiuntur:

2. Quia gratia spiritûs vivificantis, quæ quasi lex est in cordibus nostris indita, me et quemvis verè Christianum liberavit à dominatu, et à reatu concupiscentiæ, et à morte illius comite.

3. Nam quod lex Mosaica præstare non potuit, quia infirma erat, non tam in seipsâ quàm propter infirmam carnem hominum, qui legem alioquin sanctam implere non poterant, hoc Deus præstitit, dùm Filium suum misit in mundum, per assumptam carnem, carni peccatrici similem; et dùm per hanc carnem à Filio suo assumptam, et quasi peccatricem in cruce suspensam, peccatum, seu fomitem peccati, damnavit de peccato propriè dicto, eoque multiplici, et ipsum quasi sceleris reum interfecit.

4. Ut nos Christiani mandata Dei servaremus; non viventes ampliùs secundùm corruptionem carnis, quæ legis adimpletionem impediebat, sed secundùm Spiritum Christi, qui nos à peccato liberavit, nobisque dat vires legem adimplendi.

5. Qui enim secundùm carnem vivunt, carnalia tantùm cogitant et sapiunt; qui verò secundùm spiritum vivunt, spiritualia cogitant et sapiunt.

6. At carnalia sapere, mors est animæ; sapere verò spiritualia, vita et pax animæ.

7. Carnalia, inquam, sapere, mors est animæ, quia talis sapientia est inimicitia cum Deo; legi Dei repugnat, et ideò ipsi subjici non potest, quia scilicet ipsius oppositum, seu repugnantia.

8. Hinc qui secundùm carnem vivunt, Deo placere, Deique præcepta servare non possunt.

9. Vos autem Christiani, in baptismo per Spiritum sanctum renati, non vivitis secundùm carnem, sed secundùm spiritum, quem in baptismo recepistis; si tamen hic Spiritus non recessit à vobis; si quis autem hunc Spiritum, quem Christus illi per baptismum dedit, ampliùs non habet, hic non est verè Christianus.

10. Si verò Christus in vobis est per Spiritum suum, corpus quidem habetis obnoxium morti, ob Adæ peccatum, spiritus verò vester vivit vitâ gratiæ per justitiam Christi, vitâ gloriæ citò victurus.

11. Quia si Spiritus Dei Patris, qui Jesum Filium

suum à mortuis suscitavit, habitat in vobis per justitiam, hic Spiritus, qui Christum suscitavit, et vos resuscitabit, vestraque corpora ex mortalibus reddet immortalia, utpote ejusdem spiritûs habitacula.

12. Hinc concludo quòd spiritus, non caro, nobis debet dominari, quia spiritui omnia debemus, nihil autem carni. Absit ergo ut hæc vobis dominetur!

13. Si enim secundùm carnis desideria vixeritis, moriemini, et morte culpæ, et morte gehennæ æternæ; si autem spiritu prava carnis desideria exstinxeritis, vivetis et vitâ gratiæ et vitâ gloriæ.

14. Quicumque enim Spiritu sancto animati, carnem mortificant, vitamque spiritualem vivunt, ii sunt verè filii Dei, et cum eo vivent in æternum.

15. Ad hoc, seu ut ita vivamus, nobis Christianis datus est, non spiritus servilis, ad timendum, sicut olim Judæis; sed spiritus filialis, ipse Spiritus sanctus, in quo, et per quem adoptati, Deum invocamus ut Patrem, liberè et altè clamantes: Abba, Pater.

16. Et hic ipse Spiritus Dei nobis datus, fidem facit spiritui nostro, quòd sumus filii Dei.

17. Si autem Dei sumus filii, ergo et hæredes illius, id est, hæredes Dei sumus, ut filii; cohæredes Christi, ut fratres; si tamen cum eo patimur, et quo passus est animo, ut ejus gloriæ simus participes.

18. Neminem deterreat hæc apposita conditio. Etenim tam immensa est hæc filiorum hæreditas, ut si in unam trutinæ lancem injicias omnia hujus vitæ mala, in alteram hujus hæreditatis bona, hæc propendebit immensum, quia nulla proportio.

19. Tanta futura est hæc filiorum Dei gloria, ut eam ipsæ insensibiles creaturæ anxiè et sollicitè exspectent, ei suo modo participaturæ.

20. Universa quippe mundi machina, ut hominum necessitatibus observiat, continuæ mutationi et corruptioni obnoxia est; non sponte suâ, sed obtemperans ei, cujus voluntate hominum servituti addicta est; non in perpetuum, sed ad tempus, et factâ illi spe liberationis à servitute, in universali scilicet resurrectione.

21. Hunc ergo diem attenta prospectat, quia et ipsa tunc à servitute et à corruptione liberabitur, et ab hâc servitute transferetur in libertatem similem libertati gloriosæ filiorum Dei.

22. Propterea omnes creaturæ simul suspirant, et simul condolent, magno quasi feminæ parturientis dolore; suam, ab initio mundi usque nunc, liberationem exspectantes cum gemitu.

23. Non solùm autem insensibiles creaturæ taliter gemunt; sed et nos ipsi apostoli, qui sancti Spiritûs primitias recepimus tantâ cum abundantiâ, ut pleni et beati possemus videri; attamen gravati corpore mortis hujus, intra nosipsos gemimus, anhelantes ad plenam et consummatam adoptionem, quâ corpore nostro, ex mortali, immortali facto, liberabimur ab omnibus miseriis.

24. Etenim spe tantùm, nondùm re, salvi facti sumus; spes autem non est de re præsenti et quæ tenetur; quod enim habet et tenet homo, illud cur speret?

25. Cum ergo spes sit absentium, non præsentium, hinc ingemiscimus et per patientiam exspectamus, donec possideamus.

26. Præterea et Spiritus sanctus nostram adjuvat infirmitatem, quæ tanta est ut nesciamus quid aut qualiter oremus sicut oportet ut exaudiamur; sed ipse Spiritus habitans in nobis, nostrîque curam singularem gerens, postulat pro nobis tanto fervore et vehementiâ, ut nec enarrare possimus.

27. Hæc desideria, hosque gemitus, quos Spiritus sanctus excitat in nobis, novit, approbat, et exaudit cordium scrutator Deus, quia sunt secundùm voluntatem suam.

28. Ne diffidamus ergo ob infirmitatem nostram; sed certissimum habeamus quòd Deum diligentibus omnia cooperantur in bonum; iis dico, qui ex gratuito Dei proposito ad sanctitatem vocati sunt, Deique vocationi obedierunt.

29. Nam quos Deus per suam gratiam tales fore præscivit, prædestinavit ad conformitatem in patientiâ cum Filio suo, exemplari nostro; ut ipse Filius, qui ut Deus, est unigenitus; ut homo, sit primogenitus inter multos fratres adoptivos.

30. Quos autem ad hanc cum Christo patiente conformitatem prædestinavit, hos vocavit ad passiones; quos sic vocavit, hos per has passiones magis ac magis justos et sanctos effecit; et quos ita sanctificavit, tandem glorificavit; hìc quidem in terris, at maximè in cœlis.

31. Cùm hæc ergo sit Deo cura de nobis, quis diffidat? si stat à nobis Deus, quid contra nos poterit ullus adversarius?

32. Qui ne proprio quidem naturali Filio pepercit, sed pro nobis omnibus illum morti tradidit, quid nobis non impertiet? donato nobis Filio suo, in quo sunt omnia, simul nobis omnia donavit.

33. Quis ausit accusationem instituere adversùs eos quos Deus elegit, suosque ducit? Deus omnium Judex, hos à peccatis absolvit, justosque pronuntiat.

34. Quis est qui à Deo absolutos condemnet? an Christus Jesus? ipse qui pro nobis mortuus est? qui et nostrî causâ resurrexit à mortuis? qui et, nunc sedens ad dexteram Patris, nostram apud illum causam agit, quasi noster advocatus?

35. Cùm ergo tot, tantisque beneficiis obstricti simus Deo et Christo, quis nos à divinâ charitate distrahat, faciatque ne taliter amati non redamemus? an afflictio? an angustia? an fames? an nuditas? an naufragium? aut aliud vitæ periculum? an impiorum persecutio? an gladius mortem intentans?

36. Quod piis eventurum prædixit David, Psal. 43, canens: *Quoniam propter te mortificamur quotidiè, et habiti sumus sicut oves cædi destinatæ.*

37. Tantùm abest, ut ista nos à Christi charitate

separent, quin potiùs in istis omnibus et per ista omnia patiendo et moriendo vincimus, amore et exemplo Christi, qui nos ad mortem usque dilexit.

38. In quo confidens, persuasum habeo quòd neque comminatio mortis, neque promissio vitæ, neque ulla vis spiritualis, sive dæmonum, sive angelorum, si id tentarent, neque præsentia, neque futura, neque fortia,

39. Neque sublimia, neque profunda; uno verbo, nulla creatura, quæcumque sit, poterit unquàm nos separare à charitate quâ Deo unimur per Jesum Christum Dominum nostrum.

COMMENTARIA.

Vers. 1. — Nihil ergo nunc damnationis, etc. Græcè : *Nulla nempe condemnatio*, etc. Syr. : *Proinde nulla est condemnatio*, etc. Ex dictis in cap. 7, à v. 15, conclusit in fine ejusdem cap. : *Ipse ego Paulus mente* saltem et voluntate *servio legi Dei*, licèt carne serviam legi peccati. Nunc alteram ex ibidem dictis infert conclusionem ad fidelium consolationem : nempe, non est quòd damnari timeant ob concupiscentiæ motus, dummodò sint involuntarii. Nulla damnatio, id est, nihil damnatione dignum, seu nullum est peccatum, et consequenter nihil quod iram Dei mereatur in iis qui per baptismum Christo sunt insiti; qui non secundum carnem, etc., id est, qui non vivunt secundùm hominem animalem, sed qui concupiscentiæ resistunt, nec ab eâ se regi patiuntur.

Magna sanè infelicitas est filio Dei in semetipso legem peccati, motusque concupiscentiæ sentire : at hanc habet in suâ infelicitate consolationem, quòd omnes involuntarii concupiscentiæ motus non sint peccata.

Observa magnum discrimen quod Paulus ponit inter hæc, *esse in carne*, seu, ut dixit ultimo versu cap. 7, *carne servire legi peccati*, et inter, *secundùm carnem ambulare;* primum enim involuntarium est, secundum verò voluntarium. *Servire carne*, seu *secundùm carnem, legi peccati*, est secundùm partem inferiorem, seu animalem subdi concupiscentiæ, ipsius motus sensuales et indeliberatos sentire; *secundùm carnem ambulare*, est illis concupiscentiæ motibus obedire, concupiscentiam sequi, ad illam vitæ nostræ dominium deferre, ait D. Chrysostomus. Christianus est quidem in carne; carne, seu secundùm carnem sæpiùs servit legi peccati; at non ambulat secundùm carnem, quia lex spiritûs nos liberavit à dominatu peccati.

Vers. 2. — Lex enim spiritus vitæ, id est, lex spiritûs vivificantis, seu gratia quam Spiritus sanctus in cordibus nostris imprimit, in Christo Jesu, id est, per Jesu Christi merita, liberavit me a lege, id est, à dominatu et à reatu concupiscentiæ. Hæc enim gratia concedit, ut licèt concupiscentiæ motus sentiam, eis tamen non consentiam.

Nota quòd gratia dicitur *lex*, quia instigat ad bonum; sicut fomes dicitur *lex peccati*, quia ad malum excitat. Observa quòd hæc gratia in cordibus nostris à Spiritu sancto inspiratur, ut in illis regnet, passiones subigendo; sicut lex in imperiis regnat, omniaque in suo ordine servat. Cave itaque ne passionibus obediendo, spiritum vitæ è corde tuo expellas; ut te rursùs concupiscentiæ tyrannidi submittas. Frustra christiano nomine gloriareris, Christi spiritum non habens. Carnalis fores, non Christianus, ut v. 5 et 9.

Vers. 3. — Nam quod erat impossibile legi, etc. Syr. : *Nam cùm impotens esset lex, propter infirmitatem carnis, misit Deus Filium suum in similitudine carnis peccati, propter peccatum, ut reum perageret peccatum in carne ipsius.* Divus Chrysostomus vertit clariùs : *Nam quòd lex præstare non poterat ex parte quâ imbecillis erat propter carnem, hoc Deus proprio Filio misso sub specie carnis peccato obnoxiæ, præstitit, ac de peccato damnavit peccatum per carnem.* His itaque verbis Apostolus ostendit id nobis per gratiam præstitum esse quod lex præstare non potuit, scilicet liberationem à dominatu et à reatu concupiscentiæ, legis impletionem, seu justitiam, v. 4.

Nam quod erat impossibile legi. Græc. *legis*, id est, quod lex Mosaica præstare non poterat, in quo, id est, ex eo quòd, seu in quantùm erat infirma, per carnem, id est, non in seipsâ, sed propter infirmam hominum carnem; ne legem videatur calumniari, infirmitatem adscribit, non legi, sed carni. D. Chrys.

Vers. 1. — *Nihil ergo nunc damnationis* (nihil damnatione dignum, nihil damnabile, nulla damnabilis culpa. Ita concil. Trid., sess. 3, can. 5), etiam si motus concupiscentiæ sentiant, *est iis, qui sunt in Christo Jesu*, id est, qui sunt justificati, Christoque in baptismo insiti per fidem, spem et charitatem.

Qui non secundùm carnem ambulant. Ambulare secundùm carnem, est vivere secundùm carnem. *Carnem* igitur Apostolus intelligit carnalem concupiscentiam spiritui adversantem, quæ per omne genus vitiorum spargitur.

Vers. 2. — *Lex enim spiritûs vitæ in Christo Jesu* (id est, per Christum Jesum) *liberavit me à lege peccati et mortis.* Legem spiritûs vocat gratiam Christi, quia lex Dei per Spiritum scribitur in cordibus nostris. Qui *spiritus vitæ*, id est, vivificus, dicitur, quia vitam tribuit, quâ Deo vivimus, et in æternum victuri sumus. Pro *liberavit*, Tertullianus legit, *manumisit.* Fuimus enim quasi mancipia peccati et mortis; sed à Christo manumissi et libertate donati sumus. Jam *lex spiritûs vitæ*, id est, lex spiritûs vivificantis, puta lex gratiæ et charitatis, per Christum liberavit me à lege peccati et mortis, hoc est, à dictamine, jure, dominatu, reatu concupiscentiæ; ut licet eam sentiam, non tamen consentiam. Ita S. Augustinus.

Vers. 3. — *Nam quod impossibile erat legi* (Mosaicæ, etiam naturali, et Decalogo), *in quo infirmabatur per carnem*, q. d. : Quatenùs lex impotens erat et invalida propter carnem nostram peccato et concupiscentiâ infectam, quæ sanare non poterat. Ita Theophylactus. Mens Apostoli hoc loco est, etsi verbis obscurioribus expressa, id nobis præstitum per gratiam, quod lex præstare non potuit.

Deus Filium suum mittens, Græcè : *Deus suo ipsius Filio misso*, quem infra vocat proprium Filium, *in similitudinem carnis peccati*, id est, carnis peccatricis, habentem speciem carnis peccato obnoxiæ; nempe in eo quia mortalis natus est, ac miserias et mortem passus, quæ debentur peccatoribus. Unde et per æneum serpentem a Moyse erectum præfiguratus est, ut qui videretur habere venenum peccati, reverà tamen non

Deus, supple cum D. Chrys., *præstitit*. FILIUM SUUM MITTENS IN SIMILITUDINEM CARNIS PECCATI. Græc. *in similitudine*. Nota quòd non dicit in similitudine carnis, quasi Christus similitudinariam et apparentum tantùm carnem habuerit; sed, *in similitudine carnis peccati*, id est, carnis peccatricis. Christus habuit veram carnem, quæ similis erat carni peccatrici aliorum hominum, licèt sanctissima foret, quia Verbo unita.

ET DE PECCATO DAMNAVIT PECCATUM. Nota in his verbis prosopopœam. Loquitur enim Apostolus de peccato, quasi de tyranno quem de possessione regni, quod invaserat, ejecit Christus.

ET PECCATUM, id est, fomitem peccati, tyrannum illum, qui in omnes homines vim et tyrannidem exercebat.

DAMNAVIT DE PECCATO, id est, reum peregit, de multiplici peccato, in quod omnes carnales præcipitaverat, seu *quod fuisset supra modum peccans*, ut cap. 7, v. 13, suâque tyrannide privavit; ipsius vires ita fregit, ut ampliùs non dominetur in nobis.

IN CARNE, id est, idque per carnem à Filio suo assumptam, et quasi peccatricem in cruce suspensam.

Nota hìc et mirare Dei consilium : infirmitas legis oriebatur ex carne; vult Deus ut robur, quo lex impletur, oriatur ex carne; ex carne peccatrice omnis imbecillitas et impotentia ad salutem; ex carne sanctâ Christi, unitâ Verbo, seu fonti vitæ, omnis virtus et robur ad salutem; sicque peccatum in carne habitans, suam damnationem invenit *in carne;* sicque spiritus vitam ex carne trahit, qui mortem traxit ex carne. Itaque Christus in carne moriens PECCATUM DAMNAVIT DE PECCATO, ipsumque sceleris reum peregit, non solùm quòd *fuisset supra modum peccans*, ut dictum est supra, sed præterea quòd injustè vim intulerit Filio Dei, Agnumque innocentissimum occiderit, eò quòd videret illum carnis peccati similitudinem habere. Quia igitur peccatum injustè usurpavit dominium non suum, Christus ipsum justè privavit dominio suo, seu tyrannide quam exercebat in carne nostrâ; et qui damnatus peccato videbatur, *damnavit peccatum*, et per mortem suam, nobis vires dedit illud interficiendi.

VERS. 4. — UT JUSTIFICATIO LEGIS; Syr. : *Ut justitia legis*, etc. Ideò Christus secundùm carnem in cruce moriens, nos à carnis dominio liberos fecit, ut impleamus mandata legis; nos, inquam, qui non vivimus secundùm corruptionem carnis, quæ legis adimpletionem impediebat; sed SECUNDUM SPIRITUM Christi, qui nos liberavit et ad implenda præcepta roborat.

haberet. Deus, misso Filio suo in similitudinem carnis peccati, de peccato damnavit peccatum in carne; atque ita contulit nobis quod lex non potuit, legis scilicet impletionem.

Et de peccato damnavit peccatum in carne. Condemnavit autem, et destruxit peccatum Deus *in carne*, id est, per carnem Filii sui suspensam et mortificatam in cruce; non quòd omninò jam exstinxerit; adhuc enim habitat peccatum in carne renatorum, excitans prava desideria; sed quia dominium ejus abstulit et solvit; tandem ipsum prorsùs aboliturus, quando eos liberabit de corpore mortis hujus.

VERS. 4. — *Ut justificatio legis impleretur in nobis*, q. d. : Ut justificatio à peccatis quam lex exigebat, impleretur in nobis. Hinc patet per solam naturam et legem, sine gratiâ Christi, hominem in hâc corruptione non posse totam legem totumque decalogum implere.

Qui non secundùm carnem ambulamus, sed secundùm spiritum. Quod fit (nempe ut legem impleamus, et per hoc damnationi non simus obnoxii) dùm non carnis desideria sequimur, sed instinctum Spiritûs sancti.

VERS. 5. — *Qui enim secundùm carnem sunt, quæ carnis sunt, sapiunt*. Homines carnales sapiunt, curant, cogitant opera carnis, iisque afficiuntur et student, ac toti sunt in illis. Tale quid enim significat verbum *sapiunt*. Rursùs ea *quæ carnis sunt*, id est, opera carnis, intellige, ad quæ concupiscentia carnalis inclinat, id est, peccata cujuscumque generis. Nam omnia spiritui contraria sunt; de quo sequitur : *Qui verò secundùm spiritum sunt, quæ sunt spiritûs, sentiunt*. Homines spirituales curant et intenti sunt in ea opera quæ consentanea sunt Spiritui sancto, et quæ fructus spiritûs appellantur, Gal. 5.

VERS. 5. — *Qui enim secundùm carnem sunt*, etc. Probat ad legis impletionem requiri ut non secundùm carnem quis vivat, sed secundùm Spiritum Christi; idque probat ex discrimine quod est inter carnales et spirituales : QUI ENIM..., id est, nam carnales, et qui carnaliter vivunt, carnalia cogitant, curant, concupiscunt; QUI VERÒ SECUNDUM SPIRITUM, etc., spirituales autem student spiritualibus. Qualis amor, tale opus; quale cor, talis vita. Hinc collige qualis sis : an cœlestis, an terrenus, an spiritualis, an animalis.

VERS. 6. — NAM PRUDENTIA CARNIS. Græc., φρόνημα, sicut in versu præcedenti, φρονοῦσιν, *sapiunt*. Sensus ergo est : Atqui sapere, curare, concupiscere carnalia, mors est animæ, et peccatum; sicque justitiæ oppositum. PRUDENTIA AUTEM SPIRITUS, etc. : sapere autem et amare spiritualia, vitam et pacem affert, et ideò justitiam quæ animæ vita est, et pacis æternæ semen.

VERS. 6. — *Nam prudentia carnis, mors est*, id est, sapere ac vivere secundùm carnem, mortem affert tum corporis, tum animæ, tum præsentem, tum maximè æternam. Hic sensus patet ex textu Græco, ubi est, sapere carnalia. Idem ergo hìc sunt hæc quatuor, scilicet sapere, sentire, sapientia et prudentia; quæ non aliud significant quàm amorem, affectum, curam et studium carnis, id est, rerum carnalium; vel spiritûs, id est, rerum spiritualium. *Prudentia autem spiritûs, vita et pax*, id est, sapere, amare, sectari spiritualia, vitam æternam, pacem, id est, omnium bonorum proventum, et tranquillam possessionem conciliat. Gloria, et honor, et pax omni operanti bonum.

VERS. 7. — QUONIAM SAPIENTIA CARNIS. Græc., *propter quod prudentia carnis, inimica in Deum*. Syr. :

VERS. 7. — *Quoniam sapientia carnis* (sapere carnalia) *inimica est Deo;* dat hìc causam cur prudentia et sapientia carnis non vitam, sed mortem afferat : quia

Propterea quòd cogitatio carnis inimicitia est adversùs Deum.

Rationem assignat ob quam sapientia, prudentia, cura, amor et studium carnis sit mors, seu mortem afferat; quippe *inimica est Deo*, seu, ut ait Syrus, *inimicitia est in Deum;* legi Dei repugnat, ipsi rebellis est. Hinc *legi Dei subjici non potest;* est enim illius repugnantia et oppositum.

Vers. 8. — Qui autem in carne sunt... Græc. : *At in carne existentes, Deo placere non possunt.* Syrus : *Proinde ii qui in carne sunt*, etc. Dat rationem cur sit inimica Deo. Deus quippe est Spiritus purissimus. Hinc impuros carnis affectus odio habet, et carnales odit. *Non permanebit spiritus meus in homine, quia caro est*, Genes. 6, 3. Carnis et carnalium amor est Deo contrarius, inimicus, repugnans. Hinc mors animæ, quam à Deo, vitâ, et vitæ fonte, separat.

Hunc lethalem et funestum amorem in corde meo penitùs extingue, Deus! est enim animæ mors præsens, et mortis æternæ principium. Hic amor in æternum erit Deo contrarius; et hæc contrarietas et oppositio cum Deo, qui est vitâ ipsa, erit æternæ mortis origo.

Vers. 9. — Vos autem in carne non estis..., si tamen, Græc., *si quidem;* Syr., *si verè spiritus.* Hoc tritico dixit, non paleæ; massæ latenti, non stipulæ apparenti, D. Anselm. *Vos*, qui baptizati estis, et per Spiritum sanctum renati, *non estis* carnales; nec carnalia curatis; nec sequimini; sed in spiritu, id est, sed spirituales, spiritualia diligentes, Spiritu sancto sic afflati, ut in spiritum sitis quodam modo conversi.

Si tamen Spiritus Dei habitat in vobis, id est, si non recessit à vobis; si habitat, sedemque fixerit permanentem in vobis, velut templis suis.

Si quis autem Spiritum Christi..., id est, si quis Spiritum sanctum, quem Christus, caput nostrum, illi per baptismum communicavit, ampliùs non habet; hic non est ejus, id est, non pertinet ad Deum, tanquàm membrum vivum. Ergo non sufficit credere et baptizatum esse, ut quis sit verè christianus; sed præterea requiritur ut Christi Spiritum habeat.

Attendat hìc quisque sibi. Triplicem invenio spiritum, Christi scilicet, mundi et diaboli; spiritus Christi mitis est, et humilis, et cœlestis : spiritus mundi vanus, carnalis et terrenus; spiritus diaboli, superbus, arrogans et invidus. Hinc agnosce cujus sis spiritûs.

Vers. 10. — Si autem Christus in vobis est id est, si Spiritus Christi habitat in vobis, corpus quidem mortuum, id est, corpus quidem vestrum morti obnoxium est, propter peccatum, Adæ scilicet per quod *mors intravit in mundum.* Spiritus verò vivit. Græc. : *Vita, propter justitiam;* id est, anima vestra vivit vitâ gratiæ per justitiam Christi. Christianus constat ex corpore mortuo et spiritu vivo; corpus habet morti obnoxium, et ita certò et brevì moriturum, ut jam mortuum dicatur : spiritum habet vitâ gratiæ vivum, vitâ gloriæ brevi victurum. Peccatum et concupiscentia in nobis mortis origo; Spiritus sanctus in nobis vitæ principium : sicut in se vita est essentialis, sic in nobis est fons vitæ spiritualis, hanc nobis infundens et communicans. Ex unâ parte nobis timendum, quia mors in medio nostri; ex alterâ gaudendum, quia vita in nobis. Spiritus sanctus vita nostra, vita cordis et spiritûs nostri.

Vers. 11. — Quod si Spiritus ejus, id est, Dei Patris, qui suscitavit Jesum; et Pater Christum su-

nimirùm ipsa inimica est Deo, et legi divinæ. Vita autem nostra animæ maximè beata à Deo pendet, et donatur Dei amicis, non inimicis; nam inimicos suos Deus æternâ morte punit.

Legi enim Dei non est subjecta; nec enim potest, subaudi, subjici legi Dei; veluti si dicas : Vitium virtus esse non potest, nec inclinare ad ea quæ sunt virtutis; id enim naturæ ejus omninò contrarium est.

Vers. 8. — *Qui autem in carne sunt* (qui carnis affectibus serviunt, eosque explent, qui carnaliter vivunt), *Deo placere non possunt.*

Vers. 9. — *Vos autem in carne non estis, sed in spiritu*, q. d. : Vos carnales non estis, carnalia non quæritis, non amatis, sed spiritualia; anima enim magis est ubi amat, quàm ubi animat. Baptizatos alloquitur, et sensus est : Vos jam baptizati, et per Spiritum sanctum renati, non estis subditi carni, ut sapiatis ea quæ carnis sunt, et secundùm carnem ambuletis; sed estis subditi spiritui, ut sapiatis ea quæ spiritûs sunt, et secundùm spiritum ambuletis.

Si tamen Spiritus Dei habitat in vobis, q. d. : Quando quidem jam Spiritus Dei in vobis habitat, propterea in spiritu estis. Habitat Spiritus sanctus in homine per fidem vivam et charitate formatam, et per opera inde procedentia. Spiritus sanctus per spiritum gratiæ inhabitat in animâ nostrâ.

Si quis autem spiritum Christi non habet, hic non est ejus, id est : Si quis vestrùm non habet inhabitantem Spiritum Christi, aut non agitur Spiritu Christi, videlicet ambulando secundùm spiritum, et sapiendo ea quæ spiritûs sunt; hic ad Christum non pertinet, intelligo, tanquàm vivum ejus membrum, et palmes fructuosus in vite; et quia non sic ad Christum pertinet, ideò tandem abscindetur. Insinuat Apostolus Christi divinitatem in eo quòd eumdem Spiritum modò Dei, modò Christi Spiritum nominat.

Vers. 10. — *Si autem Christus in vobis est*, sicilicet per Spiritum suum, id est (ut manifestior sit antithesis cum parte præcedente), si quis Spiritum Christi habet.

Corpus quidem mortuum est propter peccatum. Mortuum corpus vocat, quod paulò post *mortale;* sed ideò dicit mortuum, quia non tantùm tale est, ut mori possit; sed quòd corruptionem in se habeat, quâ perpetuò et inevitabiliter tendat ad mortem. *Mortuum* ergo est, post peccatum, id est, mortis necessitati factum est obnoxium, ita brevi et certò, ut quasi jam habeatur, et dicatur mortuum. Ita S. Augustinus.

Spiritus verò vivit propter justificationem. Sensus est : Si Christus in vobis est, tunc etsi corpus vestrum mortuum est propter peccatum, spiritus tamen vester sive mens vestra vivit vitâ gratiæ per justitiam, quam in eâ efficit Christi spiritus in vobis habitans. Vel hoc sensu : Si Christus in vobis est, igitur spiritus ejus vita vestra est, id est, vitam vobis tribuit ac vivere vos facit per justitiam quam in vobis efficit.

Vers. 11. — *Quod si Spiritus ejus* (Spiritus Patris) *qui suscitavit Jesum à mortuis, habitat in vobis*, intellige per justitiam, idque perseveranter.

Qui suscitavit Jesum Christum à mortuis (ipse Deus Pater) *vivificabit et mortalia corpora vestra.* Vivificabit autem Deus mortalia corpora nostra, resuscitando ad eam vitam immortalem et beatam, exemplo Christi capitis et primogeniti mortuorum. *Vivificabit*, nimi-

scitavit, et Christus propriâ virtute resurrexit; et à Spiritu sancto suscitatus est, quia eadem potentia Patris, Filii et Spiritûs sancti; HABITAT IN VOBIS : scilicet per justitiam; QUI SUSCITAVIT, id est, hic Spiritus, qui Christum suscitavit, et vos resuscitabit; non tantùm, sed VIVIFICABIT ET MORTALIA..., id est, ad vitam immortalem suscitabit vestra corpora, seu non suscitabit tantùm ex mortuis, sed et ex mortalibus reddet immortalia.

PROPTER INHABITANTEM SPIRITUM EJUS, id est, propter dignitatem quam corpora vestra habent in eo quòd fuerunt receptacula Spiritûs sancti, ait divus Thomas.

Corporis nostri resurrectio est sequela baptismi; jus adoptionis nostræ, effectus inhabitantis sancti Spiritûs in nobis. Spiritus sanctus nobis in justificatione datur, sicut arrhabo seu pars pretii, ut fidem faciat ipsum etiam pretium, id est, vitam æternam corporis et animæ secuturam. Spiritus ergo sanctus vitæ fons est in nobis, sicut fuit in Christo fons vitæ; sicut ergo Christus à mortuis surrexit, propter inhabitantem Spiritum Dei in illo, ita et nos resurgemus propter eumdem Spiritum in nobis habitantem. Sicut autem Christus, quia Spiritûs sancti plenitudo habitabat in eo, resurrexit immortalitate et gloriâ plenissimus, ita et quò plus anima nostra de sancti Spiritûs plenitudine receperit, eò plus corpus nostrum de Christi gloriâ participabit.

Quid ergo frequentiùs et instantiùs petere debemus? Veni, sancte Spiritus! Spiritus vitæ! fons salutis! radix immortalitatis! posside cor et corpus meum.

VERS. 12. — ERGO, FRATRES, DEBITORES SUMUS... Conclusio est ex præcedentibus; loquitur autem Apostolus de carne, sicut supra de peccato; id est, ipsi velut personæ, dominium et regnum affingit. Non caro, sed spiritus nobis debet dominari : spiritui enim, non carni, debemus quòd sumus Christiani; quòd anima nostra vivit vitâ gratiæ, et in æternum victura sit vitâ gloriæ; quòd et nostra corpora ex mortalibus futura sint immortalia; ergo secundùm hunc Dei Spiritum vivere debemus, *non secundum carnem.*

VERS. 13. — SI ENIM SECUNDUM CARNEM VIXERITIS, MORIEMINI, morte culpæ, in præsenti; morte damnationis æternæ, in futuro, ait D. Thom. SI AUTEM SPIRITU FACTA CARNIS, id est, prava desideria ad peccatum inclinantia, MORTIFICAVERITIS, VIVETIS, ut filii Dei, vitâ gratiæ nunc, vitâ gloriæ in cœlis.

VERS. 14. — QUICUMQUE ENIM SPIRITU DEI AGUNTUR... Probat quod dixit, *vivetis*, quia, qui à *Spiritu* sancto intùs inhabitante, per gratiam *aguntur* (Syrus, *ducuntur*, reguntur), et huic gratiæ, seu sancti Spiritûs motibus consentientes, seu obedientes, opera carnis mortificant, et spiritualia exercent (seu, ut ait Æthiopica versio, *omnes qui peragunt ea, quæ sunt Spiritûs Dei*). Hi verè SUNT FILII DEI, et consequenter hæredes illius, ut dicetur v. 17, et ideò vivent cum illo. Notat hic D. Chrysostomus, quòd non dixerit Apostolus : Quicumque Spiritum acceperunt, hi sunt filii Dei, sed : *Quicumque Spiritu Dei aguntur;* ducuntur, reguntur, ut ostendat quòd non sufficit Spiritum sanctum in baptismo recepisse, sed præterea requiri ut à Spiritu sancto regamur, eoque duce et rectore vitâ spirituali et Deiformi vivamus. Ex eodem D. Chrys., non nostro debemus instituto vivere, sed nos, id est, et corpus et animam debemus Spiritui Dei subjicere, ut gubernatori navigii, ut aurigæ nostro. Illud autem, agi, regi, gubernari, neque coactionem, neque necessitatem importat, sed motionem, seu passivam nostræ voluntatis inclinationem, quæ non excludit libertatem, quâ homo ipse agat, et seipsum agat. Agimur et agimus.

Itaque spiritu vivamus, regamur, spiritu malas interficiamus cupiditates, non carnales tantùm, sed et superbiam, invidiam, propriam voluntatem, etc. Ita vivere spiritu, ita spiritui obedire, vita verè christiana est; vita filiorum Dei est; via certa ad æternam corporis et animæ vitam, cujus arrhabo et pretium est Spiritus sanctus, v. 11.

rùm in resurrectione, hoc est, donabit vobis corpora immortalia et gloriosa, *propter inhabitantem Spiritum ejus in vobis.* Rectiùs *spiritum suum*, vel, ut in Græco, *suum spiritum*, ut ad Deum Patrem Spiritus referatur, juxta id quod præcessit : *Quòd si Spiritus ejus, qui suscitavit*, etc. Hinc enim patet Spiritum sanctum per spiritum charitatis in nobis inhabitantem esse causam resurrectionis, et vitæ gloriosæ. Est enim hic Spiritus in se vita, omnia animans, vegetans et vivificans; ac proinde sicuti Christi corpus, ita et nostrum vivificabit in resurrectione, si ipse in nobis inhabitet.

VERS. 12. — *Ergo, fratres, debitores sumus non carni*, etc. Supple, sed debitores sumus spiritui, ut secundùm spiritum vivamus; q. d. : Dixi hactenùs vos non esse in carne, sed in spiritu, et à Christo translatos esse à carne ad spiritum. Christus enim novam spiritûs vitam induxit. Ergo cùm in baptismo nos obstrinxerimus Christo, quasi parenti et capiti nostro, sequitur pariter nos obstrictos et debitores esse non carni, ut carnaliter, sed spiritui, ut spiritaliter vivamus. Christus enim est, et vivit, non in carne, sed spiritu.

VERS. 13. — *Si enim secundùm carnem vixeritis, moriemini*, videlicet morte æternâ nequaquàm futuri participes beatæ resurrectionis, eò quòd Spiritum sanctum non habueritis in vobis habitantem.

Si autem Spiritu facta carnis mortificaveritis, vivetis. Spiritu, id est, per Spiritum sanctum, de quo statim subjungit : *Quicumque Spiritu Dei aguntur.* Inde enim benè probat Augustinus Spiritum sanctum hic intelligi, non autem spiritum hominis. Porrò carnis opera per Spiritum sanctum mortificamus, quando ipso in nobis et nobiscum operante pravis desideriis ad ejusmodi opera incitantibus non consentimus, sed resistimus. *Vivetis*, vitâ æternâ, non solùm animarum, sed etiam corporum; ad quam vitam propter inhabitantem Spiritum suum in vobis, Deus ad exemplum Filii sui vos resuscitabit.

VERS. 14. — *Quicumque enim Spiritu Dei*, etc. Per adoptionem, quibus à Deo promissa atque parata est hæreditas vitæ æternæ. Unde S. Aug. : Dicet, inquit, mihi aliquis : Ergo agimur, non agimus. — Respondeo, imò et agis, et ageris, et tunc benè agis, si à bono agaris. Spiritus enim Dei, qui te agit, adjutor est agentibus; intelligant si filii sunt, se Spiritu Dei agi, ut quod agendum est agant, et cùm egerint, illi à quo aguntur, gratias agant. Aguntur enim, ut agant, non ut ipsi nihil agant, et ad hoc eis ostenditur quid agere debeant, ut quando id agunt, sicut agendum

Vers. 15. — Non enim accepistis spiritum servitutis. Probat eos, *qui* sic *Spiritu Dei aguntur*, esse Dei filios, quia hic Spiritus est adoptionis filiorum spiritus, et ad hoc nobis datus, ut eodem spiritu cum Christo Filio Dei, clamemus ad Deum : *Pater noster*. Vide parem textum ad Galat. 4, v. 6. *Non enim accepistis* in baptismo *spiritum*... in timore ; Gr. *in timorem;* Syr., *ad timorem*, ad timendum, et more servorum, timore pœnæ obediendum ; iterum, id est, sicut acceperunt Judæi.

Sed, inquies, numquid justi in lege veteri erant filii Dei ? — Resp. quòd erant quidem, sed minores, et quasi servi, sub lege quasi sub pædagogo, et à servis in nihilo dissimiles. Vide Galat., c. 4, v. 5.

Sed accepistis spiritum adoptionis....., filialem, scilicet charitatem, imò et ipsum Spiritum sanctum. Vide c. 5, v. 5. Sicut Verbum divinum Christo homini semetipsum dedit, ut hic homo, qui dicitur Christus, fieret Filius Dei ; ita à proportione Spiritus sanctus datur nobis in baptismo, ut simus filii Dei. Vide Cornel. à Lap. hìc (infra).

In quo clamamus.... per quem adoptati Deum invocamus, ut Patrem amantissimum, non timidè et submissè, sed liberè et altè clamantes : Abba, Pater.

Nota 1° quòd Apostolus non satis habet dicere quòd spiritum libertatis recepimus, sed dicit, *spiritum adoptionis*, quia ex servis non tantùm liberi facti sumus, sed et filii Dei. Nota 2° quòd ei non sufficit dicere, in quo dicimus orantes, sed *in quo clamamus*, seu audacter et publicè *clamamus : Abba*, *Pater*. Huic conforme est quod canit Ecclesia : « Præceptis salutaribus moniti, et divinà institutione formati, audemus dicere : *Pater noster*, » etc. Hoc nos Christus docuit Matth. 6.

Nota denique duarum vocum idem significantium conjunctionem : *Abba*, *Pater; Abba* Hebraicè, seu Syriacè idem significat ac ὁ πάτηρ Græcè, seu *pater* Latinè ; quare ergo has duas voces hìc simul jungit Apostolus ? Ut significet Judæos et Gentiles pariter vocatos ad filiorum Dei adoptionem. Ita D. Augustinus, lib. de Spiritu et Litterâ, cap. 32, et lib. de Consensu Evangel., c. 4. Fortè etiam quia ad ipsius Christi orationem in horto alludit Apostolus, ut nobis indicet quòd licèt adoptivi tantùm filii, eodem tamen spiritu, et iisdem vocibus, Deum Patrem nostrum alloquimur, ac Christus ipse primogenitus et consubstantialis filius allocutus est : *Abba*, *Pater*, Marc. 14, 36. Fortè et ut hâc vocum repetitione fervorem magnumque affectum significet, quo debemus Patrem cœlestem orare : *Abba*, *Pater*. Fortè et ut filialem fiduciam, quâ nos Christiani possumus statim à baptismo Patrem divinum alloqui, eique in orationibus nostris, quasi parvuli infantes, blandulâ et iteratâ voce balbutientes dicere : *Pater*, *Pater*. Quidquid sit de verâ hujus repetitionis causâ, magnus sanè et maximus honor Christiano concessus, et qui ante Christi adventum non fuit hominibus concessus ; etsi enim justi fuerint etiam tunc filii Dei; etsi Deum, ut Patrem suum agnoverint, nullus tamen ante Christi præceptum hâc formulâ oravit : *Abba*, *Pater ;* dixerunt se filios ratione creationis, Isai. 64, 8 ; ratione providentiæ, Sap. 14, 3, non ratione adoptionis.

Vide tu, ut eodem quo Christus spiritu dicas, filiali scilicet amore ; frustra enim clamamus : *Abba*, *Pater*, nisi clamet amor. Vide Epist. ad Gal., cap. 4, v. 6.

Vers. 16. — Ipse enim spiritus testimonium reddit... Græcè : *contestatur*, seu contestificatur, id est, *et ipsemet spiritus*, *in quo* et per quem *clamamus*, hoc affectu filiali, quo nos ad talem clamorem excitat, contestificatur, seu simul cum spiritu nostro testatur nos esse filios Dei. *Suffragatur spiritui nostro*, ait Syrus, *nos esse filios Dei*. Ipse ergo affectus filialis, seu clamor cordis nostri, prout est à Spiritu sancto, testimonium, suffragium est, quo Spiritus sanctus testatur, subscribit, confirmat nostram divinam filiationem.

Dici potest quòd et ipse Spiritus sanctus nobis à Deo datus, testimonium sit nos esse filios Dei, quia ipse est spiritus filii ; et Deus spiritum filii sui non dat nisi eis, quos vult habere filios. Addi possunt alia testimonia interna, quibus Spiritus sanctus spiritui nostro testatur nos esse filios Dei, v. g., horror peccati, amor Dei, promptitudo ad obediendum ei, et Spiritûs sancti motibus obtemperandi, pax interna, et tranquillitas conscientiæ nullis saltem notis et gravibus peccatis obnoxiæ.

est, id est, cum dilectione et delectatione justitiæ, suavitatem quam dedit Dominus, ut terra eorum daret fructum suum, accipisse se gaudeant.

Vers. 15. — *Non enim accepistis spiritum servitutis iterum in timore*, id est, ad timorem, q. d. : Non accepistis spiritum servorum ad timendum, ut Judæi, qui metu pœnæ à peccatis coercebantur ; ut timore suppliciorum adigendi sitis ad legem Dei implendam. Spiritus timoris est spiritus servilis, quem acceperunt Judæi, ut quasi servi legi obedirent.

Sed accepistis spiritum adoptionis filiorum, *in quo clamamus : Abba*, *Pater*. *Spiritum adoptionis*, id est, charitatem et gratiam Spiritûs sancti, vel potiùs ipsummet Spiritum sanctum, per quem adoptati sumus in filios Dei. Nam de Spiritu sancto subdit quòd testimonium reddat spiritui nostro quòd sumus filii Dei. Unde ex hoc loco nota : Filiatio et adoptio nostra in eo videtur consistere, quòd sicuti Deus Christo homini dedit seipsum, id est, Deitatem et Verbum, ut hunc hominem qui dicitur Christus, faceret Filium Dei : ita nobis dat Spiritum sanctum, ejusque Deitatem, ut nos faciat suos filios, nosque adoptet. Sic enim apud homines *pater* dicitur, qui naturam suam filio communicat. Cùm ergo pari modo Deus dando nobis Spiritum sanctum, naturam suam divinam nobis communicet, sequitur eum tunc nos facere et adoptare in filios.

In quo, per Spiritum sanctum, *clamamus*, non voce, sed filiali et fiduciali affectu : *Abba*, id est, *Pater*, præ dulcedine et teneritudine amoris, quasi infantes teneri, qui charissimum parentem balbutientes blandulâ et itera â voculâ compellare solent : *Pater*, *Pater ;* quia filiorum Dei est Deum Patrem vocare, idque Christi Filii Dei naturalis exemplo, qui toties in Evangelio vel orans vel docens Deum *Patrem* suum appellat ; deinde et Christi præcepto, qui nos docuit sic orare : *Pater noster*, *qui es in cœlis*, Matth. 6.

Vers. 16. — *Ipse enim Spiritus*, etc. Misit enim Deus Spiritum Filii sui in corda nostra clamantem : *Abba*, *Pater*, Gal. 4. Quoniam igitur et spiritus noster clamat : *Abba*, *Pater*, atque idipsum in corde seu spiritu

Cave tamen ne cum hæreticis putes hæc testimonia esse certa certitudine fidei; ita ut per ea certi simus et infallibiliter credamus nos esse filios Dei. Licèt enim testimonia illa, quando et quatenùs sunt à Spiritu sancto, certa sint et infallibilia, tamen quatenùs nobis exhibentur, non sunt nisi conjecturaliter et moraliter certa, quia certi non sumus an à Spiritu sancto procedant, an à spiritu malo se in angelum lucis transfigurante.

VERS. 17. — SI AUTEM FILII, ET HÆREDES.... id est, si Patris cœlestis sumus filii, ergo et illius hæredes, quia hæreditas patris debetur filiis. Hìc tamen per hæreditatem non intelligitur jus succedendi in bona defuncti: Deus enim Pater noster immortalis est; sed intelligitur firma, æterna et inalienabilis possessio ipsius Dei. Ipse Deus hæreditas nostra est: *Dominus pars hæreditatis meæ*, Ps. 15; ad illius autem possessionem admittuntur filii adoptivi, per visionem beatificam.

HÆREDES ergo DEI, id est, Deo fruituri, simul cum eo immortaliter victuri, et feliciter regnaturi. Hæc hæreditas accessio est, non successio, et, ut ait S. Anselmus, non minuitur multitudine filiorum, nec fit angustior numerositate cohæredum; sed tanta est multis quanta paucis; tanta singulis, quanta omnibus. *Hæredes quidem Dei*, Patris nostri; COHÆREDES AUTEM CHRISTI, Filii Dei naturalis, tamquam fratres ejus. *Primogenitus in multis fratribus.*

SI TAMEN COMPATIMUR, id est, si tamen constanter adversa patimur, et eo animo quo Christus passus est; UT ET CONGLORIFICEMUR, id est, ut etiam ipsius gloriæ simus comparticipes.

Nota hìc duo: primum, quòd sumus *hæredes Dei vivi*; secundum, quòd sumus *cohæredes Dei* hominis mortui; ut hæreditatem Dei vivi possideamus in cœlo, debemus secundùm Dei spiritum vivere, spiritu facta carnis mortificare, spiritu Dei agi et ipsi obedire, v. 13, 14; ut cohæreditatem Dei in cruce mortui capiamus, debemus pro Christo et cum Christo pati et mori in cruce nostrâ. Sine crucis participatione, nulla est gloriæ participatio; certa autem atque secura est exspectatio promissæ beatitudinis, ubi est participatio Dominicæ Passionis, ait S. Leo, serm. 9 de Quadrag.

VERS. 18. — EXISTIMO ENIM QUOD NON SUNT CONDIGNI.... Ne quem terreat præscripta patiendi conditio, addit: Persuasum autem habeo nullam esse paritatem afflictionum temporalium cum futurâ beatitudinis æternæ gloriâ. Quæ proportio momenti ad æternitatem? modicæ pœnæ, ad Deum remuneratorem? nulla est ex naturâ; sed ex gratuito decreto ac promisso Dei.

QUÆ REVELABITUR IN NOBIS. Nunc quidem Deus in nobis est: at in æternitate gloriam suam in nobis revelabit, seipsum in nobis manifestabit; REVELABITUR, manifestabitur; velamen auferetur, ut Deus, qui in nobis est, videatur in se, id est, talis qualis est. Ubi nota discrimen inter mundi et cœli gloriam. Gloria mundi tota est externa, in aliis potiùs quàm in nobis; fulgor est transiens, sonus famæ; est enim clara fama cum laude. Gloria Dei erit in nobis, in animâ, in corpore inexistens, coexistens et superexistens; *in nobis*, inquam, sed non à nobis aut ex nobis, sed ex Deo et à Deo.

VERS. 19. — NAM EXSPECTATIO CREATURÆ.... Tanta est illa gloria filiorum Dei, ut eam omnis creatura exspectet anxiè et sollicitè. Prosopopœam amat divus Paulus, ut supra videre est de peccato, de lege, de morte, etc., et hìc de naturâ. Prosopopœâ igitur fingit mundum, seu creaturam rationis expertem et corruptioni obnoxiam; fingit, inquam, velut personam, quæ magno desiderio exspectat gloriam filiorum Dei: nempè ut unà cum eis, quasi dominis quibus servit, gloriam, id est, renovationem et ultimam perfectionem accipiat. *Nam exspectatio.* Græcè, *anxia et sollicita exspectatio*, ἀποκαραδοκία, attenta exspectatio, qualis est eorum qui capite arrecto aliquid sollicitè observant; sicut, v. g., speculatores seu in speculâ constituti faciunt. *Exspectatio* EXSPECTAT, ut significetur avidissimum desiderium. Itaque universa hæc sensibilis mundi machina attentè et erecto capite, quasi è speculâ prospicit, et exspectat hanc patefactionem filiorum Dei, seu tempus illud in quo apparebit qui verè sunt filii Dei. Vita præsens non est tempus patefactionis hujus; multi nunc apparent filii Dei, qui reverà non sunt; alii sunt quidem, sed non putantur esse. Exspectemus, desideremus, sollicitè speculemur illud tempus; interim gemamus, oremus; orantes

nostro clamat Spiritus sanctus, ideò dicit Apostolus Spiritum sanctum contestificari spiritui nostro, id est, unà cum eo testari, illo ipso clamore, quem in spiritu nostro excitat, *quòd sumus filii Dei*. Quæres, quodnam est hoc testimonium? S. Chrysostomus et Toletus respondent testimonium hoc esse clamorem, de quo locutus est Apostolus: dùm enim clamamus filiali affectu: *Abba, Pater*, per Spiritum sanctum, etc.

VERS. 17. — *Si autem filii* Dei sumus, ergo *et hæredes* Dei sumus: nam hæreditas filiis debetur, non servis; et ad hoc adoptatur quis in filium, ut sit hæres. Hæreditas ista principaliter Deus ipse est, cui dicitur: *Dominus pars hæreditatis meæ*, Psalmo 15.

Hæredes quidem Dei, cohæredes autem Christi. Dei quidem hæredes tamquam Patris, Christi autem cohæredes tamquam Fratris nostri.

Si tamen compatimur, ut et conglorificemur. Clariùs: Si tamen cum eo patimur, ut et cum eo glorificemur. Sicut enim Christus quamvis et Filius esset et Hæres, merito suæ passionis ad gloriam pervenit, ita sentit Apostolus, etiam nos, etsi jam filios et hæredes, merito patientiæ, quâ Christo compatimur, gloriæ ejus consortium adipisci.

VERS. 18. — *Existimo enim*, etc., ad gloriam suo tempore revelandam seu manifestandam erga vel circa nos, videlicet in adventu Christi ad judicium; q. d.: Modicâ passione emes gloriam immensam, quasi si obolo emeres totam orbem. Si quis etiam hostis coronatos aut gemmas in dorsum tuum conjiceret, non doleres, sed gauderes; colligeres ea, et, ut aiebat S. Juniperus: Talibus lapidibus lapidari vellem Parisiis Aurelium usque. Hæ gemmæ, hi lapides pretiosi, sunt tribulationes. *Hujus temporis*, q. d.: Momentaneâ passione emes beatam æternitatem.

VERS. 19. — *Nam exspectatio creaturæ*, etc. Tota hæc creatura quæ hominum usibus subservit, attentissimâ

et gementes et bonum operantes, exspectemus gloriam filiorum Dei.

Eheu ! cur timeat Christianus, quod omnis creatura vehementissimè desiderat ?

Vers. 20. — Vanitati enim subjecta est, id est, continuæ mutationi et corruptioni obnoxia est. Vanum hic idem ac fluxum et mutabile ; non volens, id est, non sponte suâ ; quælibet enim res naturaliter horret et fugit corrumpi ; sed propter eum, id est, Deum, qui subjecit eam in spe, id est, non in perpetuum, sed ad tempus, factâ illi certâ spe liberationis, quæ continget in universali resurrectione.

Vers. 21. — Quia et ipsa creatura liberabitur.... Tunc enim et *ipsa creatura liberabitur* a servitute, quâ corruptioni et mutabilitati subjacet; tunc enim cessabit generatio, corruptio, motus cœlorum.

In libertatem gloriæ filiorum Dei, id est, et ab hâc servitute transferetur in libertatem similem libertati filiorum Dei. Novis qualitatibus dotabuntur elementa. Erit cœlum novum, terra nova ; sicut nutrix pueri regii, dùm coronatur puer, etiam ipsa propter puerum participat de bonis regiis, et sicut servi ad dominorum gloriam splendidiore veste exornantur. Ex D. Chrysostomo.

Vers. 22. — Scimus enim quod omnis creatura ingemiscit.... Græcè : *Et comparturit usque nunc.* Syr. : *Scimus enim omnes creaturas suspirare et parturientis pati dolores ad hunc usque diem.* Amplificat prædictum omnis creaturæ desiderium, metaphorâ sumptâ à muliere parturiente, quæ gemit in partûs dolore exspectans ab onere liberari. *Omnis creatura*, id est, omnes mundi partes simul suspirant ; *et comparturit*, etc., id est, simul condolent magno dolore, quasi feminæ parturientis, et liberationem suam cum gemitu exspectant usque adhuc, id est, ab initio mundi usque nunc.

Finit hic illa Apostoli metaphora, quâ sic immensitatem futurorum bonorum nobis declarat, ut et nos pudefaciat tanta bona minùs desiderantes ; quasi diceret : Cœlum, terra, elementa et creaturæ congemiscunt et comparturiunt ab initio mundi usque nunc, vehementissimè desiderantes regnum Dei Creatoris sui, et redemptionem seu libertatem filiorum Dei, quibus ipsæ serviunt. Et nos filii Dei servitutem nostram amamus ; Liberatoris nostri reformidamus adventum ; ad ipsius approximationem trepidamus ; adventum regni, quod quotidiè rogantes petimus, cum metu refugimus.

Ne creaturâ efficiare deterior ! neu tu præsentibus rebus acquiescas ! sed regnum Dei desiderans, ingemisce ob retardationem nostræ ab hoc orbe profectionis. D. Chrys. *Domine, adauge fidem ;* da mihi regnum tuum verè desiderare, ut corde sicut et ore dicam quotidiè : *Adveniat regnum tuum,* et consequenter mortem aspiciam, non ut destructionem, sed ud nostram ad æterni regni gloriam parturitionem.

Vers. 23. — Non solum autem illa...., id est, non solùm creaturæ irrationales gemunt, sed et nos ipsi, sive apostoli, sive fideles, primitias spiritus habentes, id est, qui primos Spiritûs sancti fructus cum abundantiâ percepimus ; fidem, spem, charitatem, virtutes infusas, dotes et charismata, quæ tunc abundabant in primitivâ Ecclesiâ.

Et ipsi intra nos gemimus, etc. ; nos, inquam, his non satiati, sed ad perfectiora nobis promissa allecti, *intra nos* ipsos *gemimus*, anhelantes ad plenam et consummatam adoptionem, id est, ad æternam felicitatem, ad quam adoptati sumus, redemptionem corporis nostri, id est, in quâ liberabimur à mortalitate, concupiscentiâ et omnibus hujus vitæ miseriis.

Duplex est adoptio filiorum Dei : una hujus seculi imperfecta, quæ fit per gratiam, quâ secundùm mentem regeneramur, adoptamur ; altera futuri seculi consummata, quâ secundùm totum hominem renovabimur ad gloriam ; et ad hanc perfectam et consummatam renovationem fideles sancto Spiritu pleni anhelant. Omnia gratiæ dona nunc sunt primitiæ tantùm et initia plenæ et perfectæ redemptionis ; et hæ primitiæ sanctos excitant ad plenam messem desiderandam. O perfecta redemptio ! ô plena et integra adoptio ! ô consummata sancti Spiritûs effusio ! quando fies in nobis?

observatione tempus illud exspectat, quo gloria filiorum Dei manifestabitur, id est, quo filii Dei gloriosi apparebunt. *Exspectatio*, id est, sollicita, anxia, et quasi erecto exsertoque capite exspectatio, scilicet ab origine mundi. Non dicit : Creatura exspectat, sed : *Exspectatio creaturæ exspectat*, q. d. : Creaturæ ita avidè hanc gloriam exspectant, ut videantur esse ipsa exspectatio.

Vers. 20. — *Vanitati enim creatura subjecta est.* Vanitas hic est defectus mutabilitatis, et opera servilia, labores, passiones et corruptiones, quibus creaturæ occupantur propter hominem.

Non volens, id est, non sponte suâ, non ex inclinatione suæ naturæ, cùm unaquæque res naturaliter suam appetat perfectionem, corruptionem autem et defectum fugiat : sed ex ordinatione, velutique præcepto Dei, qui illam, hominis culpâ sic exigente, subjecit huic vanitati, non in perpetuum tamen, sed ad tempus, factâ ei spe liberationis.

Sed propter eum (Deum, Deique ordinationem) *qui* (huic vanitati) *eam subjecit in spe*, propter hominem, ut scilicet illi serviat in hoc mortali statu sub spe liberationis et commutationis in melius.

Vers. 21. — *Quia et ipsa creatura*, etc. Creatura liberabitur à servitute corruptionis tunc quando filii Dei suam assequentur perfectam et gloriosam libertatem.

Vers. 22. — *Scimus enim quòd omnis creatura*, etc., q. d. : Omnes creaturæ inanimes anxiè, et magno cum dolore finem malorum exspectant. Apostolus non de omni prorsùs creaturâ loquitur, sed de eâ quæ in ministerium hominum facta est, id est, corporeâ, ac præcipuè de mundo hoc inferiori, qui sedes est corruptionum et corruptivarum mutationum. Si haberent sensum, gemerent quasi parturientes, idque ab exordio mundi et lapsûs hominis, usque nunc.

Vers. 23. — *Non solùm autem illa, sed et nos ipsi primitias Spiritûs habentes, et ipsi intra nos gemimus.* Chrysostomus ac cæteri ferè Græci interpretantur dictum in personâ omnium regeneratorum, quos aiunt primitias Spiritûs habere, quia principium aliquod gustumque Spiritûs sancti, velut pignus acceperunt in donis sibi collatis, interim exspectantes et anhelantes ad plenitudinem illam sibi repositam in futurum.

Adoptionem filiorum Dei exspectantes, redemptionem

VERS. 24. — SPE ENIM SALVI FACTI SUMUS.... Rationem dat, ob quam fideles anhelent ad perfectam adoptionem, seu ad Dei gloriam : quia scilicet, *spe* tantùm, nondùm re *salvi facti sumus.*

SPES AUTEM QUÆ VIDETUR...., id est, *spes autem* non est de re, *quæ videtur* et possidetur ; NAM QUOD VIDET QUIS, etc., id est, quod quis videt, tenet et possidet, cur speret illud, cùm jam habeat?

VERS. 25. — SI AUTEM QUOD NON VIDEMUS...., cùm spes sit rerum non præsentium, sed futurarum et exspectandarum per patientiam ; hinc ingemiscimus, donec possideamus. Hæc vita verè fidelibus est exspectationis, gemitûs, et patientiæ vita. *Impii ducunt vitam in bonis* et in gaudio ; moriuntur autem in gemitibus. Verè fideles gemunt in vitâ, lætantur in exitu : *Lætatus sum in his quæ dicta sunt mihi ; in domum Domini ibimus.*

VERS. 26. — SIMILITER AUTEM ET SPIRITUS ADJUVAT... Græc. : *Simul recipit infirmitates nostras.* Syr., *opitulatur.* Itidem et Spiritus sanctus simul suscipit, seu consuscipit infirmitates nostras, id est, eas quasi manu suppositâ, nobiscum sustentat, ne deficiamus et labamur.

NAM QUID OREMUS, SICUT OPORTET, NESCIMUS... Tanta est infirmitas nostra, ut nequidem sciamus *quid* aut qualiter *oremus, sicut oportet*, ut exaudiamur.

SED IPSE SPIRITUS, scilicet habitans in nobis, nostrîque curam gerens singularem ; POSTULAT PRO NOBIS, et loco nostrî apud Deum ; interpellat quasi advocatus. Postulat autem, non ipse solus, sed unà nobiscum et per nos, dùm mentem et cor nostrum, quasi sua membra, movet, illuminat, accendit et excitat ad orandum, et aliquando tanto ardore, tantâque vehementiâ ut nec capere, nec enarrare possimus ; ideò GEMITIBUS INENARRABILIBUS.

Hunc sancti Spiritûs effectum ut pleniùs intelligas, adverte 1° hominis miseriam. Adeò miseri sumus, ut omnibus indigeamus. Adeò infirmi, ut petere non valeamus. Adeò ignari, ut nec sciamus quid petere debeamus. Adverte 2° sancti Spiritûs auxilium. Spiritus sanctus per charitatem cordibus nostris infusam, facit primò ut sentiamus quod sumus, scilicet miseri ; præterea adjuvat infirmitatem, ut orare possimus ; facit tandem ut sciamus, desideremus et petamus quod esse debemus ; et ob id gemimus ineffabiliter, id est, facit ut oremus tantâ vi, tantoque fervore, ut etiam expertissimi capere non possint, tantùm abest ut effari valeant. Hinc oraturi, ait Theodoretus, date vos ipsos ei, qui clavum tenet universi.

VERS. 27. — QUI AUTEM SCRUTATUR CORDA... Græcè : *At scrutans corda, scit quid prudentia,* φρόνημα *spiritûs,* QUIA SECUNDUM DEUM interpellat PRO SANCTIS. Syr. : *Qui verò scrutatur corda, is novit quæ sit intentio Spiritûs, qui juxta placitum Dei deprecatur pro sanctis.* Arab. : *Quæ sit voluntas Spiritûs ; is enim orat pro sanctis, in iis quæ spectant ad Deum.* Sensus est : Nobis quidem inenarrabiles sunt hi gemitus ; at Deus cordium nostrorum scrutator, optimè novit affectum, φρόνημα Spiritûs sancti gementis in nobis ; id est, desideria et gemitus quos excitat in nobis ; et ita novit ut approbet

corporis nostri. Nota : In primo instanti justificationis infunditur homini charitas et gratia, per quam homo particeps fit divinæ naturæ, et consequenter acceptus ad gloriam, et hæres Dei, ideòque hoc ipso fit filius Dei adoptivus, sicut Christus est Filius Dei naturalis. Itaque adoptio nostra, quà adoptamur in filios et hæredes Dei, contingit nobis in ipsâ justificatione. Quod ergo hìc Apostolus ait, in cœlis demùm dandam esse hanc adoptionem, intellige consummatam, quæ est ipsa possessio juris et hæreditatis, ad quam adoptati sumus, videlicet redemptio corporis nostri, quæ partim erit liberatio à mortalitate et concupiscentiâ, partim gloria corporis ex animæ gloriâ dimanans. Ita SS. Chrysostomus et Ambrosius. Adoptio ergo inchoata fit hìc, sed perfecta erit in cœlo.

VERS. 24. — *Spe enim salvi facti sumus*, q. d. : Speramus salutem, quam hìc per gratiam inchoavimus, complendam fore in nobis per gloriam in cœlo. Dat causam cur dixerit nos exspectare hanc adoptionem filiorum in cœlis, quia scilicet necdùm re, sed tantùm spe salvi facti sumus ; per spem enim tendimus ad salutem, quam speramus nos adepturos in cœlo, et ideò adhuc gemimus exspectantes corporum nostrorum redemptionem, et cum eâ perfectum beatitudinis statum.

Spes autem quæ videtur, non est spes. Sensus : Nulla est spes rei præsentis, quæ jam habetur et possidetur ; sed spes tantùm est rei futuræ, id est, nondùm acceptæ ; sicut fides, rei non visæ.

Nam quod videt quis, quid sperat? id est, cur adhuc sperat? ac si dicat : Re, quæ sperabatur, obtentâ, nulla jam restat causa sperandi. *Videre* enim hìc ponitur pro quovis sentire, cognoscere, frui, possidere. Loquitur enim Apostolus non de visione Dei, sed de gloriâ corporis possidendâ. Hæc enim est redemptio corporis nostri, ut dixi.

VERS. 25. — *Si autem quod non videmus*, etc. Si, inquit, speramus salutem, spes autem eorum est quæ nondùm habentur, ergo cum patientiâ servitutis ac miseriæ præsentis exspectare debemus adoptionem ac libertatem gloriæ filiorum Dei.

VERS. 26.—*Similiter autem et Spiritus adjuvat infirmitatem nostram.* Tanquàm dicat : Sicut Spiritus contestificatur spiritui nostro, quòd simus filii Dei, sic etiam nos infirmos idem Spiritus coadjuvat ; ut quæ non videmus, per patientiam exspectemus ; q. d. : Spiritus sanctus præter gemitum, spem et patientiam, quæ in nobis operatur, insuper adjuvat etiam in hoc gemitu infirmitatem nostram, ut scilicet magnâ alacritate et fortitudine toleremus infirmitates animæ et corporis, vitæque hujus corruptibilis, propter quas gemimus et suspiramus ad cœlum, utque eas constanter superemus, maximè per orationem.

Nam quid oremus sicut oportet nescimus ; oratio enim proprium remedium est infirmitatum nostrarum ad eas superandas. S. Thom. : *Scire quid sit petendum difficillimum est, cùm sit difficillimum scire quid sit desiderandum.*

Sed ipse Spiritus postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. Spiritus sanctus postulare seu intercedere pro nobis dicitur, eò quòd efficaci suâ in nobis operatione nos orantes ac postulantes faciat ; hìc enim est qui adjuvat infirmitatem nostram, quique docet nos quid orare debeamus, cùm ipsi hoc sæpè nesciamus. Dicuntur autem gemitus *inenarrabiles*, sive ineffabiles, vel quia procedunt à desiderio rei ineffabilis, id est, cœlestis gloriæ ; vel quoniam ipsi motus cordis, ut proficiscuntur à Spiritu sancto, satis enarrari non possunt.

VERS. 27. — *Qui autem scrutatur corda, scit quid desideret spiritus.* Græcè : *Novit quid sit sensus spiritûs.* Quamvis, inquit Apostolus, Spiritûs sancti in nobis gemitus sint nobis ineffabiles, Deus tamen cordium scrutator optimè novit sensum, affectum, desiderium

et exaudiat, quia secundùm Dei voluntatem facit sanctos postulare, id est, Deo grata, sanctorum saluti utilia.

Sed, inquies, sanctosne tantùm Spiritus sanctus facit postulare? nonne et peccatores movet, eorumque oratio est impetratoria? Ita et Spiritus sanctus peccatores, licèt nondùm inhabitans, per suam tamen gratiam movet ad orandum; et eorum oratio erit impetratoria, si petant necessaria ad salutem, si piè petant et perseveranter.

Ex dictis v. 26 et 27, apostolicam disce praxim orandi. Oraturus tu te Spiritui sancto committe; dic illi: *Paratum cor meum, Deus. Domine, quid me vis facere? Vias tuas, Domine, demonstra mihi.* Hic agnosce tuam miseriam; omnibus indiges, omnis omninò boni vacuus. Agnosce et infirmitatem tuam, non tantùm ad agendum et ad patiendum, sed et ad desideranda et ad petenda quæ tibi sunt necessaria. Agnosce et ignorantiam; nescis quid expediat tibi; nescis quomodò illud oporteat postulare. Triplicem hanc impotentiam tuam agnoscens, geme, ad Spiritum sanctum recurre; tu te illius bonitati committe; postula ut adjuvet, dando sensum, quo tuam percipias miseriam; dando lumen et robur, quo discernas et desideres quæ tibi necessaria; dando gratiam, quâ secundùm Dei voluntatem ores: te ergo committens Spiritui sancto, roga ut ipse postulet in te, pro te, tecum, per te, *quæ secundùm Deum.*

Vers. 28. — Scimus autem quoniam diligentibus, etc. Hoc valdè appositè addit Apostolus, tùm ut modis omnibus fideles excitet ad patientiam; de hâc enim agit à v. 17 et 18, tum ut afflictos solatur, cùm eorum orationes videntur non exaudiri; de hoc enim speciatim in posterioribus versibus.

Nescimus quid oremus; scit autem Spiritus sanctus, ideò ipsius curæ nos committere debemus. Unum tamen nos certò *scimus*, scilicet quòd omnia, quantùmvis adversa, concurrunt, conspirant, et pariter cedunt in bonum iis qui Deum diligunt. Hinc una nostra cura sit de Deo diligendo et illi obediendo. De adversis propriè loquitur hìc Apostolus; non malè tamen ab aliquibus extenditur ad prospera et ad adversa; imò et ad ipsa peccata, quæ cedunt in bonum præsens et futurum *iis qui*, etc., in præsenti quidem, quia humiliores, fortiores et cautiores resurgunt; in futuro autem, id est, in gloriâ, sicut cicatrices conferunt ad gloriam militis, qui finaliter in bello triumphavit, ait Lyranus.

Iis qui secundum propositum, etc. Græcè: *Secundùm propositum vocatis existentibus*; in Græco non est *sancti*, nec etiam in Syriaco. Hoc propositum aliqui vocant clavim totius mysterii divinæ prædestinationis, quasi ex hujus propositi intelligentiâ pendeat apertio illius absconditi mysterii. Constat equidem, quòd diversæ hujus propositi intelligentiæ respondeant diversis divinæ prædestinationis explicationibus; an verò ex propositi intelligentiâ nascatur opinio de prædestinatione; an ex opinione de prædestinatione nascatur explicatio diversa propositi, incertum. Quidquid sit, hic simpliciter communiores aliorum explicationes refero, humiliter tandem et cum tremore aperturus quid sentio de re quam ineffabilem puto.

Propositum, Græcè: πρόθεσις in Scripturis et in divo Paulo, significat aliquando voluntatem hominum, v. g., Act. 11, 23, Act. 27, 13, 2 ad Tim. 3, 10, etc.; aliquando significat voluntatem Dei, Rom. 9, 11.

Hinc natum est dubium de quo proposito hìc loquatur Apostolus, an hominum, an Dei? an Dei et hominum? Patres Græci intelligunt *propositum* vocatorum, seu prævisam bonam voluntatem eorum qui à Deo vocantur. *Propositum* dicit, ut ne totum vocationi tribuatur, etc,; nam si vocatio solùm sufficeret, quâ tandem causâ non omnes salvi facti sunt? propterea, ait, non vocationem tantùm, sed et ipsum propositum vocatorum, salutem effecisse: neque enim coacta aut violenter facta est vocatio. Omnes igitur sunt vocati, at non omnes obediverunt. Divus Joannes Chrysostomus. Valdè appositè vocationi propositum adjunxit; non enim vocat simpliciter, sed eos qui habent propositum. Theodoretus. Vocatus est autem homo secundùm propositum, hoc est, secundùm propriam voluntatem. Theophyl. Idem tribuitur Origeni.

Inter Latinos, Ambrosiaster ita explicat: Hi autem secundùm propositum vocantur, quos credentes præscivit Deus futuros sibi idoneos, ut antequàm crederent, scirentur. Idem et D. Hieronymo tribuitur. Circa quam explicationem, si intelligatur quòd bonum hominum propositum sit causa et ratio cur vocentur; hæc explicatio planè sapiet errorem Pelagianum, contra quem D. August. in lib. de Prædestinatione. Si verò intelligatur quod D. Chrysostomus intellexisse videtur: nimirùm quòd hoc propositum non sit quidem ratio cur vocentur, sed sit conditio et determinatio quorumdam qui vocati sunt, ita ut sit sensus: *Omnia cooperantur in bonum*, non omnibus quidem vocatis, sed iis qui suo proposito, Dei vocationi consentiunt, seu qui Deo vocanti obediunt; tunc nullus est error; ex parte enim Dei stat gratuita vocatio;

Spiritûs sui sancti gementis in nobis; et ita novit, ut etiam approbet, et exaudiat.

Quia secundum Deum postulat pro sanctis: quia nimirùm illis postulat ea quæ sunt secundùm Deum, Deique mentem et voluntatem, quæque Deo grata, sancta et accepta sunt. Hæc autem nobis salutaria sunt. Ita Chrysostomus, Theodoretus, Ambrosius.

Vers. 28. — *Scimus autem quoniam diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum*; q. d.: Multa, ut dixi, sancti patiuntur in hâc vitâ; verùmtamen iis omnia cooperantur in bonum: animosè ergo et læto animo omnia ista perferant. *Omnia* ergo, id est, omnes tribulationes, inquit Ambrosius; S. August. addit, *omnia*, etiam peccata sanctis cooperari in bonum. Nam prædestinati, ait, ex casu humiliores, cautiores et ferventiores resurgunt. Ita etiam explicat Anselm. et Thom.

Iis qui secundùm propositum vocati sunt sancti, id est, iis qui vocati sunt ad sanctitatem. Verus et certus sensus est, quo propositum Dei, non hominum, intelligitur; Dei, inquam, propositum, id est, voluntas prævia, prædestinatio, ac decretum æternum. August., Anselm. et alii per *propositum* hoc accipiunt æternum Dei beneplacitum, liberale decretum, volun-

ex parte hominis gratiâ præventi, liber consensus, seu Dei vocationi obedire.

Nunc tamen post D. Augustinum omnes interpretes intelligunt Dei, non hominum, propositum, scilicet æternum, liberale et gratuitum beneplacitum seu decretum Dei : at cum hoc discrimine, quòd aliqui intelligunt gratuitum Dei decretum dandi gloriam, juxta quos sensus est : *Omnia cooperantur in bonum diligentibus Deum* ; iis, inquam, diligentibus Deum, qui per æternum Dei decretum gratuitò dandi ipsis gloriam, vocati sunt ad fidem et gratiam sanctificantem. Ita Fromondus et Estius. Alii verò intelligunt gratuitum Dei consilium et decretum, quo proposuit ex merâ suâ bonitate, sine ullo hominum merito, homines peccato perditos, per Christum vocare ad gratiam et sanctitatem. Ita Cornelius, Menochius, Tirinus. Juxta quos sensus est : *Diligentibus Deum*, et à Deo vicissim dilectis, utpote vocatis à Deo ad fidem et gratiam, ex benevoli cordis sui proposito, *omnia*, Deo dirigente, ad dilectorum suorum utilitatem, *cooperantur in bonum*.

In hâc sententiâ, vocari ad sanctitatem *secundùm propositum*, idem est ac vocari secundùm beneplacitum, benevolentiam, et bonam Dei voluntatem, seu, ut cap. 4, v. 5, *secundùm propositum gratiæ*, non autem ex operibus seu meritis.

Et hoc, inquiunt, Apostoli scopo convenit, qui de hâc gratuitâ vocatione in hâc Epistolâ agit : negant autem de prædestinatione gratuitâ ad gloriam agere.

Vers. 29. — Nam quos præscivit, et prædestinavit conformes fieri (Græcè non est *fieri*). Dat causam cur *diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum*, simulque explicat *qui sint vocati secundùm propositum*, illi scilicet *quos præscivit*. Sed hic iterùm diversus explicandi modus : qui per *propositum* intelligunt absolutum et gratuitum decretum dandi gloriam, sic explicant : *Quos præscivit*, id est, ab æterno prædilexit, curavit et amicos habere voluit, *hos prædestinavit conformes* ac similes *fieri Filio suo*, etc., per gratiam in hâc vitâ, per gloriam in alterâ. Qui verò per *propositum* intelligunt gratuitum Dei decretum dandi gratiam, prædestinationem verò ad gloriam putant ex prævisis meritis, sic explicant : *quos præscivit*, oblatæ gratiæ consensum præbituros, fore suos, suique dilectores, et illos tales per suam gratiam fore præsciens, *prædestinavit*, ad ulteriora bona, nempe ut sint conformes Filio suo, in gratiâ, in patientiâ et in gloriâ.

Ut sit ipse primogenitus, etc., id est, ut Christus, qui ut Deus, est Filius Dei unicus ; ut homo, *sit primogenitus in multis fratribus*, id est, in omnibus fidelibus, sanctis, amicis et filiis Dei. Quidquid sit de prædestinationis modo, de quo infra, nota conformitatem cum Christo patiente, manifestum esse et evidentem prædestinationis characterem. Exemplar nostrum est, εἰκὼν, ad cujus imaginem effingi debemus ; sicut ergo in passionibus atrocissimis obediens fuit et per passiones ad regnum et gloriam pervenit, sic et nos eâdem viâ Deus ad gloriam ducere ab æterno præconstituit. *Si compatimur, et conregnabimus. Communicantes ergo Christi passionibus, gaudete.* Cùm patimur, *aspiciamus in auctorem et consummatorem fidei nostræ Jesum*, qui ob propositum sibi gaudium, sustinuit crucem, ignominiamque contempsit. Sicut Deus Filio suo tormenta etiam acerbissima cooperatus est, et convertit in bonum, sic et nobis, filiis suis adoptivis, omnia, quantùmvis dura et acerba, cooperabitur et convertet in bonum.

Vers. 30. — Quos autem prædestinavit, etc. D.

tariam et gratuitam Dei constitutionem, quæ, Act. 2, vocatur *definitum consilium*. Propositum ergo hoc est liberale et gratuitum Dei consilium et decretum, quo proposuit, statuit et decrevit Deus ab æterno ex merâ suâ bonitate et clementiâ homines peccato perditos per Christum vocare ad gratiam et sanctitatem, sine ullo eorum merito.

Vers. 29. — *Nam quos præscivit, et prædestinavit conformes fieri imaginis Filii sui.* Sensus hujus loci est, prædestinatorum salutem nullis adversitatibus neque tentationibus impediri posse ; idque certò nobis constare ex charitate Dei, quâ eos ab æterno dilexit ; quâ etiam facturus sit, ut omninò ea bona ad quæ prædilecti sunt ac præordinati, consequantur. Nam, inquit, quos præscivit, id est, ab æterno prædilexit, et amicos habere voluit, eosdem prædestinavit conformes ac similes fieri Christo Filio ipsius, id est, certo fixoque decreto jam olim et ab æterno statuit ad hoc tam eximium bonum eos aliquando perducere. De hujusmodi præscientiâ Dei legatur Augustinus, libro de Dono persev., cap. 18. Conformitatem imaginis Filii Dei, ad quam prædestinatos dicit, similitudinem intelligit nostram cum Christo Dei Filio ; non qualemcumque, qualis etiam in hâc vitâ per mentis renovationem, et inchoatam adoptionem habetur, ut quidam intellexerunt, sed quam in fine seculi exspectamus, id est, adoptionem filiorum Dei consummatam ; de quâ supra dixerat : *Exspectantes adoptionem* ; quæ nimirùm consistit in glorificatione totius hominis, ut, sicut dicit 1 Corinth. 15 : *Qualis cœlestis*, id est, Christus jam glorificatus, *tales* sint *et cœlestes*, videlicet omnes ejus electi. Sic enim eam conformitatem idem Apostolus exponit alibi ; *qui reformabit*, ait de Christo, *corpus humilitatis nostræ configuratum corpori claritatis suæ*. Sic et Joannes dicens : *Cùm apparuerit, similes ei erimus*. Et Ecclesia in oratione quâ sic Deum precatur, *ut in illius inveniamur formâ, in quo tecum est nostra substantia*. Cæterùm phrasis illa, quâ dicimur futuri conformes imaginis Filii Dei, non significat Filium Dei esse imaginem cui nos conformandi simus, ut appositivè dictum sit, *imaginis Filii*, quomodò multi intellexerunt, sed sensus est nos ita conformandos Filio Dei, ut simus ejus quædam imago. Sic enim etiam, 1 Cor. 15, portaturi dicimur imaginem cœlestis, id est, Christum in nobis repræsentaturi tanquàm ejus imago, quod futurum est in beatâ resurrectione, de quâ Paulus ibi disserit.

Ut sit ipse primogenitus in multis fratribus ; significat illam conformitatem de quâ locutus est, redundare in gloriam Christi. Nam ex eâ consequitur quædam dignitas et prærogativa Christi, ut sit primogenitus in multis fratribus, puta fidelibus, sanctis, amicis, electis et dilectis Dei. Nota : Christus filiorum Dei est primogenitus, primò, quia ipse est filius Dei naturalis, cùm cæteri sint tantùm adoptivi ; secundò, quia ante omnes prædestinatus fuit Christus ad hanc filiationem et unionem cum Verbo, et consequenter ad omnem suam gratiam et gloriam ; tertiò, quia Christus finis, scopus et exemplar fuit et est omnium prædestinatorum et electorum, uti ex hoc loco aliisque docet S. Augustinus.

Vers. 30. — *Quos autem prædestinavit, hos et vo-*

Chrysostomus, aliique Patres Græci, ejus sequaces, sic explicant : Quos *vocavit*, hos *justificavit* per generationis lavacrum ; quos autem *justificavit*, hos *et glorificavit* per dona, per adoptionem ; seu, ut ait Theodoretus, filios nominans, et sancti Spiritûs eis dans gratiam. Ita Theophylactus. Itaque *glorificavit* non intelligunt de glorià æternà, sed de glorià vitæ præsentis, scilicet de adoptione et filiatione divinà ; et favet illis verbum Græcum ἐδόξασε, quod verti potest : Celebres, magnos et gloriosos effecit. Reverà Ambrosius habet, *magnificavit*, quod explicat : Magnificavit illos, ut similes fiant Filio Dei.

Absolutæ et merè gratuitæ prædestinationis ad gloriam propugnatores, volunt hìc tres præcipuos hujus prædestinationis effectus, ex Dei proposito procedentes, enumerari, sicque explicant : *Quos* ad gloriam gratuitò *prædestinavit*, *hos* et efficaciter *vocavit* ad fidem ; sic vocatos justificat per gratiam et finalem in eâ perseverantiam ; tandem suo tempore glorificat eos, Filioque suo glorificato reddit conformes. Et hi tres effectus per verba præteriti temporis significantur ; quia licèt non omnes electi jam sint vocati, justificati et glorificati ; hæc tamen in divinâ præscientiâ quasi transierunt et facta sunt, et certissimè futura.

Qui verò prædestinationem ad gloriam putant ex prævisis meritis, negantque hìc de prædestinatione ad gloriam agi, sed de prædestinatione ad patientiam, seu ad conformitatem cum Christo patiente, qui tot et tanta pro nobis sustinuit, sic explicant : *Quos* autem Deus *prædestinavit* ad prædictam cum Filio suo conformitatem in gratiâ, in patientiâ, etc., *hos vocavit* ad passiones : earum nempe causas non tantùm non impediendo, sed et disponendo : permittendo scilicet dæmoni, mundo, carni, ut illis passionis ac luctæ occasionem subministrent. *Quos autem sic vocavit*, hos et per easdem luctas et passiones *justificavit*, id est, justiores et sanctiores reddidit. (Ex v. 28, jam vocati sunt sancti, et eos ut tales præscivit Deus ; itaque, inquiunt, non de primâ, sed de secundâ justitiâ hìc agitur, seu de progressu justitiæ.) Justiores ergo fecit, et vires ad perseverandum in justitiâ suâ eis præstitit.

Quos autem justificavit, etc. Tandem tot et tantis perfunctos laboribus, illos et glorificavit, magnos, celebres et gloriosos, tum in hâc, tum maximè in futurâ vitâ reddidit, seu decrevit gloriâ decorare. Nituntur hujus explicationis auctores in eo quòd Apostoli scopus sit fideles exhortari ad passionum tolerantiam, ex spe fructûs secuturi et gloriæ. Vide Tirin., qui multos et antiquiores et recentiores citat.

cavit. Quoscumque Deus ab æterno prædestinavit conformes fieri imaginis Filii sui, hos et vocat in tempore, eâ scilicet vocatione, de quâ paulò ante dixit : *Qui secundùm propositum vocati sunt ;* qualis est illa de quâ angelus : *Beati qui ad cœnam nuptiarum Agni vocati sunt*. Hæc enim vocatio semper efficax est, et electorum propria. Intelligitur hoc loco vocatio, vel ad fidem, vel generatim ad justitiam et sanctitatem vitæ, et omninò ad salutem, juxta diversum intellectum ejus quod sequitur.

Et quos vocavit, hos et justificavit. Quoscumque prædestinatos vocat ad fidem et justitiam et salutem,

OBSERVATIO MORALIS
in vers. 28, 29, 30.

In hâc explicationum varietate, imò et in hâc versionum diversitate (diversæ sunt enim, ut in polyglottâ videri potest) ; in hâc ergo veritatis absconsione, quid faciendum ? 1° Deum veritatis fontem humiliter adoro ; 2° meam in divinis ignorantiam sincerus agnosco ; 3° Scripturarum divinarum profunditatem cum sancto tremore et fremitu aspicio ; denique infinitam Dei sapientiam, in eis prædestinationis mysterium, nobis ita manifestantem, ut et illud occultet, admirans revereor ; huicque Dei consilio infinitè sapienti me subjiciens, sacram et divinam prædestinationis caliginem, trepidus adoro ; temerarius perscrutari non præsumo. Cavebo igitur maximè ne, quod Deus voluit nobis absconditum, curiosior penetrare velim, et quod nobis manifestum esse voluit, piger et otiosus negligam.

Hodiè quamplurimi de arcano prædestinationis mysterio acriter disputant, quasi tota salus in hujus mysterii cognitione consistat ; penetrare volunt, imò se penetrâsse putant, quod Deus voluit cunctis mortalibus impenetrabile. Sed, heu ! toti huic curiosæ impenetrabilis prædestinationis investigationi dediti, nota sibi prædestinatorum opera supini negligunt ; de Dei negotio curantes, suum non curant.

Duo sunt in prædestinationis mysterio distinguenda : unum, quòd proprium Dei negotium est, homines nimirùm ab æterno prædestinare ; alterum quòd hominum est negotium, bona, scilicet, prædestinatorum opera facere, malum fugere, bonum operari. Quid fit ab hominibus ? satagunt quod Dei est ; negligunt quod suum est ; sollicitè et anxiè student quomodò nos Deus prædestinet, ante, an post prævisa merita ; et hæc ipsa meritorum opera, sine quibus nemo prædestinatus est, peragere non curant.

Utinam ego prædestinati faciam opera ; malum fugiam, bonum operer ! cætera divinæ sapientiæ et bonitati remitto. *Diligentibus Deum, omnia cooperantur in bonum*, etc. *Diligam ergo te, Domine ! diligam te, Deus, fortitudo mea, refugium meum, susceptor meus, adjutor meus, tota spes mea ! in manibus tuis sortes meæ ;* tantùm te diligam !

OBSERVATIO DOGMATICA
in vers. 28, 29, 30.

Quid tandem sentiendum de duplici interpretatione verborum horum : *Iis qui secundùm propositum vocati sunt*, de quâ v. 8 ? An per hoc *propositum*, juxta primam interpretationem, intelligendum est æternum Dei

quæ quidem vocatio fit per ministerium prædicationis evangelicæ, eos non inaniter vocat, quomodò multi vocantur qui non veniunt ; sed eosdem ipse etiam justificat, donans fidem, pœnitentiam, remissionem peccatorum, sanctam conversationem, et in eâ perseverantiam.

Quos autem justificavit, illos et glorificavit. Quoscumque autem prædestinatos, sive secundùm propositum vocatos justificat, eosdem etiam suo tempore glorificabit, facturus eos conformes Filio suo glorificato. Origen., August., Fulgent., et jam passim theologi, τὸ *glorificavit*, accipiunt de glorià beatitudi-

decretum de gloriâ quibusdam gratuitò dandâ, etc.; an verò, juxta secundam, intelligendum est æternum Dei decretum de gratiâ ex merâ bonitate dandâ, sine ullo hominum merito? — Respondeo quòd utraque interpretatio sit probabilis, utraque catholica, utraque habens sua fundamenta, tum in Scripturâ, tum in traditione; et ideò potest omnis Catholicus quamlibet voluerit, amplecti.

Sed, inquies, quæ probabilior et apostolicæ menti conformior, et ideò præferenda? — Hic mihi disputandi non est animus, multò minùs dijudicandi de abditissimâ quæstione, quam sancta mater Ecclesia sinit à filiis suis in utramque partem agitari; sed mentem meam simpliciter aperio, idque, ut reor, juxta D. Pauli doctrinam, cui adhærere volo. Itaque quia et ex hujus Epistolæ scopo, et ex toto illius contextu persuasus sum quòd in eâ sanctus Apostolus agat de gratiâ, non de gloriâ, vide corollarium doctrinale in fine cap. 9; at maximè quia mihi clarissimè patet in Apostoli nostri doctrinâ, quòd Deus sincerè et seriò *vult omnes homines salvos fieri, et ad cognitionem veritatis venire*, vide reflexionem in v. 4, 5 et 6, cap. 2 Epist. 1 ad Tim., ubi videbis, omnes distinctiones hujus propositionis restrictivas, non esse ad mentem D. Pauli. Et quia aliunde decretum quosdam ad gloriam eligendi ante prævisa merita, cæteris in massâ perditâ relictis, cum hâc sincerâ et seriâ Dei voluntate de salvandis omnibus hominibus, difficilè potest conciliari, decretum verò de dandâ gratuitò gratiâ multò faciliùs cum hâc Dei voluntate conciliatur, hinc apostolicæ menti puto conformiorem esse eorum explicationem, qui per *propositum*, intelligunt gratuitum Dei decretum de dandâ gratiâ, sine ullo hominum merito, sed ex purâ bonitate et benevolentiâ.

Et sanè, si æquitas et ratio postulant ut obscurum cujuslibet auctoris verbum explicetur et intelligatur juxta claram ejusdem auctoris propositionem et certam doctrinam, eadem æquitas et ratio exigunt ut hoc D. Pauli verbum : *Secundùm propositum*, quod obscurum esse patet, tum ex ipso textu, tum ex variis interpretationibus allatis, recentioribus et antiquis; exigunt, inquam, ut hoc obscurum D. Pauli verbum explicetur per claram ejusdem Apostoli propositionem et constantem doctrinam : *Deus vult omnes homines salvos fieri....*

Quia ergo huic claræ et constanti doctrinæ conformior est explicatio prædicta, sit probabilior v. 28, 29 et 30 interpretatio; nescimus quid aut qualiter orandum; *scimus autem*, quoniam, dirigente Dei misericordiâ, *omnia cooperantur in bonum, iis.....* quos Deus diligit, utpote quos, ex benevolo cordis sui proposito, ad fidem et gratiam sanctificantem vocavit, et qui Deum diligunt, utpote, qui Deo vocanti obediunt. *Nam quos præscivit*, per gratiæ suæ auxilium, et per liberum voluntatis eorum consensum, fore conformes Filio suo, exemplari nostro, tales per suam gratiam fore presciens, *prædestinavit* ad hanc cum Filio suo conformitatem, ut Jesus Christus, qui, ut Deus, est unigenitus; ut homo, sit primogenitus inter multos fratres adoptatos, et per gratiam, divinæ naturæ consortes, et Jesu Christi fratres. *Quos autem*, tales futuros præsciens *prædestinavit, hos et vocavit*, et *justificavit*, et in justitiâ perseverantes *glorificavit*.

Vers. 31. — Quid ergo dicemus ad hæc.....? cùm tanta sit Dei cura de nobis, quid inter hujus seculi adversitates constituti, dicemus nisi : *Si Deus pro nobis...?* Mira Christianorum vis et fortitudo contra quoslibet nostræ salutis hostes. *Si Deus pro nobis*, etc.; quis *ut Deus? Deus fortitudo mea, adjutor meus.....* scutum impenetrabile patientiæ sanctorum Deus.

Vers. 32. — Qui etiam proprio Filio suo non pepercit... Syr. : *Quòd si ne proprio quidem Filio pepercit*, etc., id est, qui nos ita dilexit, ut naturali Filio suo non pepercerit, sed, etc.

Quomodo non etiam cum illo omnia nobis donavit? Græcè : *gratificabit*. Syr.: *largietur;* omnia scilicet ad salutem necessaria, ut nulli hostes possint, si velimus, eam impedire.

Incarnatio donum est donorum, in quo nobis omnia donantur, sine quo nihil datur : nam omnia per et propter Christum. Si Filium largitus est, ait D. Joan. Chrysostomus, nec simpliciter largitus, sed cædi tradidit, quid jam super aliis rebus addubitas, Dominum cùm acceperis? Quid hæsitas super possessionibus, herum cùm habeas? Nam qui quod majus erat, inimicis dedit, quî fiet, ut quæ minora sunt, amicis non det?

nis æternæ.

Hinc scholastici tres ponunt effectus prædestinationis, nimirùm *vocationem*, *justificationem*, *glorificationem;* ac consequenter colligunt gloriam et beatitudinem æternam esse effectum prædestinationis.

Vers. 31. — *Quid ergo dicemus ad hæc?* Cùm tanta sit Dei pro suis electis cura, tamque certa providentia, ut quoscumque prædestinavit ad gloriam, eos vocando et justificando, tandem omninò ad illam perducat, quid dicturi sumus inter passiones et adversitates hujus seculi constituti, nisi hoc quod sequitur :

Si Deus pro nobis, quis contra nos? Id est, si Deus stat pro nobis, volens omninò implere in nobis æternum suum propositum justificationis et glorificationis nostræ, cùm nemo sit Deo potentior, quis vel hominum, vel dæmonum ita contra nos insurgat, ut salutem nostram impediat? Nullus profectò.

Vers. 32. — *Qui etiam proprio Filio suo non pepercit. Proprio Filio.* Hinc Adrian. papa et doctores docent, Christum, in quantum homo est, id est, secundùm humanitatem, verè ac propriè esse Filium Dei, scilicet ob gratiam unionis cum Verbo, sive cum personâ Filii Dei, quia, in quantum homo, traditus est pro nobis in mortem, quod de eo hic asserit Paulus.

Sed pro nobis omnibus tradidit illum. Theologi benè definiunt pro omnibus traditum, quia passio ejus et mors sufficiens erat omnibus omninò redimendis; pro non omnibus, quia redemptionis proprietas penès solos est electos. Quæri solet quo sensu Pater Filium tradidisse dicatur in mortem. Breviter dicimus hoc sensu, quia quem ab æterno decrevit ac voluit pro nostrâ salute passurum et moriturum esse, eumdem in tempore per manus impiorum pati ac mori fecit.

Quomodò non etiam cum illo omnia nobis donavit? Græcè, *donabit*, in futuro. Qui enim Filio suo, quo nihil habet charius, non pepercit, sed pro salute nostrâ impendit, tradens eum pro nobis omnibus in mortem, certè nec cætera dona ad salutem necessaria nec ipsam denique salutem et gloriam est negaturus.

Vers. 33. — Quis accusabit adversus electos Dei? Syr. : *Quis sese opponet electis Dei?* Superioribus versibus fideles excitavit ad fiduciam in Deum, contra persecutores exteriores, ethnicos scilicet, qui bonis et vitâ Christianos sæpè spoliabant; fideles, hoc in casu, armavit quasi scuto, dicens : *Si Deus pro nobis.* Nunc eosdem fideles roborat contra timorem internum, scilicet, contra conscientiæ anxietatem ob peccata commissa. *Quis accusabit* Christianos, seu electos ad fidem et gratiam christianismi? Omnes Christiani ad gratiam completè sunt electi, inchoatè autem ad gloriam; de electione ad gratiam hìc agit Apostolus.

Deus qui justificat. Græc. : Deus justificans, id est, Deus ipse hos electos à peccatis absolvit et justos pronuntiat.

Vers. 34. — Quis est qui condemnet? Græc. : *Quis condemnans?* Christus mortuus, magis verò et excitatus, qui et est in dexterâ Dei; id est, quis condemnabit eos? an Christus Jesus? is ipse est qui pro nobis mortuus est; qui nostri causâ resuscitatus est : nimirùm, ut ad dexteram Dei sedens, interpellet pro nobis, nostramque salutem Deo commendet.

OBSERVATIO MORALIS
in hos versus.

Heu! miram Dei bonitatem! ô amorem ineffabilem! Pater *proprio Filio suo non pepercit..... Spiritus sanctus pro nobis postulat gemitibus inenarrabilibus; Filius pro nobis mortuus est*, id est, propter nostra delicta; *resurrexit propter nostram justificationem*, nobisque resurgendi spem certam dedit; nostrî causâ sedet ad dexteram Dei Patris; ut regnandi cum illo spem nobis exhibeat; intercedit pro nobis, tanquàm advocatus, cicatrices suas Patri exhibens, quasi ora, quibus interpellat continuè. Quis timeat? quis non speret? Tota sancta Trinitas nos amat, fovet, tuetur; quem vel hominem, vel diabolum timeamus? *quis accusabit*, Deo absolvente, Spiritu sancto adjuvante, Filio sanguinem fundente, et per sua vulnera pro nobis orante? *In te, Domine, speravi; non confundar in æternum.*

Cornelius à Lapide multis probat Christum in cœlis verè et propriè pro nobis orare, ostenditque discrimen Christi orantis in viâ, et orantis in cœlo.

Vers. 35. — Quis ergo nos separabit a charitate? in Græco non est *ergo*. D. Paulus, ostensâ mirâ Dei erga nos charitate, non dicit simpliciter : Debetis et vos illum diligere; sed quasi Numine afflatus exclamat : *Quis ergo nos separabit à charitate*, seu quâ nos Deus diligit, seu quâ Deum diligimus? Quis efficere poterit ut Deus nos amare desinat, seu ut Deum amare desinamus? *an tribulatio*, etc. Vide paraphr.

Vers. 36.— Sicut scriptum est : Quia propter te... Syr. : *Propter te quotidiè morimur, et habiti sumus quasi oves ad mactationem.*

Vers. 37. — Sed in his omnibus superamus... Syr.: Verùm in his omnibus victoriâ potimur per eum qui dilexit nos. Respondet interrogationi : Tantùm abest ut ista nos à Christi charitate separent, quin in istis omnibus et per ista omnia superamus. D. Chrys. ex Græco : Plusquàm superamus, supervincimus; plusquàm victores sumus, quia cum omni facilitate, quia per ipsa adversantia, quia quasi victoriæ domini et certi. Vide D. Chrys.

Vers. 38, 39. — Certus sum enim, etc., id est, confido, certamque spem habeo in Domino, quòd neque

Vers. 33. — *Quis accusabit adversùs electos Dei?* etc. Quis accusationem instituet objectis criminibus adversùs eos quos Deus elegit volens omninò salvare? q. d. : Nullus id fecerit, nisi frustra. *Deus est qui justificat*, id est, à peccatis et ab intentatâ adversarii actione electos suos absolvit, justosque pronuntiat.

Vers. 34. — *Quis est qui condemnet?* Id est, damnationis sententiam in eos ferat? q. d. : Nemo, nisi frustra; aut quid noceant eis accusationes et damnationes hominum, cùm Deus eos justificat?

Christus Jesus (supple est) *qui* (pro nobis) *mortuus est; imò qui et resurrexit, qui est ad dexteram Dei, qui etiam interpellat pro nobis*, apud Patrem, tanquàm perpetuus advocatus et patronus noster, exhibendo se et cicatrices suas, quas in passione acceptas adhuc servat, et Patri ostentat, ac consequenter orat, sua merita, suos labores, suas passiones allegando divino conspectui. Nam, ut dicitur Hebr. 9, *Jesus introivit in cœlum, ut appareat nunc vultui Dei pro nobis.*

Vers. 35. — *Quis ergo nos separabit à charitate Christi?* Sensus : Cùm Christus hæc omnia fecerit et faciat pro nobis, quis jam nos separare et abstrahere poterit ab ejus dilectione, sive quâ nos eum diligimus, sive quâ nos ipse diligit, qui tot et tanta pro nobis fecit? Quòd si cum Græcis legamus, *à charitate Dei*, sensus erit : Cùm tanta sit Dei charitas erga nos, ut hæc omnia fecerit, ac Filium suum pro nobis facere voluerit, quis ab eâ charitate nos separare poterit, hoc est, efficere ut Deus nos, quorum gratiâ tam multa fecit, amare desinat? Hic sensus, quo intelligitur charitas seu Dei, seu Christi erga nos, à Cajetano, Toleto, aliisque doctis interpretibus traditur; estque valdè probabilis. Expendit enim Paulus magnitudinem divini erga nos amoris ex beneficiis nobis impensis, quo probet quod instituerat, nihil obsistere posse quominùs certissimè perventuri simus ad salutem; sicut et paulò post, ubi ait : *Propter eum qui dilexit nos.*

Tribulatio? An angustia? An fames? An nuditas? An periculum? An persecutio? An gladius? Tribulatio sive afflictio potissimùm intelligitur in corpore et rebus externis. *Angustia* in animo, vel, certè in rebus dubiis et perplexis, ubi consilium humanum deficit.

Vers. 36. — *Sicut scriptum est*, supple, electos pati et passuros esse. Locus est in Psalm. 43.

Quia propter te mortificamur totâ die. Sensus : propter confessionem tui nominis, et quia tui sumus cultores, assiduè tradimur in mortem, quotidianis objicimur periculis.

Æstimati sumus sicut oves occisionis. Haud secùs atque oves mactationi destinatæ, ita pro libito, et absque commiseratione nos ad mortem et supplicia trahunt.

Vers. 37. — *Sed in his omnibus superamus*, id est, plus quàm victores sumus, supervincimus, scilicet, insigni et illustri victoriâ, quàm consequimur, dùm non resistendo, sed patiendo, et moriendo, superamus hostes omnes et quævis adversa, in iisque gloriamur, idque *propter eum qui dilexit nos.* Excellentem et facilem illam victoriam adipiscimur non nostrâ virtute, sed per auxilium sive Dei, sive Christi, qui nos dilexit.

Vers. 38. — *Certus sum enim.* Id est, certam in Domino spem habeo, persuasum habeo, confido. S. Augustin. in Exposit. propositionis 58 : Quod autem ait : *Certus sum enim*, et non dixit : Opinor, plena fide tenuit quod nec mors ulla, nec vitæ temporalis

comminatio mortis, neque vitæ promissio, NEQUE ANGELI, etc., id est, nulla vis spiritualis, sive dæmonum, sive angelorum, si id tentarent.

NEQUE INSTANTIA, id est, præsentia.

FORTITUDO non est in Græco.

NEQUE ALTITUDO, NEQUE PROFUNDUM, id est, neque gloriosa, neque humilia; nec cœli, nec inferi, vel neque altitudo prosperitatis, neque profundum miseriæ.

promissa, nec cætera subsequentia possunt credentem à charitate Dei detorquere.

Quia neque mors, neque vita, neque mors à persecutore intentata, neque vita promissa.

Neque angeli, neque principatus, neque virtutes. Hâc parte spiritus adversarii, id est, dæmones, significantur, quibus omne studium est Christi fidelis abstrahere à salute. Porrò sub his tribus angelorum ordinibus, cæteros omnes (nam ex omnibus ordinibus aliquos cecidisse, theologorum sententia perquàm probabilis est apud Magistrum, in 2 sent., dist. 6) comprehensos intellige, q. d., nullam prorsùs dæmonum vim et potentiam electis prævalere posse.

Neque instantia, neque futura. Instantia, id est, præsentia. Intelligit autem tam bona, quibus allici solent homines, quàm mala, quibus terreri.

Neque fortitudo. Interpretantur fortitudinem prin-

Totus hic locus, à v. 28 usque ad finem capitis, est sensu et grandiloquentiâ mirabilis; hinc sanctus Augustinus, lib. de Doctrinâ christianâ 4, cap. 20, profert illum velut exemplar orationis eloquentissimæ. Hinc et post D. Augustinum Erasmus ejusdem Apostolici sermonis vehementiam et ornatum demiratur, tandemque exclamat: *Quid unquàm Cicero dixit grandiloquentius?*

cipum hujus seculi.

VERS. 39. — *Neque altitudo, neque profundum.* D. Thom. et Anselm. sic explicant: *neque altitudo*, scilicet arcis et rupis, ex quâ quis minaretur præcipitium nisi à Dei amore recedas. *Neque profundum*, puta mare, aut flumen, in quo pari modo minaretur quis submersionem.

Neque creatura alia poterit nos separare à charitate Dei. Charitatem Dei intellige vel eam quâ nos Deum diligimus, vel potiùs eam quâ nos Deus diligit. Significatur enim vis charitatis illius quâ Deus electos suos comdlectitur, ad præstandum efficaciter ea quæ vult eis donare, et ad removenda contraria.

Quæ est in Christo Jesu, Domino nostro, id est per Jesum Christum tanquàm mediatorem et propitiatorem nostrum: qui nobis illam Dei charitatem merito suæ passionis et mortis conciliavit eàdemque morte nos redemit. Quâ ratione *Dominus noster* vocatur.

Corollarium pietatis, seu in hoc capite ad pietatem maximè notanda, et in praxim redigenda.

1° Ex hoc cap. disce quòd tota christiani vita possit ad tria reduci: scilicet concupiscentias carnis reprimere, seu malum vitare; carni enim obedire, mors est. Vide vers. 5, c. 12, 13. Spiritu Dei agi, seu bonum in spiritu charitatis agere, v. 14; ad hoc nobis datus est Spiritus sanctus, spiritus filiationis, ut tanquàm filii amemus et agamus. Pati in spiritu Christi, *si compatimur*, etc., hæc est conditio ad æternam hæreditatem necessaria, v. 17; *at non sunt condignæ*, etc., v. 18, etc.

2° Ex ejusdem cap. v. 19, 20, 21, 22, collige quòd omnis creatura, Dei jussu, hominum utilitatibus mancipata, gemens et quasi coacta, hominum vanitati serviat. Ad Dei gloriam facta est; hominem ad Dei notitiam et amorem naturâ suâ ducere debet; hominum malitiâ servit offensæ Dei: homo enim fruitur utendis, utitur fruendis; *hinc ingemiscit omnis creatura*, cupiens à servitute liberari.

Ut hunc gemitum et clamorem creaturarum contra te vites, cave illarum abusum; illis utere, non fruaris; utere ad Dei gloriam, et cum gratiarum actione: aliàs contra te in Dei judicio ingemiscentes, clamabunt quasi contra violatorem et stupratorem.

3° Ex eodem cap. apostolicam disce praxim orationis, quam vide v. 26, 27. Disce et praxim circa prædestinationem. Credere quæ fides docet de illâ; quæ Dei sunt adorare; quæ tua sunt fideliter adimplere; bonis operibus vaca, de cætero confide Deo, v. 28, 29, 30. Malo in manibus Dei, quàm in meis manibus salutem meam reponi. Libera me, Domine, à meipso: *In te, Domine, speravi.* Confido quòd de numero sim electorum. *Deus meus, in te confido.*

4° In hoc eodem capite habes mira fiduciæ motiva: *Si Deus pro nobis, quis contra nos?* v. 31, 32, etc. Tria sunt quæ nos in tremendo Dei judicio terrere debent; crimina nostra, accusator, judex. Contra criminum terrorem, cogita quòd Deus proprio Filio suo non pepercit, sed propter delicta nostra morti tradidit illum, v. 32. Contra accusatorum terrorem, quicumque sint, cogita quòd in v. 33, *quis accusabit?* etc. Deus omnium judex, ipse justificat. Contra judicis severitatem, cogita quòd in v. 34: *Quis est qui condemnet*, etc. Christus Jesus, etc. Videatur ipse locus Apostoli, qui sanè mirabilis est.

Hanc in Deum fiduciam sæpè redigas in praxim per totam vitam, ut et in morte redigas.

CAPUT IX.

1. Veritatem dico in Christo, non mentior, testimonium mihi perhibente conscientiâ meâ in Spiritu sancto:

2. Quoniam tristitia mihi magna est, et continuus dolor cordi meo.

3. Optabam enim ego ipse anathema esse à Christo pro fratribus meis, qui sunt cognati mei secundùm carnem,

4. Qui sunt Israelitæ, quorum adoptio est filiorum,

CHAPITRE IX.

1. Jésus-Christ m'est témoin que je dis la vérité: je ne mens point; ma conscience me rendant ce témoignage par le Saint-Esprit,

2. Que je suis saisi d'une tristesse profonde, et que mon cœur est pressé sans cesse d'une douleur violente.

3. Jusque-là que j'eusse desiré devenir moi-même anathème, à l'égard de Jésus-Christ, pour mes frères, qui sont d'un même sang que moi selon la chair,

4. Qui sont les Israélites, à qui appartient l'adop-

et gloria et testamentum, et legislatio, et obsequium, et promissa :

5. Quorum patres, et ex quibus est Christus secundùm carnem, qui est super omnia Deus benedictus in secula. Amen.

6. Non autem quòd exciderit verbum Dei. Non enim omnes qui ex Israel sunt, ii sunt Israelitæ ;

7. Neque qui semen sunt Abrahæ, omnes filii ; sed in Isaac vocabitur tibi semen :

8. Id est, non qui filii carnis, hi filii Dei ; sed qui filii sunt promissionis æstimantur in semine.

9. Promissionis enim verbum hoc est : Secundùm hoc tempus veniam, et erit Saræ filius.

10. Non solùm autem illa, sed et Rebecca ex uno concubitu habens, Isaac patris nostri.

11. Cùm enim nondùm nati fuissent, aut aliquid boni egissent, aut mali (ut secundùm electionem propositum Dei maneret),

12. Non ex operibus, sed ex vocante dictum est ei :

13. Quia major serviet minori, sicut scriptum est : Jacob dilexi, Esaü autem odio habui.

14. Quid ergo dicemus? Numquid iniquitas apud Deum? Absit!

15. Moysi enim dicit : Miserebor cujus misereor, et misericordiam præstabo cujus miserebor.

16. Igitur non volentis, neque currentis, sed miserentis est Dei.

17. Dixit enim Scriptura Pharaoni : Quia in hoc ipsum excitavi te, ut ostendam in te virtutem meam, et ut annuntietur nomen meum in universâ terrâ.

18. Ergo cujus vult miseretur, et quem vult indurat.

19. Dicis itaque mihi : Quid adhuc queritur? voluntati enim ejus quis resistit;

20. O homo, tu quis es, qui respondeas Deo? Numquid dicit figmentum ei qui se finxit : Quid me fecisti sic?

21. An non habet potestatem figulus luti ex eâdem massâ facere aliud quidem vas in honorem, aliud verò in contumeliam?

22. Quòd si Deus, volens ostendere iram, et notam facere potentiam suam, sustinuit in multâ patientiâ vasa iræ, apta in interitum,

23. Ut ostenderet divitias gloriæ suæ in vasa misericordiæ, quæ præparavit in gloriam.

24. Quos et vocavit nos non solùm ex Judæis, sed etiam ex gentibus,

25. Sicut in Osee dicit : Vocabo non plebem meam, plebem meam ; et non dilectam, dilectam : et non misericordiam consecutam, misericordiam consecutam.

26. Et erit : in loco ubi dictum est eis : Non plebs mea vos, ibi vocabuntur filii Dei vivi.

27. Isaias autem clamat pro Israel : Si fuerit numerus filiorum Israel tanquàm arena maris, reliquiæ salvæ fient.

28. Verbum enim consummans, et abbrevians in æquitate : quia verbum breviatum faciet Dominus super terram.

tion des enfants, sa gloire, son alliance, sa loi, son culte et ses promesses ;

5. Qui ont les patriarches pour pères, et desquels est sorti, selon la chair, Jésus-Christ même, qui est Dieu, au-dessus de tout, et béni dans tous les siècles. Amen.

6. Ce n'est pas néanmoins que la parole de Dieu soit demeurée sans effet, car tous ceux qui descendent d'Israël ne sont pas pour cela Israélites ;

7. Ni tous ceux qui sont de la race d'Abraham ne sont pas pour cela ses enfants, puisque Dieu lui dit : Ce sera Isaac qui sera appelé votre fils.

8. C'est-à-dire, que ceux qui sont enfants selon la chair ne sont pas pour cela enfants de Dieu ; mais que ce sont les enfants de la promesse qui sont réputés être les enfants d'Abraham.

9. Car voici les termes de cette promesse : Je viendrai en ce même temps, et Sara aura un fils.

10. Ce n'est pas seulement dans Sara, mais aussi dans Rébecca, qui conçut en même temps deux enfants d'Isaac notre père.

11. Car, avant qu'ils fussent nés, et avant qu'ils eussent fait aucun bien et aucun mal, afin que le décret de Dieu demeurât ferme selon son élection,

12. Non à cause de leurs œuvres, mais par la volonté de celui qui appelle, il fut dit à la mère :

13. L'aîné sera assujéti au plus jeune, selon qu'il est écrit : J'ai aimé Jacob, et j'ai haï Esaü.

14. Que dirons-nous donc? Est-ce qu'il y a en Dieu de l'injustice? Dieu nous garde d'une telle pensée!

15. Car il dit à Moïse : Je ferai miséricorde à qui il me plaira de faire miséricorde; et j'aurai pitié de qui il me plaira d'avoir pitié.

16. Ainsi cela ne dépend ni de celui qui veut ni de celui qui court, mais de Dieu qui fait miséricorde.

17. Car il dit à Pharaon, dans l'Ecriture : C'est pour cela même que je vous ai suscité, pour faire éclater en vous ma puissance, et pour rendre mon nom célèbre dans toute la terre.

18. Il est donc vrai qu'il fait miséricorde à qui il lui plaît et qu'il endurcit qui il lui plaît.

19. Vous me direz peut-être : Après cela, pourquoi Dieu se plaint-il? car qui est-ce qui résiste à sa volonté?

20. O homme, qui êtes-vous, pour contester avec Dieu? un vase d'argile dit-il à celui qui l'a fait : Pourquoi m'avez vous fait ainsi?

21. Le potier n'a-t-il pas le pouvoir de faire, de la même masse d'argile, un vase destiné à des usages honorables et un destiné à des usages vils.

22. Qui peut se plaindre, si Dieu voulant montrer sa colère et faire connaître sa puissance, souffre avec une patience extrême les vases de colère préparés pour la perdition,

23. Afin de faire paraître les richesses de sa gloire sur les vases de miséricorde qu'il a préparés pour la gloire,

24. Qu'il a appelés comme nous, non-seulement d'entre les Juifs, mais aussi d'entre les gentils,

25. Selon qu'il dit dans Osée : J'appellerai mon peuple ceux qui n'étaient point mon peuple ; ma bien-aimée celle que je n'avais point aimée ; et l'objet de ma miséricorde celle à qui je n'avais point fait miséricorde.

26. Et il arrivera que dans le même lieu où je leur avais dit autrefois : Vous n'êtes point mon peuple, ils seront appelés les enfants du Dieu vivant.

27. Isaïe s'écrie à l'égard d'Israël : Quand le nombre des enfants d'Israël serait égal à celui du sable de la mer, il n'y en aura qu'un petit reste de sauvé.

28. Parce que Dieu, dans sa justice, consumera et retranchera son peuple : le Seigneur fera un grand retranchement sur la terre.

29. Et sicut prædixit Isaias : Nisi Dominus Sabaoth reliquisset nobis semen, sicut Sodoma facti essemus et sicut Gomorrha similes fuissemus.

30. Quid ergo dicemus? Quòd gentes quæ non sectabantur justitiam, apprehenderunt justitiam ; justitiam autem quæ ex fide est.

31. Israel verò sectando legem justitiæ, in legem justitiæ non pervenit.

32. Quare? Quia non ex fide, sed quasi ex operibus : offenderunt enim in lapidem offensionis,

33. Sicut scriptum est : Ecce pono in Sion lapidem offensionis, et petram scandali ; et omnis qui credit in eum non confundetur.

29. Et c'est ce que le même Isaïe avait dit auparavant : Si le Seigneur des armées ne nous avait réservé quelques-uns de notre race, nous serions devenus semblables à Sodome et à Gomorrhe.

30. Que dirons-nous donc? Que les gentils, qui ne cherchaient point la justice, ont embrassé la justice, cette justice qui vient de la foi ;

31. Et qu'Israël, au contraire, qui cherchait la loi de la justice, n'est point parvenu à la loi de la justice.

32. Et pourquoi? Parce qu'ils ne l'ont point recherchée par la foi, mais par les œuvres de la loi ; car ils se sont heurtés contre la pierre d'achoppement.

33. Selon qu'il est écrit : Je vais mettre dans Sion une pierre d'achoppement, une pierre de scandale, et tous ceux qui croiront en lui ne seront point confondus.

ANALYSIS.

Ex effectibus sancti Spiritûs, de quibus in cap. 8, *et qui in Christianis tantùm erant conspicui, non autem in Judæis legem Mosaicam observantibus, sequitur manifestè solos Christianos verè justificatos esse, in viâ salutis esse, et consequenter verè populum Dei; Judæos autem nec in viâ justitiæ et salutis esse, nec ampliùs populum Dei.*

Hanc ex doctrinâ suâ sequelam evidentem supponens D. Paulus, illamque Judæis ipsis notam esse sciens, verbis non exprimit; sed ut tristem hanc veritatem, quantùm est in se, leniat, initio hujus capitis suum ergà eos affectum exhibet usque ad v. 6.

1° *Itaque asserit et jurat, quòd ob hoc ipsum maximè dolet, nimirùm quòd Judæi sint extra viam salutis, à Deo rejecti, nec ampliùs populus Dei, nullumque sit in ipsis veræ justitiæ signum.*

2° *Asserit, v.* 6, *non ideò excidisse verbum Dei, nec Judæorum incredulitatem evacuâsse promissiones Abrahæ factas, quia tales promissiones factæ sunt Abrahæ pro spiritualibus ejus filiis, non pro omnibus carnalibus filiis, v.* 6, 7, 8.

Hanc assertionem probat, tum ex ipsis promissionis verbis, quæ ad Isaac tantùm, promissionis filium, limitantur, Ismaele excluso, v. 9, *tum exemplo filiorum Isaac, quorum primogenitus Esaü privatur benedictione quam recipit Jacob, ejus filius natu minor, et hoc non ob merita, sed ob Dei voluntatem, v.* 10, 11, 12, 13.

Talibus exemplis patet evidenter quòd non omnes carnales filii, sed promissionis filii solùm, sunt veri filii Abrahæ, ad quos spectat Dei promissio; et inde colligendum relinquit Apostolus, primò non omnes Judæos esse filios Abrahæ, sed qui credunt. Secundò gentiles, licèt non ex semine Abrahæ, per fidem tamen factos esse spirituales Abrahæ filios, et Judæis prælatos, non ob merita, sed ob Dei bonitatem.

3° *Asserit, v.* 14, *nullam propterea esse in Deo injustitiam, sive ob Jacobi prælationem præ Esaü, sive ob prælationem Christianorum præ Judæis, quia nempe opus utrumque, opus est misericordiæ; misericordia autem fit ei qui placet miserenti.*

℣ 15, 16, *hoc probat primò per verba Dei ad Moysem, Exod.* 33, 19, *nimirùm postquàm omnes Judæi circa vitulum aureum peccaverant, quorum tamen aliqui tantùm supplicio sunt affecti, alii eorum supplicio correcti : quippe quia Deus est misericordiæ suæ dominus.*

Secundò, exemplo Pharaonis, quem Deus in suâ obstinatione reliquit, quemque tandem demersit, dùm Judæorum misertus est, ipsosque salvavit, v. 17.

His exemplis patet Deum misericordiæ suæ dominum esse, et consequenter nullam in Deo injustitiam esse, si Judæos reliquerit in suâ obstinatione, Christianos autem misericorditer elegerit ; sicut Pharaonem in suâ justissimè reliquit obduratione propriâ, et quam sibi suâ malitiâ procuraverat, v. 18.

4° ℣ 19, *objicit sibi : Si ita sit quòd Deus cujus vult miseretur, cur ergo nos accusat et punit? — Respondet primò quòd creatura, Dei figmentum, cum Deo non debeat disputare, nec ullam ab eo rationem exigere; sicut vas fictile cum suo figulo non disputat, v.* 20, 21. *Respondet secundò, justè Deum de hominibus conqueri, quia ipsi suâ malitiâ, contra Dei voluntatem sese obdurant : Deus autem hanc illorum duritiem cum multâ patientiâ sustinet; si autem postquàm illos diù sustinuit, suam in illos iram ostendit, sicut in Pharaonem, hinc nihil contra Deum dici potest : malos tolerando, suam ostendit bonitatem; obduratos puniendo, suam ostendit potentiam; et ex hâc ipsorum punitione, suam clariùs manifestat in Christianos misericordiam; quos vocavit partim ex Judæis, sed valdè paucos; partim ex gentilibus, et quidem quàm plurimos, v.* 22, 23, 24, etc.

5° ℣ 30, 31, 32, *omnem difficultatis nodum solvens, dicit Apostolus, ideò Judæos à viâ salutis rejectos esse, quia in Christum non crediderunt, suâque incredulitate illis contigit, quod iter facientibus, impingunt aliquando in lapides, pedes lædunt, sicque ab itineris persecutione impediuntur; gentiles verò ad justitiam et salutem ascitos, quia crediderunt in Christum.*

PARAPHRASIS.

1. Utinam et vos, ô Judæi, fratres mei, ita Deo per Christum adhæreatis! Veritatem enim vobis dico; testor Christum, qui est ipsa veritas; sincerè loquor, non adulatoriè aut placendi gratiâ; testis est

mihi conscientia mea; imò testis est Spiritus sanctus, conscientiæ meæ auctor et inspector.

2. Juro itaque, et omnia sacra obtestor, quòd summo, jugi et excruciante dolore conficior, ob vestram à Christo alienationem, et ideò ob vestrum à justitiâ casum.

3. Adeò quippe vos diligo, vestramque zelo salutem, ut ego ipse, quem nec mors nec vita poterunt à Christo separare, optarem ab illius præsentiâ et gloriâ separari, si hâc ratione possem, vos fratres meos, ad Christum, ad justitiam, ad salutem adducere.

4. Vos, inquam, qui ab illo præcellenti parente orti estis, qui cum Deo luctatus est, et ideò Israelitæ vocati; vos, quos Deus in filios elegit, et quos præ cæteris omnibus glorificavit; cum quibus fœdus iniit; quibus legem dedit; quos divini obsequii rationem docuit; quibus Messiam, et futuram per eum justitiam et benedictionem promisit.

5. Quorum progenitores sunt sancti patriarchæ, et, quod præcipuum, ex quibus Christus prognatus est secundùm carnem. Quid majus? nam Christus Deus est, per omnia, et super omnia, et in omnem æternitatem benedicendus : ita sit.

6. Licèt autem, ut dixi, magnoperè doleam et discrucier ob Judæorum à justitiâ casum, non ideò sentio quòd irritæ sint Dei promissiones Abrahæ factæ, pro Israelitis : non enim omnes, qui ex Israele nati sunt, veri sunt Israelitæ, ad quos spectat divina promissio.

7. Neque omnes, qui sunt ex Abrahæ semine, ideò censentur promissionis filii; sed ut in Scripturâ dictum est Abrahæ : In Isaac, qui ex virtute divinâ, et per repromissionem tibi natus est, posteritas tua censebitur.

8. Quo verbo Deus significavit à se in filios reputari, non quos caro genuit, sed quos promissio et virtus supernaturalis generavit, ut Isaac.

9. Divina enim promissio his verbis continetur, Genes. 18, v. 10 : *Revertens veniam ad te tempore isto..., et habebit filium Sara uxor tua;* sicut autem ille præ cæteris fuit verè filius Abrahæ, sic et veri sunt Israelitæ, quos Dei promissio et verba pariunt.

10. Non solùm autem Saræ historia id quod dixi, nos edocet, filios à Deo censeri, non carnaliter genitos; sed eos, vel qui promittuntur, vel eliguntur à Deo; sed etiam et Rebeccæ historia, quæ gemellos, ex Isaac patre nostro concepit, quorum junior Jacob electus fuit à Deo et prælatus Esaü, fratri suo primogenito, factusque successor et hæres Isaac patris sui.

11. Cùm enim nondùm nati essent, sed in utero matris adhuc essent inclusi, ut pateret libera Dei voluntas, quâ ab æterno decreverat Jacobum et posteros ejus præferre Esaü et posteris ejus.

12. Non ex operum merito, sed ex gratuitâ Dei electione, dictum est Rebeccæ per angelum :

13. Major, Esaü scilicet, serviet minori, Jacobo; quod in illorum posteris evenit; et de quo jam facto scribens Malachias dixit vice Dei : Jacobæos prætuli; magisque dilexi; Idumæos neglexi.

Quid hoc significat? quòd sicut aliquando Jacob et ejus posteros Judæos prætulit Esaü et Idumæis, ita nunc potest Christianos Judæis præferre, Judæos rejicere, Christianos in filios adoptare, utpote per fidem, Abrahæ, Isaac et Jacob imitatores, spirituales que filios.

14. Si verò ita sit, quòd Deus gentiles nunc in spiritualibus præferat Judæis, sicut olim Jacobum in temporalibus prætulit Esaü, idque sine merito, ut dictum est, numquid erit aliqua in Deo injustitia? absit omninò à piis mentibus hæc impia cogitatio!

15. Non est iniquitas in Deo, si Christianos nunc adoptet, et in filios recipiat; hoc enim opus est misericordiæ; donorum autem suæ misericordiæ dominus est Deus, juxta quod ipse Dominus Moysi dixit : Miserebor cujus misereor, etc.

16. Hoc ergo justificationis negotium, de quo hìc agimus, hæc paterna Dei in Christianos benedictio, non est in hominis arbitrio, sicut paterna Isaac benedictio non fuit in Esaü volentis et currentis potestate; sed est opus meræ Dei misericordiæ.

17. Non est etiam iniquitas in Deo, si Judæos incredulos in suâ relinquens obstinatione, tandem rejiciat; sicut olim eorum misertus, Pharaonem in suâ reliquit obduratione, ac tandem punivit; secundùm quod Deus de eo dicit in Scripturâ : In hoc ipsum te servavi, et licèt contumacem non statim destruxi, ut variis signis et prodigiis meam circa te potentiam ostenderem, hisque prodigiis nomen meum in toto terrarum orbe eò gloriosius percrebresceret, quò major foret tua pertinacia.

18. Deus ergo suarum miserationum dominus, cujus vult miseretur, et quem vult in suâ relinquit obstinatâ duritiâ, et in neutro nulli facit injuriam.

19. Sed hinc rursùs objicis mihi : Hoc cùm ita sit, cur ergo Deus de peccatoribus conqueritur? videtur enim quòd tales sint ipsius voluntate; Dei autem voluntati quis valeat resistere?

20. O tu, qui de humo, quis es, qui audeas tale quid opponere Deo, et contra eum disputare? quis ferat, si luteum vas cum suo figulo disceptet, eique dicat : Cur me sic finxisti? cogita ergo te lutum in manu Dei, tuumque reverere figulum.

21. Numquid figulus plenam non habet in lutum suum potestatem, ut ex eàdem luti massâ faciat vasa quæ voluerit, aliud in usus quidem honestos, aliud verò in sordidos usus? Longè vilior est homo cum Deo collatus, quàm lutum cum figulo collatum; posset ergo Deus, quia omnipotens et supremus Dominus, citra cujuspiam injuriam, ex hominum massâ facere quidquid voluerit; at quia bonus et optimus, non vult nisi quod bonum et optimum; scias ergo quòd Deus vasa non finxit immunda, sed homines ipsi sese suis peccatis conspurcant.

22. Si autem postquàm Deus cum multâ patientiâ diù sustinuit peccatores, qui se suâ malitiâ dignissimos iræ et vindictæ divinæ reddiderunt, et qui suâ

obduratione exitium meruerunt; si, inquam, suam tandem in illos exercet justitiam, eosque punit.

23. Ut hâc eorum punitione manifestet suam potentiam, et ut ex impiorum vindictâ clariùs elucescat Dei in sanctos misericordia, quos suâ gratiâ præparavit ad æternam gloriam. Quid inde contra Deum dici potest?

24. Sanctos intelligo, Christianos, quos Deus partim ex Judæis, partim ex gentibus vocavit.

25. Ex gentibus vocandos fore prædixit Dominus in Osee, dicens : Vocabo gentiles idololatras ad fidem meam, et tunc plebs quæ non erat mea, erit mea, dilecta, et misericordiam consecuta.

26. Et in locis ubi dici poterat : Vos non populus meus; tunc ibidem dicetur : Vos filii Dei vivi.

27. Valdè autem paucos ex Judæis fore ad fidem convertendos Isaias audacter prædixit, dicens : Etsi carnalium filiorum Israel sint in maximo numero, eorum tantùm reliquiæ, id est, paucissimi salvabuntur.

28. Deus enim cum justitiâ faciet quod locutus est, redigens Israelem, quem salvaturus sit, ad brevem et exiguum numerum.

29. Ita ut nisi Dominus exercituum suâ gratiâ nobis aliquod reliquisset semen, funditùs periissemus.

30. Hæc cùm ita se habeant, quid dicemus? id quod res est : nimirùm quòd gentes, quæ justitiam (secundùm Deum) non quærebant, justitiam tamen sunt assecutæ; illam intelligo justitiam, ad quam Deus vult per fidem perveniri.

31. Israel autem legem justitiæ quærens, ad veram tamen justitiam non pervenit.

32. Quare autem gentes justificatæ? quia in Christum crediderunt; quare Judæi non justificati, sed à justitiâ repulsi? quia in Christum credere noluerunt : sed in eum lapidem angularem, et Ecclesiæ fundamentalem impingentes, ceciderunt à justitiâ, et ideò à salute.

COMMENTARIA.

Vers. 1. — Veritatem dico..., grave et grande capitis exordium, in Christo, id est, sub Christo, vel teste Christo; quasi diceret : testor Christum, veritatem ipsam, quòd veritatem dico. Omnem falsi suspicionem à se amovet, etiam juramento.

Non mentior, id est, sincerè loquor, et animo simplici, non adulatorio, urbanitatis gratiâ, aut quasi placiturus. Testimonium mihi perhibente... Græcè, *Contestante mihi*, etc., id est, testis est mihi conscientia mea.

In Spiritu sancto, id est, imò testis est et Spiritus sanctus, meæ conscientiæ inspector et rector.

Omnes hìc juramentum agnoscunt in re gravi et magni momenti. Unde inferunt quòd in nece sitate licitum sit; veritas autem et charitas debent illius esse regulæ.

Vers. 2. — Quoniam tristitia mihi magna est..... Ecce de quo jurat, nimirùm quòd summè et continuè doleat. Doloris sui causam hìc non exprimit, sed verbis sequentibus implicitè significat, scilicet alienationem suæ gentis à Christo; quod et ex præced. cap. 8 subintelligi potest. Vide Analysim. Apostolus ergo dolet summo, continuo et excruciante dolore, ex eo quòd plerique Judæi, Christum rejicientes, et in lapidem angularem impingentes, amiserunt fidem et gratiam; suntque extra statum veræ justitiæ, de quâ in cap. 8, et consequenter extra statum salutis æternæ.

Vers. 3. — Optabam enim.... Syr. : *Optârim*; Æthiop. versio : *Precarer enim ego quòd abductus essem à Christo*. D. Chrysost. : *Optârim*; nec simpliciter dixit Apostolus velim, sed id intendens, ait : *Optârim*. Theophyl : *Optârim;* juxtà quos sensus est : Optarem, vel optârim, utinam; nimirùm si fieri posset, vel si Deus vellet.

Juxta nostrum interpretem, *optabam*, id est, jamdiù optare cœpi, optavi et opto. *Optabam enim*, adeò ipsos diligo. Indicat viscera, et quàm vehementi charitate erga eos affectus erat, ait Theophylactus. Ego ipse.., quem nec mors, nec vita, etc., possunt à Christi charitate, separare, c. 8, v. 37; anathema esse, id est, separatus, abalienatus esse à Christo; non à Christi charitate, sed à gloriâ ipsius, et gloriæ fruitu, ait Theophylactus; à Christi præsentiâ et æternâ gloriâ juxta D. Chrysostomum.

Pro fratribus meis, id est, ut illi servarentur, ait Theophyl., seu, si hâc ratione possem illos ad Christum, ad veram justitiam, ad æternam salutem per-

Vers. 1. — *Veritatem dico in Christo, non mentior*, id est, ne quis mentiri me suspicetur, rem veram sincerè et ex animo loquor; idque per Christum, seu Christo teste; q. d. : Testor Christum, juro per Christum me verum dicere.

Testimonium mihi perhibente conscientiâ meâ. Sensus : Ad id quod dico, testem mihi adduco et allego conscientiam meam.

In Spiritu sancto, id est, per Spiritum sanctum, ut ejusdem conscientiæ meæ testem.

Vers. 2. — *Quoniam*, quòd, *tristitia mihi magna est*, etc., scilicet ob rejectionem et reprobationem Judæorum à justitiâ et salute. Igitur hìc dolor ex ingenti amore fratrum nascebatur.

Vers. 3. — *Optabam enim ego ipse anathema esse à Christo pro fratribus meis;* optarem ego ipse, si liceret, et si fieri posset, esse anathema à Christo, id est, separatus et alienus à Christo, pro fratribus meis Judæis; hæc ipsius Chrysostomi sententia est. Itaque sensus Apostoli est : Quamvis tanta cum Christo et in Christo bona exspectemus, quanta dudùm commemoravi : tamen ipse equidem optarem, si per legem et justitiam Dei liceret, omnibus illis privari, ut fratres mei Judæi eadem illa consequantur. Quæ profectò verba sunt immensi amoris erga fratres, eosque sibi inimicos.

Qui sunt cognati mei secundùm carnem. Significantur, qui sunt ejusdem generis.

Vers. 4. — *Qui sunt Israelitæ*. Nomen Israelitarum honorificum erat, videlicet patronymicum ab Israel, nomine divinitùs imposito patriarchæ ipsorum Jacob.

Quorum adoptio est filiorum, quos Deus adoptavit in

ducere; QUI SUNT COGNATI MEI..., id est, qui per generationem carnalem nati sunt ab eodem patre Israele, sicut ego.

Ut incensum et inflammatum hoc Paulini pectoris votum meliùs intelligas, adverte quid sit *anathema;* separatio, abalienatio est, ait Theophyl.; hinc et quod Deo sacrum est *anathema* dicitur; et quod ab eo alienum est, eamdem habet appellationem, ait Theodoretus post D. Chrysostomum.

Res Deo sacra, Deo in templis appensa, dicitur *anathema*, quia ab usibus profanis separata, et quam honoris gratiâ, nemo audet attingere. Res à Deo aliena, v. g., homo ab Ecclesiâ abscissus, dicitur *anathema*, quia abominabilis, à cujus aspectu et commercio abhorrent alii; et hoc sensu, *anathema* hìc sumit Apostolus, sicut et 1 Cor., c. 16.

Heroico itaque charitatis excessu, optat hìc divus Paulus, quod oravit Moyses Exodi 32: *Aut dimitte eis hanc noxam, aut dele me...*

Hæc optatio ex parte objecti, nec fuit, nec potuit esse absoluta et efficax, quia sciebat Apostolus hoc esse contra divinam ordinationem; ex parte tamen affectûs Paulini, fuit pia, sancta et efficax; quia verè et effectivè ita sentiebat heroico suæ charitatis excessu, verèque optabat, si Deus vellet, à Christi præsentiâ, seu à gloriâ æternâ separari, idque ut tota gens Judaica salvaretur, quod est majus bonum, majorque Dei gloria, quàm unius tantùm hominis salus, ideòque potest per charitatem optari. Vide Cornel. à Lapide.

Hoc votum sic exprimit Theophyl.: Opto pro gloriâ Dei excidere à gloriâ Christi; hoc autem non est excidere, sed potiùs assequi, ait idem Theophylactus. Hujus voti principium charitas intensa, seu, ut ait D. Chrys., amoris flamma immensa; omni pelago latior, omni flammâ vehementior. Hinc idem S. Chrys. Paulum interrogat: Qui fit ut preceris anathema esse et alienationem quæras? etc. Quoniam, inquit Paulus, etiam atque etiam illum vehementer amo, D. Chrys., homil. 30, 16. Idem Pater addit: Sed quoniam procul ab hoc amore absumus, ne animi quidem cogita-

filios, cùm sibi suoque cultui eos addixit, Exod. 4. dicens: Filius meus primogenitus Israel.

Et gloria; quorum est gloria, scilicet præ cæteris gentibus. *Non enim fecit taliter omni nationi*, Ps. 147, idque sive legem spectes à Deo datam; sive admiranda Dei opera per Moysem et alios in illo populo exhibita; sive prophetias, sive promissiones, sive protectionem singularem. Hæc igitur omnia populum illum inter omnes gentes reddiderunt valdè gloriosum et celebrem.

Et testamentum, Græcè et Syriacè: *testamenta*, plurali numero. Intellige pacta particularia cum patribus eorum inita, et sub generali nomine veteris Testamenti comprehensa: velut de terra promissionis, ac terrenâ prosperitate, et adversùs hostes victoria, de sacerdotio, de regno. Quæ omnia græco vocabulo ab interpretibus Septuag. usurpato, *testamenta* vocantur.

Et legislatio, hoc est, quibus lex à Deo lata fuit. Grandis enim et singularis est prærogativa, legem habere non ab homine, sed à Deo latam, et per hoc Deum ipsum habere legislatorem.

Et obsequium, id est, cultus sacer ac divinus lege cæremoniali præscriptus.

tione dicta hæc complecti possumus. Itaque Deum amemus, animarum salutem zelemus, concipiemus quomodo D. Paulus, quem nec cœlum, nec infernus possunt à Christo separare, optat tamen à Christi fruitione separari, ut Judæi credant in Christum, ament Christum, Christoque fruantur.

VERS. 4. — QUI SUNT ISRAELITÆ... Octo Israelitarum enumerat privilegia, seu elogia, quibus suam pergit in eos propensionem aperire, et omnis odii suspicionem procul avertit. Primum, *quorum adoptio...*, id est, quos Deus in filios adoptavit, juxta illud Exodi 4, 22: *Filius meus primogenitus Israel.* Secundum, *et gloria*, id est, quorum gloria præ cæteris gentibus maxima, ob miracula propter eos facta, in transitu maris Rubri, in deserto; et propter inhabitationem Dei inter illos, in columnâ nubis, in arcâ, in templo. Tertium, *et testamentum*, id est, cum quibus Deus iniit fœdus, Græc., *testamenta*, seu quia in duabus tabulis scripta sunt fœderis illius verba, ut volunt aliqui; sive vetus, et novum intelligantur testamenta: unum in litterâ illis datum, alterum in spiritu, ut D. Hieronymus loquitur. Quartum, *et legislatio*, id est, quorum Deus legislator per Moysem. Quintum, *et obsequium*, id est, cultus veri Dei, vera religio. Sextum, *et promissio cœlitùs facta*, de Messiâ, de justitiâ, et salute per Christum præstandâ. Alii intelligunt promissionem terræ; unde terra promissionis.

VERS. 5. — *Quorum Patres.* Septimum, quorum progenitores sunt Abraham, Isaac et Jacob, aliique patriarchæ. Octavum, et quod omnium maximum est: *Ex quibus* Israelitis prognatus *est Christus.*

SECUNDUM CARNEM, Græc. *Quod secundum carnem*, indicans quòd aliam naturam Christus habet ex Judæis non prognatam; quod et formaliter significat addens:

QUI EST SUPER OMNIA DEUS BENEDICTUS IN SECULA, AMEN: et textus Græcus et omnes omninò versiones in Polyglotta, habent nomen *Deus*, et eodem modo punctuant hunc versum, ac nostra versio. Hinc non audiendi illi, qui, ut hanc divinitatis Christi probationem minuant: vel tollunt nomen *Deus*, vel ponunt

Et promissa, q. d.: Benedictio Abrahæ promissa, omnesque aliæ promissiones Dei. Harum autem promissionum maxima est ipse Messias, sive Christus, puta redemptio, justitia, ac salus præstanda per Christum.

VERS. 5. — *Quorum patres*, subaudi, sunt: id est, qui progenitores habent sanctos patriarchas Abraham, Isaac et Jacob.

Et ex quibus est Christus secundùm carnem; sentit populum Judaicum præter alia jam commemorata, sic à Deo fuisse honoratum, ut ex eo Messiam, id est, Christum, promissum incarnari et nasci voluerit. Quâ ratione et Simeon ille justus Christum vocat gloriam plebis suæ Israel, Luc. 2. Hujus porrò beneficii magnitudinem auget in immensum personæ Christi dignitas, de quâ sequitur:

Qui (Christus) *est super omnia Deus benedictus in secula. Amen;* sive intelligatur Deus super omnia, sive benedictus super omnia. Quod utrumque in eamdem sententiam redit. Nam solus illè qui est super omnia Deus, super omnia benedictus est, *in secula* id est, laudibus celebrandus in omnem æternitatem

punctum, post *omnia*, sic : *Qui Christus est super omnia. Benedictus sit Deus* (Pater) *in secula.* Erasmus has quidem lectiones refert in notis ; Christum tamen Deum ibi profitetur, et in suâ paraphrasi. Sensus ergo est : Qui Christus est super omnia benedictus, benedicendus et laudandus Deus in secula, Amen.

REFLECTIO MORALIS

in v. 4, 5.

Magna quidem hæc Israelitarum privilegia : at privilegiorum Christianis concessorum figuræ tantùm ; filii Dei adoptivi, et quidem majores, facti sumus per baptismum ; in nobis Christus et plenitudo totius divinitatis habitat corporaliter per SS. Eucharistiam ; nobiscum Deus iniit fœdus et quidem æternum ; nobis datus est in corde Spiritus Dei vivificus et vivificans, non littera occidens in tabulis lapideis ; nobis datus est Dei cultus interior et spiritualis, non exterior tantùm et cæremonialis, nobis promissa hæreditas æterna, Dei ipsius, omnis boni, fruitio ; Deus denique Pater noster, Christus frater noster. Hinc hæredes Dei sumus, cohæredes Christi. Deum, ob tot et tanta tibi collata beneficia, benedic, ama, lauda in secula. Vitam duc Deo dignam, cui tot vinculis unitus es. Cave ne in mortis horâ, hæc sint majoris tuæ damnationis occasio.

VERS. 6. — NON AUTEM QUÒD EXCIDERIT VERBUM DEI... Græc. : *Non fieri potest autem quòd exciderit*, etc. Syr. : *Neque enim prorsùs excidit sermo Dei.* Prævenit Apostolus objectionem quæ contra ipsius dolorem, ob Judæorum à salute repulsam fieri potest : nimirùm Deus promisit Abrahæ quòd illius semen multiplicaret sicut stellas cœli, et quòd fœdus cum illo contractum esset æternum : quomodò itaque doles, ut ais, ob nostrum à Dei gratiâ casum, et nostram à salute repulsam? An ergo putas quòd exciderit Dei verbum, et irritæ factæ sint illius promissiones? huic ergo objectioni respondet Apostolus : Licèt doleam et magnoperè discrucier ob Judæorum à justitiâ casum, non ideò sentio quòd irritæ sint Dei promissiones Abrahæ factæ, quia scilicet illæ Dei promissiones non pertinent ad omnes qui ex Israele nati sunt ; sed ad illos qui fidem Israelis imitantes, veri fiunt Israelitæ.

VERS. 6. — *Non autem quòd exciderit verbum Dei.* Non hæc eò dicuntur à me, quòd sentiam excidisse verbum Dei, id est, irritas factas esse Dei promissiones et pacta. Non tamen hic respicit ad promissiones et pacta de quibus superiùs, pertinentia ad carnalem Israel : sed promissiones significat novi Testamenti implendas in Israele spirituali, et spirituali semine Abrahæ, per Isaac promissionis filium præfigurato.

Non enim omnes qui ex Israel sunt (qui ex Jacob patriarchâ prognati sunt) *ii sunt Israelitæ;* veri scilicet secundùm mentem Scripturæ, ad quos pertineat divina promissio spiritualis Abrahæ, et Israeli facta.

VERS. 7. — *Neque qui semen sunt Abrahæ, omnes filii;* nec ideò, quia secundùm carnem nati sunt ex Abraham, censendi sunt omnes ejus filii secundùm mentem Scripturæ loquentis de filiis Abraham, ubi de promissionibus agitur.

Sed in Isaac vocabitur tibi semen, subaudi, dictum est ad Abraham, scilicet Gen. 21, q. d. : Isaac erit et

Nota quòd Deus Abrahæ filiis duplices promiserit benedictiones, temporales, scilicet, et spirituales : temporales quidem, de terrâ, v. g., promissâ possidendâ, Deus in carnalibus etiam Abrahæ filiis adimplevit ; spirituales verò de gratiâ, nimirùm, in solis spiritualibus, id est, credentibus adimplet.

Esto itaque quòd in plerisque carnalibus Abrahæ filiis exciderit verbum Dei, de spiritualibus benedictionibus, sed non excidit in spiritualibus Abrahæ filiis, id est, fidelibus.

NON ENIM OMNES QUI EX ISRAELE NATI SUNT, VERI SUNT ISRAELITÆ, ad quos scilicet spectat divina promissio ; ad solos enim spirituales Abrahæ et Israelis filios pertinet benedictio et hæreditas promissa.

VERS 7.— NEQUE QUI SEMEN SUNT ABRAHÆ... Græc. : *Neque quia*, etc. ; Syr. : *Neque etiam qui*, etc., id est, *neque* omnes qui ex semine sunt Abrahæ, ideò censentur filii promissionis, ad quos spectet hæreditas Abrahæ : aliàs Ismael et Cethuræ filii, et Esaü promissionum essent participes, quod Judæi non admittunt.

SED IN ISAAC..., sed dictum est Abrahæ, Genes. 21, 12 : *In Isaac*, seu per Isaac, qui promissione Dei natus est tibi seni et Saræ sterili, posteritas tua censebitur.

VERS. 8. — ID EST, NON QUI FILII CARNIS...; explicat latentem hâc in re figuram, quasi diceret : Hoc significat illos à Deo reputari filios, non qui ex carne, sed qui ex promissione ; seu, quod idem est, hi veri sunt Israelitæ, non quos caro genuit, sed quos gratia et virtus supernaturalis generavit, ut Isaac. Licèt ergo omnes Judæi sint ex carne Abrahæ, non ideò omnes promissionis filii ; licèt autem gentiles non sint ex carne, non ideò excluduntur è filiorum numero, quia promissi sunt Abrahæ, cùm dictum est ei : *Benedicentur in te omnes gentes.* Christiani itaque, quos gratia per fidem in Baptismo regeneravit, veri sunt Abrahæ filii.

VERS. 9. — PROMISSIONIS ENIM VERBUM HOC EST...., id est, de hâc enim promissione sic scriptum est Genes. 18, 10 : *Anno proximo, hoc ipso tempore, veniam rursùs ad te, et Sara conjux tua sterilis et vetula filium pariet.* Sicut autem ille filius à Deo promissus,

vocabitur tuum semen, id est, verus et genuinus tuus filius ; ac consequenter tuæ benedictionis hæres, non autem Ismael. Simpliciùs : *In Isaac*, id est, in posteris Isaac, q. d. : Posteritas tua, ô Abraham, censebitur per Isaac, qui Dei promissione et virtute supernaturali natus est tibi seni et sterili Saræ : non per Ismael, qui filius est carnis, id est, solâ naturali virtute generatus.

VERS. 8. — *Id est, non qui filii carnis*, etc. id est, qui regenerati sunt secundùm spiritum per gratiam fidei, idque juxta promissionem divinam Abrahæ factam, quâ dictum est : *Benedicentur in semine tuo omnes gentes*, Gen. 22. *In semine*, id est, æstimantur semen, sive filii, et hæredes Abrahæ, et consequenter ipsius Dei, divinæque promissionis Abrahæ factæ.

VERS. 9. — *Promissionis enim verbum hoc est :* etc., Genes. 18. Verba sunt angeli in personâ Dei loquentis ad Abraham, promittentis ei filium Isaac ex Sarâ conjuge suâ, quanquàm sterili et vetulâ.

et virtute divinâ genitus, fuit præ Ismaele et cæteris filius Abrahæ et hæres, sic illi veri sunt Israelitæ, quos Dei promissio et gratia divina pariunt, et in illis adimpletur quod Abrahæ promissum est : *Benedicentur*, etc.

OBSERVATIO MORALIS.

Isaac itaque promissus, et virtute divinâ genitus ex patre decrepito et matre sterili, figura fuit Christianorum, spiritualium Abrahæ filiorum, qui cœlitùs ipsi promissi sunt, cùm dictum est : *Benedicentur in te omnes gentes;* et qui per supernaturalem Dei virtutem verbo Dei generantur in aquâ frigidâ et sterili. D. Chrysost. aquam frigidam baptismalem comparat cum Sarâ sene et sterili. Sicut promissio, inquit, seu verbum Dei Isaac effinxit et genuit, sic et nos generamur per verba Dei in aquarum lavacro; in Patris enim nomen, et Filii, et Spiritûs sancti baptizati, generamur, ait D. Chrysostomus. Idem post eum dixit Theophyl. : Verbum Dei finxit Isaac et genuit, consimili sanè ratione super nos filios Dei : in lavacro baptismatis, veluti in matrice, verba divina pronuntiantur, eaque nos refingunt; siquidem in nomine Patris, et Filii, et Spiritûs sancti baptizati, regeneramur.

Itaque, sicut Isaac verus Abrahæ filius à Deo reputatus est, non quia ex Abrahæ semine, sed quia ex promissione, et quia fidei Abrahæ imitator, sic et nunc hi veri sunt Abrahæ filii, imò et omnipotentis Dei filii, non qui ex *sanguinibus, neque ex voluntate carnis, sed qui ex Deo* per gratiam regenerati, fidem sectantur Abrahæ, credunt, et obediunt Deo.

Domine Deus, qui per infinitam misericordiam tuam, me filium tuum in Baptismo regenerâsti, da mihi fidem et obedientiam, ut verè et in vitâ et in morte à te reputer ut filius; vivam ergo obediens ut filius, moriar obediens ut filius, in æternum te diligam ut filius.

VERS. 10. — NON SOLUM AUTEM ILLA... Affirmavit Apostolus, v. 7, 8, non ad omnes carnales Abrahæ filios, sed ad spirituales pertinere promissiones à Deo factas Abrahæ; idque v. 9 probavit ex ipsis promissionis verbis, quæ spectant ad Isaac tantùm, non ad Ismaelem.

Quia autem ad hoc Judæi respondere poterant, 1° Ismaelem rejectum fuisse, quia ex concubinâ natus erat, Isaac autem electum fuisse, quia ex Sarâ liberâ, et totius familiæ dominâ procreatus erat, hinc divus Paulus aliud adducit exemplum, nimirùm Jacob et Esaü, ex eodem patre, ex eâdem matre, eodem tempore genitos; quorum tamen junior electus fuit, senior verò rejectus; 2° se non ex Ismaele, sed ex Isaac esse progenitos, et consequenter promissionis filios; hinc Apostolus hoc exemplo Jacob et Esaü ostendit non omnes qui ex Isaac, esse promissionis filios, cùm Esaü, primogenitus Isaac, non sit promissionis filius, id est, non sit hæres promissionum factarum Abrahæ et Isaac, Genes. 22, 16, et 26, 3, et 28, 13; unde colligendum relinquit, quòd, licèt Judæi sint ex Isaac, non ideò promissionis filii, quia Deus illos rejicere potest, sicut rejecit Esaü, primogenitum Isaac; sed veri filii sunt, quos Deus ipse per suam misericordiam vocat et eligit ad Christianismum, institutum secundùm Dei propositum. Unde et rectè concluditur quod asseruit et probat Apostolus : *Non omnes qui ex Israel sunt....*, *v.* 6; *neque qui semen sunt Abrahæ, hi filii...*, *v.* 7; sed hi sunt veri Abrahæ filii, qui, ut Isaac, sunt ex virtute supernaturali; quales qui gratiâ Dei regenerantur in Baptismo; et qui ut Jacob eliguntur, non ex eorum merito, sed ex merâ Dei bonitate. Quòd hæc sit directa mens Apostoli, patebit omni cordato textum sine præoccupatione legenti.

His prænotatis, clarus erit horum versuum sensus.

NON SOLUM ILLA, id est, non solùm Sara, seu Saræ historia nos id quod diximus edocet; scilicet, filios à Deo censeri, non carnaliter genitos, sed eos, vel qui promittuntur, vel qui eliguntur à Deo.

SED ET REBECCA, id est, sed et id etiam nos docet historia Rebeccæ, quæ gemellos ex Isaac patre nostro concepit; quorum junior Jacob electus fuit à Deo, et prælatus Esaü fratri suo seniori, factusque successor et hæres Isaac patris sui.

VERS. 11. — CUM ENIM NONDUM NATI FUISSENT...., quippe cùm adhuc in utero matris essent inclusi (hìc jungi potest quod in v. 13 dicitur, scilicet : *Quia major*), UT SECUNDUM ELECTIONEM..., et hoc ideò tunc dictum est, ut hoc argumento pateret et probaretur firmum et stabile Dei propositum, seu libera Dei voluntas, quâ ab æterno decreverat Jacobum et posteros ejus præferre et honorare præ Esaü et posteris ejus.

VERS. 12. — NON EX OPERIBUS..., id est, non ob merita seu opera, sed ex gratuitâ Dei electione et vocatione, DICTUM EST à Deo per angelum, Rebeccæ.

VERS. 10. — *Non solùm autem illa* (Sara), *sed et Rebecca*, etc., scilicet idipsum experta est, filios nimirùm à Deo censeri non carnaliter genitos, sed eos qui divinitùs promittantur, eligantur et adoptentur. Nam Jacob filius ejus (Rebeccæ), licèt junior, quia promissus, et electus à Deo, prælatus fuit Esaü seniori, factusque est successor et hæres Isaaci patris sui.

VERS. 11. — *Cum enim nondum nati fuissent* (ex Rebeccâ Jacob et Esaü), *aut aliquid boni egissent, aut mali*, cùm nondùm essent in lucem editi, licèt jam in utero concepti, nec proindè quidquam boni malive egissent, adeòque nec per ætatem agere potuissent, cujus boni vel mali meritò alter eligeretur, ut fieret dominus fratris sui, alter reprobaretur, ut fratri serviret.

Ut secundùm electionem propositum Dei maneret; exponitur autem hæc pars bifariam : uno modo, ut propositum, quo secundùm electionem gratuitam, et non ex meritis Deus constituerat Jacob honorare, subjiciendo fratrem ipsius servituti, maneret, hoc est, firmum ac stabile esset. Altero modo, ut mysticè significaretur Dei propositum, quo credentes in Christum prædestinavit ad justitiam, et consequenter ad vitam æternam, solâ et gratuitâ ipsius electione, absque ullo meritorum respectu, firmum esse atque immobile.

VERS. 12. — *Non ex operibus*, etc., puta, Esaü Jacobo serviet, non in suâ persona, sed in suis posteris. Quasi diceret : Idcircò Deus hujusmodi responsum dare voluit matri, cùm pueri nondùm nati essent, ut per hoc significaret electionem alterius præ altero non esse ex operibus, sed ex vocante.

Vers. 13. — Quia major, Esaü scilicet, serviet minori, Jacobo; non in personis propriis, sed in posteris suis. Israelitæ enim, seu Jacobæi, possederunt terram promissam; ex illis natus est Messias, etc. Idumæi autem, posteri Esaü, servierunt Israelitis, à Davide subjugati, vide 2 Reg. 8, 14; servierunt usque ad Joram, filium Josaphat, vide 4 Reg. 8, 22; numerantur servitutis eorum anni circiter 150.

Sicut scriptum est, Malach. 1, 2, id est, de quo longè postquàm completum est, scribens Malachias dixit in personâ Dei: Jacob dilexi, id est, Jacobo in suâ posteritate majora contuli beneficia; Esau autem odio habui, id est, neglexi, nolui tanta conferre beneficia posteris ejus. Sic Lia, Genes. 29, 31, dicitur odio habita à Jacobo, id est, neglecta præ Rachele. Sic Lucæ 14, 26, jubemur parentes odio habere, id est, minùs diligere, quàm Christum.

MAJOR v. 10, 11, 12, 13, ELUCIDATIO.

Ad majorem horum textuum intelligentiam, observa quòd hæc omnia, quæ hic ab Apostolo referuntur, juxta sensum litteralem, spectant ad bona temporalia. *Major serviet minori*, scilicet in temporalibus, et eo quo dictum est modo, seu in suâ posteritate. Vide v. 13. Quando enim angelus, Genes. 25, v. 23, dicit Rebeccæ: *Duæ sunt gentes in utero tuo et duo populi..., major serviet minori*, tunc prædictum est quòd inter gemellos illos fratres, et in eorum populos ex illis oriundos, eventurum erat: scilicet quòd unus frater alterum erat supplantaturus; unus populus alterum superaturus; quod postea evenit, non ex operibus illorum, sed juxta Dei proposium. In illis ergo Geneseos verbis continetur prædictio de re temporali futurâ, scilicet de unius prælatione, et alterius postpositione in temporalibus.

De horum autem fratrum, aut populorum ex illis oriundorum, prædestinatione ad gloriam æternam, aut de reprobatione, nullo modo agitur.

Longè verò postquàm hæc prædictio completa est, Malachias, quem citat Apostolus, unius prælationem vocat amorem Dei, alterius postpositionem vocat odium Dei: *Jacob dilexi, Esaü odio habui.*

Circa quod notandum 1° tempus quo hoc dictum est à Malachiâ: non enim de fratribus illis in utero adhuc inclusis, dictum est: *Jacob dilexi, Esaü....*, uterque erat tunc in peccato originali, sicque naturâ filii iræ; sed post eventum rei prædictæ, multaque post secula, Jacobi, et Jacobæorum prælatio vocatur amor; Esaü et Idumæorum humiliatio vocatur odium.

2° Notandus effectus illius amoris aut odii: ob hoc autem consulendus est Malachias, quem ideò citat D. Paulus. Ex Malachiâ autem amoris illius effectus est, terras habere fertiles, reduci è captivitate Babylonicâ, etc.; effectus verò odii, ingratam habere terram, in captivitate relinqui, eorum montes et terram in solitudinem poni.

In sensu itaque litterali, etiam juxta Malachiam, unius amor, seu prælatio super alterum, est in donis et commodis temporalibus; alterius odium, seu postpositio, est in donis et commodis temporalibus; in hoc ergo etiam textu, nihil de prædestinatione, aut de reprobatione.

Restat ergo examinanda mens Apostoli, quid intendat in horum textuum citatione, et quis sit illorum sensus allegoricus, ab Apostolo intentus.

QUÆ MENS APOSTOLI *in his versibus.*

Meliùs agnosci non potest quàm ex ipso ejus contextu, et ex scopo sibi in hâc Epistolâ proposito.

Ex contextu, ut jam indicavi, et ut legenti patet, probat exemplo Esaü, non omnes qui ex Isaac, esse promissionis filios; sed Judæos, sicut et Esaü posse à Deo rejici; gentiles verò posse à Deo eligi et præferri Judæis, sicut Jacob prælatus est Esaü, sicque fieri spirituales Abrahæ filii.

Ut hanc D. Pauli mentem, in ipso textu patentem, pleniùs percipias, et clariùs intelligas de quâ prælatione aut postpositione intendat loqui, seu in quo gentiles Judæis prælati sunt ex mera Dei misericordiâ, recordare finis ab Apostolo in hâc Epistolâ intenti: de prædestinatione aut reprobatione non disputabatur à Romanis, seu Judæis, seu gentilibus; sed de quâdam in Christianismo prælatione erat apud eos altercatio: qui præferendi aut prælati? an Judæi? an gentiles? ob quid prælati? an ob merita Judæorum legem Mosaicam observantium? an ob merita gentilium legem naturalem custodientium? D. Paulus utrosque in totâ hac Epistolâ confundit et humiliat; quòd et hic præstare satagens, ostendit gentiles quidem, licèt posteriores, esse prælatos Judæis, non ob merita sua, sed ob puram Dei bonitatem et misericordiam. Gentilium prælatio est Judæorum confusio; at gentilium sine meritis prælatio, est gentilium humiliatio.

Hoc autem utrumque et gentilium prælationem et Judæorum rejectionem probat exemplo Jacob et Esaü. Sicut Esaü, licèt patris sui præceptum servaverit, non tamen benedictionem habuit, sed Jacob, licèt junior; sic Judæi, licèt antiquiores, et legem observaverint, exclusi sunt à benedictionibus in Christo; gentiles verò, qui benedictionem non quærebant, benedictionem receperunt; et sicut Jacob fratrem suum supplantavit, ita gentiles Judæos supplantaverunt; et sicut Jacob elegit Deus, non ob merita, sed *ut Dei propositum manc-*

Vers. 13. — *Sicut scriptum est*: etc., Malachiæ 1, q. d.: Etsi fratres essent germani ac gemini, eoque nomine pares, nisi quòd Esaü ratione primogenituræ præponendus videretur: ego tamen *Jacob dilexi*, id est, volui ei in suâ posteritate benefacere: *Esau autem odio habui*, id est, posthabui ac rejeci, nolens singularia in ejus posteritatem beneficia conferre. Hic sensus est litteralis verborum prophetæ. Jam hinc colligendum reliquit Apostolus, argumento à figurâ ad rem in figurâ ac mysterio significatam, nimirùm Jacob, id est, credentes, justificavi; Esaü, id est, nolentes credere, repuli à justitiâ. Odisse accipitur pro eo, quod est posthabere, negligere, non curare, præ alio contemnere. Notandum non constare, an Esaü sit reprobatus câ reprobatione de quâ disserit Apostolus: atque adeò non videri improbabile, quòd post deposi-

ret, sic et gentiles elegit, non ob merita, sed ex merâ misericordiâ.

Mens igitur Apostoli fuit dare nobis figuram hujus quod futurum erat inter Judæos et gentiles in Christianismo; et argumento à figurâ ad rem significatam, nobis colligendum relinquere, quòd, sicut Deus Jacobum, posteriùs natum, prætulit Esaü priùs nato, non habitâ ratione ad eorum merita, quæ nulla adhuc erant, ita prætulit credentes non credentibus, ut credentes regeneret in Baptismo, non habitâ ratione ad opera legalia Judæorum, nec ad idololatriam, aut alia crimina gentilium.

Justificatio enim per fidem est gratuita, ut c. 4, v. 4 et 5, probavit Apostolus. Et sicut Deus hâc prælatione Jacobum dilexit, Esaü autem neglexit, sic Christianos, qui sunt promissionis filii, quasi filios dilexit, non ex eorum merito prævio, sed ex liberâ suâ bonitate; Judæos autem, non credentes, neglexit et rejecit.

Nota quòd hic quidem excluduntur opera legis et opera naturæ, ad quæ Deus in justificatione nullam rationem habet; non verò opera ex fide et gratiâ, nec ipsum opus quo fidelis fidem et gratiam acceptat, seu quo credit, sperat et pœnitet, ut ad justitiam se præparet, imò verò hoc requiritur ut quis adoptetur et fiat promissionis filius.

CONCLUSIO MORALIS.

Ergo nec mihi, nec parentibus meis, nec ulli creaturæ debeo, quòd sim christianus, adoptivus Dei filius; sicut Jacob nec sibi, nec parentibus debuit quòd præferretur; ergo soli Deo me totum debeo, soli Dei misericordiæ debeo gratiam adoptionis in Christianismo. Hanc Dei misericordiam et in tempore et in totâ æternitate cantabo.

VERS. 14. — QUID ERGO DICEMUS? NUMQUID INIQUITAS... Occurrit objectioni quæ contra Dei justitiam, ob hanc sine merito electionem, fieri potest; quasi diceret : Si, quemadmodùm Deus Jacobum fratri suo prætulit in temporalibus, ita nunc gentiles credentes Judæis præfert in spiritualibus, in gratiâ scilicet et benedictionibus filiis Abrahæ promissis, et per Christum obventuris, numquid propterea dici potest quòd sit aliqua in Deo injustitia, maximè cùm id fiat absque eorum merito?

ABSIT ! respondet, aversans rem Dei naturæ planè repugnantem.

VERS. 15. — MOYSI ENIM DICIT : MISEREBOR..., Græc.: *Et miserebor quemcumque miseratus sum.* Hoc textu utitur ad probandum nullam in Deo injustitiam esse, s Christianos adoptet, Judæisque præferat, sicut Jacobum prætulit Esaü : quia scilicet opus utrumque, opus est misericordiæ; Deus autem miseretur cui vult. Quasi diceret : Deus donorum suorum dominus est, nemini quidquam debet, sua gratis cui vult dat; uni misericordiam faciens, nulli facit injuriam ; juxta illud quod ipse dixit Moysi, Exod. 33, 19 : *Miserebor...;* hæc autem gentilium prælatio, sicut et Jacobi prælatio, opus est misericordiæ ; in neutrâ ergo facit injuriam.

Miserebor cujus misereor... Hæc verba dicta sunt Moysi Exod. 33, 19, postquàm omnes circa vitulum aureum peccaverant, quorum tamen aliqui tantùm supplicio sunt affecti, alii eorum supplicio sunt correcti. Videtur etiam quòd possint ad litteram intelligi, vel de beneficio ipsi Moysi singulariter promisso, vide v. 19 : *Ego ostendam omne bonum tibi..., et miserebor cui voluero...;* vel de protectione temporali, quâ fultus populus Dei erat coram aliis populis glorificandus, vide v. 16.

Hic autem Apostolus hæc verba refert ad probandum quòd nulla sit in Deo injustitia, si gentiles credentes adoptet, præferatque Judæis non credentibus; sicut nulla fuit in Deo injustitia, cùm Jacobum prætulit Esaü, quia hoc utrumque opus est misericordiæ; Deus autem donorum suæ misericordiæ dominus est.

Itaque hæc verba, neque in sensu litterali spectant ad æternam prædestinationem; nec in sensu allegorico, ea de tali prædestinatione D. Paulus intelligit, sed de misericordiâ Christianis præ Judæis factâ, nimirùm de verâ justitiâ Christianis collatâ.

Quot Judæi, de quibus dictum est : *Miserebor..*, damnati tamen fuerunt! quot et Christiani, quibus à D. Paulo hæc Dei verba applicantur, et damnati sunt et damnabuntur! De gratiâ ergo intelligenda sunt juxta D. Pauli mentem.

VERS. 16. — IGITUR NON VOLENTIS..., id est, hoc ergo, de quo hic agimus, hoc justificationis negotium, seu hæc paterna Dei in Christianos benedictio, non est in hominis arbitrio; sicut paterna Isaac benedictio non fuit in Esaü, eam desiderantis, et propter eam habendam currentis, potestate; sed opus est meræ Dei misericordiæ.

tum fraternum odium, de quo Genes. 33, in verâ religione à parentibus acceptâ defunctus, salutem adeptus sit.

VERS. 14. — *Quid ergo dicemus?* etc. Apostolus hic occurrit tacitæ objectioni : Si Deus sine merito Jacob dilexit, Esaü verò illi æqualem odio habuit, ergo injustus videtur; hoc autem dicere, est impium. Respondet Apostolus : *Absit*, et rationem reddens, atque objectionem solvens, subdit :

VERS. 15. — *Moysi enim dicit.* Electionem, inquit, planè gratuitam et indebitam ostendunt verba Dei ad Moysem. Exod. 33 : *Miserebor, cujus misereor*, id est, cujus voluero misereri; *et misericordiam præstabo, cujus miserebor*; significat enim Deum misereri quibuscumque voluerit, eligendo eos ad salutem ex solo beneplacito suæ voluntatis, q. d. : Prædestinatio hæc et electio Jacobi præ Esaü, et allegoricè filiorum fidei Abrahæ, id est, Christianorum, præ filiis carnis, id est, Judæis, non est cuipiam debita, nec opus justitiæ, sed misericordiæ, ac consequenter mihi liberum et gratuitum, nunquàm ergo iniquum; q. d : Ergo nulla est in carnalium Judæorum repulsâ, et credentium acceptatione ad justitiam, gratiam et salutem, quæ sunt benedictio Abrahæ et semini ejus promissa, iniquitas; quia acceptatio hæc nulli est debita, sed planè est in Dei arbitrio, ut eam det gratis et gratiose cui voluerit; non ergo Judæis feci injuriam, cùm gentibus feci misericordiam.

VERS. 16. — *Igitur non volentis*, etc., q. d. Paulus : Benedictio Abrahæ et Isaac non fuit Esaü vo-

CONCLUSIO MORALIS ET DOGMATICA.

Ergo in se solà fundatur Dei misericordia : donorum quippe suorum dominus est Deus. Sicut Ismaele relicto, Cethuræque filiis, elegit Isaac; sicut Jacobum præposuit Esaü, licèt uterque in eodem utero, eodemque tempore formati fuerint; sicut ex quàm plurimis, qui vitulum adoraverunt in deserto, alii supplicio sunt affecti, alii eorum supplicio correcti, sapientiores evaserunt; hæcque omnia, quia voluit, quia Dominus, quia gratiæ suæ dominus; ita nunc paucos ex Judæis, qui crediderunt, suscepit, cæteros repulit; gentiles quàmplurimos adoptavit, benedixit, non ob eorum desideria, aut bona opera, sed propter Dei misericordiam, cui placuit in fide christianà, non in operibus legis, benedictionem Abrahæ promissam collocare.

VERS. 17. — DICIT ENIM SCRIPTURA PHARAONI.... Syr. : *Ait enim in Scripturâ Pharaoni*, id est, Deus in Scripturâ dicit Pharaoni. Magnâ sapientiâ, ne invidiosam orationem reddat, supplicii argumentum ac probationem à barbaro profert, ne illos iræ vasa cogatur appellare, ait D. Chrysostomus. Hoc textu utitur Apostolus ad probandum nullam in Deo esse injustitiam, si dùm Christianorum miseretur, Judæos incredulos in suâ relinquat obstinatione ; sicut justissimè Pharaonem in suâ reliquit obduratione propriâ, et quam suâ sibi malitiâ procuraverat, illumque tandem cum suo exercitu submersit, dùm Moysem et populum Judaicum salvaret. Quasi diceret : Non est etiam iniquitas in Deo, si Judæos incredulos et obstinatos derelinquat ; sicut olim eorum misertus, Pharaonem in suâ obduratione dereliquit, juxta quod de eo dicit in Scripturâ :

IN HOC IPSUM EXCITAVI TE. Ambros., *te servavi;* alii codices, inquit, habent, *suscitavi*, sed addit : Sive servavi, sive suscitavi habeant, idem est sensus. Igitur te suscitavi, seu constitui regem ; vel te servavi, et contumacem non destruxi. Poterat Deus Pharaonem contumacem illicò prosternere, vivum servavit; UT OSTENDEREM IN TE.... ; ut plura potentiæ meæ signa circa te facerem, quæ magnam nomini meo gloriam parerent.

Nota quòd duplex fuerit intentio Dei circa Pharaonem : prima Dei intentio Pharaonem ad thronum evehentis, erat ut justè regnaret, Deo obediret, populum justè regeret ; secundaria (ex hypothesi quòd impiè regnaret, Deoque contumaciter resisteret), malitiam Pharaonis ordinavit ad suam gloriam, et ad ostensionem potentiæ suæ ; et in hoc maxima elucet Dei sapientia ; at nulla in Deo ob hoc injustitia.

ET UT ANNUNTIETUR... ; reverà Dei nomen in toto terrarum orbe eò gloriosiùs percrebuit, quò major erat Pharaonis potentia, illiusque pertinacior obstinatio, et major Judæorum oppressio. Hinc innotuit quòd Deus verus esset Deus, et quòd populus Judaicus ejus esset populus. Vide Josue 2, v. 9, 10, 11. Duplicem pariter concipe intentionem Dei circa Judæos obduratos, omnesque alios peccatores obduratos. Illos conservat et sustinet Deus, ut sese corrigant et salventur; cùm autem videt eos magis ac magis indurari, eos tandem punit, ut suam in illis potentiam manifestet, aliisque rebellibus metum salutarem incutiat. Et in hoc nulla injustitia, quia nunquàm punit, nisi suâ culpâ et obduratione promeritos.

VERS. 18. — ERGO CUJUS VULT MISERETUR... Recta conclusio, cùm sit gratiæ suæ dominus, ut v. 15 dictum est, et ut ostendit in Jacobo, in Israelitis Ægypti incolis, denique in Christianis.

ET QUEM VULT INDURAT, ut ostendit in Pharaone, in Judæis incredulis, quos in peccatorum suorum punitionem, in suâ duritiâ deserit.

Nota quòd et homo se indurat, et quòd Deus hominem indurat. Induruit, seu induravit se cor Pharaonis, Exodi 7, v. 2, 19, 32 ; cap. 9, v. 35, et Deus cor Pharaonis induravit, Exod. 10, 1, v. 20, 27, etc., cum hoc discrimine maximo, quòd homo sese propriè et positivè indurat suâ malitiâ et obstinatione ; Deus autem indurat permissivè, negativè, non dando specialem gratiam, illum suæ malitiæ deserendo, et sinendo fieri duriorem : illum in patientiâ sustinendo, et leniter tractando.

Sic Dei misericordia Pharaonem indurabat ; cùm enim eum flagellabat Deus, videbatur quòd populum Dei dimissurus erat ; cùm verò Deus auferebat flagella, Pharao fiebat ex eo contumacior ; et ita de Judæis et de omnibus obduratis intellige.

Pharao Dei patientiam existimavit imbecillitatem,

lentis, et currentis in campum ad venandum ; ut cùm ex suâ venatione comedisset pater, benediceret ei ; sed fuit Jacobi, cujus Deus misertus est, ut in eum caderet, non in Esaü, licèt is senior esset et primogenitus : ita Anastasius. Ut sit sensus : quòd quis sit electus à Deo, non ex merito bonæ voluntatis, neque ex merito boni operis seu conversationis præcedentis aut prævisæ, sed ex solo ac libero beneplacito est Dei miserentis.

VERS. 17. — *Dicit enim Scriptura Pharaoni*, etc. Probavit Apostolus non esse iniquum quòd Deus gratuitâ electione et voluntate Jacob dilexerit, ejusque misertus sit, sine illius operibus et meritis. Hic probat secundam antithesis suæ partem, scilicet, quòd Esaü odio habuerit, et noluerit ejus misereri, id, non ex demeritis Esaü, præ Jacob, accidisse, sed ex Dei voluntate, qui noluit ejus misereri. Est enim hoc Deo liberum, ut patet in Pharaone, quem, quia obduratus erat in suis peccatis, sibi suisque peccatis permisit, et dimisit, ac tandem punivit mergendo eum in mari Rubro ; cùm tamen misertus sit Nabuchodonosor, et aliorum, qui æquè ut Pharao mali et obdurati fuerunt.

VERS. 18. — *Ergo cujus vult*, etc. Apostolus hic ex illo testimonio : *Miserebor, cujus misereor*, scilicet Jacobi, et allegoricè populi fidelis, sive christiani, quem dilexi, infert : *Ergo cujus vult miseretur*. Ex illo vero : *In hoc ipsum excitavi te, ut ostendam in te virtutem meam*, infert et colligit : *Ergo quem vult, indurat*, scilicet Pharaonem ; et per consequens, non ex operibus, sed quia vult, odio habet Esaü, et allegoricè carnales Judæos, quos repulit à benedictione Abrahæ. Hoc enim est, quod toto hoc capite probare contendit : scilicet Dei voluntate credentes adscitos, et Judæos repulsos esse à benedictione Abrahæ. Quòd enim Pharao non à Deo, sed à seipso, suâque malitiâ propriè et directè sit obduratus demonstratur, ex eo quod Deus misso Moyse Pharaoni decies præcepit dimissionem populi Judaici ; ergo voluit ut missum faceret populum, non ergo eum obdurare voluit, etc.

et ejus causâ suam auxit contumaciam. Theodoretus.

CONCLUSIO.

Ex supradictis concluditur quòd Deus donorum suorum dominus est, supremus et liberrimus gratiarum suarum dispensator; gratiam, cui vult impertitur; cùm miseretur, gratuitò et liberaliter miseretur; cùm quempiam tandem sibi ipsi deserit, nulli facit injuriam, sed justum exercet judicium; misericordiæ suæ exempla dedit in Jacobo et posteris ejus; dat et in credentibus, seu Judæis, seu gentilibus; justitiæ exempla dedit in Pharaone et obduratis Judæis.

Hanc veritatem edoctus, ama Deum misericordem, time justum; dic et repete semper : *Miserere meî, Deus, secundùm magnam* et puram *misericordiam tuam.*

VERS. 19. — DICIS ITAQUE MIHI : QUID ADHUC QUERITUR... Objectio à Judæo facta ob præcedentem conclusionem : Si, ut dicis, *Deus cujus vult, miseretur, et quem vult indurat*, cur ergo de peccatoribus conqueritur? cur eos accusat et punit? voluntate enim Dei? tales sunt; *Dei autem voluntati quis resistat?* Huic blasphemæ interrogationi duplici modo respondet Apostolus : 1° Retundit blasphemorum superbiam tum objectu propriè ipsorum vilitatis, tum objectu absoluti et supremi dominii quod Deus habet in omnia opera sua; 2° respondet categoricè, v. 22, 23, etc. Poterat igitur Apostolus statim respondere Deum de peccatoribus justè conqueri, quia ipsi propriâ suâ malitiâ, contra Dei voluntatem sese obdurant. Vide v. 18, 21 et 22. Poterat negare Dei voluntate tales, seu obduratos et impœnitentes esse. Poterat addere, voluntati quidem Dei non resisti in iis, quæ vult absolutè et sine conditione; hìc autem aliam esse rem, ut patet ex dictis v. 17, de primâ Dei intentione Pharaonem ad thronum evehentis; et v. 18, de modo quo Pharaonem rebellem obduravit, impropriè scilicet et indirectè, et ex dicendis v. 22 et 23. Denique dicere potuisset quòd locum forsitan aliquem haberet hæc objectio, si Deus Pharaonem justum, sanctum, Deo obedientem, deseruisset, ad peccatum impulisset, propriè et directè obdurâsset. Idem intellige de Judæis obduratis; at longè aliter se res habet. Tantùm abest ut sic obduret, imò cum multâ patientiâ talem sustinet obdurationem fieri.

VERS. 19. — *Dicis itaque mihi*, Græcè, et Syriacè *dices.* Adversarium facit objicientem sibi hoc quod sequitur :

Quid adhuc queritur, id est, conqueritur, querulatur. Sensus est : At dices mihi : Si Deus quos vult eligit, et quos vult reprobat; cur non contentus facere pro libito quæ vult, etiam conqueritur de hominibus apud prophetas; et irascentis more gravia comminatur, quòd ad ipsum non convertantur ut salvi fiant?

Voluntati enim ejus quis resistit? id est, resistere potest? Dicunt ergo ipsi : Si Deus cujus vult miseretur, et quem vult indurat, quid mirum est nos esse miseros et induratos? Voluntate enim Dei tales sumus : voluntati autem ejus quis resistit? Hanc causam aufert et elidit Apostolus dicens, voluntatis divinæ, utpote sapientissimæ, optimæ et eminentissimæ, à creaturâ non esse quærendam rationem; neminem enim de eâ queri, vel illi obstrepere debere, sed illam omnes silentio venerari, illique summâ humilitate et reverentiâ se submittere debere. Ait ergo :

Aliæ non deerant Apostolo responsiones, quas in fine cap. afferet et in sequentibus. Sed ante omnia blasphemorum ferociam voluit edomare, dicens :

VERS. 20. — O HOMO! TU QUIS ES, QUI RESPONDEAS DEO? *O homo!* id est, ô tu, qui de humo! *quis*, quantulus es tu, qui audeas respondere Deo! seu, ut habet D. Chrysostomus et Theophylactus, *qui ex adverso respondes Deo*, hoc est, qui contradicis, qui resistis Deo, et contra Deum disputas.

Quia superbia hujus quæstionis est causa, hinc Apostolus blasphemum retundit, 1° propriæ suæ vilitatis objectu.

NUMQUID DICIT FIGMENTUM EI QUI SE FINXIT? quasi diceret : Hominem te cogita, illum cogita Deum; te creaturam et figmentum cogita, illum verò creatorem et figulum tuum; et hæc cogitans, tu vas fictile, cum Deo Creatore et figulo tuo desines disputare. Numquid enim vas fictile dicit figulo, etc.?

Hinc docemur Deo nec respondendum, nec ab eo quærenda ratio; sed Dei dictis parendum, licèt illorum rationem ignoremus; Dominus est, et hoc Apostolus intendit, hâc loquelâ et similitudine.

VERS. 21. — AN NON HABET POTESTATEM FIGULUS LUTI...? 2° Retundit et blasphemum objectu supremi dominii quod Deus habet in omnia creata, et quod licèt Deus exerceret absolutè et pro libito, nulli faceret injuriam, quia Dominus omnipotens et supremus. Numquid figulus jus plenum et potestatem absolutam non habet in lutum suum, ut ex eâdem massâ faciat vasa quæ velit?

ALIUD QUIDEM IN HONOREM, id est, in usus honorificos; ALIUD VERO IN CONTUMELIAM, id est, in vile et abjectum ministerium.

Hâc figuli et luti similitudine usus est Isaias, cap. 29, 16, et cap. 45, 9, ut ostendat non debere homines vasa lutea Dei opificis sui facta reprehendere, ipsique contradicere. Vide loca citata.

Hâc eâdem similitudine usus est et Jeremias, cap. 18, v. 6, sed, quod notandum, ipse Jeremias, v. 8 et 10, ostendit quòd hæc comparatio non respondet in omnibus : quandoquidem Deus ibi semetipsum vasis suis, id est, hominibus accommodat; suaque consilia, hominum, qui sunt vasa libera, consiliis attemperat;

VERS. 20. — *O homo! tu quis es, qui respondeas Deo?* ac si dicat : tu quis es qui disputas cum Deo? Hominem te cogita : illum, Deum; ita desines cum illo velle in disputationem venire, et ejus judicia discutere. Pulchrè S. Greg. inquit : Respondere Deo non posse convincitur qui homo nominatur; qui per hoc quod de humo sumptus est, judicia superna discutere dignus non est.

Numquid dicit figmentum ei, qui se finxit, id est, figulo; *Quid me fecisti sic*, cur me tale finxisti? Numquid, ait Apostolus, vas fictile jure poterit expostulare cum figulo, cur ipsum tale aut tale fecerit? ac si dicat : Minimè. Hoc propriè ad reprobos accommodatur; nam electi non habent quòd querantur aut expostulent, sed unde gratias agant.

VERS. 21. — *Annon habet potestatem figulus luti*, etc. Sicut figulus potest ex eodem luto facere vas unum in honorem, aliud id contumeliam : ita Deus ex eâdem massâ hominum, cujus vult misere-

agitque pœnitentiam de bono aut malo quod circa illos cogitavit; juxta quod homines bonam aut malam agunt pœnitentiam. Vide Jerem., c. 18, v. 8 et 10.

Hinc prudenter D. Chrys. admonet quòd hæc comparatio figuli et vasorum luteorum non debeat in omnibus verificari; sed tantùm valet ad hoc quòd homo non debeat contradicere Deo, sed ejus incomprehensibili sapientiæ cedere, subdi, obedire, tacere; similem esse rei inamini, quæ figuli manus subsequitur; hæc multò fusius D. Chrysostomus.

Quidquid ergo circa nos faciat Deus, opifex noster, honoret, puniat; debemus adorare, silere, lutum imitari; et sicut lutum figuli manum sequitur, sic et voluntati omnia gubernantis cedere. Et hoc nos docet hæc comparatio ex prophetis desumpta, et in sensu litterali intellecta.

Cave autem ne ad opificii rationem existimes hæc à Paulo dicta fuisse, ait D. Chrys.; aliàs hinc multa sequentur absurda, etc.; et D. Paulus qui ubique ipsam voluntatem coronat, secum ipse pugnaret. Idem D. Chrysostomus.

Hoc etenim discrimen est inter homines et vasa lutea, quòd homines vasa sint libera, et consequenter ipsimet per peccatum, seu per suæ libertatis abusum, sese faciunt vasa in contumeliam, sese propriè et positivè indurant, cùm possent, si vellent, adjuvante Dei gratiâ, se à suis sordibus emundare, et ex vasis contumeliæ, fieri vasa in honorem. Vide D. Paulum 2 ad Timoth. 2, 20 et 21.

Sed quid ex hâc comparatione nobis inferendum relinquit Apostolus? Hoc ex dictis in toto contextu intelligendum, scilicet si figulus jus et potestatem habet ex eâdem massâ faciendi vasa quæcumque voluerit, quantò potiori jure Deus ex eâdem massâ filiorum Abrahæ, aliquos, scilicet Israelitas, potest bonis et honoribus cumulare? alios, Ismaelitas et Idumæos talibus privare? imò Israelitarum servituti addicere? Quantò potiori jure Deus potest ex eâdem massâ hominum Ægypti incolarum, aliquos, scilicet Ægyptios, et Pharaonem rebellem plagis affligere, ac denique in profundum maris submergere; Israelitas verò è captivitate liberare, et in terram fluentem lac et mel inducere? Quid ultra in sensu saltem allegorico nobis intelligendum relinquit Apostolus? Quanto potiori jure Deus et ratione dominii et ratione justitiæ, ex eâdem hominum massâ, sed diversimodè disposità, Christianos credentes, potest facere vasa in honorem, id est (ut D. Paulus explicat 2 ad Tim. 2, v. 20, 21), vasa sanctificata, et utilia Domino, ad omne opus bonum parata; Judæos verò incredulos et nolentes per fidem à sordibus suis emundari, vasa in contumeliam, seu profana, inutilia Deo, malis dedita! Cum hoc tamen discrimine, quòd, sicut Deus propriè, positivè et directè miseretur, sic et propriè, positivè et directè

tur, et quem vult indurat. Cujus ergo miseretur, id est, quem peccato liberat et justificat, ut Christianos credentes, hos facit vasa in honorem: quem verò indurat, uti Pharaonem et Judæos incredulos, hos facit vasa in contumeliam: sed sicuti Deus positivè facit vasa in honorem. Sicut autem non nisi impropriè, indirectè, negativè, permissivè indurat, ita non nisi impropriè et indirectè facit vasa contumeliæ; ipsi autem peccatores directè et propriè sese talia faciunt, sicut sese propriè et positivè indurant.

Quid est ergo, ex ipso D. Paulo, vas in honorem? *Est vas sanctificatum, utile Domino, ad omne bonum opus paratum?* id est, omnis et quilibet christianus, seu justificatus. Quid est autem vas contumeliæ? omnis non christianus, non justificatus. Omnes quidem et christianus, seu justificatus, et non christianus, seu non justificatus, sunt ex eâdem massâ, seu genere hominum. Unde ergo habet justificatus quod sit vas sanctificatum? à Dei misericordiâ, quæ ipsum prævenit, et cui consensit, seu, ut dicetur v. 32, quia credidit in Christum. Unde habet non justificatus, quòd sit vas in contumeliam? à suâ duritiâ, quâ Dei misericordiam repulit, seu quia in Christum credere noluit, ut v. 32.

Hoc ut clariùs intelligas, et ob id Deo dignas possis agere gratias, concipe Christum ut centrum honoris.

OBSERVATIO MORALIS.

Christus est centrum honoris et divinæ benedictionis; in ipso, ob ipsum, et per respectum ad ipsum, honorantur apud Deum, et benedicuntur à Deo, quicumque honorati ac benedicti fuerunt, sunt et erunt. Per respectum ad Christum, benedicti fuerunt Abraham, Isaac, Jacob, omnes quicumque fideles: *Deus benedixit nos in omni benedictione spirituali in cœlestibus, in Christo*, D. Paul., Ephes. 1. In hoc itaque honoris et benedictionis centro quærendus honor, quærenda benedictio; fide, charitate, etc. Quicumque huic centro fide unitur, fit vas honoris et benedictionis; et eò majoris, quò majori fide et charitate illi unitur. Hinc omnis verè fidelis, vas est honoris et omnis spiritualis benedictionis. Hinc omnis incredulus vas est contumeliæ et dedecoris. Hinc disce Christo, benedictionis centro uniri, non habitu tantùm fidei, sed et frequentibus actibus fidei, spei, charitatis, ut in dies et in momenta fias vas majoris ac majoris honoris atque benedictionis.

In hoc centro permane, quiesce.

ALTERA OBSERVATIO ET PRAXIS.

Sicut Christus centrum est in quo benedicimur à Deo, sic et centrum est in quo Deum debemus benedicere; sicut in ipso, et propter ipsum, omnia nobis donantur à Deo, sic in ipso et per ipsum de omnibus debemus gratias agere Deo. Sicut mediator est, per quem recipimus, ita et per quem reddimus; sicut absque Christo, nihil à Deo sperandum, ita sine Christo, nihil Deo gratum.

Itaque Christo nobis continuè adhærendum, ut petamus, ut reddamus, ut benedictionem divinam recipiamus, ut dignas Deo gratias agamus.

et directè miseretur; sic positivè et directè facit vasa in honorem. Et sicut permissivè et indirectè tantùm indurat; sic permissivè et indirectè tantùm facit vasa in contumeliam.

Vers. 22. — Quod si Deus volens ostendere iram et notam facere potentiam suam, sustinuit in multa patientia, vasa iræ, apta in interitum... Græc., *adaptata*. Syr., *consummata ad exitium*. Repressâ blasphemorum superbiâ, incipit Apostolus objectioni factæ v. 19, categoricè et directè respondere : *Si quem vult indurat, cur Deus queritur*, et punit induratos? Respondet Apostolus, quia homines ipsi sese suâ proprià malitiâ positivè indurant, et se suâ duritie aptant ad perditionem; Deus autem illos patienter sustinet, et peccare permittit, et punire differt; sicque suâ patientiâ dicitur illos obdurare. *Quòd si*, supple : Quid tùm, *si;* vel : Quid ad te, *si;* vel : Quid est iniqui in Deo, *si;* vel : *Tu quis es qui respondeas Deo, si sustinuit in multâ* longanimitate, nec statim punivit, sed ad resipiscentiam invitavit; *vasa iræ*, id est, homines suâ malitiâ dignissimos, in quos Deus gravissima ederet justitiæ exempla; *apta*, seu aptata, suâ scilicet obstinatione et impœnitentiâ, ad perditionem, id est, qui suâ obstinatâ malitiâ exitium meruerunt.

Volens ostendere....., id est, *si*, inquam, postquàm tales peccatores diù, *cum patientiâ sustinuit Deus*, expectans eorum conversionem; si tandem in illos ostendit iram suam, notamque facit suam in puniendo potentiam, sicut in Pharaonem, quid inde contra Deum dici potest?

Nota 1° in his Apostoli verbis rationem rejectionis et punitionis divinæ, scilicet duritiem, seu Pharaonis, seu Judæorum, seu aliorum quorumcumque peccatorum. Nota 2° ex iisdem verbis colligi hanc peccatorum duritiem propriè non esse à Deo, sed contra Dei voluntatem : quandoquidem Deus illam cum multâ patientiâ sustinet. Nota denique in hoc et sequenti versu triplicem contineri rationem, ob quam Deus impios cum multâ patientiâ tolerat. Primò, ut convertantur, et per pœnitentiam ad Dei misericordiam recurrant : Deus, quia benignus et misericors, *omnesque vult salvos fieri*, hominem peccantem non statim punit, sicut punivit angelum; sed eum, utpote infirmum, cum multâ patientiâ sustinet; hâcque suâ bonitate et longanimitate ad pœnitentiam invitat, ut in cap. 2, v. 4, jam dixit noster Apostolus : *Ignoras quoniam Dei benignitas ad pœnitentiam te adducit?* Secundò, ut induratos et impœnitentes tandem puniat; postquàm enim peccatorem exspectavit divina bonitas, eumque suâ longanimitate ad pœnitentiam diù invitavit, videns quòd hâc suâ bonitate et patientiâ peccator ad suam ipsius perditionem abutitur, et ob eam fit in dies contumacior, divina tandem justitia suam in illum exercet potentem vindictam; peccatorem ergo obduratum punit juxta cordis illius duritiam, id est, eò severiùs quò diutiùs et obstinatiùs divinæ benignitati restitit. Vide cap. 2, v. 5. Tertiò, ut aliquorum obduratorum punitione, plurimis aliis peccatoribus metum salutarem incutiens, eos convertat et sanctificet. Quoniam *misericordia superexaltat judicium;* in ipsâ punitione elucet Dei misericordia, 1° quia peccatorem, quantùmlibet rebellem, citra condignum, etiam post longam patientiam, punit; 2° quia sic punit, suamque in eum manifestat vindictam, ut et hinc in aliis suam ostendat misericordiam, quos hujus punitionis metu convertit à vitiis, sanctificat, facitque vasa misericordiæ, ut in v. sequenti dicitur.

Vers. 23. — Ut ostenderet divitias gloriæ suæ..., id est, abundantiam bonitatis suæ. Syr., *miserationes suas*. Bonitas gloria Dei; ob eam enim sancti Deum glorificant;

In vasa misericordiæ, id est, in sanctos, justificatos, et verè fideles.

Quæ præparavit in gloriam, hic incipientem per gratiam, in cœlo perficiendam per beatitudinem; præparavit autem vocando eos, ut explicat in sequentibus, et fidem dando.

Observatio moralis *in* v 22 et 23.

Cum multâ patientiâ Deus peccatores sustinet. Deus ergo improbitatis hominum non est auctor; sed cùm sit infinitè bonus et sapiens, ut bonus permittit et tolerat malum; ut sapiens, ex malo medicamentum conficit contra malum Sicut medici non creant viperas, ait Theodoretus, sed ex eis medicamentum hominibus utile conficiunt, ita Deus malos non facit; sed postquàm improbos diù toleravit, ex eorum improbitate medicamentum conficit; illos quippe punit, illorumque punitione alios peccatores terret et convertit, et suam misericordiam in sanctos manifestat.

Adoro te, Deus bone, Deus juste, Deus infinitè sapiens, at Deus semper misericors! Quia bonus, sustines cum patientiâ; qu a justus, punis tandem quos indurat longa patientia; at quia semper misericors, etiam in punitione misereris : peccatorum quidem, quos citra condignum punis; aliorum verò, quos tali punitione instruis et convertis. Da mihi, Domine Deus, te in omnibus adorare! da mihi et tuæ justitiæ et tuæ misericordiæ operibus, ad salutem meam, et ad gloriam tuam rectè uti!

Vers. 24. — Quos et vocavit nos... Explicat Apostolus quid intelligat per vasa misericordiæ, *nos*, scilicet Christianos, *quos* partim ex Judæis, partim ex gentibus *vocavit* Deus, id est, omnes Christianos. Non ergo solùm ad gloriam prædestinatos, quot enim ad Christianismum vocati sunt, qui ad gloriam non sunt prædestinati! Si autem omnis christianus, vas

Vers. 22, 23. — *Quòd si Deus volens ostendere iram..., ut ostenderet divitias gloriæ suæ in vasa misericordiæ*, etc. Apostolus hic perfectè respondet querelæ, quam proposuit : Si Deus homines indurat, cur queritur, et induratos punit? Respondet ergo hic hoc modo, q. d. : Indurati ipsi positivè se fecerunt et aptârunt vasa iræ; Deus ergo non fecit eos, sed *sustinuit*. id est, patienter peccare permisit, differens diù supplicium, sicque eos indurâsse dicitur; idque duplici de causâ. Prior est, ut iram, id est, justam et potentem suam vindictam in eos ostenderet, uti fecit, dùm Pharaonem mersit in mari Rubro. Putabat enim Pharao Dei patientiam, per quam non puniebat eum Deus, impotentiam esse. Posterior est, ut ex hâc severitate Dei in induratos appareat gloriosa Dei misericordia, opulentia et liberalitas *in vasa misericordiæ*, id est, in sanctos et electos, quibus non pœnam, sed gloriam præparavit.

Vers. 24. — *Quos et vocavit nos*, etc. *Quos*, idem est, ac si dicat : Hæc vasa misericordiæ, non lutea,

misericordiæ, ergo omnis non christianus, vas iræ.

Hæc vasa misericordiæ sunt eadem quæ dicta sunt *vasa in honorem;* vasa autem iræ sunt eadem, ac *vasa in contumeliam.*

VERS. 25. — SICUT IN OSEE DICIT : VOCABO... In Græco non est, *misericordiam non consecutam, misericordiam consecutam.* Probat ex Oseâ, gentiles fore vocandos in Ecclesiam; vocabo gentes idololatras ad fidem meam, et quæ non erat plebs mea, cùm fuerint ad me conversæ, vocabo eas plebem meam, dilectam et misericordiam consecutam.

VERS. 26. — ET ERIT IN LOCO UBI DICTUM EST EIS...., in Græciâ, v. g., in Italiâ, in Galliâ, etc., ubi dici poterat: *Vos non populus meus;* ibidem, postquàm fuerint ad fidem conversi, dicentur *filii Dei vivi.*

Nota cum Theodoreto, quòd hæc testimonia ex Osee cap. 1 et 2 desumpta, de Judæis quidem in sensu litterali dicta sunt; per hæc enim prædixit Oseas, quod futurum erat illis: nempe cùm decem tribubus per Assyrios abductis, non essent ampliùs populus Dei; deinde cum paucis quibusdam in patriam redituris, rursùm forent populus Dei; at in sensu mystico de gentibus intelliguntur, per vocationem ad fidem factis populus Dei; *omnia* quippe *in figurâ contingebant illis.*

Hinc D. Paulus hæc facta et verba Osee ut rei in Ecclesiâ futuræ prædictionem respexit, nempe vocationis gentium ad illam, ut ex non plebe fierent plebs Dei.

OBSERVATIO MORALIS.

Tria in his versibus continentur magnifica Christiani elogia; est è plebe Dei, dilectus, divinam misericordiam consecutus. Sumus populus Dei, ob Dei cultum; dilecti à Deo, ob gratiam filiationis; misericordiam consecuti, ob nostram cum Deo reconciliationem. Ut populus ejus et oves pascuæ ejus, debemus illum colere, adorare, illi parere, omnia mandata ejus observare. Ut filii, debemus eum diligere, ipsius spiritu agi. Ut reconciliati et misericordiam consecuti, debemus illius esse toti, et in vitâ et in morte; *sive vivimus, sive morimur, Domini sumus.*

VERS. 27. — ISAIAS AUTEM CLAMAT PRO ISRAEL... Sicut ex Osee probavit gentiles ad Christianismum fore vocandos, ita nunc ex Isaiâ probat Judæos fore quidem vocandos, sed valdè paucos fore convertendos: non nisi *reliquiæ salvæ fient,* seu, ut habet Isaias, 10, v. 22, *convertentur,* scilicet ad Dominum.

VERS. 28. — VERBUM ENIM CONSUMMANS..., supple, Dominus erit, id est, Deus consummabit et abbreviabit *verbum*, id est, rem de quâ hìc agitur, populum Judaicum, cum justitiâ, id est, justo judicio.

QUIA VERBUM BREVIATUM..., quia Dominus Judæorum numerum, ad Christum conversorum, brevem faciet et exiguum, ita ut penè consumatur.

VERS. 29. — ET SICUT PRÆDIXIT ISAIAS : NISI DOMINUS SABAOTH..., et sicut antea, cap. 10, v. 9, idem Isaias prædixit. Nisi Dominus exercituum, suâ gratiâ, modicum aliquod ex Judæis semen servâsset, v. g., B. Virginem, apostolos et apostolicos viros, et quosdam ab eis conversos, jam funditùs periissemus, toto Israele rejecto.

Nota 1° quòd hæc Isaiæ verba in sensu litterali alium habent sensum, de paucis scilicet Judæis sub

sed humana sunt ii, quos Deus ad se, suamque gratiam, amicitiam et filiationem *vocavit*, nempè *nos* fideles, tum ex Judæis, tum ex gentibus.

VERS. 25. — *Sicut in Osee dicit : Vocabo non plebem meam, plebem meam . et non dilectam, dilectam*, q. d. : Vocabo gentes idololatras, quæ non fuerunt plebs mea, ad meam fidem et cultum, ut cùm fuerint ad me conversæ, vocem eas plebem meam, et qui non erant à me dilecti, id est, gratiæ donis affecti, faciam dilectos : ita ut vero nomine populus meus, meique dilecti vocari possint.

Et non misericordiam consecutam, misericordiam consecutam; gentes enim, quas paulò antè dixit ex non plebe factas esse plebem Dei, hìc ex statu derelictionis, dicit esse translatas in statum misericordiæ et gratiæ Dei, ut plebs gentilis, quæ anteà non erat misericordiam consecuta, jam vocaretur misericordiam consecuta.

VERS. 26. — *Et erit : In loco*, etc. *Et erit*, id est, hoc quod dicam, aliquando futurum est *in ipso loco*, ut in Græciâ, Italiâ, Galliâ, et ubicumque morati fuerint dudùm à vero Dei cultu alieni, sic ut vocari possent *non populus meus;* in eodem, inquam, loco, et absque eò quòd locum mutent, verum Dei cultum suscipient, ac per hoc erunt et vocabuntur filii Dei vivi, seu viventis, id est, Dei veri, cujus esse vivere est.

VERS. 27. — *Isaias autem clamat pro Israel : Si fuerit numerus filiorum Israel tanquàm arena maris* (innumerabilis), *reliquiæ* (id est pauci) *salvæ fient.* Sensus prophetiæ est : Etsi populus secundùm carnem ex Israel genitus, juxta promissionem Abrahæ factam usque adeò multiplicetur, ut comparari posse videatur cum arenâ quæ est in littore maris; solæ tamen ex eo reliquiæ, id est, paucissimi salvi erunt. Quemadmodùm dicit infra, cap. 11 : *Cæteri verò cæcati sunt.* Si cui magis placet versio *pro Israel*, poterit hunc sensum facere : Isaias hoc solùm clamat pro Israel, reliquias ejus populi salvas fore : cæteroqui denuntiat multitudinem perituram.

VERS. 28. — *Verbum enim consummans*, etc. ; sensus : Deus erit consummans et abbrevians verbum in justitiâ vel cum justitiâ, id est, Deus quod locutus est faciet, redigens Israelem quem salvaturus sit, ad brevem, accisum et exiguum numerum, ita ut penè consumatur. Sed tamen paucos illos faciet justitiæ donis affluentes, secundùm illud ejusdem prophetæ, cap. 4 : *Omnis qui relictus fuerit in Sion, et residuus in Jerusalem, sanctus vocabitur.* Quod impletum fuisse constat in apostolis ac cæteris primitivæ Ecclesiæ fidelibus, quos apostolica Scriptura passim sanctos appellat. *In æquitate*, id est, in justitiâ, id est, justè, seu justo judicio, id facturus est Deus; nam hìc intendit Apostolus probare Judaici populi reprobationem, salvis duntaxat reliquiis.

VERS. 29. — *Et sicut prædixit Isaias*, etc. Et fiet sicut idem Isaias prophetavit, dicens : Nisi Dominus exercituum reliquisset nobis, id est, populo Judaico, saltem exiguum semen, in quo velut reliquiis, promissæ benedictiones implerentur; penitùs essemus consumpti et perditi, sicut Sodomæi et Gomorrhæi, quorum nullæ prorsùs exstant reliquiæ; nec ulla ex parte illarum benedictionum fuissemus participes. Nisi tempore Christi parùm reliquiarum, videlicet beatam Virginem, apostolos et paucos electos ex Judæis credentes elegisset Deus, reprobatus fuisset totus Israel ob infidelitatem, et periisset, uti Sodoma; ita S. Hieronymus et Cyril. Cur autem Deus vocetur Dominus exercituum, hæc ratio est : quia infinitam habet angelorum multitudinem sub imperio suo quasi militantem, et ad omnia quæ jusserit, expeditam.

rege Ezechiâ salvandis, et à rege Assyriorum clade liberandis; sed hic in sensu mystico accipiuntur ab Apostolo, de paucis ad Christum convertendis, sicque salvandis. Erat apud Judæos receptum omnem liberationem veterum figuram fuisse liberationis quæ erat à Messiâ exspectanda.

Nota 2° paucos Judæos ad Christum conversos et salvatos rectè vocari *semen;* nam istæ reliquiæ gentis Judaicæ, salus mundi fuerunt per fidem quam ubique disseminârunt : sicut quod ex messe servatur ad sementem, perexiguum est, sed inde veniunt novæ messes, ita pauci quidem ex Judæis tempore D. Pauli, servati sunt; at ex illis et per illos facta est per totum terrarum orbem fidei disseminatio; unde salus mundi.

OBSERVATIO MORALIS.

In supradictis Isaiæ testimoniis elucet Dei justitia simul et misericordia : justitia quidem, et valdè terribilis, in rejectione tot Israelitarum; misericordia verò ineffabilis, in servatione paucorum, qui quasi semen fuerunt, unde totius mundi salus.

Quis non timeat videndo tam paucos ex tanto populo, tantisque beneficiis prævento, salvatos ! Sed quis christianus non speret, videndo quòd per ineffabilem Dei misericordiam, ad Christianismum præ tot aliis rejectis, vocatus sit !

Gratias immortales Deo; vocationi tuæ fidelis esto, et spera in Domino. Time multitudinem; latam viam fuge; non est enim salutis via. Contende intrare per angustam portam; hæc est quæ ducit ad salutem.

Quid ergo dicemus? quòd gentes...

CONCLUSIO TOTIUS QUÆSTIONIS.

Ex omnibus supradictis quid concludemus? Fatebimur *quòd gentes*, quæ ex Abrahæ semine non erant prognatæ, et *quæ justitiam*, quâ in Dei filios adoptarentur, non quærebant, imò, quæ in omnia scelera pronæ ruebant, justitiam tamen assecutæ sunt; illam, inquio, justitiam, ad quam Deus voluit per fidem perveniri.

VERS. 30. — *Quid ergo dicemus?* Cùm, inquit, talia prædixerint prophetæ de gentium vocatione, et Judæorum abjectione; quid dicemus? Nempè hoc quod sequitur :

Quòd gentes quæ non sectabantur justitiam, apprehenderunt justitiam, hoc est, quòd gentes quæ erant sine cultu et lege unius Dei, ideòque nec justitiæ, quâ quis Deo placeat, assequendæ studebant.

Justitiam autem quæ ex fide est, id est : Eam (dico) justitiam apprehenderunt, quæ ex fide est, non quæ ex operibus. Simul indicat eos ipsâ fide justitiam apprehendisse. Nam quasi quæreretur : Quomodò justitiam apprehenderunt, quam non sectabantur? Respondet, *ex fide :* non solùm quia ex fide justitia est, sed etiam quia fide apprehenditur : eo nimirùm sensu quem exposuimus ad illud cap. 3 : *Arbitramur justificari hominem per fidem.* Est autem hæc notatio veræ justitiæ, quæ ex fide est.

VERS. 31. — *Israel verò sectando legem justitiæ*, etc. Id est, non prævenit, scilicet Israel gentes, in acquirendâ justitiâ. Nota. Hic Apostolus post longam totius capitis disputationem resolvit quæstionem, et dat propriam causam cur rejecti sint Judæi à justitiâ et salute, gentes verò ad eam sint adscitæ et electæ : nimirùm quia Judæi eam quæsierunt, ubi non debebant, scilicet in operibus legis, non in fide Christi, ubi eam posuit Deus. Hoc est enim quod subdit Apostolus :

VERS. 32. — *Quare? Quia non ex fide : sed quasi ex operibus*, supple, justitiam quæsierunt Judæi : gentes verò fidem Christi amplexæ sunt, et per hanc fidem quæsierunt et invenerunt veram justitiam.

Offenderunt enim in lapidem offensionis, in Christum. Causam subjicit ejus quod dixit : *Non ex fide;* quia scilicet Christum in quem crederent, ut credendo justificarentur, propter ejus humilitatem et carnis infirmitatem non agnoverunt, nec receperunt : imò graviter in eum, velut lapidem humi jacentem, offenderunt, malè et indignè eum tractantes.

VERS. 33. — *Sicut scriptum est* (Isa. 8) : *Ecce pono in Sion lapidem offensionis, et petram scandali*, id est, offendiculi. *Ecce*, inquit Deus, *ego ponam in Sion*, id est in Judæâ, vel in Ecclesiâ, cujus initium ex Sion, hoc est, ex Jerusalem metropoli Judææ : ponam, inquam, *lapidem probatum, angularem, pretiosum :* et eumdem *lapidem offendiculi :* hoc est, Christum ex Judæis nasciturum, atque inter eos conversaturum; in quem ipsi, qui sibi rectè et inoffensè videbantur ambulare, tanquàm ex lege justi, graviter impacturi sint et casuri, non sine vulnere : videlicet percussi ac læsi à lapide in quem impegerint.

Et omnis qui credit in eum, non confundetur. Sensus est : Et omnis, sive Judæus, sive gentilis, qui crediderit in illum lapidem, id est, Christum; videlicet per ipsum à Deo justitiam et salutem exspectans; haudquaquàm pudefiet, hoc est, exspectatione suâ non frustrabitur; quia, sicut credidit, omninò futurum est ei. Citat Paulus Isaiæ cap. 28. Porrò loquuntur Apostolus et propheta de fide conjunctâ cum spe et fiduciâ,

Hic junge quod initio cap. sequ. Apostolus orat pro Israel, et in fine cap. 11, v. 14, excitat Israel ut gentiles æmulentur et salventur; hineque colliges quòd non putabat illos ab æternâ salute reprobatos.

Corollarium doctrinale in caput 9.

Quia ex intelligentiâ hujus capitis noni magna lux oritur ad difficillimas theologiæ quæstiones solvendas, hinc, omni quo potui studio caput hoc legi et relegi; et ut illius sensus, divinâ aspirante gratiâ, mihi clariùs innotesceret, attendi ad omnia è quibus posset mihi mens apostolica patere.

1° Attendi ad scopum Apostoli in totâ hâc Epistolâ, scilicet reprimere altercationem inter Judæos et gentiles conversos exortam de suis ipsorum meritis; quinam illorum? an Judæi? an gentiles evangelicam gratiam possimùm meruerint? Hujus igitur Epistolæ finis est docere unde justitia christiana, seu unde justificetur homo.

2° Attendi et vidi quid, ad hunc finem collimans, hactenùs peregit Apostolus. Primo capite docuit gentiles, legis naturalis custodiâ, nec justificatos fuisse, nec christianam justitiam promeruisse, cùm ipsi philosophi, gentilium sapientissimi, fuerint pessimi, et in horrenda ruerint scelera. Secundo capite docuit nec Judæos, legalium observatione, justificatos esse, nec justitiam christianam meruisse, cùm et ipsi fuerint omnibus peccatis obnoxii, et eò sceleratiores, quò in lege Dei doctiores, et de Dei mandatis instructiores. Tertio cap., utrorumque superbiam confundens, conclusit omnes, tum Judæos, tum gentiles, sub peccato fuisse; neutros habere unde glorientur, sed omnes pariter egere gloriâ Dei. Ibidem, sub finem, docuit justitiam gratis à Deo dari, per fidem Christi, omnibus quibuscumque credentibus, Judæi sint aut gentiles. Quarto cap. docuit Abraham ipsum sic per fidem esse justificatum. Quinto cap. hujus justitiæ christianæ excellentiam et utilitatem explicuit; quam ut magis illustret, originem peccati prodit; deinde opponit et præponit Christi gratiam Adæ peccato. Sexto cap. fideles sic justificatos hortatur, ut sanctis moribus studeant justitiæ per Christum acceptæ, servandæ et augendæ: quia, ut ait cap. septimo, post justificationem manet adhuc concupiscentia quam lex acuit, sed quam gratia reprimit et superat. Octavo cap. enumeravit fructus sancti Spiritûs in justificatis; et quia hi sancti Spiritûs effectus erant in Christianis tunc manifesti, non in Judæis legem Mosaicam observantibus, hinc rebus ipsis patebat Christianos populum Dei factos esse, justificatos et in viâ salutis esse; Judæos verò nec in justitiâ, nec in viâ salutis, nec amplius populum Dei: et ob hoc ultimum Paulus Judæus, et Judæorum salutis æmulator, luget et dolet initio capitis noni.

In hoc ergo capite, ut ex toto hoc contextu patet, sicut et ex Epistolæ scopo, agitur de justitiâ, seu de gratiâ justificante, quam gentiles per fidem adepti sunt, quam Judæi per suam incredulitatem amiserunt. Hoc idem insinuant reliqua omnia ad quæ pariter attendi. Summus et continuus Pauli dolor, v. 2; non enim dolebat Apostolus ob Judæorum casum à gloriâ, seu à prædestinatione æternâ, tum quia ab illâ non caditur, tum quia singularium prædestinatio non erat illi nota; sed dolebat quòd Judæi incredulitate suâ gratiam amiserant, et extra viam salutis erant. Spirituales Abrahæ filii, v. 7, 8, 9, etc., per Isaac et Jacob figurati, et in quibus complentur spirituales promissiones à Deo factæ Abrahæ, quarum præcipua est benedictio, justitia, sanctitas, adoptio divina per Christum consequenda. De hâc ergo hic agitur.

Conclusio totius capitis hanc justitiam formaliter exprimens, v. 30: *Quid ergo dicemus...?* quâ conclusione clarâ et formali Apostolus clarè et manifestè indicat quòd de hâc justitiâ egerit in toto capite.

Hoc etiam confirmant duo sequentia capita, ad quæ similiter attendi: caput decimum, ubi, postquàm declaravit quantùm justitiæ legis præcellat justitia fidei, affirmat Apostolus quòd ad hanc fidei justitiam Deus Judæos et gentiles pariter vocavit; sed Judæos Deo vocanti contradixisse, nec credere voluisse. Caput undecimum, ubi dicit non omnem populum Judæum à justitiâ ob infidelitatem excidisse, v. 1, 2, etc. Vers. 14, ubi æmulatur et provocat Judæos ad credendum, ut salvi fiant, quia possunt fide rursùs inseri oleæ, seu Ecclesiæ Christi, et fieri populus Dei. Vers. 18 et 20, ubi gentiles hortatur ad humilitatem, ad timorem, ne et ipsi decidant.

Quibus omnibus, sive hoc caput nonum præcedentibus, sive subsequentibus, sive componentibus, attentè perpensis et consideratis, mihi quasi manifestum apparet quòd in hoc cap. 9 D. Paulus agat de gratiâ, non de gloriâ; de gratiâ, inquam, non præveniente, nec de gratiâ vocationis, quam hic supponit et quam cap. 10 probat concessam, v. 16, 17, 18, 19, sed de gratiâ justificante, seu de gratiâ quæ liberat à lege peccati et mortis, quæ veram confert justitiam, quæ facit filios Dei, datque fiduciam ad Deum clamandi: *Abba, pater*, quæ facit *hæredes Dei*, etc., de quibus cap. 8.

In hoc ergo cap. D. Paulus à thesi ad hypothesim descendens, ostendit gentiles quamplurimos, non ob merita, sed per Dei misericordiam, verè justificatos fuisse, populum Dei factos, spirituales Abrahæ filios; quia crediderunt in Christum; Judæos verò plerosque, carnales Abrahæ filios, à justitiâ exclusos, quia Christi fidem amplecti noluerunt.

Quòd de gloriâ non agatur, seu de gratuitâ ad gloriam prædestinatione et reprobatione ab illâ, patebit, si ad scopum Epistolæ attendas, totumque contextum sine præjudicio legas: nullum enim textum reperies, qui, sive in sensu litterali, sive in sensu allegorico, de hâc agat prædestinatione aut reprobatione. Consule hos textus, sive in Analysi, sive in Paraph., sive in Commentario.

Sed, inquies, Apostolus agit ex te de gratiâ; ergo et de gloriâ. — Fateor quòd Apostolus agens de gra-

tiâ, ex consequenti agat de gloriâ, quatenùs quos Deus vocat ad gratiam et justificat, non ad alium finem destinat quàm ad gloriam, sed sicut necesse non est eodem modo disponi et ordinari utrumque, ita ut ad gloriam et gratiam una sit ratio perveniendi, ita necesse non est de uno argumentari sicut de altero; seu ex gratuitâ gratiæ collatione, inferre gratuitam destinationem ad gloriam.

CONSECTARIA EX DICTIS.

Colligo primùm præter mentem Apostoli quosdam hujus capitis textus intelligi de gratuitâ prædestinatione ad gloriam, et de reprobatione ab illâ, de quibus non agit Apostolus. Consule Anal., Paraph., Comment. Colligo secundò opinionem de gratuitâ prædestinatione ad gloriam, non ita certam esse ac aliquando putavi. Vide cap. 8, reflex. dogm., v. 28, 29, 30, utpote quæ in nullo formali et expresso Scripturæ textu fundata videtur; sed ad summum in quibusdam obscuris et præter mentem Apostoli intellectis. Sic enim ratiocinor: Si qua opinio indigeat in claris et expressis Scripturæ textibus fundari, maximè hæc de prædestinatione Dei ad gloriam, ante prævisa omnia merita; et tamen tantùm abest ut claris et expressis textibus hæc opinio fundetur, ut in nullo, vel sanè in obscuris tantùm fundata videatur.

Quod enim hic velim animadverti, à nemine negari potest quin hi textus S. Pauli de Esaü et Jacob, de figuli similitudine, et alii valdè sunt obscuri (hanc obscuritatem demonstrat ipsa textûs lectio, et varia explicationum diversitas), et tamen in his textibus obscuris præcipuè fundatur doctrina de gratuitâ prædestinatione et reprobatione, sine prævisis meritis aut demeritis.

Opinio verò contraria fundatur non tantùm in multò clarioribus, sed et expressioribus, v, g.: *Deus vult omnes homines salvos fieri*, et aliis qui citabuntur infra.

CONCLUSIO.

Quid igitur de hoc prædestinationis mysterio sentiendum.

Sentio primò illud esse cuilibet mortali absconditum et impenetrabile. Hoc idem sentiet mecum, qui advertere voluerit quæstionem non esse de possibili, utrùm Deus potuerit aliquos eligere ante, aliquos post prævisa merita; constat enim quòd utrumque pro libito potuerit; sed quæstio est de facto, an scilicet Deus aliquos efficaciter elegerit ad gloriam, ante omnem meritorum prævisionem; et hoc factum sentio nobis mortalibus absconditum et impenetrabile. Ratio est quia factum à merâ et æternâ Dei voluntate pendens, nobis innotescere non potest, nisi per revelationem: hoc autem factum non est nobis clarè et expressè revelatum: nam revelatio Dei ad nos emanat vel per Scripturas, vel per traditionem; neque Scriptura, neque traditio sese clarè et expressè explicat circa hoc factum; etenim si sacra Scriptura in aliquibus locis gratuitæ prædestinationi favere videtur, in aliis illi videtur contradicere, ut apparebit in locis infra citandis; sicque nihil omninò certum et constans ab eâ possumus hàc in re educere. Sic etiam certa est traditio; nam sancti Patres et concilia circa hoc factum non consentiunt; sed aliqui affirmant, alii negant; imò et idem Pater, v. g., sanctus Augustinus, ob diversos loquendi modos, pro utrâque opinione à theologis citatur.

Cùm itaque nobis facta non sit constans hàc de re revelatio, satius esset animum à judicio suspendere quàm judicare; satius esset hanc sacram prædestinationis caliginem humiliter adorare, quàm temerariè illam scrutari præsumere. Vide reflex. mor. in v. 29 et 30 cap. 8.

Sentio secundò opinionem quæ prædestinationis positivæ, et reprobationis negativæ causas ex solâ Dei voluntate repetit, probabilem et catholicam esse; modò cum illâ prædestinatione ac reprobatione admittatur voluntas Dei antecedens, quæ conferat aut præparet media ad salutem sufficientia, aliis quàm prædestinatis. Sed quia nullus est Scripturæ locus, ex quo evidenter colligatur illa reprobatio negativa ante omne demeritum, et prædestinatio positiva ante omne meritum (versus enim vigesimus primus hujus capitis, ex quo potissimùm deduci solet, alium sensum habere potest, ut patet ex illius explicatione à nobis allatâ, et reverà longè aliter explicatur à sanctis Patribus, tum Græcis, tum Latinis, non solùm sancto Augustino antiquioribus, sed etiam plerisque posterioribus, ut videre est apud P. Petavium Theol. dogm., l. 10 de Prædest., cap. 10), hinc nulla nos divina cogit auctoritas ad hanc de gratuitâ prædestinatione sententiam; quin imò ab eâ possunt absterrere multa alia Scripturæ loca clariora, et contrariæ sententiæ faventia.

Sentio tertiò sententiam huic opinioni de gratuitâ prædestinatione contrariam, fundatam esse in multis Scripturæ locis, clarè et expressè asserentibus Deum velle omnium hominum salutem, nolle aliquos perire, etc.; quæ quidem loca multò meliùs cum eâ sententiâ concordare videntur, quàm cum alterâ; atque adeò non esse damnandam quasi falsam et Scripturis adversam; sed potiùs quasi sacræ Scripturæ, divinæ voluntatis testi, conformiorem esse amplectendam.

Præcipua Scripturæ loca sunt primæ ad Timoth. cap. 2, v. 4: *Deus vult omnes homines salvos fieri.* Vide ibidem dicta de hujus propositionis apostolicæ restrictionibus; sunt contra D. Pauli mentem. Ibidem, caput 4, v. 10: *Qui est Salvator omnium hominum.* D. Petri secundæ, 3 cap., v. 9, et quasi S. Paulum explicantis: *Deus vult omnes homines salvos fieri*, ait S. Paul.; *nolens aliquos perire, sed omnes ad pœnitentiam reverti*, ait D. Petrus. D. Joan. primæ 2 cap., v. 2: *Ipse est propitiatio pro peccatis nostris, non pro nostris autem tantùm, sed etiam pro totius mundi.* Matth. 18, v. 14: *Non est voluntas ante Patrem vestrum, qui in cœlis est, ut pereat unus de pusillis istis;* 23, v. 37: *Quoties volui congregare filios tuos!* etc.; Ezech. 18, v. 28: *Numquid voluntatis meæ est mors impii?* etc.; *nolo mortem peccatoris*, etc.; Isai. 5, v. 3: *Judicate inter me et vineam meam, quid est quòd*, etc.

Post hæc et alia Scripturæ testimonia: numquid quis audat simpliciter Deum velle omnium hominum

salutem, possunt tutò et securè Deo dicere : Si decipimur, à te decepti sumus?

Sed, inquies, ex adverso hujus sententiæ stat S. Augustinus, quem in his quæstionibus ducem sequi testantur Romani pontifices et concilia. — Respondeo primò id à multis negari, et contraria huic opinioni testimonia, ex sancto Augustino afferri. Respondeo secundò, dato, non concesso, quòd hæc fuerit opinio S. Augustini, non omnia quæ in refellendis hæreticis à D. Augustino sunt proposita, de fide existimata fuisse ab iis, qui doctrinam ejus maximè commendârunt, sanctis pontificibus et conciliis; sed alia tanquàm de fide definierunt, alia probabiliter dicta arbitrati sunt; de quibus libera posteritati judicia reliquerunt. Quod manifestè declarat Cœlestinus papa, qui, postquàm Pelagianæ hæresis capita damnavit, sic concludit : Profundiores, difficilioresque partes occurrentium quæstionum, quas latiùs pertractârunt, qui hæreticis restiterunt, sicut non audemus contemnere, ita non necesse habemus astruere. In eo autem profundiorum quæstionum genere, reponi sanè potest hæc de prædestinatione controversia.

Utraque igitur opinio probabilis, et cuivis illâ Romani pontificis sententiâ permittitur quam voluerit amplecti; sed quamcumque amplectamur, trepidi et humiles amplectamur, scientes, et plenè persuasi, quoniam *inscrutabilia sunt judicia Dei.*

CAPUT X.

1. Fratres, voluntas quidem cordis mei et obsecratio ad Deum, fit pro illis in salutem.

2. Testimonium enim perhibeo illis, quòd æmulationem Dei habent, sed non secundum scientiam.

3. Ignorantes enim justitiam Dei, et suam quærentes statuere, justitiæ Dei non sunt subjecti.

4. Finis enim legis Christus, ad justitiam omni credenti.

5. Moyses enim scripsit quoniam justitiam, quæ ex lege est, qui fecerit homo, vivet in eâ.

6. Quæ autem ex fide est justitia, sic dicit : Ne dixeris in corde tuo : Quis ascendet in cœlum? id est, Christum deducere;

7. Aut quis descendet in abyssum? hoc est, Christum à mortuis revocare.

8. Sed quid dicit Scriptura? Propè est verbum in ore tuo, et in corde tuo; hoc est verbum fidei, quod prædicamus;

9. Quia si confitearis in ore tuo Dominum Jesum, et in corde tuo credideris, quòd Deus illum suscitavit à mortuis, salvus eris.

10. Corde enim creditur ad justitiam; ore autem confessio fit ad salutem.

11. Dicit enim Scriptura : Omnis qui credit in illum non confundetur.

12. Non enim est distinctio Judæi et Græci : nam idem Dominus omnium, dives in omnes qui invocant illum.

13. Omnis enim quicumque invocaverit nomen Domini salvus erit.

14. Quomodò ergo invocabunt, in quem non crediderunt? aut quomodò credent ei, quem non audierunt? quomodò autem audient, sine prædicante?

15. Quomodò verò prædicabunt, nisi mittantur sicut scriptum est : Quàm speciosi pedes evangelizantium pacem, evangelizantium bona!

16. Sed non omnes obediunt Evangelio : Isaias enim dicit : Domine, quis credidit auditui nostro?

17. Ergo fides ex auditu, auditus autem per verbum Christi.

18. Sed dico : Numquid non audierunt? Et quidem in omnem terram exivit sonus eorum, et in fines orbis terræ verba eorum.

CHAPITRE X.

1. Certainement, mes frères, je sens dans mon cœur une grande affection pour le salut d'Israël, et je le demande à Dieu par mes prières.

2. Car je puis leur rendre ce témoignage, qu'ils ont du zèle pour Dieu; mais leur zèle n'est point selon la science,

3. Parce que ne connaissant pas la justice qui vient de Dieu, et s'efforçant d'établir leur propre justice, ils ne se sont point soumis à la justice de Dieu.

4. Car Jésus-Christ est la fin de la loi pour justifier tous ceux qui croiront en lui.

5. Or Moïse dit, touchant la justice qui vient de la loi, que celui qui en observera les ordonnances y trouvera la vie.

6. Mais pour ce qui est de la justice qui vient de la foi, voici comme il en parle : Ne dites point en votre cœur : Qui pourra monter au ciel? c'est-à-dire, pour en faire descendre Jésus-Christ.

7. Où, qui pourra descendre au fond de la terre? c'est-à-dire, pour rappeler Jésus-Christ d'entre les morts.

8. Mais que dit l'Écriture? La parole n'est point éloignée de vous; elle est dans votre bouche et dans votre cœur : telle est la parole de la foi que nous vous prêchons.

9. Parce que si vous confessez de bouche que Jésus est le Seigneur, et si vous croyez de cœur que Dieu l'a ressuscité d'entre les morts, vous serez sauvé.

10. Car il faut croire de cœur, pour obtenir la justice, et confesser la foi par ses paroles, pour obtenir le salut.

11. C'est pourquoi l'Écriture dit : Tous ceux qui croient en lui ne seront point confondus.

12. Parce qu'il n'y a point en cela de distinction entre le Juif et le gentil, puisque tous n'ont qu'un même Seigneur, qui répand ses richesses sur tous ceux qui l'invoquent.

13. Car tous ceux qui invoquent le nom du Seigneur seront sauvés.

14. Mais comment l'invoqueront-ils, s'ils ne croient point en lui? et comment croiront-ils en lui, s'ils n'en ont point entendu parler? et comment en entendront-ils parler, si personne ne leur prêche?

15. Et comment y aura-t-il des prédicateurs, s'ils ne sont envoyés? Selon qu'il est écrit : Que les pieds de ceux qui annoncent l'Évangile de paix sont beaux, de ceux qui annoncent les vrais biens!

16. Mais tous n'obéissent pas à l'Évangile. C'est ce qui a fait dire à Isaïe : Seigneur, qui a cru ce qu'il nous a entendu prêcher?

17. La foi donc vient de ce qu'on a entendu; et on a entendu, parce la parole de Jésus-Christ a été prêchée.

18. Mais je demande : Ne l'ont-ils pas entendue? Oui certes, leur voix a retenti par toute la terre, et leur parole s'est fait entendre jusqu'aux extrémités du monde.

19. Sed dico : Numquid Israel non cognovit? Primus Moyses dicit : Ego ad æmulationem vos adducam in non gentem ; in gentem insipientem, in iram vos mittam.

20. Isaias autem audet, et dicit : Inventus sum à non quærentibus me ; palàm apparui iis qui me non interrogabant.

21. Ad Israel autem dicit : Totâ die expandi manus meas ad populum non credentem et contradicentem.

19. Et Israël n'en a-t-il point eu aussi connaissance ? Moïse a dit le premier : Je vous rendrai jaloux d'un peuple qui n'est pas mon peuple, et je ferai qu'une nation insensée deviendra l'objet de votre indignation.

20. Mais Isaïe dit hautement : Ceux qui ne me cherchaient pas m'ont trouvé ; et je me suis fait voir à ceux qui ne demandaient point à me connaître.

21. Et il dit contre Israël : J'ai tendu mes bras durant tout le jour à ce peuple incrédule et rebelle à mes paroles.

ANALYSIS.

Prosequitur et urget Apostolus rationem, quam cap. 9, v. 30, dedit de Judæorum à justitiâ casu, ob infidelitatem suam; sed ne vel eos jam offenderit ob dicta, vel offendat ob dicenda,

Initio hujus cap. suum rursùs in illos affectum, suumque in eorum salutem ardens desiderium patefacit; laudat eos ob zelum, excusat ob ignorantiam.

℣ 3. *Zelant suam legalem justitiam, eique mordicùs adhærent, quia ignorant veram et internam justitiam, quam Deus dat per fidem ; et quia ignorant Christum esse legis scopum, justitiæque fontem, à quo haurienda omnis vera Dei justitia, v. 4.*

℣ 5. *Ex ipso Moyse probat hujus justitiæ fidei excellentiam, hancque justitiam externæ factorum justitiæ anteponi debere, utpote faciliorem et utiliorem, v. 6, 7, 8.*

℣ 9. *Omnia hujus justitiæ christianæ officia ad duo reducit : ad fidem cordis, et ad confessionem oris. Hæc duo justitiam et salutem conferunt omni indiscriminatim homini fideli, Judæus sit vel gentilis, v. 10, 11, 12, 13.*

℣ 14. *Ideò omnibus annuntianda, reverà fuerunt annuntiata; omnes audierunt, sed non omnes obedierunt; plurimi gentiles crediderunt, plerique Judæi contradixerunt; et hæc est eorum perditionis causa, v. 15, 16, 17, 18, 19, 20, 21.*

PARAPHRASIS.

1. Fratres, hæc cum maximo animi mei dolore loquor, quia propensus est in illos animi mei affectus, et vehemens est meum in illorum salutem desiderium ; unde pro illis assiduè obsecro, ut resipiscant et salventur.

2. Illorum equidem incredulitatem non excuso : hoc tamen illis testimonium perhibeo, quòd aliquo Dei studio et zelo ducuntur, sed non secundùm scientiam necessariam ordinato.

3. Quia enim ignorant veram justitiam, quam Deus dat per fidem, hinc suæ legali justitiæ mordicùs adhærent, justitiam verò Dei repellunt.

4. Ignorantes quòd Christus sit legis Mosaicæ finis, et omnis justitiæ fons, ex quo per fidem haurienda sit justitia à quocumque fideli.

5. Utramque tamen justitiam distinxit Moyses, et justitiæ fidei palmam dedit ; in Levitico enim 18, de justitiâ legali scribens, dixit : *Custodite leges meas, atque judicia, quæ qui fecerit homo, vivet in eis.* Quibus verbis duo significat : primum, quòd ad illam justitiam legalem habendam, multa sint facienda, *qui fecerit*, etc. ; secundum, quòd hujus justitiæ merces sit tantùm temporanea, *vivet in eis.*

6. De justitiâ verò quæ per fidem datur, scribens Deuteron. 30, ait : *Ne dixeris in corde tuo : Quis in cœlum ibit*, Christum inde deducturus?

7. *Aut quis ad inferos descendet*, Christum à mortuis revocaturus? non opus est ut de hoc sis sollicitus.

8. Sed audi quid Scriptura dicat : *Res tibi facilis est et ad manum, nec alibi quærenda quàm in corde et ore tuo :* sufficit enim si credas et confitearis, quòd reverà Christus de cœlo descendit, et à mortuis resurrexit ; ad hæc pauca revocatur Evangelium quod prædicamus.

9. Quia si corde credas, et ore confitearis Filium Dei Dominum Jesum, pro te incarnatum et mortuum, atque ressuscitatum, salvus eris, hìc à peccatis per justificationem, aliquando ab omni miseriâ per gloriam.

10. Interna enim cordis fides requiritur, ut quis sit justus ; externa verò fidei professio necessaria est, ut quis sit salvus.

11. Hoc ex Isaiâ probari potest, dicit enim : *Quicumque credit in illum, non pudefiet.*

12. Cùm dicat : *Omnis, quicumque*, sanè tollit omne discrimen, sive Judæi, sive Græci : Deus enim ex æquo omnium Dominus est ; cujus bonitas exuberat in omnes qui verè et sincerè illius opem implorant, juxta illud quod ait Propheta Joel :

13. *Omnis, quicumque invocaverit nomen Domini, salvus erit.*

14. Cùm autem priùs sit credere quàm invocare, quomodò invocabunt eum in quem non crediderunt? aut quomodò credent ei de quo non audierunt? quomodò audient, nisi sint qui prædicent ignotum?

15. Quomodò verò prædicabunt præcones, nisi missi sint ab eo cujus est Evangelium. Reverà Christus apostolos suos in omnem terram misit, sicut prædictum est ab Isaiâ, dicente : Quàm gratus est adventus Evangelii præconum, pacem et bona nobis à Christo procurata annuntiantium !

16. Sed, inquies, cùm ad omnes missi sint apostoli, cùm gratus sit eorum adventus ob bona quæ annuntiant, cur ergo non omnes, sed valdè pauci credunt et obediunt Evangelio? — Resp. id mirum videri non debere, cum ab Isaiâ prædictum fuerit, dicente in apostolorum personâ : Domine, quis credidit sermonibus nostris?

17. Colligatus ex dictis à v. 14, quòd fides ex auditu nascatur; auditus autem per quem nascitur fides, fit ex prædicatione verbi Dei et Christi.

18. Sed tunc à Judæis incredulis quæro cur non crederent? an quia non audierunt, et illis prædicatio defuit? imò verò in omnem terram exivit sonus prædicationis apostolorum; quomodò solos Judæos latet quod per universum mundum resonat?

19. Sed iterùm ab eis quæro: Numquid non cognoverunt et Evangelium ubique prædicari, et gentes per illud ad Deum converti? Quinimò viderunt, sed illarum conversionem inviderunt, imitari verò noluerunt; utrumque à prophetis prædictum est.

Primum à Moyse, Deuter. 32, 21, in personâ Dei in Judæos irati sic loquente: Ego vos, ò Judæi, qui repellitis Evangelium, ad invidiam et ad iram incitabo per gentiles, qui non fuerunt hactenùs populus meus, et qui hactenùs insipienter vixerunt, idola stultè colentes; sed quos ad salutem per Apostolos vocabo, et ob quorum conversionem ad indignationem concitabimini.

20. Isaias autem Moysem secutus, Judæorum offensam non veritus, apertè dicit in personâ Christi: Inventus sum per fidem à gentilibus qui me non quærebant; palam per Evangelii mei prædicationem apparui illis ipsis, qui non me, sed idola sua consulebant.

21. De Israele autem idem Isaias in personâ Christi dicit: Toto die expandi manus meas ad populum incredulum, et obstinatè mihi contradicentem.

COMMENTARIA.

VERS. 1. — FRATRES, VOLUNTAS QUIDEM CORDIS MEI... Græc., *bona voluntas*, εὐδοκία, *benevolentia*. Quoniam tristia jam dixit, et tristiora dicturus est, ut omnis inimicitiæ tollatur suspicio, multâ utitur præparatione, ait D. Chrysostomus. *Bona voluntas cordis mei*.., id est, propensus est in illos animi mei affectus, et vehemens est mihi desiderium erga salutem ipsorum.

ET OBSECRATIO AD DEUM FIT (à me) PRO ILLIS. Græc., *pro Israel*, etc., id est, hinc pro eis obsecro, optans illis omnia bona, præsertim æterna. Ergo D. Paulus Judæos non putabat ab æternâ salute reprobatos; frustra enim orâsset pro ipsorum salute; ergo in cap. præc. non agebat de prædestinatione ad gloriam, aut de reprobatione ab illâ; sed de eorum casu à justitiâ.

D. Pauli charitas sit zeli pastoralis exemplar. Sic pastor oves suas in corde gerat; errantibus commisereatur, pro ipsis oret, ipsas quærat.

VERS. 2. — TESTIMONIUM ENIM PERHIBEO... Græcè, *testor*. Prudentiâ verè paternâ reprehensiones laudibus miscet; sicque arguit quod vitiosum est, ut laudet quod laude dignum est. Zelum habent, inquit, legis divinæ, sed non scientiâ necessariâ directum. Quàm frequens est etiam apud Christianos ille Judæorum zelus imprudens, et quanta mala perpetrat in Ecclesiâ! Quò ardentior est, eò periculosior, si per scientiam non dirigatur. Ut hæc vitemus et pericula et mala, intellectu cor moderetur; agamus cum cognitione, et juxta certa scientiæ et fidei principia, non secundùm cæcos cordis, licèt pii, sensus et motus.

VERS. 3. — IGNORANTES ENIM JUSTITIAM DEI... Probat eos zelum non habere secundùm scientiam, quia enim ignorant veram et Deo probatam justitiam,

JUSTITIAM DEI, id est, quâ verè et coram Deo justi reddimur, et quam habemus per vivam fidem in Jesum Christum, hinc ET SUAM, id est, justitiam legis, seu quæ per legis et legalium observantiam habetur, et quæ coram hominibus justificat, student STATUERE, id est, erigere, stabilire.

JUSTITIÆ DEI NON SUNT SUBJECTI. Suæ ergo justitiæ mordicùs adhærentes Judæi, justitiam Dei repulerunt; *justitiæ Dei*, cujus fundamentum est fides in Jesum Christum, noluerunt colla sua humiliter subdere.

OBSERVATIO MORALIS.

Judæi ignorantes veram, internam et Deo gratam justitiam, quæ oritur à fide, id est, à submissione nostrâ, Deo se nobis revelanti, et nos ad se vocanti, salutem suam constituere voluerunt in externâ et legali illâ justitiâ, quæ per externas observantias comparatur; et quia justitiæ Dei viam non inierunt, hinc à salute exciderunt. Heu! quot Christiani, imò et religiosi judaizant! suam in externis observantiis justitiam collocant; de Christo, salutis fonte, non cogitant; ad fidem, justitiæ principium, non attendunt; sicque in suis externis actionibus, fide et spiritu destitutis, confidentes, phantasticam, et non veram pie-

VERS. 1. — *Fratres, voluntas quidem cordis mei*, etc.; propensus animi affectus, et vehemens desiderium mihi est erga Judæos, ut salventur. Unde oro et obsecro pro illis. Idque, ne putent ipsi hæc tristia de ipsorum repudio et repulsâ à Christo me dixisse ex odio, sed potiùs ex commiseratione. Ita S. Chrysost., Theod. Quæres, quomodò pro illis orare se dicat, quos sciebat à Deo reprobatos? Respondeo: Oradat non ut [illegible] Dei ferent, sed ut [illegible] ex illis [illegible] quos Deus præordinaverat per gratiarum sacramenta esse salvandos. Neque enim omnes Judæi reprobi erant. Ita capite sequente: si quo modo, inquit, etc., et salvos faciam aliquos ex illis.

VERS. 2. — *Testimonium enim perhibeo illis*, etc.; verùm secundùm errorem; q. d.: Judæi zelum errantem pro lege Mosaicâ tuendâ habent, putantque se agi zelo Dei, sed errant, quia verè contra Dei honorem, et veritatem agunt, cùm fidem et legem Christi, quæ vera est lex Dei, oppugnant.

VERS. 3. — *Ignorantes enim justitiam Dei*, etc. *Justitiam Dei* Paulus intelligit eam, quæ nos facit justos, non coram hominibus, sed coram Deo; quæ sita est in [illegible] filiatione hominis cum Deo, per fidem Christi; sicuti Judæorum justitia sita erat in impletione legis coram hominibus. Unde eam Paulus vocat justitiam *suam*, id est, ex suis et naturæ viribus et legis operibus partam: huic enim opponitur justitia Dei, id est, à Deo et Dei gratiâ proveniens. Pro *non sunt subjecti*,

tatem et justitiam habent. Hunc timeamus Judaismum, et ut illum vitemus, ad Christum salutis fontem, oculis fidei attendamus continuè; in ipso salutem quæramus, non in nobis; spiritu fidei et charitatis actiones nostras animemus.

VERS. 4. — FINIS ENIM LEGIS CHRISTUS AD JUSTITIAM OMNI CREDENTI; id est, verè ignorant justitiam Dei: nam *Christus*, quem cæci respuunt, *est finis*, scopus et terminus, ad quem tendit et quasi manu ducit tota lex Mosaica, ad veram justitiam per illum præstandam *omni* in illum *credenti*.

Lex itaque Judæos docebat justitiam in Christo quærere, quia lex ipsa justificare non poterat; hinc ad Christum, Judæos, quasi manu ducebat, ut per illum, seu per fidem in illum, veram solidamque justitiam assequerentur. At hoc ignorantes, in viâ remanserunt, ad terminum non pervenerunt; externæ legis justitiæ mordicùs adhærentes, veram et internam justitiam, quam Deus in fide et obedientiâ Christi constituit rejecerunt. Vide et tu ne alibi justitiam quæras, quam in Christo, in fide et obedientiâ Christi.

Christus omnis omninò justitiæ fons est; nulla unquàm, nisi ab ipso, vera justitia fuit et in veteri et in novâ lege. Medium autem, seu canalis, quo fons ille, justitiam communicavit aut communicat, fides est; fides, inquam, non nuda et sola; sed quæ per dilectionem operatur; seu quæ spem, pœnitentiam, bona opera, quasi mater fœcunda producit. Hoc itaque canali te fonti justitiæ frequenter adjunge, ut suam justitiam tibi communicet. Crede in Christum, spera in Christum, dilige Christum; credens, sperans, diligens, obedi Christo, opera fac verè christiana.

VERS. 5. — MOYSES ENIM SCRIPSIT, QUONIAM JUSTITIAM... Græc.: *Moyses enim scribit justitiam, quæ est ex lege; faciens ea homo, vivet in eis;* Syr.: *Siquidem Moyses ita descripsit justitiam, quæ est in lege; quòd qui ea peregerit, per ipsa vivet.* Duas v. 3, indicavit justitias: externam et internam, Judaicam et divinam; legalem, quæ requirit opera legis Mosaicæ; evangelicam, quæ fidem in Christum requirit; primæ mordicùs adhærent Judæi, secundam ignorant. Igitur per Moysem ipsum Judæis probat Apostolus quòd ignorârunt, nimirùm justitiam internam ab externâ distingui, et illam hàc esse et faciliorem et perfectiorem.

1° Per verba Moysis ostendit justitiæ legalis conditionem; Moyses enim de justitiâ legali scribens, dixit, Levit. 18, 5: *Custodite leges meas atque judicia, quæ faciens homo,* VIVET IN EIS, id est, non punietur morte temporali, quam lex suis transgressoribus intentat; vel, *vivet in eis*, pervivet, longævus erit, vitâ vivet longâ et prosperâ. Ecce merces justitiæ factorum.

Duo itaque significantur in his verbis: Primum, quòd ad legalem justitiam habendam, multa facienda erant, *qui fecerit homo;* secundum, quod hujus externæ et legalis justitiæ merces sit vita tantùm temporalis, longa et prospera.

VERS. 6 et 7. — QUÆ AUTEM EX FIDE EST JUSTITIA, SIC DICIT... 2° Per eumdem Moysem ostendit justitiæ fidei conditiones, facilitatem nempe et utilitatem: facilitatem, quia prope est in ore et in corde; utilitatem, quia salutem confert æternam. Ut facilitatem fide probet, Evangelio applicat verba Moysis Deuter. 30, 12: *Mandatum quod ego præcipio tibi hodiè, non supra te est, neque procul positum, neque in cœlo situm, ut possis dicere: Quis nostrùm valet ad cœlum ascendere, ut deferat illud ad nos?*

Quod Moyses dixit de mandato legis, hoc Apostolus attribuit Christo, et convenienter, ait D. Thomas, quia Christus est verbum Dei, in quo sunt omnia Dei mandata.

Sensus ergo accomodatus hìc agnoscendus est, quo Apostolus justitiam fidei facilem esse declarat; neque enim ad illam habendam opus est, vel in cœlum ascendere, vel ad inferos descendere.

Quia res difficiles significantur similitudine ascensûs in cœlum, et descensûs ad inferos, hinc Apostolus, ut significet fidem non esse rem difficilem, dixit: *Ne dixeris in corde tuo... Quis in cœlum ibit,* ut Christum inde faciat descendere? aut quis ad inferos descendet, ut Christum à mortuis ad vitam inde reducat? non opus est, inquam, ut de hoc sis sollicitus, aut labores; sufficit tibi ut credas quòd reverà de cœlis descendit, et à mortuis resurrexit, et hoc utramque

Græca clariùs habent, *non subdiderunt se*, illi non obedierunt, q. d.: Quia Judæi suam justitiam ex lege quæsierunt, hinc noluerunt se subdere fidei Christi, ac consequenter, nec veræ justitiæ Dei. Hanc enim Deus in fide et obedientiâ Christi constituit.

VERS. 4. — *Finis enim legis* (est) *Christus*, etc. Finis et scopus legis est Christus, quia tota lex ad Christum, quasi ad finem, terminum et scopum suum, refertur, tendit, ducit et vocat. Sensus est, Christum esse per quem lex impletur, et vera justitia acquiratur: quatenùs quisque in eum credit ut propitiatorem, per quem Deus et peccata remittat, et gratiam benè vivendi præstet, *ad justitiam omni credenti*. Ut scilicet per fidem Christi omnes credentes in eum justitiam assequantur. Apostolus dùm fidem nominat, etiam cætera vult intelligi, quæ fides monstrat agenda: vel quod eòdem recidit, fidem intelligit bona vivendi formatam.

VERS. 5. — *Moyses enim scripsit* (Levit. 18) *quoniam justitiam*, etc., q. d. Paulus: Qui fecerit justitiam legis, puta justum, quod lege præscriptum est, hic vivet in eâ; hoc est, hic non punietur morte, quam lex transgressoribus suis sæpè intentat; vivetque vita temporali, prosperâ, quam lex servantibus se promittit, Ezech. 20; q. d.: E contrario verò qui eidem Christo amplexus fuerit, hic vivet vitâ justitiæ in hoc sæculo, et in futuro vivet vitâ salutis, gloriæ et felicitatis æternæ.

VERS. 6, 7. — *Quæ autem ex fide est justitia, sic dicit :.... Aut quis descendet in abyssum?* etc., *id est, è mortuis reducere*. Sensus est: Ne dicas, ad certitudinem fidei, et ad justificationem opus est Christo præsente, ut eum videamus, ejusque aspectu et præsentiâ sanemur et justificemur? Itaque ipse vel cœlo vel inferno revocandus est. Non putes hoc à te petitum, propinquus enim et facilis justificationis jam nobis est, si in Christum credas mortuum et resuscitatum, licèt absentem; et credas ac non id quam proximum; Q. d.: Ne dicas, ô Judæe, legem ascende, lex illa nobis vicina est et prope; fides et justitia ejusdem quidem salutem promittit, sed obscura est et remota. Nam erras et falleris: non enim ita se res habet, quia, ut sequitur

confitearis, ita ut corde tantùm et ore indigeas.

VERS. 8. — SED QUID DICIT SCRIPTURA : PROPÈ EST VERBUM... Quod de lege dixit Moyses, hoc D. Paulus transfert ad fidem quâ justificamur. *Propè est*... Res tibi facilis est et ad manum, nec alibi quærenda quam in corde tuo et in ore tuo, ut scilicet corde credas, et ore confitearis Dominum Jesum Christum.

Secundùm Moysem hæc verba significant opus esse tantùm ut lex legatur et corde retineatur; secundùm D. Pauli applicationem, ut Evangelium Christi corde credamus et ore confiteamur.

Hoc EST, tale est, inquit, VERBUM FIDEI; ad hæc pauca revocatur Evangelium, QUOD NOS apostoli PRÆDICAMUS, et Judæis et gentibus : ut scilicet credas et quæ per fidem cognoveris facienda, opere perficias.

QUIA SI CONFITEARIS IN ORE TUO...; si corde credas et ore confitearis Filium Dei pro te incarnatum, mortuum et ressuscitatum, SALVUS ERIS, hìc à peccatis per justificationem, aliquando ab omni miseriâ per glorificationem.

Nota quòd hìc solius resurrectionis fit mentio, quia articulus ille, quasi terminus aliorum, eos supponit et complectitur.

Hìc completa videtur antithesis v. 5 incohata inter externam et legalem justitiam per opera, et internam Dei justitiam per fidem; illa difficilis, hæc facilior; illa parùm utilis, hæc utilissima et nunc et in æternum : unde concludit divus Chrysostomus : vides quomodò Judæos omni veniâ privet, qui acceptantes quod gravius est et inefficax, negligunt quod lene est, et illos salvare potest.

VERS. 10. — CORDE ENIM CREDITUR AD JUSTITIAM...; fides enim cordis necessaria est ut quis sit justus; interna quippe fides est id primum quo justificatur homo.

ORE AUTEM CONFESSIO FIT AD SALUTEM, id est, externa autem fidei professio necessaria est ut quis sit salvus, juxta quod Christus ait in Evangelio : *Qui me confessus fuerit..., et ego confitebor eum...*, Matth. 10; *Et qui me erubuerit... hunc Filius hominis erubescet*, Luc. 9.

OBSERVATIO MORALIS

in vers. 9 *et* 10.

Omnia religionis officia in his duobus comprehenduntur : corde credere, ore et opere confiteri. Interiora in fide, quæ cæterorum basis est, continentur exteriora in confessione, quæ fit ore et opere. Fides cordis Deum intùs honorat, confessio exteriùs; et quia intùs et exteriùs eum debemus honorare, hinc non sufficit credere, sed præterea necesse est internam fidem exhibere linguâ, manibus, vitâ. Qui Christum Dominum erubuerit, Christo servire indignus est, multò magis cum ipso regnare.

ALIA OBSERVATIO MORALIS

in vers. 6, 7, 8.

Incarnatio, mors et resurrectio Christi præcipua indicantur fidei nostræ objecta; at ibidem indicatur quòd nobis necessarium non sit ea mysteria penetrare, sed Deo nobis illa revelanti credere. Certus sum et scio quòd Deus potest facere quod non valeo capere; credo itaque quidquid revelavit Deus, quantùmcumque meum superet captum; mihi, sicut et Tertulliano, credibile, quia incredibile; non pudendum, quia pudendum. Sicut Abraham *in spem contra spem credidit*, ut fieret pater fidei, sic in fidem contra fidem mihi credendum est, ut sim spiritualis Abrahæ filius.

VERS. 11. — DICIT ENIM SCRIPTURA : OMNIS QUI CREDIT... Probat ex Scripturâ quòd *omnis qui*, ut explicatum est, *credit, salvus erit;* et, quòd v. 4 dixit, Christum justificare omnes credentes. Hæc verba sumuntur ex Isaiâ, 28, 16. NON CONFUNDETUR, id est, exspectatione suâ non frustrabitur, sed speratam assequetur salutem. Fides est spei nostræ fundamentum, omnis boni cœlestis radix, nostræ salutis basis et substantia, hypostasis; hinc à Deo continuè petenda.

VERS. 8. — *Sed quid dicit Scriptura? Propè est verbum* (justitiæ et salutis) *in ore tuo*, etc. Porrò *verbum fidei* dicit, vel Evangelium quo fides in Christum, annuntiatur, vel fidem ipsam, ac si diceret : Fides quam prædicamus ut necessariam ad justitiam consequendam, reverà est ejusmodi, videlicet prope te, in ore et corde. Magis ad manum est omnibus jam Evangelium et fides Christi, quàm olim fuerit lex Moysi : ita ut fidem hanc omnes facillimè corde, id est, mente, complecti, et ore proloqui, itaque justificari et salvari possint.

VERS. 9. — *Quia si confitearis in ore tuo Dominum Jesum;* nam, inquit, si ore confessus fueris Dominum Jesum descendisse de cœlis, et hominem factum. Hæc pars opponitur illi dubitationi : Quis ascendet in cœlum, ut Christum deducat? Quanquàm absolutè potest accipi ista pars, et quidem meliùs, ni fallor, hoc modo : Si confitearis ore tuo Jesum esse Dominum. Quomodò dicit 1 Cor. 12 : *Nemo potest dicere Dominum Jesum, nisi in Spiritu sancto;* hunc enim sensum expressit ea lectio, quam recitant Hilarius et Augustinus : quia si confessus fueris in ore tuo, quia Dominus est Jesus. Et utique, si Dominus est, qualem confiteri oportet : igitur de cœlo descendit. Ad hoc enim descendit, ut hominem redimeret, et ipso redemptionis jure Dominus ejus esset.

Et in corde tuo credideris, quòd Deus illum suscitavit à mortuis. Opponitur hæc pars alteri dubitationi : Quis descendet in abyssum, ut Christum à mortuis revocet?

Salvus eris, Græcè, *salvaberis*, id est, salutem consequeris, velut jam ex fide, et confessione fidei justitiam adeptus, quæ perducit ad salutem.

VERS. 10. — *Corde enim creditur ad justitiam*, etc. q. d. : Fides cordis valet et necessaria est ad acquirendam justitiam : professio verò fidei, quæ fit ore, valet, et necessaria est ad justitiam hanc conservandam, et augendam, et consequenter ad salutem æternam promerendam et consequendam. *Corde*, id est, mente et voluntate, licèt enim fides sit actus intellectûs, tamen ob ejus inevidentiam actûsque difficultatem, necessarius est concursus et imperium piæ voluntatis, quæ intellectui imperet, ut tam obscura et difficilia credat; eoque actus hic fit liber et meritorius.

VERS. 11. — *Dicit enim Scriptura* (Isaiæ 28) : *Omnis*, etc. Non pudefiet, non frustrabitur suâ fide et spe, sed justitiam et salutem speratam omninò assequetur. Credentem, intelligit obedienter, id est, cum voluntate faciendi ea quæ fides Christi præscribit.

Vers. 12. — Non enim est distinctio... Instat et explicat quod generatim Isaias dixit : *Omnis*, Græcus sit vel Judæus, dummodò crediderit, quia Deus jure creationis Dominus est omnium, et aliunde abundat bonitate et misericordiâ in omnes; hinc neminem credentem, et in se confidentem repellit à salute.

Vers. 13.—Omnis enim quicumque invocaverit.... Sumuntur hæc verba ex Joel. 2, 32, et hìc in sensu mystico intelliguntur.

Nota quòd salutem hìc invocationi tribuat, quam supra fidei tribuit. Sicut autem supra sub nomine fidei intellexit professionem fidei, et consequenter bona opera, seu credere Christo et ei obedire, ita sub invocatione intelligit invocationem cum debitâ fide, spe, contritione et charitate : alioquin Turcæ, hæretici, et improbi Christiani per solam Dei invocationem salvarentur. Quàm potens et dives est oratio, in cujus manibus sunt omnes Dei divitiæ ! *Petite et accipietis... et omnis quicumque invocaverit*, etc. Quasi tota religio Deique cultus in oratione continentur, fides, spes, charitas. Fides orat, ait D. Augustinus, est radix orationis, et oratio quasi primus fidei flos et fructus. Spes orationem fulcit; charitas accendit et meritum tribuit. Omnis qui sic cum fide, spe et charitate oraverit, salvus erit. Talis oratio est religionis anima; homines Deo nectit, ut Deo cultum debitum exhibeant, et à Deo gratias necessarias recipiant. Domine Jesu, doce nos orare : *Pater noster*, etc.

Vers. 14 et 15. — Quomodo ergo invocabunt..., quomodo verò prædicabunt, etc. Occasione acceptâ eorum quæ dixit de salute promissâ omnibus Deum invocantibus, Apostolus suam gentilibus prædicationem justificat, seu reddit rationem cur gentibus prædicet; gradatim ascendit ab invocatione ad fidem; à fide ad auditum; ab auditu ad prædicationem; à prædicatione ad missionem : ita ut missio sit basis et fundamentum salutis nostræ. Sine missione non fit prædicatio, sine prædicatione non est auditus, sine auditu non est fides, sine fide non est invocatio, nec adoratio, nec cultus Dei.

Hinc à primo ad ultimum relinquit colligendum

Vers. 12. — *Non enim est distinctio Judæi et Græci.* Urget Apostolus in verbis Isaiæ vocem, *Omnes*, q. d. : Omnes sive Judæus, sive Græcus, qui credit in Christum, hic salvus erit. Deus enim in negotio justitiæ et salutis non distinguit, non curat, an Judæus sis, an Græcus, id est, gentilis.

Nam idem Dominus omnium, dives in omnes, qui invocant illum. Dives, id est, affluens, liberalis, munificus, et copiosè suas gratias, suaque dona elargiens.

Vers. 13. — *Omnis enim*, etc. Græcè, *salvabitur.* Hanc sententiam citat Paulus ex Joele, cap. 2. Invocare nomen Domini, est cum cui Dominus ac Deus nomen est, orare pro salute obtinendà. Sed invocationem intellige procedentem ex fide. Ad hanc igitur invocationem pertinent omnes orationes, quibus à Deo per Christum petuntur salutaria bona velut remissio peccatorum, gratia, justitia, tentationum victoria, perseverantia, vita æterna.

Vers. 14. — *Quomodo ergo invocabunt, in quem non crediderunt?* q. d. : Quomodò invocabunt Deum, quasi Dominum, et auctorem salutis, omnisque boni, in quem non credunt?

quòd Deus, cùm sit omnium Dominus, dives bonitate in omnes, omniumque salutem volens, apostolos suos ad omnes gentes miserit, ut eis suum prædicent Evangelium, cui credant; ut invocent, justificentur, et salvæ fiant, et consequenter se Dei jussu esse prædicatorem gentium.

Sicut scriptum est : Quam speciosi.....! Subaudiendum videtur : Reverà missi sunt, et prædicaverunt, *sicut scriptum est..*, Isai. 52, 4 : *Quàm speciosi*, id est, quàm gratus et suavis adventus Evangelii præconum, pacem et bona per Christum nobis procurata, suis auditoribus annuntiantium; nempe peccatorum remissionem, reconciliationem cum Deo, gratiam et dona Spiritûs sancti, et infinita alia bona etiam corporalia, miraculis comprobata, quibus apparebat eos à Deo missos.

Hinc necessaria colligitur missio divina, quæ duplex est : ordinaria, quæ fit auctoritate eorum qui Dei vices gerunt, scilicet Christi vicarius, episcopi; extraordinaria, quæ fit immediatè à Deo per inspirationem internam, qualis fuit missio prophetarum. Hæc missio debet probari signis et certis argumentis.

D. Thomas ait quòd hujus missionis extraordinariæ signa sint aliquando S. Scripturæ auctoritas; ita D. Joannes interrogatus quis esset, dixit : *Ego vox clamantis.....*, *sicut dixit Isaias;* aliquando rei veritas, quæ annuntiatur; aliquando miracula. Addit tamen non sufficere prodigia, et probat ex Deuter. 13.

Hinc disce primò quàm magnifaciendum verbi divini ministerium, à quo pendet mundi salus; secundò quanto respectu audiendum Dei verbum, sive à prælatis, sive ab eis quos mittunt, cùm Deus ipse nobis per eos loquatur, et in Dei nomine nobis illud annuntient; tertiò quanto studio, quantâque gravitate annuntiandum sit illud verbum à prædicatoribus, qui Dei vices gerunt, ipsiusque omnipotentis mandata declarant.

Vers. 16. — Sed non omnes obediunt..... Græc., *auscultârunt.* Occurrit objectioni : Si missi sunt, si

Aut quomodò credent ei quem non audierunt? Quomodò autem audient sine prædicante? id est, quomodò audient de eo in quem crediturì sint, si nemo sit, qui eis annuntiet? ac si dicat, nec id fieri posse. Ex eo quòd Deus per Joelem omnibus se invocantibus salutem promiserit, colligit Apostolus omnibus gentibus prædicandum esse Evangelium.

Vers. 15. — *Quomodò verò prædicabunt, nisi mittantur?* scilicet, à Deo, vel Christo. Multi quidem prædicant non missi, de quibus apud Jeremiam Dominus, *Non mittebam eos, et ipsi currebant;* et tales habet plurimos seculum hoc nostrum; sed licite ac legitimè nemo prædicat nisi legitimè missus, quomodò mitti solent principum legati cum mandatis.

Sicut scriptum est (Isaiæ 52) : *Quam speciosi pedes evangelizantium pacem, evangelizantium bona!* q. d. : Quàm pulcher, suavis et gratus erit adventus, et discursus annuntiantium Evangelium, ejusque bona et læta nuntia, scilicet pacem cum Deo, gratiam, justitiam, et salutem! Seu, quàm grati et accepti erunt auditoribus suis apostoli, hæc bona hominibus per totum orbem annuntiantes et evangelizantes?

Vers. 16. — *Sed non omnes obediunt Evangelio.* At

prædicaverunt, si *tam speciosi sunt pedes evangelizantium*, cur ergo *non omnes obediunt Evangelio?* — Respondet id prædictum fuisse ab Isaiâ, et ideò mirum videri non debere, si plerique suis vitiis aut Judaismo affixi, Evangelium respuant, ob suam duritiam non credant. Isaias igitur in apostolorum personâ loquens, dicit : *Domine, quis credidit* sermonibus quos à nobis audierunt? quasi diceret : Valdè pauci, *auditui nostro?* sermoni à nobis audito. Idem Dei verbum emollit et indurat, sanctificat et damnat; sicut idem solis calor ceram emollit, lutum indurat. Emolli, Domine, cor meum; adauge fidem.

Vers. 17. — Ergo fides ex auditu, auditus autem per verbum Christi, Græc., *Dei;* Syr., *Dei.* Ex citatis Isaiæ verbis infert quod jam dixerat v. 14, fidem esse ex auditu et prædicatione verbi Christi, seu Græcè, *verbi Dei*, factâ per apostolos à Christo missos quasi legatos; seu potiùs ex dictis à v. 14 colligit quòd fides ex auditu nascatur; intellige primò in adultis, secundò occasionaliter : fides enim est gratuitum Dei donum, quod à solo Deo infunditur animæ.

Vers. 18. — Sed dico : Numquid non audierunt.....? Ex principio proximè posito infert inexcusabiles esse Judæos; annon audierunt? an defuit illis prædicatio? imò verò *in omnem terram*, etc. Quod de cœlis in sensu litterali dixit regius Propheta, hoc de apostolis in sensu mystico dicit Apostolus, quasi diceret : Quomodo solos Judæos latet, quod per omnem terram resonat?

Paulatim impletum est hoc Davidis vaticinium, sed sufficienter ad Judæorum condemnationem impletum erat D. Pauli temporibus; tunc enim in illustrioribus urbibus apostoli et prædicaverant et miracula fecerant; et inde tantarum rerum fama ad omnes terras, in quibus habitabant Judæi, pervenerat.

D. Thomas occasione hujus vaticinii Davidis petit quid sentiendum sit de iis qui de fide nihil audierunt. — Respondet illos habere quidem excusationem de peccato infidelitatis, damnandos tamen ob peccatum originale et alia peccata quæ addiderunt. Addit quòd si fecissent quod in se est, Dominus eis secundùm suam misericordiam providisset, eis mittendo fidei prædicatorem, sicut D. Petrum misit Cornelio, D. Paulum Macedonibus; hoc tamen, inquit, quòd faciant quod in se est, ex Deo est, ipsorum corda movente.

OBSERVATIO MORALIS.

Judæis inexcusabiliores sunt Christiani, apud quos continuè resonat verbum Dei, et ei tamen vel non credunt, vel non obediunt; aure corporis audiunt, aure cordis non recipiunt.

Duplex est auditus verbi Dei : internus, externus; hic fit aure corporis per externam prædicationem; ille fit aure cordis per consensum datum gratiæ Dei, cordis nostri aurem aperienti. Plerique audiunt ore corporis verbum Dei, sed non audiunt ore cordis, ei non obediunt; imò factis et moribus contradicunt. Auditus externus erit contradicentium condemnatio. Domine Jesu, da mihi cordis auditum, cordis docilitatem, obedientiam verbo tuo, voci gratiæ et sanguinis tui.

Vers. 19. — Sed dico : Numquid Israel non cognovit....? Hâc interrogatione Judæos urget, et eos inexcusabiles ostendere pergit, eò quòd non tantùm audierunt, sed et gentes per verbum Dei conversas viderunt; at illorum conversionem tantùm abest ut imitati sint, quinimò inviderunt, et ex invidiâ indurati sunt in incredulitate suâ; et hæc invidia et induratio reddit eos inexcusabiliores. Ostendit autem hanc Judæorum culpam à Moyse prædictam Deuter. 32, v. 21 : *Ego vos...*, id est, gentilium populum, qui hactenùs non fuit populus meus, et qui vixit insipienter, idola stultè adorando, sic efferam Evangelii mei prædicatione, ut vobis evadant invidendi; et reverà prævideo, et vobis prædico quòd ex illorum conversione ad æmulationem et indignationem concitabimini. Hæc autem invidia et æmulatio notitiam præsupponit : quomodò enim qui ob Evangelium invident aliis, illud non cognoverunt?

Quot Christiani Judæos in hoc imitantur, suâque in sanctos invidiâ damnabiliores evadunt! Verbo Dei suis moribus et vitâ contradicunt, et ob hoc dam-

non omnes, imò verò pauci, leta hæc nuntia quæ Evangelii nomine significantur, quamvis audita, fide recipiant. Causam esse quòd multi suis vitiis, aut suo Judaismo affixi, nolint credere et obedire Evangelio, ideòque oculos, aures et animum avertant ab hâc specie et pulchritudine Evangelii, et evangelizantium.

Isaias enim dicit (utique de Judæis, cap. 53) *Domine, quis credidit auditui nostro?* Domine, quis eorum fidem adhibuit sermonibus quos ex nobis audierunt, quos eis, ut prophetæ tui, prædicavimus? Ita si dicat, perpauci. Loquitur Isaias in personâ apostolorum, q. d. : Pauci admodùm ex Judæis crediderunt nostro sermoni, nostræque evangelizationi. *Auditus* ponitur pro prædicatione, quæ auditur, tanquàm actus pro suo objecto.

Vers. 17. — *Ergo fides ex auditu*, etc., puta per prædicationem apostolorum, qui quasi legati missi à Christo, ejus verbum prædicant.

Vers. 18. — *Sed dico, numquid non audierunt?* q. d. : Dixi fidem debere nasci ex auditu, auditum autem debere nasci ex prædicatione verbi Dei et Christi : jam verò, vel quin verò dico, et interrogo, numquid non de facto hunc auditum habuerunt, numqui! non audierunt Evangelium omnes gentes? q. d. : Omninò audiverunt, id est, partim audierunt, partim audient.

Et quidem in omnem terram exivit sonus eorum, et in fines orbis terræ verba eorum; præteritum ergo hic ponitur pro futuro, prophetico more, ob rei futuræ certitudinem : quod enim prophetæ futurum prædicunt, tam certò fiet, ac si jam factum esset. Non ergo sentit Apostolus omnes omnium seculorum homines audivisse; quod constat verum non esse : sed significat, tempore præordinato à Deo prædicatum esse, et prædicari Evangelium, ut per totum mundum audiatur.

Vers. 19. — *Sed dico, numquid Israel non cognovit?* scilicet gentibus etiam prædicandum esse Evangelium : licèt enim hoc scire nolit et invideat; scire tamen debuit et potuit ex Moyse et Isaiâ, qui hoc prædixerunt, uti patet ex eorum verbis, quæ hic cito, et subnecto. Ita Origenes, q. d. : Adeò verum est,

nandi sunt; sed insuper sanctos verbo Dei obedientes oderunt, illis invident, hincque damnabiliores fiunt.

Heu! caveamus ne aliorum salus, ob invidiam nostram, majoris sit nostræ damnationis occasio: humiliemus nos ob infidelitatem nostram; gratias agamus Deo ob aliorum sanctitatem et fidelitatem; sicque aliorum sanctimonia nostræ conversionis et sanctificationis erit occasio.

Vers. 20.—Isaias autem audet, et dicit... Tandem ex Isaiâ probat quòd aliquando convertendi erant gentiles, Judæi autem indurandi. Audacter enim et liberè, Judæorum offensam non veritus, dicit in personâ Christi de gentibus:

Inventus sum, fide, scilicet ex auditu apostolorum conceptâ; à gentilibus, qui suis idolis intenti, nec ... me cogitabant, nec me quærebant.

Palam apparui; Græc., *conspicuus factus sum;* scilicet, per apostolorum prædicationem illis ipsis gentilibus, qui non me, sed idola sua consulere et interrogare solebant. Hanc habemus Deo gratiam, nos qui de gentilium numero sumus; nos ipse quæsivit, dùm ab eo eramus aversi; nobis sese manifestavit, dùm de eo ne cogitabamus quidem; sed ad quid nos quæsivit, et apparuit nobis? ut salvet nos, ut suæ fa-

gentibus prædicandum esse Evangelium, ut idipsum futurum prophetæ Judæis prædixerint, ideòque Judæis hoc ipsum cognitum est, aut esse debet.

Primus Moyses dicit (Deut. 32): *Ego ad æmulationem vos adducam in non gentem*, id est, æmulari faciam, ad æmulationem provocabo, *in gentem insipientem, in iram vos mittam*, hoc est, ego Deus vos, ô Judæi, qui repellitis Evangelium, ad iram et invidiam concitabo, *in*, id est, per *non gentem*, puta per gentiles, qui non fuerunt hactenùs gens mea, quos ad Christi gratiam vocabo, vobisque, ô Judæi, in hâc gratiâ et Ecclesiâ meâ præponam: *in*, id est, per *gentem insipientem*, puta per gentiles, qui hactenùs insipienter vixerunt, et stultè adorârunt idola, *in iram vos mittam*, bilem et invidiam jam dictam vobis commovebo.

Vers. 20. — *Isaias autem audet, et dicit*, audacter et liberè loquitur, non veritus suorum offensionem. Nam propter hæc et similia liberè et animosè à se dicta et prophetata serrâ dissectus est Isaias à Manasse, et Judæis, ut habet certissima traditio Hebræorum, ait S. Hieronymus. Dicit autem non ex suâ, sed Dei, vel Christi personâ, cap. 65.

ciei manifestatione faciat in æternum beatos. O bonitas! ô misericordia! æternâ gratiarum actione digna.

Vers. 21. — Ad Israel autem dicit tota die. Græc., *totam diem*, etc. De Israel autem idem Isaias in personâ Christi dicit: *Omni die*, perpetuò, frequentissimè; toto vitæ meæ tempore, expandi manus meas, per meam et apostolorum meorum prædicationem, per infinita miracula, à me et à meis facta. Potest etiam intelligi de extensione manuum Christi morientis in cruce pro populo isto, Christi carnifice et occisore. At populus Judæus ad hæc omnia non attendens, incredibili obstinatione noluit credere; imò contradixit et Christo et discipulis ejus; et hæc obstinatio illorum perditionis est causa. Hæc audientes attendamus ad nos ipsos: nonne Christi manus totâ die sunt ad nos apertæ, ad dandum nobis, ad protegendum nos, ad recipiendum nos in sinu misericordiæ, ad quem vocat, cujusque viam monstrat? sed, heu! nonne Judæis ingratiores, Christo corde, moribus et vitâ contradicimus? nonne dona gratiæ contemnimus? nonne ipsius auxilium repellimus? nonne misericordiis abutimur. Timeamus ergo ne illorum damnationem sentiamus, quorum ingratitudinem imitamur. Christo credamus, Christo obediamus, Christo credentes et obedientes, Deo vivamus et moriamur. Amen.

Inventus sum à non quærentibus me, præteritum pro futuro positum more prophetico, ob rei certitudinem. Sensus: Invenient me fide ex auditu conceptâ, qui me non quærebant, ac de me nihil cogitabant, occupati in cultu falsorum Deorum, scilicet populus gentilis. Usu Scripturæ *quærere Deum* dicuntur, qui Deum colere volunt, et Deo placere, atque in eo bono proficere, quasi nondùm assecuti totum quod cupiunt.

Palam apparui iis qui me non interrogabant, puta illis ipsis gentibus, quæ non me, sed suum Jovem, Martem, Venerem consulebant et interrogabant: postea, auditâ verbi prædicatione, tracti per gratiam meam, quærere me cœperunt.

Vers. 22. — *Ad Israel autem dicit* (de Israel autem dicit): *Totâ die expandi manus meas ad populum non credentem, et contradicentem;* per prædicationem Christi et apostolorum ejus, et per crebra miracula ab eis facta, continuè velut expansis ad amplectendum manibus præbui me cognoscendum populo Judaico; qui tamen persuaderi non potuit ut crederet, sed semper contradixit, ac restitit evangelicæ prædicationi: ut juxta Simeonis oraculum factus sit illis Christus in signum cui contradicatur, Luc. 2.

Corollarium doctrinale confirmans quæ in præcedentis capitis corollario dicta sunt.

Meritò divus Joannes Chrysostomus in fine hujus capitis dicit: « Vide quomodò omnium quæ supra posuerat dubiorum apertissimam solutionem adduxerit, probans Judæorum perditionem ab ipsorum obstinatâ voluntate profectam esse, ita ut omninò venià sint indigni. » Audierunt enim verbum Dei, illud intellexerunt; illos Deus vocavit, ad illos manus extendit omni tempore, id est, sedulò vocavit; tandem ut venirent zelotypiæ passionem excitavit. « Fit sæpenumerò, ait idem Divus Joannes Chrysostomus, ut puer vocatus à patre non accedat, sed obstinatè renuat; ubi primùm viderit alium quempiam puerum ad patrem accedere, ultrò et ipse ad paternos sinus accurrit; ita ut efficiat æmulatio, quod non potuit sedula advocatio. » Sic Deus Judæorum salutem volens, illos non advocavit solùm, ad ipsosque manus extendit; sed et zelotypiæ passionem in ipsis excitavit, dùm gentiles, quos ut viles aspernabantur, ad se vocavit, in suam Ecclesiam introduxit, suumque populum declaravit; verùm neque sic accesserunt Judæi; quâ ergo venià digni sunt? nullâ sanè. Ubi notabis veram rejectionis Judæorum causam, ipsorum esse obstinatam in suâ incredulitate pertinaciam; non verò ipsorum ab æternâ salute reprobationem, de quâ non agit, et ad quam non recurrit Apostolus; sed ad ipsorum incredulitatem, et contradictionem. Gentes verò

vocatæ, quæsitæ, venerunt, consenserunt. *Apparui*, conspicuus factus sum : ecce gratia præveniens et vocans ; *inventus sum*, inventum apprehenderunt gentes, conspicuum agnoverunt, et in ipsum adjuvante Dei gratiâ crediderunt : ecce cooperatio et salus gentium.

Sicque totum hoc caput confirmat quod in præcedenti capite dictum est.

CAPUT XI.

1. Dico ergo : Numquid Deus repulit populum suum ? Absit ! Nam et ego Israelita sum, ex semine Abraham, de tribu Benjamin :

2. Non repulit Deus plebem suam, quam præscivit. An nescitis in Eliâ quid dicit Scriptura : quemadmodùm interpellat Deum adversùm Israel ?

3. Domine, prophetas tuos occiderunt, altaria tua suffoderunt ; et ego relictus sum solus, et quærunt animam meam.

4. Sed quid dicit illi divinum responsum ? Reliqui mihi septem millia virorum, qui non curvaverunt genua ante Baal.

5. Sic ergo et in hoc tempore, reliquiæ secundùm electionem gratiæ salvæ factæ sunt ;

6. Si autem gratia, jam non ex operibus, alioquin gratia jam non est gratia.

7. Quid ergo? quod quærebat Israel, hoc non est consecutus ; electio autem consecuta est ; cæteri verò excæcati sunt :

8. Sicut scriptum est : Dedit illis Deus spiritum compunctionis ; oculos ut non videant, et aures ut non audiant, usque in hodiernum diem.

9. Et David dicit : Fiat mensa eorum in laqueum, et in captionem, et in scandalum, et in retributionem illis.

10. Obscurentur oculi eorum ne videant ; et dorsum eorum semper incurva.

11. Dico ergo : Numquid sic offenderunt ut caderent? Absit ! Sed illorum delicto, salus est gentibus ut illos æmulentur.

12. Quòd si delictum illorum divitiæ sunt mundi, et diminutio eorum divitiæ gentium, quantò magis plenitudo eorum !

13. Vobis enim dico gentibus : Quamdiù quidem ego sum gentium apostolus, ministerium meum honorificabo,

14. Si quomodò ad æmulandum provocem carnem meam, et salvos faciam aliquos ex illis.

15. Si enim amissio eorum reconciliatio est mundi, quæ assumptio, nisi vita ex mortuis?

16. Quòd si delibatio sancta est, et massa ; et si radix sancta, et rami.

17. Quòd si aliqui ex ramis fracti sunt, tu autem cùm oleaster esses, insertus es in illis, et socius radicis et pinguedinis olivæ factus es,

18. Noli gloriari adversùs ramos ; quòd si gloriaris, non tu radicem portas, sed radix te.

19. Dices ergo : Fracti sunt rami, ut ego inserar.

20. Benè : Propter incredulitatem fracti sunt ; tu autem fide stas : noli altum sapere, sed time.

CHAPITRE XI.

1. Que dirai-je donc ? Est-ce que Dieu a rejeté son peuple? Non certes ; car moi même je suis Israélite de la race d'Abraham, de la tribu de Benjamin.

2. Dieu n'a point rejeté son peuple qu'il a connu dans sa prescience. Ne savez-vous pas ce qui est rapporté d'Élie dans l'Ecriture? de quelle manière il demande justice à Dieu contre Israël :

3. Seigneur, ils ont tué vos prophètes, ils ont démoli vos autels ; je suis demeuré seul, et ils me cherchent pour m'ôter la vie ?

4. Mais qu'est-ce que Dieu lui répond ? Je me suis réservé sept mille hommes qui n'ont point fléchi le genou devant Baal.

5. De même donc en ce temps Dieu a sauvé ceux qu'il s'est réservés selon l'élection de sa grâce.

6. Si c'est par grâce ce n'est donc pas par les œuvres ; autrement la grâce ne serait plus grâce.

7. Après cela, que dirons-nous, sinon qu'Israël, qui recherchait la justice, ne l'a point trouvée ; mais que ceux-là seuls l'ont trouvée, qui ont été choisis de Dieu ; et que les autres ont été aveuglés,

8. Selon qu'il est écrit : Dieu leur a donné jusqu'à ce jour un esprit d'assoupissement et d'insensibilité, des yeux pour ne point voir, et des oreilles pour ne point entendre?

9. Et David dit encore d'eux : Que leur table leur soit un filet où ils se trouvent enveloppés ; qu'elle leur devienne une pierre de scandale, et qu'elle soit leur juste punition.

10. Que leurs yeux soient tellement obscurcis qu'ils ne voient point ; et faites qu'ils soient toujours courbés contre terre.

11. Que dirai-je donc? Les Juifs sont-ils tombés de telle sorte que leur chute soit sans ressource? A Dieu ne plaise ! mais leur chute est devenue une occasion de salut aux gentils, afin que l'exemple des gentils leur donnât de l'émulation pour les imiter.

12. Que si leur chute a été la richesse du monde, et si leur diminution a été la richesse des gentils, combien leur plénitude enrichira-t-elle le monde encore davantage !

13. C'est pourquoi je vous dis, à vous qui êtes gentils, que tant que je serai l'apotre des gentils, je travaillerai à rendre illustre mon ministère,

14. Pour tâcher d'exciter de l'émulation dans l'esprit de ceux qui me sont unis selon la chair, et d'en sauver quelques-uns.

15. Car si leur réprobation est devenue la réconciliation du monde, que sera leur rappel, sinon un retour de la mort à la vie ?

16. Car si les prémices des Juifs sont saintes, la masse l'est aussi ; et si la racine est sainte, les rameaux le sont aussi.

17. Si donc quelques-unes des branches ont été rompues, et si vous, qui n'étiez qu'un olivier sauvage, avez été enté parmi celles qui sont demeurées, et avez été fait participant de la sève qui sort de la racine de l'olivier,

18. Vous ne devez pas vous élever de présomption contre les branches naturelles : si vous pensez vous élever au-dessus d'elles, considérez que ce n'est pas vous qui portez la racine, mais que c'est la racine qui vous porte.

19. Vous direz peut-être : Ces branches ont été rompues afin que je fusse enté en leur place.

20. Il est vrai ; elles ont été rompues à cause de leur incrédulité : et pour vous, vous demeurez ferme par votre foi ; mais prenez garde à ne pas vous élever, et tenez-vous dans la crainte.

21. Si enim Deus naturalibus ramis non pepercit, ne fortè nec tibi parcat.

22. Vide ergo bonitatem et severitatem Dei : in eos quidem, qui ceciderunt, severitatem; in te autem bonitatem Dei, si permanseris in bonitate; alioquin et tu excideris.

23. Sed et illi, si non permanserint in incredulitate, inserentur; potens est enim Deus iterùm inserere illos.

24. Nam si tu ex naturali excisus es oleastro, et contra naturam insertus es in bonam olivam, quantò magis ii qui secundùm naturam inserentur suæ olivæ!

25. Nolo enim vos ignorare, fratres, mysterium hoc (ut non sitis vobis ipsis sapientes), quia cæcitas ex parte contigit in Israel, donec plenitudo gentium intraret.

26. Et sic omnis Israel salvus fieret, sicut scriptum est : Veniet ex Sion, qui eripiat, et avertat impietatem à Jacob;

27. Et hoc illis à me testamentum, cum abstulero peccata eorum.

28. Secundùm Evangelium quidem, inimici propter vos; secundùm electionem autem, charissimi propter patres :

29. Sine pœnitentiâ enim sunt dona et vocatio Dei.

30. Sicut enim aliquando et vos non credidistis Deo, nunc autem misericordiam consecuti estis propter incredulitatem illorum,

31. Ita et isti nunc non crediderunt in vestram misericordiam, ut et ipsi misericordiam consequantur.

32. Conclusit enim Deus omnia in incredulitate, ut omnium misereatur.

33. O altitudo divitiarum sapientiæ et scientiæ Dei! quàm incomprehensibilia sunt judicia ejus, et investigabiles viæ ejus!

34. Quis enim cognovit sensum Domini? aut quis consiliarius ejus fuit?

35. Aut quis prior dedit illi, et retribuetur ei?

36. Quoniam ex ipso, et per ipsum, et in ipso sunt omnia : ipsi gloria in secula. Amen.

21. Car si Dieu n'a point épargné les branches naturelles, vous devez craindre qu'il ne vous épargne pas aussi.

22. Considérez donc la bonté et la sévérité de Dieu; sa sévérité envers ceux qui sont tombés, et sa bonté envers vous, si toutefois vous demeurez ferme dans l'état où sa bonté vous a mis, autrement vous serez aussi retranché.

23. Si eux-mêmes ne demeurent pas dans leur incrédulité, ils seront de nouveau entés sur leur tige, puisque Dieu est tout-puissant pour les enter encore.

24. Car si vous avez été coupé de l'olivier sauvage, qui était votre tige naturelle, pour être enté contre votre nature sur l'olivier franc, à combien plus forte raison ceux qui sont les branches naturelles de l'olivier même, seront ils entés sur leur propre tronc!

25. Car je ne veux pas, mes frères, que vous ignoriez ce mystère, afin que vous ne soyez point sages à vos propres yeux, qui est qu'une partie des Juifs est tombée dans l'aveuglement, jusqu'à ce que la plénitude des gentils soit entrée dans l'Eglise.

26. Après quoi, tout Israël sera sauvé, selon qu'il est écrit : Il sortira de Sion un libérateur qui bannira l'impiété de Jacob;

27. Et c'est là l'alliance que je fais avec eux, lorsque j'aurai effacé leurs péchés.

28. Il est vrai que, selon l'Evangile, ils sont maintenant ennemis, à cause de vous; mais, selon l'élection, ils sont très-aimés, à cause de leurs pères.

29. Parce que les dons et la vocation de Dieu sont immuables, et il ne s'en repent point.

30. Car, comme autrefois vous ne croyiez point en Dieu, et que vous avez ensuite obtenu miséricorde, à cause de l'incrédulité des Juifs,

31. De même à présent les Juifs n'ont point cru, afin que vous reçussiez miséricorde, et afin qu'à leur tour ils reçoivent eux-mêmes miséricorde.

32. Car Dieu a renfermé tous les hommes dans l'incrédulité, afin de pouvoir exercer sa miséricorde envers tous.

33. O profondeur des trésors de la sagesse et de la science de Dieu! que ses jugements sont incompréhensibles et ses voies impénétrables?

34. Car qui a connu les desseins de Dieu? ou qui est entré dans le secret de ses conseils?

35. Ou qui lui a donné quelque chose le premier pour en prétendre récompense?

36. Car tout est de lui, tout est par lui, et tout est en lui : à lui seul soit gloire dans tous les siècles. Amen.

ANALYSIS.

Quia in cap. 9 *et* 10 *docuit Apostolus gentiles per fidem ad justitiam et salutem ascitos, Judæos verò ob infidelitatem suam à justitiâ et à salute rejectos,*

Hinc in hoc undecimo capite Judæos solatur, gentilibus autem abscindit ansam gloriandi.

Primo itaque versu Judæorum tenit dolorem, ex eo quòd non omnis Israel à Deo sit repulsus; idque primùm suo Paulus exemplo probat : Nam et ego Israelita sum, *et tamen fidelis; deinde et Dei testimonio Eliæ dicentis :* Reliqui mihi 7000, etc. *Sicut hujus prophetæ temporibus multos sibi Deus fideles servos reservavit in Israel, sic et nunc per suam gratiam.*

℣ 7. *Rem palàm aperit, scilicet quòd isti multi fideles, per Dei gratiam reservati, in minore sint numero; cæteri autem omnes in maximo numero excæcati sint, juxta prophetarum vaticinia, quæ citat v.* 8, 9, 10.

Hinc v. 11 *rursùs Judæos solatur; sic tamen ut simul gentiles doceat non superbire, nec Judæos spernere, tum quia hic Judæorum lapsus non est irreparabilis; tum quia hic eorum casus fuit gentilibus salus; si autem eorum lapsus fuit mundi salus, quid erit eorum integra conversio?*

℣ 13. *Paulus gentium apostolus gentiles monet se suum sic inter eos ministerium implere, ut etiam Judæorum saluti per æmulationem procurandæ intendat (suum ergo gentiles imitentur exemplum), quia Judæorum ad fidem assumptio, erit quasi mundi resurrectio.*

℣ 16. *Judæi sunt è massâ sanctâ, et in sanctis patriarchis Deo consecratâ; sunt rami è radice sanctâ : licet autem eorum quamplurimi sint fracti, et gentiles in*

corum locum insiti, ne tamen propterea Judæos spernant gentiles, tum quia ipsi in radice Judaicâ sunt insiti; tum quia et ipsi possunt facile frangi et excidere: si enim Deus naturalibus ramis non pepercit, quantò minùs insititiis! Dei itaque in Judæos severitatem metuant; Dei erga se bonitatem ament, et suâ fidelitate conservent.

℣ 23. *Judæi, si ab infidelitate suâ velint recedere, suæ rursùs oleæ inserentur, et eò faciliùs, quò naturales sunt rami. Reverà inserentur, ubi plenitudo gentium in Ecclesiam intrârit; tunc enim et tota Judæorum natio ad Christi fidem convertetur, Deo ob patres semper chara.*

℣ 30. *Sicut aliquando gentiles fuerunt incrédeli, et per Dei misericordiam, occasione incredulitatis Judæorum, ad fidem sunt adducti, ita vicissim Judæi gentilium exemplo provocati, aliquando credent in Christum, Deique misericordiam consequentur: conclusit ergo Deus omnes sub peccato, ut omnium misereatur.*

℣ 33. *Et hæc, id est, et hanc fidelitatis et infidelitatis vicissitudinem in Judæis et gentilibus, hancque Dei erga utrosque providentiam admirans Apostolus, exclamat: O altitudo!* etc.

PARAPHRASIS.

1. Dixi Judæos à Deo repulsos; sed nunc quæro: Ergone Deus populum suum planè repulit? non hoc dico; ego etenim sum ex illo populo, non ascititius; sed ex stirpe Abrahæ, de tribu Benjamin progenitus; et tamen fide christianus, imò et apostolus Christi.

2. Non repulit Deus eam plebis suæ partem, quam prævidit gratiæ suæ fore fidelem, et in Christum credituram. Certè vos non latet quod in lib. 3 Regum scriptum est, ubi Elias Deum alloquens, Israelem incusat, quasi totus à Dei cultu defecerit, et ad idololatriam delapsus sit.

3. Domine, inquit, prophetas tuos occiderunt, altaria tua subverterunt; et ego solus tuî cultor relictus sum, et quærunt auferre mihi vitam meam.

4. Sed quid Eliæ sic loquenti divinitùs responsum est? Non tu solus, ut putas, verus Dei cultor, idola non adoras, sed per gratiam meam septem millia virorum mihi reservavi, qui non curvaverunt genua coram idolo Baal.

5. Sic et in hoc legis evangelicæ tempore pauci Judæi credentes in Christum, per gratuitam Dei electionem justificati sunt; paucos dico, et quasi reliquias, præ multitudine incredulorum, licèt illi pauci reverà sint multi.

6. Si autem hæc electio gratuita est, ut dixi, ergo justificatio non fit ex operibus legis, sed gratis ex virtute Christi, per fidem vivam nobis applicatâ.

7. Quid est igitur quod doceo? nimirùm quòd major pars populi Israelitici, quæ justitiam ex operibus legis quærebat, eam non est assecuta ob incredulitatem suam; minor autem illius populi pars, in Christum credens, electa est ad justitiam; cæteri verò incredulitate suâ excæcati et obdurati sunt.

8. Sicut ab Isaiâ, cap. 29, 10, prædictum est: quia Deo rebelles Christum rejecerunt, dedit illis Dominus spiritum soporis, qui omnem illis adimat sensum; ita ut oculos habentes, non videant, et auribus non audiant. Tales sunt erga Christum in hunc usque diem.

9. Idem prædixit et David dicens, Psalm. 69, 23: Mensa illorum vertatur illis in laqueum quo capiantur, et in offendiculum in quod impingant; hoeque illis eveniat in justam suæ punitionis vindictam.

10. Obscurentur mentis eorum oculi, ita ut cœlestia nec videant, nec desiderent; sed mente et corde curvi, et ad terram propensi, terrena tantùm videant et sapiant.

11. Sed quæro: Ergone maxima pars Judæorum ita lapsi sunt, ut prorsùs conciderint, sine ullâ spe resurgendi? imò verò resurgent. Interim eorum casu Deus utitur tanquàm occasione ad salutem gentium; et aliquando gentilium conversione utetur ad excitandam Judæorum æmulationem, ut et ipsi convertantur.

12. Quòd si lapsus Judæorum fuit occasio divitiarum mundi, per dilatationem fidei inter gentes toto orbe diffusas; et si rejectio Judæorum incredulorum fuit occasio sanctificandæ multitudinis infinitæ gentilium, quantò magis plenaria omnium Judæorum conversio mundum et gentiles ditabit!

13. Vobis enim gentilibus palàm dicere non vereor quòd quatenùs sum gentium apostolus, apostolatûs mei ministerium honorificabo.

14. Nihil non faciens vestrâ quidem causâ, sed et etiam ut vestræ sanctificationis exemplo, quasi stimulo, excitem Judæos contribules meos ad æmulationem vestrî; sicque provocati saltem eorum aliqui convertantur ad Christum, et salventur.

15. Si enim eorum ob infidelitatem rejectio fuit occasio mundi cum Deo reconciliationis, quid erit eorum ad fidem conversio, nisi quasi quædam mundi à mortuis resurrectio? hanc itaque conversionem et vos mecum optate.

16. Hæc Judæorum ad fidem conversio, et per fidem vera sanctificatio, eò magis speranda est, quòd hic populus sit in suis patribus et in suâ radice moraliter sanctificatus; sicut fruges per primitias sanctificantur, et rami arboris per radicem sanctam, quæ suam quasi sanctificationem in ramos trajicit.

17. Fateor quòd aliqui rami ab arbore hâc sanctâ defracti sunt; tu autem, ô gentilis, cùm esses oleæ sylvestris et infructuosæ surculus, insitus es inter ramos illius arboris, cujus radix sancta; et factus es particeps succi pinguis, quem naturales rami ex oleæ radice sugunt.

18. Hinc vide ne propterea glorieris adversùs ramos rejectitios; quòd si efferris animo, memento quòd à radice Judaicâ sustineris et foveris; illa nihil à te trahit, tu verò ab eâ fidei spiritum habes; illa nihil tibi debet, tu multùm illi.

19. Fortè gloriandi ansam arripies, dicens: Fracti

sunt naturales rami, ut ego gentilis insererer.

20. Concedo quod dicis; sed memento quòd propter suam incredulitatem fracti sunt; tu autem per fidem oleæ insertus es, et in eâ nunc stas; ne propterea superbias, sed potiùs time, ne, sicut et illi, per infidelitatem frangaris et decidas.

21. Si enim Deus naturales ramos ob infidelitatem rejecit, vide ne, si à fide deficias, et te similiter frangat et rejiciat.

22. Ut ergo non superbias, sed ut cum humilitate Deo gratias agas, vide et time ex unâ parte, Dei in incredulos severitatem; ex alterâ verò parte, Dei erga te, qui credis, bonitatem; hanque in te Dei bonitatem fide et bonis operibus conserva : alioquin et tu amputaberis, et rejicieris amputatus.

23. Sed et Judæi, si suam deserant incredulitatem, rursùs in hanc sanctam oleam inserentur; id enim omnipotenti Deo non tantùm possibile, sed et facillimum.

24. Nam si tu, gentilis, præter morem ex oleastro excisus es infrugifero, et frugiferæ insertus olivæ, quantò faciliùs Judæi, qui sunt rami naturales, suæ rursùs inserentur olivæ!

25. Hic, fratres, vobis aperire volo quoddam arcanum, quod fortè silentio tegerem, nisi vestrâ referret me loqui, ne de vestrâ fide superbiatis, et in Judæos incredulos insolescatis; hoc ergo arcanum quod vobis aperio, est quia cordis cæcitas in parte Judaici populi contigit, et durabit donec in Ecclesiam introierit eorum gentilium numerus, qui sunt credituri.

26. Et cùm completus fuerit gentilium conversorum numerus, tunc tota Judæorum natio convertetur, et ad salutem veniet, sicut scriptum est : Veniet ex Sion, etc.

27. Et hoc est fœdus quod pepigi, etc.

28. Et quidem plerique ob Evangelium Christi, quod rejiciunt, Deo sunt exosi; quatenùs autem ex sanctis patribus orti sunt, et ad gentem à Deo electam pertinent, Deo sunt chari ob sanctos patres.

29. Quia immutabilia sunt absoluta Dei dona et promissa.

30. Sicut enim vos, ô gentiles, aliquando eratis increduli, nunc autem occasione incredulitatis Judæorum, per Dei misericordiam ad finem adducti estis.

31. Ita vicissim Judæi nunc Christi fidei et gratiæ, quam recipitis, non credunt; ut vestræ fidei exemplo et occasione provocati, aliquando credant, et unà vobiscum misericordiam assequantur.

32. Sic itaque Deus ineffabili consilio permisit omnes in infidelitatem successivè delabi; ut omnes sentiant se, non suo merito, sed gratuitâ Dei misericordiâ salvatos.

33. Cujus divini consilii rationem cùm explicare non valeam, exclamare liceat : O altitudo et profunditas divinæ misericordiæ, et sapientiæ et scientiæ Dei! quàm inscrutabilia sunt judicia, seu decreta ejus, et ininvestigabiles viæ, seu modi, quibus illa exsequitur!

34. Quis enim cognovit unquàm mentem Domini? aut quis illi fuit à consiliis?

35. Quis prior dedit Deo, ut ei Deus vicem reddere debeat? nullus sanè.

36. Quandoquidem à Deo, velut Creatore, sunt omnia; per ipsum, velut conservatorem, subsistunt omnia; in ipso, velut in fine, consistunt et continentur omnia; seu ad ipsum, velut ad finem, tendunt omnia. Ipsi uni ob id debetur honor, laus et gloria in secula. Amen.

COMMENTARIA.

Vers. 1. — Dico ergo : Numquid Deus repulit populum... Quia superiùs dixit, Judæos ob incredulitatem suam à Deo rejectos, et à justitiâ cecidisse, gentes autem propter fidem ad justitiam ascitos, objicit sibi per interrogationem : Ergone verum est quòd Deus populum suum repulerit, ne fiat particeps benedictionum in Christo promissarum?

Absit! Respondet quòd non; idque suo probat exemplo : nam et ego Israelita sum, et tamen fidelis, christianus et apostolus.

Vers. 1. — *Dico ergo : Numquid Deus repulit populum suum? Absit!* Dico, inquit, et quæro occasione testimoniorum quæ ex Moyse et Isaiâ adduxi : num igitur Deus repulit populum suum Israeliticum, ut non fiat particeps benedictionis promissæ in Christo? Absit hoc; non repulit Deus populum suum omninò atque in totum.

Nam et ego Israelita sum ex semine Abraham, de tribu Benjamin, fidelis tamen et christianus. Tales quoque sunt apostoli, multique alii, ex Judæis credentes. Non ergo repulit Deus absolutè populum suum, sed tantùm eos, qui Christo credere nolunt.

Vers. 2. — *Non repulit Deus plebem suam, quam præsciv*it. Sensus : Non repulit Deus populum suum Israeliticum quâ parte eum præscivit, seu præordinavit, id est, prædilexit, elegit, ac proprie suum esse populum voluit : in quo beneplacitum est ei ab æterno, secundùm illud Psal. 149 : *Beneplacitum est Domino in populo suo*, ac si clarè dicat Apostolus : Quem præordinavit ab æterno ad salutem. Hoc enim Apostolo est *præscire*. Sic et Augustinus interpretatur ac pluribus declarat, lib. de Bono perseverantiæ, cap. 18, nec secùs Aquinas, Lyranus, Toletus, et alii.

Vers. 2. — Non repulit Deus plebem suam, quam præscivit, id est, non repulit eam plebis suæ partem, quam præscivit gratiam sibi gratis oblatam spontè admissuram, fore fidelem, et in Christum credituram.

An nescitis in Elia, id est, in Eliæ personâ, vel de Eliâ, per hebraismum. An nescitis quid Scriptura, 3 Reg. 19, dicat, ubi Elias zelo Dei motus, colloquitur cum Deo contra Israelem, quasi totus à Dei cultu defecerit, et ad impietatem et idolo'atriam delapsus fuerit.

An nescitis in Elia quid dicit Scriptura? In Eliâ, hoc est de Eliâ, vel in nostris Eliæ, quæ scribuntur 3 Reg. 19, ubi Elias apud Deum queritur, eumque interpellat adversùm Israelitas, qui adversùm Achab regem Israel, ejusque uxorem Jezabel, eorumque asseclas.

Quomodo adversùs Israel Deum adversùm Israel? adversùs eum postulat, vel auxilium, vel ultionem, tanquam totus à Dei cultu ad impietatem delapsus esset.

VERS. 3. — DOMINE, PROPHETAS TUOS OCCIDERUNT... Hæc dicit Elias mœrore confectus, et omnia putans deperdita, seque solum Dei cultorem existimans esse superstitem. Nec enim Deus prophetas suos de omnibus certos facit; sed illis sæpè et electis suis manifestat tantùm mala quæ fiunt, et quæ Deum inhonorant, ut illos exerceat et probet, eorumque zelum accendat.

ALTARIA TUA SUFFODERUNT, id est, in tuî contemptum everterunt. Hæc altaria, de quibus hìc, erant illa quæ in decem tribubus Israel erant in excelsis exstructa, tempore quo non permittebatur ad templum ire; sicque cessare videbatur lex Deuter. 16, 2, quæ id fieri vetabat. Hæc altaria impiè ab Achab et Jezabel eversa sunt, quia ex odio Dei cultûsque divini, piè ab Ezechiâ et Josiâ eversa sunt, quia vetita, Deuter. 16.

VERS. 14. — SED QUID DICIT ILLI DIVINUM RESPONSUM...? id est, non omnes, ut putas, ad idola deflexerunt, vel occisi sunt; sed per gratiam meam conservavi et à nece, et ab idolorum cultu septem millia, qui genua non flexerunt ANTE BAAL. Græc. τῇ Βάαλ, femin., id est, statuæ Baal; SEPTEM MILLIA, id est, multa millia, finitum pro infinito.

Septenarius numerus apud Hebræos significat multitudinem, propter sabbatum, ait Cornel. à Lapide, et exemplis probat.

OBSERVATIO MORALIS.

Ab exemplo Eliæ discamus gloriam Dei zelare, de ipsius offensis dolere, mœrore confici ob paucitatem eorum qui ipsum verè diligunt et colunt, qui veritatem sectantur, justitiamque tuentur; at divino edocti oraculo, ne judicemus, ne diffidamus; sed Deum adorantes, ipsius nos voluntati subjiciamus, confisi et persuasi quòd sit omnipotens, nullumque permittat malum, quin ex eo bonum aliquod sit eliciturus. Persuasi præterea quòd quantuscumque videatur esse peccatorum numerus, multos tamen Deus à seculi corruptione conservat; multos habet servos sibi fideles, et qui genua ante idola non flectunt, sed qui ipsum piè colunt. His ergo fidelibus Dei servis uniamur animo, licèt nobis sint incogniti, et cum illis Deum verè colamus, adoremus.

VERS. 3. — *Domine, prophetas tuos occiderunt, altaria tua suffoderunt.* Verisimile est Eliam loqui de altaribus quæ passim in excelsis studio quodam pietatis Deo vero erecta fuerant; maximè postquàm decem tribus regum suorum tyrannide prohibitæ fuerunt, ne Hierosolymam ascenderent sacrificii causâ. Quamvis enim id in lege vetitum esset, ac rectè fecerint Ezechias et Josias reges Juda, etiam ejusmodi aras evertendo; tamen impium erat eas subvertere odio cultûs Dei Israel, uti fecerunt Achab et Jezabel cum suo populo. Tale erat altare quod instauravit Elias in monte Carmeli, 3 Reg. 18.

Et ego relictus sum solus, et quærunt animam meam, quod est, insidiantur vitæ meæ, quærunt me ad perdendum. Dixit hoc Elias mœrens, afflictus, et ex mœstitiâ pusillanimis, æstimans omnia perdita esse, et longè deteriora, quàm reverà erant: unde pusillanimitatem ejus, pariter et errorem corrigit hic Dominus.

VERS. 4. — *Sed quid dicit illi divinum responsum?* etc.: Sanctos suos Deus conservat, abscondit, custodit: *Conserva me, Domine, quoniam defecit sanctus. Abscondе me sub umbrâ alarum tuarum. Custodi me ut pupillam oculi*, quoniam speravi in te et in auxilio gratiæ tuæ.

Ama nesciri et de ignotorum, absconditorum fidelium esse numero. *Novit Dominus qui sunt ejus.* Hoc tibi sufficiat. Absconde me, Domine; ut absconditum conserva, custodi, protege.

Si nos lateat divinæ Providentiæ ratio, quod sæpè fit, maximè ubi res susque deque versæ videntur, ignotum tamen Deum tunc adoremus, et invisibilem cum Moyse, tanquàm videntes sustineamus.

VERS. 5. — SIC ERGO ET IN HOC TEMPORE, promulgati scilicet Evangelii; RELIQUIÆ, id est, pauci Judæi credentes in Christum; pauci, inquam, præ infinitâ non credentium multitudine; ita ut paucæ reliquiæ videantur, licèt reverà illi pauci multi sint et innumeri.

SALVÆ FACTÆ SUNT, id est, justificatæ sunt; justificatio est salus à peccato et æternæ salutis inchoatio.

SECUNDUM ELECTIONEM GRATIÆ, id est, per electionem gratuitam. De justificatione hìc agi probatum est in c. 9. Vide corollarium cap. illius noni. Justificatio autem est gratuita, nullum adhuc meritum supponens in justificando, etiam positis in illo dispositionibus ad justificationem prærequisitis, v. g., positâ fide, pœnitentiâ et aliis dispositionibus; justificatio est gratuita et *secundum electionem gratiæ*, quia hæ omnes dispositiones nullum propriè dictum jus tribuunt ad justitiam; nec enim suâ naturali vi et efficaciâ disponunt ad justitiam, sed quia Deo placuit ita constituere.

Hinc quærenti cur fidelis pœnitens fuerit à Deo justificatus, responderi potest, 1° quia se per gratiam disposuit; 2° quia Deus gratis voluit: utrumque enim verum est sensu explicato. Et hinc Cornel. à Lap., et post ipsum Tirinus, putant conciliari posse sanctorum Patrum locutiones dissidentes, v. g., D. Chrysostomi dicentis hunc ad justitiam electum, quia gratiæ consentiens credidit; D. Augustini dicentis, quia Deus hunc gratuitò ad justitiam elegit.

VERS. 6. — SI AUTEM GRATIA, JAM NON EX OPERIBUS, ALIOQUIN GRATIA JAM NON EST GRATIA. Additur in quasi dicat: Ne putes, ô Elia, te solum Dei superesse cultorem; reliquos vel esse occisos, vel ad Baal deflexisse. Ecce septem millia meâ providentiâ et gratiâ conservavi, et à nece et ab idololatriâ; qui me æquè colant, ut tu. Rectè quoque adnotant Augustinus et Chrysostomus, non dixisse Dominum: Relicta sunt, sed *reliqui mihi*, videlicet ad commendandum gratiæ suæ beneficium, ac si dicat: Ego per gratiam meam mihi ipsi eos servavi, et ne caderent, aliis tam multis cadentibus, effeci; id est, perseverantiam dedi.

VERS. 5. — *Sic ergo et in hoc tempore, reliquiæ*, etc. Sensus est: Sicut olim Deus per suam gratiam sibi servavit septem millia virorum, qui non flecterent genua ante Baal, licèt id Eliam prophetam Domini lateret; sic et in hoc præsenti tempore, videlicet promulgati Evangelii, per electionem Dei gratuitam, ex populo Judaico Christum recipere nolente, de quo Joan. 1: *Et sui eum non receperunt;* factæ sunt reliquiæ, id est, reliqui sunt, remanserunt, ac servati sunt multi qui Christum reciperent.

VERS. 6. — *Si autem gratia, jam non ex operibus*, si

Græco : *Si autem ex operibus, non ampliùs est gratia; alioquin opus non ampliùs est opus.* Syrus habet similiter, et Arab. versio. Hanc tamen additionem superfluam et non ad D. Pauli mentem arbitratur Erasmus.

Occasione ejus quod dixit immediatè, *secundùm electionem gratiæ*, iterùm inculcat quod docuit supra, justificationem fieri non ex operibus legis, sed ex virtute Christi, quæ per fidem vivam nobis applicatur; alioquin justificatio, quam constat esse gratuitam, non esset gratia, sed merces.

Vers. 7.—Quid ergo? quod quærebat Israel, hoc... Græc., *quod inquirit Israel*, etc. Quid ex dictis sequitur? quòd major pars populi Israelitici, qui quærebat et adhuc quærit justitiam, illam tamen non est assecutus, quia non quærit ubi et quomodò oportet; quærit enim ex operibus legis, cùm debeat quærere ex meritis Christi, per fidem sibi applicatis.

Electio autem..., id est, minor pars illius populi, Judæi nimirùm, qui Christi fidem amplexi sunt; hi à Deo electi ad justitiam, illam assecuti sunt.

Cæteri verò excæcati sunt..., Græc., *obduruerunt;* Syr., *corde suo obcæcati sunt;* id est, cæteri verò qui Christi fidem non amplexi fuerunt, excæcati sunt et indurati, directè et propriè à se suâque malitiâ, indirectè verò à Deo deserente, ut dictum est cap. 9., v. 18, 21, 22.

Vers. 8. — Sicut scriptum est : Dedit illis Deus spiritum... Ostendit hoc prædictum fuisse ab Isaiâ, cap. 29, v. 10, cujus sensum exprimit Apostolus, non verba.

Spiritus compunctionis, seu, ut ait Isaias, *soporis;* est somnus altissimus et profundissimus, qui oculorum et aurium omnem sensum adimat, quasi oculi essent acu compuncti, excæcati. Hunc Spiritum dedit Deus deserendo eos suæ malitiæ, ut supra.

Oculos ut non videant... Hoc sopore lethargo sepulti, nec Christi miraculis, nec prædicatione expergefacti sunt; videntes non viderunt, audientes non audierunt. Vide etiam Isai. cap. 6, v. 10.

Vers. 9. — Et David dicit : Fiat mensa eorum... id est, mensa spiritualis, mensa verbi divini, sacra Scriptura, coram ipsis expansa, quasi mensa, in quâ spiritualiter delicientur, et eorum anima saginetur, vertatur ipsis in laqueum quo capiantur, et in offendiculum in quod impingant. Hocque contingat illis in retributionem, in retaliationem, ait divus Chrysostomus, seu justam vindictam suæ punitionis, quia ex sacris Scripturis noluerunt Christum agnoscere.

Vers. 10. — Obscurentur oculi eorum... ; per oculos intellige mentem, per dorsum, voluntatem ; quasi diceret : Cœlestia nec videant, nec desiderent; sed cœlesti lumine privati, terrena tantùm sapiant, quærant, mente et corde curvi et ad terram propensi. Et hoc in sensu mystico, secundùm D. Paulum. Alius est enim sensus litteralis in Davide.

OBSERVATIO MORALIS.

In his prophetarum verbis prædicitur miserandus per gratiam et gratuitam Dei electionem servatæ sunt reliquiæ quæ in Christum crederent; non igitur ex operibus, id est, ex aliquo operum merito, id consecutæ sunt, scilicet ut tanquàm reliquiæ servarentur, aliis pereuntibus. Sic interpretatur Augustinus, libro de Dono perseverantiæ.

Alioquin gratia jam non est gratia, nam sequeretur, gratiam non esse gratiam. Id, inquam, sequeretur; quia repugnant gratuitum, et debitum; gratia namque sonat aliquid indebitum : meritum autem omne, ut tale, aliquo modo debitum est. Apostolus loquitur non de quibuscumque operibus sed de iis quæ gratiam omnem præveniant, et proindè ad solas naturæ vires referenda sint. Possunt ipsa opera, quibus aliquid meremur, esse gratuitò donata, atque ita sanè res se habet in promerendâ vitâ æternâ. Nam opera quibus eam meremur, à gratiâ Dei promanant; nec alia sunt nostra bona merita quàm Dei dona; quemadmodùm id declarat synodus Tridentina, sess. 6, c. 16. Quantùm autem ad totam hominis salvationem attinet, quam electio respicit; nihil boni meriti eam præcedit, sed ipsa electionis gratia omnium bonorum operum ac totius renovationis nostræ causa est.

Vers. 7. — *Quid ergo?* supple, dicemus, vel, quid sequitur ex dictis?

Quod quærebat Israel, hoc non est consecutus. Sensus est : Judæi justitiam quam quærebant et sectabantur, et adhuc quærunt, non sunt assecuti : quia non eam quæsierunt, nec quærunt quemadmodùm oportet. Quærunt enim ex operibus, cùm illa solùm habeatur ex gratiâ.

Electio autem consecuta est; hebraismus, *electio* pro electis. Sensus : Sed reliquiæ illius populi, quas per gratiam suam Deus elegit, consecutæ sunt justitiam, videlicet ex fide. Reliquiarum electionem intelligi liquet ex præcedentibus.

Cæteri verò excæcati sunt; cæcitas ex parte contigit in Israel. Exceptis, inquit, reliquis, cæteri Judæi, non solùm deserti sunt; verùm etiam suâ malitiâ excæcati sunt, ut clarum lumen veritatis Evangelii non videant, imò et indurati, ut videre nolint.

Vers. 8. — *Sicut scriptum est* (Isai. 6) : *Dedit illis Deus spiritum compunctionis;* spiritum stuporis et pertinaciæ; id est, animum in malo constantem et obstinatum, ut inde nequeat dimoveri; quemadmodùm quod clavo affixum est, ægrè potest avelli. Dedit autem Deus hunc spiritum Judæis, non immittendo animis eorum pertinaciam, sed gratiam non apponendo, et insuper pro meritis occasiones et offendicula ponendo.

Oculos ut non videant, et aures ut non audiant, usque in hodiernum diem. Ita à Deo derelicti sunt, ut quod homini soporato contingit in corpore, patiantur in animo; scilicet ut præ stupore nec oculis utantur ad videndum, nec auribus ad audiendum, sic ut non attendant animis ad mysteria salutis per Evangelium revelatæ : idque ex quo tempore Christus advenit, usque in præsens.

Vers. 9. — *Et David dicit* (Psal. 68) : *Fiat mensa eorum in laqueum*, etc. ; mensa spiritalis animæ, scilicet mensa legis Dei et S. Scripturæ, quas Judæi unas reputant delicias et summum suum bonum, fiat eis in scandalum, et in retributionem, id est, in pœnam demeritorum, ut scilicet justo Dei judicio, quia eâ abusi sunt, et quia ex eâ Christum agnoscere noluerunt, jam inde mortem et excæcationem petant, unde vitam et lumen captabant : ita Anselm., Origen. et Cajetan. Vel mensa, hoc est, agnus paschalis, fiat Judæis in laqueum, ut nimirùm occasione paschatis omnes Hierosolymam conveniant, ibique à Tito obsideantur, et capiantur; ita enim reipsà evenisse narrat Josephus, lib. 7 Belli, cap. 17.

Vers. 10. — *Obscurentur oculi eorum ne videant*, id est, mens eorum subtractione tui luminis ita obtenebretur, ut recto judicio privati claram ac præsentem veritatem non agnoscant.

Judæorum status, usque in hodiernum diem perseverans; quasi ipsorum oculi et aures transpuncta et effossa essent, nec vident nec audiunt; imò sacra Scriptura fit illis in laqueum et in scandalum, quia ipsà abutuntur ad suam perniciem, ita ut tenebras et mortem trahant, unde lucem et vitam deberent trahere. Sed, eheu! quàm benè iisdem versibus exprimitur christiani, Deo infidelis, justa punitio! Spiritu soporis, stupiditatis et compunctionis à Deo percutitur; videns non videt, audiens non audit; quasi dormiat, mentem et animum sopitum habet; et hoc à Deo et justè: videre et intelligere noluit; quasi hebes, vecors et exsensus nec videbit, nec intelliget.

Hæc ergo cæcitas, sicut induratio, fit ab homine et à Deo: sicut Pharao priùs induravit cor suum, Deus postea cor Pharaonis induravit; ita quia christianus lumen gratiæ rejecit, dixitque: *Recede à nobis, viam scientiarum tuarum nolumus*, Job 21, hinc *Deus illum sinit palpare quasi in tenebris*, et *errare quasi ebrium*, Job 12, 25. In hoc misero cæcitatis et voluntariæ surditatis statu, lux ei lucet, non attendit: verbum illi loquitur, non audit; sacra Scriptura fit illi in laqueum et in scandalum, indeque tenebras et errorem trahit, unde lucem et veritatem habere deberet; sacra Eucharistia, mensa spiritualis, fit illi mors et venenum; panis vitæ, quo abutitur, fit illi deterioris mortis occasio. Hinc quid accidit? de tenebris ruit in tenebras, de surditate in surditatem, de morte in mortem; cœlestia nec videns, nec sapiens, terrena tantùm videt, sapit et desiderat, mente et animo curvus et ad terram propensus.

Veri christiani conversatio in cœlis est: peccatoris verò dorsum semper curvum est, ejusque conversatio tota in terris.

Hæc est peccatoris justa retributio; avertit se à Deo, ut ad creata se converteret; aversus à Deo manebit et ad terram conversus, velut brutum incurvatus. Num et ego ipse sum in hoc miserabili statu! cœlestia non videns, ad divina surdus, mente et corde curvus in terram. *Ne avertas faciem tuam à me, Deus! Ne projicias me à facie tuâ, et Spiritum tuum*, etc. *Cor mundum crea in me, Deus, et spiritum rectum innova in visceribus meis.*

Et dorsum eorum semper incurva; nihil cœleste sapiant, sed animo ac desiderio semper terram spectent, res terrenas quærant ac desiderent; contrà quàm veri christiani, quorum conversatio in cœlis est, dùm ea quæ sursùm quærunt ac sapiunt, non quæ super terram, Phil. 3, Col. 3.

Vers. 11. — *Dico ergo: numquid sic offenderunt ut caderent? Absit.* Num ita Dei judicio sint excæcati Judæi, ut prorsùs actum sit de totâ natione, nec speranda sit ulla restitutio? *Absit.* Judæos non sic offendisse, ut penitùs caderent; id est, ut casus irreparabilis, et omnium universalis inde sit secuturus. Neque enim omninò populum Judaicum Deus abjecit, sed reliquias sibi inde servavit, ac cæterorum casu ad tempus uti voluit tanquàm occasione conversionis, et salutis gentium.

Sed illorum delicto, salus est gentibus ut illos æmulentur. Sensus Apostoli est: Quàm potiùs delicto seu lapsu sive offensâ Judæorum usus est Deus ad magnum quoddam bonum, scilicet ad vocationem et salutem gentium, vicissim usurus gentium conversione ad salutem Judæorum. Dùm enim gentes ad fidem vocat, Judæos (sicut per Moysen prædixit) ad æmulationem provocat; ut qui videant promissa patribus suis facta, et à se neglecta, transferri ad gentes. *Ut eos æmulentur*, id est, ut gentes provocent *eos*, scilicet Judæos, ad æmulationem et sui imitationem.

Vers. 11. — Dico ergo: Numquid sic offenderunt..? Quia dixit excæcatos esse plerosque Judæos et de illis impieta esse prophetarum vaticinia, quærit an sic ceciderint, ut eorum casus sit irreparabilis, et sine ullâ spe aliquando resurgendi.

Absit! inquit; veniet enim tempus, sub finem mundi, quo resipiscant omnes; interim illorum delicto et casu Deus uti voluit, tanquàm occasione conversionis et salutis gentium; et conversione gentilium uti voluit ad accendendam Judæorum æmulationem, ut et ipsi convertantur.

Adorandam sanè Dei consiliorum profunditatem! Judæorum casum in incredulitatem permisit, ut apostoli ad gentes prædicationem suam transferrent, et gentiles converterentur; et ut ex gentilium conversione sequeretur Judæorum æmulatio et imitatio; seu ut Judæi videntes bona sibi promissa et à se neglecta, transferri ad gentiles, illos æmularentur, et imitarentur.

Itaque ex Judæorum casu, gentilium vocatio et salus; ex gentilium salute, aliquando Judæorum salus et conversio.

Vers. 12. — Quod si delictum, Græc., *ruina*, seu casus, Syr., *lapsus;* quòd si lapsus Judæorum fuit occasio divitiarum mundi, seu cessit ac redundavit in spirituales mundi divitias, scilicet in salutem copiosè præstitam gentibus toto orbe diffusis;

Et diminutio, rejectio Judæorum non credentium, cessit ad multitudinem gentium convertendam; quantò magis plenitudo eorum? supple, erunt divitiæ mundi et divitiæ gentium, id est: Quantò magis universus Israel in fine mundi credens Christo, ditabit gentes, et ad se imitandum provocabit! Itaque in fine mundi convertentur Judæi credentes in Christum, suoque exemplo trahent ad Christum quotquot supererunt ex gentibus infideles.

Iterùm mirare et adora D. Sapientiæ profunditatem, quæ omnibus ad suos fines utitur: etiam ex illis, quæ suæ sunt opposita voluntati, suam perficit voluntatem; ex multitudinis Judæorun incredulitate, elicuit salutem multitudinis gentium per fidem; sicque paucitas Judæorum credentium facta est opulentia mundi per fidem gentibus communicatam.

Et diminutio eorum divitiæ gentium, id est, si cessit ad multitudinem gentium convertendam Judæorum abjectio, quà factum est, ut tam pauci ex illis fidem susciperent, cæteris infidelitate excæcatis;

Quantò magis plenitudo eorum? supple, divitiæ gentium erunt. Cùm videlicet plena eorum multitudo atque universus Israel in fine mundi credet Christo, supple, ditabit, et provocabit, confirmabitque gentes

Hominum itaque malis benè Deus utitur, et ex malo bonum elicit. Hoc edoctus, Dei voluntatem in omnibus adora; in omnibus et ex omnibus gloriam Dei spera, et exspecta; quantùmcumque res videantur labefactatæ, ex illis suam Deus gloriam eliciet et aliquod bonum, et ob hoc bonum consolare et Deum lauda.

Vers. 13. — Vobis enim dico gentibus... Syr., *vos autem alloquor, gentes*, etc. Ad gentiles, seu potiùs ad Christianos ex gentibus conversos sermonem dirigit, eosque monet Judæis incredulis compati, illos non spernere, imò ipsorum conversionem verbo et exemplo satagere, ad hocque gentiles suo provocat exemplo. Vobis itaque dico, gentiles, quòd quamdiù vester apostolus ero, apostolatùs mei ministerium verbis, exemplis et miraculis honorificabo.

Vers. 14. — Si quomodo ad æmulationem provocem...; ut hoc quasi stimulo Judæos excitem ad æmulationem vestrî, sicque vestro provocati exemplo, ad Christum convertantur saltem aliqui, plenitudine eorum ad aliud tempus reservatâ. D. Paulus suum ministerium tribus honorificavit, ait D. Thomas, 1° moribus, multâ præcipuè patientiâ; *in omnibus exhibeamus nos...*, 2 Cor. 6, 4; 2° gratis et sine sumptu ubique prædicando, 1 Cor. 9, 18; 3° maximâ omnium Ecclesiarum sollicitudine, 2 Cor. 11, 28.

Iis tribus ministerium suum honoret minister Christi: sit sanctus, gratis ministret, sit sollicitus. D. Paulus Judæos fratres et contribules suos in ordine ad salutem æternam diligit; in illis nullam nisi pro cœlesti glorià desiderat æmulationem. Sic omnes Christi ministri suos sive parentes, sive amicos diligant.

Vers. 15. — Si enim amissio eorum reconciliatio est... Græc.: *Si enim abjectio*, id est, si rejectio majoris partis eorum fuit occasio reconciliationis gentium, per totum terrarum orbem diffusarum; quæ assumptio, id est, quid erit illorum conversio, eorumque ad fidem assumptio, seu adjunctio?

Nisi vita ex mortuis? id est, perinde erit ac si mundus ex unâ suî parte mortuus, integrè reviviscat; illorum ergo, et vos et ego debemus optare conversionem.

ad se imitandum; maximè cùm multi ex Israelitis ab infantiâ in sacris Litteris versati, cum Eliâ et Henoch per orbem prædicabunt et Christum è Scripturâ efficaciter et clarè Judæis demonstrabunt.

Vers. 13. — *Vobis enim dico gentibus:* etc., id est, laudabo, honorificè peragam, illustrabo et exornabo prædicationem Evangelii apud gentes: ut spartam quam nactus sum, quæque mihi commissa est, hanc exornem. Condecorabo, glorificabo tam verbis quàm factis.

Vers. 14. — *Si quo modo ad æmulandum provocem carnem meam*, puta Judæos, qui mihi secundùm carnem cognati et consanguinei sunt. Sic autem loquitur, ut quodam naturæ vinculo obstrictum se significet ad promovendam Judæorum salutem. Nam ideò gentium sum Apostolus, ut nimirùm hoc meo apostolatu apud gentes, provocem Judæos ad sanctam quamdam æmulationem, ut scilicet ipsi, tam me, quàm gentes quas converto, imitentur in fide, et zelo Christi.

Et salvos faciam aliquos ex illis. Dicit *aliquos*, sciens suo tempore non futurum ut admodùm multi ex eis ad salutem adducantur, plenitudine videlicet in aliud tempus reservatâ.

Vers. 16. — Quod si delibatio sancta est, et massa... Græc.: *Quòd si primitiæ;* Syr.: *Sed si primitiæ sanctæ*. Duabus metaphoris ostendit non aspernendos esse Judæos, nec fugiendos, imò sperandam illorum conversionem, et ad hoc laborandum, utpote qui legalem et naturalem quamdam habent sanctitatem, verumque sperandi locum, in quocumque sint statu; et consequenter possunt converti, Christique fidem amplecti. Prima metaphora sumitur à primitiis, seu ab eâ oblatione quæ fiebat de frugibus maturis, et quæ totam massam sanctificabat morali quâdam æstimatione, ita ut reliquum, v. g., frumenti coquere, et ex eo vesci liceret; secunda sumitur à radice, quæ ramos sanctificat; quasi diceret: Apostoli et primi discipuli, Christianorum primitiæ, sancti sunt, et Evangelium amplexi sunt; ergo, etc. Patriarchæ, prophetæ, patres Judæorum sancti sunt; ergo, etc.

Hoc loco Calvinus abutitur ad probandum pueros Christianorum baptismo non egere, sed malè: non enim loquitur hic Apostolus de sanctificatione, quæ reddat amicos Dei, sed de sanctitate metaphoricâ, quæ Deo consecrat et appropriat; sicut locus, vestis, pecunia dicitur sancta. Alioquin eodem argumento probaretur etiam adultos Christianorum filios, imò omnes Judæos esse sanctos, utpote sanctorum filios, et consequenter nec baptismo, nec aliis Sacramentis indigere.

Hoc ergo tantùm probat, apostolos et patriarchas Judæis quamdam suæ sanctitatis umbram conferre, quæ dat locum sperandi veram sanctitatem, et ideò nec sunt spernendi, nec fugiendi, sed illorum salus speranda, et ad hoc laborandum. Quis de proximi salute desperet? præcipuè de salute Christiani, in sanguine Christi per baptismum sanctificati? Quis è contra proximi sui, quantùmcumque peccatoris, salutem non speret, et ad illum convertendum, verbo, oratione, exemplo non laboret, cùm tantum jus ad sanctitatem habeat in sanguine Christi? In hocergo pretioso sanguine confisi, oremus, laboremus pro peccatorum conversione et salute.

Vers. 17. — Quod si aliqui ex ramis fracti sunt...

Vers. 15. — *Si enim amissio*, abjectio, reprobatio *eorum*, etc., si Judæorum abjectio cessit mundo ad peccatorum remissionem: quid mundo conferet eorum assumptio, nisi justificationem, quæ est vita ex mortuis? q. d.: Si Judæorum incredulitas et abjectio, gentibus et universo orbi attulit occasionem reconciliationis, quia videlicet à Judæis repulsa ad gentes pertransiit: quàm gaudenda res erit, si etiam ipsi Judæi rursùm assumantur ad fidem? Videlicet perindè erit, ac si mortuus quis ad vitam revocetur.

Vers. 16. — *Quòd si delibatio sancta est, et massa.* Hæc metaphora desumitur ab eo quod in lege fiebat: ubi Deo oblatis, et per hoc sanctificatis frumenti primitiis, ut præcipitur Num. 15, quæcumque massa postea fieret ex eo frumento, reputabatur sancta. Sic igitur si patriarchæ, qui sunt velut primitiæ populi Judaici, sancti fuerunt: etiam populus ipse ex illis progenitus, reputabitur sanctus: ita Chrysostomus.

Et si radix sancta, et rami, id est, si patriarchæ, ex quibus velut radice processit arbor Judaici populi, sancti sunt: ipsa etiam arbor cum ramis suis, id est, populus Judaicus sanctus erit.

Quòd si quidam ex ramis arboris Judaicæ fracti et revulsi sunt ab arbore, id est, à fide et à justitiâ parentùm. Patriarchæ enim in Christum venturum crediderunt; posteriores autem Judæi præsentem non receperunt.

TU AUTEM CUM OLEASTER ESSES..., id est : Tu autem, ô gentilis, cùm esses olea sylvestris et infructuosa, id est, ex radice infideli et idololatrâ, ex quâ nullum divinæ gratiæ succum poteras attrahere; INSERTUS ES IN ILLIS, id est, insitus es inter ramos illius arboris, cujus truncus et radix sancta; ET SOCIUS RADICIS..., et factus es particeps radicis, et succi pinguis, quem naturales rami sugunt ex radice oleæ : id est, per fidem insertus corpori Ecclesiæ, unà cum fidelibus Judæis participas eumdem spiritum fidei et gratiæ quem habuerunt SS. patriarchæ.

VERS. 18. — NOLI GLORIARI ADVERSUS RAMOS...., fractos scilicet, multò minùs adversùs ramos adhærentes.

QUOD SI GLORIARIS..., id est, quòd si illis insultare tibi subrepat, dicetur tibi, quòd tu, qui ramus es insitus, non sustentas radicem, nec in eam succum trajicis, sed è contra radix Judaica te sustentat et ab eâ succum fidei christianæ, imò Christum ipsum accepisti; ideò adversùs Judæos non debes gloriari, sed erga illos humiliter te gerere.

Abraham, Isaac, Jacob, patriarchæ, prophetæ, apostoli Judæi fuerunt; illi autem sunt radix olivæ. Sumus enim *superædificati super fundamenta apostolorum et prophetarum. Hinc salus ex Judæis est*, Joan. 4. Ne illis itaque insultemus; radix nostra sunt, ab illis fides et salus nostra; quin potiùs illis compatiamur, pro illis oremus, pro nobis timeamus, ne fortè et nos cadamus. Nihil nobis debent patriarchæ; nos illis multùm debemus, et consequenter eorum filiis propter illos.

OBSERVATIO DOCTRINALIS ET MORALIS.

Ecclesia Dei est oliva, quia arbor pulchra et fructifera; hujus olivæ radix sunt patriarchæ, prophetæ, apostoli; pinguedo hujus olivæ est abundantia gratiæ Spiritûs sancti, quam habuerunt præ omnibus apostoli. Unusquisque Judæus fidelis hujus olivæ ramus erat; plerique fracti sunt per suam infidelitatem: nos gentiles, per fidem, in illorum locum inserti sumus, patriarchis associati, apostolorum socii, participes gratiæ, etc. Ob hoc gratias agamus Deo; ob hoc in Domino gloriemur; at ne gloriemur adversùs Judæos, ne despiciamus ramos fractos, etc. Sic cùm aliquem cadere aut cecidisse cernis, illi compatere, ora pro ipso, time pro te; timens et humiliatus roga pro te, dicens : *Conserva me, Domine, quoniam defecit sanctus.*

VERS. 19. — DICES ERGO : FRACTI SUNT... Sed dices fortè, hincque gloriandi ansam accipies : *Fracti sunt rami* naturales, *ut ego* gentilis eorum loco insererer, sicque me Deus prætulit illis.

VERS. 20. — BENÈ, PROPTER INCREDULITATEM... Græcè *pulchrè*, id est, rectè dicis; concedo quod dicis, fracti sunt ut tu inseraris : sed memento quòd *propter incredulitatem fracti sunt.* TU AUTEM FIDE STAS : id est, per fidem et propter fidem oleæ insertus es, et in eâ nunc stas; NOLI ALTUM SAPERE.. Græc. : *Ne efferaris animo;* Syr.: *Ne effertor mente tuâ*, id est, ne propterea superbias ac glorieris, sed potiùs time, quia fides quâ oleæ inhæres non te sic agglutinat quin possis excidere; time ergo ne propter infidelitatem excidas ab eâ, sicut et illi.

Hinc benè contra Calvinum infertur quòd fides possit amitti, cùm Apostolus hujus amissionis timore reprimat gentilium arrogantiam.

VERS. 21. — SI ENIM DEUS NATURALIBUS RAMIS... Si enim Deus Judæos, naturali origine, à sanctâ patriarcharum radice ortos, propter infidelitatem cadere permisit, et ob eam ab Ecclesiâ expulit, quantò magis id timere debet gentilis insititius, si fidem humilitate non servet! Hinc collige quòd humilitas sit

VERS. 17. — *Quòd si aliqui ex ramis* (ex Judæis) *fracti sunt*, Græcè, *defracti sunt*, scilicet ab arbore, puta à suâ radice, scilicet à fide et justitiâ suorum parentùm exciderunt, eò quòd fidem, quam in Christum venturum habuerunt, in eum venientem abjecerunt. Reprimit gloriationem et fastum gentilium adversùs Judæos, persistens in metaphorâ radicis, arboris, et ramorum; et Judaicum quidem populum, quatenùs instar arboris surrexerat ex sanctâ radice majorum, eamque generis nobilitatem retinebat. Quod si, inquit, aliqui Judæorum recesserunt à sanctâ societate sui populi, tanquàm rami fracti ab arbore bonâ, cujusmodi est oliva.

Tu autem (ô populo gentilis) *cùm oleaster esses, insertus es in illis;* cùm priùs esses oleaster, id est, populus profanus et infidelis, ex profanis et infidelibus oriundus; nuper insitus es olivæ *in illis*, id est, inter illos, scilicet olivæ ramos in arbore manentes.

Et socius (particeps) *radicis et pinguedinis olivæ factus es*, puta fidei, gratiæ et pinguedinis Spiritûs sancti, quam Judæorum parentes habuerunt, maximè Abraham Pater credentium, ejusque posteri, qui fuerunt Ecclesia Dei. Hæc enim est oliva.

VERS. 18. — *Noli gloriari adversùs ramos* (jam fractos, puta contra Judæos incredulos). *Quod si gloriaris*, etc.; quasi dicat : Si tu, ô gentilis fidelis, insultas Judæo infideli, respondebitur et dicetur tibi, te tantùm insertum esse radici, id est, fidei et ecclesiæ sanctorum patriarcharum, prophetarum et apostolorum, qui omnes Judæi fuerunt, ab eâque te omnem gloriam et utilitatem sugere, idque gratis : ideòque rursùm exscindi posse; ut et rami naturales, id est, Judæi, ob superbiam effracti et evulsi sunt.

VERS. 19. — *Dices ergo*, etc. : id est, ad hoc Deus permisit Judæos à fide excidere, ut ego ad fidem intrarem. Quasi dicat : Fracti sunt et rejecti Judæi ab Ecclesiâ; unde factum et consecutum est, ut ego gentilis Judæorum vice illi aggregarer et insererer.

VERS. 20. — *Benè* et rectè dicis, probo quod dicis, illos fractos, et te insitum esse : imo fractos illos ad hoc, ut tu inseraris. Sed scito, quòd *propter incredulitatem fracti sunt. Tu autem fide stas.* Sensus est : Tu autem non tuo opere, sed per fidem insitus in sacram olivam, eâdem fide adhuc in illâ stas, id est, manes et consistis : sicut illi, contra quos gloriaris, aliquando steterunt.

Noli altum sapere (id est, superbire), *sed time.* Caveto, inquit, ne superbias, ne animo efferaris propter hoc quòd fide stas in olivâ : sed time ne aliquando per infidelitatem ab eâ excidas, sicut illi exciderunt. Gluten enim, quo radici et oleæ jam dictæ uniris, scilicet fides, non est ita firma, quin ab eâ

fidei custos; Christo per fidem et gratiam adhæremus, fidei autem et gratiæ custos est humilitas : itaque timeamus, humiliemur, cum timore et humilitate Deo gratias agamus.

VERS. 22. — VIDE ERGO BONITATEM ET SEVERITATEM DEI, ut cum timore et humilitate Deo gratias agas, ex unâ parte Dei severitatem in incredulos præ oculis habe, et ex aliâ parte, Dei bonitatem in te, qui credidisti.

SI PERMANSERIS IN BONITATE, id est, si hanc Dei in te bonitatem studeas retinere; non tantùm in fide perseverando, sed et secundùm fidem piè vivendo, divinæ bonitati correspondendo; ALIOQUIN ET TU EXCIDERIS, id est, et tu amputaberis et decides ab oleâ, id est, Ecclesiâ.

OBSERVATIO MORALIS.

Fideli omnia debent in bonum cooperari et peccata et gratia; aliorum peccata nos debent humiliare, gratia nobis exhibita debet nos in Dei amorem accendere; severitas Dei in peccatores debet nobis timorem incutere, benignitas Dei in nos debet gratos, fideles, perseverantes reddere. Cùm ergo aliquem cadere videmus, timeamus casum, compatiamur cadenti, oremus pro illo; ille hodiè, ego cras. Quid de me foret in tali occasione, in talibus circumstantiis? Gratias Deo, quod non ceciderim. Dei bonitatem in nos attendentes tot et tantas conferentem gratias, grato et humili simus animo, Deum amemus, laudemus, colamus, in ejus amore et cultu perseveremus. Perseverantia, ut ex hoc textu patet, certissimum est prædestinationis signum; at de quo nemo certus, ut etiam hinc patet.

VERS. 23. — SED ET ILLI, SI NON PERMANSERINT... Sed et Judæi, si suam perfidiam deserant, velintque credere, rursùs inserentur in hanc oleam Ecclesiæ.

POTENS EST ENIM DEUS..., et nihil ipsum præter incredulitatem impedit, quin iterùm inserat.

VERS. 24. — NAM SI TU EX NATURALI..., quasi diceret : Hoc Deo non tantùm possibile, sed et naturâ suâ facilius. NAM SI TU, gentilis, ex idololatrâ gentilitate, quasi ex sylvestri et agresti oleâ excisus es; ET CONTRA NATURAM, hujus oleastri, INSERTUS ES IN BONAM OLIVAM ECCLESIÆ. 1° *Est contra naturam* quòd oleaster in oleam inseratur, seu est contra morem agriculturæ quòd arboris malæ ramus inseratur in bonam, è contra surculus bonæ inseritur in truncum malæ. 2° *Est contra naturam* quòd oleaster insitus ferat fructum olivæ; illud enim quod inseritur, crescit et fructum fert sibi proprium. Nos tamen gentiles per baptismum in Christo sumus insiti, ut christianos fructus habeamus.

QUANTO MAGIS II, QUI SECUNDUM NATURAM, id est, qui secundùm naturalem propagationem à sanctis et fidelibus patriarchis prognati sunt, et consequenter sunt naturaliter de populo Dei; quantò magis, inquam, rursùs inserentur suæ olivæ pristinæ, si suam deserant perfidiam, ut credant in Christum!

OBSERVATIO MORALIS.

Ex dictis collige quod sicut de Dei bonitate nunquàm præsumendum est, sic de nullius hominis salute nunquàm desperandum. Nunquàm præsumendum, quia, ut ait D. Chrysost., abusus gratiæ tremendus est : nam ob hoc ipsum quòd bonus factus est erga te Deus, timendum tibi; non enim immota tibi bona manebunt, si torpescere volueris (id est, si non feceris quæ divinæ bonitati dignè correspondeant). Hæc addidi verba.

Nunquàm de cujuspiam salute desperandum, quia Deus omnipotens est et de lapidibus potest suscitare fideles, id est, de obduratis facere contritos. De nullius præcipuè christiani salute desperandum, quia gratia ipsi per baptismum collata connaturale quoddam salutis est principium; connaturalem ei tribuens salutis facilitatem; per hanc gratiam factus est membrum Christi, membrum Ecclesiæ; licèt autem per peccatum hoc membrum mortuum sit, Christo tamen facile est illud per gratiam suam resuscitare, illudque suo Spiritu iterùm animare. Si barbaros, Turcas et infideles

excidere, et consequenter à radice separari possis, uti jam multas gentes ab Ecclesiâ separatas, et à fide excidisse videmus.

VERS. 21. — *Si enim Deus naturalibus ramis* (Judæis, expellendo eos à suâ Ecclesiâ, amicitiâ, et salute) *non pepercit*, time, *ne fortè nec tibi* (gentili insititio, si in fidem aut vitam christianam pecces) *parcat*.

VERS. 22. — *Vide ergo bonitatem et severitatem Dei.* Sensus : Ut intelligas te nihil habere unde glorieris adversùm Judæos, considera bonitatem seu benignitatem gratuitam Dei vocantis atque eligentis, et severitatem seu rigorem Dei rejicientis ac reprobantis, et misereri nolentis.

In eos quidem, qui ceciderunt, severitatem. Quæ permissio ad severitatem pertinet, tanquàm divinæ reprobationis effectus.

In te autem bonitatem Dei. Vide, inquit, Dei erga te benignitatem : quâ scilicet te populum gentilem sine ullis tuis meritis ad Evangelii gratiam efficaciter vocavit.

Si permanseris in bonitate, non tuâ, ut quidam exponunt; sed Dei : hoc est, in eo ad quod Dei bonitate seu benignitate vocatus es atque adductus. Quasi dicat : Si perseveraveris in fide et justitiâ. *Si permanseris.* Hinc enim patet primò, quòd perseverantia certum est signum et causa electionis et prædestinationis ad salutem et gloriam æternam. Secundò, hinc patet, quòd de perseverantiâ hâc nemo sit certus.

Alioquin et tu excideris, id est, tu qui modò ramus es olivæ per Dei vocantis bonitatem, si in eâ bonitate non permanseris, sed per infidelitatem recesseris; eo ipso excideris, amputaberis, ac decides ab arbore societatis electæ.

VERS. 23. — *Sed et illi, si non permanserint in incredulitate, inserentur*, hoc est : atque è diverso Judæi, si relictâ infidelitate fidem susceperint, eo ipso rursùs inserentur arbori olivæ.

Potens est enim Deus iterùm inserere illos. Potens, non nudam Dei potentiam, sed et actum effectumque significat.

VERS. 24. — *Nam si tu ex naturali excisus es oleastro, et contra naturam insertus es in bonam olivam.* Sensus : Nam si tu, homo gentilis, excisus es ex oleastro, cujus eras ramus naturalis, utpote secundùm carnem ex ejus radice propagatus; et tamen contra naturam hujus tuæ originis, per Dei potentiam insitus es in bonam, pulchram et veram olivam.

Quantò magis ii, qui secundùm naturam inserentur suæ olivæ? Quantò magis, inquit, per eamdem Dei

suâ gratiâ convertit, quantò faciliùs christianum peccatorem, sed pœnitentem convertet! Ne desperes itaque, christiane peccator, quicumque sis; Deus omnipotens est, nec ullum est peccatorum barathrum ex quo te non valeat extrahere. Deus ex infideli te fidelem fecit in baptismo; ex paganis facit quotidiè Christianos; quantò faciliùs ex christiano peccatore, sed dolente et converti volente, faciet verè fidelem! Infidelium conversio est Christianorum conversionis quasi pignus. Hinc itaque ad pœnitentiam animemur.

VERS. 25. — NOLO ENIM VOS IGNORARE, FRATRES, MYSTERIUM. Syr., *hoc arcanum.* Redit Apostolus ad futuram Judæorum reconciliationem, de quâ cœpit, v. 11, et quam interrupit ad reprimendam gentilium superbiam. Addit ergo jam dictis :

Vos, ô christiani gentiles, scire velim arcanum hoc Dei consilium; *mysterium*, apud Græcos, quidquid arcanum.

(UT NON SCITIS VOBIS IPSIS SAPIENTES), Græc. : Ut *non sitis apud vos ipsos arrogantes*, id est : Hoc autem dico ad deprimendam vestram arrogantiam, seu ne de vestrâ fide superbiatis, vobismetipsis placentes, et quod divinum est, vobis tribuentes.

QUIA CÆCITAS, Græc., *obduratio;* Syr., *obcœcatio cordis;* hoc ergo mysterium est, quòd cæcitas et obduratio, non omnium, sed maximæ partis Judæorum, Dei permissione accidit.

DONEC. Græc., *usquequò;* Syr., *usquedùm*, id est : Et durabit hæc cæcitas Israel, donec in Ecclesiam introierit numerus eorum qui ex gentibus credituri sunt.

VERS. 26. — ET SIC OMNIS ISRAEL SALVUS FIET; Syr.: *Et tunc*, etc., *cùm completus fuerit gentilium conversorum numerus, tota Judæorum natio convertetur ad fidem, et ad salutem veniet.*

SICUT SCRIPTUM EST..., Isai. 59, 20 : VENIET EX SION, id est : Ex tribu Juda, et ex familiâ David, habitante in Sion, nascetur Christus, qui omnem impietatem auferat à posteris Israel.

VERS. 27. — ET HOC ILLIS A ME TESTAMENTUM; Syr. : *Et tunc habebunt fœdus illud quod à me est, cùm remiserim ipsis peccata eorum;* seu, hoc est fœdus quod cum ipsis pepigi, et quod complebo, cùm abstulero peccata eorum, per baptismum, scilicet, et pœnitentiam. Ex hoc Apostoli loco et ex Malach. 4, v. 5 et 6, statuitur traditio de futurâ Judæorum conversione, in fine mundi, tuncque ex utrâque gentium et Judæorum plenitudine conflandam unam et perfectam Ecclesiam.

VERS. 28. — SECUNDUM EVANGELIUM QUIDEM INIMICI...; Syr. : *Cæterùm in Evangelio hostes sunt propter vos, in electione autem dilecti propter patres.* Qui Judæi, quantùm attinet ad Evangelium Christi, quod rejiciunt, sunt quidem hostes Dei et Deo exosi; PROPTER vos, et hoc, vestro bono, ô gentiles, ut scilicet illud Evangelium vobis annuntietur.

SECUNDUM AUTEM ELECTIONEM, quantùm verò spectat ad electionem, quâ Deus olim Judæos in populum

potentiam Judæi, qui secundùm naturam sunt, id est, qui sunt rami naturales olivæ, iterùm eidem suæ olivæ inserentur, sic ut insiti coalescant?

VERS. 25. — *Nolo enim vos ignorare, fratres, mysterium hoc, ut non sitis vobis ipsis sapientes.* Hoc dico ad deprimendam arrogantiam vestram; ut ne insolescatis, placentes vobis ipsis.

Quia cæcitas ex parte contigit in Israel, Græcè : *Quòd obduratio ex parte Israeli facta est.* Quod ait : *Nolo vos ignorare*, pro eo quod diceret, scire vos volo, docet aliquando verè futurum esse, aperiens *mysterium*, id est, rem eatenùs arcanam et paucis cognitam. Probat hìc Paulus id quod dixit, non ita Judæos esse exclusos ab Ecclesiâ et regno Dei, quin rursùm illi inseri possint, ex eo, quòd de facto rursùm illi inserendi sint post conversionem et insitionem gentium. Idque Apostolus vocat *mysterium*, id est, mirabile, arcanum et stupendum Dei judicium, dispositionem, providentiam, permissionem et ordinationem, quâ factum est et consecutum, ut misso Christo primò Judæi excæcarentur, hoc consilio, ut gentes vocarentur ad salutem, ac deindè omnes Judæi illuminarentur, crederent, et salvarentur. Contigit autem Israeli cæcitas ex parte non exiguâ vel mediocri, sed multò maximâ.

Donec plenitudo gentium intraret. Sensus : Donec multitudo gentilis populi ex omnibus mundi partibus, secundùm prædictiones propheticas, collecta fuerit ad fidem, vel intraverit in Ecclesiam fidelium; q. d. : Cæcitas erit in Israel, donec numerus eorum, qui ex gentibus credituri sunt, plenè compleatur, intretque in ovile Christi.

VERS. 26. — *Et sic omnis Israel salvus fiet*, id est, salvus erit, salvabitur. Gregorius papa, non omnes sed multos ex Judæis qui tunc in infidelitate remanserint, ad cognitionem veritatis redituros affirmat. *Omnis Israel*, id est, penè omnes, plurimi ex singulis tribubus Israel, exceptâ unâ tribu Dan, in fine mundi convertentur et salvabuntur. Excipio tribum Dan, quia ex hâc nulli signantur, inter 144 millia signatorum ex duodecim tribubus Israel, Apoc. 7. Unde multi putant Danitas adhæsuros contribuli sui Antichristo. Sanè S. Hippolytus et multi alii docent quòd Antichristus præcipuos sectatores et propugnatores habebit Judæos. Ergo omnes omninò Judæi in fine mundi non convertentur ad Christum.

Sicut scriptum est (Isa. 59) : *Veniet ex Sion, qui eripiat, et avertat impietatem à Jacob*, puta ab Israel. Jacob enim ab angelo vocatus est Israel, Genes. 32, q. d. : E gente Judaicâ, atque ex ipsâ regiâ stirpe Davidis (nam Sion erat civitas David, ac sedes regni) nascetur liberator ac salvator, scilicet Christus, qui auferat ac aboleat peccata populi progeniti ex patriarchâ Jacob. Quæ peccatorum illius populi abolitio cùm peracta non sit in primo Christi adventu per ipsius et apostolorum ejus prædicationem (tunc enim solæ reliquiæ servatæ sunt, cæteri excæcati), relinquitur, introductâ gentium plenitudine, exspectanda.

VERS. 27. — *Et hoc illis à me testamentum*, etc. Sensus : Et hoc illis erit à me testamentum, hoc fœdus quod cum eis feriam, hæc promissio : quòd aboliturus sim peccata eorum : quasi dicat, in eo testamentum hoc implebitur, quòd auferam peccata, non aliquorum è populo, sed ipsius populi. Cùm abstulerit Deus peccata eorum, in fine scilicet mundi, ut ait S. Chrysost. et S. August., per prædicationem Eliæ et Henoch, ut patet Malach. 1 et Apoc. 11.

VERS. 28. — *Secundùm Evangelium quidem* (cui adversantur Judæi) *inimici sunt, Dei, propter vos*, ut vos, ô gentes, hâc occasione recipiatis prædicationem et fidem. Urget, repetit, et inculcat hoc Apostolus, ut gentes beneficium Evangelii, sibi occasione Judæorum præstitum agnoscant, ideòque illis, licèt incredulis, non indignentur, sed commisereantur.

Secundùm electionem autem charissimi (sunt) *propter patres*, eorum, id est, sanctos patriarchas, quos supra primitiarum et radicis nomine significavi; quo-

elegit, Deo sunt CHARISSIMI PROPTER PATRES eorum, quibus promisit se Deum fore seminis eorum, Genes. 17, 7, et Deuter. 4, 31.

VERS. 29. — SINE PŒNITENTIA; Græc., *impœnitibilia;* Syr. : *Non enim revocat Deus donum suum.* Immutabilia enim sunt Dei dona et promissa absolutè, et sine conditione facta; talis est autem promissio Dei patriarchis facta, quòd nunquàm penitùs abjiciet eos, nec exstinguet gentem; sed recordabitur fœderis quod pepigit cum Abraham, Isaac et Jacob, Levit. 26, 42, 45, etc.

VERS. 30. — SICUT ENIM ALIQUANDO ET VOS NON CREDIDISTIS... ; sicut enim, vos, ô gentiles, aliquando eratis increduli, occasione verò incredulitatis Judæorum, per Dei misericordiam adducti estis ad fidem. D. Chrysost. sic habet : *Quemadmodùm enim et vos quondam increduli fuistis Deo, nunc autem per illorum incredulitatem misericordiam adepti estis, sic et isti nunc increduli facti sunt, ob id quòd vos misericordiam consecuti estis, ut et ipsi misericordiam consequantur.*

VERS. 31. — ITA ET ILLI NUNC NON CREDIDERUNT..., id est, ita vicissim Judæi nunc sunt increduli.

IN MISERICORDIAM VESTRAM; Græc., *misericordiæ vestræ;* nolunt credere quòd Dei misericordia per Christum ad vos, gentiles, pertineat, seu quòd Deus velit gentilium misereri. Vel nolunt credere misericordiæ Dei vobis factæ per Christum; id est, fidem et gratiam Christi rejecerunt. At is erit aliquando exitus; UT ET IPSI, exemplo vestro provocati, et occasione vestræ fidei, tandem in Christum credant, eamdemque vobiscum misericordiam consequantur.

VERS. 32. — CONCLUSIT ENIM DEUS OMNIA; Græc., *omnes;* Syr., *omnes;* Græc., *in incredulitatem;* Syr., *in inobedientiâ.* Mira conclusio, quæ omnes debet humiliare, et concordes facere, omnesque ad Dei misericordiam magnificandam inducere.

OMNIA, id est, omnes homines, tam gentiles quàm Judæos, Deus permisit in infidelitatem successivè dilabi, et in illâ, velut in carcere, seu, ut ait D. Thom., sicut in quâdam erroris catenâ, concludi; unde sine Christi gratiâ nullus posset egredi, UT OMNIUM DEUS MISEREATUR, suamque misericordiam universo patefaciat orbi.

Ut hanc infidelitatis successionem intelligas, initio mundi, omnes in verâ religione vivebant; gentiles primò in idololatriam delapsi sunt : Deus per Abraham, deinde per Moysem, fœdus cum Judæis iniit, ipsique verum Deum coluerunt. At postmodùm Christum et Evangelium repulerunt, illorum incredulitatis occasione ad gentes delatum est Evangelium; gentes in Christum crediderunt, verumque Deum colunt; Judæi verò rejecti sunt à Deo. Circa finem seculorum gentes à fide deficient, ut Apostolus docet secundæ Thess., cap. 2, v. 3; Judæi verò tunc fidei doctrinam recipient; tandem uterque populus ad Christum convertetur, ad invicem reconciliabitur, et unam conflabit Ecclesiam. Hinc exclamat Apostolus :

VERS. 33. — O ALTITUDO DIVITIARUM, SAPIENTIÆ ET

rum fides et pietas ita Deo placuit, ut promiserit se Deum fore seminis eorum post eos, Genes. 17 et Deuter. 4.

VERS. 29. — *Sine pœnitentiâ enim*, etc. Sine pœnitentiâ, quasi dicas, *impœnitibilia*, immutabilia, id est, talia quorum nec possit nec debeat pœnitere eum qui dedit aut promisit. Loquitur Apostolus de promissis et vocatione quæ ex electione procedunt, id est, iis quæ facta sunt absolutè et sine conditione. Hæc quippe sunt immutabilia; nec fieri potest ut Deus hominum peccatis offensus, id quod semel absolutè promisit aliquando retractet. Ejusmodi fuêre promissiones Abrahæ et Davidi factæ, de Christo nascituro : et propheticæ prædictiones de certo tempore quo nasciturus esset. Unde falluntur Judæi dicentes adventum Messiæ, ultra quàm prædictum est, differri propter ipsorum peccata. Numquid enim iniquitas illorum fidem Dei evacuabit? Ita docet hâc sententiâ Paulus, non obstante pertinaci infidelitate, et aliis peccatis populi Judaici, certissimè ac suo tempore futurum, ut Deus impleat promissa, servetque testamentum seu pactum quo pollicitus est se ablaturum ejusdem populi peccata.

VERS. 30. — *Sicut enim aliquando et vos* (ô gentes) *non credidistis Deo*, Græcè, increduli fuistis. Nam plus est incredulum esse, quàm non credere. Gentiles ante Christi adventum erant sine Deo in hoc mundo, Ephes. 2.

Nunc autem misericordiam consecuti estis propter incredulitatem illorum, propter incredulitatem facti sunt. Significatur pertinacia non credendi, etiam visis vel auditis idoneis documentis : quod propriè vitium erat Judæorum, de quibus ait Dominus : *Nunc autem et viderunt et oderunt*, Joan. 15. Nota, Apostolum non dicere : Nunc autem credidistis : sed, *misericordiam consecuti estis* : ut intelligant, quòd crediderint, esse misericordiæ Dei fidem largientis.

VERS. 31. — *Ita et isti nunc non crediderunt in vestram misericordiam*, id est, increduli fuerunt vestræ misericordiæ. Credere enim noluerunt Judæi beneficium Dei per Christum ad gentiles pertinere. Nam vestram misericordiam intelligit misericordiam Dei erga vos. Hanc enim Judæi gentibus invidebant.

Ut et ipsi (Judæi) *misericordiam consequantur;* non solùm consecutionem, sed et causam finalem hîc denotat : sicut et in eo quod sequitur; ut omnium misereatur. Hoc quidem loco causam finalem non incredulitatis Judæorum, sed promissionis divinæ. Sicut vos gentiles aliquando increduli Deo, licèt nullæ vobis factæ essent promissiones, tamen misericordiam consecuti estis, et adducti ad fidem occasione incredulitatis Judæorum : ita vicissim de Judæis quibus factæ sunt à Deo promissiones existimandum est, ut et ipsi manifestam et insignem Dei misericordiam, adducentis eos ad fidem, aliquando experiantur. Hæc eò dicuntur, ut neutri alteris exprobrent, sed utrique parem experti misericordiam, unanimes, uno ore Deum salutis auctorem collaudent.

VERS. 32. — *Conclusit enim Deus omnia*, etc. *Conclusit*, id est, concludi permisit, Deus omnes sub peccato et sub incredulitate. Peccator enim peccato, quasi saxo, vel carcere clauditur; quia ex eo sine Dei gratiâ egredi nequit. Concludit Apostolus totam hanc disputationem suam cœptam cap. 9, scilicet omnes homines tam Judæos quàm gentes esse peccatores, et sub peccati jugo concludi, atque indigere gratiâ Dei et Christi.; q. d. : Deus tam Judæos quàm gentes tenebris longæ infidelitatis successivè, et vicissim concludi permisit, ut eos ad fidem et gratiam suam vocaret, ac liberaret, ità que gloriosam suam misericordiam omnibus patefaceret.

VERS. 33. — *O altitudo divitiarum sapientiæ et scientiæ Dei! Altitudo* profunditatem hîc significat. Sensus est : O quàm profunda et humanis sensibus imperscrutabilis est copia seu magnitudo tam sapientiæ quàm scientiæ Dei! Apostolus hîc divinæ misericor-

SCIENTIÆ DEI! Græc., *ô profunditas!* etc. ô profundum! ô abyssalem profunditatem! βάθος, idem ac abyssus. *Divitiarum*, et *sapientiæ*, et *scientiæ* Dei; Græc. et Syr. hæc tria per copulam sic distinguunt.

Tria itaque negat Apostolus posse penetrari. Primò divitias bonitatis divinæ, id est, abundantiam seu magnitudinem divinæ misericordiæ, gentilium primò, deinde Judæorum infidelitatem patienter perferentis. Secundò sapientiam, quâ res sic ordinavit, ut vicibus ageretur; Judæorum casus esset gentilium salus, et Judæorum in illos invidia, esset Judæorum salus. Tertiò scientiam, quâ distinctissimè novit omnia futura: Judæorum rejectionem, gentium adoptionem, Judæorum reassumptionem, gentium defectionem, utriusque populi æternam reunionem.

QUAM INCOMPREHENSIBILIA SUNT JUDICIA..., seu decreta, ET INVESTIGABILES, Gr., *impervestigabiles*, VIÆ, id est, rationes et modi quibus illa exsequitur. Hæc nullus, nec angelus, nec homo scrutando comprehendere poterit.

VERS. 34, 35.— QUIS ENIM COGNOVIT SENSUM DOMINI? AUT QUIS CONSILIARIUS..., AUT QUIS PRIOR DEDIT ILLI? Hæc tria tribus supradictis opponit, ait Theodoretus: *Scientiæ, quis cognovit...? sapientiæ, quis consiliarius...? divitiis, quis prior dedit illi?* Quis cognovit mentem (νοῦν) Domini? quis ejus consilii particeps fuit? Reges terreni consiliarios habent, qui ipsorum secreta nôrunt; Deus autem, Rex regum, ad sua consilia neminem admittit; id tantùm novimus quod nobis revelare dignatur. Quis dedit Deo, quod ab eo priùs non acceperit, unde remunerationem debeat exspectare? nullus.

VERS. 36. — QUONIAM EX IPSO, ET PER IPSUM, ET IN IPSO... *Ab ipso*, tanquàm auctore; *per ipsum*, ut conservatorem; *in ipso*, seu, ut in Græco, ad ipsum, εἰς αὐτόν, tanquàm ad finem ultimum, IPSI GLORIA IN SECULA, AMEN. Cornelius à Lapide, et post ipsum Tirinus, volunt hoc D. Pauli exemplo et communi apostolorum usu et institutione, cœpisse in Ecclesiâ hanc sanctissimæ Trinitatis doxologiam: *Gloria Patri, et Filio, et Spiritui Sancto*, et à concilio Nicæno additum fuisse: *Sicut erat in principio, et nunc et semper, et in secula seculorum, Amen.* Citant D. Basilium, Baron., tom. 3, an. 325. Gloria Patri, ex quo omnia; gloria Filio, per quem omnia; gloria Spiritui sancto, in quo omnia, etc. Vide plura apud. Cornel.

OBSERVATIO *in v.* 25, 28, 30, 31.

Mirare obstupescendum Dei judicium, quo decrevit contraria per contraria perficere: ex Judæorum incredulitate fidem gentium eduxit, et in fine mundi, gentium fide utetur ad Judæorum incredulitatem destruendam; tunc enim gentilium exemplo provocati, fidei doctrinam suscipient. Hoc Apostolus vocat mysterium, seu mirabile arcanum et stupendum judicium, v. 25, et illud aperit, v. 30, 31. Alterum mysterium, et quidem bonitatis, v. 28, ob sanctos patriarchas, Judæi, licèt increduli et obdurati, Deo tamen sunt chari; non deserit eos penitùs, sed de illorum salute et conversione futurâ cogitat; et sicut Judæorum infidelitate usus est ad fidem gentilibus dandam, ita fide gentibus datâ utetur in fine mundi, ad abolendam Judæorum infidelitatem: tunc enim cùm magnus venerit Elias, fidei doctrinam suscipient, et in Christum credent. *Elias venturus est, et restituet omnia*, Matth. 17.

OBSERVATIO GENERALIS
ad doctrinam spectans et ad mores.

Totam hanc disputationem capite nono cœptam, concludit Apostolus eâdem propositione, quam in capite tertio, v. 9, posuit quasi conclusionem primi et secundi capitis, nimirùm omnes, et Judæos et Græcos esse sub peccato, et v. 23, egere gratiâ Dei. Sic in fine hujus capitis, v. 32, *conclusit Deus omnia in infidelitate, ut omnium misereatur*, id est, et gentes et Judæ, de quâ præcessit, non minùs quàm sapientiæ abyssum admiratur. Per divitias accipit hic Paulus magnitudinem misericordiæ Dei, quâ nos divites fecit in omnibus donis gratiæ et gloriæ; q. d.: O profundam misericordiam, sapientiam et scientiam Dei! Misericordiam, quâ omnium misertus est; sapientiam, quâ omnia concludi permisit sub peccato et infidelitate, quâque ita omnia dispensavit, ut primò negligeret gentes, ut sic Judæos eligeret; deinde Judæos rejiceret, et sic eligeret gentes: denique utrosque in fine eligeret et complecteretur. Scientiam, quâ omnia futura distinctissimè novit antequàm fiant, ut Judæorum rejectionem, gentium adoptionem et justitiam, quod hoc loco spectat Apostolus.

Quam incomprehensibilia sunt judicia ejus, Græcè, *inscrutabilia.* Explicat Apostolus id quod dixit de profunditate sapientiæ divinæ. Nam judicia Dei, quibus de rebus statuit et ordinat, actus sunt sapientiæ ejus. Ea inscrutabilia sive incomprehensibilia sunt, et abyssus multa: quia nullus intellectus creatus, nec angelicus quidem potest ad plenum rationes eorum scrutando comprehendere.

Et investigabiles viæ ejus. Sensus est, rationes operum Dei non posse à quoquam penitùs cognosci.

VERS. 34. — *Quis enim cognovit sensum Domini?* Neminem perfectè nôsse cogitationes et consilia mentis divinæ.

Aut quis consiliarius ejus fuit? Consiliarius; non tantùm qui det consilium Deo, uti explicat Isaias, cap. 40, sed etiam qui particeps et conscius sit consilii Dei; q. d.: Nemo est conscius consiliorum et arcanorum divinorum; ac proindè nemo scrutari debet, cur Judæis relictis gentes sibi jam asciverit Deus. Quis enim adfuit in consilio Domini? Jeremiæ 23.

VERS. 35. — *Aut quis prior dedit illi*, etc. Hanc sententiam sumpsisse videtur Apostolus ex Job 41, ubi ait Dominus: *Quis antè dedit mihi, ut reddam ei?* Porrò neminem Deo quidpiam primò dedisse, quod non acceperit ab eo, probat Apostolus illâ sententiâ, quam subdit dicens:

VERS. 36. — *Quoniam ex ipso, et per ipsum, et in ipso sunt omnia.* Dicuntur autem omnia esse *ex ipso*, scilicet Deo, tanquàm primâ effectrice causâ. Et *per ipsum*, quatenùs per eumdem omnia gubernantur et conservantur: et *in ipso*, Græcè, *in ipsum*, scilicet omnia respiciunt et tendunt, quia sic Deus omnia agit et gubernat, ut ea in se ipsum tanquàm finem ordinet atque dirigat. Universa enim propter semetipsum operatus est, Proverb. 16.

Ipsi gloria in secula, nempè, sit, aut est. Finis enim omnium operum Dei est, ut ipse per illa glorificetur in omnem æternitatem. Quod quoniam omnes velle debemus, adjicit approbationis clausulam,

Amen, id est, ita fiat; dignum enim et justum est ut in omnia secula glorificetur Deus.

dæos convicit infidelitatis, ita ut excusationem non habeant; sicut qui criminum sunt convicti, effugium non habent, suntque quasi reatûs sui convictione constricti. Sic autem concludit Apostolus, ut omnes ad quos scribit, et Judæos et gentiles doceat non superbè de se sentire, sed humiliari; non altercari, sed utrosque ad concordiam venire, scientes et convicti quòd non ex meritis, sed ex Dei misericordià sint salvandi.

Sed nota quòd hæc eadem convictio unicuique fideli sit ad salutem necessaria. Peccavi, reatûs mei convictione sum constrictus, sub peccato quasi sub carcere sum inclusus; peccavi sciens et volens, excusationem non habeo. Egeo itaque gratià Dei; sine gratià in æternum manebo sub peccati catenâ. Salus ergo mea opus est misericordiæ Dei, non justitiæ meæ. O Deus bone! Deus misericors, fac mecum secundùm misericordiam tuam; et quandoquidem misereri tuæ deliciæ sunt, ideòque peccatum et infidelitatem pateris in omnibus, ut omnium miserearis, atque nullus nisi per tuam misericordiam salvetur, miserere mei peccatoris et infidelis; sed in tuâ misericordià sperantis, à te unico auxilium quærentis.

ALTERA OBSERVATIO DOCTRINALIS ET MORALIS.

Postquàm Apostolus attulit rationes quas potuit divinæ dispensationis circa Judæorum rejectionem à justitià, et gentilium adoptionem et justitiam, in his tribus capitibus 9, 10, 11, quasi omnia quæ dixit nihil sint in comparatione eorum quæ ipsum, licèt divinitùs edoctum, latent, exclamans miratur: *O altitudo!* etc. Utinam et nos humiliter et modestè his de rebus disputemus! Revelata quidem disseramus, abscondita verò miremur et adoremus. Neque enim promptum est cuiquam Dei videre mentem, aut quibus modis ordinavit res suas, homo animal cæcum, et ipse se nesciens, ultrò potest rationibus consequi: quid oporteat fieri, quando, vel quo genere ipse cunctarum rerum Pater, Moderator et Dominus scit solus. Arnob., lib. 11, citatus à Grotio. Non ideò non justum est quod Divinitas agit, quia capere vim divinæ justitiæ homo non valet; sicut plus Deus est quàm humana ratio, sic mihi plus debet esse quàm ratio, quod à Deo agi cognosco. Salvian., ab eodem citatus.

D. itaque Pauli modestiam et sobrietatem imitabor; ipsum in hoc sacro prædestinationis labyrintho ita sequar, ut non ultra progrediar; sistam ubi stetit; mirabor, et humilis adorabo quod mirans et exclamans adoravit: *O altitudo!* etc.

Incomprehensibilia sunt judicia Dei. Justa quidem et rationabilia sunt in se, et infinitæ sapientiæ plena; at et ratio nobis incomprehensibilis, sicut et sapientia.

CAPUT XII.

1. Obsecro itaque vos, fratres, per misericordiam Dei, ut exhibeatis corpora vestra hostiam viventem, sanctam, Deo placentem, rationabile obsequium vestrum.

2. Et nolite conformari huic seculo, sed reformamini in novitate sensûs vestri: ut probetis quæ sit voluntas Dei bona, et beneplacens, et perfecta.

3. Dico enim per gratiam quæ data est mihi, omnibus qui sunt inter vos, non plus sapere quàm oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem, et unicuique sicut Deus divisit mensuram fidei.

4. Sicut enim in uno corpore multa membra habemus, omnia autem membra non eumdem actum habent,

5. Ita multi unum corpus sumus in Christo, singuli autem alter alterius membra.

6. Habentes autem donationes, secundùm gratiam quæ data est nobis, differentes, sive prophetiam secundùm rationem fidei,

7. Sive ministerium in ministrando, sive qui docet in doctrinâ,

8. Qui exhortatur in exhortando, qui tribuit in simplicitate, qui præest in sollicitudine, qui miseretur in hilaritate.

9. Dilectio sine simulatione; odientes malum, adhærentes bono;

10. Charitate fraternitatis invicem diligentes; honore invicem prævenientes;

CHAPITRE XII.

1. Je vous conjure donc, mes frères, par la miséricorde de Dieu, de lui offrir vos corps comme une hostie vivante, sainte et agréable à ses yeux, pour lui rendre un culte raisonnable.

2. Et ne vous conformez point au siècle présent, mais transformez-vous en des hommes nouveaux par le renouvellement de votre esprit, afin que vous reconnaissiez quelle est la volonté de Dieu, ce qui est bon, ce qui est agréable à ses yeux, et ce qui est parfait.

3. Je vous exhorte aussi, vous tous, selon le ministère qui m'a été donné par grâce, de ne point vous élever au delà de ce que vous devez dans les sentiments que vous avez de vous-mêmes, mais de vous tenir dans les bornes de la modération, selon la mesure du don de la foi que Dieu a départie à chacun de vous.

4. Car, comme dans un seul corps, nous avons plusieurs membres, et que tous ces membres n'ont pas la même fonction;

5. De même en Jésus-Christ, nous sommes plusieurs qui ne formons qu'un seul corps, étant tous réciproquement les membres des uns des autres.

6. Nous avons aussi des dons différents, selon la grâce qui nous a été donnée. Que celui qui a reçu le don de prophétie de l'Eglise s'attache à son ministère, en use selon la règle de la foi.

7. Que celui qui est appelé au ministère administre. Que celui qui a reçu le don d'enseigner s'applique à enseigner.

8. Que celui qui a reçu le don d'exhorter exhorte. Que celui qui fait l'aumône la fasse avec simplicité. Que celui qui est chargé de la conduite de ses frères s'en acquitte avec soin et avec vigilance. Que celui qui exerce les œuvres de miséricorde le fasse avec joie.

9. Que votre charité soit sincère et sans déguisement: ayez le mal en horreur, et attachez-vous fortement au bien.

10. Que chacun ait pour son prochain une affection vraiment fraternelle: prévenez-vous les uns les autres par des témoignages de déférence.

11. Sollicitudine non pigri, spiritu ferventes, Domino servientes,

12. Spe gaudentes, in tribulatione patientes, orationi instantes,

13. Necessitatibus sanctorum communicantes, hospitalitatem sectantes.

14. Benedicite persequentibus vos; benedicite, et nolite maledicere :

15. Gaudere cum gaudentibus, flere cum flentibus :

16. Idipsum invicem sentientes ; non alta sapientes, sed humilibus consentientes; nolite esse prudentes apud vosmetipsos;

17. Nulli malum pro malo reddentes; providentes bona non tantùm coram Deo, sed etiam coram omnibus hominibus :

18. Si fieri potest, quod ex vobis est, cum omnibus hominibus pacem habentes :

19. Non vosmetipsos defendentes, charissimi, sed date locum iræ; scriptum est enim : Mihi vindicta, ego retribuam, dicit Dominus.

20. Sed si esurierit inimicus tuus, ciba illum : si sitit, potum da illi ; hoc enim faciens, carbones ignis congeres super caput ejus.

21. Noli vinci à malo, sed vince in bono malum.

11. Ne soyez point lâches dans votre devoir : conservez-vous dans la ferveur de l'esprit ; souvenez-vous que c'est le Seigneur que vous servez.

12. Réjouissez-vous dans l'espérance ; soyez patients dans les maux, persévérants dans la prière,

13. Charitables pour soulager les nécessités des saints, prompts à exercer l'hospitalité.

14. Bénissez ceux qui vous persécutent ; bénissez-les, ne faites point d'imprécations contre eux.

15. Soyez dans la joie avec ceux qui sont dans la joie, et pleurez avec ceux qui pleurent.

16. Tenez-vous toujours unis dans le même esprit, n'ayez point de pensées présomptueuses ; mais accoutumez-vous à ce qu'il y a de plus bas et de plus humble. Ne soyez point sages à vos propres yeux:

17. Ne rendez à personne le mal pour le mal ; ayez soin de faire le bien, non seulement devant Dieu, mais aussi devant tous les hommes.

18. Vivez en paix, si cela se peut, et autant qu'il est en vous, avec toutes sortes de personnes.

19. Ne vous vengez point vous-mêmes, mes chers frères, mais donnez lieu à la colère ; car il est écrit : C'est à moi que la vengeance est réservée, et c'est moi qui la ferai, dit le Seigneur.

20. Au contraire, si votre ennemi a faim, donnez-lui à manger ; s'il a soif, donnez-lui à boire ; car agissant de la sorte, vous amasserez des charbons de feu sur sa tête.

21. Ne vous laissez point vaincre par le mal, mais travaillez à vaincre le mal par le bien.

ANALYSIS.

A doctrinâ fidei transit Apostolus ad præcepta morum. In hoc ergo capite docemur :

1° *Quomodò erga Deum nos habere debemus; sive quoad corpus, quod ipsi, ut hostiam vivam, immolare debemus, v.* 1, *sive quoad animam, quam à secularibus abstractam, interiùs renovare debemus ; ut mente renovati, voluntati Dei in omnibus faciendæ studeamus, v.* 2; *sive quoad dona gratiæ, quibus quilibet Dei minister, suo proprio dono contentus, debet sanctè et modestè uti, ad Ecclesiæ, cujus membrum est, utilitatem, v.* 3, 4 5, 6, 7, 8.

2° *Quomodò erga proximum quoad actus internos habere nos debemus, scilicet illum diligere verè, purè, honestè et humiliter, v.* 9, 10.

3° *Docemur quales in nobis esse debemus, diligentes, ferventes, orationi instantes, v.* 11, 12, *non alta sapientes, v.* 16.

4° *Quomodò erga proximum, quoad externa officia, nos gerere debemus, à v.*13 *usque in finem, ubi quinquies ira in proximum nobis prohibetur, v.* 14, 17, 19, 20, 21, *et unica nobis permittitur vindicta, bona scilicet pro malis reddere, v.* 20, 21.

PARAPHRASIS.

1. Cùm ergo tanta sit in vos Dei misericordia, per hanc ipsam, vos, fratres, obtestor et obsecro, ut in gratitudinis monimentum, immoletis illi, non pecudes mortuas, sed vestra ipsa corpora, hostiam Deo viventem, sanctam, et ab omni peccatorum maculâ purgatam ; Deo gratam, utpote à spiritu puro et sanctificato oblatam.

2. Et ne sicut amatores hujus seculi sectemini voluptates et commoda, vestrisque serviatis cupiditatibus ; sed per sedulam mortificationem vestrarum cupiditatum, studete ut mente renovemini, ut spiritu renovati experiamini, gustuque spirituali sapiatis, quæ sit voluntas Dei, possitisque distinguere quod bonum est, vultque Deus à nobis fieri ; quod melius est, ipsiusque oculis gratius ; quod optimum et perfectum est, ipsique gratissimum.

3. Hanc Dei in vos voluntatem, ego Dei minister, omnibus vobis Romæ existentibus dico, et quidem juxta officium mihi gratis indultum, edico : silicet, ut nullus de se supra modum sapiat, sed unusquisque suo dono contentus, sobriè et modestè se gerat intra mensuram doni sibi à Deo collati.

4. Sicut enim in uno et eodem corpore multa habemus membra diversa, et hæc omnia membra corporis nostri non habent eamdem functionem, sed diversam,

5. Ita nos omnes fideles et Dei ministri, quasi diversa membra, diversas functiones habentia, unum Christi corpus mysticum sumus ; singuli autem alter alterius invicem membra sumus.

6. Cùm igitur diversa habeamus dona, prout Deus unicuique nostrûm per suam gratiam largitus est, iis utamur modestè, et unusquisque intra doni sui limites se contineat.

Cui contigit prophetiæ donum, ad explicandas sacras Scripturas, eo ad bonum Ecclesiæ sobrius utatur, juxta regulam fidei.

7. Cui contigit aliquod in Ecclesiâ ministerium, seu ecclesiasticus ordo, in hujus sui ministerii functione inclusus, officio suo modestè fungatur.

8. Qui docendi talentum et officium habet, citra fastum suam doctrinam, seu eruditionem largiatur.

Qui munus habet ad bonos mores et ad pietatem exhortandi, suo quoque munere modestè fungatur.

Cui incumbit officium eleemosynas communicandi, illud bonâ fide præstet iis quibus opus est, dando sine personarum acceptione.

Cui commissa est cura cæteros regendi; sollicitus, vigilans et sedulus, subditorum sibi curam gerat, Deo pro iis rationem redditurus.

Qui miseris succurrit, id alacri animo et hilari vultu faciat.

9. Caveat fidelis à profanorum simulatione, qui verbo et signo tenùs diligunt, non re; dilectio sit inter vos vera, sincera, ex corde; sic autem proximum amate, ut ejus vitia odio habeatis, virtutes verò diligatis.

10. Non modò sincera sit vestra inter vos dilectio, sed fraterna; vos invicem ut fratres, ejusdem Patris cœlestis filios diligite; vos invicem ut filios Dei, et ut fratres Christi, honore prævenite.

11. Caveat et fidelis ab omni pigritiâ; sed omnes estote in officio prompti et alacres, spiritu ferventes, utpote qui Deo regum Regi et Domino servitis.

12. Propterea gaudete et sperate; ipse enim erit merces vestra magna nimis; hujus mercedis intuitu, vestras oppressiones patienter sustinete, assiduis orationibus cœleste auxilium à Domino cui servitis, et pro quo patimini, implorantes.

13. Cæterùm tanta sit erga proximum vestra charitas, ut pauperum inopia, quasi vestra sit, et vestra copia sit quasi pauperum.

Erga peregrinos autem hospitalitatem non tantùm exercete, quando petunt, sed et ad illos currentes, offerte hospitium.

14. Eis verò qui vos, vel odio Christi, vel alio motivo, persequuntur et affligunt, non modò non malè precemini, sed è contra illis benè precemini, salutem et gratiam optantes.

15. Charitas sic inter vos omnia prospera et mala reddat communia, ut ex charitate gaudeatis cum gaudentibus, tristemini cum tristibus.

16. Sit vobis omnibus unus animus, sicut et cor unum; estote itaque concordes inter vos; propterea cavete ne de vobis ipsis clarè sentiatis, sed ita demissè, ut et cum infimis hominibus benignè conversemini.

Cavete et ne, nimiùm vestræ prudentiæ tribuentes, aliorum judicia spernatis; hæc enim duo sunt concordiæ contraria.

17. Quòd si fortè vos quis offendat verbo aut facto; ne retallietis, convicium pro convicio, aut injuriam pro injuriâ reddentes:

Sed vobis curæ sit ita benefacere, ut non Deo tantùm, qui cor intuetur, placeatis; sed ut etiam per bona opera vestra omnes homines ædificentur.

18. Si salvâ justitiâ et veritate fieri potest, quantùm in vobis est, pacem habete, non solùm cum fratribus, sed etiam cum omnibus omninò hominibus.

19. Hoc ut ita sit, fratres charissimi, non vosmetipsos vindicate, sed vobis irato cedite, illumque suo judici relinquite, qui in Deuteronomio dicit: Mihi vindicta competit; et ego judex justissimus rependam.

20. Hoc edoctus oraculo, cave ne læsus lædas, imò pro maleficio repone beneficium; si fortè esuriat tuus inimicus, illum cibo refove; si sitiat, potum illi porrige: hæc tua in eum beneficia erunt quasi carbones ardentes, quibus eum à capite ad pedes circumdatum, inflammabis ad te redamandum.

21. Hæc sola tibi vindicta permittitur, hicque tuum inimicum vincendi modus conceditur unicus, benefactis vincere; cave itaque ne ab eo læsus vindictam expetas: sic enim te tui adversarii malitia superabit; sed bonis officiis ita ejus malitiam expugna, ut tuis beneficiis victus, ex inimico fiat amicus; et hæc est perfecta et christiana victoria.

COMMENTARIA.

Vers. 1. — Obsecro itaque vos, fratres. *Itaque*, cùm tanta sit in vos misericordia Dei: gratis quippe vos vocavit, gratis et justificavit, tot aliis à justitiâ repulsis, ut tribus ultimis capitibus, nono, decimo, undecimo dictum est.

Obsecro, Græc., *hortor*, per misericordiam, Græc., *per miserationes*. Hoc plurale indicat magnitudinem misericordiæ; quasi diceret: Obsecro et hortor vos per hæc viscera misericordiæ Dei in vos.

Ut exhibeatis, Græc., παραστῆσαι, sistere, id est, sistite. Offerte, quasi diceret: Alienate à vobis, et in Dei dominium transferte.

Corpora vestra, non victimas mortuas et cultro materiali jugulatas, sed exhibete ei corpora vestra, hostiam spirituali quidem mortificationis gladio occisam, sed viventem fide vivâ, spe firmam, charitate animatam.

Sanctam, ita ut sit sancta, et ab omni peccatorum maculis purgata, Deoque placeat.

Rationabile obsequium vestrum. Græc., τὴν λογικὴν

Vers. 1. — *Obsecro itaque vos, fratres, per misericordiam Dei*, q. d.: Docui hactenùs, vos, ô gentes, per Dei gratiam et misericordiam adscitas esse ad justitiam et salutem; Judæos verò ab eâ repulsos esse: nunc ut à dogmatibus ad mores transeam, obsecro vos, ô fideles, qui tantam Dei misericordiam, gratiam et justitiam consecuti estis, ut Deo grati sitis, ut dignè Deo, tantâque gratiâ vivatis, ut opere præstetis, quod fides dictat, quodque Deus et Christus à vobis efflagitat.

Ut exhibeatis corpora vestra hostiam viventem, sanctam, Deo placentem, q. d.: Offerte Deo corpora vestra, alienate illa a vobis, ac transferte ea tanquàm hostiam vivam in Dei dominium, ut iis utamini non ad libitum, sed ad Dei cultum et honorem. Ita S. Chrysostomus.

λατρείαν, id est, cultum Dei rationalem, seu spiritualem, seu non brutas pecudes ut olim, sed rationalem et spiritualem victimam, scilicet hominem ipsum, seu corpus à spiritu rationali et sanctificato oblatum. Syrus: *Acceptam Deo per ministerium rationale*, seu placentem Deo per cultum spiritualem. Vult Apostolus ut exhibeamus Deo corpus nostrum, omnesque corporis motus et actus; sed quasi hostiam rationalem et spiritualem, quippe à spiritu interno, puro et sancto animatam et oblatam. Sicut Deus spiritus est, ita spiritualem illi et internum exhibete cultum, qualis est supra dictus, spirituali scilicet mactatione Deo corpus immolando.

OBSERVATIO LITTERALIS ET MORALIS.

Alludit Apostolus ad sacrificia vetera, in quibus occidebantur victimæ, vituli, oves, hirci, columbæ, etc., hisque veteribus sacrificiis opponit novum, scilicet spiritualem sacrificandi modum; sed à Deo per hæc externa et vetera sacrificia semper intentum: ut enim ait hìc D. Thomas post D. Augustinum, visibile sacrificium, quod exteriùs offertur Deo, signum est invisibilis sacrificii, quo quis se et sua in Dei obsequium exhibet. Nos ergo D. Paulus docet et hortatur ut in gratitudinis monimentum, nos et omnia nostra Deo sacrificemus; et quia, ut ait D. Thomas, homo triplex habet bonum, animam, corpus, exteriora bona, hinc debet Christianus animam Deo sacrificare per devotionis et contritionis humilitatem; exteriora bona per eleemosynarum largitionem, corpus per mortificationem. De eleemosynâ Hebr. ultimo capite et alibi; hìc speciatim de corporis hostiâ per spiritum offerendâ.

Hujus sacrificii spiritualis et christiani sacerdos est spiritus, altare est cor nostrum, gladius contritio, mortificatio, ignis est charitas, hostia corpus, peccato, quidem mortuum, at Deo vivum, à mente purâ, sanctâ animatum, quæ se, suum corpus, omnesque corporis actiones ad Dei gloriam dirigit et offert.

Offerant ergo Judæi carnales, hostias mutas, et irrationales victimas, corpora mortua, incapacia Deum laudandi et glorificandi, ipsique placendi. Christianus verò offerat Deo corpus suum vivens et sanctificatum in Baptismo per Spiritum sanctum; Deo placens, utpote membrum Christi; Deum laudans et glorificans per actiones Deo consecratas, et per mortificationem, actiones animales et sensuales mactantem.

PRAXIS.

Quomodò corpus fiet hostia? ait D. Chrysostomus; nihil mali respiciat oculus, et factus est hostia; nihil turpe loquatur lingua, et facta est oblatio; nihil iniqui committat manus, et facta est holocautoma: imò non sufficiunt ista, sed ut bona etiam faciamus opus est, nimirùm ut eleemosynam faciat manus, calumnias inferentibus benedicat os, auditus divinis continuè sermonibus vacet: nihil enim immundi habet hæc hostia; aliorum primitias complectitur hæc hostia; et nos igitur tam manuum quàm pedum, tam oris quàm omnium aliorum primitias Deo reddamus.

VERS. 2. — ET NOLITE CONFORMARI. Græc., *ne configuremini*, Syr.: *Et ne assimilemini huic seculo;* SED REFORMAMINI, Græc.: *Sed transformemini in renovatione mentis vestræ*, id est, ex veteri in novam transite formam, seu et ne vitam ducatis similem hominibus sectantibus hoc seculum, cui per Baptismum renuntiâstis. Vide paraphras. Divus Chrysostomus, et post eum Theodoretus, notant quòd D. Paulus res hujus seculi, scilicet opes, potentiam, honorem vocat figuras, quia sunt parùm durabiles; *Præterit enim figura hujus mundi;* quæ sunt autem spiritûs, seu virtutem, vocat formam, quia sunt res veræ, solidæ et permanentes.

Ad duo tota revocatur moralitas christiana: primum, ut anima se retrahat à noxiis; secundum, ut se convertat ad ea quibus perficitur, seu ut mundo per cupiditatem non configuretur, sed ut Christo per charitatem conformetur.

UT PROBETIS QUÆ SIT VOLUNTAS DEI..., quia Dei voluntas est omnis sanctitatis regula, mensura, fons et origo; hinc Apostolus vult ut in omnibus illam cognoscere et adimplere studeamus. Hæc autem cognitio fructus est renovationis interioris: quò plus enim reformamur spiritu mentis, eò magis illustramur à Deo, menteque purgatâ probamus et sapimus quid bonum, quid melius, quid optimum.

Triplex itaque gratiæ gradus in his verbis indicatur: pro incipientibus, proficientibus et perfectis. Incipien-

Viventem, id est, virtutibus deditam, quia caro, vitiis dedita, mortua est, inquit S. Gregorius. *Viventem*, id est, quæ vitam, videlicet Christum, in se gerat. *Sanctam*, hoc est, ab omni immunditiâ et inquinatione peccati immunem: et per hoc *beneplacitam*, id est, acceptam et gratissimam Deo cui exhibetur. *Rationabile obsequium vestrum;* vocat enim Apostolus obsequium seu cultum rationalem eum qui in ratione ac mente situs est, id est, cultum spiritualem, ad differentiam cultûs externi atque corporei, qualis fuerat Judæorum, consistens in hostiarum carnalium mactatione. Recta autem ratio dictat, Deum magis internâ fide, spe, pietate, amore, et puritate mentis, quàm externis corporis cæremoniis colendum esse.

VERS. 2. — *Et nolite conformari huic seculo.* Sensus est: Cavete ne vitâ et conversatione similes efficiamini iis qui sectantur hujus seculi seu mundi voluptates et commoda, suisque serviunt cupiditatibus.

Sed reformamini in novitate sensûs vestri, Græcè, *transformamini*, ut scilicet, transeatis ex veteri figurâ in novam formam; q. d.: Studete quotidianæ renovationi mentis vestræ per mortificationem malorum affectuum et cupiditatum. Sicque hâc metamorphosi fiet, ut in dies transmutemini magis et magis in alios homines. Induite formam novitatis sensûs, id est, mentis; ut mentem virtutibus innovetis, ut diligatis et quæratis ea quæ sunt mentis et spiritûs, ut opera nova, spiritalia et divina edatis ex hâc novâ et divinâ formâ Spiritûs sancti.

Ut probetis quæ sit voluntas Dei bona, et beneplacens, et perfecta. Quò magis reformamur spiritu mentis nostræ, eò magis illustramur à Deo, magisque purgatâ mente probamus et sapimus quid sit bonum, melius, et optimum à Deo volitum, Deoque gratum. Ut sciatis *quæ sit voluntas Dei bona*, id est, quid Deus à nobis velit fieri bonum; *et beneplacens*, id est, melius; *et perfectum*, id est, optimum et sibi gratissimum. Sensus est: Ad illam reformationem vitæ vestræ hoc pertinet, ut probetis, id est, exquiratis ac diligenter scrutemini, quæ sit Dei voluntas bona, beneplacita, et

tes faciunt quod bonum est, quodque Deus vult à nobis fieri, præcepta scilicet. Proficientes faciunt quod melius est, Deique oculis gratius, consilia. Perfecti faciunt quod perfectum est, Deoque gratissimum, idque perfectè, seu amore puro et charitate perfectâ.

VERS. 3. — DICO ENIM PER GRATIAM QUÆ DATA EST... Hoc *enim* jungit sequentia cum præcedentibus, quasi diceret : Dico vobis quæ sit erga vos Dei voluntas, scilicet ut nullus superbè sentiat de semetipso. Vide paraphrasim.

Altercatio inter fideles Judæos et Græcos orta hujus admonitionis occasionem dedit; quia enim utrique modestiæ leges excesserant, et in jactantiæ vitium inciderant, hinc omnibus fidelibus Romæ existentibus D. Paulus ex officio muneris apostolici præcipit ut supra modum de se non sentiant, sed sobriè, modestè et intra mensuram fidei, seu doni in fide sibi à Spiritu sancto collati. Per fidem ergo hìc intelligitur donum fidei christianæ et etiam dona gratuita et visibilia, quæ tunc Spiritus sanctus fidelibus largiebatur, et quorum fundamentum est fides.

Modestiam præcepturus, modestiam servat Apostolus, 1° apostolatum suum gratiam vocans, seu gratis acceptum ; 2° indicans id ex officio se facere, et ad hoc monitum eis dandum, ex munere apostolico teneri ; 3° utens verbo, *dico*, non autem verbo, *præcipio;* quod modestius. Ita superior, prælatus, intra modestiæ limites se contineat, modestiam commendans. Ita quilibet fidelis juxta doni mensuram à Deo sibi collati agat, alieno talento nec invideat, nec se ingerat.

VERS. 4. — SICUT ENIM IN UNO CORPORE... Probat quemlibet fidelem debere sapere ad sobrietatem, et intra mensuram fidei seu doni accepti ; hoc autem probat similitudine sumptâ à corpore humano : *Sicut enim in uno* et eodem *corpore*, multa sunt membra diversa, hæc autem omnia membra non eamdem habent functionem; frustra enim essent diversa, nisi propter actus diversos.

VERS. 5. — ITA MULTI UNUM CORPUS SUMUS... ; Syr. : *Ita et nos qui multi sumus, unum sumus corpus in Christo, singuli autem ex nobis, alii aliorum sumus membra.* Id est : *Ita* nos omnes fideles, quasi diversa membra, varias et diversas gratias et functiones habentia, *unum corpus sumus* IN CHRISTO, id est, in Ecclesiâ; singuli autem commembra sumus, sive commembres.

OBSERVATIO DOCTRINALIS ET MORALIS.

In corpore humano tria sunt, ait D. Thomas : unitas corporis, membrorum pluralitas, officiorum diversitas ; adde et aptitudo cujusque membri ad suum officium. Ita in Ecclesiâ, seu corpore mystico Christi, est 1° membrorum, seu fidelium multitudo ; 2° est unitas, uniuntur enim fideles Christo, capiti suo interiùs, per fidem et gratiam ; sibi invicem exteriùs, per Sacramenta, seu, ut ait D. Thomas, fide et affectu charitatis spiritualiter unimur invicem et Deo ; unum corpus et unus spiritus ; 3° est officiorum diversitas, ad utilitatem communem redacta ; denique sunt et diversæ gratiæ et dotes, quarum jamjam faciet Apostolus enumerationem.

Hinc restat concludendum : Unusquisque sobriè sapiat, suâque functione contentus sit. Hinc etiam docemur à Christo capite nostro humiliter dependere, ejus Spiritu animari, ipsi in omnibus parere ; docemur et cum fidelibus omnibus charitate conjungi, nulli invidere, omnes adjuvare : singuli enim commembra sumus.

VERS. 6. — HABENTES AUTEM DONATIONES SECUNDUM..., id est : Cùm itaque diversa dona habeamus, prout Deus unicuique per suam gratiam largitus est, subaudi, iis utamur modestè ad sobrietatem, et unusquisque intra doni sui limites se contineat ; quod et in sequentibus, ad singula dona quæ enumerat, subaudiendum.

SIVE PROPHETIAM, id est, qui prophetiæ donum accepit, sive ad futura prædicenda, sive ad Scripturam explicandam ; SECUNDUM RATIONEM, Græc., *analogiam*, Syr., *pro mensurâ fidei*, id est, eo dono modestè utatur, secundùm regulam et analogiam fidei, ita ut ipsius, seu prædictio, seu prædicatio, sit fidei conformis.

perfecta, id est, quâ non præcipit nisi bona, ac sibi placita, et perfecta, hoc est, irreprehensibilia : probetis, inquam, eo fine ut illam Dei voluntatem cognitam amplectamini et impleatis.

VERS. 3. — *Dico enim per gratiam quæ data est mihi*, id est, per apostolatum : vel munus apostolicum gratis mihi à Deo datum ; q. d. : Ex munere, officio et auctoritate apostolicâ dico et edico ea quæ sequuntur.

Omnibus qui sunt inter vos, id est, omnibus fidelibus qui Romæ estis. Vult enim hæc præcepta ad omnes eos pervenire.

Non plus sapere quàm oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem ; Irenæus vertit : *Sapite ad prudentiam ;* Hieronym. : Sapite ad pudicitiam ; S. August. : Sapite ad temperantiam ; S. Chrysostom. : Sapite ad modestiam, id est, ad humilitatem. Sensus est : Dico et moneo quemque vestrùm, ne supra modum de se sentiat, neque plus quàm par est sibi tribuat : sed de se sentiat sobriè, temperatè, et cum modestiâ. Cujus quidem admonitionis occasionem Paulo dederat altercatio, quæ Romæ inter fideles Judæos et Græcos orta fuerat de justificatione. Nam in eâ modestiæ fines excesserant non sine jactantiæ vitio.

Et unicuique sicut Deus divisit mensuram fidei. Dico unicuique vestrùm sapere, id est, ut sapiat, sicut Deus divisit seu partitus est ei mensuram fidei, id est, sentiat de se juxta mensuram ac modum doni in fide sibi collati. Nominat fidem, quòd illa cæterorum donorum directrix sit ac moderatrix.

VERS. 4, 5. — *Sicut enim in uno corpore multa membra habemus, omnia autem membra non eamdem actum* (actionem, functionem, operationem) *habent : ita multi* (hoc est, omnes nos fideles, qui sumus quasi varia membra, varias gratias, et functiones habentia) *unum corpus sumus in Christo*, puta una Ecclesia sumus, cujus nexus interior est per fidem et gratiam ; exterior, per Sacramenta à Christo instituta. Per hæc enim omnes nectimur et jungimur cum Christo, et in Christo ; hujus enim corporis, id est, Ecclesiæ, caput est Christus. *Singuli autem alter alterius membra.*

VERS. 6. — *Habentes autem donationes secundum gratiam, quæ data est nobis, differentes :* Habentes dona diversa et varia, prout unicuique nostrùm per gratiam suam largitus est Deus.

Sive prophetiam secundum rationem fidei. Rationem, Græcè, *proportionem.* Prophetiæ nomine intelligit Paulus doctrinam, et ea quæ ad docendi munus per-

VERS. . — SIVE MINISTERIUM IN MINISTRANDO..., id est, qui aliquod in Ecclesiâ recepit ministerium, seu ordinem ecclesiasticum, in hujus ordinis, seu ministerii functione, versetur modestè et sobriè.

SIVE QUI DOCET IN DOCTRINA, id est, qui talentum habet, et functionem recepit alios docendi, suo munere modestè fungatur et studiosè.

VERS. 8. — QUI EXHORTATUR IN EXHORTANDO, id est, qui talentum et munus habet moralitatem evangelicam docendi, et ad bonos mores exhortandi, suo quoque officio modestè fungatur, omni compressâ elatione animi, talibus functionibus insidiante.

QUI TRIBUIT IN SIMPLICITATE; Syr., *cum simplicitate*, id est, cui ex officio incumbit eleemosynas distribuere, illud bonâ fide faciat, sine fraude, sine dolo, sine personarum acceptione.

QUI PRÆEST IN SOLLICITUDINE..., Græc., *præfectus*, Syr., *qui stat in capite*, id est, qui regit Ecclesiam : v. g., episcopus, pastor, is sit sedulus, vigilans; ipsius enim est ad singulos attendere, ut moneat, corrigat, etc.

QUI MISERETUR, IN HILARITATE, id est, qui miseros ope vel pecuniâ sublevat, id faciat alacri animo et hilari vultu. D. Chrysostomus multas hujus hilaritatis in misericordiâ faciendâ rationes affert. Ex parte miseri : non tantùm egestatem illius, sed et pudorem sublevabis, quoniam, inquit, nihil adeò videtur hominibus turpe, ac ab aliis accipere; nisi excellenti hilaritate suspicionem illam sustuleris, ostenderisque quòd magis accipias quàm des, magis dejicies accipientem quàm refocillabis. Ex parte miserentis : quis regnum accipiens, mœstus est? quis remissionem peccatorum accipiens, in mœrore manet? noli itaque petinent. *Secundùm rationem fidei :* fides hìc est intelligentia perfecta rerum divinarum et Scripturarum, quæ non tam humano studio, labore et industriâ, quàm Dei illuminantis operatione et inspiratione acquiritur. *Habentes prophetiam*, hoc est, gratiam explicandi doctrinam et Scripturam sacram, secundùm analogiam, id est, secundùm proportionem et mensuram *fidei*, id est, intelligentiæ, sapientiæ à Deo nobis concessæ.

VERS. 7. — *Sive ministerium in ministrando :* Sive habentes gratiam alicujus ministerii ecclesiastici in quocumque gradu et ordine, ut sunt *episcopatus*, *presbyterium*, *diaconatus*, etc.; cujusmodi gratiam qui habet, illi dico, non sibi placeat, sed cum modestiâ et curâ ad aliorum utilitatem exsequatur creditum sibi ministerium, sciens se vocatum ad opus, non ad honorem.

Sive qui docet, *in doctrinâ*, hoc est : Si quis habet gratiam docendi, id est, ea quæ novit aptis et convenientibus verbis explicandi, aliisque tradendi : utatur eâ facultate ad docendum alios.

VERS. 8. — *Qui exhortatur in exhortando*, id est, in exhortationis gratiâ et talento, quod accepit, id facit, puta exhortatur. Sub exhortatione etiam consolationem accipe.

Qui tribuit in simplicitate, q. d. : Qui habet functionem et officium distribuendi eleemosynas, eam habeat in simplicitate, id est, secundùm gratiam simplicitatis, bonâ fide, sine personarum acceptione, ac sine respectu proprii commodi.

Qui præest in sollicitudine, q. d. : Qui præest, in gratiâ sollicitudinis se contineat, in eâque præsit, ut cum respectu sumptum, sed ex illo sumptu provertum; si enim qui seminat gaudet, licet in incertum seminet, multò magis qui cœlum, quasi agrum, colit. D. Chrysostomus. Hinc Eccl. 35, v. 11 : *In omni dato hilarem fac vultum tuum.* Hæc autem hilaritas in tribus consistit : in animi lætitiâ, in vultûs hilaritate, in verborum affabilitate.

VERS. 9. — DILECTIO SINE SIMULATIONE... Transit Apostolus à charismatibus ecclesiasticis ad laica, seu Christianis omnibus communia; hìcque fidelem considerat per respectum ad proximum, quem debet diligere. Dilectio sit vera, sincera, sine fictione... Græc., ἀνυπόκριτος, *non hypocritica*, non tantùm in verbo, aut in exteriori apparentiâ, sed in vero cordis affectu et operis efficaciâ, primæ Joan. 3, 18.

ODIENTES MALUM, etc., sit pura; sic amemus proximum, ut ejus odiamus vitia, virtutes verò diligamus. Ita D. Thomas. Nisi malis Apostolum hìc generale Christianorum omnium officium statuere, quod est ut abhorreant à malo, adhæreant bono.

VERS. 10. — CHARITATE FRATERNITATIS, φιλαδελφίᾳ, id est, charitate fraternâ vos amate, ut ejusdem Patris cœlestis filios; HONORE INVICEM PRÆVENIENTES, id est, studete ut vos invicem honore præveniatis; prævenit autem, qui primus honorat. In his duobus versibus tres indicantur conditiones affectûs interni quem proximo debemus : sincerè illum diligere, purè diligere, interiùs honorare; hancque reverentiam et dilectionem signis et operibus exhibere : sit sincerus, purus, honestus et humilis. Talis autem erit, si christianum consideremus ut filium Dei, fratrem nostrum, membrum Jesu Christi, nostrumque commembrum.

VERS. 11. — SOLLICITUDINE NON PIGRI...; Syr : *Es-*

debitam eorum qui sibi commissi sunt curam et sollicitudinem gerat.

Qui miseretur in hilaritate, q. d. : Ergo cùm misereris, utere dono hilaritatis, quod Deus tibi cum officio dedit, ut hilarem te præbeas miseris et ægrotis.

VERS. 9. — *Dilectio sine simulatione*, q. d. : Proximus diligatur sincerè et ex animo, non simulatè. Nam dilectio simulata non est dilectio.

Odientes, abhorrentes, *malum*, vitium, peccatum, *adhærentes bono* et virtuti. *Bonum* denotat honestatem, justitiam.

VERS. 10. — *Charitate fraternitatis invicem diligentes*, amore fraterno alius ad alium amanter affecti. Ratio, quia estis invicem membra, non tantùm ut homines, sed ut fideles, ac peculiariter hoc nomine *fratres*.

Honore invicem prævenientes; prævenit autem, qui antevertit, id est, qui priùs honorat. Intellige, quantùm in te est, non enim uterque alterum prævenire potest, nisi voluntate et studio. Ratio præcepti, quia per hoc provocatur et fovetur mutua dilectio, quam proxima sententia commendaverat.

VERS. 11. — *Sollicitudine non pigri*, non gravatim, sed diligenter et promptè, atque ex animo facientes officium, præsertim quo juvandus est proximus.

Spiritu ferventes, hoc est, impetu quodam animi succensi ad exsequendum ea, quæ vestræ sunt functionis et officii : sic enim eritis studio non pigri.

Domino servientes, ut in omni actione et officio quod proximis impendimus, non quæ nostra sunt quæramus, sed Domino serviamus, ejusque honori studeamus

tote diligentes et non pigri, etc. D. Chrysostomus, *studio non pigri*. Docet Apostolus quales in nobis ipsis esse debeamus, scilicet alacres et prompti in officio; SPIRITU FERVENTES, id est, Spiritu sancto, quasi igne, succensi; DOMINO SERVIENTES, id est, Deo, Regi regum et Domino dominantium, servientes; cujus servitus præstat hominum imperiis. Ad alacritatem et fervorem in nobis excitanda, vult Apostolus ut attendamus ad Dominum, cui servimus; Deo scilicet, Christoque servimus.

Græcus textus in Polyglottâ habet, τῷ καιρῷ δουλεύοντες, *tempori servientes*. Ambrosius legit, *tempori servientes*, quod Erasmo magis arridet. Sed Syrus et omnes aliæ versiones habent : *Domino servientes*. D. Chrysostomus : *Domino servientes*. Theodoret., Theophyl., idem; bonum tamen sensum potest habere, *tempori servientes*, quasi diceret : Ne fervor vester sit imprudens, nihilque incongruo tempore aggrediatur; sed temporis opportunitatem in omnibus captate.

VERS. 12. — SPE GAUDENTES; Syr. : *Gaudete in spe vestrâ*, id est, gaudete intuitu mercedis æternæ; Deus, cui servimus, *erit merces nostra magna nimis;* hâc spe gaudete.

IN TRIBULATIONE PATIENTES; Syr. : *Sustinete vestras oppressiones*, id est, hæc spes vos fortes reddet, et in omni tribulatione patientes.

ORATIONI INSTANTES, id est, hæc eadem spes faciet gemitibus et continuis, et inenarrabilibus æternam hanc felicitatem desiderare. Vel ut hæc obtineatis, orationi estote instantes. Tres hoc verbo comprehenduntur orationis conditiones : sit pia et affectuosa, sit de re ad salutem pertinente, sit perseverans et assidua.

VERS. 13. — NECESSITATIBUS SANCTORUM COMMUNICANTES... Tanguntur hic et in sequentibus versibus externa charitatis ad proximum officia; varia sunt pro varietate statûs : si sit in necessitate et indigeat, ipsius indigentiæ subvenite, resque vestras illi communes facite.

VERS. 12. — *Spe gaudentes;* spem intelligit futuræ retributionis. Ea namque animum christianum fovet, et alacritatem suggerit, et gaudio quodam perfundit in omni opere pietatis, tum verò mirificè consolatur et fortem reddit in afflictionibus hujus vitæ. Philo spem vocat *gaudium ante gaudium*.

In tribulatione patientes, spe nimirùm animati. Nam nisi animus spe præmiorum fulciretur, in afflictionibus,quas pro Christo patitur (de his autem sermo est) durare non posset. S. Athanasius de S. Antonio scribit, cum semper tam in adversis quàm in prosperis lætum fuisse, mentisque lætitiam prætulisse, atque ex eâ agnitum fuisse ab ignotis.

Orationi instantes, hoc est, in oratione assiduè perdurantes, vel instantes cum assiduitate. *Instare*, est cum patientiâ et perseverantiâ quâdam insistere, incumbere, multum esse in aliquâ re.

VERS. 13. — *Necessitatibus sanctorum communicantes*, id est, fratrum seu Christianorum indigentiæ de vestris facultatibus subvenite, res vestras fratribus inopiâ laborantibus communes facite.

Hospitalitatem sectantes, sedulò eam exercentes erga Christianos hospitio egentes, ne videlicet aut exponantur injuriis eorum, aut malorum hominum, aut divertere cogantur apud infideles.

SANCTORUM, id est, Christianorum : sic vocabantur, quia per Baptismum sancti erant effecti et Deo consecrati.

NECESSITATIBUS COMMUNICATE; Syr. : *Participes estote indigentiæ sanctorum;* quasi diceret : Divites communicent inopiæ pauperum, et pauperes communicent divitum copiæ; sicque fiet ut pauperes ex beneficentiâ divitum subsistant; divites verò ex pauperum patientiâ accrescant. Non dicit, subvenite, inquit D. Chrys., sed *communicate;* ostendens quòd plus accipiant quàm præstent, et quòd res ista negotiatio est, communicatio siquidem est : tu pecuniam offers, illi fiduciam tibi erga Deum afferunt.

HOSPITALITATEM SECTANTES, id est, si sit advena, hospitalitatem erga ipsum exercete. Nota : *Sectantes hospitalitatem*, instruens nos ut non exspectemus egenos, sed ad ipsos curramus et sectemur; sic Loth, sic Abraham, bonam exspectans venationem; videatur D. Chrysostomus.

VERS. 14. — BENEDICITE PERSEQUENTIBUS VOS...; si vobis ita sit contrarius ut vos persequatur, ipsi benè precemini, seu bonum apprecamini et ne malè precemini.

VERS. 15. — GAUDERE CUM GAUDENTIBUS...; si sit in lætitiâ, cum ipso gaudete; si tristetur, et cum ipso tristemini. Charitas reddit omnia communia, prospera et mala.

VERS. 16. — IDIPSUM INVICEM SENTIENTES, id est, eodem estote animo, seu concordes inter vos estote.

NON ALTA SAPIENTES; quasi diceret : Et quia superbia est inimica concordiæ, ideò non elatè sentiatis de vobis, ita ut supra alios eminere velitis.

SED HUMILIBUS CONSENTIENTES, id est, sed ita demissè de vobisipsis sentite, ut cum pauperibus et infimis hominibus benignè conversemini.

NOLITE PRUDENTES ESSE APUD VOSMETIPSOS, quasi diceret : Et quia sapientiæ præsumptio alterum est concordiæ impedimentum, ne nimiùm vestræ prudentiæ et iudicio tribuatis, quasi vestra consilia vobis suffi-

VERS. 14. — *Benedicite persequentibus vos*, hoc est, benè precamini et orate Deum pro iis qui vobis mortem, aut damna moliuntur inferre, vel etiam inferunt; quales potissimùm erant persecutores christianæ religionis.

Benedicite et nolite maledicere; benè, inquam, precamini eis, non malè. Ne execramini, et ne imprecamini eis mala, scilicèt ex animo vindictæ cupido; nam ex zelo justitiæ mala quandoque impiis imprecati sunt sancti, ut Elisæus, Job, et ipse Paulus, Act. 23.

VERS. 15. — *Gaudere cum gaudentibus*, q. d. : Ea sit sympathia inter vos, Christiani, ut fratrum bona vel mala æquè vos ac illos tangant.

Flere cum flentibus, id est, prospera et adversa, velut nostra reputemus, atque iis ut propriis afficiamur, lætantes de bonis, dolentes de malis.

VERS. 16. — *Idipsum invicem sentientes;* sitis eodem animo alius erga alium affecti.

Non alta sapientes, sed humilibus consentientes; non elatè de vobis ipsis sentientes ut velitis supra alios eminere, ut ambiatis honores; sed humilia sapientes, id est, humiliter ac demissè de vobis sentientes.

Nolite esse prudentes apud vosmetipsos, id est, vestrâ ipsorum opinione, in oculis vestris; q. d. : Ne putetis vestra consilia vobis sufficere, quasi aliorum

ciant, et aliorum consilio non egeatis.

Vers. 17. — Nulli malum pro malo reddentes..... Si quis vos offendit, ne malum pro malo reddatis.

Providentes bona non tantum coram Deo... Nec Græcus textus, nec Syriaca versio habent, *non tantùm coram Deo*, sed, *vobis curæ sit benefacere coram omnibus hominibus;* id est, sed bonum cum tantâ curâ et circumspectione facite, ut non Deo tantùm probetur, sed etiam omnibus hominibus; quasi diceret : Sic vivite, ut non Deo tantùm, qui cor intuetur, placeatis; sed ut etiam per bona opera externa proximus ædificetur. Luceat ergo lux vestra intùs per charitatem, exteriùs, per bona exempla. Interiùs lucemus cogitatione, affectu, intentione. Exteriùs habitu, actione, sermone. Vide D. Bernard. apud Cornel. à Lapide.

Vers. 18. — Si fieri potest, quod ex vobis est..., quia non semper à nobis pendet pacem habere cum omnibus; ideò D. Paulus duas hìc ponit clausulas.

Si fieri potest, salvâ scilicet justitiâ et veritate, quod ex vobis est; ne præbeatur à vobis occasio dissensionis, sed è contra studiosè curate quæ pacis sunt.

Vers. 19. — Non vosmetipsos defendentes; Græc., ulciscentes; Syr., *nec ulciscamini*. Defendere hìc idem ac vindicare, seu ulcisci. Itaque non vosmetipsos vindicate, sed vobis irato cedite, nec ipsi resistatis jurgando, vel repercutiendo; Domini est servos punire, non conservorum, sicut scriptum est Deuter. 32, 15 : *Mihi vindicta*, supple competit, *et ego*, ut pote justissimus judex, *retribuam*.

Hinc Lutherus et alii quidam hæretici putant ne magistratibus quidem licere vindictam, sed errant, quia magistratûs vindicta est Dei vindicta, ut patebit in capite sequenti.

Vers. 20. — Sed si esurierit inimicus tuus... Græc.: *Si ergo...*; unicus nobis vindictæ locus, seu modus permittitur, scilicet benefaciendo; si esurierit..., ciba et pota... Iis duobus notissimis omnia beneficiorum genera significantur.

Hoc enim faciens, carbones ignis..., id est, coacervabis ignitos amoris carbones, quibus accendatur cor ejus ad redamandum. Per ignem ergo intelligitur amor; quasi diceret : Tua beneficia erunt quasi carbones ardentes, quibus eum à capite ad pedes circumdabis, ut cor ejus inflammes. Quidam tamen sic interpretantur, quasi diceret Apostolus: Hoc si feceris, reddes eum graviori pœnâ dignum, nisi resipiscat; sed primus sensus melior et magis christianus.

Vers. 21. — Noli vinci a malo..., id est, noli vinci à malitiâ tui adversarii, ita ut vindictam expetas, sed malitiam ejus tuâ vince beneficentiâ. Sicut in Deo *misericordia superexaltat judicium*, seu justitiam superat, sic in christiano bonitas malitiam debet vincere. Quia christianus est charitate filius Dei, id est, filius ipsiusmet charitatis, *Deus enim charitas est*, hinc Dei debet imitari bonitatem, *qui solem suum facit oriri super bonos et malos*, omnibusque benè facit.

Ideò toties in hoc capite nobis ira prohibetur et vindicta, unusque nobis conceditur vindictæ modus, bonum pro malo reddere.

consilio non egeatis, ne nimiùm vestræ prudentiæ et judicio tribuatis.

Vers. 17. — *Nulli malum pro malo reddentes*. Vindictam prohibet; cujus proprium est, malum pro malo reddere.

Providentes bona non tantùm coram Deo, sed etiam coram omnibus hominibus, q. d. : Ita honestè, amicè, justè et sanctè vivite, ut vita vestra et conversatio bona et amicabilis non tantùm Deo sed et hominibus probetur, nec à quoquam jure culpari possit, sed cæteris in exemplum virtutis luceat et præfulgeat.

Vers. 18. — *Si fieri potest*, etc., pacem colentes, in pace viventes, *si fieri potest*, nempe salvâ justitiâ, pietate ac veritate, et *quod ex vobis est*, ne videlicet à vobis atque ex vestrâ parte præbeatur ulla dissensionis occasio.

Vers. 19. — *Non vosmetipsos defendentes, charissimi; defendentes*, pro *vindicantes*, ulciscentes, unde et Tertullianus legit : non vosmetipsos ulciscentes.

Sed date locum iræ, id est, sinite ut locum habeat. *Da locum iræ*, inquit, hoc est, da veniam iræ, iram et injuriam tibi illatam condona.

Scriptum est enim : Mihi vindicta, ego retribuam, dicit Dominus : Mihi ultio et retributio, mea est ultio, id est, ad me pertinet, ad me spectat officium ulciscendi injurias, qui sum Judex omnium hominum.

Vers. 20. — *Sed si esurierit inimicus tuus, ciba illum : si sitit, potum da illi :* Quin tu contra potiùs, confer in eum qui te læserit, beneficia, quibus videris eum indigere.

Hoc enim faciens, carbones ignis congeres super caput ejus. S. Hieronym. et S. Augustin. : Congeres, inquiunt, super caput inimici (eum cibando) carbones ignis, id est, ignitos, non iræ, sed charitatis et amoris, qui eum inflamment ad redamandum. Nulla major, ait S. August., est provocatio ad amandum, quàm prævenire amando. Nimirùm efficacissimum est philtrum : *Ut ameris, ama*. Si id feceris, tandem ac paulatim accumulatis in eum beneficiis, velut congestis carbonibus, excitabis in eo pœnitentiæ dolorem; simulque eum succendes ad te redamandum, ut jam pro inimico habeas amicum. Solet enim per *ignem* amor significari.

Vers. 21. — *Noli vinci à malo*, etc. Noli vinci à malitiâ inimici tui, ut te ipsum ulcisci velis, non exspectatâ Dei vindictâ; sed vince ejus malitiam tuâ beneficentiâ. Egregiè verò christiana illa virgo sanctitate illustris apud D. Taulerum moriens, rogata quomodò ad tantam sanctitatem pervenisset? Respondit : Primò, afflictiones meas nulli nisi Deo quæsta sum. Secundò, erga omnes liberalis fui, saltem animo. Tertiò, iis à quibus læsa fui beneficium singulare rependi, quod non fecissem, nisi læsa ab eis fuissem. Ecce hæc est voluntas Dei bona, beneplacens et perfecta, quam à versu 2 hucusque per singula persequitur, hìcque complet et perficit Apostolus.

Corollarium pietatis, seu in hoc capite ad pietatem maximè notanda, et in praxim accuratiùs redigenda.

1° Ipsam nota totius capitis ideam, sub quâ divus Paulus nos docet quid Deo, quid proximo et quid nobis ipsis debeamus; ita ut hoc duodecimum caput sit totius christianæ moralitatis quasi summarium.

Quid Deo debemus.

Christianus per infinitam Dei misericordiam in Christi sanguine sanctificatus, Deum perpetuò debet honorare, corpus suum ipsi in baptismo consecratum exhibendo, ut hostiam vivam, sanctam, rationalem, spiritualem, seu spiritui, mortificationis cultro submissam. Hujus sacrificii modum et praxim vide in Commentario, v. 1. Mentem suam à seculi cupiditatibus abstractam, de die in diem renovando atque sanctificando per frequentem, et, si fieri potest, continuam ad Deum applicationem, quâ cognoscat et faciat quod Deus vult, quod Deo gratum, quodque gratissimum. Vide in Commentario versum secundum. In suo statu et ordine, juxta Dei voluntatem, permanendo, in eoque, juxta Dei donum sibi collatum, sanctè et modestè Deo et Ecclesiæ deserviendo. Vide versus 4, 5, 6, etc.

Quid proximo debemus.

Ipsum verè, sincerè, purè diligere; ipsum honore prævenire, ut filium Dei, fratrem nostrum, membrum Christi, commembrum nostrum. Vide versus 9 et 10; ipsi omnia charitatis officia, juxta statum et occasionem, exhibendo. Vide versum 13.

Quid nobis debemus.

Animi promptitudinem ad officium, spiritûs fervorem et alacritatem, ut qui Deo, Regi regum, et Domino dominantium, servimus; ideòque gaudere, sperare, alacriter agere, patienter sustinere, instanter orare. Vide versus 11, 12.

2° Duas circa eleemosynam faciendam nota conditiones hìc appositas ab Apostolo : *Qui tribuit in simplicitate... Qui miseretur in hilaritate.* Primò debet eleemosyna tribui simpliciter, in paupere tantùm considerando quod considerari debet, nimirùm quòd est pauper, quòd est Christi membrum, Christumque repræsentat. Non attendatur an sit amicus, utilis, gratus futurus; non etiam inquiratur curiosiùs an bonus sit, an dyscolus, an fictus, etc. Ne scruteris curiosè pauperum vitam atque negotia, ait D. Chrysost.; nam extremæ illud insolentiæ est, pro uno pane totam hominis miseri vitam curiosè inquirere; etiamsi fuerit latro, etc., homicida, etc., etiamsi teipsum interempturus esset, neque sic tamen fame laborantem contemnere deberes, quia discipulus illius es qui in ipsâ cruce dixit pro se crucifigentibus : *Pater, ignosce illis*, etc. Hæc et alia multa vide hom. 21 in hoc cap. 12. Secundò debet hilariter dari. Vide Commentarium vers. 8. Hujus hilaritatis rationes, tùm ex parte miseri, tum ex parte miserentis, vide ibidem.

3° Circa christianam vindictam nota quantùm differat seculum à cœlo, mundus à Deo. Putant, et falsò putant filii hujus seculi, quòd non ulcisci, sit succumbere; at contra Spiritus Dei docet quòd ulcisci sit succumbere et vinci. Docet præterea verum et divinum vincendi modum, et omni gloriâ dignum : *Vince in bono.* Christianè ulcisci et vincere, est malitiam bonitate superare; qui enim sic agit, seipsum vincit, de inimico triumphat, quem sibi et Deo reconciliat. Hanc unicam vindictam Deus nobis permittit, imò præcipit. *Ego autem dico vobis : Diligite*, etc.

O Deus bone! da quod jubes, ut sim verè filius tuus, qui totus bonitas et charitas es.

De hoc sancto vincendi modo multa referuntur exempla sacra et profana à Cornel. à Lap. hìc. Vide in Comment. versus 17, 19, 20, 21.

CAPUT XIII.

1. Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit; non est enim potestas nisi à Deo : quæ autem sunt, à Deo ordinatæ sunt.

2. Itaque qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit; qui autem resistunt, ipsi sibi damnationem acquirunt :

3. Nam principes non sunt timori boni operis, sed mali. Vis autem non timere potestatem? Bonum fac, et habebis laudem ex illâ :

4. Dei enim minister est tibi in bonum. Si autem malum feceris, time; non enim sine causâ gladium portat; Dei enim minister est : vindex in iram ei qui malum agit.

5. Ideò necessitate subditi estote, non solùm propter iram, sed etiam propter conscientiam.

6. Ideò enim et tributa præstatis; ministri enim Dei sunt, in hoc ipsum servientes.

7. Reddite ergo omnibus debita : cui tributum, tributum; cui vectigal, vectigal; cui timorem, timorem; cui honorem, honorem.

8. Nemini quidquam debeatis, nisi ut invicem dili-

CHAPITRE XIII.

1. Que toute personne soit soumise aux puissances supérieures; car il n'y a point de puissance qui ne vienne de Dieu, et c'est lui qui a établi toutes celles qui sont sur la terre.

2. Celui donc qui résiste aux puissances, résiste à l'ordre de Dieu; et ceux qui y résistent, attirent la condamnation sur eux-mêmes;

3. Car les princes ne sont point à craindre, lorsqu'on ne fait que de bonnes actions, mais lorsqu'on en fait de mauvaises. Voulez-vous donc ne point craindre les puissances? Faites bien; et alors elles vous en loueront.

4. Car le prince est le ministre de Dieu pour votre bien; mais si vous faites le mal, vous avez raison de craindre, parce que ce n'est pas en vain qu'il porte l'épée; car il est le ministre de Dieu pour exécuter sa vengeance, en punissant celui qui fait de mauvaises actions.

5. Il est donc nécessaire de vous y soumettre, non seulement par la crainte du châtiment, mais aussi par un devoir de conscience.

6. C'est aussi pour cela que vous payez le tribut aux princes, parce qu'ils sont les ministres de Dieu, toujours appliqués aux fonctions de leur ministère.

7. Rendez donc à chacun ce qui lui est dû; le tribut à qui vous devez le tribut; les impôts à qui vous devez les impôts; la crainte à qui vous devez la crainte; l'honneur à qui vous devez l'honneur.

8. Acquittez-vous envers tous de tout ce que vous leur devez, ne demeurant redevables à personne que

gatis : qui enim diligit proximum, legem implevit.

9. Nam : Non adulterabis : Non occides : Non furaberis : Non falsum testimonium dices : Non concupisces, et si quod est aliud mandatum, in hoc verbo instauratur : Diliges proximum tuum sicut teipsum.

10. Dilectio proximi malum non operatur; plenitudo ergo legis est dilectio.

11. Et hoc, scientes tempus, quia hora est jam nos de somno surgere; nunc enim propior est nostra salus, quàm cùm credidimus.

12. Nox præcessit, dies autem appropinquavit : abjiciamus ergo opera tenebrarum, et induamur arma lucis.

13. Sicut in die honestè ambulemus, non in comessationibus et ebrietatibus, non in cubilibus et impudicitiis, non in contentione et æmulatione :

14. Sed induimini Dominum Jesum Christum, et carnis curam ne feceritis in desideriis.

de l'amour qu'on se doit les uns aux autres; car celui qui aime son prochain accomplit la loi;

9. Parce que ces commandements de Dieu : Vous ne commettrez point d'adultère : Vous ne tuerez point : Vous ne déroberez point : Vous ne porterez point de faux témoignage : Vous ne désirerez point le bien de votre prochain : et s'il y en a quelque autre semblable, tous ces commandements sont compris en abrégé dans cette parole : Vous aimerez votre prochain comme vous-même.

10. L'amour qu'on a pour son prochain ne souffre point qu'on lui fasse aucun mal, et ainsi l'amour est l'accomplissement de la loi.

11. Acquittons-nous donc de cet amour, et d'autant plus que nous savons que le temps presse, et que l'heure est déjà venue de nous réveiller de notre assoupissement, puisque nous sommes plus proches de notre salut que lorsque nous avons reçu la foi.

12. La nuit est déjà fort avancée; et le jour s'approche : quittons donc les œuvres de ténèbres, et revêtons-nous des armes de lumière.

13. Marchons avec bienséance et avec honnêteté, comme on doit marcher durant le jour. Ne vous laissez point aller aux débauches ni aux ivrogneries, aux impudicités ni aux dissolutions, aux querelles ni aux envies;

14. Mais revêtez-vous de notre Seigneur Jésus-Christ, et ne prenez pas soin de votre chair jusqu'à contenter ses désirs déréglés.

ANALYSIS.

Ab ethicâ transit Apostolus ad politicam.

Asserit ergo Christianos principibus et omnibus publicâ dignitate præditis, obedientiam debere, primò, quia à Deo est instituta potestas, et potestatis ordinata distinctio : secundò, quia ad bonum nostrum instituta et ordinata, ut scilicet improbitate coercitâ, tutiùs vivant boni; tertiò, quia principes et magistratus sunt in hoc Dei ministri : hinc infert quòd eis parendum sit, etiam in conscientiâ, et eis tributa sint solvenda, à primo versu ad septimum.

℣ 8. Redit ad charitatem omnibus debitam, de quâ capite duodecimo jam multa dixit; et ad eam omnes excitat, asserens quòd est legis plenitudo, v. 9, 10.

Denique v. 11 et sequentibus fideles somnolentos excitat prospectu salutis; urgetque ut abjectis tenebrarum operibus, assumant arma lucis, et exutis vitiis, induant Dominum Jesum Christum.

PARAPHRASIS.

1. Omnis anima Deo fidelis et subdita, principibus et omnibus publicâ dignitate præditis etiam subjiciatur, quia scilicet à Deo instituta est publica potestas, et à Deo est ordo, et distinctio potestatis.

2. Proinde, qui legitimæ potestati, suo munere fungenti, resistit, is Deo ipsi resistit, à quo est ejus auctoritas; ac consequenter pœnas à Deo luet æternas.

3. Ut autem libentiùs principibus obedias, attende ad quid instituta sit illorum potestas, in bonorum scilicet favorem, ut, improbitate malorum coercitâ, tutiùs vivant boni; vis autem potestatem illorum non timere? age quod bonum est, sicque non modò pœnas non timebis, sed et laudem ab eis assequeris.

4. Princeps enim à Deo institutus est, et sub Deo constitutus, ut tanquàm Dei minister, bono præsit publico, ideòque et tuo : si verò scelus aliquod commiseris, est quòd timeas; non enim frustra gladium portat, sed ut malos puniat, siquidem Dei minister est, Deique vices gerit, ad supplicium de sceleratis sumendum.

5. Quapropter principum justis legibus parendum vobis est, non solùm ne ab eis puniamini, sed etiam ne coram Deo rei sitis, qui Dei ministro et vicario resistitis.

6. Propter eamdem rationem illis tributa penditis, et pendenda sunt, quia scilicet Dei sunt ministri, illiusque vices gerunt, dùm in hoc incumbunt, ut malos coerceant ad bonorum tutelam.

7. Unicuique igitur reddite quod ei debetur : tributum, cui debetur tributum; vectigal, cui vectigal; reverentiam et honorem, quibus reverentia et honor debentur, et unicuique juxta ordinem suum.

8. Omnibus denique debitis ita satisfacite, ut nihil cuiquam debeatis nisi charitatem et amorem, cujus debitum ita solvitur, ut semper maneat. Charitatem igitur mutuam amplectamini, et totam legem adimplebitis.

9. Quidquid enim lex præcipit aut vetat circa proximum : v. g., ne quis adulterium committat, ne quis occidat, ne quis furtum faciat, ne falsum testimonium dicat, ne rem proximi concupiscat; et si quod est aliud præceptum, hoc omne brevi charitatis præcepto summatim comprehenditur : Diliges proximum tuum, sicut teipsum.

10. Qui proximum diligit sicut seipsum, nullum illi malum infert; omne quod potest bonum procurat; omnem ergo legem adimplet : charitas ergo legis est totalis observatio

11. Omnibus, inquam, debita reddite, et nemini quidquam, præter charitatis debitum, debeatis. Et

hoc eò promptiùs et fideliùs agite, quòd scimus urgere tempus : ecce enim hora à somno peccati et torporis expergiscendi, et ab eo statim surgendi, quandoquidem propior est nostra salus, quàm cùm credere cœpimus.

12. Ecce nox hujus vitæ præteriit, vitaque properat ad finem; adest æternitatis dies semper duratura : abjiciamus ergo peccata, tenebrarum opera; et arma lucentia, bona scilicet opera induamur.

13. Et quia dies adest, sicut in clarâ luce, decenter compositi, ambulemus · non luxui indulgentes, in comessationibus, et temulentis compotationibus; non spurcis libidinibus et lasciviis servientes; non per contentionem et livorem mutuò certantes.

14. Sed Dominum Jesum Christum, qui per suam gratiam habitat in cordibus vestris, sic exprimite vestris moribus, ut ipse solus, ipsiusque sobrietas, castitas, et charitas videatur in vobis, sicut in homine vestito sola vestis apparet.

Sicque Christum induti, corporis quidem necessitati providebitis, at ejus voluptati non favebitis.

COMMENTARIA.

Vers. 1.—Omnis anima potestatibus sublimioribus. Græc., *supereminentibus*, præcellentibus, superhabentibus; Syr., *dignitate præditis*, positivè, non comparativè. Quia Deuter. 17, 15, dicitur Judæis ut regem eligant de numero fratrum suorum, hinc externis non parendum inferebant; et quia se liberos, utpote populum Dei, gloriabantur, hinc publicanos horrebant, tributaque ab imperatoribus imposita, Judæi etiam Christiani solvere repugnabant. Hunc errorem ut corrigat Apostolus, et ne Christiani videantur de sectâ Judæ Galilæi, qui rebellionem in Galilæâ excitârat, negans à Judæis tributum esse Cæsari solvendum, Paulus statuit, et contrarium absolutè decernit, dicens : *Omnis anima*, id est, omnis homo, quicumque sit, *potestatibus supereminentibus*, id est, regibus, magistratibus et omnibus publicâ dignitate præditis, subdita sit, id est, subjiciatur in iis quæ ad eorum spectant jurisdictionem.

Non est enim potestas nisi a Deo. Probat quod asseruit, obediendum potestati, ac primò probat ab origine potestatis, seu quia à Deo est instituta potestas, et à Deo est ordo et distinctio potestatis, juxta verba sequentia.

Quæ autem sunt. Græc. : *Quæ autem existentes potestates*; Syr. : *Et quotquot sunt potestates, à Deo sunt ordinatæ* : id est, non solùm potestas in genere, sed et variæ species potestatis, seu gradus superiores et inferiores à Deo sunt ordinata.

Potestas ecclesiastica est à Deo immediatè : Christus enim D. Petrum et alios apostolos Ecclesiæ præfecit. Potestas verò secularis, de quâ hìc, ut patet ex sequentibus de gladio et de tributis, est à Deo saltem mediatè, quia natura et ratio, quæ est à Deo, ita dictat, ut bono potestatis regimine, homines à multis sceleribus coerceantur, justitiam et pacem colant, nec sese mutuò devorent ut lupi et pisces.

Vers. 1. — *Omnis anima* (omnis homo) *potestatibus sublimioribus subdita sit*; puta in temporalibus subdita sit regi et potestati civili, quod propriè hìc intendit Apostolus; per *potestatem* enim civilem intelligit : in spiritualibus verò subdita sit prælatis, episcopis, pontifici.

Non est enim potestas nisi à Deo. Non tribuamus, inquit S. August., dandi regni atque imperii potestatem nisi Deo vero, qui dat felicitatem in regno cœlorum solis piis, regnum verò terrenum et piis et impiis, sicut ei placet, cui nihil injustè placet.

Quæ autem sunt, à Deo ordinatæ sunt. Quæcumque Dixi potestatem secularem esse à Deo, saltem mediatè, tùm quia fuit aliquando à Deo immediatè : Deus enim Saulem Judæis regem dedit; tum quia providentiâ speciali sæpè attemperat regna subditorum utilitatibus, aut pœnis juxta merita. Deus enim, ait Theodoretus, si propitius fuerit, dat principes qui justum colunt et observant : *Dabo pastores secundùm cor meum*, Jerem. 3. Cùm autem vult eos qui peccant castigare, eos etiam à malis principibus regi permittit : *Constituam adolescentulos principes eorum, et illusores dominabuntur eis*, Isai. 3, 4. Ita Theodoretus hunc locum citat, quem nos legimus : *Dabo pueros principes eorum, et effeminati dominabuntur eis*, Isai. Ib.

Nota post D. Chrysostomum et post D. Thomam, quòd omnis potestas in se considerata à Deo quidem est, et à Deo ordinata; non tamen omnis ad potestatem ingressus, nec omnis potestatis usus. Licèt autem quis suâ abuteretur potestate, dummodò legitimè creatus sit, suam habet à Deo potestatem. Vide hâc de re divum Augustinum à Cornelio citatum infra.

Vers. 2. — Itaque qui resistit... Conclusio sequens ex præmissis. In hoc Deus non separatur ab homine, *qui vos spernit, me spernit.* Qui autem resistunt, scilicet potestati, damnationem sibi acquirunt, æternam à Deo, temporalem à magistratu.

A Deo est potestas : ergo potestati debetur honor, non tantùm exterior, sed et interior, ut Dei vicario, seu imagini; debetur obedientia, non civilis et politica tantùm, sed etiam voluntaria et ex corde, per respectum ad Deum. A Deo est ordo, et distinctio potestatis; ergo non supremæ tantùm, sed et subordinatis parendum est. A Deo sunt principes et superiores, etiam non boni, legitimè tamen creati; ergo et ipsis parendum; honor ipsis exhibendus; non attendendum ad illorum personas aut defectus, sed ad potestatem quam habent à Deo.

sunt potestates, id est, quicumque sunt homines potestate præditi, ut principes ac magistratus, ii sunt ordinati atque instituti, et, ut Petrus loquitur, missi à Deo, dante potestatem et volente, ut eis tanquàm suis in eâ potestate vicariis obediatur, etc.

Vers. 2. — *Itaque qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit.* Porrò resistunt potestati, quicumque resistunt, id est, obedire nolunt legi, sive edicto quod à potestate procedit.

Qui autem resistunt, ipsi sibi damnationem acquirunt, tum ab ipsâ potestate temporariam, tum à Deo æter-

VERS. 3. — NAM PRINCIPES NON SUNT TIMORI BONI OPERIS. Græc. : *Non sunt pavor bonorum operum, sed malorum.* Supra, v. 1, ab origine potestatis sumpsit argumentum, quo probaret obedientiæ debitum; hìc à fine institutæ potestatis, alterum sumit subjectionis argumentum : nimirùm in favorem bonorum instituta est potestas, scilicet ut, improbitate coercitâ, tutiùs vivant boni. VIS AUTEM NON TIMERE...? Syr. : *Vis igitur*, etc.; quod bonum est age; non modò pœnas non timebis, imò laudem et præmium ab illâ potestate consequeris.

VERS. 4. — DEI ENIM MINISTER EST TIBI IN BONUM, id est, princeps enim Dei minister est, Deoque subservit in bonum tuum, ut possis tranquillè et quietè vivere.

SI AUTEM MALUM FECERIS, TIME, id est, est quòd timeas.

NON ENIM SINE CAUSA, id est, nec enim frustra GLADIUM PORTAT, sed ut eum in malefactores stringat.

DEI ENIM MINISTER EST. Syr. : *Siquidem minister Dei est;* ultor iræ iis qui malè agunt, id est, siquidem Dei minister est, ejusque vices gerens, ad supplicium de sceleratis sumendum. Sub nomine gladii comprehenduntur omnia genera suppliciorum. Meminerit princeps, omnisque potestas, se Dei vicarium et ministrum, et consequenter quòd secundùm Dei spiritum et voluntatem debet in omnibus agere sapienter, justè, cum amore subditos regere. Meminerit eadem potestas se in bonum esse Dei ministrum, et consequenter se contra malum, non contra bonum, potestatem habere; se, ut æquos judices, virtutem præmiari, vitia punire debere. Meminerit inferior se Deo in suo ministro parere, et consequenter obedientiam christiano, Dei filio, non indignam, imò convenientissimam esse. Meminerit idem inferior quòd si à potestate non remuneretur, sed contra vituperetur et puniatur, hoc quidem contra Dei ordinem esse; non tamen sine Dei voluntate; Dei voluntas est ut patienter ferat inferior, et eò majorem à Deo speret in cœlis mercedem : *Merces vestra magna est in cœlis.* Sicut sterilitas, imbres et cætera naturæ mala, ita luxus, avaritia, cæteraque dominantium vitia sunt toleranda.

VERS. 5. — IDEO NECESSITATE ESTOTE SUBDITI...; Syr. : *Quamobrem necesse est nobis ut subjiciamur.* Ex dictis concludit : ideò parendum est illorum edictis et legibus, idque necessariò, necessitate tum legis divinæ, Matth. 22, 21 : *Reddite Cæsari quæ sunt Cæsaris;* tum legis humanæ, idem præcipientis; NON SOLUM PROPTER IRAM, id est, metum punitionis, à magistratu subeundæ; SED ETIAM PROPTER CONSCIENTIAM, id est, ne fias coram Deo reus, cujus minister est magistratus;

VERS. 6. — IDEO ENIM ET TRIBUTA PRÆSTATIS... Græc. : *Propter hoc enim et tributa solvitis;* id est, propter eamdem rationem tributa solvitis, non tantùm ex metu, sed quia etiam Christus illud citato Matth. loco præcipit, quia DEI SUNT MINISTRI, in hocque toti incumbunt ut, Dei jure, malos coerceant, et ut boni tranquillè vivant. Loquitur hìc Apostolus de principibus, ut principes sunt, non de iis qui suæ potestatis usum pervertunt.

VERS. 7. — REDDITE ERGO OMNIBUS DEBITA... Ex hucusque dictis generalem elicit conclusionem : *Reddite ergo omnibus*, seu unicuique, quod ei debetur : exactoribus tributi, tributum, exactoribus vectigalis, vectigal, principibus reverentiam et obedientiam, omnibus honorem. Non regibus tantùm, sed et regum ministris suus debetur honor in ordine suo.

Tributum est quod solvitur pro prædiis, et personis; *vectigal*, quod pro mercibus. Nomine timoris intellige sollicitam cautionem, ne à nobis in quopiam offendatur. Nomine honoris, omnia reverentiæ signa.

PRIMA OBSERVATIO MORALIS.

Ex v. 5 discant inferiores subdi non politicè, ex metu pœnæ, aut spe præmii, sed religiosè propter Deum; aspiciant principes et rectores suos, ut Dei ministros, sub illoque respectu ipsos honorent, eisque obediant; tunc Deum honorant et Deo obediunt. Ex v. 6 discant illis, eodem modo, tributa solvere, nempe ut Dei ministris, Deoque servientibus in re magnâ, et ipsi Ecclesiæ utili; nimirùm assidui sunt, ut Dei vice malos puniant, ad innocentium tutelam. D. Thomas infert hinc subditos teneri ex vi justitiæ ad solvenda principibus tributa, utpote stipendia sui ministerii. Unusquisque de suo ministerio vivere debet; cùm ea

nam in inferno. Ita S. Chrysost., Theophyl., Œcumenius.

VERS. 3. — *Nam principes non sunt timori boni operis, sed mali;* non intentant pœnas et supplicia bonis, sed malis.

Vis autem non timere potestatem? Bonum fac, et habebis laudem ex illâ; tum quia punitio malorum, quam fecit magistratus, laus est bonorum; tum quia idem magistratus bonos laudat et præmiat.

VERS. 4. — *Dei enim minister est tibi in bonum*, in bonum tuum, scilicet, ut et justè ac tranquillè vivas : imò laudem etiam ac præmia consequaris, si non ab hominibus, certè à Deo, cujus ille minister est.

Si autem malum feceris, time; si verò quid mali commiseris, ut furtum, adulterium, homicidium, est quòd timeas.

Non enim sine causâ gladium portat, Græcè *frustra.* Princeps sive potestas non frustra gladium gestat; sed ut eo utatur, ut eum stringat in malefactores.

Dei enim minister est : vindex in iram ei qui malum agit : Ad hoc enim instituta est potestas secularis, ut et pacem publicam conservet, et vitæ communis honestatem tueatur.

VERS. 5. — *Ideò necessitate subditi estote*, id est, legibus et edictis ejus obtemperate : oportet, inquam, necessitate præcepti.

Non solùm propter iram, sed etiam propter conscientiam, ne scilicet ea fiat rea inobedientiæ coram Deo : Dei enim minister est magistratus.

VERS. 6. — *Ideò enim et tributa præstatis;* nam solutio tributorum subjectionis est professio.

Ministri enim Dei sunt, in hoc ipsum servientes; toti scilicet in hoc ipsum incumbentes, ut Dei loco bonis sint in tutelam, malis in ultionem.

VERS. 7. — *Reddite ergo omnibus debita : cui tributum* (debetis) *tributum* (reddite); *cui vectigal* (debetis) *vectigal* (reddite). Latinè, *vectigal* à vehendo dicitur : quia solvitur ex his quæ advehuntur, vel evehuntur, ad securitatem et restaurationem viarum, pontium, aggerum, etc.

principes suo regimine Deo ministrent, à populo debent tributa, quasi stipendia, suscipere. Hinc et D. Chrys. notat quòd D. Paulus non dicit, date, sed *reddite*, et adjicit, quod debetur. Debitum siquidem res est ista, quod si non feceris, perfidi pœnas dabis. Verba sunt D. Chrysost.

SECUNDA OBSERVATIO MORALIS.

Hinc discant et principes quantùm religioni debeant, quæ ipsis non corpora tantùm, sed et corda subdit inferiorum. Discant et quòd tributis, quasi stipendiis alantur, ut reipublicæ serviant, illiusque utilitati toti incumbant, προσκαρτερούντες, fortiter incumbentes, in Græco. Ex D. Thomâ peccant principes dupliciter, 1° si utilitatem populi non procurant, sed solùm ad eorum bona diripienda intendant; 2° si violenter diripiunt supra statutam legem, quæ est quasi quoddam pactum inter regem et populum, et si supra populi facultatem exigunt.

VERS. 8. — NEMINI QUIDQUAM DEBEATIS NISI... Græc., *diligere alii alios;* Syr., *nisi alter alterum diligat.* Ab iis quæ principibus debentur, redit ad ea quæ sunt omnibus debita, eaque ad charitatem reducit, de quâ jam multa in cap. præc. Itaque rursùm urget dilectionem proximi, cujus debitum est perpetuum, et per quam tota lex impletur. *Nemini quidquam debeatis...*, id est, omnibus debitis ita satisfacite, ut nihil cuiquam debeatis, nisi charitatem et amorem. Hoc autem egregiè dictum, quia cætera debita solvuntur, et ampliùs non manent debita; charitatis verò debitum semper solvitur et manet, quia, cùm proximus sit semper diligendus, postquàm hoc illi debitum persolvisti, adhuc debes; perpetuum est, semper solubile et semper insolubile debitum. Hinc D. Aug. : Mutuam charitatem libens reddo, et gaudens recipio; quam recipio, adhuc repeto; quam reddo, adhuc debeo. Epist. 62 ad Cœlestin.

QUI ENIM DILIGIT, LEGEM IMPLEVIT, id est, omnia præcepta, quæ proximum spectant.

VERS. 9. — NAM NON ADULTERABIS.... Syr. : *Etenim id quod dictum est : Non occides.....* ET SI QUOD EST ALIUD MANDATUM, id est, quodcumque est aliud præceptum. IN HOC VERBO, INSTAURATUR. Græc., *recapitulatur ;* Syr., *perficitur*, id est, summatim comprehen-

Cui timorem (debetis, illi reddite) *timorem*, id est, reverentiam, et indè consequentem obedientiam. Ita S. Chrysostomus.

VERS. 8. — *Nemini quidquam debeatis, nisi ut invicem diligatis :* Reddite cuique quod debetis, sic ut non ampliùs debeatis, uno debito charitatis excepto.

Qui enim diligit proximum, legem implevit. Legem, scilicet eam quæ proximum spectat, quam subdit Apostolus, dicens : *Diliges proximum tuum sicut teipsum.*

VERS. 9. — Nam : *Non adulterabis*, etc., quia dilectio proximi includit et præsupponit dilectionem Dei, ut sui causam et fontem. Proximus enim diligendus est propter Deum.

VERS. 10. — *Dilectio proximi malum non operatur*, id est, non incitat ad malum aliquod inferendum proximo : imò nec patitur ei malum inferri : sed ubi potest, procurat ei bona sicut sibi ipsi.

Plenitudo ergo legis est dilectio. Plenitudo, hoc est, consummatio, adimpletio, id est, finis et scopus *legis*

ditur. DILIGES PROXIMUM TUUM, SICUT TEIPSUM. *Sicut* non significat æqualitatem dilectionis; ordine enim charitatis plus debet homo seipsum diligere quàm proximum; significat ergo similitudinem et hanc triplicem, ait D. Thomas : 1° Quantùm ad finem, ut nos et proximum diligamus, propter Deum; 2° quantùm ad formam, ut cum sincero amore amicitiæ, non concupiscentiæ diligas; 3° quantùm ad effectum, ut illius necessitati subvenias, sicut et tuæ. Uno verbo debes ex charitate proximo exhibere ea charitatis officia, et eo modo, quæ et quomodò tu tibi exhibes et cupis exhiberi.

VERS. 10. — DILECTIO PROXIMI MALUM NON OPERATUR, id est, nec malum infert, nec inferri patitur; sed ubi potest, eadem illi ac sibi bona procurat. Est ergo legis consummatio, ac totalis observatio. Abstinet à malo; omne bonum efficit, vel imperat; est *ergo legis plenitudo.* Definitio brevis et vera virtutis est ordo amoris, ait D. Aug., lib. 15 de Civ., cap. 22. Semel breve præceptum tibi præcipitur : Dilige, et fac quod vis; sive taceas, dilectione taceas; sive clames, dilectione clames; sive emendes, dilectione emendes; sive parcas, dilectione parcas : radix sit intùs dilectionis, non potest de istâ radice, nisi bonum transire, D. Aug., lib. 1 de Doctr. christ., cap. 22.

VERS. 11. — ET HOC, SCIENTES TEMPUS; *hoc*, non refertur ad tempus, ut patet ex Græco, ubi non conveniunt in genere; sed refertur ad id quod dictum est v. 7 : *Reddite omnibus debita;* et v. 8 : *Nemini quidquam debeatis.* Quasi diceret, *et hoc*, quod dixi, eò promptiùs agere debemus, quòd sciamus tempus et horam esse expergiscendi à somno peccati, et ab eo surgendi per pœnitentiam; PROPIOR ENIM EST... quàm cùm credere cœpimus. Videtur Apostolus à re bellicâ similitudinem sumere. Militia est vita nostra, ideò nos paratos et expeditos oportet esse, ita ut dicere possimus : *Paratum cor meum, Deus, paratum cor meum.* Hinc nos, negligentiæ somno dormientes, Apostolus, quasi buccinarum sonitu, excitat; HORA EST NOS,.... hoc est, ut ait D. Chrys., propè est resurrectio; propè est terribile judicium; propè est dies illa, velut clibanus accensa : ne dormiamus, ne pigritemus, sed vigilemus, ne nos dies illa incautos subripiat.

est dilectio ; quia tota lex intendit nos ducere ad charitatem.

VERS. 11. — *Et hoc* (scilicet, quod jam dixi, præstemus) *scientes tempus : quia hora est jam nos de somno surgere. Et hoc*, id est, idque cùm sciamus tempus, id est, opportunitatem, quam affert Evangelium, scilicet ad diligendum proximos, ad reddendum omnibus debita, ad implendam totam legem, jam adesse : et quia jam tempus est et hora de somno peccatorum surgendi. En tempus et opportunitas, scilicet hora diei, gratiæ, fidei, et legis Christi jam adest, quâ sol ipse Christus radios et lumen fidei per orbem spargere incœpit, tenebris errorum expulsis.

Nunc enim propior est nostra salus, quàm cùm credidimus, id est, quàm fuerit ante Christi adventum; cùm solâ fide absentem Christum, et gratiam ac salutem futuram crederemus et speraremus. Aliter S. Chrysostomus, q. d. Paulus : Quò magis ætate, æquè ac fide et meritis crescimus, eò propiùs fini et bea-

Vers. 12. — Nox præcessit... ; Syr., *jam nox præteriit;* dies verò... ; totum hujus vitæ tempus nox est ; æternitas diei comparatur. Igitur *nox præcessit, præteriit,* id est, ad finem properat vita ; mundus transit et concupiscentia ejus ; dies autem appropinquavit , id est, adest æternitas semper duratura ; abjiciamus ergo opera tenebrarum, id est, peccata ; mundana, transitoria et ferè transita, seu præterita contemnamus, relinquamus.

Induamur arma lucis , id est, arma fulgentia, bona et sancta opera, quæ sunt et indumenta quibus tegimur ; et arma quibus protegimur contra nostræ salutis hostes. Æterna, semper manentia diligamus, sectemur. Vel etiam potest dici cum Theodoreto : Quòd totum tempus quod Incarnationem præcessit, nox fuit ; tempus ignorantiæ fuit ; tempus verò ab Incarnatione, dies est ; ortus est sol justitiæ. Hinc fideles hortatur Apostolus ad opera lucis, ad vitam evangelicam, seu, ut ait in cap. 12, v. 2 : *Reformamini in novitate sensûs.*

Vers. 13. — Sicut in die honeste..., id est, et quia dies est, ut dixi, sive intelligas, quia ortus est sol justitiæ, sive quia æternitatis dies appropinquat. Ambulemus decenter compositi, sicut faciunt illi qui in publicum prodeunt, id est, opera faciamus quæ lucem non reformident.

Non in comessationibus et ebrietatibus.... Tria præcipuè fugiamus opera tenebrarum, scilicet comessationes et compotationes, id est, epulas, quæ fiunt tantùm voluptatis et gulæ causâ ; unde ebrietates quæ mentem alienant, et ad libidinem et alia vitia provocant ; libidinum spurcitias, quæ in cubilibus fiunt, et alias quascumque lascivias ; invidias atque contentiones pro honoribus assequendis. Græc., *non in lite et æmulatione.* Hic præcipuè tria vitiorum capita tangunt fugienda : gula, libido, ambitio. Primum abutitur bonis externis ; secundum bonis corporis ; tertium animæ bonis. Ex ebrietate et impudicitiâ quæ mala sequantur, vide apud D. Chrysostomum, hic.

Vers. 14. — Sed induimini Dominum Jesum Christum. Hâc metaphorâ frequenter utitur Apostolus, Gal. 8 ; Eph. 4, 6 ; Coloss. 3, et 1 Thessal. 5. Sed ipsum Dominum Jesum Christum, omnesque ejus virtutes in animo vestro sic imprimite, eumque sic imitamini moribus vestris, ut solus in vobis videatur Christus, sicut in homine vestito, sola vestis apparet. Seu Christi Spiritus et gratia vos intùs ita repleat, ut ejus virtutes, quasi habitus, vos exteriùs cooperiant ; et videamini ipse Christus esse.

Et ne carnis curam... ; Syr. : *Et ne solliciti sitis carnis vestræ ad concupiscentias ;* Græc., *in desideria*, id est, ne corpori vestro prospiciatis molliter et delicatè, ad explenda, scilicet, illius desideria et voluptates. Quasi diceret, Christum induti, carni seu corpori providete tantùm ad sanitatem, non ad luxum et voluptatem ; sed totam vestram diligentiam ad spiritualia curanda insumite. Ita ferè D. Chrysostomus. Non prohibet Paulus quominùs corpori provideatur ad sanitatem, sed ne indulgeatur ad voluptatem ; sic alendum est ut vivat et valeat ; non ut lasciviat.

titudini æternæ accedimus nunc, quàm cùm credere incœpimus.

Vers. 12. — *Nox præcessit.* Nox hujus seculi plena tenebris errorum et peccatorum longè jam progressa est, ad finem properat, ac fermè jam præteriit.

Dies autem appropinquavit, id est, tempus exspectatæ salutis et gloriæ, quod est perpetua dies sine nocte, expers errorum et peccatorum, jam propè accessit, propinquum est, instat, non longè abest.

Abjiciamus ergo opera tenebrarum, et induamur arma lucis. Abjicienda sunt nobis opera noctis et tenebrarum, id est, peccata quæ lucem fugiunt, quia qui malè agit, odit lucem, Joan. 3 ; et assumenda sunt arma lucis, id est, bona opera, quæ clarâ die sine pudore possunt ostendi.

Vers. 13. — *Sicut in die honestè ambulemus*, quoniam dies jam affulget, quæ luce suâ omnia detegit : honestè, compositè, decenter ambulandum, conversandum nobis est.

Non in comessationibus et ebrietatibus. Comessationes sunt convivia, quæ non honestatis, sed gulæ causâ fiunt.

Non in cubilibus et impudicitiis, hoc est, non in fornicationibus, quæ fiunt in cubilibus et fornicibus. Est metonymia. *Et impudicitiis*, id est, aliis fœdioribus speciebus libidinis ; Græcè enim est *lascivia*, id est petulantior libido.

Non in contentione, et æmulatione. Contentio est concertatio pro gloriâ et honore, cui semper conjuncta est æmulatio, id est, invidia boni alieni.

Vers. 14. — *Sed induimini Dominum Jesum Christum*, ut scilicet Jesus, id est, Jesu spiritus, gratia, virtus, vita in vobis eluceant. Induimini ergo et ornate vos Christi virtutibus : maximè ut externâ vitâ et professione, quasi veste agnoscant omnes vos esse servos Christi ; ita S. Chrysost. Christum induere, est Christi virtutes in se exprimere, idque copiosè et perfectè. Induere Christum, est undique in nobis per sanctimoniam et mansuetudinem Christum in nobis conspicuum esse. Homo enim indutus id esse videtur, quod indutus est : appareat itaque in nobis Christus, ait Chrysostomus.

Et carnis curam ne feceritis in desideriis, ad explenda desideria, seu cupiditates. Non simpliciter prohibet curam seu providentiam carnis, id est, corporis, cùm ipse alibi dicat : *Nemo carnem suam unquàm odio habuit, sed nutrit et fovet eam*, Ephes. 5 ; verùm prohibet, ne carnis curam agamus *in desideriis*, id est, ad satisfaciendum concupiscentiis et voluptatibus carnis. Quod faciunt qui prætextu curandi corporis delicias et voluptates sibi indulgent.

Corollarium pietatis, seu in hoc capite ad pietatem maximè notanda, et ad praxim reducenda.

1° Ex primis versibus disce christianum modum reges, principes, magistratus, quemcumque publicâ auctoritate præditum honorandi. Attende à quo sit illorum potestas, ob quid ; et ideò quid sint per respectum ad Deum. Princeps, rex à Deo institutus, sub Deo constitutus, omnibus major, solo Deo minor, ait Tertullianus, Dei vicarius et minister, ut bono præsit publico. Hinc ipsi debetur honor, reverentia, obedientia ; et qui sub hoc respectu regem honorat, Deum honorat ; qui verò spernit, spernit et Deum, fitque

simul humanæ et divinæ majestatis reus. Vide versus 1, 2, 3, 4, 5, 6.

2° Ex v. 8 disce charitatis debitum; perpetuum est et semper solubile; semper solvitur, et semper debetur; in quo differt à cæteris omnibus debitis. Attende itaque ad perpetuò solvendum, quod perpetuò debes: solve autem libenter quod te solventem ditabit, et eò ampliùs ditabit, quò promptiùs, largiùs et liberaliùs solveris.

Hæc virtus omnes virtutes includit, omnia vitia destruit; ex uno latere habet abstinentiam à malo, ait D. Chrysostomus: malum enim non operatur; ex altero habet efficacem bonorum operationem: *plenitudo*, seu consummatio, *legis dilectio*.

3° Ex v. 12, ne in peccatis dormias unquàm, aut in viâ salutis torpescas, recordare frequenter horum Apostoli verborum: *Hora est jam nos de somno surgere*. Ecce elabitur vita, mors instat, adest æternitas, adest terribile judicium, æternitatis decisivum. Iisdem utere verbis, ut ad bonum lucis, seu gratiæ usum, temetipsum excites. *Nox præcessit;* tempus ignorantiæ, tenebrarum, idololatriæ elapsum est. Ortus est sol justitiæ, ambulamus in die; ergo sicut in die, in mediâ luce honestè, sanctè vivamus coram Deo et hominibus.

Adhuc modicum lumen.... Illo sanctè utamur, ad benè operandum; ecce nox in quâ non potero operari.

4° Ex v. 14 disce quid sit christianus ex D. Paulo: homo Christum indutus; intùs Christi gratiâ et spiritu animatus; exteriùs Christi virtutibus, sobrietate, castitate, humilitate, patientiâ, charitate indutus; homo in quo solus apparet Christus; homo qui dicere possit: *Vivo ego, jam non ego, vivit verò in me Christus.*

Eheu! quando christianus ero? Christianus quasi alter Christus, et ego Christo rebellis.

CAPUT XIV.

1. Infirmum autem in fide assumite, non in disceptationibus cogitationum.

2. Alius enim credit se manducare omnia; qui autem infirmus est, olus manducet.

3. Is qui manducat non manducantem non spernat: et qui non manducat manducantem non judicet. Deus enim illum assumpsit.

4. Tu quis es, qui judicas alienum servum? Domino suo stat, aut cadit: stabit autem; potens est enim Deus statuere illum.

5. Nam alius judicat diem inter diem; alius autem judicat omnem diem; unusquisque in suo sensu abundet.

6. Qui sapit diem, Domino sapit; et qui manducat, Domino manducat: gratias enim agit Deo; et qui non manducat, Domino non manducat, et gratias agit Deo.

7. Nemo enim nostrûm sibi vivit, et nemo sibi moritur.

8. Sive enim vivimus, Domino vivimus; sive morimur, Domino morimur. Sive ergo vivimus, sive morimur, Domini sumus.

9. In hoc enim Christus mortuus est et resurrexit, ut ei mortuorum et vivorum dominetur.

10. Tu autem quid judicas fratrem tuum? aut tu quare spernis fratrem tuum? Omnes enim stabimus ante tribunal Christi.

11. Scriptum est enim: Vivo ego, dicit Dominus, quoniam mihi flectetur omne genu; et omnis lingua confitebitur Deo.

12. Itaque unusquisque nostrûm pro se rationem reddet Deo.

13. Non ergo ampliùs invicem judicemus; sed hoc judicate magis, ne ponatis offendiculum fratri, vel scandalum.

14. Scio, et confido in Domino Jesu, quia nihil commune per ipsum, nisi ei qui existimat quid commune esse, illi commune est.

15. Si enim propter cibum frater tuus contristatur,

CHAPITRE XIV.

1. Recevez avec charité celui qui est encore faible dans la foi, sans en venir avec lui à des contestations;

2. Car l'un croit qu'il lui est permis de manger de toutes choses; et l'autre, au contraire, qui est faible, ne mange que des légumes.

3. Que celui qui mange de tout, ne méprise pas celui qui n'ose manger de tout, et que celui qui ne mange pas de tout, ne condamne point celui qui mange de tout, puisque Dieu l'a reçu.

4. Qui êtes-vous, pour oser ainsi condamner le serviteur d'autrui? S'il tombe ou s'il demeure ferme, cela regarde son maître; mais il demeurera ferme, parce que Dieu est tout-puissant pour l'affermir.

5. De même, l'un met de la différence entre les jours; l'autre considère tous les jours comme égaux; que chacun abonde en son sens.

6. Celui qui distingue les jours, les distingue pour plaire au Seigneur; celui qui mange de tout, le fait pour plaire au Seigneur, car il rend grâces à Dieu; et celui qui ne mange pas de tout, le fait aussi pour plaire au Seigneur, et il rend aussi grâces à Dieu.

7. Car aucun de nous ne vit pour soi-même, et aucun de nous ne meurt pour soi-même.

8. Mais soit que nous vivions, c'est pour le Seigneur que nous vivons; soit que nous mourions, c'est pour le Seigneur que nous mourons. Soit donc que nous vivions, soit que nous mourions, nous sommes toujours au Seigneur.

9. Car c'est pour cela même que Jésus-Christ est mort, et qu'il est ressuscité, afin d'acquérir une domination souveraine sur les morts et sur les vivants.

10. Vous donc pourquoi condamnez-vous votre frère? ou vous, pourquoi méprisez-vous votre frère? Car nous comparaîtrons tous devant le tribunal de Jésus-Christ,

11. Selon cette parole de l'Écriture: Je jure par moi-même, dit le Seigneur, que tout genou fléchira devant moi, et que toute langue confessera que je suis Dieu.

12. Ainsi chacun de nous rendra compte à Dieu de soi-même.

13. Ne nous jugeons donc plus les uns les autres; mais jugez plutôt que vous ne devez pas donner à votre frère une occasion de chute et de scandale.

14. Je sais, et je suis persuadé, selon la doctrine du Seigneur Jésus, que rien n'est impur de soi-même, et qu'il n'est impur qu'à celui qui le croit impur;

15. Si, en mangeant de quelque chose, vous attris-

jam non secundùm charitatem ambulas; noli cibo tuo illum perdere, pro quo Christus mortuus est.

16. Non ergo blasphemetur bonum nostrum.

17. Non est enim regnum Dei, esca et potus; sed justitia, et pax, et gaudium in Spiritu sancto :

18. Qui enim in hoc servit Christo, placet Deo, et probatus est hominibus.

19. Itaque quæ pacis sunt, sectemur; et quæ ædificationis sunt, in invicem custodiamus.

20. Noli propter escam destruere opus Dei : omnia quidem sunt munda, sed malum est homini, qui per offendiculum manducat.

21. Bonum est non manducare carnem, et non bibere vinum, neque in quo frater tuus offenditur, aut scandalizatur, aut infirmatur.

22. Tu fidem habes? penes temetipsum habe coram Deo. Beatus qui non judicat semetipsum in eo quod probat.

23. Qui autem discernit, si manducaverit, damnatus est : quia non ex fide. Omne autem quod non est ex fide, peccatum est.

tez votre frère, dès-lors vous ne vous conduisez plus par la charité. Ne faites pas périr, par votre manger, celui pour qui Jésus-Christ est mort.

16. Que notre bien donc ne soit point blasphémé.

17. Car le royaume de Dieu ne consiste pas dans le boire et dans le manger, mais dans la justice, dans la paix et dans la joie que donne le Saint-Esprit.

18. Et celui qui sert Jésus-Christ en cette manière se rend agréable à Dieu, et est approuvé des hommes.

19. Recherchons donc ce qui peut entretenir la paix parmi nous, et observons tout ce qui peut nous édifier les uns les autres.

20. Que le manger ne soit pas cause que vous détruisiez l'ouvrage de Dieu. Ce n'est pas que toutes les viandes ne soient pures; mais un homme fait mal d'en manger, lorsqu'en le faisant il scandalise les autres.

21. Et il vaut mieux ne point manger de chair, et ne point boire de vin, ni rien faire de ce qui est à votre frère une occasion de chute et de scandale, ou de ce qui peut l'affaiblir dans sa foi.

22. Avez-vous une foi éclairée? Contentez-vous de l'avoir dans le cœur aux yeux de Dieu. Heureux celui que sa conscience ne condamne point en ce qu'il veut faire.

23. Mais celui qui étant en doute ne laisse pas d'en manger, est condamné, parce qu'il n'agit pas selon la foi. Or, tout ce qui ne se fait point selon la foi, est péché.

ANALYSIS.

In duobus præcedentibus capitibus, charitatem erga proximum multoties commendavit Apostolus; in hoc quasdam dissidiorum, charitatis offensivorum, causas componit.

Ex Judæis conversi, et in fide adhuc infirmi, cibos et dies juxta legem Mosaicam observabant, et gentiles conversos, ob istorum inobservantiam judicabant; hi autem Judæos, ob hoc ipsum, contemnebant ut infirmos; hos et illos sic arguit Apostolus, ut utrosque doceat charitatis regulas.

Primo versu docet infirmum à doctioribus cum charitate suscipiendum.

Secundo versu breviter exponit altercationis argumentum, quod supra.

Tertio versu sic eam definit, ut unumquemque in suâ praxi relinquat, dummodò charitatem servent et pacem; docti non spernant infirmos; infirmi non judicent doctos.

A versu 4 ad 13 multis probat neminem à fratre suo judicandum, tum quia auctoritatem judicandi non habemus, v. 4; tum quia scientiam ad judicandum necessariam non habemus; cor fratris nostri non novimus; Deum in corde glorificat, v. 6; tum quia Christi solius est nos judicare; et Christo non debemus præripere quod emit sanguinis sui pretio, v. 9. Memores itaque quòd coram Christo, communi omnium Domino et Judice, sistemur judicandi, alios ne judicemus, v. 10, 11, 12.

ỳ 13 et multis sequentibus doctiores monet, ut caveant ne dent infirmioribus scandalum; nullus quidem cibus jam immundus est : caveant tamen ne propter cibum frater pereat, v. 15, ne dent occasionem blasphemiæ, v. 16; attendant quòd regnum Dei non sit esca, sed justitia, pax et charitas, v. 17, itaque sectentur quæ sunt pacis et ædificationis, v. 19; caveant ergo quod scandalo destruit, v. 20 : præstaret re licitâ non uti, quàm illius usu parere scandalum, v. 21.

Denique docet infirmos, ne quidquam contra conscientiam agant, v. 22, 23, aliorum exemplo scilicet impulsi.

PARAPHRASIS.

1. Inter alia autem mutuæ charitatis officia, hoc speciatim vobis commendo : si quis sit inter vos in rebus fidei nondùm satis instructus, hunc vos, qui doctiores estis, assumite cum charitate instruendum, et cum eo ne disputationibus contendatis.

2. Verbi gratiâ, is qui de Evangelio benè instructus est, credit sibi licere quibuslibet cibis vesci; alius autem de fide minùs instructus, putat id non esse licitum, et ideò vescitur oleribus, ne quid à lege Mosaicâ prohibitum comedat.

3. Hæc tanti non sunt momenti, ut ob ea imminutionem pati debeat fraterna charitas. Igitur qui, juxta libertatem Evangelii, quibuslibet appositis vescitur, non spernat infirmiorem, qui, ex animi sui infirmitate, à carnibus abstinet, et oleribus vescitur; et hic non damnet eum, qui promiscuo cibo utitur, quia Deus illum sibi adjunxit, suumque fecit.

4. Tu enim, Judæe, fratrem tuum condemnans, quis es? et quo jure servum judicas alienum?

Certè, etsi condemnandus esset, non tamen à te, sed à domino suo, cujus sententiâ, causâ cadet, aut subsistet, illius arbitrio puniendus aut absolvendus :

Ego autem dico tibi quòd causâ non cadet, quia Dominum habet potentem et clementem, qui suâ potentiâ fulciat, suâ clementiâ absolvat.

5. Quod de cibis dixi, idem de diebus dico : nam qui infirmus est, et imperfectæ adhuc fidei, diem inter diem distinguit; contra doctior et solidæ fidei, dies omnes judicat pares : ob ista similiter fraterna non scindatur concordia; sed suo quisque relinquatur

judicio, præsertim ubi nullum est religionis detrimentum.

6. Etenim qui dies observat et distinguit, id ad Dei gloriam et obsequium facit; sicut et qui dies omnes Deo pariter dedicat, Dei quoque honorem intendit;

Item qui promiscuè quodvis comedit, ad Domini gloriam comedit; gratias enim illi agit de cibo assumpto;

Et qui abstinet à cibis, religionis ergò abstinet, et de cibis sibi permissis, Deo pariter gratias agit.

7. Uterque, inquam, Deum benedicit: nemo enim nostrûm, qui Christiani sumus, suî causâ vivere debet aut mori, sed Dei gratiâ, cujus toti sumus.

8. Sive enim vivimus, Domino vivimus, à quo est vita nostra; sive morimur, Domino morimur, quo judice morimur: in quocumque ergo statu simus, seu viventes, seu morientes, Domini sumus, qui magno pretio nos redemit, sui scilicet sanguinis pretio.

9. In hunc quippe finem Christus mortuus est, et morte suâ nostræ redemptionis lytrum solvit; et à mortuis suscitatus vitâ vivit immortali, ut in mortuos et vivos, in cœlo et in terrâ dominetur.

10. Cùm ergo Dei Christique simus, quare tu, Judæe, non manducans, fratrem tuum manducantem, judicas ut gulosum? et tu, gentilis, quodlibet appositum comedens, quare fratrem tuum, hâc libertate non utentem, spernis ut rationis inopem, et in fide imperitum?

Quo jure hanc in alterutrum exercetis auctoritatem? omnes enim nos Christi sumus pariter servi; omnes pariter sistendi sumus ante tribunal Christi, et ab eo judicandi; quid ergo illius officium præripitis?

11. Recordamini ejus quod apud Isaiam scriptum est: Vivo ego, dicit Dominus; me mortales omnes agnoscent, confitebuntur, et genuflexi adorabunt ut Deum, Dominum et supremum Judicem suum.

12. Cùm ergo coram hoc supremo et æquissimo judice, unusquisque nostrûm pro semetipso sit rationem redditurus, non pro aliis, quorum cura nobis non est commissa;

13. Propriæ nostræ saluti invigilantes, nostrumque proprium negotium agentes, non ampliùs alios judicemus in malum.

Sed potiùs hoc apud vos statuite, nulli fratrum occasionem dare aut remoræ in viâ salutis, aut casûs à salute.

14. Quod ad me attinet, ego certissimè scio, et plenissimè sum persuasus, Christi afflatu et doctrinâ, quòd nullus cibus sit suâ naturâ impurus, ideòque licet promiscuè quolibet uti;

Per accidens tamen, propter ignorantiam, aliquis cibus fit immundus, ei scilicet qui putat illum immundum seu prohibitum; et ideò coram hoc infirmo prudenter utendum est evangelicâ libertate.

15. Etenim si hic frater tuus infirmus existimat, licèt ex errore, aliquid immundum, et illud tamen coram eo comedis, sicque eum ob tuum cibum lædis, aut saltem mœrore afficis;

Tunc peccas contra fraternam charitatem.

Ah! ne frater tuus, licèt infirmus, sit tibi tam vilis, ut eum cibo tuo perdas, quem Christus tanti fecit, ut pro illo salvando mori non dubitaverit.

16. Cavete igitur ne causa sitis cur blasphemetur fides et religio nostra, ob vestras de cibis edendis aut non edendis dissensiones et schismata.

17. Etenim vera religio, per quam Deus in nobis regnat, et ob quam nobis cœleste regnum parat, non consistit in electione cibi et potûs,

Sed in morum innocentiâ, in pacis fraternæ studio, et in spirituali gaudio, bonam conscientiam semper comitante.

18. In his quisquis Christo servit, is et Deo placet, et à piis hominibus approbatur.

19. Itaque sectemur ea quæ pacem conciliant et augent, et ea faciamus quæ ad mutuam conferunt ædificationem.

20. Cave, christiane, in fide doctior, ne propter vilem cibum destruas ædificium Dei, fratrem scilicet infirmum, in quo Christus per fidem habitat.

Scio, et illud jam dixi, nullum cibum ex se immundum esse; imò mundi sunt omnes, tum naturâ suâ, tum Christi Domini permissu:

Nihilominùs peccat ille qui cibo ex se licito utitur cum sui fratris scandalo; tunc enim re bonâ malè utitur.

21. Præstabilius est omninò à carnibus abstinere, et nunquàm vinum bibere, quàm sic aut cibo quopiam, aut potu, fratri tuo lapsûs occasionem dare; sive te contra conscientiam imitetur, sive te temerè judicet; et per te scandalizatus, infirmior fiat in fide.

22. Tu in fide instructior credis, et benè, quòd nullus ampliùs cibus sit immundus; hanc fidem in animâ, et coram Deo serva; at ne eâ foris cum tui fratris offendiculo utaris;

Beatus autem omnis qui semetipsum non condemnat interiùs in eo quod probat exteriùs, seu qui nihil contra conscientiam operatur, malo impulsus exemplo, aut quovis alio motivo.

23. Qui verò fluctuat et hæsitat ambiguus, an tali cibo liceat uti, si sic dubitans comedit, ille reus est peccati, utpote propriâ suâ conscientiâ judicatus; dictabat enim sibi non licere, quod fecit tamen; quidquid autem est contra conscientiæ dictamen peccatum est.

COMMENTARIA.

Vers. 1. — Infirmum autem in fide assumite; Syr.: *Ei verò qui est infirmus in fide date manum.* Gentiles, seu ex gentilibus conversos alloquitur Apostolus, et hortatur ut infirmiores in fide cum charitate suscitrem, nec repellite tanquàm alienum à Christo, quin potiùs ut infirmum et curâ egentem fovete.

Vers. 1. — *Infirmum autem in fide assumite*, id est, ad conversationem vobis adjungite, et habete ut fra-

piant, nec importunis disputationibus lacessant. *Infirmum* igitur *in fide*, et nondùm satis instructum, vos, qui doctiores et fortiores estis, *assumite* cum charitate instruendum, eumque ut fratrem fovete, juvate, seu, ut ait Syr., ei date manum, sicut infirmo in itinere datur manus.

NON IN DISCEPTATIONIBUS COGITATIONUM; Græc. : *Non in disceptationes disputationum;* Syr. : *Nec sitis ambigentes in cogitationibus vestris*, id est, cum eo ne contendatis, an benè, an malè sentiat, quia adhuc charitativè tolerandus est, nec importunis disputationibus lacessendus, ne fortè offensus ab incœpto resiliat.

VERS. 2. — ALIUS ENIM CREDIT SE MANDUCARE OMNIA. Factum, seu altercationis argumentum breviter exponit. *Alius*, id est, qui in fide firmus, et de Evangelio benè instructus, credit sibi licere quibuslibet cibis vesci, quia nullum in lege evangelicâ ciborum genus immundum censetur.

QUI AUTEM INFIRMUS EST, OLUS MANDUCET; Græc., *olera comedit;* Syr., *manducat*. Divus Chrysostomus, Theodoretus, Theophylactus, omnes in indicativo, *vescitur*, *manducat;* ita ut sit propositio factum simpliciter exponens, scilicet : Infirmus autem, seu Judæus recenter conversus, et de evangelicâ libertate non satis instructus, oleribus vescitur. Juxta nostram Vulgatam hic sensus est : *Infirmus autem*, et in fide parùm doctus, putat id non licitum esse; is itaque, seu infirmus, *olus* et cibos à lege Mosaicâ permissos *manducet*, ne contra conscientiam peccet. Per *olus* intellige quælibet legumina, quorum nullum erat Judæis vetitum; multa autem animalia, tum ex piscibus, tum ex volucribus, tum ex bestiis, erant prohibita.

VERS. 3. — IS QUI MANDUCAT, NON MANDUCANTEM... Altercationem sic definit, ut unumquemque in suâ praxi relinquat, dummodò charitatem et pacem servent.

QUI MANDUCAT, id est, is qui juxta libertatem Evangelii quibuslibet vescitur, eum qui juxta legem Moysis ciborum electionem servat non spernat, tanquàm rudem, imperitum atque superstitiosum. Vel non spernat, nec vilem faciat ejus animam, scandalum ei dando, dùm exemplo suo illum inducit ad manducandum contra propriam conscientiam.

ET QUI NON MANDUCAT, id est, infirmus in fide, et legis Mosaicæ adhuc in hoc observator, non condemnet manducantem, id est, promiscuo victu utentem, tanquàm legis transgressorem; DEUS ENIM ASSUMPSIT ILLUM. Rationem assignat ob quam non debeat quis fratrem suum judicare, quia scilicet Deus illum in servum et cultorem suum assumpsit, et consequenter ad eum pertinet. Quis ergo judicet eum quem Deus suum publicè assumit et probat?

VERS. 4. — TU QUIS ES, QUI JUDICAS ALIENUM SERVUM? Urget allatam rationem, ob quam de fratre nostro judicare non debemus, scilicet auctoritatem non habemus. *Tu*, qui non manducas, et manducantem judicas, *quis es?* cujus auctoritatis? non tuum est judicare manducantem, sive benè, sive malè agat, nec ad te pertinet.

DOMINO SUO STAT AUT CADIT, id est, Dominum ac judicem suum habet, Deum scilicet, à quo vel absolvatur, vel condemnetur; seu Domini judicio, aut pro se, aut contra se sententiam feret. *Stat*, qui in causâ victor est; *cadit*, qui judicium contra se refert.

STABIT AUTEM, id est, causâ non cadet, non condemnabitur, quia Deus potest efficere ut stet. Idem Deus qui cibos vetuit in lege Mosaicâ, potuit illos in Evangelio permittere.

Nota litteralis.

Circa versum tertium nota quòd Apostolus modo valdè diverso, pro temporum et personarum diversitate, eâdem de re agit. Galatas, cap. 1, increpat durè ob legalium observantiam; Judæis Romanis velut indifferentem relinquit uniuscujusque conscientiæ; unde hic diversus agendi modus? et quæ illius ratio? Galatas increpat ob legalia, quia ipsi, cùm gentiles essent, et legalia nunquàm observâssent, ea tamen post baptismum assumpserant ut necessaria : hinc, *ô stulti Galatæ!* etc., cap. 3. Judæis verò permittit ad tempus legalia servare, nondùm mortifera, quia adhuc infirmi erant in fide, seu, ut ait D. Chrysostomus, quòd novella esset Romanorum fides. Talia corrigendi nondùm erat tempus. Adde quòd synagoga erat cum honore sepelienda.

OBSERVATIONES MORALES.

Primò hic mirare cum D. Chrysostomo divinam Apostoli nostri sapientiam, quæ utrosque altercantes sic

Non in disceptationibus cogitationum, id est, opinionum. Græcè, non in altercationibus disputationum. Nolo, inquit, cum eo, sub prætextu doctrinæ evangelicæ contendatis.

VERS. 2. — *Alius enim credit se manducare omnia*, q. d. : Alius putat licere vesci omnibus quasi mundis, eo quòd in lege evangelicâ nihil legaliter sit immundum.

Qui autem infirmus est, olus manducet : Qui autem infirmus est fide, comedat olus, vel quid simile, quod lege Mosaicâ constat non esse prohibitum, abstinens à prohibitis.

VERS. 3. — *Is qui manducat, non manducantem non spernat*, id est, non habeat vilem ejus salutem, scandalum ei ponendo, dùm exemplo suo facit eum comedere contra conscientiam.

Et qui non manducat, manducantem non judicet, id est, non condemnet tanquàm legis transgressorem, aut immundo cibo se contaminantem.

Deus enim illum assumpsit, illum scilicet manducantem assumpsit in servum et cultorem suum; et proindè non est ab alio judicandus; q. d. : Quis ergo eum judicet et damnet, quem Deus probavit et advocavit?

VERS. 4. — *Tu quis es qui judicas alienum servum?* Græcè, *famulum domesticum*. Jubet ergo ut non manducans Judæus manducantem gentilem non judicet, sed Dei, cujus servus est, judicio eumdem relinquat.

Domino suo stat, aut cadit; non tuum est judicare quasi peccantem edendo quæ tu putas immunda; habet Dominum ac judicem suum Deum, sive Christum, à quo absolvetur, si benè agat; vel condemnabitur, si malè. Hoc enim est Domino suo stare aut cadere. A Domino suo absolvendum esse aut condemnandum.

ad mediocritatem reducit, ut hos et illos corrigat et instruat. Hincque disce 1° charitativum corrigendi et instruendi modum ; 2° pacem omnibus rebus ex se indifferentibus anteponendam ; 3° multis in occasionibus unumquemque in suo sensu relinquendum, ne pax turbetur, charitas lædatur, præcipuè cùm non est commodum et maturum corrigendi tempus.

Secundò mirare et imitare charitativum Apostoli monitum firmioribus datum : *Infirmum in fide assumite.* Firmior sciat cum infirmioribus infirmari, ut infirmum confirmet ; sciat se patrem, se fratrem, sicque cum charitate suscipiat, foveat, instruat ; charitativam det illi manum, non spernat, non arguat acriter, non altercetur, nec disputet cum eo ; disputatio enim animum exacerbat, charitas verò cor emollit et attrahit.

Denique in tertio versu remedium nota duobus vitiis valdè communibus congruum : docti spernunt ignaros, ignari judicant doctos ; hi et illi suo vitio medicinam sumant à D. Paulo datam.

Vers. 5. — Nam alius judicat diem inter diem ; Græc. : *Hic quidem judicat*, etc. ; *hic autem judicat omnem*, etc. Postquàm de cibis egit, ad aliud legalium genus venit, ob quod erat inter Romanos altercatio, scilicet, dierum distinctionem et observantiam. *Alius*, scilicet Judæus, in fide infirmus, diem à die distinguit, seu unum alio sanctiorem judicat, v. g., sabbatum, neomenias, etc. ; seu certis diebus jejunat, et à quibusdam cibis abstinet, v. g., à fermentato pane in hebdomadâ Paschæ.

Alius autem, in fide firmior et in lege evangelicâ instructior, sciensque hæc omnia legalia per Christum esse sublata, judicat omnem diem æqualem esse, nec unum ab alio distinguit, sive jejuniis, sive ciborum quorumdam abstinentiâ.

Unusquisque in suo sensu abundet, id est, quisque suum in his rebus judicium sequatur. Nota quòd errabant quidem Judæi, legalia per Christi mortem abrogata servantes ; quia tamen hæc nondùm erant mortifera, Evangelio quippe nondùm satis promulgato et explicato, illos in suo permisit errore, donec pleniùs instruerentur, ne, si ab istis legalibus statim revocarentur, turbati resilirent à fide. Vide dicta v. 4. Itaque per charitatem infirmatur cum infirmis. Nota 2° quòd agitur hic de festis et de jejuniis in lege Mosaicâ præscriptis, ut patet ex textu. Lex autem illa erat per Christi mortem abrogata. Hinc malè hæc Apostoli verba detorquent hæretici contra dies festos ab Ecclesiâ institutos, et jejunia, et quorumdam ciborum abstinentiam, quorum pauca tunc erant in usu, et quæ, si ab Ecclesiâ tunc præcepta fuissent, servari jussisset Apostolus, sicut apostolica decreta custodiri jussit, Act. 16, 4.

Malè etiam ultimis verbis abutuntur, quasi Apostolus facultatem indulgeat et credendi et agendi pro libito ; agit enim Apostolus de rebus ex se indifferentibus, non de rebus fidei, aut de præceptis Ecclesiæ, v. g., de jejuniis aut abstinentiâ ab Ecclesiâ institutis ; cùm enim omnes Christiani, etiam in conscientiâ, potestati ecclesiasticæ teneantur obedire, ut docuit cap. præcedenti, sibi ipsi contradiceret dicens : *Unusquisque in suo sensu abundet.*

Vers. 6. — Qui sapit diem, Domino sapit ; Græc. addit : *Et qui sapit diem, Domino non sapit.* Addit et Syrus, et Chrys., Theodoret., Theophyl. Quia tamen Origenes id non habet, nec Ambrosius, nec ullus codicum nostrorum, hinc Erasmus probabile putat quòd ad D. Pauli explicationem fuerit additum. Sensus autem est : Qui discernit diem abstinentiæ, à die non abstinendi, vel diem festum à die vulgari, id ad Dei gloriam et obsequium facit. Idem intelligendum de eo qui non discernit, sed judicat omnem diem idoneum ad opera pietatis et pœnitentiæ ; id ad Dei gloriam facit.

Et qui manducat, id est, item qui promiscuè quidvis comedit, et quovis die, id etiam ad Dei gloriam facit ; similiter et qui abstinet à cibis lege vetitis, ad Domini gloriam abstinet, et uterque Deo gratias agit : hic pro cibis ipsi in legè Mosaicâ permissis, ille pro omnibus cibis quibus ex evangelicâ libertate utitur. Quasi diceret : Novit Dominus et comedentium et jejunantium intentionem, nec tantummodò factum, sed et facti propositum attendit. Hinc quia et comedens et jejunans Deum honorare intendit, uterque suo sensui relinquendus est. Hinc disce 1° neminem condemnandum, sed potiùs ob intentionem excusandum. 2° Simpliciores aliquando in suis devotionibus, etsi fortè non secundùm strictam et severam scientiam, plus placere Deo ob intentionis puritatem, quàm doctiores in actionibus etiam secundùm scientiam ab omnibus approbatis, ob defectum scilicet intentionis minùs puræ et devotæ.

Stabit autem, ac si dicat : Imò tibi affirmo, quòd non cadet, non condemnabitur judice Domino suo, sed stabit, id est, absolvetur.

Potens est enim Deus statuere illum, id est, efficere ut stet. Quamvis, inquit, homines in fide non satis instructi eum judicent, id est, condemnent : tamen Deus potens est eum absolvere, et suo judicio justificare ; quod et faciet.

Vers. 5. — *Nam alius judicat diem inter diem* : Judæus in fide Christi adhuc infirmus, uno die secundùm præscriptum legis veteris certis cibis abstinet, aliis diebus non abstinet : gentilis verò judicat omnem diem esse æqualem ; et omni die indifferenter quovis cibo vescitur, fruens libertate Evangelii ; et uterque benè facit. Nota, Apostolum tantùm loqui de festis et jejuniis Judaicis, et quia tum nondùm erant sanctorum festa vel jejunia Christianis ab Ecclesiâ indicta et instituta.

Alius autem judicat omnem diem ; non solùm autem ciborum, sed et dierum discrimina fuisse judaizantibus in observatione, constat ex Epistolis ad Gal. 4 et Col. 2.

Unusquisque in suo sensu abundet ; Græcè, *in propriâ mente*, hoc est, quisque suo judicio perfruatur, plenè illud sequatur, quisque suum sensum abundè expleat. Uterque enim suum sensum sequendo benè agit : nam uterque Domino manducat, vel non manducat. Ita Basilius : quisque, ait S. Ambrosius, suo consilio remittatur.

Vers. 6. — *Qui sapit diem, Domino sapit.* Qui sapit, hoc est, qui judicat et discernit diem abstinentiæ à die quo non est abstinendum ; sapore enim discer-

VERS. 7. — NEMO ENIM NOSTRUM SIBI VIVIT... ; Græc., *sibi ipsi*, etc. Probat et manducantem et non manducantem Domino manducare, et non manducare. *Nemo enim nostrûm*, qui Christiani sumus, propter se vivit aut moritur; sed propter Deum, cujus est totus, et ad cujus propterea gloriam omnia sua referre debet.

VERS. 8. — SIVE ENIM VIVIMUS, DOMINO VIVIMUS..., id est, Christo Domino, qui nos fecit suos, et cui propterea debemus et vitam, et mortem, et omnia nostra consecrare.

SIVE ERGO VIVIMUS, SIVE MORIMUR, DOMINI SUMUS, id est, Christi, à quo empti sumus pretio magno, ipsius scilicet sanguine. Servorum nihil est, omnia verò sunt Domini. Cùm ergo servi simus Christi Domini, qui nos suo sanguine redemit, ideò omnia nostra, et vita et mors, Christi sunt.

VERS. 9. — IN HOC ENIM CHRISTUS MORTUUS EST ET RESURREXIT. Græc. addit, *et revixit*. Addit etiam Syrus. Dat causam cur Christi sumus, non nostrî. *In hoc*, id est, in hunc finem, *Christus mortuus est*, et *resurrexit*, à mortuis, vitâ vivens immortali;

UT ET MORTUORUM ET VIVORUM DOMINETUR, id est, ut ex morte suâ et ex resurrectione suâ dominaretur in mortuos et vivos. A primo quidem conceptionis instanti, Christus omnium Dominus fuit, hujus tamen dominii usum et exercitium adeptus est per mortem et resurrectionem suam. *Data est mihi omnis potestas in cœlo et in terrâ*, in totam Ecclesiam triumphantem et militantem, etc.

VERS. 10. — TU AUTEM, QUID JUDICAS FRATREM TUUM...? Cùm solius Dei et Christi simus, quare, *tu* Judæe, non manducans, *judicas* et condemnas *fratrem* gentilem, libertate sibi à Christo Domino suo datâ, manducantem?

AUT TU, gentilis manducans, et firmior in fide, QUARE SPERNIS FRATREM TUUM Judæum, non manducantem, ex animi et conscientiæ teneritudine, et quia jus à Christo sibi datum, sicut et tibi, nondùm satis intelligit?

OMNES ENIM STABIMUS ANTE TRIBUNAL CHRISTI; id est, omnes enim sistendi sumus ante tribunal Christi, eo tanquàm communi omnium Domino judicandi. Quasi diceret : Quid ergo illius officium prævenitis? illius enim solius est de nobis servis suis judicare. Recordare de terribili judicio Dei, cui sistendus es brevi, et alios non judicabis.

VERS. 11. — SCRIPTUM EST ENIM, Isai. 45, 23 : VIVO EGO, seu, ut habet Isaias : *In memetipso juravi*, id est, per memetipsum, seu per vitam meam juro.

MIHI FLECTETUR OMNE GENU, id est, omnes homines me supremum Judicem agnoscent, supplices et subditi adorabunt.

ET OMNIS LINGUA CONFITEBITUR DEO, id est, Deumque confitebuntur; boni quidem voluntariè, mali verò invitè.

VERS. 12. — ITAQUE UNUSQUISQUE NOSTRUM PRO SE; Græc., *seipso*, etc., seu de seipso, non de aliis, coram hoc supremo Judice ac Domino RATIONEM REDDET; an tantùm reddiderit, quantùm accepit? tantùm glorificaverit, quantùm cognovit? pro mensurâ talenti accepti erit judicium.

VERS. 13. — NON ERGO AMPLIUS INVICEM JUDICEMUS,

nimus cibos : hinc *sapere* hìc significat discernere, et discernendo observare diem abstinentiæ. Qui ergo ita sapit, et discernit diem abstinentiæ, *Domino sapit*, hoc est, ad Dei legislatoris obsequium facit et discernit : ita S. Chrysost. Sentit Apostolus ita utrumque de altero existimare debere; quòd nimirùm ad Christi Domini faciant honorem, idipsum quod faciunt.

Et qui manducat (idolothyta, et cibos lege vetitos) *Domino* (ad Domini Dei honorem) *manducat*.

Gratias enim agit Deo, scilicet manducaturus.

Et qui non manducat (qui idolothytis et cibis lege vetitis abstinet) *Domino non manducat*, id est, ad Dei honorem iis abstinet.

Et gratias agit Deo, non tam quia vetitis abstinet, quàm quia lege concessis utitur.

VERS. 7. — *Nemo enim nostrûm sibi vivit*, etc., q. d.: Non ad nostrum usum et commodum præcipuè, sed ad Dei obsequium vivimus, et morimur : ille enim est Dominus nostræ vitæ et mortis.

VERS. 8. — *Sive enim vivimus, Domino vivimus : sive morimur, Domino morimur.* Nemo nostrûm vivit propter se, id est, ad suam ipsius gloriam aut commodum, tanquàm finem suæ vitæ, sed ad gloriam Domini, cujus est servus : et nemo nostrûm eligit mori propter se, sed propter Dominum.

Sive ergo vivimus, sive morimur, Domini sumus, q. d. : Totum, quod sumus, quod agimus, quod vivimus, quod morimur, est Christi Domini, ejus enim servi sumus.

VERS. 9. — *In hoc enim Christus mortuus est*, etc., *ut dominetur*, id est, ut exerceat acceptæ potestatis et dominii usum : nam Christus à primo instanti suæ incarnationis, ratione unionis hypostaticæ, fuit Dominus omnium : sed post mortem hujus dominii plenum exercitium accepit. Sicut Christus mortuus est ut dominetur mortuorum, ita resurrexit ut dominetur vivorum : ergo resurgemus in vitam æternam, ut Christus nobis vivis dominetur in æternum.

VERS. 10. — *Tu autem quid judicas fratrem tuum?* Compellat hâc parte non manducantem, id est, eum qui fide infirmus est, ut patet ex supradictis. Sequenti autem parte manducantem alloquitur.

Aut tu quare spernis fratrem tuum? Ut qui manducando scandalum ei præbeas. *Spernis*, Græcè, *pro nihilo habes;* nam qui fratri scandalum ponit, ita agit ac si salutem ejus nihili penderet. Porrò non judicandum esse docet ex eo quòd Christus est omnium nostrûm judex.

Omnes enim stabimus ante tribunal Christi, q. d. : Ille unus erit judex, scilicet Christus : ergo invicem non judicemus.

VERS. 11. — *Scriptum est enim* (Isaiæ 45) : *Vivo ego* (juro per vitam meam), *dicit Dominus, quoniam* (quòd) *mihi flectetur omne genu* (omnes gentes me colent et adorabunt; est enim hoc loco prophetia de conversione omnium gentium ad Christum), *et omnis lingua confitebitur Deo*, q. d. : Omnes homines me Christum hominem agnoscent pro Deo, et judice summo, laudabuntque meam clementiam vel justitiam; sed boni voluntariè, mali invitè et coactè.

VERS. 12.—*Itaque unusquisque nostrûm*, etc. *Pro se*, Græcè, *de seipso*, id est, de factis propriis, non de alienis.

VERS. 13. — *Non ergo amplius invicem judicemus : sed hoc judicate* (discernite, statuite) *magis*, etc., porrò *scandalum*, quo significatur omne id quod prolapsionis et ruinæ causam affert.

VERS. 14. — *Scio et confido in Domino Jesu*, à quo didici, et scio id quod dico et doceo. *Quia* (quòd) *nihil commune per ipsum*. Q. d. : Scio per Christum, id est, per Christi legem et libertatem nullam escam esse communem, id est, immundam, *nisi ei qui* per errorem vel conscientiam erroneam, *existimat quid commune esse, illi commune*, id est, immundum et vetitum *est*.

id est, nec manducans abstinentem, nec abstinens manducantem condemnet; sed unusquisque circa ea quæ ad eum spectant, occupetur.

Sed hoc judicate magis, ne ponatis..., id est, sed hoc apud vos potiùs statuite, ne fratri vestro ponatis offendiculum, quod ambulantem retardet; vel scandalum, quod sit ei causa cadendi. Hoc videtur ad firmiores, seu doctiores specialiter spectare, sicut et reliqua hujus capitis et initium sequentis. Illos ergo monet Apostolus ut caveant ne libertate evangelicâ abutentes, occasionem dent infirmioribus, vel eos judicandi, vel contra conscientiam suam edendi, vel fortè, quod pejus est, ad Judaismum redeundi.

Vers. 14. — Scio et confido in Domino Jesu... Græc., *scio et persuasus sum in Christo Jesu;* Syr. : *Novi siquidem, et persuasum habeo per Dominum Jesum.* Id est, quod ad me, indubitatè scio et persuasum habeo per doctrinam Domini Jesu, à quo illud didici, quia nihil commune per ipsum, id est, quòd nullus cibus sit immundus; *per ipsum*, id est, per Christum, per legem Christi, per legem evangelicam. Ita Theodoretus. In Græco tamen hodierno est, *per seipsum.* Syrus habet, *ex seipso*, Origenes, *per se et naturâ suâ;* ita et D. Chrysostomus, Theophylactus; accentûs mutatio hanc facit variationem : δι' αὐτοῦ, vel δι' αὔτοῦ, quæ in re, non est magna, quia utrumque verum.

Nisi ei qui existimat quid commune..., id est, ei tamen qui judicat in conscientiâ, licèt erroneâ, cibum aliquem immundum, illi, inquam, immundus est ille cibus, non ex veritate, sed ex errore, seu opinione quam sequi debet in praxi. Duo statuit Apostolus in hoc versu : primum : nullus cibus naturâ suâ est immundus, unde colligendum relinquit : Ergo promiscuè quolibet cibo licet uti; secundum : per accidens tamen propter ignorantiam, aliquis cibus immundus est, ei, scilicet, qui existimat illum immundum, seu prohibitum. Hic enim, si tali cibo, quem existimat prohibitum, vescatur, peccabit, quia debet secundùm conscientiam suam, licèt erroneam, agere. Et hinc colligit Apostolus in sequentibus quòd debeat firmus in fide prudenter et secundùm charitatem uti evangelicâ libertate supradictâ, et cavere ne sit infirmo occasio peccati.

Vers. 15. — Si enim propter cibum frater tuus contristatur, jam non. Græc., *non ampliùs...* Nam si frater tuus existimat, licèt ex errore, aliquid immundum esse, et illud tamen coram eo comedis, sicque illum contristas et scandalizas, tunc contra charitatem peccas.

Noli cibo tuo...; Græc., *ne cibo tuo perdas*, id est, ne fratrem tuum tam vilem habeas, ut eum perdas, quem Christus tanti fecit, ut pro illo mortem subire non dubitaverit. Perdes autem, si edulio tuo des occasionem illi, vel temerè te judicandi, vel contra conscientiam suam te imitandi, vel ad Judaismum scandalizatus redeundi. Hinc disce quantùm sit infirmis compatiendum et condescendendum, ne propter nos et per nos pereat ille pro quo Christus obiit. Disce et quòd charitas debeat omnium nostrarum actionum esse regula; et scientiâ et fide secundùm charitatem utendum.

Ut tuam autem charitatem erga proximum accendas, et ex dilectione tu te illius accommodes infirmitati, perpende Christi pro eo charitatem : Christus pro eo mortuus est, et ego nihil patiar pro quo Christus obiit! Christus suâ propriâ morte vitam ei dedit; et ego hanc illi vitam meo scandalo eripiam! tantine facio Christi sanguinem, ut escâ vili, vel verbo fortè mordaci, fratrem meum velim perdere, pro quo Christus Dominus pretiosum sanguinem suum fudit!

Vers. 16. — Non ergo blasphemetur bonum nostrum. Græc., *vestrum*; Syr., *nostrum.* Ne sitis ergo causa cur malè de nobis loquantur tum Judæi, tum gentiles; nostraque religio ac evangelica libertas malè audiat apud eos, qui foris sunt, propter contentiones vestras de cibis edendis vel non edendis.

Vers. 17. — Non est enim regnum Dei esca et potus... Religio per quam Deus regnat in nobis, et per quam regnum cœleste paratur, non consistit in electione cibi et potûs, sed in justitiâ, quâ lex Dei servatur, et in pace cum proximo, et in gaudio spirituali, quod ex justitiâ et pace nascitur, seu quo Spiritus sanctus replet verè pios, verè pacificos.

Hoc loco abutuntur hæretici contra jejunia et ciborum abstinentiam ab Ecclesiâ præcepta. Sed notent 1° Apostolum non dicere : Regnum Dei non est abstinentia aut jejunium, sed non est esca; 2° Apostolum agere non de jejuniis aut abstinentiâ ab Ecclesiâ institutis, sed per legem Mosaicam præceptis, ut dictum est v. 5. Vide ibi dicta; 3° Apostoli sensum esse quòd regnum Dei non consistit per se in escâ, licèt per accidens, ob Ecclesiæ præceptum, vel ob votum, abstinentia et jejunium sint ad salutem necessaria, et patet in Adæ peccato.

Vers. 18. — Qui enim in hoc servit Christo, placet Deo..., id est, qui in his tribus virtutibus,

Vers. 15. — *Si enim propter cibum frater tuus contristatur, jam non secundùm charitatem ambulas*, q. d. : Si frater tuus existimat cibum esse communem et vitandum, et tu tamen eum comedis, itàque fratrem contristas et scandalizas; peccas contra charitatem; provocas enim illum, ut contra conscientiam eumdem cibum comedat.

Noli cibo tuo illum perdere, pro quo Christus mortuus est. Perdas, inquam, daturus occasionem vel temerè judicandi te, vel infeliciter imitandi; q. d. : Christus dedit vitam pro fratre tuo : tu pro eo da, aut potiùs relinque cibum.

Vers. 16. — *Non ergo blasphemetur* (à gentibus propter vestram discordiam et scandalum) *bonum nostrum*, scilicet libertas et fides christiana; quam ut fideles per scandalum non objiciant blasphemiæ gentilium, monet et urget hìc Apostolus : gentes enim scandalizabantur, et à Christianismo avertebantur, cùm videbant Christianos ita inter se contendere de cibis, et ciborum delectu.

Vers. 17. — *Non est enim regnum Dei esca*, etc., q. d : Pietas, fides, et gratia, quibus Deus regnat in nobis, non consistunt per se in certo cibo et potu, quasi hæc per se necessaria sint ad gratiam et beatitudinem assequendam.

Vers. 18. — *Qui enim in hoc* (in hisce quæ dixi,

quas versu præcedenti recensui, in verâ scilicet pietate erga Deum, in pacis cum proximo servandæ studio, et in gaudio spirituali et in curâ alios spiritualiter consolandi, non autem contentionibus irritandi, qui sic Christo servit, et Deo placet et ab hominibus piis approbatur.

VERS. 19. — ITAQUE QUÆ PACIS SUNT SECTEMUR, ET QUÆ... Syr. : *Nunc post pacem curramus et post ædificationem mutuam.* Ex dictis concludit Apostolus ut cum studio nos applicemus ad sectanda quæ ad pacem et ad mutuam ædificationem pertinent, per bona scilicet exempla.

OBSERVATIO DOCTRINALIS ET MORALIS.

Frequens et familiare est Apostolo nomen ædificationis, et ab ipso factum familiare Christianis, quorum tamen pauci vim et originem nominis illius intelligunt : ut autem intelligas, nota 1° quòd secundùm Apostolum fideles sunt templum Dei, 1 Cor., cap. 3, v. 16; cap. 6, v. 19; 2 Cor., cap. 6, v. 16. 2° Paradisus est civitas, cujus Deus fundator et architectus, Heb. 11, 10; cujus singuli fideles sunt lapides vivi, scalpri salubris ictibus et tunsione plurimâ præparati, ut in suo reponantur loco. Hinc illud omne quod facimus, ut proximus noster, vel Christo lapidi angulari firmiùs uniatur, vel invicem alter alteri charitate jungatur, hoc vocatur ædificatio. Quidquid igitur ad beatitudinem confert et disponit, ædificatio est. Quidquid ad sanctitatem confert, seu, ut Spiritus sanctus in nobis, velut in templo suo habitet, ædificatio est. Duo autem ad hoc conferunt : documenta scilicet et exempla.

VERS. 20. — NOLI PROPTER ESCAM DESTRUERE OPUS DEI... ; Græc. : *Ne propter escam destruito*, etc., id est, cave ne propter cibum, qui res est ex se indifferens, destruas et evertas ædificium Dei, templum Dei, domum Dei. Perseverat in cœptâ templi figurâ : frater, seu Christianus, in quo Christus habitat, domus est Dei, templum Spiritûs sancti; cave ne per tuum exemplum destruatur hoc opus Dei. Hinc discamus quanto studio cavendæ sint altercationes pacem turbantes, et mala exempla ad malum inducentia, cùm per hæc destruatur opus Dei.

OMNIA QUIDEM SUNT MUNDA, SED MALUM... Syr. : *Sed mala sunt homini, qui cum offendiculo*, etc. Fateor quidem, et illud jam dixi supra, v. 14, nullus cibus immundus est; sed omnes cibi sunt mundi, tum naturâ suâ, tum Christi permissu; peccat nihilominùs homo qui illis utitur cum offendiculo et destructione proximi, quia tunc homo ille re bonâ malè utitur. Hinc rursùs discamus quantâ cum discretione sit cum fratribus vivendum; quanto studio omnia sint observanda, ne scandalum pariatur infirmis; etiam res bonæ, ubi per charitatem non diriguntur, malæ fiunt homini, qui per eas scandalum præbet proximo.

VERS. 21. — BONUM EST NON MANDUCARE CARNEM...; Græc. : *Pulchrum*, honestum *est*, etc.; Syr. : *Bonum est nos non edere carnem, nec bibere vinum, nec quicquam in quo offendatur frater noster.* Sensus ad litteram bonus quidem; videtur tamen quòd positivum hìc pro comparativo ponatur, seu bonum, pro melius; præstaret nunquàm comedere carnem, et vinum non bibere, quàm sic fratri dare lapsûs occasionem; sive labatur, te contra conscientiam imitando, sive labatur, te temerè judicando, sive labatur in fide infirmior evadendo. Charitati debent omnia cedere; non tantùm ab illicitis, sed et à licitis abstinendum, ubi charitas proximi postulat.

VERS. 22. — TU FIDEM HABES...? firmiorem alloquitur : Tu credis, et benè, nullum ampliùs cibum immundum esse; hanc fidem in animo serva et coram Deo; at noli illam in publico prodere, eâque uti cum tui fratris offendiculo.

BEATUS QUI NON JUDICAT..., id est, beatus qui semetipsum interiùs non condemnat in eo quod probat exteriùs, et de facto; uno verbo, beatus qui nihil contra conscientiam agit. Hoc ad infirmum dirigitur, qui putans non licere carne, v. g., suillâ vesci, aliorum tamen excitatus exemplo, contra propriam conscientiam edebat.

VERS. 23. — QUI AUTEM DISCERNIT; Græc. : *At ambigens*, seu qui dubitat, hæsitat, an scilicet liceat uti tali cibo, et tamen sic dubitans comedit,

DAMNATUS EST, id est, ille reus est peccati, et proprio etiam judicio; QUIA NON EX FIDE, id est, quia non juxta fidem, seu conscientiam suam egit, quæ dictabat non licere.

OMNE AUTEM QUOD NON EST EX FIDE, id est, quidquid est contra conscientiam, PECCATUM EST. Fides

puta in pace, justitiâ, et gaudio Spiritûs sancti, in quibus consistit regnum Dei) *servit Christo, placet Deo, et probatus est hominibus.*

VERS. 19. — *Itaque quæ pacis sunt*, etc.; videlicet præbentes invicem bona exempla, quibus ædificentur et confirmentur proximi in fide et pietate.

VERS. 20. — *Noli propter escam destruere opus Dei*, puta ædificium Dei, scilicet fidem, charitatem, et religionem christianam in proximo, vel opus Dei, hoc est, proximum ipsum, quem Deus fecit christianum, fidelem, pium, imò domum et templum suum.

Omnia quidem sunt munda; nihil est commune per seipsum.

Sed malum est homini, qui per offendiculum manducat; malum, id est, peccatum est homini, id quod per se mundum est, edere *per offendiculum*, id est, cum offendiculo et destructione proximi.

VERS. 21. — *Bonum est non manducare carnem, et non bibere vinum, neque* (aliud quid simile facere) *in quo frater* (proximus) *tuus offenditur aut scandalizatur, aut infirmatur.*

VERS. 22. — *Tu fidem habes?* Dices mihi, inquit, te fidem habere quâ credas, ac certò persuasum habeas omnia esse munda, ac legem cessare per Christum : proindeque licitum tibi esse vesci quibuslibet : atque eam fidem te velle profiteri libero ciborum usu. Sequitur responsio :

Penes temetipsum habe coram Deo, q. d. : Noli illam jactare, illâque uti, cum fratris scandalo.

Beatus qui non judicat semetipsum in eo quod probat, quod eligit, quod amplectitur; q. d : Beatus est qui nihil agit contra conscientiam, qui non movet sibi dubia, et scrupulos in re aliàs licitâ et adiaphorâ, qualis est vesci idolothytis, aut cibis Judæis vetitis.

VERS. 23.—*Qui autem discernit* (cibum à cibo, quasi illicitum et vetitum à licito et permisso), *si manducaverit*

hìc idem est ac firma persuasio, seu dictamen conscientiæ; patet enim textum legenti, quòd hìc non agatur de fide supernaturali christianâ, sed de fide morali et particulari practicâ. Unde colliges quòd nostra conscientia sit primus casuista noster; ita ut, licèt nos doctorum turba quid faciendum doceat, si illud ipsum hic noster doctor internus condemnat, et judicat non faciendum, peccaverimus illud faciendo. Hinc disce quanti refert scire quid faciendum, et non dubitare; quanti refert in dubio securius amplecti, et dubium deponere.

damnatus est (peccati et damnationis reatum incurrit), *quia non ex fide*, hoc est, quia non ex conscientiæ dictamine et credulitate, quâ credit licere hoc cibo vesci, supple *manducat*. Q. d. : Quia manducat, et agit contra conscientiam, hinc peccato et damnationi se obstringit : Ita Chrysostomus.

Omne autem quod non est ex fide, peccatum est. Sensus est : Omne quod quis agit non persuasus id sibi licere, sed vel illicitum putans, vel dubitans utrùm liceat, peccatum est. Qui discernit cibum hunc quasi illicitum ab alio licito, si manducat id quod discernit quasi illicitum, damnatus est; quia non ex fide, id est, quia non ex credulitate quòd id liceat, sed contra conscientiæ dictamen manducat. Apostolus enim per fidem hìc, non intelligit fidem christianam, sed credulitatem, persuasionem, et dictamen conscientiæ.

Corollarium pietatis, seu in hoc capite ad pietatem maximè notanda, et ad praxim redigenda.

1° Quantâ charitate sit cum infirmis utendum. Cum charitate suscipiendus, instruendus, fovendus, v. 1; cum eo non altercandum, ibid.; maximè cavendum ne detur ei offendiculum, v. 13, 15; ne pereat ille pro quo Christus mortuus est, ne destruatur opus Dei, v. 20. Nam, ut ait divus Chrysostomus, si ecclesiam suffodere, grave est et scelestum, multò magis, si hoc fiat spirituali templo; augustior quippe est homo, magisque venerandus quàm ecclesia; non enim propter parietes mortuus est Christus, sed propter ista Spiritûs sancti templa, hom. 26 Moral.

2° Quàm periculosum sit judicare proximum, quia judicandi jus non habemus, Dei est; Dei ergo judicio stat : Deo itaque nostro judicio facimus injuriam, v. 4; quia scientiam ad judicandum necessariam non habemus, cor enim non novimus, hinc sæpè damnamus eum qui apud Deum justus est; quique hoc ipso opere quod damnamus, Deum honorat; illud enim ad Dei gloriam facit; itaque et nostro judicio facimus injuriam proximo; quia judicando maximam Christo facimus injuriam, cujus mortis et resurrectionis jura violamus : mortuus est enim et resurrexit, ut omnium Dominus sit et Judex; ipsi ergo præripimus quod sui sanguinis pretio meruit et emit, judicium scilicet et dominium; violamus et ejus gloriosæ resurrectionis jura, usurpantes potestatem quam à Patre in suâ resurrectione recepit in omnes homines : *Data est mihi omnis potestas...; dedit ei potestatem judicium facere.*

Ad hæc attendamus, ut cum infirmis secundùm charitatem agamus; et ut judicium Deo relinquentes, de nemine judicemus.

CAPUT XV.

1. Debemus autem nos firmiores imbecillitates infirmorum sustinere, et non nobis placere.

2. Unusquisque vestrûm proximo suo placeat in bonum, ad ædificationem.

3. Etenim Christus non sibi placuit, sed sicut scriptum est : Improperia improperantium tibi ceciderunt super me.

4. Quæcumque enim scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt; ut per patientiam, et consolationem Scripturarum, spem habeamus.

5. Deus autem patientiæ et solatii, det vobis idipsum sapere in alterutrum secundùm Jesum Christum :

6. Ut unanimes, uno ore honorificetis Deum et Patrem Domini nostri Jesu Christi.

7. Propter quod suscipite invicem, sicut et Christus suscepit vos in honorem Dei.

8. Dico enim Christum Jesum ministrum fuisse circumcisionis propter veritatem Dei, ad confirmandas promissiones patrum :

9. Gentes autem super misericordiâ honorare Deum, sicut scriptum est : Propterea confitebor tibi in gentibus, Domine, et nomini tuo cantabo.

10. Et iterùm dicit : Lætamini, gentes, cum plebe ejus.

CHAPITRE XV.

1. Nous devons donc, nous qui sommes plus forts, supporter les faiblesses des infirmes, et non pas chercher notre propre satisfaction.

2. Que chacun de vous ait de la complaisance pour son prochain, dans ce qui est bon et ce qui peut l'édifier.

3. Car Jésus-Christ n'a pas cherché à se satisfaire lui-même, selon ces paroles de l'Ecriture : Les injures qu'on vous a faites sont tombées sur moi!

4. Car tout ce qui est écrit a été écrit pour notre instruction, afin que nous conservions une espérance ferme par la patience, et par la consolation que les Écritures nous donnent.

5. Que le Dieu de patience et de consolation vous fasse la grâce d'être toujours unis de sentiment et d'affection les uns avec les autres, selon l'esprit de Jésus-Christ;

6. Afin que d'un même cœur et d'une même bouche, vous glorifiiez Dieu le Père de notre Seigneur Jésus-Christ.

7. C'est pourquoi supportez-vous les uns les autres, comme Jésus-Christ vous a supportés pour la gloire de Dieu.

8. Car je vous déclare que Jésus-Christ a été le ministre de l'Évangile à l'égard des Juifs circoncis, afin que Dieu fût reconnu véritable par l'accomplissement des promesses qu'il avait faites à leurs pères.

9. Mais pour les gentils, ils doivent glorifier Dieu de la miséricorde qu'il leur a faite, selon qu'il est écrit : C'est pour cette raison, Seigneur, que je publierai vos louanges parmi les nations, et que je chanterai des cantiques à la gloire de votre nom.

10. Et l'Écriture dit encore : Réjouissez-vous, nations, avec son peuple.

11. Et iterùm : Laudate, omnes gentes, Dominum; et magnificate eum, omnes populi.

12. Et rursùs Isaias ait : Erit radix Jesse, et qui exurget regere gentes; in eum gentes sperabunt.

13. Deus autem spei repleat vos omni gaudio et pace in credendo ; ut abundetis in spe et virtute Spiritûs sancti.

14. Certus sum autem, fratres mei, et ego ipse de vobis, quoniam et ipsi pleni estis dilectione, repleti omni scientiâ, ita ut possitis alterutrum monere.

15. Audaciùs autem scripsi vobis, fratres, ex parte, tanquàm in memoriam vos reducens, propter gratiam quæ data est mihi à Deo,

16. Ut sim minister Christi Jesu in gentibus; sanctificans Evangelium Dei, ut fiat oblatio gentium accepta, et sanctificata in Spiritu sancto.

17. Habeo igitur gloriam in Christo Jesu ad Deum.

18. Non enim audeo aliquid loqui eorum quæ per me non efficit Christus in obedientiam gentium, verbo et factis:

19. In virtute signorum et prodigiorum, in virtute Spiritûs sancti; ita ut ab Jerusalem per circuitum usque ad Illyricum repleverim Evangelium Christi.

20. Sic autem prædicavi Evangelium hoc, non ubi nominatus est Christus, ne super alienum fundamentum ædificarem, sed sicut scriptum est :

21. Quibus non est annuntiatum de eo, videbunt ; et qui non audierunt, intelligent.

22. Propter quod et impediebar plurimùm venire ad vos, et prohibitus sum usque adhuc.

23. Nunc verò ulteriùs locum non habens in his regionibus, cupiditatem autem habens veniendi ad vos ex multis jam præcedentibus annis:

24. Cùm in Hispaniam proficisci cœpero, spero quòd præteriens videam vos, et à vobis deducar illùc, si vobis primùm ex parte fruitus fuero.

25. Nunc igitur proficiscar in Jerusalem ministrare sanctis.

26. Probaverunt enim Macedonia et Achaia, collationem aliquam facere in pauperes sanctorum qui sunt in Jerusalem.

27. Placuit enim eis; et debitores sunt eorum. Nam si spiritualium eorum participes facti sunt gentiles ; debent et in carnalibus ministrare illis.

28. Hoc igitur cùm consummavero, et assignavero eis fructum hunc; per vos proficiscar in Hispaniam.

29. Scio autem quoniam veniens ad vos, in abundantiâ benedictionis Evangelii Christi veniam.

30. Obsecro ergo vos, fratres, per Dominum nostrum Jesum Christum, et per charitatem sancti Spiritûs, ut adjuvetis me in orationibus vestris pro me ad Deum.

31. Ut liberer ab infidelibus qui sunt in Judæâ, et obsequii mei oblatio accepta fiat in Jerusalem sanctis,

32. Ut veniam ad vos in gaudio per voluntatem Dei, et refrigerer vobiscum.

33. Deus autem pacis sit cum omnibus vobis. Amen.

11. Et ailleurs : Nations, louez toutes le Seigneur : Peuples, glorifiez-le tous.

12. Isaïe dit aussi : Il sortira de la tige de Jessé un rejeton qui s'élèvera pour commander aux nations; et les nations espéreront en lui.

13. Que le Dieu d'espérance vous comble de joie et de paix dans votre foi, afin que votre espérance croisse toujours de plus en plus, par la vertu du Saint-Esprit.

14. Pour moi, mes frères, je suis persuadé que vous êtes pleins de charité, que vous êtes remplis de toute sorte de connaissance, et qu'ainsi vous pouvez vous instruire les uns les autres.

15. Cependant je vous ai écrit ceci, mes frères, et peut-être avec un peu de liberté, voulant seulement vous faire ressouvenir de ce que vous savez déjà selon la grâce que Dieu m'a faite,

16. Pour être le ministre de Jésus-Christ parmi les nations, en exerçant la sacrificature de l'Evangile de Dieu, afin que l'oblation des gentils lui soit agréable, étant sanctifiée par le Saint-Esprit.

17. J'ai donc sujet de me glorifier en Jésus-Christ du succès de l'œuvre de Dieu.

18. Car je n'oserai parler que de ce que Jésus-Christ a fait par moi, pour amener les gentils à l'obéissance par la parole et par les œuvres,

19. Par la vertu des miracles et des prodiges, et par la puissance du Saint-Esprit, de sorte que j'ai porté l'Evangile de Jésus-Christ dans cette grande étendue de pays qui est depuis Jérusalem jusqu'à l'Illyrie.

20. Et je me suis tellement acquitté de ce ministère, que j'ai eu soin de ne point prêcher l'Evangile dans les lieux où Jésus-Christ avait déja été prêché pour ne pas bâtir sur le fondement d'autrui ; vérifiant ainsi cette parole de l'Ecriture :

21. Ceux à qui il n'avait point été annoncé, verront sa lumière; et ceux qui n'avaient point encore entendu parler de lui, le connaîtront.

22. C'est ce qui m'a souvent empêché d'aller vers vous, et je n'ai pu le faire jusqu'à cette heure.

23. Mais n'ayant plus maintenant aucun sujet de demeurer davantage en ce pays-ci, et désirant depuis plusieurs années d'aller vous voir,

24. Lorsque je ferai le voyage d'Espagne, j'espère vous voir en passant, afin qu'après avoir un peu joui de votre présence ,vous me conduisiez en ce pays-là.

25. Maintenant je m'en vais à Jérusalem, pour rendre service aux saints;

26. Car les Églises de Macédoine et d'Achaïe ont résolu avec beaucoup d'affection de faire quelque part de leurs biens à ceux d'entre les saints de Jérusalem qui sont pauvres.

27. Ils s'y sont portés d'eux-mêmes, et en effet ils leur sont redevables ; car si les gentils ont participé aux richesses spirituelles des Juifs, ils doivent aussi leur faire part de leurs richesses temporelles.

28. Lors donc que je me serai acquitté de ce devoir, et que je leur aurai distribué cette aumône, je passerai chez vous en m'en allant en Espagne.

29. Or, je sais que vous allant voir, ma venue sera accompagnée d'une abondante bénédiction de l'Evangile de Jésus-Christ.

30. Je vous conjure donc, mes frères, par Jésus-Christ notre Seigneur, et par la charité du Saint-Esprit, de combattre avec moi par les prières que vous ferez à Dieu pour moi,

31. Afin qu'il me délivre des infidèles qui sont dans la Judée, et que les saints de Jérusalem reçoivent favorablement le présent que je leur porte.

32. Et qu'ainsi étant plein de joie, je puisse aller vous voir, si c'est la volonté de Dieu, et jouir avec vous d'une consolation mutuelle.

33. Que le Dieu de paix demeure avec vous. Amen.

ANALYSIS.

1° *Firmiores speciatim hortatur ut exemplo Christi Domini, qui peccata nostra tulit, quique sibiipsi non vixit, sed nobis, et nostræ saluti totus, sic et illi leniter ferant infirmorum imbecillitates, sibiipsis non vivant, suisque tantùm commodis serviant, sed proximorum ædificationi et saluti studeant, v.* 1, 2, 3, 4.

2° *Omnibus Romanis, sive Judæis, sive gentilibus, per modum benedictionis perfectam apprecatur inter se concordiam; et ut omnem inter utrumque populum dissensionem extinguat, rursùs ipsis omnibus exhibet exemplum Christi, qui utrumque populum misericorditer suscepit salvandum, v.* 5, 6, 7.

Attendant gentiles quòd Christus Dominus, ipse Judæus et Judæorum minister fuit et apostolus; attendant Judæi quòd Deus per prophetas Judæos gentilium assumptionem ad fidem prædixit, 8, 9, 10, 11, 12. *Rursùs eis omnibus simul Dei gratiam apprecatur, seu inchoatam absolvit benedictionem, v.* 13.

3° *Epistolam finiturus, Romanorum laudibus emollit ea quæ fortè dixit illis aspera; suam Epistolam humiliter insinuat, quasi ipsis inutilem, quia scientiâ et charitate sunt pleni; eam excusat quasi liberiorem; at ita scripsit, ut suo inter gentes apostolico muneri satisfaciat; breviter exponit fructum sui inter gentes Evangelii, quod ab Jerusalem ad Illyricum usque primus ubique prædicavit,* 14, 15, 16, 17, 18, 19, 20, 21.

4° *Se ad ipsos venturum pollicetur, in Hispaniam Româ profecturus; sed antea Jerosolymam vadit, eleemosynas perlaturus: interim eos instanter obsecrat ut pro ipso Deum orent, iterque suum Deo commendent, ut omnibus feliciter peractis, Romam lætus veniat, si sit Dei voluntas.*

PARAPHRASIS.

1. Non tantùm debemus scandalum quovis modo vitare, sed et nos, qui vel scientiâ vel virtute provectiores sumus, debemus minùs doctorum, minùsque perfectorum, ignorantias et infirmitates cum charitate sustinere; et non nobismetipsis placere, vel ob scientiam nostram, vel ob virtutem.

2. Sed potiùs unusquisque vestrûm, suî contemptor, studeat proximo suo placere, et glorificari in iis quæ ipsius bono cedunt, et per quæ potest effici melior.

3. Etenim Christus, omnium nostrûm exemplar, non sibimet placuit, nec sua quæsivit, sed nostra, sicut Davidis ore pronuntiat; opprobria tibi, ô Pater, ab hominibus illata, in me transtuli, et luenda suscepi.

4. Hæc enim ita de Christo prædicta sunt, ut et ad nos instruendos præscripta sint: quippe tota Scriptura ad nostram doctrinam ordinata est, ut per patientiam, ad quam nos sanctorum, et maximè Christi exemplis excitat, et per consolationem quam nobis suggerit verbis et exemplis, spem habeamus æternæ beatitudinis quam promittit.

5. Precor autem Deum, à quo patientia, à quo et solatium, ut vobis omnibus det perfectam inter vos concordiam; talem, inquio, concordiam, qualem decet Christianos.

6. Ut vos omnes, Judæi et Græci, omnibus dissensionibus extinctis, unanimiter, uno corde et uno ore glorificetis Deum et Patrem Dominum nostrum Jesum Christum.

7. Hoc ut ita sit, vos invicem diligite, fovete, suscipite, sicut et Christus ipse vos omnes suscepit, sibi adjunxit et sociavit ad gloriam hæreditatis æternæ.

8. Vos, inquam, Jesus Christus salvandos suscepit omnes; Judæos quidem, quorum ipse doctor et evangelista fuit, ut ostenderet Deum esse veracem, qui præstaret posteris ea quæ promiserat patribus;

9. Gentes autem, quibus nulla facta fuerat promissio, ut præter spem, solâ Dei misericordiâ, ad salutem admissæ, maximas Deo gratias agant pro tanto beneficio, non quidem promisso, sed tamen à prophetis prædicto; sic enim in Psalmis Christus Patri suo loquitur:

Propterea gloriam tuam inter gentes, per fidem in Ecclesiâ tuâ admissas, celebrabo, et nomini tuo laudis hymnum cantabo.

10. Rursùs in Deuteronomii cantico Scriptura dicit: Lætamini, gentes, unà cum populo ejus, quia scilicet unà cum Judæis estis populus Dei.

11. Et iterùm, Psalm. 116: Laudate Dominum, etc., ob misericordiam vobis factam per Christi gratiam.

12. Idem prædixit Isai., 11, 10: Orietur Christus ex stirpe Jesse; exurget ad regendas gentes; in ipsum omnes gentes sperabunt.

13. Precor itaque ut Deus ipse, spei, sicut et patientiæ et solatii auctor (v. 5), pleno ac perfecto vos gaudio repleat, et concordiâ in eâdem fide, ut excluso omni dissidio, spes vestra magis ac magis crescat in vobis per gratiam et virtutem Spiritûs sancti.

14. Hæc autem vobis sic apprecor, ut de vestrâ tamen virtute non diffidam; scio enim et certus sum quòd estis charitate pleni, et omni scientiâ repleti; ideòque potentes ad vos invicem monendum, sicque meis non indigeatis admonitionibus.

15. Sic ergo scripsi vobis, et forsan paulò liberiùs scripsi, non ut vos velut ignaros doceam, sed ut in memoriam vobis quæ scitis reducam; hoque ut apostolico muneri, à Deo mihi gratis imposito, satisfaciam.

16. Hoc autem munus est, ut ego sim inter gentes publicus sacrorum Jesu Christi minister; sacrificans per evangelicam prædicationem, non pecudes, sed homines ad fidem conversos; ut gentiles sic evangelicâ prædicatione spiritualiter mactati, fiant oblatio accepta Deo, et sancti Spiritûs igne sanctificata.

17. In quo quidem ministerio, ita mihi res feliciter successit, ut habeam unde glorier, non apud homines, sed apud Deum; non in memetipso, sed in

Christo Jesu, cujus vice et cujus virtute meo munere fungor.

18. Vix enim audeam eloqui quid per me Christus non effecerit ad gentium obedientiam seu conversionem efficiendam, et prædicationis verbo, et miraculorum operatione.

19. Per potentiam, signis insolitis, stupendisque prodigiis instructam, et Spiritûs sancti charismatibus munitam; ita ut longè latèque dilataverim Evangelium Christi: scilicet, ab Jerusalem usque ad Illyricum, et per adjacentes hinc inde regiones propè vicinas.

20. Sic autem huic evangelico muneri incubui, ut sollicitè curârim prædicare, non in iis locis in quibus jam erat annuntiatus Christus, ne super fundamenta ab aliis jacta ædificarem, sicque fidem non tam fundarem, quàm fundatam confirmarem.

21. Sed adimplevit quod ab Isaiâ prædictum est: Gentes, quibus de Christo venturo nihil ante nuntiatum est, videbunt oculis fidei, per apostolorum prædicationem, eum advenisse; et qui de illo nihil audierant, eum per fidem cognoscent.

22. Idò, quod sæpè volui et sæpè proposui, ad vos scilicet ire, nondùm, ob continuas hujus mei ministerii curas et occupationes implere potui.

23. Nunc autem, cùm in his regionibus Græciæ, Achaiæ, Macedoniæ, etc., nullus sit locus Evangelio vacuus, et cùm aliunde à multis jam annis ardenter desiderem ad vos ire,

24. Quando in Hispaniam iter arripiam, spero fore ut in itinere videam vos, et à vobis deducar illùc, postquàm vestrâ conversatione et præsentiâ priùs ex parte fruitus fuero.

25. Nunc igitur Jerosolymam proficiscor, aliquas eleemosynas perlaturus, et sanctis pauperibus ministraturus.

26. Placuit enim Ecclesiis Macedoniæ et Achaiæ, pauperibus illis Jerosolymitanis partem aliquam facere de suis opibus.

27. Placuit, inquam, eis, et quidem jure merito, quippe sunt illis debitores: si enim gentiles spiritualibus Judæorum divitiis communicaverunt, per apostolos à Jerosolymitanis missos, æquum sanè ut et ipsi gentiles de suis temporalibus bonis partem faciant pauperibus Jerosolymitanis.

28. Hoc igitur charitatis munere ubi perfunctus fuero, huncque beneficentiæ fructum mihi consignatum, sanctis pauperibus deposuero, Româ transiens proficiscar in Hispaniam.

29. Scio autem quòd ad vos veniam cum uberrimis gratiarum Christi donis, ad vos confirmandos in fide.

30. Interim ego, vos fratres, obsecro per Domini nostri Jesu Christi merita, et per charitatem in cordibus nostris à Spiritu sancto diffusam, ut me, precibus ad Deum pro me effusis, laborantem et certantem adjuvetis.

31. Rogate primò, ut cùm in Judæam venero, liberer ab incredulis Judæis; secundò, ut meum ministerium in eleemosynis perferendis et distribuendis, sit fidelibus acceptum, sanctisque Jerosolymitanis gratum.

32. Tertiò, ut boni operis successu lætus et hilaris ad vos veniam, si fuerit Dei voluntas, et apud vos aliquantisper refociller.

33. Precor autem ego pro vobis Deum, pacis et concordiæ auctorem et conservatorem, ut apud vos maneat, vobis adsit et opituletur. Amen.

COMMENTARIA.

Vers. 1. — Debemus autem nos firmiores; Græc., *potentes*, Syr., *fortes;* imbecillitates infirmorum; Græc., *impotentium*, Syr., *imbecillium;* sustinere; Græc., *portare*, Syr., *ferre*. Nota primò *debemus:* debitum est fraternæ charitatis, ut firmiores, doctiores, in virtute provectiores charitativè et leniter ferant *infirmorum*, id est, minùs doctorum, minùs perfectorum [illegible] nutias, hallucinationes, et quæ ex talibus [illegible] faciunt. Nota secundò *sustinere*, portare [illegible], instar bajulorum. Ad hoc quippe datur [illegible] vis et virtus, ut portent compatiendo, instruendo [illegible] imprudenter contradicendo, scandalum vitando [illegible] exemplum dando. Sicut in corpore na[illegible] firmiora ferunt debiliora, sic in Ecclesiâ [illegible] debent infirmos sustinere. Sicut in ædificio materiali aliqua eliguntur firmiora, v. g., fundamenta, columnæ, etc., ad sustinendum totum ædificii pondus, quod ex fragiliori materiâ superponitur, ita etiam in spirituali Ecclesiæ ædificio, fortiores aliorum debent onus sustinere.

Et non nobis placere; Græc. et Syr., *non nobisipsis*, id est, non nobismetipsis placere, vel in fide, vel in scientiâ, vel in viribus nostris. Potest etiam intelligi, *et non nobis*, seu animo nostro morem gerere, faciendo tantùm quæ nobis grata sunt et utilia, seu nostris tantùm commodis serviendo. Itaque sicut divites debent pauperibus erogare, sic doctiores et fortiores debent suam, vel scientiam, vel fortitudinem communicare; et sicut in suis divitiis sibi placere peccatum est, vel eas sibi soli reservare, sic et peccatum est sibi placere in quocumque bono, quod præ aliis habere videmur, et eo bono non uti ad proximi commodum et salutem.

Vers. 2. — Unusquisque vestrum proximo....;

Vers. 1. — *Debemus autem nos firmiores imbecillitates infirmorum sustinere. Debemus* id facere: videlicet ad [illegible]ndum, hoc quod dicit, omninò pertinere ad de[illegible] fraternæ charitatis, cùm, ubi opportunum est, [illegible], ut et ipsi confirmentur in fide cæteris [illegible].

Et non nobis placere; non nostro animo morem gerere, ut quæ grata nobis sunt et utilia sectemur cum proximi scandalo, vel incommodo, v. g., ut idolothyta et escas lege vetitas comedamus cum offendiculo infirmorum.

Vers. 2. — *Unusquisque vestrùm proximo suo placeat*, etc., id est, ad promovendum verum ejus bonum, quod est fides, justitia, salus æterna; quod dùm fit, proximus ipse *ædificari* dicitur.

Vers. 3. — *Etenim Christus non sibi placuit*, q. d.;

Græc., *nostrùm*, id est, sed unusquisque proximo suo condescendat, moremque gerat ut illum suâ charitate ædificet, ad bonum attrahat, meliorque fiat. Nota quòd non in omnibus proximo nostro gratificari debemus, sed in iis quæ ipsius bono et ædificationi cedunt; et in hoc differt complacentia, quam inspirat charitas, ab illâ quam inspirat cupiditas. Cupiditas et mundana dilectio complacet in malo et ad malum; divina charitas in bono et ad bonum; hæc placere studet ut salvet; illa placet adulationibus ut perdat.

Vers. 3. — Etenim Christus non sibi placuit. Urget exemplo Christi, seu exemplo charitatis, quam Christus erga nos omnes exercuit. *Etenim Christus* non propriis commodis, voluntati, aut quieti studuit, sed gloriæ Dei et humani generis saluti.

Sicut scriptum est, Ps. 68, etc., ut patet ex verbis quæ Davidis ore pronuntiat; hæc verba duos sensus habent, et probant quòd Christus Dei gloriam et nostram salutem intendebat.

Improperia improperantium tibi..., id est, peccata contra te, Deus, facta, ita me afflixerunt, ac si in me facta fuissent. Ecce gloria Dei. Vel : Sic ob ea dolui, ut ad placandum iram tuam in homines, qui ea committebant, ipsa in me luenda susceperim. Ecce charitas proximi. Itaque sicut Christus peccata nostra tulit, sic debemus fratrum infirmitates ferre.

Vers. 4. — Quæcumque enim scripta sunt; Græc., *ante scripta sunt*, seu præscripta; Syr. : *Quidquid enim quondam scriptum est*, in veteri Testamento scilicet. Rationem dat cur verba in personâ Christi à Davide pronuntiata allegaverit ad nostram instructionem, quia scilicet tota Scriptura ad nostram doctrinam ordinata sit; ut per patientiam, ad quam nos hortantur Scripturæ exemplis sanctorum, et maximè Christi, et per consolationem, quam verbis et exemplis suggerunt, spem habeamus æternæ beatitudinis quam promittunt. Patientia, consolatio, spes, fructus sunt sacræ Scripturæ lectionis; tota ordinata est ad fidei nostræ instructionem, aut ad spei stabilimentum, aut ad charitatis incrementum. Hinc collige quo sit animo legenda.

Vers. 5. — Deus autem patientiæ et solatii....; ut ostendat à quo sint expectandæ patientia, consolatio et spes, quas insinuavit quærendas in Scripturis, tribus epithetis exornat Dei nomen. *Deus patientiæ et consolationis*; et v. 13, *Deus spei*, auctor scilicet et dator. Deus charitas est, et quia charitas et patientia est et consolatio, imò fons, mare consolationis, à quo omnis vera consolatio. O Deus charitas! ô Deus consolatio, et consolationis oceanus! in te et à te uno sit consolatio mea; mundani gaudeant in mundanis; tu es, ô Deus, et eris unica consolatio mea et nunc et semper. *Deus* itaque *patientiæ*.... det vobis idipsum sapere, id est, idem sentire, idem velle, in idem sensu et affectu conspirare, ita ut inter vos nec sit sententiarum diversitas, nec affectuum alienatio.

Secundum Jesum Christum, id est, secundùm fidem, doctrinam et exemplum Christi.

Vers. 6. — Ut unanimes uno ore; Græc. : *Ut unanimiter in uno ore glorificetis*, id est, ut uno animo, uno corde, et uno ore glorificetis Deum, etc. *Unanimes*, quantùm ad identitatem credulitatis; *uno ore*, quantùm ad identitatem confessionis; *hónorificetis*; quantùm ad veritatem operis, ait Lyranus.

Vers. 7. — Propter quod suscipite invicem....; Syr. : *Propterea assumite et portate alii alios*, id est, propterea vos invicem excipite, fovete, supportate; firmus infirmum, doctus ignarum; gentilis Judæum, Judæus gentilem.

Sicut et Christus suscepit vos...; rursùs exemplo Christi urget ad mutuam charitatem; quemadmodùm Christus Dominus nos omnes suscepit, sibi adjunxit, ac sociavit ad Dei gloriam secum participandam.

Imitamini Christum. Nam Christus suæ voluntati, naturæ, quieti et commodis non servivit, ut nos et nostra negligeret; sed ea omnia, et vitam suam pro nostrâ salute exposuit. Ita ergo et nos Christiani debemus facere pro fratrum salute, eorumque infirmitates sustinere, et ne eos scandalizemus, etc.

Sed sicut scriptum est; sed nobis placuit in bonum, vel infirmitates nostras sustinuit.

Improperia improperantium tibi ceciderunt super me; sic ob ea indolui, ut pro illis tanquàm meis ipsius peccatis, ad placandam iram tuam in eos qui hæc admittebant, me humiliaverim usque ad mortem crucis, exsolvens quæ non rapui; quâ in re declaravi quanta mihi cura fuerit salutis eorum.

Vers. 4. — *Quæcumque enim scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt.* Doctrinam intellige quâ instruimur ad pietatem et salutem æternam. Quæ doctrina divinis Scripturis propria est. Quæcumque scripta sunt in S. Script., præsertim de Christo, ad nostram (qui Christiani sumus) doctrinam, institutionem et imitationem scripta sunt.

Ut per patientiam et consolationem Scripturarum, spem habeamus, futuræ gloriæ et vitæ æternæ. Pro *per consolationem*, Græcè est, *per* Scripturarum *exhortationem*, scilicet ad bona opera; hæc enim spem exaudiunt. Facit hoc Scriptura per exempla, quæ narrat, per exhortationes, per promissiones et præmia, quæ Deus servis suis promittit in Scripturis. His enim nos consolatur, exhortatur, et in spem beatitudinis excitat.

Vers. 5. — *Deus autem patientiæ et solatii*, etc. Sensus est: Deus patientiæ et sanctæ consolationis auctor, det vobis ut sublatis dissidiis et altercationibus quas habetis inter vos, sive de justificatione, sive de ciborum ac dierum observatione, idem inter vos mutuò sentiatis, idque *secundùm Jesum Christum*, hoc est, secundùm doctrinam quam Christus docuit, vel quam tradit religio christiana.

Vers. 6. — *Ut unanimes*, etc. Hæc admonet tum propter firmos et infirmos; tum verò propter Judæos et gentiles. Quos omnes vult, positis dissensionibus, uno animo et uno ore Deum glorificare.

Vers. 7. — *Propter quod suscipite invicem.* Sensus : Alius alium sibi adjungat, firmus infirmum, doctus rudem, gentilis Judæum, et contra; foveatque eum et supportet ac instruat, et ut semel dicam, salutem ejus fraternâ sollicitudine curet.

Sicut et Christus suscepit vos, in honorem Dei. Quemadmodùm et Christus vos sibi adjunxit, salutis nostræ curam habuit, adeò ut suo sanguine redemptos, fratres suos ac Dei filios effecerit, ut per hoc Dei gloriam et honorem promoveret, ita vos quoque invicem assumite, ut in unitate et concordiâ vestrâ Deum glorificetur.

VERS. 8. — DICO ENIM JESUM CHRISTUM MINISTRUM... Hoc et sequentibus versibus explicat quomodò Christus utrumque populum, Judæum et gentilem suscepit : Judæum quidem, ut promissiones patribus factas implere, gentilem verò ex solâ misericordiâ, licèt id per prophetas fuerit prædictum. Simul assignat et affert rationes et motiva utrosque ad mutuam concordiam inducentia; gentilis ne spernat Judæos, quibus ipse Christus Evangelium, veritatem Dei, prædicavit; Judæus ne ferat ægrè gentiles, de quibus vaticinatum fuit, quòd in Dei populum assumerentur. Ut ergo tollat Apostolus dissensiones inter Judæos et gentiles ortas, et ne alii adversùs alios insurgant, ostendit utrumque populum et à Deo privilegiis affectum, et à Christo susceptum. *Dico enim Jesum Christum....* Judæorum prærogativa hæc est, quòd Christus ex eis natus, eos docuit, eisque Evangelium ministravit. Idque PROPTER VERITATEM DEI, id est, ut ostenderet Deum esse veracem in promissis Abrahæ factis. Itaque *minister circumcisionis*, idem est, ac doctor, prædicator Judæorum, apostolus eorum et evangelista.

VERS. 9. — GENTES AUTEM SUPER MISERICORDIA HONORARE. Gr., glorificare, etc. Gentium privilegium, seu gratia est, quòd ex misericordiâ, à prophetis prædictâ, sunt assumptæ : Dico *autem* quòd *gentes*, quibus nulla facta fuit promissio, debent Deum glorificare, pro misericordiâ sibi præstitâ; SICUT SCRIPTUM EST, Ps. 17, 50 :

PROPTEREA CONFITEBOR TIBI..., id est, propter gentium vocationem, nomen tum inter gentes celebrabo. Ubique misericordia quidem; at Judæis promissa, gentibus non promissa; sed à prophetis prædicta.

VERS. 10. — ET ITERUM DICIT, Scriptura, Deuter. 32, 4, 3.

VERS. 8. — *Dico enim Christum Jesum ministrum fuisse circumcisionis propter veritatem Dei.* Illud est, inquit, quod dico, Jesum Christum ministràsse Evangelium Judæis (quos nomine *circumcisionis* designat) per semetipsum illis Evangelium prædicando; idque pro veritate seu fide Dei præstandâ, id est, ut Dei fidem servaret.

Ad confirmandas promissiones patrum, id est, ad implendas promissiones à Deo patribus eorum factas, Abrahæ, Davidi ac cæteris. Confirmatur enim promissio, dùm exhibetur res promissa.

VERS. 9. — *Gentes autem super misericordiâ honorare Deum.* Gentes verò, quibus nulla facta promissio est, dico debere Deum glorificare et laudibus celebrare, pro misericordiâ sibi præstitâ.

Sicut scriptum est (Psal. 17) : *Propterea* (propter vocationem, gratiam, aliaque beneficia gentibus præstita) *confitebor tibi in gentibus, Domine.* Quasi dicat : Inter gentes, ô Domine, apertè profitebor et celebrabo tuum nomen, misericordiam et beneficia eis exhibita.

Et nomini tuo cantabo. Celebrabo divinum nomen tuum, ut tu Deus glorificeris. Hoc quoque Christus se facturum dicit in gentibus, quia per totam gentium Ecclesiam id nunc facit in suis membris.

VERS. 10. — *Et iterùm dicit* (Deuter. 32) : *Lætamini, gentes, cum plebe ejus*, cum Judæis conversis. Conglomerat Apostolus hic testimonia Scripturæ de vocatione gentium, tum ut Judæis eam magis persuadeat, tum ut gentes hoc beneficium magis ponderent,

VERS. 11. — ET ITERUM, Psal. 116 : *Laudate Dominum....*

VERS. 12. — ET RURSUS ISAIAS AIT, 11, 10. Iis quatuor testimoniis D. Paulus ostendit gentibus, quid Deo debeant propter hanc sibi præstitam misericordiam simul et Judæis ostendit quòd injustè gentibus invideant, quod Deus illis se daturum toties prædixerat.

Primum testimonium Davidi quidem convenit, et ad mysticum Davidem, Christum scilicet, aptatur; qui dicit quòd patris sui laudes inter gentiles ad fidem conversos decantabit. Secundum invitat gentes ad Deum cum populo Israel laudandum. Tertium omnes simul gentes ad Dei laudes invitat. Quartum prædicit quòd gentes in Christum sperabunt; seu quòd Christus oriundus sit secundùm carnem, *ex radice*, id est, stirpe Jesse, patris David; quòd ipse Christus *exurget*, ut gentibus imperet, sitque earum princeps, in eumque, tanquàm suum Redemptorem et Salvatorem sperabunt.

Christe, Rex meus, Salvator meus, Deus meus; in te tota spes mea, rege me, salva me; spem meam, ô Deus Redemptor, imple.

VERS. 13. — DEUS AUTEM SPEI..., auctor, imò principium, medium et finis. Illam enim ipse producit in nobis; illam ipse sustinet et conservat; illam ipse replebit per suî fruitionem in cœlis. *Deus igitur spei* REPLEAT VOS OMNI GAUDIO, id est, pleno et totali gaudio spirituali. ET PACE IN CREDENDO; Græc., *in credere*; Syr., *per fidem*, id est, et concordiâ in eâdem fide; per quam omnis inter vos extinguatur dissensio; UT ABUNDETIS, id est, ut læti, hilares, *abundetis*, IN SPE; ita ut magis ac magis crescat in vobis per potentiam Spiritûs sancti, id est, per potentiam à Spiritûs sancti gratiâ acceptam. ET VIRTUTE; Græc., *in virtute*; Syr., *per virtu-*

Deoque gratias agant.

VERS. 11. — *Et iterùm : Laudate, omnes gentes, Dominum*, etc. Invitantur ergo omnes gentes et populi ad laudandum Deum pro misericordia confirmatâ, et veritate exhibitâ populo Israelitico.

VERS. 12. — *Et rursus Isaias ait* (cap. 11) : *Erit radix Jesse, et qui exurget regere gentes.* Sensus est : Hoc quod dico, aliquando futurum est. Radix Jesse, id est, Christus oriundus ex stirpe Jesse patris David secundùm carnem, idem ipse qui exurget et stabit, futurus instar signi in altum erecti, ad quod undique populi confluant; exurget, inquam, ut gentibus imperet, sitque earum princeps; ille est, quem gentes suæ vocationis gratiam agnoscentes requirent, in quem sperabunt, adeòque deprecaturæ sunt; tantùm abest ut ejus imperium et principatum sint recusaturæ. Christus, quoad divinitatem, est radix David, licèt quoad humanitatem ipse factus ex radice David. Nam Christus, quà homo, natus est ex semine David; sed quà Deus, fuit radix, id est, Creator et Dominus Davidis. Ita explicat se Script. Apoc. 22, cùm dicit : *Ego sum radix et genus David.*

Et qui exurget regere gentes, in eum gentes sperabunt, q. d. : Radix hic ille est, vel idem est, qui reget gentes.

VERS. 13. — *Deus autem spei*, scilicet auctor, cujus gratiâ factum est, ut in eum speretis.

Repleat vos omni gaudio, et pace in credendo, ut nimirùm in fide susceptâ nullas contentiones cum fratribus habeatis, uti hactenùs habuistis Judæi cum

tem, id est, ope Spiritûs sancti, seu per potentiam, etc., ut dictum est. Aliqui tamen interpretantur : *Et virtute Spiritûs sancti*, id est, in charitate, quæ est virtus Spiritûs sancti ; ita ut D. Paulus, fidem, spem et charitatem illis apprecetur.

Vers. 14. — Certus sum autem, fratres mei... Apostolicâ modestiâ simul et prudentiâ Paulus emollit sua monita, sicque sese insinuat intimiùs in lectorum animos ; quasi diceret : Quantùm ad me, licèt vos doceam, ô Romani, scio tamen et certus sum quòd meâ non indigetis instructione, utpote qui pleni estis dilectione, et omni scientiâ repleti ; ita ut possitis alter alterum monere. Duo ad alios docendum necessaria sunt : scientia et charitas ; scientia reddit idoneum, charitas urget capacem : persuasus sum autem quòd et charitate pleni estis, et omni scientia repleti. Paulus Epistolam finit eo quo cœpit modo, scilicet, Romanorum laudibus, ut emolliat quæ in medio dixit illis aspera.

Vers. 15. — Audacius autem scripsi vobis... Suam Epistolam quasi superfluam insinuavit in vers. 14. Hic eam excusat quasi audaciorem. *Audaciùs* ex parte, id est, paulò liberiùs forsan scripsi vobis ; tanquam in memoriam..., id est, non tam ut vos doceam, quàm ut in memoriam vobis revocem quæ scitis.

Propter gratiam ; Græc., *per gratiam ;* Syr., *per*, id est, idque ut apostolico muneri mihi à Deo imposito satisfaciam. Nota et mirare Apostoli libertatem et honestatem ; scribit audacter, demulcet honestè ; sic veritas liberè dicenda ; sic honestas ubique apud omnes observanda. Hinc discat omnis superior subditis non superbè, sed humiliter loqui, scribere, imperare ; monitionibus et correctionibus miram gratiam et efficaciam dabit humilitas.

Vers. 16. — Ut sim minister Jesu Christi... Explicat gratiam seu munus sibi divinitùs impositum ; explicat autem egregiâ metaphorâ, quâ de Evangelii prædicatione loquitur, quasi de sacrificio. Ut inter gentes sim λειτουργός, publicus sacrorum minister et sacerdos Jesu Christi.

Sanctificans, Græc., *sacrificans*, Evangelium Dei, seu consecrans per prædicationem Evangelii.

Ut fiat oblatio gentium..., id est, ut gentilismus sic spiritualiter evangelicâ prædicatione mactatus fiat oblatio Deo accepta, sancti Spiritûs igne sanctificata et incensa.

Itaque D. Paulus hic gentium conversionem exhibet velut sacrificium metaphoricum ; in quo quidem sacrificio, ipse Paulus sacerdos est ; victima gentes, consecratio victimæ, prædicatio Evangelii ; ignis quo victima comburitur, Spiritus sanctus.

Observatio moralis.

Ergo evangelizare, prædicare, est sacrificare. Concionator est sacerdos, labor concionandi quasi consecratio ; victimæ sunt auditorum animæ ; ipsarum conversio sacrificium est.

Videat itaque concionator quâ puritate et religione et quo studio suum peragat ministerium ; sese ad illud præparet quasi sacrificaturus ; et quia animarum consecratio, seu sanctificatio est prædicationis finis, Spiritum sanctum ardenter et assiduè concionator invocet super se ministrum, et super auditorum corda, tanquàm victimam Deo immolandam.

Observatio doctrinalis.

D. Paulus prædicationem metaphoricè vocat sacrificium, sicut cap. 12 corpora nostra vocavit hostiam ; alibi eleemosynam vocat sacrificium, sicut etiam contritio dicitur sacrificium. At tantùm abest ut hæc metaphorica sacrificia negent, quinimò stabiliunt et confirmant veri sacrificii in Ecclesiâ veritatem ; sicut metaphora non minuit, sed confirmat et auget rei, unde sumitur, veritatem. Est igitur in Ecclesiâ vera oblatio, liturgia vera, verum sacrificium, vera hostia ; unde D. Paulus has traxit metaphoras. Ineptè igitur Calvinus hinc occasionem sumpsit verum in Ecclesiâ negandi sacrificium ; et unicum prædicationis sacrificium stabiliendi ; quasi verò mystica justitiæ, misericordiæ et cordis contriti sacrificia, quæ passim leguntur in Scripturis, sacrificia veteris legis sustulerint.

Vers. 17. — Habeo igitur gloriam... ; Græc., *gloriationem*, id est, unde glorier, in Christo apud Deum ;

gentibus ; sed perennem pacem et concordiam mutuam colatis.

Ut abundetis in spe et virtute Spiritûs sancti, ut spes in vobis augeatur magis ac magis, augescente nimirùm causâ sperandi, quæ est gaudium, pax et mutua charitas ; spes, inquam, augeatur per virtutem, id est, efficacem operationem Spiritûs sancti.

Vers. 14. — *Certus sum autem*, etc., q. d. : Ego vos, ô Romani, hâc Epistolâ doceo et admoneo, non quasi ignaros, torpidos aut improbos, quique non possitis invicem monere ; certus enim sum vos plenos esse dilectione et scientiâ ; sed tantùm, ut ostendam animi mei affectum erga vos, utque memoriam eorum quæ scitis vobis refricem, tanquàm apostolus vester, uti ipse se explicat versu sequenti.

Vers. 15. — *Audaciùs autem scripsi vobis, fratres, ex parte*, (id est, aliquantulò audaciùs, paulò liberiùs) *tanquàm in memoriam vos reducens*. Non omnia quæ in hac Epistolâ vos docui, ignorabatis ; sed bonam eorum partem vobis tanquam scientibus ad memoriam reducere volui.

Propter gratiam (apostolatum) *quæ data est mihi à Deo. Scripsi*, inquit, hæc non docens, sed *in memoriam vos reducens*, ut officio et muneri, puta apostolatui meo, satisfaciam ; monitioni enim et correctioni magnam suavitatem, gratiam et efficaciam dat humilitas.

Vers. 16.— *Ut sim minister Christi Jesu in gentibus. Minister*, supple *sacrorum*, id est, sacerdos, q. d. : Sacerdos sum hoc ipso quo Apostolus : simul innuens Christum esse Deum, ut cujus sacerdotem se profiteatur.

Sanctificans Evangelium Dei, id est, administrans Evangelium à Deo missum hominibus, eoque ministerio velut sacerdotio fungens. Id enim significat vox Græca, *sacris operans*, rem sacram faciens.

Ut fiat oblatio gentium accepta, et sanctificata in Spiritu sancto, q. d. : Ad hoc sum sacerdos mysticus, puta præco Evangelii, ut nimirùm per meam prædicationem gentiles placeant Deo, et sanctificentur per Spiritum sanctum ; itaque quasi victima munda et acceptissima Deo offerantur et consecrentur, inquit S. August., ipsique deinde opera sancta Deo, quasi victimas offerant.

Vers. 17. — *Habeo igitur gloriam*, etc., q. d. : Ex

vel in iis quæ sunt ad Deum. Græc., τὰ πρὸς τὸν Θεὸν, scilicet ob successum Evangelii per me Christi ministrum inter gentes annuntiati.

Vers. 18. — Non enim audeo aliquid..., id est, vix enim audeam dicere quid per me non effecerit Christus ad gentium obedientiam, seu conversionem efficiendam verbo prædicationis et miraculorum perpetratione. Alii communiter : Ut glorier, non est necesse quòd loquar quid per me non effecit Christus ; seu non audeo aliorum facta mihi arrogare, laudemque capere ex eis quæ Christus per me non effecit, ut gentes reduceret in obedientiam Evangelii.

Vers. 19. — In virtute signorum..., id est, per potentiam operandi prodigia, v. g., dæmones ejiciendi, morbos curandi, mortuos resuscitandi.

In virtute Spiritus sancti..., id est, per charismata Spiritui sancto peculiariter attributa, v. g., dona linguarum, prophetiæ, de quibus ad Cor. 1, cap. 12.

Ita ut ab Jerusalem... usque ad Illyricum, non rectâ viâ, sed in orbem circumiens, Orientales et Ponticas regiones, Asiam et Thraciam doctrinâ evangelicâ repleverim. Illyricus nunc Sclavonia, seu Bosnia.

Vers. 20. — Sic autem prædicavi ; Græc. φιλοτιμούμενος, id est, amanter contendens, sollicitè curans et ambiens prædicare, ubi Christus non erat cognitus, ne, etc.

Vers. 21. — Sed sicut scriptum est..., Isai. 52, 15, id est, sed feci quod ab Isaiâ scriptum est : Gentes Deum et Christum ignorantes audient de eo et illum cognoscent.

Observatio moralis.

Quid non potest unicus homo Spiritûs sancti virtute plenus ? D. Paulus ab Jerusalem usque ad Illyricum, omnes medias et circumjacentes regiones, fide Christi illustraverat anno Christi 58, quo creditur hæc Epistola fuisse scripta ; anno autem Christi 69 mortuus est ; et creditur ante mortem Italiam, Galliam, Hispaniam peragrâsse. Vix enumerari possunt urbes, gentes, populi, quos Apostolus, velut fulmen, illuminavit et inflammavit. Quemadmodùm acervos miraculorum hoc uno verbo, *in virtute signorum*, alligavit ; ita, ait D. Chrys., infinitas urbes et gentes, hoc uno verbo, *per circuitum*, comprehendit. Sanè in D. Paulo *gratia Dei vacua non fuit.*

Hæc, ego miser homuncio, inutilissimus Dei servus ; qui nihil boni, plurimùm mali et facio et feci ; hæc, inquam, videns et ob ea obstupescens, quid agam ? Mirabor saltem et laudabo Deum in sanctis suis ; sanctos et fideles Dei servos venerabor ; gaudebo et exultabo quòd Deus ab aliis dignè et laudabiliter serviatur ; sanctos rogabo, ut suâ superabundantiâ meam adjuvent inopiam : sancte Paule, digne Dei apostole, ora pro indigno et inutilissimo Dei servo.

Vers. 22. — Propter quod et impediebar plurimum, Græc., τὰ πολλὰ, quod verti potest etiam *sæpè*, id est, ideò sæpè cùm vellem ad vos venire, impeditus fui usque modò, scilicet, curâ populorum, ad quos nondùm, ut jam ad vos Evangelii notitia venerat, me re-

eo quòd sim minister Christi atque sacerdos et apostolus gentium, habeo unde glorier, non in me, sed *in Christo*, qui per me operatus est, et in dies operatur salutem gentium, idque, *ad Deum*, id est, in iis rebus quæ ad Deum pertinent, puta in rebus salutis, quæ ad gratiam et gloriam divinam spectant.

Vers. 18. — *Non enim audeo aliquid loqui eorum quæ per me non efficit Christus in* (circa) conversionem et *obedientiam gentium ;* q. d. : Habeo unde glorier, si cogitem et loquar, non falsa, sed vera, puta ea quæ vere per me efficit Christus, in tam mirâ et magnificâ tot gentium conversione, etc. Ergo quidquid loquor et glorior de iis quæ per me efficit Christus, idipsum verè loquor et glorior.

Verbo et factis ; Græcè, *sermone et opere.* Igitur verbum intelligitur evangelicæ prædicationis ; opus autem in patrandis miraculis.

Vers. 19. — *In virtute signorum et prodigiorum*, id est, per potentiam declaratam signis et prodigiis.

In virtute Spiritûs sancti. Potest intelligi de charismatis Spiritûs sancti, ut sunt dona linguarum, prophetiæ, discretionis spirituum, interpretationis sermonum, et cætera quæ enumerantur 1 Corinth. 12. Hæc enim peculiariter adscribi solent Spiritui sancto.

Ita ut ab Jerusalem per circuitum usque ad Illyricum repleverim Evangelium Christi. Paulum implevisse dicunt, id est, dilatâsse Evangelium Christi, famamque ejus ac notitiam extendisse. Quæ enim implentur, ea dilatantur et extenduntur. Est enim peculiaris Scripturæ phrasis, *replere* pro diffundere, extendere, propagare, quamvis à paucis animadversa.

Nota hic ingentem zelum et circuitum Apostoli : duos hoc loco prædicationis suæ terminos statuit, Jerusalem et Illyricum, medias omnes regiones, Arabiam, Damascum, Antiochiam, Seleuciam, Cyprum, Pamphyliam, Pisidiam, Lycaoniam, Syriam, Ciliciam, Phrygiam, Galatiam, Mysiam, Troadem, Achaiam, Epirum et alias, quasi fulmen, omnes fide Christi illustrans, et charitate inflammans, paucis annis ipse pervasit.

Vers. 20. — *Sic autem prædicavi Evangelium hoc* (sic magno studio connisus sum et ambivi evangelizare), *non ubi nominatus est Christus*, id est, non iis in locis quibus Christus jam erat annuntiatus, ad quæ prædicatio Evangelii jam pervenerat.

Ne super alienum fundamentum ædificarem. Fundamentum intelligit fidei christianæ. Alienum vocat, quatenùs ab alio apostolo vel prædicatore jactum est. Non est autem sensus, Paulum studiosè cavisse ne usquàm prædicaret ubi Christus fuerat annuntiatus. Nam Damasci prædicavit, ubi jam ante Christiani erant, quos volebat vinctos perducere Hierosolymam, Act. 9. Romanis quoque Petri prædicatione conversis, nunc scripto, postea verbo Christum evangelizat. Verùm hæc egit, non tam ut apostolus, cujus est fundare et plantare, quàm ut rigator, confirmator et consolator ; quemadmodùm ipse protestatus est sub initium hujus Epistolæ : magisque in transitu et per occasionem quàm ex proposito ; sicut dicit in sequentibus, se Romam pertransiturum, ut in Hispaniam proficiscatur, ubi nullum adhuc fidei fundamentum positum erat.

Vers. 21. — *Sed sicut scriptum est*, Isaiæ 52, ubi extat de vocatione gentium prophetia, quam partim per Paulum impleri voluit Christus, partim per alios apostolos. Ait enim Isaias : *Quibus non est annuntiatum de eo* (puta gentes Deum et Christum ignorantes) *videbunt* (cognoscent eumdem), *et qui non audierunt, intelligent.*

Vers. 22. — *Propter quod impediebar plurimùm*, id est, pluries, *venire ad vos*, etc.

trahente. In Græco non est, *et prohibitus sum usque adhuc*, nec in Syro.

VERS. 23. — NUNC VERO ULTERIUS..., id est, nunc autem cùm nullum ampliùs locum Evangelio vacuum habeam in his Græciæ, Achaiæ, Macedoniæ, etc., regionibus, etc. Nota finem Epistolæ principio conformem, ait D. Chrys.; nam in principio dixit : *Sæpenumerò proposui...*; hìc causam ponit propter quam impeditus fuit, desiderium utrobique exprimit.

VERS. 24. — CUM IN HISPANIAM PROFICISCI CŒPERO, id est, cùm in Hispaniam iter arripuero, spero fore ut videam vos; è Græciâ per Italiam in Hispaniam iter carpere volebat; ET A VOBIS DEDUCAR ILLUC, scilicet in Hispaniam per Galliam. SI VOBIS PRIMUM EX PARTE..., id est, postquàm vestrâ conversatione et præsentiâ ad aliquod saltem tempus recreatus fuero, Græc., *expletus fuero*. Dicens, *ex parte*, significat desiderii sui magnitudinem; quasi diceret : Non quantùm vellem, sed quantùm licebit.

Patet ex Act. 21, divum Paulum, hoc iter quod animo conceperat, tunc quidem non perfecisse, quia ut venit Jerosolymam, comprehensus fuit à Judæis, et Romam captivus missus, ibique biennio detentus. An verò post liberationem ierit in Hispaniam, Baronius, tom. 1 Annal., ad an. Dom. 61, testes et rationes affert in utramque partem. Cornelius à Lapide et Tirinus putant quòd ierit, et citant auctores.

VERS. 25. — NUNC IGITUR PROFICISCAR; Græc. : *Nunc autem proficiscor*, id est, nunc iter instituo Jerosolymam, aliquas perlaturus eleemosynas, quas collegi in Macedoniâ et Achaiâ; et illas ministraturus, seu distributurus Christianis Jerosolymitanis : illis, scilicet, qui pauperes erant, tùm quia suis omnibus divenditis, pretium ad apostolorum pedes abjecerant; tùm quia, ob fidem, reliquorum bonorum rapinam passi fuerant, ut Hebr. 10 dicitur.

VERS. 26. — PROBAVERUNT ENIM MACEDONIA..., id est, placuit et visum est Ecclesiis Macedoniæ, et Achaiæ facultatum suarum communicationem facere in sanctos, pauperes, seu pauperibus qui sunt inter sanctos, id est, Christianos Jerosolymitanos.

VERS. 27. — PLACUIT ENIM EIS, ET DEBITORES SUNT, id est, voluerunt, inquam, et ipsis placuit, et jure merito, quippe sunt eis debitores, scilicet ex gratitudine.

NAM SI SPIRITUALIUM PARTICIPES..., id est, si enim gentiles spiritualibus Judæorum divitiis, id est, fidei, communicaverunt per apostolos, à Judæis Jerosolymitanis missos ad eos.

DEBENT ET IN CARNALIBUS MINISTRARE; Græc., *sacrificare eis*, id est, æquum est ut et ipsi gentiles de suis bonis temporalibus, quæ ad carnem alendam spectant, non ad spiritum, et ideò spiritualibus longè sunt inferiora, partem aliquam Judæis faciant.

Duo hìc notanda : primum, quòd eleemosynam dare, sit sacrificare, λειτούργησαι. Eleemosyna quasi liturgia, seu sacrificium; eleemosynarii sunt quasi sacrifici : reverà bona sua Deo offerentes, illa quasi sacrificant. Hoc sacrificium tanti fecit Apostolus, orbis terrarum doctor, ut illud quasi apostolatûs sui partem consideret; imò illud tot aliis negotiis et curis præferat, quibus pro salute gentium erat implicitus; præferat etiam et vehementi suo Romanos visendi desiderio. Tanti apostoli et doctoris exemplo discantur omnes, etiam sublimiores prælati, hoc munus multis aliis anteponere; eleemosynas etiam propriis manibus distribuere.

Secundum, quòd eleemosyna sit Christi pauperibus debita, tum quia orationibus, tum quia concionibus et aliis functionibus spiritualia largiuntur populo christiano. Et benè notat hìc D. Thomas et post ipsum Estius, quòd sicut gentiles conversi non tantùm divo Paulo, Sylæ et Barnabæ concionatoribus debitores erant; sed et societati sanctorum pauperum, à quibus illi apostoli fuerant missi, sic non uni tantùm aut alteri evangelistæ debetur à populo sustentatio; sed et fratribus conventûs, seu congregationis, à quibus illi mittuntur.

VERS. 28. — HOC IGITUR CUM CONSUMMAVERO ET ASSIGNAVERO; Græc. et Syr., *consignavero*, id est, hoc charitatis munere ubi perfunctus fuero; hunc pecuniæ beneficentiæ fructum, seu eleemosynam obsignatam sanctis tradidero; PER VOS PROFICISCAR, id est, Româ transiens PROFICISCAR IN HISPANIAM. De hoc itinere et transitu intento, vide dicta v. 24.

Juxta verbum Græcum, σφραγισάμενος, *cùm ergo eum consignavero*, videtur quòd D. Paulus hanc pecuniam noluerit nisi obsignatam ferre, ne quis suspicaretur eum aliquid usurpâsse sibi. Hoc Apostoli exemplo caveat omnis Christi minister à minimâ suspicione avaritiæ; provideat bona non tantùm coram Deo, sed et coram hominibus.

Fructum vocat Apostolus eleemosynam, quia verbi

VERS. 23. — *Nunc verò ulteriùs locum non habens in his regionibus. Locum* scilicet vacuum, cùm in eis repleverim Evangelium, ubique fundatis Ecclesiis, ubique constitutis et ordinatis episcopis et presbyteris, qui mea cœpta perficiant. Regiones intelligit Achaiam et Macedoniam. Eas enim paulò post nominabit; et in Achaiâ erat Corinthus, ubi hanc scribit Epistolam.

Cupiditatem autem habens veniendi ad vos ex multis jam præcedentibus annis. Magno teneor desiderio jam à multis annis ad vos proficiscendi, vosque invisendi.

VERS. 24. — *Cùm in Hispaniam proficisci cœpero, spero quod præteriens videam vos, et a vobis deducar illuc.* Spero, inquit, fore ut istàc iter faciens, videam vos, et illùc, id est, in Hispaniam, à vobis deducar.

Si vobis primùm ex parte fruitus fuero, q. d. : Inexplebile habeo vestri desiderium, ut nunquàm totum illud saturare possim, sed duntaxat ex parte, præsertim si tantùm in transitu vos videam et [illegible], uti destino. Ita Theophylact. Si [illegible] colloquio magnum gaudium et voluptatem [illegible].

VERS. 25. — *Nunc igitur proficiscor*, etc. [illegible] Christianis in paupertate et necessitate constitutis deferam collectam eleemosynarum, quam pro eis feci in Macedoniâ et Achaiâ.

VERS. 26, 27. — *Probaverunt enim [illegible] Achaia*, etc..... *Placuit enim eis, [illegible] eorum*, nempe sanctorum agentium [illegible].

Nam si spiritualium eorum parti ipsi [illegible] tiles, debent et in carnalibus (in temporalibus bonis) *ministrare illis.*

VERS. 28. — *Hoc igitur cùm consummavero*, etc., id est, id facere propono ac spero.

divini fructus est; pietatis fidelium fructus est, fructus et orationum, gemituum et lacrymarum pauperum; at fructus danti utilior quàm recipienti. Hinc fructus dicitur, ait D. Chrys., ut innuat Apostolus contributores lucrum facere, juxta illud Christi Domini : *Beatius est magis dare quàm accipere.*

Vers. 29.—Scio autem quoniam veniens ad vos...., id est, scio quòd meus ad vos adventus erit cum uberrimis gratiarum donis, scilicet, ad confirmandos vos, ut dictum est cap. 1. D. Chrys. aliter exponit : Scio me, cùm venero, vos inventurum repletos omnibus spiritualibus donis.

Vers. 30.—Obsecro vos ergo, fratres; id est, ego vos obtestor per Domini nostri Jesu Christi merita, per charitatem à Spiritu sancto in cordibus nostris infusam, quâ in unum corpus colligamur.

Ut adjuvetis me; Græc. : *Simul mecum certetis*, orationibus.... Præsentiebat Paulus, magnum sibi certamen instare, Act. 20, 23; sciebat et quòd preces sint quasi certamen cum Deo, cujus figuram habemus in luctâ Jacobi cum angelo. Hinc collige quòd licet sanctos invocare; si enim D. Paulo licuit Romanorum adhuc viventium preces non simpliciter, sed etiam per sanctissima quæque obsecrare, quidni liceat D. Pauli, cum Christo nunc regnantis, auxilium et suffragia invocare? hoc etiam alibi fecit D. Paulus, Eph. 6, Col. 4, 1 Thess. 5, 2 Thess. 3, Hebr. 13.

Vers. 31.—Ut liberer ab infidelibus..., ab incredulis Judæis, et obsequii mei oblatio, Græc., *et ministerium meum*, scilicet in eleemosynis et congendis et perferendis, sit acceptum fidelibus, ipsisque gratum. Ipsis etiam Judæis conversis erat suspectus Paulus, quasi Judaismi hostis et gentium patronus

Vers. 32.—Ut veniam ad vos...., ut boni operis successu lætus veniam ad vos. Per voluntatem Dei, si fuerit Dei voluntas. Et refrigerer, Græc., *et simul recreer vobis;* Syr., *et vobiscum requiescam*, id est, apud vos refociller et mutuâ consuetudine recreemur.

Vers. 33.—Deus autem pacis, supple auctor, sicut vers. 5 : *Deus patientiæ et solatii;* vers. 13 : *Deus spei.* Rogat pro ipsis, sicut et ipsorum orationes petiit; rogat autem quod jam bis in hoc capite rogavit, ut amputatâ omni discordiâ, concordes sint in veritate, idque à Deo pacis efflagitat.

Si Paulus implorat orationes Romanorum fidelium pro se ad Deum, cur non vicissim ac similiter Romani implorent orationes Pauli? Et si Pauli viventis in hâc carne mortali, cur non etiam hâc mortalitate exuti, et regnantis cum Christo?

Vers. 29. — *Scio autem, quoniam veniens ad vos*, etc., q. d. : Deus per meum adventum, prædicationem et conversationem copiosam vobis impertietur evangelicorum mysteriorum cognitionem, amorem, consolationem, gratiam et fructum. Ita Origenes et Anselmus.

Vers. 30, 31. — *Obsecro ergo vos, fratres*, etc., *ut liberer ab infidelibus qui sunt in Judæâ.* Pro *adjuvetis me*, Græcè est : *Ut concertetis in agone mecum.* Præsagiebat Apostolus certamen quod postea habuit Hierosolymis, Act. 21, ubi captus fuit ab infidelibus Judæis, contra quod precibus certabat, et Romanorum ut secum certent, preces hic implorat. Ita S. Chrysostomus.

Et obsequii mei (ministerii eleemosynarum, quas defero christianis pauperibus in Judæâ degentibus) *oblatio accepta fiat in Jerusalem sanctis.* Orate etiam ut hoc meum ministerium, quo fungor in perferendâ Hierosolymam eleemosynâ, sanctis pauperibus qui in eâ sunt, acceptum ac gratum sit, eosque lætificet.

Vers. 32. — *Ut veniam ad vos in gaudio. Ut*, eventum significat. Sensus enim est : Ita fiet ut cum gaudio veniam ad vos.

Per voluntatem Dei. Hoc addit, quia piorum fidelium est omnia bona à Dei voluntate expectare, et in omnibus à nutu providentiæ Dei pendere.

Et refrigerer vobiscum, q. d. : Ut refociller, et ex tot laboribus recreer, videns vestrum profectum in Evangelio, et vos pariter recreemini videntes me, de quo multa inaudistis.

Vers. 33. — *Deus autem pacis*, etc. Optat eis pacem à Deo pacis auctore, videlicet respiciens ad contentiones quæ inter eos fuerant, tam de justificatione inter Judæos et gentiles, quàm de legalium observatione Judæis ipsis inter se.

Corollarium pietatis, seu quæ in hoc capite ad pietatem maximè sunt notanda, et in praxim redigenda.

1° Ex hoc capite disce fraternæ charitatis debitum esse, infirmis compati, ipsorumque infirmitates leniter et charitativè portare, ipsos instruere, juvare, fovere; sicut fraternæ charitatis debitum est pauperibus compati, ipsis erogare, illorumque miseriam sublevare. Ad hoc datur scientia et virtus, ut instruatur ignarus, et portetur infirmus; sicut ad hoc datæ sunt divitibus opes, ut sublevent pauperes. Et sicut dives in suis divitiis sibi complacens, easque sibi reservans, peccat avaritiâ, sic vel in suâ scientiâ vel virtute sibi placere, eisque ad proximi bonum et salutem non uti, amor quidam est concupiscentiæ charitati contrarius.

O Deus charitas! parce mihi, et ne recorderis concupiscentias, complacentias et avaritias meas! quoties mihi complacui? quoties in fratrem meum indignans excandui? quoties ejus ignorantias et hallucinationes ægrè tuli, leniter non instruxi charitativè non correxi? Quot ergo peccata contra te commisi! O Deus charitas! ô Deus patientia! Sed qui me peccantem patienter sustinuisti; de peccato nunc dolentem et pœnitentem suscipe propitius, et refove tuo miseratus auxilio. Da cordi meo diligere, compati, sustinere; da proximo complacere ad Dei gloriam, sicut *Christus* nos *suscepit in honorem Dei.*

2° Ex eodem capite disce fundamentalem charitatis et misericordiæ nostræ erga proximum rationem, nimirùm ineffabilem Filii Dei erga nos humanitatem ac benignitatem, et admirabilem propter nos condescensum.

Christus suscepit nos in honorem Dei, nos sibi sociavit omnes; in incarnatione suâ nostras omnes suscepit infirmitates; in passione suâ tulit omnia nostra peccata; toto suæ vitæ tempore non sibi placuit;

propriis commodis, aut quieti non studuit, sed nostræ saluti et gloriæ Dei. Ergo et nos debemus fratrum infirmitates ferre, ipsis compati, illorum commodis et saluti studere, illis complacere et favere, ad illorum bonum et gloriam Dei.

3° Et hinc simul disce christianè et meritoriè facere, quod in usu frequentiori fit civiliter tantùm, et aliquando, imò sæpè, cum peccato; scilicet proximo complacere, salutationes, amicitias et alia hujusmodi signa honestatis exhibere; hoc fiat ex charitate, ad exemplum charitatis Christi, in bonum et ad ædificationem proximi; et tunc erit actio meritoria, utpote divinæ charitatis actio: secùs, cùm fit ex complacentiâ humanâ, cum adulatione, cum mendacio. Vide discrimen complacentiæ christianæ et mundanæ, v. 2.

Hanc christianam complacentiam divus Paulus suo nos docet exemplo, v. 14 et 15.

4° Denique ex hoc capite disce et nota quòd prædicatio sit sacrificium; et ideò debet concionator ad eam magnâ pietate, puritate et studio se præparare; ad Dei gloriam, et ad animarum salutem omnia referre, hæcque duo tantùm intendere; debet auditorum corda, quasi victimam, precibus, lacrymis, pœnitentiâ ad sanctificationem præparare; Spiritum sanctum super illa assiduè invocare. Vide reflex. moral., v. 16.

CAPUT XVI.

1. Commendo autem vobis Phœben sororem nostram, qui est in ministerio Ecclesiæ, quæ est in Cenchris.

2. Ut eam suscipiatis in Domino dignè sanctis: et assistatis ei in quocumque negotio vestri indiguerit: etenim ipsa quoque astitit multis, et mihi ipsi.

3. Salutate Priscam et Aquilam adjutores meos in Christo Jesu.

4. (Qui pro animâ meâ suas cervices supposuerunt: quibus non solus ego gratias ago, sed et cunctæ Ecclesiæ gentium);

5. Et domesticam Ecclesiam eorum. Salutate Epænetum dilectum mihi, qui est primitivus Asiæ in Christo.

6. Salutate Mariam, quæ multùm laboravit in vobis.

7. Salutate Andronicum et Juniam, cognatos et conceptivos meos, qui sunt nobiles in apostolis, qui et ante me fuerunt in Christo.

8. Salutate Ampliatum dilectissimum mihi in Domino.

9. Salutate Urbanum adjutorem nostrum in Christo Jesu, et Stachyn dilectum meum.

10. Salutate Apellen probum in Christo.

11. Salutate eos qui sunt ex Aristobuli domo. Salutate Herodionem cognatum meum. Salutate eos qui sunt ex Narcissi domo, qui sunt in Domino.

12. Salutate Tryphænam, et Tryphosam, quæ laborant in Domino. Salutate Persidem charissimam, quæ multùm laboravit in Domino.

13. Salutate Rufum electum in Domino, et matrem ejus, et meam.

14. Salutate Asyncritum, Phlegontem, Hermam, Patrobam, Hermen, et qui cum eis sunt, fratres.

15. Salutate Philologum et Juliam, Nereum et sororem ejus, et Olympiadem, et omnes, qui cum eis sunt, sanctos.

16. Salutate invicem in osculo sancto. Salutant vos omnes Ecclesiæ Christi.

17. Rogo autem vos, fratres, ut observetis eos qui dissensiones et offendicula, præter doctrinam quam vos didicistis, faciunt: et declinate ab illis.

18. Hujuscemodi enim Christo Domino nostro non serviunt, sed suo ventri: et per dulces sermones, et benedictiones, seducunt corda innocentium.

CHAPITRE XVI.

1. Je vous recommande notre sœur Phébé, diaconesse de l'Eglise qui est au port de Cenchrée,

2. Afin que vous la receviez au nom du Seigneur, comme on doit recevoir les saints, et que vous l'assistiez dans toutes les choses où elle pourrait avoir besoin de vous; car elle en a assisté elle-même plusieurs, et moi en particulier.

3. Saluez de ma part Prisque et Aquilas, qui ont travaillé avec moi pour le service de Jésus-Christ,

4. Qui ont exposé leur tête pour me sauver la vie, et à qui je ne suis pas le seul qui sois obligé, mais encore toutes les Églises des gentils.

5. Saluez aussi l'Église qui est dans leur maison. Saluez mon cher Épénète, qui a été les prémices de l'Asie, en Jésus-Christ.

6. Saluez Marie, qui a beaucoup travaillé pour vous.

7. Saluez Andronique et Junie, mes parents, qui ont été compagnons de mes liens, qui sont considérables entre les apôtres, qui ont embrassé la foi de Jésus Christ avant moi.

8. Saluez Amplias, que j'aime particulièrement en notre Seigneur.

9. Saluez Urbain, qui a travaillé avec nous pour le service de Jésus-Christ, et mon cher Stachys.

10. Saluez Apelle, qui est un fidèle serviteur de Jésus-Christ.

11. Saluez ceux de chez Aristobule. Saluez Hérodion mon cousin. Saluez ceux de la maison de Narcisse, qui sont au Seigneur.

12. Saluez Tryphène et Thryphose, lesquelles travaillent pour le service du Seigneur. Saluez notre chère Perside, qui a aussi beaucoup travaillé pour le service du Seigneur.

13. Saluez Rufus, qui est un élu du Seigneur, et sa mère que je regarde comme la mienne.

14. Saluez Asyncrite, Phlégon, Hermas, Patrobe, Hermès, et nos frères qui sont avec eux.

15. Saluez Philologue et Julie, Nérée et sa sœur, et Olympiade, et tous les saints qui sont avec eux.

16. Saluez-vous les uns les autres par un saint baiser. Toutes les Eglises de Jésus-Christ vous saluent.

17. Mais je vous prie, mes frères, de prendre garde à ceux qui causent parmi vous des divisions et des scandales contre la doctrine que vous avez apprise, et d'éviter leur compagnie.

18. Car de tels hommes ne servent point Jésus-Christ notre Seigneur, mais leur ventre; et par des paroles flatteuses ils séduisent les âmes simples.

19. Vestra enim obedientia in omnem locum divulgata est. Gaudeo igitur in vobis, sed volo vos sapientes esse in bono, et simplices in malo.

20. Deus autem pacis conterat Satanam sub pedibus vestris velociter. Gratia Domini nostri Jesu Christi vobiscum.

21. Salutat vos Timotheus adjutor meus, et Lucius, et Jason, et Sosipater, cognati mei.

22. Saluto vos ego Tertius, qui scripsi Epistolam, in Domino.

23. Salutat vos Caius hospes meus, et universa Ecclesia. Salutat vos Erastus arcarius civitatis, et Quartus frater.

24. Gratia Domini nostri Jesu Christi cum omnibus vobis. Amen.

25. Ei autem, qui potens est vos confirmare juxta Evangelium meum, et prædicationem Jesu Christi, secundùm revelationem mysterii temporibus æternis taciti

26. (Quod nunc patefactum est per scripturas prophetarum secundùm præceptum æterni Dei, ad obeditionem fidei), in cunctis gentibus cogniti.

27. Soli sapienti Deo per Jesum Christum cui honor et gloria in secula seculorum. Amen.

19. Votre obéissance est venue à la connaissance de tout le monde; et je m'en réjouis pour vous: mais je désire que vous soyez sages dans le bien, et simples dans le mal,

20. Que le Dieu de paix brise au plus tôt Satan sous vos pieds. Que la grâce de notre Seigneur Jésus Christ soit avec vous.

21. Timothée, qui est le compagnon de mes travaux, vous salue comme aussi Lucius, Jason et Sosipatre, mes parents.

22. Je vous salue au nom du Seigneur, moi Tertius, qui ai écrit cette lettre.

23. Caius, qui est mon hôte, et toute l'Eglise, vous saluent. Eraste, trésorier de la ville, vous salue, et notre frère Quartus.

24. Que la grâce de notre Seigneur Jésus-Christ soit avec vous tous. Amen.

25. Gloire soit à celui qui est tout-puissant pour vous affermir dans la foi de l'Evangile et de la doctrine de Jésus-Christ, que je prêche suivant la révélation du mystère, qui, étant demeuré caché dans tous les siècles passés,

26. A été découvert maintenant par les oracles des prophètes, selon l'ordre du Dieu éternel, et a été connu de tous les peuples, afin qu'ils obéissent à la foi.

27. A Dieu seul sage, honneur et gloire, par Jésus-Christ, dans tous les siècles des siècles. Amen.

ANALYSIS.

1° *Commendat Phœben, Ecclesiæ Cenchreensis diaconissam, suam et aliorum multorum benefactricem, hujusque ad Romanos Epistolæ latricem, v.* 1, 2.

2° *A v.* 3. *ad.* 16, *salutat quàmplurimos sanctos, quos nominat, et quorum unumquemque singulari et propriâ laude exornat.*

3° V. 17, *hortatur Romanos ut notent eos qui dissensionum et scandalorum sunt auctores, ut ab eis fugiant; idque suadet duplici ratione: unâ, ex pseudoapostolorum parte desumptâ; suo ventri deserviunt, non Jesu Christo; alterâ ex Romanorum parte; illorum fides toto orbe celebris est, et illam Paulus non vult errorum permixtione obscurari; ideò vult eos ita prudentes, ut non decipiantur; ita bonos, ut non decipiant. Vers.* 20, *auxilium divinum optat et promittit contra hujusmodi deceptores.*

4° V. 21, 22, 23, *Romanorum salutatores nominat.*

Denique illis suo more benedicit, totamque Epistolam claudit precatione et glorificatione.

PARAPHRASIS.

1. Cæterùm commendo vobis sororem nostram Phœben, hujus Cenchreensis Ecclesiæ diaconissam, et quæ hinc ad vos proficiscitur, hasque nostras litteras defert.

2. Vos itaque rogo, ut eam, ob Christum, excipiatis, sicut decet à sanctis excipi mulierem sanctam, et ei adsitis, in quocumque negotio, vestrâ indiguerit operâ; æquum est sanè ut illi adsitis, quandoquidem ipsa frequenter aliis quàm pluribus sanctis adfuit, et mihi ipsi.

3. Salutate Priscillam, ejusque maritum Aquilam, meos in Evangelio promovendo cooperarios.

4. Laborum insuper et periculorum meorum consortes; qui semetipsos pro vitâ meâ tuendâ objecerunt periculo vitæ; ob quæ merita non ego solus illis gratias ago, sed et omnes gentium Ecclesiæ.

5. Salutate etiam cum illis totam eorum familiam christianam. Salutate Epænetum, mihi charissimum, qui, me in Asiâ prædicante, primus in Christum credidit; estque meus in Christo primogenitus ex hâc provinciâ.

6. Salutate Mariam, quæ pro vobis multùm laboravit.

7. Salutate Andronicum et Juniam, mecum sanguinis vinculo ligatos, et, quod majus est, passionum, ob Christum, in carcere mecum participes; qui sunt illustres inter Evangelii præcones; et in hoc me præcellunt, quòd priores me Christo crediderunt.

8. Salutate Ampliam, mihi ob pietatem charissimum.

9. Salutate Urbanum, meum in promovendâ Christi gloriâ cooperarium, hujusque consortem Stachyn, mihi magnoperè charum.

10. Salutate Appellen, multis pro Christo toleratis passionibus probatum.

11. Salutate eos qui sunt ex Aristobuli familiâ. Salutate Herodionem cognatum meum; salutate Christianos Narcissi domesticos.

12. Salutate Triphænam et Tryphosam, quæ suo modo promotioni Evangelii collaborant. Salutate Persidem mihi charissimam, quæ multùm pro Domino laboravit.

13. Salutate Rufum, pietate christianâ eximium, illiusque matrem, quam ut meam veneror et diligo.

14. Salutate Asyncritum, Phlegontem, Hermam,

Satrobam, Hermem, et cæteros fratres, qui cum eis sunt conjuncti.

15. Salutate Philologum et Juliam, Nereum et sororem ejus, et Olympam, et omnes Christianos qui sunt cum eis, et in illorum vivunt contubernio.

16. Salutate vos omnes invicem osculo sancto, et quod sancti sit signum amoris.

Salutant vos omnes Christi Ecclesiæ, quarum in vos novi propensionem.

17. Hoc autem vos rogo, fratres, ut observetis eos, qui dissensiones et scandala gignunt inter vos, falsas opiniones docentes; contra doctrinam vobis traditam, et à vobis acceptam; hos, inquam, observate, ut ab eis fugiatis.

18. Cognitos ergo fugite; etenim isti Christo Domino non serviunt, nec ejus Evangelii profectum quærunt; sed suis propriis student commodis, suoque ventri, Deo suo, serviunt; dùm verbis suavibus, blandis et adulatoriis seducunt corda simplicium, et sibi non præcaventium; ideò ab illis cavete, eosque vitate.

19. Aliunde vestra per fidem Christo obedientia ad omnes permanavit; et ob hanc vestram fidem, ego de vobis gaudeo : sed ne hæc vestræ fidei puritas obscuretur, volo vos prudentes et circumspectos esse in amplectendo quod bonum est, ne decipiamini à seductoribus; volo autem vos ita simplices et imperitos in malo, ut nemini nocere valeatis.

20. Deus autem pacis auctor et amator citò conterat sub pedibus vestris Satanam, hosque ejus ministros.

Ad hoc vobiscum sit favor et gratia Domini nostri Jesu Christi.

21. Salutat vos Timotheus, in Evangelio prædicando meus coadjutor, et Lucius, et Jason, et Sosipater, consanguinei mei.

22. Et ego, nomine Tertius, qui hanc Epistolam, dictante Paulo, scripsi, vos in Domino saluto.

23. Salutat vos Caius, apud quem hìc hospitor, et universa Ecclesia, quæ mecum in ejus ædibus diversatur; salutat vos Erastus, Corinthiorum urbis quæstor ærarius, et etiam Quartus frater.

24. Gratia Domini nostri Jesu Christi sit cum omnibus vobis, Amen.

25. Æterna gloria sit omnipotenti Deo, qui vos gratiâ suâ confirmare et stabilire potest in eâ doctrinâ quam vos doceo et quam ubique prædico, imò et quam prædicavit ipse Dominus Jesus Christus, ut reveletur arcanum omnibus retroactis seculis absconditum, scilicet redemptionis et salvationis omnium gentium per Jesum Christum Salvatorem totius mundi.

26. Sed quod nunc, hoc scilicet tempore luminis et gratiæ manifestatum est per scripturas prophetarum, expositas per apostolos, ab ipso Christo Domino edoctos, et ab æterno Deo delegatos; manifestatum, inquam, in cunctis gentibus, ut illud gentes omnes fide suscipiant, eique vitâ et moribus obediant.

27. Deo, inquam, omnipotenti, solique sapienti, honor sit et æterna gloria, per Jesum Christum, divinæ gloriæ splendorem. Amen.

COMMENTARIA.

Vers. 1. — Commendo autem vobis Phœben. Per hanc delata creditur hæc ad Romanos Epistola,

Sororem nostram, fide scilicet et religione, quæ est in ministerio, Græc., *quæ est diaconissa*, seu ministra Ecclesiæ. Baronius, ad annum Christi 34, recenset officia, seu ministerium diaconarum, seu diaconissarum istarum : scilicet custodire fores ecclesiæ per quas feminæ intrabant : sicut enim in templo locum à viris separatum habebant, ita et fores distinctas; docere feminas non instructas, earum mores formare, easque juvare susceptione Baptismi et Confirmationis. Grotius hìc notat quòd in Judæâ djaconi viri etiam mulieribus ministrare poterant; in Græciâ autem, ubi non erat tam liber accessus ad feminas, ecclesiæ duplici feminarum auxilio opus habebant; alteræ enim erant, quæ feminarum mores formabant; aliæ, quæ feminas pauperes aut ægrotas pecuniâ atque operâ sublevabant.

Ex harum numero erat Phœbe, quam D. Paulus Romanis commendat, ejusque commendationis argumenta sumit à meritis, et à personâ Christi, cui serviebat; à sanctitate Christianismi, cujus et ipsa, et Romani professionem faciebant; ab officiis Ecclesiæ præstitis à Phœbe; à gratitudine ob beneficia, quæ ab eâ receperat ipse Paulus.

Quæ est in Cenchris. Cenchreæ portus erat et pagus, seu quasi suburbium Corinthi, in quo erat quædam ecclesia seu parochia, in quâ tunc erat Paulus, versùs Jerosolymam navigare paratus.

Vers. 2. — Ut eam suscipiatis in Domino, id est, ut eam excipiatis hospitio ob Christum, cui fideliter illa servit.

Dignè sanctis, id est, sicut decet sanctos à sanctis excipi, et assistatis, id est, adsitis, opitulemini, eique manus porrigatis, ubicumque vobis opus habuerit.

Etenim ipsa quoque astitit. Gr. : Nam et ipsa assistrix multis facta est, scilicet hospitio excipiens illos, occultans, et protegens adversùs persecutores, seu Judæos, seu paganos.

Vers. 1. — *Commendo autem vobis Phœben sororem nostram.* Non dicit sororem meam, sed *nostram;* sororem religione, id est, christianam, quomodò fideles omnes sese mutuò fratres et sorores appellabant.

Quæ est in ministerio Ecclesiæ quæ est in Cenchris. Erant enim olim quæ appellabantur diaconissæ, non altari servientes, sed aliis quibusdam Ecclesiæ ministeriis addictæ. Cenchri erat portus et pagus Corinthi. Ita Origenes.

Vers. 2. — *Et eam suscipiatis in Domino*, Domini nomine et amore, propter Dominum, vel in Domini gratiâ et charitate christianâ. *Dignè sanctis*, scilicet,

Et mihi ipsi. In eum hospitalis fuerat, ejusque curam gesserat, ait Theodoretus. Hæc diaconissa è Cenchreensi portu Romam negotiorum causâ proficiscebatur; eâdemque operâ hanc D. Pauli Epistolam ad Romanos deferebat.

Vers. 3. — Salutate Priscam, Græc., *Priscillam*; Syr., *Priskelam* et *Akulam*. Prisca seu Priscilla, et Aquila maritus ejus, Judæi erant scenopegi, seu tentoriorum opifices, nuper Româ à Claudio ejecti, sed illùc erant reversi. Hincque colligitur quòd edictum Claudii contra Judæos non duraverit. Prisca uxor nominatur ante maritum, quia, ait Lyranus, priùs credidit, et ordo gratiæ præponitur ordini naturæ. Primæ tamen Cor., cap. 16, v. 19, Aquila prior nominatur; itaque hujus rei causa satis incerta, nec eam opus est quærere, Adjutores meos, Græc., *simul operantes*, seu coadjutores meos; in Christo, id est, in negotio fidei promovendo.

Vers. 4. — Qui pro anima mea suas cervices; Græc., *Suam ipsorum cervicem supposuerunt*; id est, qui pro meâ vitâ tuendâ, sese mortis periculo objecerunt, sive in seditione Corinthiacâ, de quâ Act. 18, 12, sive in Ephesinâ, Act. 19, 24.

Quibus non solus ego gratias ago..., tum ob doctoris gentium conservationem, tum, quod probabilius est, propter illorum sedulam in conversione gentium operam. Conjugium ab hoc opere non retardabat.

Vers 5. — Et domesticam ecclesiam eorum, id est, familiam eorum christianam; seu fideles qui sunt in eorum domo. Quia recens ab exilio redibant Christiani, inquit Grotius, credibile est, cùm hæc Paulus scriberet, nullos fuisse Romæ communes Christianorum conventus, neque presbyteros, quos alioqui salutaret Paulus; tali autem tempore quæque domus ecclesia est, sicut Tertullianus ait; ubi tres, ecclesia est, licèt laici. Hucusque Grotius. Hanc autem Grotii notam observo contra hæreticos, qui negant D. Petrum Romæ unquàm fuisse, quia ipsum in hâc Epistolâ D. Paulus non salutat. Vide plura v. 16.

Salutate Epænetum..., Latinè idem ac laudatum, seu honoratum.

Qui est primitivus Asiæ, Græc., *primitiæ*; id est, qui primus in Asiâ, Minore scilicet, cujus caput est Ephesus, Christi fidem amplexus est; Græcus et Syrus hodiè habent: *Primitiæ Achaiæ;* sed malè, cùm ex 1 Cor., cap. 16, v. 15, primitiæ Achaiæ sit Stephanas, non Epænetus.

Vers. 6. — Salutate Mariam, quæ multum laboravit in vobis, id est, pro vobis, erga vos; Græc., *erga nos;* utrumque forsan verum.

Vers. 7. — Salutate Andronicum et Juniam cognatos... Junia putatur uxor Andronici. Ab aliis putatur vir, quia dicuntur nobiles in apostolis. Vide Estium: Judæi erant, fortè Benjamitæ, sicut et Paulus, vel alio sanguinis vinculo cum eo ligati. Hinc vocat illos *cognatos* suos.

Concaptivos meos, id est, et quod majus est, mecum passionum ob Christum participes. Paulus sæpè fuit ob Christum incarceratus, ut ait 2 ad Cor. 6, v. 5, et c. 11, v. 23; incertum autem ubi hi cum ipso fuerint captivi.

Qui sunt nobiles in apostolis. Syr.: *Suntque percelebres inter apostolos*, id est, illustres inter Evangelii præcones. Et ante me fuerunt in Christo, id est, ante me crediderunt Christo.

Vers. 8. — Salutate Ampliatum; Græc., *Ampliam*; Syr., *Amplæum*.

Vers. 9. — Salutate Urbanum, adjutorem, Græc., *coadjutorem*; Syr., *cooperarium*... et Stachyn.

Vers. 10. — Salutate Apellen probum; Syr.,

uti decet Christianos excipere Christianos, qui quasi sancti recipi debent. Ita Chrysostomus.

Ut assistatis ei in quocumque negotio vestri indiguerit: etenim ipsa quoque astitit multis, et mihi ipsi. Videtur hæc Phœbe fuisse ex illis, de quibus 1 Timoth. 5 dicitur: *Si hospitio recepit, si pedes sanctorum lavit*, etc.

Vers. 3. — *Salutate Priscam et Aquilam*, Judæos scenopegos, qui nuper Româ à Claudio ejecti, sed jam eò reversi erant, ut hic docet Apostolus. Vide Act. 18.

Adjutores meos in Christo Jesu, id est, in iis quæ ad fidem Jesu Christi provehendam pertinent.

Vers. 4. — *Qui pro animâ meâ suas cervices supposuerunt*, q. d.: Qui pro vitâ meâ tuendâ suam objecerunt periculo, vel in illâ seditione Ephesi per Demetrium excitatâ, de quâ Act. 19, vel in Corinthiacâ, de quâ Act. 18, vel in aliâ simili.

Quibus non solus ego gratias ago, sed et cunctæ Ecclesiæ gentium, vel propter hospitalitatem passim omnibus exhibitam; vel in genere, propter Evangelii in gentes propagandi sedulam cooperationem.

Vers. 5. — *Et domesticam Ecclesiam* (familiam christianam) *eorum*, etc. Qui primus in Asiâ ad fidem Christi est conversus.

Vers. 6. — *Salutate Mariam*, etc. Quis hic labor vel quod opus fuerit, non exprimit Apostolus; quanquàm credendum est tale fuisse quod ad Evangelii negotium promovendum pertineret. Quænam item fuerit hæc Maria, non constat. Putant meritò credi eam esse quam Ignatius ad ipsam scribens vocat *Deo dignam, et feminarum sapientissimam;* ac rursùs (in Epistolâ ad Heronem diaconum) *eruditissimam*, *ac specimen piarum feminarum*, etc.

Vers 7. — *Salutate Andronicum et Juniam cognatos et concaptivos meos*, qui scilicet mecum ejusdem sunt gentis, puta sunt Judæi. Porrò concaptivos intellige, quòd aliquando communia cum Paulo vincula pro Christo passi fuissent. Ubi tamen, aut quando factum sit ignoratur.

Qui sunt nobiles in apostolis, q. d.: Qui inter apostolos et doctores sunt insignes et illustres. Ita S. Chrysostom. et Theod. Non enim soli illi duodecim vocati à Christo, sed et Paulus, Silas, Barnabas, aliique similes apud ethnicos et infideles evangelizantes, fuerunt et etiamnùm sunt apostoli.

Qui et ante me fuerunt in Christo, in fide Christi, q. d.: Qui ante me crediderunt, et christiani fuerunt. Nam esse in Christo, est esse christianum.

Vers. 8. — *Salutate Ampliatum*, etc.; Græcè, *Ampliam dilectum meum*. Addit Paulus, *in Domino*, nempe Christo, ut christianam declaret dilectionem.

Vers. 9. — *Salutate Urbanum adjutorem nostrum in Christo Jesu*. Vocat autem adjutorem seu cooperarium *in Christo*, sicut expositum est superiùs. Hoc est, in iis quæ ad fidem Christi propagandam pertinent.

Et Stachyn dilectum meum. Hic Stachys à B. Andreâ apostolo primus Byzantinæ civitatis episcopus ordinatus est: ut legitur in Martyrologio Romano, etc.

Vers. 10. — *Salutate Apellen*, etc., id est, probatum Christi discipulum. Nam Græca vox *probatum* et sincerum significat.

electum, etc.; PROBUM, id est, multis experimentis probatum bonâ et sincerâ fide Christianum.

VERS. 11. — SALUTATE EOS QUI SUNT EX ARISTOBULI DOMO. SALUTATE HERODIONEM COGNATUM MEUM, sive quia ejusdem gentis, sive quia ejusdem tribûs sive alio sanguinis vinculo: nihil certi.

SALUTATE EOS QUI SUNT EX NARCISSI DOMO; QUI SUNT....., id est, qui credunt Domino, seu sunt Christiani. Hic Narcissus putatur Claudii imperatoris libertus famosus, vir ethnicus et ambitiosus; sed in cujus domo multi erant Christiani. Hunc Narcissum fuisse probat Fromondus contra Baronium, qui putat alium fuisse Narcissum.

VERS. 12. — SALUTATE TRYPHÆNAM, etc. Mulieres sunt quæ pro ratione sui sexûs collaborârunt promotioni Evangelii, sive hospitalitate, sive aliâ virtute.

VERS. 13. — SALUTATE RUFUM ELECTUM IN DOMINO, id est, eximium inter Christianos; ET MATREM EJUS ET MEAM, id est, naturâ Rufi matrem, affectu meam. Aliqui putant hunc Rufum esse filium Simeonis Cyrenæi; alii, ut Estius, negant, et probabiliùs.

VERS. 14. — SALUTATE ASYNCRITUM, PHLEGONTEM, HERMAN, etc. Hunc Origenes putat esse auctorem libri, qui *Pastor* dicitur, et qui apud antiquos maximæ fuit auctoritatis.

VERS. 15. — SALUTATE PHILOLOGUM ET JULIAM..... Dubitatur an Julia, seu Julias, sit vir an mulier. Origenes putat esse feminam Philologi uxorem; ET OLYMPIADEM, Græc., *Olympam*. Estius virum putat; idem asserit Fromondus.

VERS. 16. — SALUTATE INVICEM IN OSCULO SANCTO, id est, religioso et quod sancti et sinceri amoris est signum. Mos erat tunc, præsertim in sacris conventibus, ut post orationem, ante synaxim, seu sanctæ Eucharistiæ sumptionem, in signum dilectionis fraternæ, sese sanctè osculari, dicendo: *Pax tecum*. Hujus osculi loco successit osculum tabellæ, cujus etiam nunc usus perseverat. Hoc osculo Christiani ostendebant se omninò inter se pares, utpote fratres. Non tamen viri feminas osculabantur, cùm, ut v. 1 dictum est, hæ in loco separato orarent.

SALUTANT VOS OMNES ECCLESIÆ CHRISTI, id est, quæ sunt in Græciâ, vel, ut dicit Theodoretus, totius terrarum orbis nomine salutat eam civitatem, quæ universo terrarum orbi præsidebat.

Porrò res est notatu digna, quòd D. Paulus, qui erga omnes fratres Romæ existentes, tam officiosum sese exhibet, de D. Petro nullam faciat mentionem: hinc enim hæretici sumunt argumentum negandi principem apostolorum unquàm Romanum fuisse pontificem. Sed innumeri penè totius orbis testes docent non tantùm quòd D. Petrus Romanus pontifex fuerit, sed et Romæ obierit unà cum D. Paulo. Auctores citat Tirinus, Chron. sac., cap. ultimo, Neronis anno ultimo. Videri potest Baronius anno Christi 34. Grotius in præfatione hujus Epist., initio, dicit apertè quòd D. Petrus Romam ierit circa initia Claudiani imperii, ad reprimendam Simonis Magi impietatem, ut veteres, inquit idem Grotius, tradidêre.

Omissa fuit itaque salutatio D. Petri à S. Paulo, quia sciebat D. Petrum unà cum aliis Judæis edicto Claudii imperatoris Româ pulsum, nondùm rediisse, sed occupatum esse in Evangelio longiùs ac latiùs propagando.

VERS. 11. — *Salutate eos qui sunt ex Aristobuli domo*, id est, familiâ. Græcè, salutate eos qui sunt ex Aristobuli domesticis seu familiaribus, atque ipsum inprimis (quod intelligitur) Aristobulum. Sicut et mox, ipsum Narcissum. Hic Aristobolus solitus fuit congregare fideles in suam domum, id est, fidelium conventus facere. Ejusdem tanquàm apostolorum discipuli et martyris dies natalis in Romano Martyrologio notatur ad idus martii. Quo etiam loco Baronius adnotat missum fuisse Aristobulum ad Britannos Evangelii prædicandi causâ.

Salutate Herodionem cognatum meum, gentilem Pauli, id est, Judæum, vel potiùs sanguine conjunctiorem.

Salutate eos qui sunt ex Narcissi domo, id est, Narcissum cum suis domesticis, *qui sunt in Domino*, id est, eos qui in Christum Dominum credunt. Unde videntur in câdem domo aliqui fuisse infideles, quos salutari non jubet.

VERS. 12. — *Salutate Tryphænam et Tryphosam, quæ laborant in Domino*, id est, quæ collaborant Evangelio Christi Domini. Nimirùm eo labore qui sexui illi conveniat. Mulieres fuêre nobiles Iconienses, quas Paulus Iconii ad Christum convertit; ut memoratur in actis Theclæ virginis fidelioribus.

Salutate Persidem charissimam (Græcè *dilectam*), *quæ multùm laboravit in Domino*. Hanc impensiùs laudat, quia *dilectam* vocat, et *multùm* laborâsse dicit. Utens autem verbo præteriti temporis, *laboravit*, respicere videtur ad labores quosdam peculiares et graves, quos Ecclesiæ causâ Persis subiverat.

VERS. 13. — *Salutate Rufum electum in Domino. Electum* vocat, quòd pietate esset insignis inter Christi Domini fideles

Et matrem ejus et meam. Causâ honoris eam quæ Rufi secundùm carnem mater erat, etiam suam matrem nuncupat. Ex quo colligitur fuisse venerabilem feminam, ac de re christianâ benè meritam.

VERS. 14. — *Salutate Asyncritum, Phlegontem*. Hi duo, simul cum Herodione supra dicto, tanquàm apostolorum discipuli recitantur in Martyrologio Romano.

Hermam, Patrobam, Hermen. Hermas iste, sicut de eo loquitur Rom. Martyrologium, dignè semetipsum sacrificans, acceptabilisque Deo hostia factus, virtutibus clarus cœlestia regna petivit. Hunc esse auctorem libri qui *Pastor* inscribitur, putat Origenes. Liber *Pastoris* quo loco habendus, vide Estii, fol. 229.

Et qui cum eis sunt fratres, id est, christianos eorum domesticos.

VERS. 15. — *Salutate Philologum et Juliam*, etc. Sanctos vocat quos paulò ante fratres, idque à verâ sanctitate; quoniam etsi fortè non omnes quos salutari vult, tales sint, id est, verè sancti: communitas tamen ipsa sanctorum est. Adnotat ex Chrysostomo Theophylactus, Paulum in hâc Epistolâ tam multos salutâsse, quàm in nullâ aliâ; causamque addunt, quia nondùm viderat ipse Romanos.

VERS. 16. — *Salutate invicem in osculo sancto*, id est, cum osculo, quale decet sanctos, quodque symbolum sit amoris casti, sinceri spiritualis ac divini, quam charitatem vocamus.

Quæres, cur S. Petrum non salutet hic Paulus? An quia Romæ Petrus nunquàm fuit, ut ex hoc loco contendunt novantes? Respondeo, minimè, sed causa est, vel quòd ad Petrum peculiares litteras dederit Paulus, vel quòd Petrus, utpotè Judæus, ante aliquot annos Româ pulsus à Claudio imperatore, etiamnum abes-

Innocentius I, alii, et postipsos Baronius et Bellarminus docent D. Petrum tum temporis in Britanniam, Hispaniam et Africam excurrisse, ad fundandas illic et firmandas Ecclesias. Vide Grotium citatum et relatum in v. 5. Addi potest quòd si Romæ fuisset tunc D. Petrus, ortum dissidium composuisset, nec D. Paulus ad Romanos hâc de re scribendi sumpsisset officium.

Vers. 17. — Rogo autem vos, fratres, ut observetis ; Græc., *speculemini*, consideretis. Hoc dicit contra pseudo-apostolos, qui legis Mosaicæ observantias prædicabant, easque volebant gentibus conversis imponere : hos ergo vult à Romanis observari, ut eos fugiant et ab illis caveant.

Præter, id est, contra doctrinam quam vos didicistis ; vivâ scilicet voce, à D. Petro et aliis apostolis vestris. Et declinate ab illis, id est, observate ut fugiatis.

Hinc iterùm Grotius argumentum sumit credendi quòd tunc Romæ non fuerint conventus communes, nec presbyterium ; alioquin, inquit, D. Paulus tales excommunicari voluisset. Ubi autem sine tali regimine est Ecclesia, nihil aliud possunt singuli, quàm declinare familiarem convictum cum iis qui non ex regulâ Christi vivunt. Ita Grotius.

Vers. 18. — Hujusmodi enim Christo Domino nostro non serviunt..... Duabus rationibus utitur Apostolus, quibus Romanis suadeat tales falsos doctores fugere ; quarum prima sumitur ex parte pseudo-apostolorum, et hoc versu exprimitur. Isti falsi doctores, dùm suas vobis falsitates prædicant, non intendunt Christo Domino servire ; sed sua lucra et commoda quærunt, ut possint deliciosè vivere.

Sed suo ventri ; Græc., *suo ipsorum ventri*. Idem de iisdem dixit ad Philip. 3, v. 18 et 19 : *Quorum Deus venter est*, ad eum omnia sua referunt ; et per dulces sermones : Græc., *et per blandiloquentiam et benedicentiam*. Amicitias quærunt hominum, et maximè divitum, ut inde parent utilitates : hinc, per verba blanda, suavia, placentia, et per adulationes, seducunt corda simplicium et sibi non præcaventium.

Vers. 19. — Vestra enim obedientia... ; Græc. : *In omnes devenit*. Secunda Pauli ratio desumitur à Romanorum fide, quæ, ut cap. 1, 8, dixit, *annuntiatur in universo mundo*.

Gaudeo igitur in vobis, id est, ob hanc vestram fidem ; sed volo vos sapientes esse in bono..... Ne hæc fidei vestræ puritas obscuretur per errorum permixtionem, *volo vos* ita *sapientes* et illuminatos *in bono*, ita discretos et prudentes, ut non possitis decipi. Ita simplices, innocentes, in malo, ut non possitis decipere ; uno verbo, ita sapientes ut non decipiantur ; ita bonos ut non decipiant. *Simplices*, Græc. : ἀκεραίους· ἀκεραίος, *simplex*, deducitur à κέρας, *cornu*, et ab α privante : quasi sine cornu, excornis, non valens nocere, placidus, innocens.

Vers. 20. — Deus autem pacis conterat Satanam... Promittit et optat divinum auxilium contra tales deceptores, qui Satanæ sunt organa. *Deus, pacis* amator, et qui dissensiones istas odit, *conterat citò* diabolum, qui per istos pseudo-apostolos vos conturbat et decipere conatur. *Conterat*, inquam, citò sub pedibus vestris, ut cum conculcetis, et obmutescere faciatis. Alludit ad verba Dei, Genes. 3, 15 : *Ipsa conteret caput...*

Gratia Domini nostri Jesu Christi vobiscum, id est, ad hoc, seu ad Satanam conterendum, *gratia*, et auxilium *Domini nostri Jesu Christi sit vobiscum*.

set ; discurrebat enim ad alias in Italiâ, Hispaniâ, Africâ, et Britanniâ Ecclesias fundandas et juvandas, ut tradit et docet Innocentius I, Epist. ad Decentium. Sanè si Petrus eo tempore fuisset, non utique prætermisisset pro suâ auctoritate et munere apostolico, dissidium componere, quod inter fideles Judæos et gentiles ortum fuerat, et errorem de justitiâ legis et operum, mentibus eorum penitùs eximere. Sed nec Paulus sibi sumpsisset operam scribendi ad Romanos, qui præsentem haberent suum apostolum et doctorem, præsertim tanti nominis virum. Quæres, cur saltem Petrus ipse, si absens erat, ad suos Romanos inter se dissidentes non scripserit ? Propterea, credo, quòd res ad eum procul agentem non esset perlata. Nisi dicere velimus, ait Baronius, hanc Epistolam pro suâ defensione Paulum scripsisse, quòd de abrogatis legalibus sibi negotium factum esset.

Salutant vos omnes Ecclesiæ Christi. Non quòd ab eis salutandi Romanos accepisset Paulus mandatum, longè enim aberant ; sed quia earum charitatem et affectum noverat, quo Romanos salvere, et prosperè agere cupiebant. Sic quoque vulgò et verè amicis et familiaribus scribimus : Salutat te ille vel iste familiaris tuus et meus, etiamsi nobis nil tale dixerit : quia novimus ejus mentem quâ alium salvere et benè agere desiderat. Hæc enim mens est hominum invicem scribentium, hic usus, communis, verus, et mendacii expers.

Vers. 17. — *Rogo autem vos, fratres, ut observetis eos qui dissensiones et offendicula, præter doctrinam quam vos didicistis, faciunt. Præter*, id est, contra, præter doctrinam quam didicistis, id est, contra doctrinam vobis initio traditam.

Et declinate ab illis, ac si dicat : Ideò observate, ut ab iis declinetis, id est, eorum consortium fugiatis.

Vers. 18. — *Hujuscemodi enim Christo Domino nostro non serviunt, sed suo ventri*, id est, quærunt unde lautè vivant, et gulam expleant.

Et per dulces sermones, et benedictiones, seducunt corda innocentium. Atqui in nullos magis hæc eadem competunt, quàm in hæreticos nostri seculi, qui per blandiloquentiam, assentationes, magnifica promissa, perque speciosa nomina verbi Dei, puræ doctrinæ, et securitatis conscientiæ, decipiunt simplices et imperitos.

Vers. 19. — *Vestra enim obedientia*, quâ promptè et perfectè Evangelio credidistis, *in omnem locum divulgata est*, q. d. : Ergo, ô Romani, uti cœpistis, ita pergite tueri hanc fidem et obedientiam.

Gaudeo igitur in vobis. Propter quod, inquit, et gaudeo sanè de vobis ac vestri causâ.

Sed volo vos sapientes esse in bono, et simplices in malo. Sapientes, id est, prudentes et cautos, ne à bono quòd accepistis, illorum seductorum dulcibus et blandis persuasionibus excidatis. Ad malum autem *simplices*, id est, rudes, quasi nescientes malè agere, qui nullam nocendi artem teneatis.

Vers. 20. — *Deus autem pacis conterat Satanam sub pedibus vestris velociter*. Deus, inquit, pacis auctor, Satanam per ministros suos errorum magistros calcaneo vestro insidiantem, hoc est, ad lapsum et defectionem à rectâ fide sollicitantem, brevi conterat sub pedibus vestris, id est, citò victoriam de eo vobis tribuat, extinctis penitùs inter vos opinionum dissidiis,

Vers. 21. — Salutat vos Timotheus adjutor; Græc., *simul operans*, seu cooperarius meus, in Evangelio scilicet. Et Lucius; putatur esse D. Lucas, qui cum D. Paulo erat; et Jason et Sosipater, cognati mei; quia Judæi, vel, ut supra dictum est, de aliis, v. 7 et v. 11.

Vers. 22. — Saluto vos ego Tertius; nomen est amanuensis, qui, permittente Paulo, suam addidit salutationem.

Qui scripsi Epistolam, Paulo nimirùm dictante.

In Domino, id est, *saluto vos in Domino*.

Vers. 23. — Salutat vos Caius, hospes..., id est, apud quem hospitor, de quo etiam 1 Cor., c. 1, v. 14, et universa Ecclesia, quæ scilicet in Caii ædibus hospitabatur; Græc., *universæ Ecclesiæ;* sensusque est non tantùm meus, sed et omnium fratrum hospes. Aliqui volunt hunc esse Caium, quem D. Joan., in suâ Epistolâ tertiâ, laudat ab hospitalitate. Alii dubitant, ut Estius.

Salutat vos Erastus, arcarius...; Græc., *procurator*, Syr., *œconomus*, id est, præfectus et dispensator arcæ, seu ærarii publici *civitatis*, id est, Corinthi.

Et Quartus. Nomen proprium; frater, cujus? an Tertii? an Erasti? an divi Pauli? primum videtur Estio verosimilius. Juxta D. Thomam, *frater* idem est ac christianus, seu fidelis.

Vers. 24. — Gratia Domini nostri Jesu Christi cum omnibus vobis. Semel et iterùm valedicit : iterat enim hìc quod, v. 20, verosimiliter hìc propriâ manu, juxta morem suum finiturus, rursùs scribit, quod amanuensis operâ scripsit, v. 20.

Vers. 25. — Ei autem qui potens est..... Hos tres versus sequentes divus Chrysostomus, Theodoretus et Theophylactus legunt, et exponunt in fine cap. 14, hancque Epistolam finiunt, v. 24, c. 16 : *Gratia Domini nostri Jesu Christi.*

Syrus non ponit versum 24, sed post versum 23 jungit : *Deo autem qui potens est...* ; deinde Epistolam finit per : *Gratia Domini nostri Jesu Christi.* Latini omnes, etiam Ambrosius, legunt ut in nostrâ Vulgatâ. Origenes etiam apud Græcos similiter legit; fatetur tamen ab aliis aliter legi, hæcque verba : *Ei qui potens est*, in fine c. 14 reponi. Difficile est hujus variationis rationem reddere. Fortè hæc verba : *Ei qui potens est...*, bis posita sunt in Epistolâ : semel manu Tertii, in c. 14; secundò manu propriâ D. Pauli, hìc. Quidquid sit de c. 14, omnes Latini, etiam vetustissimi, et cum illis Origenes, consentiunt cum nostro interprete.

Divus ergo Paulus, post datam Romanis benedictionem, et iteratam divinæ gratiæ apprecationem, suum erga illos singularem affectum testificari volens, hanc, propriâ manu, Epistolæ suæ coronidem imponit, quâ Deum ob eorum fidem ita glorificat, ut et eorum in fide et in charitate confirmationem apprecetur.

Ei autem, id est, Deo (supple sit gloria, v. 27) qui potens est vos confirmare; Græc., *stabilire*, scilicet

Quod ipsum etiam brevì facturum confido.

Gratia Domini nostri Jesu Christi vobiscum. Gratiam à Deo per Christum precatur Romanis, ut et Satanæ insidiis evadant superiores, et omni in bono proficiant. Nam *gratiæ* nomine favorem et beneficentiam intelligit, ad omnia quæ sunt pietatis et salutis.

Vers. 21. — *Salutat vos Timotheus, adjutor meus.* Utique in negotio propagandi Evangelii, nempe ille ad quem duæ exstant ipsius Epistolæ.

Et Lucius. Hunc eumdem esse cum Lucâ evangelistâ sentit Origenes, non abs ratione : ut etiam plerique docti sententiæ ejus subscribant.

Vers. 22. — *Saluto vos ego Tertius*, etc., qui scripsi Epistolam ad gloriam Christi, aut q. d. : Salutem quæ à Christo Domino est et proficiscitur, vobis precor. *Tertius* ergo hìc nomen est proprium scribæ, qui dictante Paulo Epistolam scripsit. Nulla sit igitur dubitatio, quin Paulus Epistolæ dictator fuerit, ac Tertius non aliud quàm scriba, qui verba dictantis exceperit: quamvis eum et Pauli fuisse discipulum proclive est existimare; et postea factum episcopum Iconiensem tradunt nonnulli.

Vers. 23. — *Salutat vos Caius, hospes meus*, hospitem suum dicit, apud quem hospitabatur. Hic Corinthius erat, quem à se baptizatum fuisse testatur, 1 Cor. 1. Ad hunc Caium scripsit S. Joannes tertiam suam Epistolam catholicam, in quâ eum ab hospitalitate et misericordiâ in pauperes dilaudat.

Et universa Ecclesia, scilicet quæ est Corinthi, unde hanc Epistolam scripsit Paulus. Videtur ergo ex hoc loco Caii domus fuisse Ecclesia, sive locus ad quem ad S. synaxes congregabantur Christiani, qui erant Corinthi. Unde Ambrosius, Syrus, et Græca legunt : Caius est hospes non tantùm meus, sed etiam universæ Ecclesiæ Corinthiacæ.

Salutat vos Erastus, arcarius civitatis, id est, quæstor, cui nimirùm commissa erat cura publici ærarii. Hic postea Philippensium fuit episcopus, et martyrio vitam finivit.

Et Quartus, frater. Ex nomine nonnulla conjectura est, hunc Tertii qui scripsit Epistolam, fratrem dici secundùm carnem. Quidam fratrem Erasti volunt. Sed non addidit, *ejus*, quod additum oportebat.

Vers. 24. — *Gratia Domini nostri Jesu Christi*, etc. Nota. Apostolus passim Epistolis suis et præmittit et subjungit apprecationem gratiæ, ut doceat, nil ita christiano in votis esse debere, ac Dei gratiam, gratiæque augmentum, quâ scilicet non hominibus, sed Deo grati simus ac placeamus : sic enim ad omnia virtutum opera validi ac potentes efficimur, degimusque in perpetuâ pace ac lætitiâ. Sicut enim famulus qui regi servit, apud quem gratiosus est, nihil tristitiæ sentit, quidquid inimicitiæ vel adversitatis aliunde occurrat : ita nos nihil mœroris sentiemus, sive amici, aliique nos deserant et infestent, sive pericula et tribulationes ingruant, si in Dei gratiâ simus, si Deus nos gratiâ suâ roboret et confirmet. Si in gratiâ Dei sis, terribilis eris, non tantùm hominibus, sed et dæmonibus. Tales fuère apostoli, qui calcatis divitiis Domini sui imperio sunt potiti, etc., inquit S. Chrysostomus.

Vers. 25. — *Ei autem qui potens est vos confirmare*, sive stabilire, scilicet in fide susceptâ. Quod dicit propter multos adhuc in fide debiles, de quibus in superioribus. Dicens autem, *qui potens est*, significare vult id omninò à Deo sperandum et exspectandum esse. Quod et alibi hâc locutione significat, ex potentiâ suadens effectum sperandum, duntaxat in his quæ sperare jubemur; ut hujus ejusdem Epistolæ cap. 11 : *Potens est enim Deus iterum inserere illos.* Et cap. 14 : *Potens est enim Deus statuere illum.* Et 2 Corinth. 9 : *Potens est autem Deus omnem gratiam abundare facere in vobis.* Et Hebr. 2 : *Potens est et eis qui tentantur auxiliari.*

Juxta Evangelium meum, et prædicationem Jesu

in eâ fide et doctrinâ, quæ est JUXTA EVANGELIUM, quod ego prædico.

ET PRÆDICATIONEM JESU CHRISTI, id est, et quod Dominus ipse Jesus Christus prædicavit; sicque non est tam mea quàm Jesu Christi doctrina. Ita divus Chrysostomus; ita etiam divus Thomas.

Alii tamen interpretantur : Quæ est *juxta Evangelium*, quod ego prædico de Jesu Christo, et conformis est Syrus, ut videbitur infra.

SECUNDUM REVELATIONEM; Syr., *per revelationem*, seu ut reveletur arcanum, omnibus retroactis seculis absconditum, scilicet magnum mysterium Incarnationis Filii Dei.

TEMPORIBUS ÆTERNIS, id est, in totâ temporis universitate, seu omni retroacto tempore, cujus initium est valdè remotum.

VERS. 26. — QUOD NUNC PATEFACTUM EST, id est, hoc autem tempore gratiæ manifestatum PER SCRIPTURAS PROPHETARUM, scilicet expositas et explicatas per apostolos; quibus Christus *aperuit sensum, ut intelligerent Scripturas*, ait D. Lucas, 24. Prophetæ prædixerunt futuram Verbi divini incarnationem; apostoli factam esse prædicaverunt, et prophetias adimpletas esse, ipsâ factorum exhibitione manifestârunt, seu eventibus ad vaticinia respondentibus.

SECUNDUM PRÆCEPTUM ÆTERNI DEI, id est, juxta mandatum; Græc., *ad ordinationem*, seu delegationem ab æterno Deo ipsis apostolis factam.

AD OBEDITIONEM FIDEI IN CUNCTIS GENTIBUS COGNITI, id est, cunctis, inquam, gentibus manifestatum, ut obediant fidei, seu ut omnes gentes illud Evangelium audiant, fide suscipiant, illique moribus obediant.

VERS. 27. — SOLI SAPIENTI DEO....; Deo, inquam, qui solus sapiens est, HONOR sit et GLORIA æterna PER JESUM CHRISTUM. Vide in Paraphr. clariorem expositionem. Pronomen *cui* hebraismo redundat; Hebræi enim repetunt relativum cum antecedente, ait Cornelius à Lapide. Hos tres versus ita Syrus exprimit : *Deo autem qui potens est vos confirmare in Evangelio meo, quod prædicatum est de Jesu Christo per revelationem arcani, quod temporibus æternis absconditum fuit; revelatum autem hoc tempore per scripturas prophetarum, et per mandatum Dei æterni, patefactum omnibus gentibus ad obedientiam fidei; qui solus sapiens est, gloria per Jesum Christum in secula seculorum. Gratia Domini nostri Jesu Christi sit cum omnibus vobis.* Amen.

Christi, qui potest vos confirmare in fide; quâ nimirùm adhæreatis doctrinæ Evangelii mei, quo vobis prædicavi Jesum Christum. Suum ergo vocat Evangelium, id est, à se prædicatum.

Secundùm revelationem mysterii temporibus æternis taciti. Sensus : Quâ Evangelii prædicatione revelatur et manifestatur mysterium omnibus retrò seculis mundo occultatum et paucis cognitum. *Tempora æterna* dicit universum tempus quod præcessit : quæ interpres alibi vocat *tempora secularia.* Ut 2 Timoth. 1, et Tit. 1, q. d. Paulus : Non est recens inventum Evangelii, sed ab æterno semper fuit ipsum Evangelium in secreto divinitatis consilio, menteque divinâ tacitum et occultum, et nunquàm hactenùs in mundo propalatum aut prædicatum. Unde subdit :

VERS. 26. — *Quod* (scilicet mysterium jam dictum) *nunc patefactum est*, Græcè, *manifestati autem nunc*, scilicet per apostolorum prædicationem.

Per scripturas prophetarum, qui Christum Christique Evangelium prædixerunt. Quod autem dicit, *per scripturas propheticas*, supple, expositas et intellectas.

Secundùm præceptum æterni Dei, id est, ex mandato seu delegatione æterni Dei, factâ videlicet apostolis. Tacitè commendat officii sui dignitatem à magnitudine delegantis, quem proprio vocat epitheto, *æternum Deum.*

Ad obeditionem fidei, id e. ut fides promptâ voluntate suscipiatur, ut nimirùm omnes gentes Evangelium fidemque Christi audiant, illique credant et obediant.

In cunctis gentibus cogniti, Græcè, *in omnes gentes notificati* seu *patefacti* : scilicet mysterii, quod nunc patefactum est, et in cunctis gentibus cognitum.

VERS. 27. — *Soli sapienti Deo per Jesum Christum.* Hæc refer ad, *Et qui potens est* (vers. 25), q. d. : Soli sapienti et potenti Deo per Christum et christianam religionem, omnis sit honor et gloria sempiterna. Christus Deus et homo cùm sit, ut Deus honorem recipit cum Patre et Spiritu sancto : ut homo verò, illum defert. Detulit autem cùm prædicavit in mundo SS. Trinitatem, et jussit baptizari in nomine Patris, et Filii, et Spiritûs sancti omnes gentes.

Nota, vox *sapienti* innuit per nullam hominum sapientiam hominem potuisse viam salutis agnoscere : quia solus Deus à seipso et per essentiam sapiens est, qui eam per fidem nobis manifestavit. Hinc solus sapiens dicitur. Vide Baruch. 3.

Cui honor et gloria in secula seculorum, Amen. Secula seculorum vocat Apostolus secula proprio nomine æterna, et, ut Augustinus exponit, continuata secula, id est, nunquàm terminanda. Græca et Syrus non habent *cui.* Sic ergo hæc omnia ordinanda sunt : ei qui potens est vos confirmare, videlicet soli sapienti Deo, sit honor et gloria, Amen.

Vide S. Chrysostomum, hìc, in morali, homil. ultim., pulchrè et patheticè ostendentem, quantùm S. Paulus suo zelo, labore et fervore honorârit et glorificârit Deum.

Corollarium pietatis, seu in hoc capite ultimo ad pietatem et ad praxim maximè notanda.

1° Observa in toto hoc capite exemplum christianæ erga proximum charitatis atque necessitudinis; quasi divus Paulus voluerit hìc in praxim redigere doctrinam à se traditam in capitis præcedentis versu secundo : *Unusquisque vestrùm proximo suo placeat in bonum*; nosque docere modum christianè et meritoriè faciendi, quod in usu frequentiori fit civiliter tantùm; nimirùm salutationes, amicitias, et alia honestatis signa exhibere, de quibus vide in coroll. pietatis, cap. 15, n. 2, 3.

2° Hìc ab Apostolo disce modum dignè Deum glorificandi, scilicet per Jesum Christum, Dominum nostrum, v. 27. *Deo honor sit et gloria per Jesum Christum.* Ut hanc apostolicam et verè christianam praxim meliùs intelligas et accuratiùs observes, nota quòd solus Jesus Christus Deum dignè glorificat; ipse solus Deo infinito infinitum exhibet honorem. Hujus veritatis ratio est, quia angeli, homines, creaturæ omnes coram Deo sunt quasi non sint, quasi nihilum et inane reputantur, ex Isai. 40, 17. Nihil autem laus

et glorificatio verè nihilum est, et nullius momenti. At Christus Jesus, homo Deus est; hinc infiniti meriti, hincque Deum infinitè glorificans : et ideò dignè.

Deum infinitè glorificavit toto suæ vitæ mortalis tempore; id est, à primo Incarnationis instanti, usque ad mortis momentum; glorificavit, inquam, per suum esse, quod omnium miraculorum est maximum; per omnes suas internas et externas actiones et passiones, quæ theandricæ fuerunt, et ideò valoris infiniti. Maximè verò glorificavit per mortem suam, quæ fuit immolatio hominis Dei, in honorem Dei, et consequenter sacrificium Deo dignum, honorem Deo proportionatum reddens, Deumque, quantùm fieri potest, glorificans.

Ex quo resurrexit, et gloriosus in cœlos ascendit, Deum infinitè glorificat in terris et in cœlis. In terris, et quidem ubique terrarum, super altare, ubi in sanctissimâ Eucharistiâ continuè et semper ad Dei gloriam immolatur, ubi continuè et semper Deum adorat, in nihilum quasi redactus. In cœlis coram throno Dei, ubi, teste D. Joanne, Apoc. 5, 6, Agnus stat velut occisus, id est, in passionis suæ memoriam, sua sacra stigmata Deo semper exhibet, *interpellans pro nobis*, et in æternum exhibebit ad æternam Dei gloriam.

Etenim (et hoc benè nota) quia nihil unquàm Deum ita glorificavit ac cruenta Filii Dei ad Dei gloriam immolatio, quæ quantùm fieri potest, Deum glorificavit; hinc ipse Filius Dei, hanc sui immolationem ad Dei gloriam, usque ad consummationem seculorum mysticè continuat et continuabit ubique terrarum. Hinc et Filius Dei hanc sui immolationem ad Dei gloriam in æternum repræsentat et repræsentabit in cœlis. Per Christum itaque cœli et terra pleni sunt gloriâ Dei. Ipse solus est gloria Dei, gloria infinita, universalis, Deo digna.

Nobis itaque Deum glorificaturis, quid faciendum? Christus, Dei gloria, Deo offerendus; cum Apostolo nobis dicendum : *Deo sit honor et gloria per Jesum Christum. Deo sit honor et gloria* in cœlis *per Jesum Christum*, ibi propter quinque vulnerum cicatrices, quas in corpore glorioso reservavit, *stantem tanquàm occisum. Deo sit honor et gloria* in terris *per Jesum Christum*, super altare in sacrosanctâ Eucharistiâ mysticè semper immolatum, et in immolationis statu ubique conservatum. *Deo sit honor et gloria*, et in cœlis et in terris *per Jesum Christum*, qui in cœlis et in terris semper et continuè Deum laudat, amat, adorat, colit dignè, infinitè, quantùm potest.

Deum ergo glorificaturi, Christo Deum glorificanti, uniamur fide, charitate, sicque Christo uniti, in ipso, cum ipso et per ipsum glorificemus Deum, laudemus, amemus, adoremus et colamus. Hæc nostra Dei glorificatio, quæ quatenùs nostra, nihil est, nulliusque momenti; quatenùs Christi, erit pretiosissima, et Deo digna.

IN PRIMAM EPISTOLAM
AD CORINTHIOS
Præfationes.

Corinthus, quam Cicero totius Græciæ lumen appellat, Achaiæ, quæ nunc Morea dicitur, metropolis erat; duobus inclyta portubus, Ionio et Ægæo mari imminentibus, ut ait D. Chrysostomus.

In hoc nobilissimum emporium D. Paulus Athenis venit, ibique à Christo Domino monitus, per decem et octo menses mansit, tantoque incolarum profectu Evangelium prædicavit, ut quàmplurimos ad Christi fidem converterit.

At postquàm prædicationis gratiâ in alias civitates et provincias profectus est omnium gentium Apostolus, Corinthii, quia divites erant, deliciis assueti, et secularis sapientiæ nimis studiosi, à primo fervore statim delapsi, dein à falsis apostolis seducti, in tam varios errores et tot abusus provoluti sunt, ut et de mortuorum resurrectione dubitaverint.

Quod, ut audivit Paulus, Corinthiorum pater : ipse enim, ut ait, per Evangelium eos Christo genuerat, filiorum sibi charissimorum salutis zelo succensus, ad eos hanc priorem Epistolam, maximâ animi libertate scripsit, tum ut monita illorum emendationi necessaria daret; tum ut quæstionibus ab eis sibi propositis

Duas ad Corinthios Epistolas, easque prolixas et multiplici doctrinâ refertas scripsit apostolus Paulus : quòd eis ipse primus Christum annuntiâsset, et, ut loquitur in priori Epistolâ, cap. 4, in Christo Jesu per Evangelium eos genuisset. Quâ ratione filios suos charissimos, seque eorum patrem, eodem loco vocat. Nonnulli, inter quos auctor commentarii Ambrosio attributi, putant hanc non esse Epistolam quam ad Corinthios Paulus scripserit; eò quòd in hâc meminerit prioris cujusdam Epistolæ ad eos datæ. Sic enim ait, cap. 5 : *Scripsi vobis in Epistolâ.* Si hoc rectè ne opinentur an secùs, videbimus cùm ad eum locum perventum erit. Prior hæc Epistola non unum, sed multa ac varia continet argumenta; prout multa erant de quibus vel admonendi Corinthii Apostolo videbantur, vel ipsi ab eo instrui cupiebant. Nam ipsos per,

responderet : scripserant enim ad eum zelantiores, ut patet ex cap. 7, v. 1.

Ac primò quidem, quia Corinthii de suorum magistrorum præcellentiâ inaniter et vanè contendebant, et propterea inter eos schisma natum erat; hortatur ut, his inanibus contentionibus diremptis, sint unanimes; quia verò ex immodicâ sapientiæ secularis existimatione exortum erat hoc schisma, hinc quatuor primis capitibus humanam sapientiam deprimit, crucis autem humilitatem commendat.

Capite quinto arguit eos, quòd hominem incestuosum in Ecclesiâ suâ tolerent, quem excommunicari jubet.

Capite sexto lites damnat, et præsertim coram infidelium tribunalibus; et quorumdam impudicitiam redarguit.

Deinde capite septimo et sequentibus varia sibi proposita dubia resolvit de matrimonio et virginitate, de esu idolothythorum, de mulierum in templis velatione, de cœnâ eucharisticâ, de Spiritûs sancti donis, de præcellentiâ charitatis, de usu donorum sancti Spiritûs in Ecclesiâ, de corporum resurrectione, quam probat et explicat.

Denique Corinthios ad eleemosynas Jerosolymitanis pauperibus faciendas hortatur.

Scripta est hæc Epistola Ephesi in Asiâ, ut colligitur ex cap. 16, v. 8, vel saltem in loco ei vicino, anno Christi 57. Videantur *D. de Tillemont, notâ 44 in S. Paulum, et P. Amelotte in Præfat.; Fromondus, Cornel. à Lap., Estius* (infra).

litteras super quibusdam dubiis inter ipsos exortis, Paulum apostolum suum consuluisse, liquet ex illo 7 cap. initio : *De quibus autem scripsistis mihi.* Sunt autem ista summariè quæ tractantur in hâc Epistolâ, et hoc ordine : Primùm, ac penè ab exordio, Corinthios increpat quòd factiones inter se haberent ex studiis erga magistros. Cujus rei mox causam aperit, quòd secularem sapientiam immodicè sectarentur; quibus ipse è diverso commendat humilitatem crucis Christi, docens ejus mysteria seculo esse incognita; ac revocat à comparandis et judicandis Evangelii ministris. Deindè, eos reprehendit quòd hominem incestuosum, et excommunicatione dignum, in suo consortio et in Ecclesiâ tolerarent : quem et Satanæ tradendum judicat. Tertiò, culpat quòd judiciis inter se contenderent, idque apud judices infideles. Quartò, taxat quorumdam impudicitiam : matrimonium commendat, ejusque leges præscribit; cui tamen virginitatis ac perpetuæ continentiæ studium anteponit. Quintò, de carnium idolis immolatarum esu eos instruit. Sextò, digreditur ad utilem ac necessariam sui commendationem, commemorans quemadmodùm gratis, ac nullo stipendio Corinthiis Evangelium prædicaverit : cùm juxta Domini constitutionem ex Evangelio vivere potuisset. Septimò, generatim eos ad perseverantiam vitæ christianæ hortatur; admonens quæ vitia fugere debeant : inde stylum reflectit ad argumentum de immolatitiis. Octavò, docet honestatem servandam in conventibus Ecclesiæ : ne mulieres aperto capite orent. Nonò, quod ab eis peccatum erat in celebratione cœnæ dominicæ, corrigit, rememoratâ mysteriorum S. Eucharistiæ institutione. Decimò, disserit de donis spiritualibus; exhortans exemplo membrorum corporis humani, ut suum quisque donum conferat in usum communem : præcipuè verò omnes studeant charitati, tanquàm dono omnium excellentissimo. Undecimò, præcipit ut donis prophetiæ ac linguarum utantur ordinatè. Duodecimò, resurrectionem corporum à quibusdam negatam, multis argumentis astruit, et qualitatem ejus ac modum describit. Postremò, de colligendis in fratres pauperes eleemosynis eos admonet. Atque hæc de materiâ totius Epistolæ satis. Eam scriptam esse Philippis Macedoniæ quidam opinantur : et ita habet hypographe in Græcis codicibus Epistolæ subjuncta. Sed multò verisimilius est, quod Œcumenius sentit, Ephesi scriptam esse; quemadmodùm et habet argumentum quod passim in Latinis Epistolæ præmittitur. Dicit enim Apostolus ultimo cap. se permansurum Ephesi. Meminit etiam Aquilæ et Priscillæ, velut secum eodem loco morantium, dùm ab illis salutem Corinthiis ascribit. Illos autem Ephesi habitâsse testatur Lucas, Act. 18, et satis intelligitur ex historiæ continuatione, cap. 19, circa quod tempus scripta est hæc Epistola. Certè Philippis aliquando versatos esse nusquàm legitur. Sed et ex eo quòd dicit : *Salutant vos Ecclesiæ Asiæ*, planè intelligitur in Asiâ, ubi Ephesus erat, hanc Epistolam ab eo scriptam esse. Nam quòd in Macedoniâ non sit scripta, satis arguunt hæc ultimi capitis verba : *Veniam autem ad vos cùm Macedoniam pertransiero. Nam Macedoniam pertransibo.* Constat etiam scriptam esse ante Epistolam ad Romanos. Nam hujus Epistolæ cap. ult. dubiè loquitur, velut adhuc deliberans de suâ profectione in Jerusalem. Dicit enim : *Quòd si dignum fuerit, ut et ego eam, mecum ibunt.* In eâ verò quam scribit ad Romanos, de profectione jam constitutum habet, uti declarant illa verba cap. 15 : *Nunc igitur proficiscor in Jerusalem ministrare*, seu *ministrans*, *sanctis.* Quod verò attinet ad eos quibus scribitur hæc Epistola : utrùm ad Corinthios qui ex gentibus erant tantummodò scripta sit; an etiam ad Judæos Corinthi morantes et Christo initiatos, dubitaverit aliquis, propter illud quod dicit, cap. 12 : *Scitis quoniam gentes cùm essetis, ad simulacra muta prout ducebamini euntes.* Verùm procul dubio suâ inscriptione complectitur etiam Judæos, tanquàm ejusdem Corinthiorum Ecclesiæ fideles : quemadmodùm et Epistola ad Rom. et cæteræ omnes ad Ecclesias gentilium missæ, fideles utriusque populi suis inscriptionibus comprehendunt. Nam ut unus erat in singulis civitatibus episcopus; sic et una Ecclesia ex omnibus ejusdem loci fidelibus collecta : licèt esse potuerint in eâdem civitate distinctæ, ut ita dicam, parochiæ. Habebant enim Judæi christiani suas synagogas, in quibus et Moyses legeretur, et Christi mysteria peragerentur; ut indicant apostoli Jacobi verba, Act. 15; quamvis fatendum, Judæos gentilibus tam Corinthi, quàm in aliis, quæ per gentes erant Ecclesiis, fuisse multò pauciores. Undè frequenter ita fideles ad quos scribit, alloquitur Paulus, ac si soli gentiles essent. Quod utique eum fecisse credendum est in loco memorato. Nam alioqui in eo quod scribit cap. 1, quosdam Corinthiorum dicere : *Ego Cephæ :* Judæos potissimùm notat, quorum Cephas, id est, Petrus, erat quodammodò peculiaris apostolus. Alicubi quoque in personâ loquitur Judæorum, videlicet tanquàm Judæus Judæos alloquens : ut cap. 10, cùm dicit : *Nolo vos ignorare, fratres, quoniam patres nostri sub nube fuerunt*, etc. Non enim sic loqueretur, nisi inter eos ad quos scribit, aliqui Judæi fuissent. Sed ad expositionem Epistolæ veniamus.

IN PRIMAM
AD CORINTHIOS EPISTOLAM
COMMENTARIA.

CAPUT PRIMUM.

1. Paulus, vocatus apostolus Jesu Christi per voluntatem Dei, et Sosthenes frater,

2. Ecclesiæ Dei, quæ est Corinthi, sanctificatis in Christo Jesu, vocatis sanctis, cum omnibus qui invocant nomen Domini nostri Jesu Christi, in omni loco ipsorum et nostro.

3. Gratia vobis et pax à Deo Patre nostro et Domino Jesu Christo.

4. Gratias ago Deo meo semper pro vobis in gratiâ Dei, quæ data est vobis in Christo Jesu :

5. Quòd in omnibus divites facti estis in illo, in omni verbo et in omni scientiâ :

6. Sicut testimonium Christi confirmatum est in vobis :

7. Ita ut nihil vobis desit in ullâ gratiâ, expectantibus revelationem Domini nostri Jesu Christi,

8. Qui et confirmabit vos usque in finem sine crimine, in die adventûs Domini nostri Jesu Christi.

9. Fidelis Deus, per quem vocati estis in societatem filii ejus Jesu Christi Domini nostri.

10. Obsecro autem vos, fratres, per nomen Domini nostri Jesu Christi, ut idipsum dicatis omnes, et non sint in vobis schismata; sitis autem perfecti in eodem sensu, et in eàdem sententiâ.

11. Significatum est enim mihi de vobis, fratres mei, ab iis qui sunt Chloes, quia contentiones sunt inter vos.

12. Hoc autem dico, quòd unusquisque vestrûm dicit : Ego quidem sum Pauli; ego autem Apollo; ego verò Cephæ; ego autem Christi.

13. Divisus est Christus? Numquid Paulus crucifixus est pro vobis? aut in nomine Pauli baptizati estis?

14. Gratias ago Deo, quòd neminem vestrûm baptizavi, nisi Crispum et Caium;

15. Ne quis dicat quòd in nomine meo baptizati estis.

16. Baptizavi autem et Stephanæ domum : cæterùm nescio si quem alium baptizaverim.

17. Non enim misit me Christus baptizare, sed evangelizare; non in sapientiâ verbi, ut non evacuetur crux Christi.

18. Verbum enim crucis, pereuntibus quidem stultitia est; iis autem qui salvi fiunt, id est, nobis, Dei virtus est.

19. Scriptum est enim : Perdam sapientiam sapientium, et prudentiam prudentium reprobabo.

CHAPITRE PREMIER.

1. Paul, apôtre de Jésus-Christ par la vocation et la volonté de Dieu, et Sosthène son frère,

2. A l'Église de Dieu qui est à Corinthe, aux fidèles que Jésus-Christ a sanctifiés, et qui sont appelés pour être saints, et à tous ceux qui, en quelque lieu que ce soit, invoquent le nom de notre Seigneur Jésus-Christ, qui est leur Seigneur comme le notre.

3. Que Dieu notre Père et Jésus-Christ notre Seigneur vous donne la grâce et la paix.

4. Je rends pour vous à mon Dieu des actions de grâces continuelles, à cause de la grâce de Dieu, qui vous a été donnée en Jésus-Christ;

5. Et de toutes les richesses dont vous avez été comblés en lui dans tout ce qui regarde le don de la parole et de la science;

6. Le témoignage qu'on vous a rendu de Jésus-Christ ayant été ainsi confirmé parmi vous.

7. De sorte qu'il ne vous manque aucun don pour attendre avec confiance la manifestation de notre Seigneur Jésus-Christ.

8. Et Dieu vous affermira encore jusqu'à la fin pour être trouvés sans péché au jour de l'avénement de notre Seigneur Jésus-Christ.

9. Dieu, par lequel vous avez été appelés à la société de son fils Jésus-Christ notre Seigneur, est fidèle et véritable;

10. Or je vous conjure, mes frères, par le nom de Jésus-Christ notre Seigneur, d'avoir tous un même langage, et de ne point souffrir de divisions parmi vous, mais d'être tous unis ensemble dans un même esprit et dans un même sentiment.

11. Car j'ai été averti, mes frères, par ceux de la maison de Chloé, qu'il y a des contestations parmi vous.

12. Ce que je veux dire, est que chacun de vous prend parti, en disant : Pour moi, je suis à Paul; et moi, je suis à Apollon; et moi, je suis à Céphas; et moi, je suis à Jésus-Christ.

13. Jésus-Christ est-il donc divisé? Est-ce Paul qui a été crucifié pour vous ou avez-vous été baptisés au nom de Paul?

14. Je rends grâce à Dieu de ce que je n'ai baptisé aucun de vous, sinon Crispe et Caïus;

15. Afin que personne ne dise que vous avez été baptisés en mon nom.

16. J'ai encore baptisé ceux de la famille de Stéphanas; et je ne sache pas en avoir baptisé d'autres,

17. Parce que Jésus-Christ ne m'a pas envoyé pour baptiser, mais pour prêcher l'Évangile, sans y employer la sagesse de la parole pour ne pas anéantir la croix de Jésus-Christ.

18. Car la prédication de la croix est une folie pour ceux qui se perdent; mais pour ceux qui se sauvent, c'est-à-dire, pour nous, elle est la vertu et la puissance de Dieu.

19. Car il est écrit : Je détruirai la sagesse des sages, et je rejetterai la science des savants,

20. Ubi sapiens? ubi scriba? ubi conquisitor hujus seculi? Nonne stultam fecit Deus sapientiam hujus mundi?

21. Nam quia in Dei sapientiâ non cognovit mundus per sapientiam Deum, placuit Deo per stultitiam prædicationis salvos facere credentes.

22. Quoniam et Judæi signa petunt, et Græci sapientiam quærunt:

23. Nos autem prædicamus Christum crucifixum: Judæis quidem scandalum, gentibus autem stultitiam;

24. Ipsis autem vocatis Judæis atque Græcis, Christum Dei virtutem, et Dei sapientiam;

25. Quia quod stultum est Dei, sapientius est hominibus; et quod infirmum est Dei, fortius est hominibus.

26. Videte enim vocationem vestram, fratres, quia non multi sapientes secundùm carnem, non multi potentes, non multi nobiles.

27. Sed quæ stulta sunt mundi elegit Deus, ut confundat sapientes; et infirma mundi elegit Deus, ut confundat fortia:

28. Et ignobilia mundi, et contemptibilia elegit Deus, et ea quæ non sunt, ut ea quæ sunt destrueret:

29. Ut non glorietur omnis caro in conspectu ejus.

30. Ex ipso autem vos estis in Christo Jesu, qui factus est nobis sapientia à Deo, et justitia, et sanctificatio, et redemptio:

31. Ut quemadmodùm scriptum est: Qui gloriatur, in Domino glorietur.

20. Que sont devenus les sages, que sont devenus les docteurs de la loi, que sont devenus les savants du siècle? Dieu n'a-t-il pas convaincu de folie la sagesse de ce monde?

21. Car Dieu voyant que le monde, avec la sagesse humaine, ne l'avait point connu dans les ouvrages de sa sagesse divine, il lui a plu de sauver, par la folie de la prédication, ceux qui croiraient en lui.

22. Car les Juifs demandent des miracles, et les gentils cherchent la sagesse;

23. Pour nous, nous prêchons Jésus-Christ crucifié, qui est un scandale aux Juifs, et qui paraît une folie aux gentils;

24. Mais qui est la force de Dieu et la sagesse de Dieu pour ceux qui sont appelés, soit Juifs, soit gentils;

25. Parce que ce qui paraît en Dieu une folie, est plus sage que la sagesse de tous les hommes; et que ce qui paraît en Dieu une faiblesse, est plus fort que la force de tous les hommes.

26. En effet, mes frères, considérez qui sont ceux parmi vous qui ont été appelés à la foi. Il y en a peu de sages selon la chair, peu de puissants, et peu de nobles:

27. Mais Dieu a choisi les moins sages selon le monde, pour confondre les sages; il a choisi les faibles selon le monde, pour confondre les puissants:

28. Et il a choisi les plus vils et les plus méprisables selon le monde, et ce qui n'était rien, pour détruire ce qu'il y a de plus grand.

29. Afin qu'aucun homme ne se glorifie devant lui.

30. C'est par cette voie que vous êtes établis en Jésus-Christ, qui nous a été donné de Dieu pour être notre sagesse, notre justice, notre sanctification et notre rédemption;

31. Afin que, selon qu'il est écrit, celui qui se glorifie ne se glorifie que dans le Seigneur.

ANALYSIS.

Solemni salutatione præmissâ, v. 1, 2, 3, D. Paulus Deo gratias agit, ob spiritualia dona Corinthiis ab eo collata, quæ Christi Evangelium in eis confirmant, spemque dant quòd Deus gratiam illis conferet usque in finem sanctè perseverandi, v. 4, 5, 6, 7, 8, 9.

Hàc honorificâ præfatione Corinthios, ad ictum paratos, ferit Apostolus, at leniter, eos obsecrans per nomen Domini nostri Jesu Christi, ut natum inter eos schisma dirimant, v. 10

Rem exponit, ut ei relata est, v. 11, 12. Hujus schismatis sequelas absurdas et sacrilegas exaggerat, v. 13. Deo gratias agit, quòd nullam ex parte suâ schismati dederit occasionem. Vix quemquam, inquit, ego baptizavi; tantummodò prædicavi, idque simpliciter, ne per me crux Christi reddatur inanis, v. 14, 15, 16, 17.

Prædicationis suæ simplicitatem sic justificat, ut et latenter transeat ad schismatis causam, quam omninò destruat.

Quia igitur ex nimio humanæ sapientiæ studio et affectu, natum est Corinthiorum circa magistrorum suorum præcellentiam schisma; ut illud radicitus evellat, aperit eis Dei consilium, homines per crucis stultitiam salvos faciendi, reprobatâ à Deo sapientiâ seculari, v. 18.

Hoc Dei consilium probat ab Isaiâ prædictum, v. 19. Probat de facto adimpletum, v. 20. Hujus rationem reddit, v. 21, quia per sapientiam mundus Deum non glorificavit: hinc eâ reprobatâ, Deo placuit per crucis stultitiam salvare credentes.

Mirum quidem Dei placitum, et hominum placitis oppositum! nam Judæi signa petunt, et Græci sapientiam, v. 22; at nos apostoli, Dei placito obedientes, hominum placita negligentes, simpliciter prædicamus crucifixum; Judæis scandalum, gentibus stultitiam; fidelibus verò Dei virtutem et sapientiam, omni humanâ virtute et sapientiâ longè et infinitè superiorem, v. 23, 24, 25.

Hoc Dei consilium Corinthii in suâ ipsorum conversione videant; animadvertant quòd stulta, infirma et contemptibilia Deus elegit, ut sapientes, potentes et in maximo pretio habitos confunderet, v. 26, 27, 28.

Et hoc, ut tota nostra gloriatio sit, non in nobis, nec in aliis hominibus; sed in Christo Jesu, qui nostra factus est sapientia, justitia, sanctitas et redemptio, v. 29, 30, 31.

PARAPHRASIS.

1. Paulus Dei jussu vocatus (seu cœlesti vocatione) apostolus Jesu Christi, et Sosthenes frater.

2. Congregationi Dei, quæ est Corinthi, seu fidelibus per Baptismum à Jesu Christo sanctificetis, et

ad sanctitatem vocatis; iisque omnibus qui invocant nomen Domini nostri Jesu Christi, ubicumque sint illi et nos, salutem.

3. Gratia vobis et pax multiplicetur à Deo Patre nostro, et à Domino nostro Jesu Christo.

4. Gratias ago semper Deo meo pro vobis, ob gratiam Dei, seu ob dona vobis cœlitùs collata per Jesum Christum.

5. Gratias, inquam, ago quòd in Christo et per Christum spiritualibus divinæ scientiæ et eloquentiæ divitiis cumulati estis; seu quòd in Ecclesiâ, per Christi merita, Deus vobis amplam dedit facultatem omnia fidei mysteria intelligendi et eloquendi.

6. Per quæ dona Evangelium Christi confirmatum est in vobis.

7. Ita ut nullum vobis desit charismatum genus; donec fiat manifestatio gloriæ Domini nostri Jesu Christi, quam expectatis.

8. Spero quod et Deus, cui gratias ago, confirmabit vos usque in finem (seu dabit gratiam perseverandi usque in finem), ut inculpati sitis in die adventûs Domini nostri Jesu Christi.

9. Id, inquam, spero, quia Deus qui vos in communionem Filii sui Jesu Christi Domini nostri vocavit; fidelis et constans est (perseverabit ergo auxilia dare, quæ jam cœpit largiri).

10. Vos autem, fratres, obsecro per nomen Domini nostri Jesu Christi, ut omnes idem dicatis, et non sint in vobis dissensiones; sed tam perfecta sit concordia, ut omnium vestrûm eadem sit mens, eadem sententia.

11. (Nec id sine causâ moneo) : mihi enim de vobis, fratres mei, manifestatum est à domesticis Chloes, sororis nostræ, quòd sint inter vos dissidia.

12. Hoc repeto, quod (ut mihi relatum est) unusquisque vestrûm dicit : Ego quidem sum Pauli discipulus, dicit unus; ego Apollo, dicit alter; ego Cephæ, dicit tertius; ego Christi, dicunt sapienter alii.

13. Ergone Christus apud vos divisus est et multiplicatus? an Paulus apud vos Christus est? an pro vobis Paulus, ut Christus, crucifixus est? an in nomine Pauli, quasi Christi, baptizati estis?

Idem intellige quæsitum de Petro, etc.

14. Gratias ago Deo, quòd neminem vestrûm meis manibus baptizaverim, nisi Crispum et Caium.

15. (Id ejus divinâ providentiâ factum est) ne cui darem occasionem dicendi quòd in nomine meo baptizati sitis

16. Baptizavi etiam et Stephanæ familiam; nescio num aliquem alium è Corinthiis baptizaverim.

17. Non enim me Christus primariò seu principaliter misit, ut baptizarem, sed ut prædicarem, non sermonibus eruditione multâ et eloquentiâ ornatis, ne inanis reddatur crux Christi (scilicet in hominum opinione.)

18. Simplex enim crucis et crucifixi prædicatio, licèt incredulis, ob incredulitatem suam pereuntibus, stultitia videatur, credentibus tamen, seu nobis per fidem, viam salutis ingressis, Dei virtus est et potentia.

19. (Quòd simplex crucis verbum, non verò eloquentia, aut philosophia, sit Dei virtus ad salvandos homines) prædixit Isaias 29, 40 : Rejiciam sapientiam humanam, et prudentiam secularem reprobabo. Seu his non utar ad veram beatitudinem, æternamque salutem hominibus procurandam.

20. Reverà, ubi gentilis philosophus? ubi Judæorum doctor? ubi curiosus naturæ rerum indagator? (quis eorum Evangelii minister?) nullus. Nonne ergo hoc suo contemptu Deus ostendit fatuam et inanem esse mundanam sapientiam.

21. (Et sanè meritò;) quia enim mundus ex Dei sapientiâ, in creaturis elucente, per suam humanam sapientiam Deum non cognovit, multò minùs glorificavit, (ideò reprobatâ hâc sapientiâ,) placuit Deo per prædicationem crucis, quæ mundo stultitia videtur, salvos facere (non disserentes sed) credentes.

22. Mirum sanè Dei placitum! Etenim Judæi prodigia petunt; gentiles sapientiam et eloquentiam quærunt.

23. Nos autem (Dei jussu) prædicamus Christum crucifixum; qui, quia crucifixus, Judæis scandalum est; gentilibus autem stultitia videtur.

24. Prædicamus tamen, quia iis qui divinâ gratiâ sunt ad fidem vocati, sive Judæi sint, sive gentiles; iis, inquam, Christus crucifixus, Dei virtus est et sapientia.

25. Quod enim stultum Græcis videtur in Deo crucifixo, hoc ipsum omni humanâ sapientiâ est sapientius; et quod infirmum Judæis videtur in Messiâ crucifixo, hoc omni potentiâ humanâ fortius est.

26. Hoc in vestrâ vocatione patet : videte enim sive vocantes, sive vocatos; certè non multos reperietis inter illos carnali sapientiâ, potentiâ et nobilitate præditos.

27. Sed eos elegit Deus, quos velut fatuos reputat mundus, ut sapientes confundat; et eos qui nullius in mundo sunt potentiæ, ut potentes seculi confundat.

28. Et ignobiles et despectos, et pro nihilo habitos in mundo, Deus elegit, ut ea quæ sunt in magno pretio, destrueret, scilicet nobiles, potentes, sapientes.

29. Hocque totum, ut nullus mortalium coram Deo in quoquam glorietur (nisi in Dei gratiâ).

30. Ex quâ, et per quam et vos, ô Corinthii, estis Christiani, Christo incorporati; qui Christus à Deo nobis datus est, ut nostra sit sapientia, justitia, sanctificatio et redemptio.

31. Ut, sicut scriptum est : qui gloriatur, in Domino glorietur. (Ergo non in hominibus doctoribus.)

COMMENTARIA.

Vers. 1. — Paulus vocatus apostolus Jesu Christi. Ecce proœmium confestim increpans falsos doctores, ait Theophyl., quasi diceret : Non à memetipso intrusus, sed cœlesti vocatione, Deique jussu *apostolus Jesu Christi*, seu missus ad prædicandum Jesu Christi Evangelium. Utinam hoc verè dicere possit omnis Ecclesiæ seu prælatus, seu minister; non meâ, sed Dei voluntate, in ministerium ingressus sum. Missus sum à Christo, non fui proprio suffragio electus. Utinam de nullo verè dici possit, non per Dei voluntatem, sed secundùm ejus indignationem et iram, propter subditorum peccata, ut ait et explicat D. Thomas. Itaque voluntas Dei, et quidem beneplaciti, debet esse apostolatûs et omnis ecclesiasticæ dignitatis origo.

Et Sosthenes frater, de quo Act. 18, ex archisynagogo, seu synagogæ Corinthiacæ principe, factus fuerat D. Pauli comes. Putat Estius hanc Epistolam, D. Paulo dictante, fuisse à Sosthene scriptam; hineque Sosthenem ab Apostolo socium in salutatione adhibitum. Quidquid sit, hâc in re modestiam nos docet Apostolus, dùm hominem sibi longè inferiorem associat; et suam simul indicat prudentiam, cùm Corinthios corrigere volens, Corinthiacum archisynagogum, sibi socium adjungit in salutatione; ut sciant Corinthii id quod in Epistolâ continetur, non à Paulo tantùm, sed et à Sosthene proficisci.

Vers. 2. — Ecclesiæ Dei, quæ est Corinthi, id est, congregationi fidelium, seu fidelibus Corinthi congregatis à Deo, et ad Dei cultum.

Ecclesia Dei, quia à Deo, et ad Deum, et in Deo. A Deo vocata; ad Deum colendum congregata; in Deo consistens, et à Dei Spiritu gubernata. *Ubi tres in nomine meo, sum in medio eorum.*

Sanctificatis in Christo Jesu. Explicat quæ sit illa Ecclesia Dei; fidelibus scilicet, à Jesu Christo per Baptismum à peccato ablutis, et gratiâ Dei donatis.

Vocatis sanctis, quasi diceret : Hinc meritò sancti vocantur, quia reverà jam sanctificati sunt, et vocatione divinâ sunt ad sanctitatem vocati.

Cum omnibus qui invocant....., quasi diceret : Non Corinthiis tantùm, sed et omnibus Christianis, ubicumque sint illi et nos. Supple scribit, vel salutem dicit. Ex Apostoli mente Epistola hæc circularis, seu ad omnes Christianos, specialiter tamen ad Corinthios.

Omnes ergo Christianos salutat in quocumque loco ipsorum et nostro, seu nos et illi simus. Hoc unitatem insinuat : licèt enim Christiani sint loco separati, unum quid sunt omnes, una ecclesia, unum Christi corpus; hinc omnis illorum locus et noster est.

Vers. 3. — Gratia vobis et pax, scilicet multiplicetur. A Deo Patre..., *à quo omne bonum*, Jacobi 1, et Domino Jesu Christo...., *per quem omnia*, seu *per quem maxima et pretiosa donavit*, 2 Petr. 1. Tacetur Spiritus sanctus, quia in donis intelligitur, ait D. Thomas, *gratia et pax*, quæ per Spiritum sanctum donantur.

Vers. 4. — Gratias ago Deo meo..., in gratia Dei, id est, ob gratiam Dei, quæ data est vobis per Jesum Christum, seu ob dona vobis cœlitùs collata, quæ v. 5 explicat. In omni ferè Epistolâ gratias agit Deo, ut nos doceat esse gratos. Omnia bona sunt à Deo : ad Deum ergo per gratiarum actionem sunt remittenda, ut uberiùs refluant ad nos; sicut aquæ ad mare recurrunt, ut iterùm fluant. Omnia per Christum et propter Christum nobis donantur; ergo per Christum nostra gratiarum actio referenda.

Vers. 5. — Quod in omnibus divites facti estis; Græc., *ditati estis*, id est, gratias, inquam, ago, quòd abundatis, seu cumulati estis omnibus divitiis spiritualibus.

In illo, id est, in Christo, et per Christum, seu in Ecclesiâ Christi, et per Christi merita.

In omni verbo, et in omni scientia, id est, in omni dono linguarum, et in omni cognitione rerum divinarum; seu quòd cumulati estis omnibus divitiis spiritualibus scientiæ et eloquentiæ divinæ.

Corinthii divites erant ob commercium; ad hoc alludens, ait, et spiritualiter facti estis divites; Deus vobis amplam facultatem dedit omnia fidei mysteria intelligendi et eloquendi. Hoc intellige de perfectioribus, quos hic laudat, imperfectiores postea correcturus. Vide v. 10.

Vers. 6. — Sicut testimonium Christi... *Sicut*, secundùm quod, pro, per quæ, id est, per quæ dona, intelligentiæ scilicet et eloquentiæ, Evangelium Chri-

Vers. 1. — *Paulus vocatus apostolus Jesu Christi*, vocatum apostolum se confirmat per hoc quod sequitur, *per voluntatem Dei*, hoc est, jussu, decreto ac beneplacito Dei.

Et Sosthenes frater. Erat hic princeps synagogæ Corinthi; conversus ad Christum à Paulo, pro fide coram Gallione proconsule acriter verberatus, Act. 18, ac post mortem relatus inter sanctos, 28 novemb.

Vers. 2. — *Ecclesiæ Dei, quæ est Corinthi, sanctificatis in Christo Jesu, vocatis sanctis*, id est, ad sanctitatem vocatis à Deo, *cum omnibus*, etc., id est, omnibus christianis ubicumque consistant : sive mecum hoc in loco nostro, sive in alio quolibet suo loco. Ita Chrys.

Vers. 3. — *Gratia vobis et pax*, etc., subaudi, multiplicetur.

Vers. 4. — *Gratias ago Deo meo semper pro vobis in gratiâ Dei*, etc., id est, per Christum Jesum. Nullum enim bonum salutare datur à Deo hominibus, nisi per meritum Jesu Christi; *in gratiâ*, id est, propter gratiam Dei. Nomen *gratiæ* complectitur omne donum gratuitum ordinatum ad salutem, vel propriam habentis vel communem fidelium.

Vers. 5. — *Quòd in omnibus divites facti estis in illo* (per illum Christum) *in omni verbo* (prædicationis Evangelii) *et scientiæ*, id est, spirituali ejus intelligentiâ. Q. d. : Gratias ago Deo, quòd vobis copiosam per me et Apollo exhibuerit prædicationem et doctrinam Evangelii, ejusque sensum et intelligentiam. *Et in omni scientiâ*. Significat Apostolus Corinthios ditatos utroque dono, et cognoscendi divina, et eadem aptè eloquendi. In quibus conjunctis consistit sermo scientiæ.

Vers. 6. — *Sicut testimonium Christi*, etc., id est,

sti, quod prædicavi vobis, confirmatum est. Seu, ut ait Theophylactus, per quæ stabilita est in vobis prædicatio Christi. Fortè simpliciùs, quæ dona testimonium sunt, Evangelium Christi confirmans in vobis. Vide secundam ad Cor., 12, v. 12.

Hic versus per parenthesim legendus.

Vers. 7. — Ita ut nihil vobis desit...; Græc., *in ullo gratuito dono*, id est, ita ut nullum vobis desit donum gratuitum.

Expectantibus revelationem...; Syr. : *Sed expectetis*, etc., id est, donec fiat revelatio, seu manifestatio gloriæ Domini nostri Jesu Christi, quam expectatis. Hæc revelatio fiet in secundo adventu, in quo omnia gratiarum dona consummabuntur. Laudat resurrectionem expectantes, et obliquè ferit dubitantes, seu non credentes, de quibus infra, cap. 15.

Vers. 8. — Qui et confirmabit vos sine crimine...; Græc., *inculpatos*. Verba sunt bonæ fiduciæ, sicut ad Philipp. 1 : *Confidens hoc ipsum, quòd qui cœpit in vobis opus bonum, perficiet usque in diem Christi...*; quasi diceret : Spero quòd Deus (cui scilicet gratias ago) *confirmabit vos*, seu dabit gratiam perseverandi *usque in finem*; ut inculpati, *sine crimine*, id est, sine gravi peccato, sed justi et sancti appareatis in die adventus Domini nostri Jesu Christi. Precatur firmitatem et perseverantiam, et ut sint sine crimine; per quod ostendit nonnihil concussos, et eos criminibus obstrictos, ait Theophylactus. Idem dixerat Theodoretus.

Fidelis Deus, per quem vocati estis in societatem...; id autem spero, quia Deus, qui vos ad societatem Filii sui, et consequenter ad sanctitatis illius imitationem vocavit; verax, fidelis et constans est in promissis suis; dabit ergo auxilia ad sanctè perseverandum necessaria, quæ jam dare cœpit, et deinceps daturum se promisit.

In societatem; Græc., *in communionem*; Syr., *in consortium*. Societatem Filii, adoptionem vocavit, Theodoretus.

Nota moralis.

Hic cum D. Chrysostomo nota et mirare Christiani dignitatem. Papæ! quantam donationis magnitudinem! D. Chrys. Christi Filii Dei socius, consors, cum eo quid unum, quasi Christus alter est. Quia per Baptismum factus sum Christi membrum, Christi corpus, quid unum cum Christo, quasi Christus ipse. Hinc in illo sum Filius Dei, hæres Dei, cohæres, consors, socius Christi. Baptismus itaque vocatio est ad societatem, consortium, communicationem filiationis divinæ, hæreditatis æternæ, omnium Dei bonorum fruitionis æternæ cum Christo.

Sed quid secum importat hæc vocatio, et ad quid astringit? Ut sicut sum Christi membrum, Christi corpus; sic et de Spiritu Christi vivam; Spiritu Christi in meis actionibus et passionibus animer; Christi mores, vitam et exempla imiter, socius sim et consors sanctitatis Christi; *sancti estote*, ô Christiani, consortes mei, *quia ego sanctus sum*; quò plus sancti, eò plus et consortes mei.

Omnes baptizati de societate quidem sunt Filii Dei, sed plùs aut minùs, juxta majorem aut minorem Spiritûs et gratiæ Christi participationem, et juxta majorem aut minorem vitæ Christi internæ et externæ imitationem. Hæc itaque Spiritûs Christi interna participatio, hæc Christi vitæ imitatio, totum debet esse studium meum, desiderium meum, votum meum.

O Deus misericors, Deus clemens, qui me immeritum ad societatem Filii tui vocâsti, da mihi, licèt indigno, ejusdem Filii tui Spiritu animari, et in omnibus vivere, ut me Spiritu Christi animatum et viventem, Christoque indutum, agnoscas pro filio, et in sinu tuo, ut Filium, recipias in æternum. Amen.

Vers. 10. — Obsecro autem vos, fratres. Hucusque præfatus est Apostolus et quidem honorificè, quia totam Ecclesiam Corinthiacam, in quâ spirituales et perfecti plures, allocutus est. Ob hos ergo perfectiores, totam laudavit Ecclesiam, de parte, quasi de toto, loquens, ait D. Augustinus. Sicut et postea malos ejusdem Ecclesiæ ita reprehendet, quasi omnes essent culpabiles, ut idem D. Augustinus annotavit, epist. 19, q. 6.

Postquàm ergo bonis et benignis verbis aures Corinthiorum præparavit, nunc accusationem incipit; non eam tamen nudam inducens, sed obsecrationem

quibus modis aut rebus, nempe sermone et scientiâ, quibus ditati estis. Et sensus est : Hujusmodi donis, velut certo firmoque testimonio, cognoscitur vos esse fideles ac servos Christi, ejusque spiritum accepisse.

Vers. 7. — *Ita ut nihil vobis desit in ullâ gratiâ.* Notandum, Paulum non dicere eos in omnibus esse perfectos, et nullam eis deesse perfectionem gratiæ : sed, in omnibus divites esse, et nullam eis gratiam deesse. Nam etsi numero donorum divites erant et abundabant; tamen in eis nondùm erant perfecti, ne quidem eâ perfectione quam multi assequuntur in hâc vitâ; sed ut ad eam paulatim proficerent, exhortandi erant.

Expectantibus revelationem Domini nostri Jesu Christi, in secundo illius adventu, quando omnium gratiarum copiam et consummationem in gloriâ cœlesti à Christo accipietis.

Vers. 8. — *Qui et confirmabit vos usque in finem sine crimine*, quantùm est ex parte suâ, id est, gratiam dabit, quæ vos confirmare possit, et actu confirmabit si eam recipere, eâ uti, et vos confirmare in Christi fide et charitate velitis. Confirmabit, inquam, ad hoc, ut sitis et persistatis *usque in finem* vitæ, *sine crimine*, id est; inculpati, quos nemo culpare aut criminari possit, quasi crimen aliquod contra fidem et charitatem Christi commiseritis.

In die adventûs Domini nostri Jesu Christi; hic enim ultimus noster et rerum omnium erit finis. Nam confirmatio fidelium usque in finem sine crimine, præparatio eorum est ad diem quo venturus est Dominus ad judicium.

Vers. 9. — *Fidelis Deus*, etc. *Societatem filii* hic vocat Paulus communionem fidei, gratiæ, et gloriæ Christi, quæ habetur in Ecclesiâ Christi; sive ipsum christianismum, in quo habemus societatem filiationis, hæreditatis, Sacramentorum, et omnium bonorum Christi; q. d. : Vocati estis, ut sitis filii Dei, socii, membra, fratres et cohæredes Christi. Ita Anselm., Amb., Theophyl., Chrys.

Vers. 10. — *Obsecro autem vos, fratres, per nomen Domini nostri Jesu Christi*, in cujus unam eamdemque societatem, familiam, domum et Ecclesiam vo-

et admonitionem præmittens : *Obsecro*, Theodoretus.

Per nomen Domini nostri Jesu Christi. Obsecrationi rectè adjungit nomen Domini nostri Jesu Christi, ait idem Theodoretus; id enim erat quod ab ipsis spernebatur, quia cùm oporteret eos ab ipso appellari, à suis præsidentibus denominationes assumebant.

Ut idipsum dicatis omnes, id est, idem dicatis. Syr. : *Ut sit unus sermo vobis omnibus et non sint inter vos dissidia, sed ut sitis perfecti unâ mente, unâque sententiâ.* Intelligitur ergo perfectio unitatis : sitis compacti in eâdem mente et in eâdem sententiâ; Theophyl., quasi diceret : Omnium vestrûm sit idem animus, idem sentiatis, idemque dicatis. Unum estis omnes in Christo, juxta v. 9; ergo et inter vos unum in Christo estote. Unum mysticum Christi corpus estis omnes; ergo et omnium vestrûm unus sit animus; unanimes estote; idem vobis sit intelligere, velle, dicere.

Duo Christianos omnes ad perfectam invitant unionem, scilicet, unitas corporis Christi, quod sumus omnes; unitas Spiritûs Christi, quo vivere debemus omnes. Hinc omnium nostrûm deberet esse mens una, cor unum, idem sermo, idem sensus.

Vers. 11. — Significatum est enim mihi de vobis, fratres mei, ab iis qui sunt Chloes : Syr., *à domesticis Chloes;* Arab., *familiares Chloes;* ita et D. Chrys. Chloe itaque femina fuit christiana inter Corinthios illustris. Quasi diceret : Non sine causâ vos, fratres, hortor ad unionem; didici enim à domesticis Chloes, sororis nostræ, quòd sint inter vos dissidia.

Vers. 12. — Hoc autem dico quod unusquisque... ; repeto quod, ut mihi relatum est, unusquisque vestrûm dicit : Ego sum Pauli. Vide paraphr., intellige : Ego sum discipulus, sectator, filius spiritualis *Pauli*. Ego Apollo... ; ego autem Christi. Non reprehendit quòd dicant : Ego sum Christi, sed quòd non omnes hoc dicant, Theophylactus. Hæc D. Paulus refert secundùm quod illi relatum fuit à domesticis Chloes; debent ergo verè et litteraliter intelligi de Paulo, de Apollo, de Cephâ. Non est ergo verum, ut putant aliqui, quòd hæc nomina usurpet Apostolus ad significandas personas, seu philosophorum, seu pseudo-apostolorum, à quibus Corinthiorum factiones sua nomina trahebant. Non dubito tamen quin Apostolus bonos hic doctores nominans, sub eorum specie, falsos perstrinxerit apostolos; si enim in eis qui boni sunt gloriantur sumus omnes, quicumque fideles et Christiani sumus.

Ut idipsum dicatis omnes, scilicet, quasi fratres germani, verbis et voce consentiatis, dicatisque omnes simul : Ego sum Christi; non autem hic dicat : *Ego sum Pauli*; ille : *Ego sum Apollo*. Rursùm non tantùm voce, sed et mente consentiatis.

Et non sint in vobis schismata : sitis autem perfecti in eodem sensu, et in eâdem sententiâ; ut idem sentiatis, et inter vos consentiatis in Christo, ut vobis invicem aptè cohæreatis in unâ mente et sensu in Christo.

Vers. 11. — *Significatum est enim mihi de vobis, fratres mei, ab iis qui sunt Chloes.* Putant aliqui *Chloes* esse nomen loci, ut oppidi aut vici : sed hic locus alibi nusquàm legitur. Unde veriùs Chrysost. et Sydum negat, quantò magis in malis doctoribus, quorum doctrina falsa et vita corrupta! Hoc cap. 4, v. 6, declarat Apostolus dicens : *Hæc in me et Apollo propter vos transfiguravi.* Vide locum. Litteraliter ergo textus intelligendus de Paulo et Apollo, ob quos primariò principaliter exortum fuit hoc Corinthiorum schisma, ut colligi potest ex cap. 3, v. 4, 5, etc.

Sed quomodò à bonis et optimis doctoribus schisma? Hæc videtur schismatis origo fuisse. D. Paulus omnium primus Christum Corinthi prædicavit, Corinthiosque ad fidem convertit; vide Act. 18, 11. Hinc Corinthiorum verè pater et apostolus. Post Paulum Apollo, *vir eloquens et potens in Scripturis;* magno spiritûs fervore Corinthi Christum docuit et explicuit; vide Act. 18, v. 24, 25. Hinc verosimiliter factum ut quibusdam Paulus, huic Apollo comparatus, frigidior et minùs eloquens visus fuerit. Et hinc schisma, dùm alius se Pauli, tantæ famæ viri, discipulum esse jactat; alius verò se Apollo, hominis tam diserti discipulum esse gloriatur; tertius, sive, quia Romæ, Antiochiæ aut alibi, à D. Petro edoctus et baptizatus; sive, quod putat Baronius, quia vult hoc schisma ob Paulum et Apollo exortum, declinare, se Petri omnium apostolorum principis discipulum et filium gloriatur. Quartus denique altiùs assurgens, et sapienter sentiens et loquens dicit : *Ego sum Christi*, cujus ministri tantùm sunt omnes apostoli; ego sum Christianus.

Hoc Corinthiorum schisma non videtur magni fuisse momenti; omnes enim in Christum credebant, omnes se Christianos esse gloriabantur; at D. Paulus Christi Domini verè et unicè amator, ferre non potest quòd suum, vel cujuslibet hominis nomen cum glorioso Christi Jesu nomine misceatur; Paulus, inquam, unitatis Ecclesiæ perfectus amator, omnem horret mystici corporis Christi scissionem; ne minimam quidem illius divisionem pati potest. Ne igitur Ecclesia Christi in varias dividatur sectas, sicut apud paganos Corinthi et alibi philosophorum sectæ, hanc primam fidelium divisionem totis hic impugnat viribus.

Insimulans ergo et arguens Corinthios, quòd non omnes se Christianos esse et dici glorientur, sed aliqui se Paulianos, alii Petrianos, alii Apollonianos dici velint, obsecrat eos; et quidem *per nomen Domini nostri Jesu Christi*, quod addit, ut indicet quod non *sit aliud nomen sub cœlo datum, in quo oporteat* rus putant hoc esse nomen familiæ vel feminæ. Quasi dicat : Ex familiâ Chloes audivi.

Quia contentiones sunt inter vos; contentiones sunt verborum concertationes, ubi quisque vult superare.

Vers. 12. — *Hoc autem dico, quod unusquisque vestrûm dicit : Ego quidem sum Pauli : Ego autem Apollo : Ego verò Cephæ.* Sermo supplendus hoc aut simili modo : Ego sum Pauli discipulus, sectator, tanquàm melioris magistri : et sic de aliis. Alii verò magistrum suum Apollo jactarent, eloquentiam hominis extollentes, ideò que ejus comparatione Paulum deprimentes. Verisimile est Judæos fuisse qui dicebant : *Ego Cephæ*, videlicet Petro studentes tanquàm apostolo circumcisionis. Atque hinc factum ut acriùs inter se contenderent, dùm quique studiosè suum magistrum præferunt.

Ego autem Christi. Constans est interpretum tam

nos salvos fieri, aut gloriari. Per hoc ergo sanctum et adorabile nomen Domini Jesu, obsecrat ut idem dicant, scilicet : Ego sum Jesu Christi, ego sum Christianus, Deo et Christo totus addictus. Et ut non sint deinceps inter eos schismata, circa homines Christi ministros; sed sicut omnes in Christum credunt, sic et omnes sese Christianos dicant; sicque perfecti sint unâ mente, unâque sententiâ : sicut omnium una fides, ita et unum nomen. Ut autem aliter loquentibus horrorem incutiat, in sequentibus versibus ostendit illorum loquelæ absurditatem, quasi blasphemam; quia supponere videtur Christi multiplicitatem, quod sanè blasphemum.

Vers. 13. — Divisus est Christus? (interrogativè;) Syr. : *Numquid divisus est Christus?* Quasi diceret : An apud vos Christus divisus et multiplicatus est? seu an plures apud vos sunt Christi? an Paulus Christus? an Apollo? an Petrus Christus? seu, ut ait Theodoretus, numquid dominii et potestatis socios habet Christus, et propterea divisus est?

Numquid Paulus crucifixus est pro vobis? scilicet, quasi Christus; an non solus Christus pro vobis mortuus est? Theodoretus. Idem intellige de Petro, de Apollo : numquid Petrus, ut Christus, crucifixus pro vobis? Proprium nomen adducit, ne videatur livore ductus, aliorum nomina recordari. D. Athanasius.

Aut in nomine Pauli baptizati estis? scilicet, quasi Christi; idem intellige de Petro et Apollo. His absurdis et blasphemis interrogativè enuntiatis, ostendit absurditatem quasi blasphemam Corinthiorum dicentium : *Ego Pauli, ego Petri*, etc., quia videntur supponere multos Christos. Illisque Corinthiis concludendum relinquit quòd sicut unus Christus est, qui pro nobis crucifixus fuit, et in cujus nomine baptizati sumus, sic et unus tantùm magister et doctor, in quo et de quo gloriandum nobis est, et à quo nomen nobis ducendum. Cæteri magistri et doctores, homines tantummodò sunt, Christi humiles servi sunt; propter Christum, illorum et nostrum Dominum, honorandi quidem sunt; sed nec in eis gloriari nos oportet, nec ab eis nomen sumere licet.

Hâc doctrinâ hocque facto Paulus omnes in Ecclesiâ sectas et factiones simul jugulat; vult omnes in Christum credentes in Christo et de Christo gloriari, à Christo nomen sumere et gloriam; sicut ipse solus pro nobis mortuus est, ita in ipso solo nobis gloriandum.

Observatio moralis.

Hinc ergo discat omnis doctor, animarumque minister, animas ad Christum adducere, uni Deo et Christo devovere. Caveat ne eas sibi devotas alliciat, ut faciat suas; totis suis viribus impediat ne de suo nomine aut personâ glorientur. Meminerit se ministrum, non Dominum; se canalem, non fontem; ad Dominum et ad fontem eas doceat oculos attollere, Dominoque et fonti gratas esse.

Hinc et discat omnis anima christiana Christi ministros doctoresque suos revereri, ob Christum et in Christo; reverentiam illis debent et honorem : sed caveant ne quasi Christos reputent, ne illis superstitiosè adhæreant; aliàs illis meritò dicetur : *Divisus est Christus?* an doctor vester Christus? an pro vobis doctor vester crucifixus? Meminerit quòd sicut unus Christus est, sic et unus magister, unusque doctor, in quo nobis est gloriandum. Ideò pro nobis crucifixus est Christus, ideò in sanguine illius baptizati sumus, ut illi simus toti devoti et addicti : *Empti estis pretio magno, glorificate* Redemptorem, et propter Redemptorem, honorate redemptionis ministros, doctores, baptistas, confessarios, etc.

Vers. 14. — Gratias ago Deo, quod neminem..., id est, neminem ferè, seu perpaucos manibus meis baptizaverim; id enim divinâ providentiâ factum agnosco, ne huic blasphemæ absurditati ultimò enuntiatæ, occasionem darem. Per hoc arguit et baptizantes et baptizatos, qui ad injuriam Salvatoris, baptismatis ejus gratiam hominibus deputabant; illis dissimulantibus gloriæ causâ, Ambros., seu Hilarius Diaconus, ut volunt.

Neminem vestrum baptizavi, nisi Crispum. Fuit Corinthi archisynagogus, sicut et Sosthenes, sive uterque simul archisynagogi fuerint in duabus synagogis, erant enim plures aliquando in eâdem urbe; sive alter alteri successerit in eâdem synagogâ; et Caium, hospitem, scilicet, meum.

Vers. 15. — Ne quis dicat quod nomine meo...;

Græcorum quàm Latinorum sententia, Paulum hoc addidisse velut benè et christianè dictum, ac doluisse quod non omnes hoc idem dicerent. Erat enim hæc vox unitatis, non schismatis.

Ego autem Christi, non malè, sed rectè loquentium est, si absit contentio, et contemptus apostolorum et vicariorum Christi : omnes enim decebat dicere : Nos sumus Christi, puta Christiani. Ita Ambros., Theophyl., D. Thomas, et hunc sensum confirmant ea quæ scribuntur cap. 3 : *Vos autem Christi, Christus autem Dei.*

Vers. 13. — *Divisus est Christus?* Sensus est : Num Christi corpus dissectum est in partes? Ac si dicat, ut solet, *absit.*

Numquid Paulus crucifixus est pro vobis? Q. d. : Numquid Paulus suâ passione vos redemit? Minimè; solus enim hoc Christi est, qui solus noster est redemptor.

Aut in nomine Pauli baptizati estis? Q. d. : Unus est Christus, in cujus nomine æquè omnes baptizati estis : ergo frustra pro nobis, Baptismi ministris de præcellentiâ contenditis. Hinc D. Thom. et alii, adeòque Græcorum historia docet, Græcos accepisse hanc suam Baptismi formam, ut non dicant : Ego te baptizo; sed : *Baptizetur servus Christi in nomine Patris, et Filii, et Spiritûs sancti :* ne quis dicat : *Ego sum Pauli, ego sum Apollo.*

Vers. 14. — *Gratias ago Deo, quòd neminem vestrùm baptizavi.* Et quidem Deo gratias agit, cujus providentiâ factum sit, ut hoc, quod est Paulum non baptizâsse Corinthios, cesserit ad eorum bonum, id est, ad evitationem peccati, quo jactarent se in Pauli nomen baptizatos esse; aut tanquàm per Baptismum in ejus nomen ascripti dicerent : *Ego sum Pauli.*

Nisi Crispum et Caium. Crispus apud Corinthios Judæorum archisynagogus fuerat : quem Paulo prædicante credidisse Domino cum omni domo suâ scribit Lucas, Act. 18. Porrò Caius hospes erat Pauli, ut ipse testatur Rom. ult.

Vers. 15. — *Ne quis dicat*, etc.; Græcè, *quòd in no-*

Gr., *quòd in nomen meum baptizavi;* ne quis calumnietur dicens quòd in nomine meo vos baptizaverim, voluerimque vos nominari Paulianos.

VERS. 16. — BAPTIZAVI AUTEM ET STEPHANÆ DOMUM, cujus elogium vide cap. ultimo hujus Epistolæ, v. 15. NESCIO NUM ALIQUEM ALIUM è Corinthiis baptizavi. D. Thomas arbitratur hinc Græcos hâc formâ baptizare: *Baptizetur servus Christi*, etc., non verò : *Ego te baptizo*, etc., ne cui daretur occasio dicendi : *Ego sum Pauli, ego Cephæ...*

VERS. 17. — NON ENIM MISIT ME CHRISTUS BAPTIZARE... ; non enim me primariò et principaliter misit Christus ut baptizarem, sed ut prædicarem. Prædicatio primarium est apostolorum munus. Hinc episcopis à conc. Trid. præscriptum.

NON IN SAPIENTIA VERBI ; à schismatis reprehensione transit latenter ad schismatis originem ; et quia ex immodico eloquentiæ studio et affectu exortum fuerat, ideò hìc et tribus sequentibus capitibus sapientiam secularem deprimit; crucis verò virtutem et humilitatem ubique commendat. Misit, inquam, Christus me prædicare, non sermonibus multâ eruditione et eloquentiâ ornatis. Reprehendit ergo Corinthios sapientiæ et eloquentiæ nimiùm addictos.

UT NON EVACUETUR CRUX CHRISTI... ; Syr. : *Ne inanis reddatur crux Christi,* in hominum scilicet opinione, dùm putarent se ad fidem per eloquentiæ vim adductos, non per virtutem crucis et crucifixi gratiam. Ubi major apparatus eloquentiæ, ibi minor virtus apparet in cruce, quia tunc fides Evangelio data, artificiosis hominum verbis potest ascribi, non soli crucis virtuti.

UT NON EVACUETUR..., ut hanc vocem benè intelligas, supponendum 1° quòd crux, ob Christum in eâ crucifixum, sit salutiferâ virtute plena; arbor est vitæ, lignum salutis, fons gratiæ; 2° quòd hæc vita, hæc salus, hæc gratia è cruce et è Crucifixi corde per fidem fluat in animas credentium ; *fides autem ex auditu, auditus verò per verbum.* Hinc sicut fides est simplex, et sicut crux nuda fuit, ita verbum fidei sit simplex; ita prædicatio crucis nuda, non ornata, non compta. Quò simplicius verbum, eò clariùs apparet et crucis virtus et gratia Crucifixi; quò plus studii in sermone, eò minùs virtutis apparet in cruce; per sermonis apparatum extenuatur, evacuatur virtus crucis, crux et Crucifixus defraudatur suæ virtutis et potentiæ laude. Caveat ergo curiosior divini verbi præco, ne Christus in judicio sibi improperet, quòd nimio sermonis ornatu, et variâ eruditionis ostensione, virtutem crucis evacuaverit, seu crucem suâ laude defraudaverit. Caveat et Crucifixi præco, sed suæ potiùs quàm Crucifixi gloriæ studiosus, ne sibi improperetur, quòd crucem evacuaverit, Crucifixum suâ gloriâ spolians, ut eam faceret sibi propriam.

VERS. 18. — VERBUM ENIM CRUCIS... Dixi : Ne *evacuetur virtus crucis,* et non sine causâ dixi : nam simplex prædicatio crucis et Crucifixi, seu potiùs de Christo pro nobis in cruce mortuo, licèt incredulis, salutis viam per fidem ingredi nolentibus, et ideò PEREUNTIBUS, stultitia videatur; nobis tamen credentibus et in salutis viâ per fidem constitutis DEI VIRTUS EST, et potentia. Quid stultius, inquiunt infideles, quàm salutem ab homine crucifixo sperare? Seipsum non salvavit, quomodò salvabit alios? Hæc quidem blasphemant impii, quia crucis virtutem et Crucifixi potentiam ignorant; at nos fideles novimus quòd, *et si ex infirmitate carnis crucifixus est,* virtute tamen divinitatis est potentissimus : scimus quòd ipsius mors vita nostra sit; et quia id scimus per fidem. Hinc Christi mors nobis DEI VIRTUS EST; hinc simplex hujus mortis prædicatio medium et instrumentum est, quo Dei potentia salutem nostram operatur.

VERS. 19. — SCRIPTUM EST ENIM..., quòd simplex crucis verbum, non verò sapientia et eloquentia humana, sit Dei virtutis medium et instrumentum, per quod salutem hominum operaturus esset Deus. Probat ex Isai. 29, 14, juxta Septuaginta prædicente quòd Deus sapientiam humanam esset reprobaturus et eâ ad opus salutis nostræ non usurus.

PERDAM, id est, ostendam perditione dignam, rejiciam SAPIENTIAM mundi, sive secularem, ET PRUDENTIAM PRUDENTIUM REPROBABO; Syr. : *Et prudentes*

men meum baptizavi. Ne quis me calumnietur, et dicat, quòd vos baptizando transcripserim in nomen meum, ac de me Paulianos vocari voluerim, tanquàm meo Baptismo sanctificatos.

VERS. 16. — *Baptizavi autem et Stephanæ domum.* Stephanas, ait Theoph., vir erat Corinthi celebris, quem proindè à fide et charitate laudat Paulus, cap. 16.

Cæterùm nescio si quem alium baptizaverim, ex vobis, id est, Corinthiis. De his enim ad quos scribit, propriè loqui videtur.

VERS. 17. — *Non enim misit me Christus baptizare, sed evangelizare.* Sic intellige : Non principaliter ad hoc me misit, ea non est primaria pars legationis meæ. Fecit ergo utrumque, sed alterum per alios, à quibus id facilè fieri poterat : ipse in eo, quod majus ac difficiliùs erat, totus occupatus.

Non in sapientiâ verbi, id est, cum eloquentiâ et sermonis ornatu non evangelizo. Hoc est quod repetit initio proximi capitis, se venisse, non in sublimitate sermonis aut sapientiæ. Utrumque enim à se removet, et sermonis apparatum, et sapientiæ secularis ostensionem.

Ut non evacuetur crux Christi, id est, inanis reddatur, dùm putant homines se salutem assecutos, et sibi fidem persuasam esse vi humanæ eloquentiæ, non vi passionis Christi. Hæc fuit origo schismatis dicentium : *Ego sum Pauli, ego Apollo;* quòd scilicet Apollo eloquens placeret nonnullis Corinthiis delicatis, et eloquentiæ studiosis; aliis verò spiritum magis quàm verba quærentibus, placeret Paulus imperitus quidem sermone, sed non scientiâ. Unde Paulus, hìc, et per tria sequentia capita, multis eloquentiam et sapientiam secularem insectatur et deprimit.

VERS. 18. — *Verbum enim crucis, pereuntibus quidem stultitia est;* q. d. : Sermo de cruce salvatrice, sive quòd per crucem et passionem Christi redempti sumus, incredulis ac perversis hominibus. ideòque perituris stultitia apparet.

Iis autem qui salvi fiunt, id est, nobis, Dei virtus est, id est, potentia, robur, fortitudo. Loquitur in personâ electorum. Nec enim alii sunt qui salvi fiunt, quàm electi : ut nec alii qui pereunt, quàm reprobi.

VERS. 19. — *Scriptum est enim*, Isaiæ 29, ubi sic ait : *Peribit sapientia à sapientibus ejus, et intellectus prudentum ejus abscondetur*, passivè. Sed Septuag., quos

mente privabo ; abscondam, efficiam ne luceat ; ostendam nulli eam esse usui ad homines ducendos ad Christum.

Vers. 20. — Ubi Sapiens... Altero Isaiæ loco, 33, 18, id factum esse probat, quærens : *Ubi sapiens?* id est, gentilis philosophus. Ubi scriba? Judæorum doctor. Ubi conquisitor hujus seculi? seu curiosus rerum naturæ indagator, physicus ; Syr., *disputator*, quia res physicæ disputationi maximè subsunt. Mundum tradidit disputationi eorum; quasi diceret : Quem eorum Deus assumpsit in Evangelii sui ministrum? Supponens quòd respondeatur quia nullum, concludit : Nonne stultam fecit Deus sapientiam.. ; quasi diceret : Nonne hoc suo contemptu Deus ostendit stultam esse hujus mundi sapientiam? Nonne infatuavit Deus sapientiam mundi, ait Tertullianus. Palàm ostendit esse fatuam, inanem, inutilem, nullius momenti, quam Deus suis rebus adhibere noluit.

Quàm fatua, quàm vana, inanis et contemptibilis illa sapientia, quæ nec potuit veritatem invenire, nec alios ad veritatem adducere ! Quàm sapiens, et docta, et veneranda crucis stultitia quæ cœlestem Evangelii veritatem et docuit homines, et in mundo stabilivit, invitis omnibus mundi sapientibus et potestatibus ! Hæc est Dei virtus ; hæc gloria Christi ; hæc sapientiæ mundanæ confusio. Ubi nunc sapientes? confusi sunt, depressi sunt, annihilati per piscatorum prædicationem.

Vers. 21. — Nam quia in Dei sapientia... ; Græc. : *Postquàm enim in Dei*, etc. ; hujus rei rationem reddit Apostolus, idque justum ostendit.

Nam quia mundus, seu mundi doctores et sapientes, ex Dei sapientia, id est, ex rebus à Deo sapienter factis, seu creaturis, in quibus elucet mira Dei sapientia ; Deum mundi opificem, per suam sapientiam et solertiam non cognovit, non reveritus est, nec glorificavit. Græci, seu gentiles, doctorem habebant sapientiam Dei, nempe illam quæ in creaturis cernitur ; Deum tamen non agnoverunt. Theophylactus.

Placuit Deo... ; ideò reprobatâ hâc sapientiâ, *placuit*, benè visum est *Deo*, per prædicationem crucis (quæ videtur mundi sapientibus stultitia) salvos facere, non sublimia speculantes, aut disserentes, sed simpliciter credentes. Mutata est itaque per peccata hominum via salutis. Deus Creator noster sapientiam suam in hujus mundi opificio, tam sapienter conditi, visibiliter hominibus exposuerat ; ut ex operis admiratione raperentur in opificis cognitionem, admirationem, amorem et cultum. Hoc non cessit feliciter ; *evanuerunt homines in cogitationibus suis... Deumque non glorificârunt ;* hinc *placuit Deo* per crucem specie contemptibilem, sed virtute mirabilem, vanam castigare sapientiam, hominesque non speculantes, aut disputantes salvare, sed *credentes*. Fides ita salutis medium necessarium, ut sine fide illâ, vana sit et inutilis scientia.

Vers. 22. — Quoniam et Judæi signa petunt... ; explicat præcedentia, scilicet, *placuit Deo per stultitiam...* ; quasi diceret : Mirum sanè Dei placitum ! *quoniam et ;* Græc. et Syr., *quandoquidem et, Judæi* miraculis assueti, *signa quærunt*, quibus ad credendum moveantur. *Græci*, seu gentiles, ratiocinationibus dediti, *sapientiam quærunt*, argumentis et syllogismis volunt suaderi :

Vers. 23. — Nos autem, Dei jussu, prædicamus

sequitur Paulus vertunt activè : *Perdam sapientiam sapientium, et prudentiam prudentum abscondam.* Pro quo Paulus habet *reprobabo ;* et, ut Tertull. vertit, *irritam faciam :* estque idem sensus. Peribit enim sapientia, quia Deus eam perdet et abjiciet. Nota Paulum referre ad universum genus sapientiæ secularis id quod propheta propriè de Judæorum sapientiâ, quæ Pharisaica erat, dixit. Est enim par quoad hoc utriusque, imò omnis sapientiæ secularis, ratio. Q. d. : Faciam ut sapientiâ seculari homines ad salutem uti nolint, sed Evangelio, et cruce Christi.

Vers. 20. — *Ubi sapiens*, id est, philosophus gentilium. *Ubi scriba?* id est, doctor Judæorum. Citat Paulus Isaiæ 33. *Ubi*, inquit, *est litteratus? Ubi legis verba ponderans* (id est, scriba)? *Ubi doctor parvulorum?* qui reipsà est *conquisitor seculi. Ubi conquisitor seculi?* physicus, qui naturæ et mundi arcana curiosè scrutatur. Q. d. : Abjecti sunt philosophi et scribæ, omnesque mundi sapientes depressi et confusi sunt, per prædicationem apostolorum et gloriam Evangelii. Ita Chrysostomus.

Nonne stultam fecit Deus sapientiam hujus mundi? Stultam fecit, id est, stultam ostendit : ponitur verbum reale pro mentali vel verbali. Stultam, inquam, in crucis et Christi ac salutis cognitione ; ad hanc enim fide opus est, non acumine. Ita S. Chrysost. *Scientia piscatorum*, inquit S. Ambrosius, *stultam fecit scientiam philosophorum*, cùm scilicet suos et naturæ terminos egressa est.

Vers. 21. — *Nam quia in Dei sapientiâ non cognovit mundus, per sapientiam Deum. In Dei sapientiâ*, quam scilicet ostendit in sapientissimâ et tam stupendâ mundi fabricâ, et gubernatione, ait D. Thom., Dei sapientiam intelligunt relucentem in opificio mundi ; metonymicè tamen acceptam pro ipso mundi opificio, omnibus ad contemplandum exposito.

Placuit Deo per stultitiam prædicationis salvos facere credentes. Hinc Deus per rem, quæ mundo videtur stulta, scilicet per crucem, mundo se et salutem veram revelavit, ut stultis se accommodaret, et cum eis quasi stulteseeret uti præceptor cum pueris repuerascit et balbutit. Sic Christus, quia non intelligebatur ut Deus, hominibus se revelavit, ut homo, et passibilis. Hoc autem ingens est sapientia. Ita D. Thom., Anselm. et alii.

Vers. 22. — *Quoniam et Judæi signa petunt.* Commendat Apostolus virtutem evangelicæ prædicationis tam Judæis quàm gentilibus despectæ. Siquidem, inquit, et Judæi signis olim assueti, signa, id est, miracula, exigunt ; quibus velut divinis testimoniis adducantur ad credendum.

Et Græci sapientiam quærunt. Et Græci, inquit, solam sectantes rationem naturalem, requirunt humanam sapientiam, id est, philosophicis rationibus doctè et disertè propositis persuaderi volunt : et si quid ratione assequi nequeant, quale est mysterium crucis, non recipiunt, sed explodunt atque irrident. Quemadmodùm Paulo contigit Christum prædicanti apud Athenienses philosophos, Act. 17, unde et à Festo præside audivit : *Insanis, Paule*, Actorum 26.

Vers. 23. — *Nos autem prædicamus Christum crucifixum.* In captivitatem redigentes omnem intellectum in obequium Christi. Opponit enim Apostolus prædicationem Christi crucifixi sapientiæ seculari.

Judæis quidem scandalum ; quia crucis opprobrium eos turbavit, et impedivit.

CHRISTUM CRUCIFIXUM, JUDÆIS QUIDEM SCANDALUM, quia crucifixus; expectabant enim Messiam summâ cum potentiâ et majestate venturum. Hæc infirmitas et crucifixio Judæis est lapis offensionis et petra scandali.

GENTIBUS AUTEM STULTITIAM : quid enim stultius quàm ab homine crucifixo salutem sperare?

VERS. 24. — IPSIS AUTEM VOCATIS JUDÆIS ET GRÆCIS. Objici poterat : Ad quid ergo prædicas Crucifixum, apostole, qui scandalum et stultitia est, sicque Judæos et Græcos offendit? Cui respondet : Ideò Crucifixum prædico, quia Crucifixus meus et infirmitas est et potentia, et stultitia et sapientia; non credentibus quidem stultitia et imbecillitas, iis AUTEM qui divinâ gratiâ ad fidem VOCATI, credunt, sive gentiles sint, sive Judæi, iis, inquam, hic Crucifixus DEI VIRTUS EST ET SAPIENTIA, sicut sol cæcis tenebræ, videntibus verò lumen. Theodoretus.

VERS. 25. — QUIA QUOD STULTUM EST DEI... Probat hanc ultimam propositionem, quòd vocatis Crucifixus sit Dei virtus et sapientia; quia quod stultum Græco videtur in Deo crucifixo, hoc ipsum omni sapientiâ humanâ sapientius est; quod infirmum Judæis videtur in Messiâ crucifixo, hoc omni potentiâ humanâ fortius. Hoc enim stultum et infirmum Dei fecit quod nec omnis humana sapientia, nec tot prodigia fecerunt; sive in gentilibus, sive in Judæis; scilicet homines convertit, salutem operatum est. Hoc stultum Dei omni sapientiâ humanâ sapientius est, quia omnem tandem philosophiam devicit, sibique subjecit; omnem intellectum *captivavit in obsequium Christi*. Hoc infirmum Dei omni humanâ potentiâ fortius, quia omnem sibi contradicentem potentiam superavit; Crucifixus, morte quasi victus, omnem vicit, sibique subjecit mundum.

Hic ergo repeti potest, quod dictum supra : *Ubi sapiens? ubi scriba? ubi conquisitor...?* adde ubi nobilis? ubi potens?

VERS. 26. — VIDETE ENIM VOCATIONEM VESTRAM...; quasi diceret : Hoc omne quod dico vobis, scilicet et *quòd per stultitiam prædicationis...*, v. 20; et *quòd Christus Dei sit virtus et sapientia*, 24; et *quòd stultum Dei...*, 25; hoc, inquam, patet in vocatione vestrâ. Attendite enim ad vocationis vestræ rationem et modum, sive Dei ministros, qui vos vocârunt, spectetis; sive vosmetipsos, qui vocati estis; certè non multos reperietis aut inter illos, aut inter vos, qui humanâ et carnali sapientiâ, potentiâ et nobilitate sint præditi. Dicit non multos : erant enim aliqui, v. g., Dionysius Areopagita, Paulus proconsul, Nicodemus, ipse Paulus, Apollo.

VIDETE VOCATIONEM VESTRAM, id est, et vocantes et vocatos; scilicet, videte quales sint.

VERS. 27.— SED QUÆ STULTA SUNT MUNDI... Sed Deus eos elegit quos, ob simplicitatem et ignorantiam, quasi stultos reputat mundus; UT CONFUNDAT SAPIENTES, et eos qui nullius sunt in mundo potentiæ, plebeios, *ut confundat*, Græc., *pudefaciat*, Syr., *pudore afficiat*, FORTIA, hujus seculi potentes.

VERS. 28. — ET IGNOBILIA MUNDI..., et ignobiles et despectos, et pro nihilo habitos in mundo Deus elegit UT DESTRUERET eos qui in magno habentur pretio, scilicet nobiles, potentes, sapientes, eosque quasi nihil esse ostenderet.

Gentibus autem stultitiam; mera stultitia erat hominem crucifixum aut prædicare, aut credere mundi salvatorem.

VERS. 24. — *Ipsis autem vocatis Judæis atque Græcis*, iis verò qui divinâ prædestinatione vocati sunt ad fidem, sive Judæi illi sint, sive Græci, id est, gentiles.

Christum Dei virtutem, et Dei sapientiam, virtus quidem, id est, potentia, quâ eripuit eos è potestate diaboli, qui in Evangelio vocatur *fortis armatus*, Luc. 11. Sapientia verò, quam ostendit in eo quòd per humilitatem et crucem et mortem Christi Filii sui electos redemit.

VERS. 25.— *Quia quod stultum est Dei*, etc., id est, stultitia et infirmitas Dei, id scilicet quod in Deo et Christo nato et passo putant stultum et infirmum; scilicet Dei humanitas, mortalitas, passio, crux, fuit id, quo sapientissimè et fortissimè Christus quasi vicit homines, Satanam, et totum orbem, aiunt SS. Ambrosius et Anselmus. Quasi dicat : In eo patet mira Dei sapientia et virtus, quòd per rem stultam atque infirmam, scilicet crucem, sapientiam omnem et fortitudinem vicerit. In cruce redemit hominem, non per potentiam deitatis, sed per justitiam et humilitatem passionis, ut ait S. Augustinus.

VERS. 26.— *Videte enim vocationem vestram, fratres. Vocationem* dicit vocatos, sicut alibi *circumcisionem*, circumcisos. Videte, inquit, et considerate vocatos ad fidem, id est, fideles, qui et quales sint, etiam illi qui inter eos præcipui sunt, ut apostoli Christi.

Quia non multi sapientes secundùm carnem, id est, quòd non multi humanâ sapientiâ præditi; supplendum vel ex eo quod præcedit, *vocati sunt*, vel ex sequentibus, *electi sunt;* utique ad fidem, vel etiam ad Evangelii prædicationem.

Non multi potentes. Potentes secundùm seculum intellige.

Non multi nobiles, id est, claro genere nati. Non dicit Apostolus : Nemo sapiens secundùm carnem, nemo potens, nemo nobilis. Nam hujusmodi etiam nonnulli primis illis temporibus ad fidem accesserunt, ut Nicodemus princeps Judæorum, Joseph ab Arimatheâ, nobilis decurio, Dionysius Areopagita, etc.; verùm hi comparatione multitudinis credentium paucissimi erant. Cæterùm inter duodecim Christi apostolos, à quibus primùm omnium crux Christi prædicata fuit mundo, nullus omninò secundùm seculum sapiens, potens, nobilis. Hinc Ambrosius, lib. 5 in Lucam, ad illud cap. 6 : *Elegit ex ipsis :* Adverte, inquit, cœleste consilium : non sapientes aliquos, non divites, non nobiles, sed piscatores, et publicanos, etc.; vanum ergo videtur, quod de nobilitate et purpurâ S. Bartholomæi fabulantur nonnulli.

VERS. 27. — *Sed quæ stulta sunt mundi elegit Deus, ut confundat sapientes*, id est, ut pudore afficiat sapientes : non qui essent, sed qui esse viderentur, ait S. Augustinus, serm. 65, vel *sapientes* non simpliciter, sed secundùm carnem. Pudefiunt enim hujusmodi sapientes, dùm per suam sapientiam præstare non possunt, id est, homines ad æternam salutem adducere et beatos facere, quod sine eâ præstant indocti.

Et infirma mundi elegit Deus, id est, infirma secundùm mundum, dicit homines nullâ seculi potentiâ præditos, sed plebeios et inopes.

Ut confundat fortia, id est, ut illorum comparatione veluti pudefaciat omnem hujus mundi potentiam : dùm per illos facit, quod potentes seculi non possunt.

VERS. 28. — *Et ignobilia mundi et contemptibilia*

Ea quæ non sunt, id est, quæ nihil esse reputantur; ea quæ sunt, id est, quæ magni æstimantur. Tria mundus æstimat et miratur : sapientiam, potentiam, nobilitatem; hæc tria Deus sprevit in hominum vocatione ad salutem; è contra, insipientiam, impotentiam et ignobilitatem ad salvandos homines elegit. Qui ex nihilo fecerat omnia, ex privationibus reparavit omnia. Per insipientes docuit mundi sapientes, et per infirmos et impotentes superavit reges, omnes seculi potestates; per ignobiles omnem humiliavit nobilitatem et excellentiam mundanam.

Vers. 29. — Ut non glorietur omnis caro..., homo à parte sui viliore caro dicitur ad majorem humiliationem; quasi diceret, mortalis : ut nulli mortalium occasio detur jactandi se vocatum, sive ad Christianismum, sive ad munus apostolicum, vel ob scientiam, vel ob natalium nobilitatem, vel ob potentiam, vel ob alia præclara merita; sed ex merâ Dei gratiâ. Hinc in omnium mortalium cordibus annihilatio coram Deo; sive in nobilibus, potentibus, sapientibus, quia propter arrogantiam suam à Deo contempti, neglecti, repudiati. Ut enim benè notat Theophylactus, id non ex primario Dei consilio factum est; sed propter arrogantiam suam, indigni facti sunt prædicatione Evangelii, ejusque susceptione, sive in plebeiis, ignobilibus, indoctis, quia ex mero Dei beneplacito assumpti. Soli ergo Deo gratias referant humiles et grati.

Hinc et disce, quisquis sis, omnem seculi pompam et celsitudinem spernere, si velis salvari. Omnia quæ plurimi æstimantur à mundo, Deus habet pro nihilo; ergo et tu habe pro nihilo, si velis à Deo æstimari, diligi. Cor tuum cordi divino conforma; sperne quod spernit Deus; æstima quod Deus considerat.

elegit Deus; et eos qui secundùm seculum ignobiles erant et obscuri, ideòque despecti, velutique pro nihilo habiti, elegit Deus.

Et ea quæ non sunt, id est, abjecta, quæ pro nihilo habentur, quasi dicas homines nullius nominis aut numeri. Deus elegit apostolos abjectos qui pro nihilo habebantur.

Ut ea quæ sunt destrueret, id est, ea quæ habentur in pretio, puta sapientes et potentes mundi, destrueret et quasi annihilaret; ut eos qui magni sunt hominum æstimatione, contemptibiles et obscuros redderet, ac velut ad nihilum redigeret : quod est destruere juxta versionem nostram.

Vers. 29. — *Ut non glorietur*, etc., *non omnis*, id est, nullus. Rursùm *caro*, id est, homo. Quasi dicat : Ideò Deus elegit et vocavit ad Christum non sapientes, nobiles, et potentes; sed rudes, ignobiles, et impotentes, ut nullus homo glorietur se vocatum ad Christianismum ob suam sapientiam, opes, nobilitatem, fortitudinem, et merita; sed sciat se vocatum ex merâ Dei gratiâ. Ita S. Anselmus.

Vers. 30. — *Ex ipso autem vos estis in Christo Jesu; ex ipso* scilicet Deo, et non ex vobis, etiam vos estis quidquid estis coram Deo; et ab eo habetis quidquid boni quod ad pietatem pertineat, habetis, idque per Christum Jesum. Aliter : Vos estis ex Deo, id est, filii Dei, homines Dei estis, velut ex Deo nati, idque per Christum. Tertius sensus : Ex Deo vos estis in Christo, id est, per Dei gratiam estis Christiani, Christo incorporati, et beneficiorum ejus participes.

Qui (Christus) *factus est nobis sapientia à Deo, et justitia, et sanctificatio, et redemptio*, nempè causalis, quòd Christi merito justitiam, sanctificationem et redemptionem à Deo acceperimus. Christus factus est nobis auctor et causa veræ et christianæ sapientiæ, redemptionis, sanctitatis, et justitiæ; primò, satisfactoriè et meritoriè : idque maximè hic spectat Apostolus; quia Christus pro debito humano, justissimo sanguinis sui pretio satisfecit, et meruit nobis justitiam, sapientiam et sanctitatem, adeòque factus est nobis justitia; quia justitia, id est, satisfactio Christi nostra est perinde ac si nos Deo satisfecissemus. Unde, ut theologi docent, in justificatione per Sacramenta, quasi priùs naturâ Christi satisfactio nobis applicatur; ut deinde posteriùs naturâ propter eam remittantur peccata, et gratia infundatur.

Cor tuum ô Deus, imprime cordi meo! pone te ut signaculum super cor meum!

Vers. 30. — Ex ipso autem vos estis... *Ex ipso* et per ipsum, id est, ex ipsius dono, et per illius gratiam, et vos, ô Corinthii, estis nova in Christo creatura, Christiani, Christo inserti, incorporati.

Qui factus est nobis sapientia a Deo qui Christus à Deo nobis datus est, ut auctor sapientiæ, justitiæ, sanctificationis et redemptionis; seu, per quem Christum, Dei beneficio, accepistis veram sapientiam, justitiam, etc. Pro nobis moriens, nos à peccati servitute redemit; per baptismum nos in suo sanguine lavans, fecit justos et sanctos; in eodem sanguine nos regenerans, ex ignobilibus fecit nobiles; ex filiis iræ, Dei filios; ex peccatoribus justos et sanctos; ex stultis sapientes, divinâ scilicet sapientiâ. Hæc omnia nobis Christus per suam passionem promeruit, et per suam gratiam et Sacramenta produxit in nobis. Per Christum Deus nobis omnia dedit et veram sapientiam, et justitiam, et sanctificationem; et aliquando à morte et à miseriâ redimemur, ut in Domino solo gloriemur. Omnia supernaturalia per ipsum, tota religio in ipso.

Per redemptionem potest intelligi perfecta redemptio à morte scilicet et miseriis, per resurrectionem. Potest et dici quòd Christus Evangelio suo sit nostra sapientia; suâ gratiâ, nostra justitia; sacrificio suo, nostra justificatio; suâ resurrectione, nostra redemptio à miseriis.

Vers. 31. — Ut quemadmodum scriptum est..., Jerem. 9, 23, 24, non iisdem verbis, sed sensu, hinc concisè sumpto. Ex Dei dono Christus omnia nobis factus est, ut nemo nostrûm, nec in seipso, nec in alio quo-

Vers. 31 — *Ut quemadmodum scriptum est* (apud Jeremiam, cap. 9, non verbis tamen iisdem, sed sensu) : *Qui gloriatur*, etc. Apud prophetam sic legitur : *Non glorietur sapiens in sapientiâ suâ, et non glorietur fortis in fortitudine suâ, et non glorietur dives in divitiis suis : sed in hoc glorietur qui gloriatur, scire et nôsse me.* Sensus igitur Apostoli ex prophetâ est hujusmodi : Qui gaudet et gloriatur se habere aliquid unde placeat Deo, non id suæ sapientiæ aut potentiæ aut alteri cuicumque bono naturæ ascribat, sed soli gratiæ Dei acceptum ferat. Quanquàm illud *in Domino*, potest de Christo accipi, de quo proximè sermo fuerat, ut sensus sit, in nullâ aliâ re gloriandum esse, quàm in eâ quam per Christum habemus, qui nobis omnia factus est. Non ergo, ô Corinthii, in vobis, non in Paulo, vel Apollo præceptoribus vestris, sed in Domino gloriamini. *Ille* (ait S. Anselmus) *in solo Domino gloriatur, qui cognoscit non suum, sed illius esse, non solum ut sit, sed etiam ut non nisi ab illo benè sit sibi, à quo habet ut sit.*

piam homine gloriatur; sed *in Domino*, seu in Dei bonitate; quasi diceret: Quid ergo vos, ô Corinthii, gloriamini, sive in vobis ipsis, sive in aliis hominibus, ob sapientiam, etc.? Gloriamini autem in eo, qui in Christo Jesu vos regeneravit, illuminavit, justificavit, Spiritu sancto donavit, à morte aliquando vindicabit, hincque Christiani denominamini.

Corollarium pietatis, seu in hoc capite primo ad pietatem maximè notanda, et in praxim redigenda.

In hoc primo capite tria ad suam ædificationem notet omnis, et quilibet christianus. Primum, quanti facere debeat Christianismi gratiam. Secundum, quantùm horrere debeat omnem in Christianismo divisionem. Tertium, quantùm spernere debeat quæ mundus quidem æstimat, Deus autem spernit, sapientiam humanam, potentiam, nobilitatem.

Primum colligitur ex v. 9, ubi Christianismus dicitur communio, societas cum Christo. Per baptismum Christo, Filio Dei, unitus, incorporatus, factus sum unum quid cum eo, quasi Christus ipse. Per baptismum itaque factus sum in Christo filius Dei, hæres Dei, cohæres, consors, socius Filii Dei; jus habens in illo ad æternam bonorum Dei fruitionem cum eo. Quid majus, quid nobilius potest excogitari? quid felicius Deus ipse mihi dare potest? ob id gratias immensas Deo.

Ibidem, v. 9, vide ad quid adstringat hæc nobilitas: scilicet ad participationem, seu imitationem internæ et externæ Christi sanctitatis. Illum imitaberis intùs, si Spiritu Dei agaris; imitaberis exteriùs, si sancta quæque opereris. Hæc utraque imitatio debet esse tota nostra æmulatio; quò plus similes erimus Christo, eò plus socii, consortes, cohæredes erimus Christi. Vide ibid.

Secundum colligitur, primò ex dictis ad v. 10. Duo Christianos omnes ad perfectam unionem invitant, nimirùm unitas corporis, et unitas spiritûs. Unum corpus sumus omnes. Unus spiritus, quo vivere debemus omnes. Omnes ergo mens una, cor unum debemus esse; qui secùs facit, Christi corpus, Christique spiritum quasi dividit, quod horrendum. Secundò ex dictis ad v. 12 et 13, de horrore quem ipse D. Paulus habuit de minimâ corporis Christi scissione. Tertiò ex ejus interrogatione: *Numquid divisus est Christus?* quæ interrogatio potest Christianorum divisionibus applicari.

Tertium colligitur ex dictis v. 27, 28, 29. Tria mundus æstimat, sapientiam seu scientiam, potentiam, nobilitatem, et hæc tria Deus sprevit in hominum salute procurandâ. Stulta, infirma, ignobilia elegit Deus, et ea quæ non sunt, ut ea quæ sunt, scilicet nobiles, potentes, sapientes destrueret. In his ergo non gloriandum, imò ob hæc tremendum, quia à Deo contempta et reprobata. In Deo solo gloriandum. Deus unicè diligendus. Cor nostrum cordi divino penitùs conformandum.

Speciatim notanda ab Ecclesiæ ministris.

In hoc eodem capite, præter tria jam notata, et omnibus Christianis communia, Ecclesiæ ministri habent quædam sibi speciatim annotanda. Omnes ergo primum versum notent: *Paulus, vocatus apostolus Jesu Christi, per voluntatem Dei;* et hinc ad suam vocationem attendentes, videant, an per Dei voluntatem in ministerium sint ingressi; timeant ne secundùm ejus indignationem et iram. Videant ibi dicta.

Pastores, directores, omnesque animarum curam habentes, notent dicta ad v. 14, videantque num animas ad Christum Dominum ducant; an verò sibi ipsis devotas alliciant, reddantque suas. Concionatores, verbi Dei ministri, notent dicta ad v. 17: *Non in sapientiâ verbi, ne evacuetur crux Christi;* et ad semetipsos reflexi, videant quà simplicitate, tum animi, tum verborum, prædicent verbum crucis, seu Crucifixum. Videant ibi dicta; videant et dicta ad v. 20, 21, 22, 23, 25, 26.

CAPUT II.

1. Et ego, cùm venissem ad vos, fratres, veni non in sublimitate sermonis aut sapientiæ, annuntians vobis testimonium Christi.

2. Non enim judicavi me scire aliquid inter vos, nisi Jesum Christum, et hunc crucifixum.

3. Et ego in infirmitate, et timore, et tremore multo fui apud vos:

4. Et sermo meus, et prædicatio mea, non in persuasibilibus humanæ sapientiæ verbis, sed in ostensione Spiritûs et virtutis:

5. Ut fides vestra non sit in sapientiâ hominum, sed in virtute Dei.

6. Sapientiam autem loquimur inter perfectos; sapientiam verò non hujus seculi, neque principum hujus seculi, qui destruuntur;

7. Sed loquimur Dei sapientiam in mysterio, quæ

CHAPITRE II.

1. Pour moi, mes frères, lorsque je suis venu vers vous pour vous annoncer l'Evangile de Jésus-Christ, je n'y suis point venu avec les discours élevés d'une éloquence et d'une sagesse humaine;

2. Car je n'ai point fait profession de savoir autre chose parmi vous que Jésus-Christ, et Jésus-Christ crucifié.

3. Et tant que j'ai été parmi vous, j'ai toujours été dans un état de faiblesse, de crainte et de tremblement;

4. Et je n'ai point employé en vous parlant et en vous prêchant, les discours persuasifs de la sagesse humaine, mais les effets sensibles de l'Esprit et de la vertu de Dieu;

5. Afin que votre foi ne soit pas établie sur la sagesse des hommes, mais sur la puissance de Dieu.

6. Nous prêchons néanmoins la sagesse aux parfaits, non pas la sagesse de ce monde, ni des princes de ce monde qui se perdent;

7. Mais nous prêchons la sagesse de Dieu renfer-

abscondita est, quam prædestinavit Deus ante secula in gloriam nostram;

8. Quam nemo principum hujus seculi cognovit : si enim cognovissent, nunquàm Dominum gloriæ crucifixissent.

9. Sed sicut scriptum est : Quod oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascendit, quæ præparavit Deus iis qui diligunt illum;

10. Nobis autem revelavit Deus per Spiritum suum : Spiritus enim omnia scrutatur, etiam profunda Dei.

11. Quis enim hominum scit quæ sunt hominis, nisi spiritus hominis, qui in ipso est? ita et quæ Dei sunt, nemo cognovit, nisi Spiritus Dei.

12. Nos autem non spiritum hujus mundi accepimus, sed Spiritum qui ex Deo est, ut sciamus quæ à Deo donata sunt nobis :

13. Quæ et loquimur non in doctis humanæ sapientiæ verbis, sed in doctrinâ Spiritûs, spiritualibus spiritualia comparantes.

14. Animalis autem homo non percipit ea quæ sunt Spiritûs Dei; stultitia enim est illi, et non potest intelligere; quia spiritualiter examinatur.

15. Spiritualis autem judicat omnia, et ipse à nemine judicatur.

16. Quis enim cognovit sensum Domini, qui instruat eum? Nos autem sensum Christi habemus.

mée dans son mystère; cette sagesse cachée qu'il avait prédestinée avant tous les siècles, pour notre gloire;

8. Sagesse que nul des princes de ce monde n'a connue, car s'ils l'eussent connue, ils n'eussent jamais crucifié le Seigneur de la gloire.

9. Et de laquelle il est écrit que l'œil n'a point vu, l'oreille n'a point entendu, et le cœur de l'homme n'a jamais conçu ce que Dieu a préparé pour ceux qui l'aiment.

10. Mais pour nous, Dieu nous l'a révélé par son Esprit, parce que l'Esprit de Dieu pénètre tout, jusqu'aux secrets les plus profonds de Dieu;

11. Car qui des hommes connaît ce qui est dans l'homme, sinon l'esprit de l'homme qui est en lui? Ainsi nul ne connaît ce qui est en Dieu, que l'Esprit de Dieu.

12. Or, nous n'avons point reçu l'esprit du monde, mais l'Esprit de Dieu, afin que nous connaissions les dons que Dieu nous a faits.

13. Et nous les annonçons, non avec les discours qu'enseigne la sagesse humaine, mais avec ceux que l'Esprit enseigne; communiquant les choses spirituelles aux spirituels.

14. Or l'homme animal ne conçoit point les choses qui sont de l'Esprit de Dieu; elles lui paraissent une folie, et il ne peut les comprendre, parce qu'on doit en juger par une lumière spirituelle.

15. Mais l'homme spirituel juge de tout, et n'est jugé par personne.

16. En effet, qui connaît l'Esprit du Seigneur nous pour l'instruire et le conseiller? Mais nous avons l'Esprit de Jésus-Christ.

ANALYSIS.

In hoc capite applicat sibi quæ in primo dixit; quia ergo Deus, sapientiâ secularî reprobatâ, elegit stultitiam prædicationis crucis, ad salvandos credentes; stultaque et infirma Deus elegit, ut confunderet sapientes et potentes.

Hinc asserit primò se ideò ad eos venisse, non in sublimitate sermonis et sapientiæ, sed in simplicitate et in infirmitate, ut Evangelium annuntiaret, v. 1, 2, 3, 4, 5.

Asserit secundò se tamen veram non ignorare sapientiam; hanc enim, ut ait, loquimur inter perfectos; sapientiam non hominum, sed Dei; quam nemo, nec hominum, nec dæmonum novit; sed quam solus Dei Spiritus, omnia scrutans, et omniscius, revelat, v. 6, 7, 8, 9, 10, 11.

Hanc sapientiam nos, inquit, docuit Spiritus sanctus, v. 12; *hanc et nos loquimur inter perfectos, seu spirituales, v.* 13, *quia animalis homo non percipit eam, sed ei stultitia videtur, v.* 14, 15, 16.

PARAPHRASIS.

1. Hinc et ego veniens, Evangelium Christi vobis annuntiaturus, veni ad vos, non per sublimitatem sermonis, neque per subtilitatem sapientiæ secularis (sed illud vobis simpliciter prædicavi).

2. Ita enim me gessi apud vos, quasi nihil aliud scirem, nisi Jesum Christum, huncque pro nobis crucifixum.

3. Hinc etiam et ego apud vos conversatus sum magnâ cum humilitate et cum timore et tremore (humilitatis comitibus).

4. Propterea et mei sermones privati, et meæ conciones publicæ, non constiterunt verbis, quibus humana sapientia uti solet ad persuadendum; sed Dei Spiritum et virtutem præ se tulerunt.

5. Ut vestra fides non nasceretur ex humanâ scientiâ et eloquentiâ, sed ex Dei potentiâ.

6. (Veram tamen non ignoro sapientiam,) siquidem eam loquor inter perfectos; sapientiam verò non secularem, seu mundanam; neque superstitiosam, dæmonum adminiculo inventam, quorum potestas per Christum destruitur.

7. Sed loquimur Dei sapientiam, in mysterio et per mysterium (Incarnationis) absconditam, quam ab æterno Deus prædestinavit ad gloriam nostram (et temporalem et æternam).

8. Quam nullus ex principibus hujus seculi cognovit : si enim cognovissent eam, nequaquàm Dominum gloriæ cruci affixissent.

9. Sed in hoc mysterio impletum est quod prædixerat Isaias, 64, 4, nec oculus vidit, nec auris audivit, nec mens cujusquam hominis concepit quæ Deus præparavit iis qui diligunt ipsum.

10. (Quod autem hactenùs fuit absconditum), hoc Deus nobis apostolis suis revelavit per Spiritum suum; hic enim Spiritus omnia etiam abditissima Dei penetrat.

11. Quis enim hominum novit quæ in hujus vel illius hominis animo sunt occultatas? sanè solus istiusmet hominis spiritus qui unum cum ipso est, ita et solus Spiritus sanctus, qui ex Dei substantiâ est, et unum cum Deo, novit quæ Dei sunt.

12. Nos autem apostoli recepimus, non spiritum

hujus mundi, sed Spiritum Deo coessentialem, ut per illum cognoscamus ea beneficia quæ nobis à Deo concessa sunt in Christo.

13. (Quæ nobis à Spiritu sancto revelata) loquimur, aliosque docemus, non doctis humanæ sapientiæ verbis; sed eloquiis Spiritûs sancti, spiritualibus spiritualia conferentes (seu, ut dixi, sapientiam loquentes inter perfectos), non indiscriminatim omnibus omnia tradentes.

14. Animalis enim homo (seu qui solius animæ lumine naturali ducitur) non percipit spiritualia; stulta ei videntur, et ea non potest intelligere, quia spiritualiter sunt examinanda.

15. Spiritualis autem (seu perfectus, et à sancto Spiritu illustratus) omnia etiam spiritualiora discernit et judicat: ipse verò à nemine non spirituali dijudicatur.

16. Nam quis hominum naturali lumine cognoscit consilia Domini? qui doceat eum? nos autem apostoli ex Spiritûs sancti revelatione, tenemus Christi mentem et sensum.

COMMENTARIA.

Vers. 1. — Et ego cum venissem ad vos... Ut horum verborum connexionem cum præcedentibus advertas, eorumque sensum meliùs percipias, nota quòd cap. 1, v. 21, dixerit Apostolus quòd Deus, rejectâ seculari sapientiâ, decreverit *per prædicationis stultitiam*, seu simplicitatem, *salvos facere credentes*. Idcò, addit Apostolus, v. 27: Rudes et simplices apostolos elegit Deus, *quæ stulta sunt mundi... et infirma...*

Ab hâc thesi ad hypothesim nunc descendens, hæcque supra dicta generaliter, sibi ipsi applicans, ait: *Et ego cùm venissem ad vos;* quasi diceret: Quia Deus, rejectâ seculari sapientiâ, decrevit per simplicitatem prædicationis, hominum salutem reparare; Hinc et ego veniens, Evangelium Christi vobis annuntiaturus, veni ad vos, non per sermonis sublimitatem, seu per eloquentiam; neque per subtilitatem sapientiæ secularis, seu per philosophiam; sed Evangelium Christi vobis prædicavi simpliciter, sine adminiculo eloquentiæ aut philosophiæ.

In cap. 1, v. 1, apostolum se dixit Paulus *per voluntatem Dei;* hìc autem insinuat apostolatum se gessisse juxta voluntatem Dei; quia ergo Deus simplicitatem ornamentis humanæ sapientiæ prætulit in nostræ salutis opere, ideò Paulus *secundùm Dei voluntatem apostolus*, Evangelium Christi simpliciter prædicat, non ornato et sublimi sermone, quia tale est placitum Dei.

In se reflectat vir evangelicus, an per et juxta voluntatem Dei ministerium impleat. Caveat ergo sibi prædicator concinnatus, et de verborum elegantiâ nimis sollicitus, advertatque tandem se à Dei voluntate, et ab apostolorum imitatione prorsùs alienum.

In sublimitate; Græcè: κατὰ, *secundùm sublimitatem*, seu per eminentiam sermonis; Syr.: *Non sermone grandiloquo, neque sapientiavi vobis arcanum Dei.*

Vers. 1. — *Et ego cùm venissem ad vos, fratres, veni non in sublimitate sermonis aut sapientiæ*, id est, secundùm vel per sublimitatem. Itaque ego quoque quasi unus è grege apostolorum, qui juxta electionem et voluntatem Dei non sunt usi eloquentiâ et sapientiâ seculari; iisdem uti nolui, venique ad vos, non in sublimitate, sed in simplicitate sermonis et sapientiæ.

Annuntians vobis testimonium Christi. Igitur quando veni ad vos testis Christi, videlicet annuntiaturus vobis Evangelium, quod est testimonium Christi, id est, de Christo, idque juxta legationem mihi injunctam; nullam ostendi in prædicatione meâ vel eloquentiæ vel sapientiæ secularis eminentiam; sed simplici sermone usus, ac nullo adjutus adminiculo philosophiæ humanæ, Christum vobis prædicavi.

Testimonium Christi, id est, Evangelium, quod est *testimonium Christi*, seu de Chrsito; Græcè, *testimonium Dei*, id est, misericordiæ Dei. Utrumque verum est: Evangelium enim testis est divinæ in nos misericordiæ, et infinitæ Christi charitatis.

Vers. 2. — Non enim judicavi me scire..., id est, non declaravi, dissimulavi me aliud scire, etc.; seu ita me gessi apud vos, quasi nihil aliud scirem quàm Jesum Christum, hunceque pro nobis crucifixum. Huic autem scientiæ conformis fuit mea loquendi et agendi ratio. Qualis scientia, talis et loquela; seu meus prædicandi modus fuit prædicationis meæ subjecto conformis, simplex et humilis.

Secundam ergo dat rationem, ob quam simpliciter eis sit locutus. Prima quidem fuit, quia tale est Dei placitum, qui simplicitatem prætulit eloquentiæ; secunda verò, quia Corinthiis Jesum Christum, hunceque crucifixum, quasi nihil aliud sciret, prædicabat.

Ut D. Pauli mentem pleniùs habeas, hæcque verba profundiùs intelligas, attende ad v. 6, ubi ait sapientiam se *loqui inter perfectos;* et ad v. 13, ubi *spiritualibus spiritualia* confert, et ad initium tertii cap., ubi dicit quòd Corinthiis non potuit, *quasi spiritualibus loqui; sed lac, tanquàm parvulis in Christo*, potum dedit, non escam, cujus nondùm erant capaces. Et hinc intelliges 1° hunc potum, hocque pietatis christianæ lac, esse Jesum Christum, hunceque crucifixum. Intelliges 2° Paulum se gerere apud Corinthios quasi nihil aliud nisi Jesum Christum, hunceque crucifixum, sciret; idem esse ac simpliciter et nudè Corinthiis exponere fidei christianæ mysteria; ac præsertim Incarnationem Dominicam; quòd Deus pro nobis factus sit homo; pro nobis passus, crucifixus et mortuus, surrexit à mortuis, ascendit ad cœlos, sedetque ad dexteram Majestatis. Hæc sunt elementa

Vers. 2. — *Non enim judicavi me scire aliquid inter vos;* q. d.: Non reputavi, non æstimavi aliam scientiam, quàm eam quæ est de Jesu crucifixo, Salvatore nostro: unde ita me gessi inter vos, quasi nihil scirem sapientiæ humanæ, cùm tamen multùm ejus callerem; nam alibi poetas Græcos cito, sed apud vos dissimulavi me quidquam scire: non declaravi me aliud scire, *nisi Jesum Christum, et hunc crucifixum*, ut simpliciter, ut alii apostoli, prædicarem tantùm Christum crucifixum; non quòd alia fidei mysteria non prædicârim, sed quòd præcipuè docuerim et inculcârim in unâ Christi cruce esse gloriandum, et spe-

fidei, hocque lac quod Corinthiis, utpote infantibus in Christo, simpliciter exponebat et potum dabat.

Quando ergo dicit : *Non enim judicavi...*, idem est ac si diceret : Non putavi expedire, hinc et decrevi apud vos non uti aliâ scientiâ quàm quæ est de Christo crucifixo ; illum vos docui, quasi nihil aliud scirem : fidei christianæ rudimenta, quasi catechista, vobis simpliciter exposui. Hinc simplex, non sublimis, fuit mea loquendi ratio.

Potuisset Apostolus Corinthiis, sicut et Atheniensibus, de Divinitate sublimia dicere ; at de Incarnatione Dominicâ, de passione et de morte Jesu Christi simpliciter agebat apud eos. Potuisset de ipsâ Incarnatione apud Corinthios, sicut inter perfectos, altè et profundè loqui, id est, multa sublimia et profunda disserere ; at illis simpliciter exponebat elementa hujus mysterii, communiora et ab omnibus necessariò ad salutem credenda. Omnes quidem articulos fidei docebat Corinthios, at præsertim illis inculcabat articulum de Jesu Christo, passo et crucifixo, et pro nobis mortuo, quia cæterorum est basis. Mors quippe Christi, vita nostra ; in ejus morte baptizati sumus ; vitamque divinam in ejus sanguine reperimus. Sanguis Christi, lac nostrum.

Observatio moralis.

Nota et animadverte quòd ex mente D. Pauli, Jesus Christus, hicque crucifixus, sit christianæ pietatis lac, at lac divinum ; lac ab omnibus Christianis, quasi modò genitis infantibus, semper optandum, semperque potandum, quia vim habet omnium vitiorum ardores in nostris cordibus extinguendi, vim habet omnium virtutum christianarum pulchritudinem in animabus nostris efformandi.

1° Extinguit omnium vitiorum ardores peccaminosos. Jesus Christus enim crucifixus benè potatus, benè meditatus et digestus, docet nos suis doloribus omnem carnis concupiscentiam crucifigere ; suâ nuditate ac summâ paupertate docet nos omnem oculorum concupiscentiam crucifigere ; suâ ignominiâ, suisque opprobiis docet omnem vitæ superbiam crucifigere. 2° Efformat ac nutrit omnes in nobis virtutes christianas : quia, extinctis ardoribus vitiosis, omniumque peccatorum crucifixis capitibus, Jesus Christus crucifixus benè potatus, meditatus atque digestus, docet nos cordis sui humilitatem, spiritûs paupertatem, corporis abnegationem atque mortificationem ; hisque virtutibus sese efformat in nobis ipse Jesus Christus crucifixus ; parvi fimus in eo et cum eo crucifixi ; ut aliquandò simus in eo et cum eo gloriosi. Similes evadimus crucifixo, ut regnanti et summè beato simus in æternum similes.

Felicem ergo, ô terque, quaterque felicem illum qui Jesum Christum crucifixum benè sciverit ! qui hoc pietatis lac benè potaverit, benè digesserit ; quique hâc digestione Jesum Christum crucifixum in se efformaverit !

Hanc sacram scientiam, ô Deus misericors, da mihi servo tuo ! omnia nesciam, cæterorum obliviscar ! unum sciam Jesum Christum, huncque crucifixum. Christe Jesu crucifixe, tu te cordi meo pone, nobile signaculum ! da mihi tuam humilitatem, paupertatem, mortificationem imitari.

Vers. 3. — Et ego in infirmitate... Dixit supra, v. 27 : *Infirma elegit Deus...* ; hoc sibi ipsi nunc applicans ait : *Et ego* quoque *in infirmitate*, id est, magnâ cum humilitate, et animi demissione conversatus sum apud vos, laborans meis manibus, victumque mihi labore meo comparans.

Fui et multo cum timore et tremore, humilitatis comitibus ; multa mala Corinthi passus est Paulus, et pejora timuit ; adeò ut per Christum in visu roborari indiguerit. Vide Act. 18, 12. Sensus itaque est quòd non sermone tantùm imperitus fuerit, sed et personâ et conversatione humilis, seu simplex et infirmus, quia *stulta et infirma Deus elegit.*

Vers. 4. — Et sermo meus et prædicatio mea... Hinc, ut jam dixi, et mei privati, seu familiares sermones, et meæ conciones publicæ, non in persuasibilibus..., id est, persuasoriis, seu aptis ad persuadendum ; Syr. : *Non fuit in persuasione verborum sapientiæ ;* id est, non in verbis et argumentis quibus utitur humana sapientia ad demulcendum et ad persuadendum.

Sed in ostensione... ; sed si sermonibus meis defuit ars humana, sanè non defuit eis virtus divina : verbis quidem et argumentis ad demulcendum et persuadendum ab humanâ sapientiâ exquisitis, non usus sum in Evangelio prædicando ; sed signis et miraculis, Spiritûs sancti virtute patratis. Dei spiritum, et virtutem Spiritûs sancti demonstrârunt et præ se tulerunt sermones mei. Habent mathematici suas demonstrationes, habent et physici suas. Apostolorum demonstrationes fuerunt, magno spiritûs impetu et charitatis ardore, res altas et divinas eructare ; signis et prodigiis eas confirmare.

randam esse justitiam ac salutem, crucemque, ut addit S. Anselm., imitandam esse ; ac vitia crucifigenda esse christiano. Paulus parvulos in Christo lacte potat : adultos in fide, solido cibo roborat. Inter illos nihil nisi Christum, et hunc crucifixum se scire judicat : inter istos, de secretis cœlestibus et mysteriis à seculo absconditis disputat.

Vers. 3. — *Et ego in infirmitate*, etc. Timor et tremor, quoties conjunguntur in Scripturis, ferè significant sollicitudinem operis cum metu offendi. Ut Psal. 2 : *Servite Domino in timore, et exultate ei cum tremore.* Et Philipp. 2 : *Cum metu et tremore vestram salutem operamini. Infirmitatem* interpretantur quæ potentiæ opponitur. Aliis placet (quod et ego magis probo) infirmitatem hic accipi pro humilitate conversationis, de quâ dicit 2 Cor. 10 : *Qui in facie quidem humilis sum inter vos :* et propter quam de eo dicebatur, ut ipse refert eodem loco : *Præsentia corporis infirma.* Et cap. 13, ait : *Gaudemus enim quoniam nos infirmi sumus.* Itaque sensus est : Quando prædicavi vobis Evangelium, non solùm usus sum humili sermone, nihil admiscens sapientiæ secularis : verùm etiam humiliter admodùm ipse me gessi, manibus laborans, nec utens potestate, quam Dominus mihi dedit, et inter hæc sollicitus, ne quid committerem verbo aut facto, quo vos offensi resiliretis à fide susceptâ. Summa est, ut doceat se versatum fuisse apud Corinthios, non ut sermone tantùm, sed et personâ humilem.

Vers. 4. — *Et sermo meus et prædicatio mea*, id

Qui voluerit ergo apostolicus fieri, studeat ejus esse eloquentiæ, quæ res divinas decet; non concinnate et de verbis sollicitæ; sed quæ res altas, veritates sublimes, profunda mysteria, ingenti dicat animo, prout Spiritûs sancti tulerit impetus. Tunc verba ejus erunt *quasi ignis*, aut ignitæ sagittæ corda audientium penetrantes, *et quasi malleus conterens petram.*

VERS. 5. — UT FIDES VESTRA NON SIT..., id est, non nascatur, etc., ut in Paraph., seu ut vestra ad Christum conversio non ascribatur humanæ sapientiæ, sed virtuti divinæ; non humanum credatur opus, sed divinum.

VERS. 6. — SAPIENTIAM AUTEM LOQUIMUR... Suam tuetur apud Corinthios auctoritatem, et quia eorum aliqui Paulum, ut ineloquentem et imperitum, minùs existimabant, asserit quòd veram non ignoret sapientiam. Quasi diceret: Licèt apud vos, ut dixi, juxta Dei placitum, neglexerim seculi sapientiam, veram tamen non ignoro; siquidem sapientiam loquor INTER PERFECTOS, id est, spirituales, provectiores; quos infra, v. 14, et cap. 3, v. 2, carnalibus et animalibus opponit.

SAPIENTIAM VERO NON HUJUS SECULI... Explicat quæ sit illa sapientia, quam scit et cum perfectioribus loquitur. Ac 1° explicat quid non sit: *non hujus seculi;* id est, non secularis, mundana, humana, seu philosophia humanâ ratione comparata; sapientia hominum: hæc enim vana est.

NEQUE PRINCIPUM HUJUS SECULI, id est, neque dæmonum. Diabolus in Scripturis sæpè vocatur, *princeps hujus seculi*, Joan. 12, 31. Neque sapientia dæmonum adminiculo inventa, seu philosophia diabolica, v. g., ars divinandi, magia, cultus dæmonum. Sapientia superstitiosa, quæ tunc erat frequens. Ista enim vanissima.

QUI DESTRUUNTUR, scilicet quantùm ad potentiam, seu quorum dæmonum potestas per Christi regnum destruitur. *Nunc princeps hujus mundi ejicietur foràs*, Joan. 12, 31. Si cum aliis, *per principes hujus seculi*, intelligas magnates, qui sapientiâ, opibus et potentiâ præstant inter homines, et quorum scientia est politica, jurisprudentia, cognitio historiarum; intellige etiam qui per mortem abolentur et evanescunt.

VERS. 7. — SED LOQUIMUR DEI SAPIENTIAM. 2° Explicat quid sit: *sapientiam Dei*, et consequenter veram, sicut Deus ipse verus est. *Sapientiam in mysterio absconditam*, seu quæ abscondita est in mysterio et per mysterium Incarnationis, quæ Incarnatio est per excellentiam *mysterium Dei*, *sacramentum Dei*, ut ipse Paulus loquitur.

Quænam est ergo illa Dei sapientia quam D. Paulus loquitur cum perfectis? Ipse Dei Filius incarnatus, seu Christus Dominus, in *quo sunt absconditi omnes thesauri sapientiæ...*

Ut hanc Dei sapientiam intelligas absconditam in mysterio, recordare quòd Filius Dei, Verbum Patris, ab æterno, in sinu Patris, est splendor gloriæ, ipsaque Dei Sapientia; ubi verò Filius Dei factus est filius hominis; ubi Verbum caro factum est, hic Dei Filius fuit splendor absconditus in carne; Sapientia Dei fuit abscondita sub tegumento humanitatis nostræ. Christus itaque est verè Sapientia Dei in mysterio abscondita.

Ut autem intelligas Paulum dicentem: *Sapientiam Dei in mysterio absconditam loquor, inter perfectos*, nota et adverte quòd D. Paulus Christum, Filium Dei, Verbum carnem factum, omnibus quidem loquebatur et prædicabat; sed diversimodè, scilicet, unicuique pro suo captu; parvulis et adhuc infantibus in Christo, Christum ut lac, potum dabat; id est, eos rudimenta christianæ fidei et ab omnibus necessariò credenda simpliciter docebat, ut jam dictum est v. 2; perfectis verò, spiritualibus et provectioribus, Christum, ut solidum cibum, porrigebat; id est, eos altiora et sublimiora fidei christianæ mysteria docebat; et hoc vocat *sapientiam loqui inter perfectos*, seu, ut est in Græc., *in perfectis*. Itaque in Christo, Sapientiâ Dei, seu in Incarnationis mysterio, duo sunt distinguenda, juxta mentem D. Pauli: Alia communia, ab omnibus ad salutem necessariò credenda; v. g., quòd Deus factus sit homo, pro nobis passus, mortuus, etc.; et hæc, quia creditu necessaria et intellectu faciliora, Paulus loquebatur omnibus. Alia verò secretiora, altiora, sublimia; v. g., quæ spectant ad modum et finem Incarnationis, passionis et redemptionis Christi; quæ ad adoptionem filiorum, ad prædestinationem, etc.; quæ ad moralem significationem passionis, crucifixionis, mortis et sepulturæ, resurrectionis et ascensionis Christi. Et hæc D. Paulus loquebatur et explicabat, non omnibus, sed capacioribus tantùm et in fide jam

est, oratio mea quâ usus sum in Evangelio prædicando, *non* (fuit) *in persuasibilibus*, id est, persuasoriis sive exquisitis ad persuadendum, *humanæ sapientiæ verbis;* in hisce enim excellebant, Paulumque superabant oratores, et philosophi qui erant Corinthi.

Sed in ostensione spiritûs et virtutis. Hæc ergo fuit demonstratio apostolorum; ostendere nimirùm primò magnum zelum et spiritum eructantem sapientia et arcana; non humana, sed divina: ita ut manifestè cernerent auditores, Spiritum sanctum per os eorum loqui. Secundò, ostendere magnas virtutes, id est, prodigia et miracula.

VERS. 5. — *Ut fides vestra*, etc. Quasi dicat: Ideò Deus vult me evangelizare, non in persuasibilibus humanæ sapientiæ verbis, sed in ostensione spiritûs et virtutis; *ut vestra fides*, id est, conversio vestra ad fidem Christi, tribuatur non hominum sapientiæ et eloquentiæ, sed virtuti, id est, potentiæ et efficaciæ Dei, nimirùm ut fides vestra sit fundata, non in hominum, sed in Dei sapientiâ et potentiâ. Ita Anselmus et alii.

VERS. 6. — *Sapientiam autem loquimur inter perfectos.* Loquimur enim et docemus veram et Dei sapientiam inter perfectos. *Sapientiam*, id est, secretiora et altiora fidei mysteria, uti de resurrectione, antichristo, reprobatione, prædestinatione; vel potiùs *sapientiam*, id est, profundiorem et altiorem rerum fidei explicationem: uti de modo, consilio et fine incarnationis, passionis et redemptionis Christi. Hos perfectos vocat spirituales, versu 15. Quasi dicat: Licèt ut expers videar sapientiæ humanæ, non tamen divinæ: tametsi enim vobis, quia parvulis, *tanquàm lac*, id est, simplicem et facilem doctrinam dederim, tamen sapientiam arcanam et divinam loquor inter perfectos.

Sapientiam verò non hujus seculi (quam suprà vo-

provectis. Hoc autem vocat *sapientiam inter perfectos loqui*, sublimiora scilicet et profundiora de Christo, Sapientiâ Dei, disserere; secretiora Dei consilia et fidei mysteria exponere.

Sensus igitur est : Et si vobis, ô Corinthii, utpote in Christo parvulis, et in fide infantibus, communia tantùm fidei mysteria, seu quasi christianæ religionis rudimenta, simpliciter exposuerim, Christumque, Dei Sapientiam, vobis, velut lac, potum dederim, non ignoro tamen sublimiora de Christo mysteria ; hanc enim *Dei sapientiam, in mysterio absconditam*, altè et profundè loquor cum perfectioribus et in fide provectioribus.

Recordandum hìc quòd D. Paulus Corinthi christianæ religionis fundamentum jecerit, Christumque pro nobis crucifixum simpliciter prædicaverit; Apollo autem iisdem Corinthiis Christum sublimiter et eloquenter explicuerit, hincque inter Corinthios schismatis origo, dùm aliqui dicunt se esse Pauli, primi illorum apostoli ; alii verò se esse Apollo, viri Paulo sublimioris et eloquentioris. D. Paulus hìc Apollo sublimiter et eloquenter prædicantem non damnat; sed suæ simplicis apud Corinthios prædicationis rationem ita reddit, ut suam tueatur apud eos auctoritatem et famam, et nolit ab ipsis ut minùs sapiens et imperitus haberi. Hinc, ait, *sapientiam loquimur*, non cum parvulis, utpote illius incapacibus, ut dicet cap. 3, sed cum perfectis.

In mysterio. Multi et plerique recentiores, Estius, Cornel., Menoch., Tirin., etc., volunt, *in mysterio*, referri ad *loquimur ;* quasi diceret Apostolus : Loquimur secretò et apud pauciores. Contrarium tamen asserit Theodoretus; sensus non est : In mysterio loquimur, sed : Sapientiam, quæ est in mysterio absconsa, hominibus proferimus. Verba sunt Theodoreti ; idem post ipsum censent alii multi.

Sed ad hanc constructionem præferendam duo me movent : primum, quia sensus multò planior et plenior est, si jungatur, *in mysterio*, cum, *quæ abscondita est*, et intelligas, ut supra explicui, Sapientiam Dei, seu Filium Dei, per incarnationis mysterium absconditam, quæ Incarnatio hìc et alibi est antonomasticè *sacramentum et mysterium Dei, et sacramentum absconditum*. Secundum, quia inutile est addere quòd loquatur secretò et apud paucos, cùm dixerit, *inter perfectos*, qui sanè pauci sunt.

Quæ abscondita est. Hæc enim Dei sapientia, Incarnatio Verbi hucusque abscondita fuit, mundo prorsùs ignota, ipsis fidelibus, sanctisque viris, Dei amicis, velata figuris et umbris.

Quam prædestinavit Deus... Hanc tamen ab æterno Deus decrevit ad nostram sanctificationem et gloriam, seu ad gloriam nostræ adoptionis in terris, et ad gloriam nostræ beatitudinis in cœlis.

Observatio moralis.

Hìc siste, lector, verba perpende, et mirare mecum ; sapientiam suam, Filium suum, in mysterio absconditam, Deus prædestinavit ad gloriam tuam. Concipe 1°, si potes, Sapientiam æternam Dei, Deum ipsum, in mysterio et per mysterium Incarnationis absconditam, et quasi annihilatam ; concipe 2°, si potes, hanc Sapientiam Dei, sub humanitate nostrâ sic abconsam, ex ineffabili Dei bonitate, prædestinatam ab æterno, ad tuam gloriam et temporalem et æternam.

Deus ad hominum gloriam prædestinatus! Creator ad creaturæ bonum ! Filius Dei factus est filius hominis, ut tu, hominis fili, fieres filius Dei, nunc per gratiam, aliquando per gloriam. Hanc æternam charitatem, nimiam et incomprehensibilem mirare, adora, ama, redama.

Vers. 8. — Quam nemo principum hujus seculi... Hanc Dei Sapientiam, Christum, Filium Dei incarnatum, ad nostram gloriam destinatum, peccatorum nostrorum purificationem in suo sanguine facturum, et æternæ vitæ gloriam nobis per mortem suam promeriturum, nemo nec dæmonum, hujus seculi principum, nec hominum quorumcumque potestatem in hoc seculo habentium, cognovit. Nemo dæmonum : nunquàm enim id attentâssent, undè suum imperium erat evertendum ; nunquàm per suos ministros eum crucifixissent, qui per suam mortem nobis æternam daturus erat vitam, et per suam ignominiam nos ad sempiternam adducturus erat gloriam. Nemo hominum, potestatem in seculo habentium, nec Pilatus, nec Herodes, nec Annas et Caiphas, etc.; aliàs enim Christum auctorem gratiæ, et gloriæ distributorem, nequaquàm crucifigi jussissent. Idem dixit D. Petr. in Act. Apost. : *Scio quia per ignorantiam fecistis, sicut*

cavit humanam), *neque principum hujus seculi, qui destruuntur*. Sensus hujus loci est : Sapientiam loquimur non hujus seculi, id est, sapientiam philosophiæ secularis, quæ naturali rationis lumine comparari potuit ; neque sapientiam principum hujus seculi, id est, introductam à dæmonibus, qualis genethliacorum et superstitiosæ philosophiæ, quâ referta erat doctrina Simonis ; qualis item maximè deorum cultus cum cæremoniis : qui principes hujus seculi, id est, dæmones, destruuntur sive abolentur, destruuntur, inquam, per Christum, qui in hoc apparuit ut dissolvat ac destruat opera diaboli, 1 Joan. 3, et ut princeps hujus mundi ejiciatur foràs, Joan. 12. Destruuntur ergo, quia potestas eorum destruitur.

Vers. 7. — *Sed loquimur Dei sapientiam in mysterio, quæ abscondita est ;* sapientiam Dei quæ abscondita est, id est, consilia divinæ sapientiæ quæ Deus esse voluit abscondita, et antè Filii sui passionem paucissimis revelata (quæ idem Apostolus Ephes. 3, vocat sacramentum absconditum à seculis in Deo), loquimur et docemus non propalàm et passim apud omnes, quia non omnes ea capiunt, sed *in mysterio*, id est, secretò, et apud pauciores, scilicet eos qui spirituales et perfecti sunt. Quidam ita supplent et exponunt : *Loquimur Dei sapientiam*, latentem in mysterio, id est, absconditam illam, quam prædestinavit Deus, etc.

Quam prædestinavit Deus ante secula in gloriam nostram ; quam sapientiam, id est, quæ consilia sapientiæ suæ Deus ab æterno præfinivit ac decrevit exsequenda in tempore ; quibus nos adduceret ad gloriam adoptionis filiorum.

Vers. 8. — *Quam nemo principum hujus seculi cognovit*. Q. d. : Si hanc sapientiam vel potiùs gloriam, ejusque per Christum prædestinationem cognovissent Pilatus, Annas, Caiphas, aliique principes Judæorum, nunquàm Dominum ipsius gloriæ, scilicet Christum, cujus merito nobis, ante secula, puta ab æterno, prædestinata et præparata est hæc æterna gloria,

et principes vestri, etc. Non ideò tamen excusati, post tot et tanta miracula à Christo in divinitatis suæ testimonium patrata.

Abscondit se Deus homo, Sapientia Dei, ut morti tradatur, et morte suâ vitam nobis mereatur. O bonitas! quorumdam hominum peccato usus est Deus, ad salutem omnium procurandam. O sapientia!

Vers. 9. — Sed sicut scriptum est... Sed evenit per hoc mysterium, quod *scriptum est*, seu in hoc mysterio impletum est quod de eo prædixerat Isaias, 64, 4. Prophetæ sensum exprimit Apostolus, verba non scrupulosè refert : In cor hominis ascendit, id est, in mentem venit. Isaiæ verba sunt hæc : *A seculo non audierunt, neque auribus perceperunt, oculus non vidit, Deus absque te, quæ præparâsti expectantibus te*, c. 64, v. 4. Quæ præparasti, scilicet Incarnationis mysterium, Christum Filium tuum, Salvatorem nostrum, nostramque per eum adoptionem, ac denique gloriam æternam. Siquidem, ut v. 7 dictum est, Sapientiam suam, Filium suum, prædestinavit Deus ad gloriam nostram et temporalem in terris, et æternam in cœlis. Superat autem omnem sensum et intellectum et cognitio Incarnationis Filii Dei, Salvatoris nostri, et cognitio nostræ per eum adoptionis, et cognitio nostræ per eum glorificationis æternæ. Hic itaque Isaiæ textus intelligi potest et de Salvatore, quem nobis præparavit Deus, et de salute nostrâ, per gratiam in terris inchoatâ, et per gloriam in cœlis consummandâ.

crucifixissent; advertit solerter Gabriel Vasquez, 1 p., disput. 2, cap 3.

Si enim cognovissent, intellige sapientiam Dei de quâ jam fuit locutus.

Nunquàm Dominum gloriæ crucifixissent; Dominum gloriæ simpliciter intelligunt Dominum, id est, Deum gloriosum, quomodò in Psalmis rex gloriæ et Dominus majestatis appellatur. At Græci interpretes *Dominum gloriæ* Christum dici volunt, quòd per crucem esset ad gloriam evehendus.

Vers. 9. — *Sed sicut scriptum est. Sed* scilicet abscondita fuit eis hæc sapientia, et gloria, quæ finis est sapientiæ istius : idque probat ex eo quod de eâ scripsit Isaias : *Quod oculus non vidit*, etc. Nota Isaiam, cap. 64, quem hic citat Paulus, agere de incarnatione Christi et vitâ præsenti. Videtur admirans Isaias avolare ab incarnatione et Christo homine, ad gloriam cœlestem, qui fructus est et finis incarnationis Christi. Tales enim raptus et transitus, prophetis ob lumen propheticum sublime et amplum sunt familiares. *Oculus non vidit*, etc., id est, superant omnem sensum, experientiam, cogitationem naturalem, et omne hominis naturale desiderium, ea bona quæ tu, ò Domine Deus, præparâsti per Christum, expectantibus te; tum in hâc vitâ, scilicet iis qui aliquid de iis jam inaudierunt; tum maximè et propriissimè in futurâ gloriâ : in illâ enim Deus, qui est omnia bona, dabit se beatis, et erit omnia in omnibus, ait Anselmus. Hisce enim Isaiæ verbis probat Apostolus id quod dixerat; scilicet arcanam et absconditam esse sapientiam, æquè ac gloriam Christi. Nota : *In cor hominis non ascendit*, id est, in mentem hominis non venit; sive homo naturaliter cogitare, concipere, intelligere nequit. *Cor* enim per catachresin, Hebræis, mentem significat. Hebræi, mentis cogitationem vocant *ascensum*; et cogitare vocant *ascendere in cor*. Pro *expectantibus*, ut habet Isaias, Paulus habet *diligentibus*, quia expectatio à dilectione manat naturaliter.

Vers. 10. — *Nobis autem revelavit Deus per spiritum suum*; ne quis objiciat, quo igitur pacto vos illa loqui Quæ salus est Incarnationis fructus et finis, juxta illud : *Quam prædestinavit*... De his tribus *absque te, Deus*, nec rectè cogitare, nec loqui possumus.

Vers. 10. — Nobis autem revelavit Deus... Consequenter ad præcedentia poterat objici : Si nec sensibus attingi, nec mente percipi potest hæc Sapientia Dei in mysterio abscondita, nostraque salus ab eâ manans, unde ergo, tu apostole, eam nôsti, eamque loqueris? Huic objectioni occurrens, eamque solvens dicit : *Nobis*, apostolis suis, Deus illam *revelavit* per Spiritum sanctum suum, quem in nos effudit abundè.

Spiritus enim omnia scrutatur. Hic enim Dei Spiritus, utpote Deus ipse, intimè penetrat, et perfectè cognoscit omnia quæ in Deo sunt, etiam abditissima et secretissima. Absque ullâ inquisitione aut perscrutatione, Deus, uno æterno mentis intuitu, omnia videt et intimè penetrat : hunc autem intuitum Dei omnia penetrantem, Scriptura, humano more loquens, exprimit per verbum *scrutatur*, quia nos scrutari solemus quæ planè et perfectè cognoscere volumus. Hinc dicit : *Scrutans corda et renes Deus.*

Vers. 11. — Quis enim hominum scit quæ... Per similitudinem probat quòd Spiritus Dei omnia novit quæ sunt in Deo, et quòd solus novit. Sicut enim nullus hominum novit quæ sunt occultata in animo hujus vel illius hominis, nisi spiritus, seu mens et intellectus istiusmet hominis, qui spiritus est unum quid cum illo homine, sic et solus Spiritus sanctus,

potestis, si nec in mentem cuiquam venire potuerunt? Deus, inquit, nobis per spiritum suum revelavit. Unde Clemens Alexandr., lib. 1 Pædagogi, cap. 6, sic interpretatur : *Nec auris audivit : præter illam*, inquit, *solam, quæ in tertiam cœlum rapta est;* puta Pauli, qui in paradiso, aure suâ audivit hæc arcana verba, quæ non licet homini loqui. Ait ergo Paulus : *Nobis autem*, intellige, non omnibus fidelibus, sed apostolis, qui eadem mysteria tradamus aliis, et, ut supra dixit, sapientiam loquamur inter perfectos. Hic est *Spiritus sanctus, quem*, ait Dominus ad apostolos, Joan. 14, *mittet Pater in nomine meo : ille vos docebit omnia;* et cap. 16 : *Docebit vos omnem veritatem.*

Spiritus enim omnia scrutatur, etiam profunda Dei. Scrutatur, id est, penetrat et perspicit. Homines enim, ut quid ignotum perspiciant, illud scrutari et inquirere solent; Deus autem sine inquisitione omnia uno mentis cernit in ictu et intuitu (Ita S. Thom., Theodor., Theophyl.). *Profunda Dei* vocat omnia intima et secretissima Dei consilia; inter quæ maximum est hoc mysterium gloriæ et redemptionis hominum, per Christum : hæc omnia penetrat et pervidet Spiritus sanctus, quia unius cum Deo est essentiæ et cognitionis, ac consequenter ita profunda Dei scrutatur, ut nihil remaneat in Deo incognitum, sed ejus cognitio et visio objectum suum adæquet, Deumque tantùm cognoscat, quantùm cognosci potest, id est, comprehendat Spiritus sanctus, utpotè Deus, tam Deum quàm divinitatem. Ita Molina, 1 part., quæst. 14, art. 3; Theodor., S. Thomas. Quasi dicat Paulus : Hæc mysteria et arcana Dei revelavit nobis Spiritus sanctus, ille omnium secretorum Dei est conscius, adeòque scrutatur et pervidet profunda Dei.

Vers. 11. — *Quis enim hominum scit quæ sunt hominis*, quæ in hominis intimis, puta in corde et mente, delitescunt, nimirùm cogitationes, volitiones et intentiones, ipsumque fundum cordis humani,

Nisi spiritus hominis, qui in ipso est? Ita et quæ Dei sunt, quæ in Dei mente sunt abscondita, puta cogitationes, consilia et determinationes divinæ voluntatis,

qui eamdem cum Deo naturam ac substantiam habet, omnia quæ Dei sunt, et in Deo, novit.

Vers. 12. — Nos autem non spiritum..., id est, non humanâ ac seculari sapientiâ donati sumus, ut terrena et secularia sciamus et loquamur.

Sed Spiritum qui ex Deo est, id est, qui ex Dei ipsius substantiâ est, seu Spiritum coessentialem et consubstantialem Deo, hunc præceptorem et instructorem habuimus. Ita D. Athanasius, Theophylactus.

Ut sciamus... Et quia lux est ille Spiritus Dei, per illum sumus illuminati, ut per fidem cognoscamus ea mysteria quæ in nostri gratiam facta sunt, et ingentia beneficia quæ ex summâ Dei misericordiâ nobis sunt præparata, et jam in Christo concessa.

Agit D. Paulus, ut patet, de beneficiis toti humano generi, totique Ecclesiæ collatis, per Christi mysteria; frustra ergo hæc verba contorquent hæretici, ut suam stabiliant specialem fidem ac scientiam de suâ, v. g., justificatione in individuo : de hoc enim non agitur.

Vers. 13. — Quæ et loquimur.... id est, quæ mysteria, et dona Dei, nobis per Spirituum sanctum revelata, loquimur, aliosque docemus; non verbis artificio rhetorico constructis, nec argumentis et rationibus ex philosophiâ deductis, sed eloquiis Spiritûs sancti, seu quæ nobis suggerit Spiritus sanctus. Græc., ἐν διδακτοῖς, *in doctis Spiritûs sancti*, supple *verbis*. Noster interpres legit, ἐν διδαχῇ, *in doctrinâ;* Syr. legit idem.

Spiritualibus spiritualia comparantes; Græc., *conferentes*, συγκρίνοντες. Hoc nomen *spiritualibus* duplici modo potest sumi, vel in neutro genere, vel in masculino, et hinc duplicem sensum habet. Si in neutro genere sumatur, sensus est, quòd divus Paulus spiritualiter, seu eloquentiâ spirituali tradat res spirituales; si in masculino sumitur, sensus est quòd viris spiritualibus res spirituales tradat Apostolus. In primo sensu, sermo accommodatur materiæ; in secundo, materia accommodatur auditoribus. Primum sensum sequitur D. Chrysostomus, et post eum multi antiqui et recentiores; secundum affert Theophylactus, eumque sequitur D. Thomas et alii multi.

Sed quis sensus litteralior est, et Paulinæ menti conformior? Attentè consideratis et præcedentibus et sequentibus, puto quòd secundus : hic enim locus relationem habet ad id quod v. 6 præcessit : *Loquimur sapientiam inter perfectos*, et ad id quod sequitur, v. 14, 15, etc., et maximè initio cap. 3 : *Non potui vobis quasi spiritualibus* loqui, *sed tanquàm parvulis in Christo, lac vobis potum dedi.* Spirituales hìc vocat quos supra vocavit perfectos; per spiritualia hìc intelligit, quod supra sapientiam appellavit, scilicet sublimiora et secretiora fidei. Vide dicta v. 7.

Vult ergo dicere Paulus quòd mysteria sibi revelata doceat quidem alios, non indiscriminatim, omnia omnibus tradens, sed accommodatè et proportionatè, pro suorum auditorum captu ea conferens et explicans; spiritualia scilicet et sublimiora tradens viris spiritualibus et perfectis; communia verò, et ab omnibus necessariò credenda, dans potum sicut lac parvulis, quos hìc animales vocat. Vide dicta v. 2 et 7. Itaque συγκρίνοντες, consulto et adhibito judicio tradentes, conferentes. Comparatio est, ubi distinctio ac separatio.

Vers. 14. — Animalis autem homo... Dat rationem cur agat cum distinctione supradictâ. Ut autem textum intelligas, nota quòd *animalis*, seu qui animâ vivit, tripliciter sumitur in Scripturis : Primò qui crescit, nutritur et alimentis indiget, ut vivat, sicut alia animalia indigent alimentis; et hoc sensu Adam dicitur *animalis*, 1 Cor. 15, 45. Secundò qui sequitur animæ sensitivæ concupiscentias, seu carnis desideria; sic Judas in suâ Canonicâ quosdam vocat animales, spiritum non habentes. Tertiò qui solius animæ lumine naturali ducitur, et sic etiam fidelis, qui tamen sensus et naturale rationis lumen plerùmque sequitur, et vix assurgit ad ea quæ sunt sensibus et rationi superiora,

nemo cognovit, nisi Spiritus Dei, id est, Spiritus sanctus, qui eorum æquè ac suî ipsius est conscius. Est enim Spiritus sanctus intimus, æquè ac spiritus hominis homini ipsi est intimus : ac proindè, sicut spiritus hominis, humanitatis; ita Spiritus Dei, divinitatis, divinæque omniscientiæ et omnipotentiæ est particeps. Cùm ait, *nemo cognovit nisi Spiritus*, subaudiendum est, et nisi is cui voluerit Spiritus ea revelare, uti mihi et apostolis illum ea revelâsse dixi. *Nemo nisi Spiritus;* q. d. : Nemo scit secreta Dei, nisi Spiritus Dei, et illi qui eamdem cum Spirit habent naturam, intellectum, cognitionem, scilicet Pater et Filius; hi soli sciunt profunda Dei, nemo alius.

Vers. 12. — *Nos autem non spiritum hujus mundi accepimus, sed Spiritum qui ex Deo est.* Nos, inquit, non spiritum mundi accepimus, id est, non sumus instituti sapientiâ mundanâ et seculari (sic enim spiritum mundi Græci interpretantur), ut sciamus quæ sunt hujus seculi; sed accepimus Spiritum qui ex Deo est, id est, Spiritum Dei. Loquitur ut supra, in personâ apostolorum, qui non fuerunt imbuti sapientiâ hujus mundi, sed repleti Spiritu sancto.

Ut sciamus quæ à Deo donata sunt nobis; q. d. : Hic Spiritus ostendit et revelat nobis quæ et quanta bona à Deo nobis, scilicet apostolis, aliisque diligentibus Deum, donata sint, nimirùm tanta quanta nec oculus vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascenderunt.

Vers. 13. — *Quæ et loquimur*, id est, quæ eadem tradimus aliis, sed non passim omnibus.

Non in doctis humanæ sapientiæ verbis. Doctis, Græcè persuasivis. Sensus : Eloquimur mysteria nobis per Spiritum Dei revelata, non utentes verbis arte compositis, nec oratione per humanam sapientiam instructâ.

Sed in doctrinâ Spiritûs, id est, in iis verbis, quæ et qualia docet Spiritus sanctus. Sensus : Sed utentes oratione qualem docet ac suggerit Spiritus sanctus. Sic Joan. 6 : *Et erunt omnes docti*, seu *docibiles Dei;* Græcè, *docti à Deo.*

Spiritualibus rebus *spiritualia* verba et discursus *comparantes*, et conferentes; q. d. : Doceo hanc spiritualem sapientiam è Scripturâ, et aliis spiritualibus discursibus, non autem philosophicis, rhetoricis, aut terrenis rationibus, conceptibus et eloquiis. Spiritualibus viris spiritualia adaptantes, id est, tanquàm illis apta tradentes. Nam spiritualibus utique spiritualia conveniunt. Unde supra dixit : *Sapientiam loquimur inter perfectos.* Hinc etiam sequitur : *Animalis homo non percipit ea quæ sunt Spiritûs Dei.* Et post : *Spiritualis autem judicat omnia.* Sensum hunc reddit et doctè prosequitur S. Thomas.

Vers. 14. — *Animalis autem homo, non percipit ea*

dicitur animalis. Quo sensu animalis, parvulus in Christo, carnalis, et secundùm hominem, hìc idem sunt.

Itaque parvulus in Christo, et adhuc animalis homo, fide licèt instructus, et mysteria credat, præ imbecillitate tamen spiritûs, non intelligit ea quæ sunt Spiritûs Dei, id est, magis spiritualia, sublimiora, ac divinora in mysteriis fidei.

Stultitia enim est illi. Hæc, quia altiora, videntur illi absurda et rationi contraria, et ea non potest intelligere, quia spiritualiter, sunt discutienda, examinanda, judicanda. Biblia Romana habent, *examinantur*. Hoc autem ipsius captum superat, utpote qui naturali tantùm rationis lumini est assuetus. Sicut supra, cap. 1, 18, dixit quòd *verbum crucis pereuntibus*, id est, infidelibus, *est stultitia*, sic nunc dixit quòd spiritualiora fidei sunt ipsis fidelibus, sed in fide parvulis, stultitia. Hincque probat quòd hæc spiritualiora non sint illis parvulis et infirmis exponenda; ut enim benè D. Thomas explicat, his in verbis hæc includitur ratiocinatio : Nulli sunt tradenda documenta, quæ capere non potest; sed homo animalis non potest capere spiritualia documenta; ergo non sunt ei tradenda.

Vers. 15. — Spiritualis autem... *Spiritualis* tripliciter etiam sumitur : 1° qui cibo non eget, ut Christus nunc; 2° qui spiritûs dictamen sequitur; 3° qui sublimiora fidei mysteria intelligit. Itaque *spiritualis*, perfectus ac solidus Christianus, qui Spiritum sanctum doctorem habet, discernit, discutit et judicat omnia, etiam sublimiora.

Et ipse a nemine judicatur..., quia aliorum examine et judicio superior est, utpote Dei Spiritu illuminatus. Hoc ergo intelligendum de homine verè spirituali, et ut spirituali, seu ut spiritualiter judicante; aliàs errare et argui potest, sicut D. Petrus à D. Paulo reprehensus fuit.

Vers. 16. — Quis enim cognovit... Rationem dat ob quam spiritualis non potest judicari ab animali, quia scilicet animalis caret sensu et intellectu rerum divinarum et spiritualium. Quasi diceret : Ut animalis homo spiritualem judicare posset, deberet Dei mentem et secreta meliùs nôsse quàm nôrit homo spiritualis; at non cognoscit ea; vel enim illa naturaliter

quæ sunt Spiritûs Dei. Animalis hìc dicitur qui tantùm sensus, et naturale rationis lumen sequitur; sive qui secundùm animam est, et secundùm animam sapit, quique animæ sensa et cogitata sequitur, quales erant apostoli ante Spiritum sanctum, et Corinthii hoc tempore, quærentes eloquentiam : et jam multi fideles etiam non mali, qui altiora non capiunt.

Nota. *Animalis* dicitur, qui animâ vivit; sumiturque tripliciter : Primò, qui crescit, nutritur, eget cibo, ut animalia. Sic Adam creatus licèt in gratia, dicitur *animalis*, 1 Cor. 15. Secundò, qui sequitur animæ, id est, concupiscentiæ, desideria. Sic Judas vocat *animales*, spiritum non habentes. Tertiò, qui scientiam, non spiritualem et sublimem, sed animæ sensibusque obviam, et facilem sequitur. Ita hìc capitur.

Sic *spiritualis* dicitur, qui Spiritu vivit. Primò, quasi spiritus, non egens cibo, sic Christus post resurrectionem dicitur spiritualis, 1 Corinth. 15. Secundò, qui Spiritûs instinctum, dictamen, et impulsum sequitur. Ita sæpè alibi. Tertiò, qui Spiritûs sublimem doctrinam capit et haurit, ita hìc vocatur spiritualis, inquit Chrysostomus, D. Thom et alii.

S. Bernardus, vel quisquis est auctor tractatûs *de Vitâ solitariâ* : Incipientium, inquit, status potest dici animalis; proficientium, rationalis; perfectorum, spiritalis, etc. Perfectio verò hominis rationalis initium est hominis spiritalis; profectus ejus, revelatâ facie speculari gloriam Dei; perfectio verò transformari in eandem imaginem à claritate in claritatem, sicut à Domini Spiritu.

Stultitia enim est illi. Meliùs ex Græco : *Stultitia enim ei sunt.* Quia quæ sunt Spiritûs Dei, stultitia sunt illi homini; sublimiora divini Spiritûs mysteria : mirùm ea quæ Paulus inter perfectos loquitur.

Et non potest intelligere, Græcè, *cognoscere*, scilicet ea quæ sunt Spiritûs Dei. Nondùm est, inquit, capax eorum cognoscendorum, nondùm aptus est ad ea percipienda.

Quia spiritualiter examinatur, juxta rationes Spiritûs sancti, et regulas fidei. *Examinatur.* Ita Biblia Romana. Animalis homo non potest percipere quæ sunt Spiritûs Dei : quoniam illa spiritualiter examinantur, id est, spirituali intellectu examinanda, discutienda, ac dijudicanda sunt.

Vers. 15. — *Spiritualis autem judicat omnia.* Vocatur *spiritualis*, qui fidem et prudentiam atque doctrinam Spiritûs sancti sequitur, qui Spiritum rectorem animæ habet, et doctorem. Ita S. Chrysostomus, Anselmus et divus Thomas. *Spiritualis omnia judicat*, id est, examinat, redarguit, et discernit secundùm regulas fidei, et prudentiæ divinæ, quæ habet, ut in eo quo quis spiritalis est, à Spiritu satis est instructus. Sensus : Homo spiritualis (quem supra dixit perfectum), qui pro consuetudine mentem habet exercitatam in divinis, utpote jam adultus et provectus in vitâ spirituali, idoneus est ad benè judicandum, non solùm de rebus sensibilibus atque terrenis (quod solùm potest animalis); verùm etiam de spiritualibus, id est, altioribus ac difficilioribus religionis nostræ mysteriis, quæ à Christo cœlestia vocantur, Joan. 3. *Si*, inquit, *terrena dixi vobis, et non creditis, quomodò si dixero vobis cœlestia, credetis?* Augustin., lib. de verâ Religione, cap. 31, de spirituali dicit : Omnia judicat, quia super omnia est, quando cum Deo est : cum illo autem est, quando purissimè intelligit, et totâ charitate quod intelligit, diligit.

Et ipse à nemine judicatur. A nemine, id est, à nullo alio, qui videlicet non sit spiritualis. Ita post Chrysostomum Theophylactus, adductâ similitudine de vidente et non vidente. Nam qui videt, et sua videt, et ea quæ sunt non videntis : hìc verò nec sua, nec quæ illius sunt videt.

Alioqui spiritualem à spirituali judicari, quomodò Petrus a Paulo judicatus fuit, Gal. 2, nihil prohibet. Unde nec sequitur hominem spiritualem non judicari à lege. Nam et lex ipsa spiritualis est, Rom. 7. Sed dices : Igitur à suo principe vel prælato, si sit animalis, judicandus non erit is qui spiritualis est? Verùm hìc non agi de judicio publicæ potestatis, quod est principum et prælatorum. Tantùm enim toto hoc loco vult Apostolus per spiritualem excludere animalem et mundanam sapientiam, et conferre ac præferre spiritualem animali quâ gloriabantur Corinthii, et cujus imperitum Paulum postponebant Apollo. Unde tacitè Corinthios vocat *animales*, quia quærebant docta humanæ sapientiæ verba, id est, humanam sapientiam et eloquentiam, qualem mirabantur in Apollo : dicitque eos non posse judicare de spiritualibus, et suâ sapientiâ spirituali; se verò et sibi similes viros spirituales judicare debere tam de sapientiâ spirituali, quàm animali. Hoc et non aliud vult Apostolus.

Vers. 16. — *Quis enim cognovit* (per se scilicet) *sensum Domini, qui instruat eum?* Respicit Apo-

et vi luminis naturalis nôsset, quod est impossibile; vel supernaturaliter, Deo scilicet revelante; sed supponitur contrarium, cùm supponatur animalis, seu solius animæ naturali lumine ductus. Quis enim hominum humano lumine mentem Dei meliùs novit, ut doceat eum?

Nos autem sensum Christi habemus; Syr., *mentem*; Arab.; *intellectum*; Æthiop.: *Cogitationes tenemus ac novimus ex revelatione Spiritûs sancti*, ut dictum est, v. 10. Apostoli mens his in verbis est Corinthiis insinuare, 1° quòd apostoli per Spiritum sanctum spiritualem ac divinam receperunt sapientiam, ad cœlestia fidei mysteria homines edocenda; 2° quòd hæc divina sapientia apostolorum sit sine comparatione sublimior ac præstantior humanâ ac seculari sapientiâ, quam tantoperè mirantur Corinthii, quia adhuc animales et nondùm spirituales.

Mundanæ sapientiæ contemptum ingerit; cœlestis et divinæ sapientiæ amorem inspirat; abstrahit ab illâ, ut ad hanc transferat. Juxta D. Pauli scopum, istam et tu contemne, hanc ama et desidera.

stolus ad locum Isaiæ 40, qui sic habet: *Quis cognovit mentem Domini, et quis ejus consiliarius fuit? Qui instruat eum?* Igitur Paulus hâc interrogatione probare intendit, non animales, sed spirituales, cujusmodi inprimis erant apostoli, nôsse ea quæ sunt Spiritûs Dei: ac de iis posse judicare, eademque aliis tradere. Id enim est quod sequitur:

Nos autem sensum Christi habemus. Sensum, id est, mentem, intelligentiam, sapientiam Christi, puta spiritualem et divinam, non animalem et humanam; nostra enim sapientia non Platonis est, non Pythagoræ, sed Christi, qui sua ipsius dogmata menti nostræ infudit. Ita Chrysost. Potest autem tota sententia sic explicari: Quamvis secundùm prophetam nemo perfectè noverit mentem, consilia et cogitationes Dei; multòque minùs quisquam sit qui possit eum instruere consiliis: nos tamen apostoli, qui spirituales sumus, mentem Christi Domini ex revelatione Spiritûs sancti percepimus: ut de spiritualibus, id est, arcanis religionis mysteriis judicare possimus, atque illis ea tradere qui eorum discendorum fuerint capaces.

Corollarium pietatis seu in hoc capite maximè notanda, et ad praxim redigenda.

1° Vir apostolicus in apostolo Paulo observet apostolicum vitæ, scientiæ, conversationis et prædicationis modum. Paulus jussu Dei, apostolus Jesu Christi, ut apostolatum juxta Dei beneplacitum exerceat, humilis est in se, humiliter, et cum omnibus sinceræ humilitatis indiciis, inter homines conversatur, v. 3, quasi solum Jesum Christum, hunceque crucifixum sciat, v. 2. Hunc unum prædicat simpliciter, abjectis humanæ scientiæ ornamentis, v. 1, 4; at magno spiritûs ardore, Dei Spiritum præ se ferente, v. 4. Hæc est veri Apostoli idæa, hic à Spiritu sancto nobis in D. Paulo descripta; ad quam quò propiùs quis accesserit, eò justiùs Apostoli titulum merebitur. Videat concionator evangelicus dicta v. 1, 2, 3, 4. Videat speciatim quæ sint apostolicæ demonstrationes, ut illis utatur. Vide v. 4.

2° Omnis anima Christiana discat ex v. 2, quod sit lac christianæ pietatis, sanguis nimirùm Domini nostri Jesu Christi, Filii Dei, pro nobis passi, crucifixi, mortui. Hoc lacte nutriatur per continuam meditationem; hoc divinum lac benè potatum et digestum, omnium vitiorum ardores extinguit in piis cordibus. Hoc idem lac omnium christianarum virtutum pulchritudinem efformat in animabus sanctis. Vide fusiùs dicta ad versum secundum.

3° Vir spiritualis et perfectus discat ex v. 7, quæ sit vera sapientia, cui debeat perpetuò studere, scilicet Jesus Christus, Deus homo, seu æterna Dei Sapientia, sub humanitatis nostræ tegumento abscondita; *in ipso habitat plenitudo divinitatis*; hinc in eo *abscondita sunt omnes scientiæ et sapientiæ thesauri*. Quò intimiùs illum penetraveris, eò profundiores scientiæ et sapientiæ thesauros invenies. Hanc sapientiam miraberis pro te in mysterio absconditam, et quasi annihilatam, v. 7, initio. Hanc sapientiam amabis ab æterno prædestinatam ad tuam temporalem et æternam gloriam, v. 7, in fine.

CAPUT III.

1. Et ego, fratres, non potui vobis loqui quasi spiritualibus, sed quasi carnalibus. Tanquàm parvulis in Christo.

2. Lac vobis potum dedi, non escam; nondùm enim poteratis: sed nec nunc quidem potestis, adhuc enim carnales estis.

3. Cùm enim sit inter vos zelus et contentio, nonne carnales estis, et secundùm hominem ambulatis?

4. Cùm enim quis dicat: Ego quidem sum Pauli, alius autem: Ego Apollo, nonne homines estis? Quid igitur est Apollo? quid verò Paulus?

5. Ministri ejus cui credidistis, et unicuique sicut Dominus dedit.

6. Ego plantavi, Apollo rigavit; sed Deus incrementum dedit.

7. Itaque neque qui plantat est aliquid, neque qui rigat; sed qui incrementum dat Deus.

CHAPITRE III.

1. Aussi, mes frères, je n'ai pu vous parler comme à des hommes spirituels, mais comme à des personnes encore charnelles, comme à de petits enfants en Jésus-Christ.

2. Je ne vous ai nourris que de lait, et non pas de viandes solides; parce que vous n'en étiez pas alors capables; et à présent même vous ne l'êtes pas encore, parce que vous êtes encore charnels;

3. Car puisqu'il y a parmi vous des jalousies, des disputes, n'est-il pas visible que vous êtes charnels, et que vous vous conduisez selon l'homme?

4. En effet puisque l'un dit: Je suis à Paul, et l'autre: Je suis à Apollon, n'êtes-vous pas charnels encore? Qu'est donc Paul, et qu'est Apollon?

5. Ce sont les ministres de celui en qui vous avez cru, chacun selon le don qu'il a reçu du Seigneur.

6. C'est moi qui ai planté, c'est Apollon qui a arrosé; mais c'est Dieu qui a donné l'accroissement.

7. Et ainsi celui qui plante n'est rien; celui qui arrose n'est rien: mais tout vient de Dieu, qui donne l'accroissement.

8. Qui autem plantat, et qui rigat, unum sunt; unusquisque autem propriam mercedem accipiet secundùm suum laborem.

9. Dei enim sumus adjutores; Dei agricultura estis, Dei ædificatio estis.

10. Secundùm gratiam Dei, quæ data est mihi, sapiens architectus fundamentum posui; alius autem superædificat. Unusquisque autem videat quomodò superædificet.

11. Fundamentum enim aliud nemo potest ponere, præter id quod positum est, quod est Christus Jesus.

12. Si quis autem superædificat super fundamentum hoc, aurum, argentum, lapides pretiosos, ligna, fœnum, stipulam;

13. Uniuscujusque opus manifestum erit: dies enim Domini declarabit, quia in igne revelabitur; et uniuscujusque opus quale sit, ignis probabit.

14. Si cujus opus manserit quod superædificavit, mercedem accipiet.

15. Si cujus opus arserit, detrimentum patietur; ipse autem salvus erit; sic tamen quasi per ignem.

16. Nescitis quia templum Dei estis, et Spiritus Dei habitat in vobis?

17. Si quis autem templum Dei violaverit, disperdet illum Deus; templum enim Dei sanctum est, quod estis vos.

18. Nemo se seducat: si quis videtur inter vos sapiens esse in hoc seculo, stultus fiat ut sit sapiens.

19. Sapientia enim hujus mundi stultitia est apud Deum. Scriptum est enim: Comprehendam sapientes in astutiâ eorum.

20. Et iterùm: Dominus novit cogitationes sapientium, quoniam vanæ sunt.

21. Nemo itaque glorietur in hominibus.

22. Omnia enim vestra sunt, sive Paulus, sive Apollo, sive Cephas, sive mundus, sive vita, sive mors, sive præsentia, sive futura; omnia enim vestra sunt.

23. Vos autem Christi: Christus autem Dei.

8. Celui donc qui plante et celui qui arrose ne sont qu'une même chose. Mais chacun recevra sa récompense particulière selon son travail,

9. Parce que nous sommes les coopérateurs de Dieu, et vous êtes le champ que Dieu cultive, et l'édifice qu'il bâtit.

10. Selon la grâce que Dieu m'a donnée, j'ai posé le fondement comme un sage architecte. Un autre bâtit dessus: mais que chacun prenne garde comment il bâtit sur ce fondement.

11. Car personne ne peut poser d'autre fondement que celui qui a été mis; et ce fondement c'est Jésus-Christ.

12. Si donc on élève sur ce fondement un édifice d'or, d'argent, ou de pierres précieuses, où si on en élève un de bois, de foin, de paille;

13. L'ouvrage de chacun paraîtra enfin; et le jour du Seigneur fera voir quel il est, parce qu'il sera découvert par le feu, et que ce feu mettra à l'épreuve l'ouvrage de chacun.

14. Si quelqu'un a bâti sur ce fondement un ouvrage qui demeure sans être brûlé, il en recevra la récompense.

15. Si l'ouvrage de quelqu'un est consumé par le feu, il en souffrira la perte: il ne laissera pas néanmoins d'être sauvé, mais comme en passant par le feu.

16. Ne savez-vous pas que vous êtes le temple de Dieu, et que l'Esprit de Dieu habite en vous?

17. Si quelqu'un donc profane le temple de Dieu, Dieu le perdra; car le temple de Dieu est saint. C'est vous qui êtes ce temple.

18. Que nul ne se trompe soi-même; si quelqu'un d'entre vous pense être sage selon le monde, qu'il devienne fou pour être sage.

19. Car la sagesse de ce monde est une folie devant Dieu, selon qu'il est écrit: Je surprendrai les sages dans leurs propres artifices;

20. Et ailleurs: Le Seigneur pénètre les pensées des sages, et il en connaît la vanité.

21. Que personne donc ne mette sa gloire dans les hommes.

22. Car toutes choses sont à vous, soit Paul, soit Apollon, soit Céphas, soit le monde, soit la vie, soit la mort, soit les choses présentes, soit les futures: tout est à vous,

23. Et vous êtes à Jésus-Christ, et Jésus-Christ est à Dieu.

ANALYSIS.

Paulus qui in capite 2, *v.* 13, *spiritualibus spiritualia confert, Corinthiis, utpote carnalibus, spiritualia conferre non potuit; sed lac, quasi parvulis, potandum dedit, v.* 1.

Etiam et nunc carnales sunt et parvuli, quia de magistrorum suorum præcellentiâ pueriliter inter se contendunt, v. 2, 3, 4.

Ut hanc Corinthiorum infantiam erudiat, simul et illorum schisma funditùs evertat, quærit: Quid ergo sunt illi magistri vestri, ob quos inaniter contenditis? v. 4.

Nonne ministri Dei, qui vobis fidem dedit; et quidem ministri tales, quales illos effecit? v. 5.

Hinc eis concludendum relinquit: Utquid ergo de ministris gloriamini, et non potiùs de Domino, à quo et fides vestra, et vestrorum præceptorum omnis excellentia?

Rem duabus illustrat similitudinibus.

Prima. Agricultura estis, ô Corinthii; Deus agricola; vestri præcones sunt ejus ministri; unus eorum vos Dei jussu plantavit, alter rigavit; at Deus solus effecit ut plantati et rigati germinaretis, crescceretis et fructificaretis, v. 6.

Concludendum relinquit: Ergo Deo agendæ gratiæ, et in Deo gloriandum, non in ministris, qui suam à Domino mercedem pro labore recipient, v. 8.

Secunda. Vos ædificium; Deus architectus; apostoli sunt ejus cooperarii; unus, Dei jussu, fundamentum posuit, alii superædificant, v. 9.

Hic, relicto tantisper ædificio, deflectit ad operarios. Ego, inquit, inter vos fundamentum posui; videat quisvis alius operarius quid fundamento superædificet.

Equidem non potest aliud poni fundamentum, quàm quod à me positum est, scilicet Christus Jesus, v. 10, 11. *Potest autem diversimodè huic fundamento inædificari, scilicet vel aurum, vel argentum, vel lapides pretiosi, vel ligna, vel fœnum, vel stipula, v.* 12.

Quale autem fuerit cujusque opus, ignis probabit in die judicii: ille, cujus tunc opus in igne illæsum per-

manserit, v. 13. Bonus operarius reputabitur, et remunerabitur, v. 14. Ille verò, cujus opus arserit, operam laboris sui perdet, et operis sui dispendium patietur; et ipse salvabitur sicut homo, incensâ domo, transiens per ignem, v. 15.

Redit ad ædificium. Templum Dei vos estis, v. 16; deinde malos operarios alloquitur : Væ eis qui templum Dei violaverint, disperdet illos Deus, v. 17.

Hic illos omnes alloquitur, et eos præsertim qui ob sapientiam humanam efferebantur. Et sicut supra, v. 10, dixit : Videat unusquisque, etc., *sic nunc :* Nemo se seducat, humanâ sapientiâ deceptus; *sed qui hâc sapientiâ sapiens est, simplicitati et humilitati evangelicæ studeat, ut verè sapiat, v. 18.*

Corinthios omnes alloquens, ex supra dictis concludit : Nemo glorietur in hominibus, quicumque sint illi, sed in Domino; omnia quippe per Christum nostra sunt; nos Christi, et Christus Dei. Itaque in Christo Domino gloriemur, per quem et in quo nobis omnia donata sunt; et in Deo, qui nobis Christum ipsum, et omnia in ipso nobis donavit, v. 21, etc.

PARAPHRASIS

1. Et ego, fratres, cùm essem apud vos, non potui convenienter vobiscum loqui quasi cum spiritualibus; sed veluti cum carnalibus, seu adhuc in Christo parvulis.

2. Lac vobis potandum dedi, non escam solidam præbui, nondùm enim eam ferre poteratis; imò ne nunc quidem potestis, quia carnales et infantes adhuc estis.

3. Cùm enim inter vos, quasi inter parvulos, sit æmulatio, et ex æmulatione contentio, nonne carnales estis, secundùm humanum et carnalem affectum ambulatis?

4. Cùm enim unus vestrùm dicat: Ego sum Pauli, et alter dicat : Ego sum Apollo, nonne humanis et carnalibus affectibus estis obnoxii?

Quid sunt igitur sive Apollo, sive Paulus, sive alii?

5. Ministri sunt ejus, cui credidistis; et illorum unusquisque ministrat, sicut illi dedit Dominus.

6. Ego Paulus, Dei minister, Ecclesiam vestram plantavi per fidem; Apollo, alter Dei minister, vos quasi plantam novellam rigavit uberiori doctrinâ; sed Deus vobis à me plantatis, ab Apollo rigatis, dedit vitam gratiæ et incrementum fidei.

7. Itaque nec plantator, nec rigator debent à vobis ut aliquid considerari; sed Deus solus, qui vitam vobis et incrementum dedit.

8. Uterque autem et plantator et rigator, æquè sunt ministri ejusdem Domini, à quo unusquisque illorum, propriam mercedem recipiet, secundùm laborem suum.

9. Dei enim sumus cooperarii, in vobis colendis, qui Dei estis agricultura, et in vobis ædificandis, qui estis ædificium Dei (hinc unum sumus, hincque à Domino merces nostra).

10. Ego Paulus, secundùm gratiam à Deo mihi datam, Ecclesiæ vestræ fundamentum posui ut architectus sapiens; alius autem super illud ædificat; porrò videat quisque quomodò superædificet.

11. Nam, quod ad fundamentum spectat, nemo potest aliud ponere quàm quod ego posui, scilicet, Christum Jesum (cujus fidem vos primus docui);

12. Si quis autem super hoc fundamentum ædificat aurum, vel argentum, vel lapides pretiosos, vel ligna, vel fœnum, vel stipulas,

13. Quale sit uniuscujusque opus aliquando manifestum erit; hoc enim dies Domini declarabit, quia in igne et cum igne fiet et declarabitur dies illa; et tunc ignis uniuscujusque opus non manifestabit tantùm, sed et probabit.

14. Ille, cujus opus, quod superædificavit, illæsum manserit in igne, laboris sui justam recipiet mercedem.

15. Ille verò, cujus opus exustum fuerit ab igne, et laboris operam perdet et operis sui dispendium patietur; ipse tamen salvus erit, sed sicut homo, qui incensâ domo, transit per ignem.

16. Nescitis vos Dei templum esse, et Spiritum Dei in vobis habitare?

17. Si quis autem templum Dei destruxerit, eum Deus malè perdet: siquidem templum Dei sanctum est, quod estis vos.

18. Nemo semetipsum seducat: si quis inter vos sapiens esse videtur (sapientiâ seculari), stultus evadat, simplexque fiat, ut sit verè et coram Deo sapiens.

19. Sapientia enim mundana non pluris æstimatur à Deo quàm stultitia. Scriptum est Job. 5, 13 : Capiam sapientes in calliditate ipsorum.

20. Et Ps. 93, 11, scriptum est : Novit Dominus cogitationes hominum, qui sapientes sibi esse videntur, vanas et stultas esse.

21. Quapropter nemo glorietur in hominibus;

22. (Sed in Deo, per cujus misericordiam) omnia vestra sunt, sive Paulus, sive Apollo, sive Petrus (aliique Dei ministri), sive mundus, sive vita, sive mors (et prospera, et adversa), sive præsentia, sive futura, omnia, inquam, vestra sunt (per Dei gratiam).

23. Vos autem estis Christi; Christus autem Dei.

Ergo in Christo gloriamini, cujus estis, et in Deo qui vobis Christum et in Christo omnia dedit.

COMMENTARIA.

Vers. 1. — Et ego fratres... Sicut hic locus ad præcedentium intelligentiam confert, sic ex præcedentibus ipse clariùs intelligitur. Quis sit spiritualis, intelligitur ex cap. 2, v. 15; quis sit carnalis, parvulus in Christo, seu animalis, ex v. 14, cum hoc discrimine, quòd animalitas hic imbecillitatem mentis ac

Vers. 1.—*Et ego, fratres, non potui vobis loqui quasi spiritualibus, sed quasi carnalibus.* Idem est hoc loco

judicii denotet; carnalitas autem vitium affectûs indicet. Quid sit lac, seu facilior et suavior christianæ religionis doctrina, ex v. 2 et 7, de humanitate et passione Christi; quid esca, seu solidus cibus, sublimior doctrina, sapientia, v. 7.

Horum autem cum præcedentibus connexio clara est. Paulus supra dixit quòd sapientiam loquatur inter perfectos, v. 6, et quòd spiritualia spiritualibus conferat, seu sublimiora perfectis, v. 13. Nunc Corinthiis rationem reddit cur hanc apud illos sapientiam non sit locutus, nimirùm quia illius incapaces erant.

Et ego, fratres, cùm apud vos essem, non potui convenienter, seu non judicavi expedire vobis, quasi spiritualibus spiritualia conferre, et sapientiam inter vos loqui (non propter suam egestatem, sed propter illorum imbecillitatem), sed necesse duxi vobis, *quasi carnalibus*, id est, adhuc in Christo parvulis.

Vers. 2. — Lac vobis... dare potandum, seu elementa fidei simpliciter tradere; non escam, seu solidum cibum præbere, quem nondùm ferre et concoquere poteratis. Quasi diceret : Temperanda et vobis accommodanda fuit Christi doctrina; quia ergo parvuli eratis in Christo, et quasi modò geniti, *lac vobis dedi*, non cibum; ut parvulis locutus sum, simplicem fidei doctrinam simpliciter vobis tradidi; sapientiam verò, seu sublimiorem ejusdem fidei doctrinam non sum locutus : non quia nesciebam, sed quia non vobis expediebat : illius enim eratis incapaces; *animalis homo non percipit...*, ut dixi supra, cap. 2, v. 14.

Nota et adverte quòd postquàm Apostolus in præcedentibus suam in prædicando simplicitatem apud Corinthios tuitus est, 1° quia talis fuit Dei voluntas, qui simplicitatem prætulit humanæ sapientiæ, cap. 1, v. 21, 27; 2° quia prædicationis suæ materia, scilicet, Jesus Christus, hicque crucifixus, simplicem prædicandi modum postulat, cap. 2, v. 2; tertiam nunc rationem addit, quæ Paulinæ prædicationis simplicitatem ita justificat, ut et Corinthiorum supercilium, ob sapientiam secularem superbientium, deprimat. Affirmat enim quòd ob eorum in religione christianâ ruditatem et infantiam, necesse habuerit eis simpliciter loqui, utpote altioris doctrinæ, seu sapientiæ incapacibus.

Hinc discat omnis doctor quòd doctrina sit auditoribus accommodanda; parvulis lac sit dandum, provectioribus esca solidior præbenda. Omnium quippe est fides; at paucorum intelligentia : hujus prudentiæ defectu, quot conciones inutiles!

Doctrinam auditoribus accommodabat doctor gentium, quia semetipsum non prædicabat, nec suam in prædicando gloriam quærebat; sed auditorum salutem. Quot è contra concionatores, quia semetipsos quærunt, sublimia prædicant, non utilia; cibum solidiorem apponunt, ubi lac præbendum foret? Caveant et sibi directores animarum, qui antequàm à vitiis purgaverint, vanis et curiosis spiritualibus animas occupant.

Sed nec nunc quidem potestis... Imò ne nunc quidem potestis, tanto post fidem acceptam tempore, quia scilicet carnales adhuc et infantes estis. Confundit, ut proficiat; pungit, ut ulcus aperiat et sanet.

Vers. 3. — Cum enim sit inter vos zelus..., id est, æmulatio, invidia, quasi inter parvulos, et contentio, id est, et ex invidiâ pueriliter contendatis de vestrorum præceptorum dignitate. Græc. addit, *et dissidia*, id est, et ideò inter vos scindamini; Syrus addit idem quod in Græco. Gradationem observa : invidia contentionem parit, contentio divisionem, seu, ut ait Theodoretus, zelus est pater contentionis; hæc autem gignit dissidia.

Nonne carnales estis? ad Gal. 5, 20, inter opera carnis enumerat contentiones, etc.; et secundum hominem ambulatis, id est, secundùm affectum humanum et carnalem.

Vers. 4. — Cum enim quis dicat : Ego quidem..., id est, cùm enim unus vestrûm dicat : Ego sum Pauli, et alter dicat : Ego sum Apollo..., nonne hinc sequitur quòd secundùm carnem adhuc vivitis, et non secundùm spiritum; et ideò carnales estis, non spirituales. In formâ : Ille carnalis est qui invidiæ, contentioni et scissuræ subjacet; tales estis, cùm unus vestrûm contentiosè dicat : *Ego*, etc.; ergo carnales estis.

Quot Christianos ferit hæc ratiocinatio? quot enim invident, contendunt, scinduntur, et toto tempore vitæ sunt carnales? Hinc discamus charitati, paci et

carnalis, qui supra *animalis*. Sicut enim illic animali, ita hic carnali spiritualem opponit : ut carnalis intelligatur, qui sensu carnis impeditur à spiritualibus contemplandis.

Tanquàm parvulis in Christo. Carnales exponit Apostolus parvulos sive infantes in Christo, quòd nimirùm ipsi quasi parvuli et carnales tantæ sapientiæ necdùm essent capaces, ac proinde non escâ, sed lacte nutriendi.

Vers. 2. — *Lac vobis potum dedi*. Humiliorem ac simpliciorem doctrinam, quam velut infantes in Christo faciliùs caperetis, vobis tradidi. *Lac* vocat Apostolus faciliorem, suaviorem et simpliciorem doctrinam de Christi humanitate et gratiâ ac redemptione : qualis convenit catechumenis recens conversis, et adhuc carnalibus.

Non escam, non cibum solidum. Perfectorum est solidus cibus, Hebr. 5, quo nomine significat doctrinam sublimiorem quæ adultis in Christo convenit. *Escam*, id est, solidum cibum, vocat perfectiorem, robustiorem, et de altioribus mysteriis doctrinam; uti de Deo, de Dei Spiritu et spiritualibus, de crucis sapientiâ, potentiâ, amore. Ita Ambros., Theoph., S. Thomas, Anselmus.

Nondùm enim poteratis. Dat igitur rationem Apostolus, cur solidum cibum Corinthiis non præbuerit, quia ferre non poterant.

Vers. 3. — *Cùm enim sit inter vos zelus, et contentio : nonne carnales estis*, idem est carnalis, animalis, secundùm hominem ambulans; scilicet spiritu Dei destitutus, qui sequitur motus concupiscentiæ, sive naturæ corruptæ. Q. d. Paulus : Vos, ô Corinthii, estis carnales, id est, contentiosi, quia ut pueri inaniter de dignitate magistrorum contenditis, dùm hic suum Paulum, alter suum Apollo præfert et venditat.

Et secundùm hominem ambulatis? Ambulare secundùm hominem, est affectus humanos et carnales in vitâ et actionibus suis ostendere.

Vers. 4. — *Cùm enim quis dicat* : etc., id est, affectibus humanis et carnalibus obnoxii.

unitati studere, qui fructus sunt spiritûs, et veræ spiritualitatis characteres.

Vers. 5. — Quid igitur est Apollo? Ecce tandem securim ad schismatis radicem opponit. Quid sunt igitur sive Paulus, sive Apollo, sive omnes illi magistri, ob quos inaniter contenditis?

Ministri ejus cui credidistis; Gr., *per quos credidistis;* Syr. idem; id est, ministri sunt, quorum operâ externâ usus est Deus ad vobis prædicandum verbum, per quod fides vobis est data.

Et unicuique sicut Dominus dedit, id est, et sicut unicuique dedit Dominus. Seu unusquisque illorum ministrat et secundùm talentum à Domino acceptum, et secundùm ministerii officia illis à Domino distributa. Concludendum relinquit : Ergo vobis in Domino gloriandum, cujus sunt ministri; in illo, inquam, à quo et fides vestra, et à quo omnis ministrorum excellentia. Hinc disce quo loco doctor sit habendus : minister est, non dominus; canalis est, non fons; à Deo habet quidquid est et quidquid habet; et ministerium, et talentum, et sapientiam. Deus itaque in illo considerandus, audiendus, reverendus. Vide dicta in cap. 1, v. 13. Idem de libro sapiente dicendum; ita legendus est, ut per eum, quasi per canalem, ad sapientiæ fontem ascendamus. *Fons sapientiæ verbum in excelsis;* hinc omnis sapientia creata fuit. Ad hunc itaque fontem recurre, attende, quotiescumque videris aliquem sapientiæ rivulum. Bibe de rivulo, gratias age fonti; lauda Deum omnis sapientiæ fontem; ama, cole, reverere Verbum æternum, ipsam Sapientiam; ipsi omnis honor et gloria.

Vers. 6. — Ego plantavi, Apollo rigavit. Similitudine rem illustrat. Ecclesia vestra agricolatio est, Deus agricola, apostoli vestri sunt agricolæ servi, quorum unusquisque diversum officium accepit à Domino, et talentum ad illud aptum. *Ego* Paulus, Dei minister, apostolus juxta Dei voluntatem, Dei jussu, Ecclesiam vestram *plantavi* per fidem, quam vobis prædicavi primus; seu vos, ô Corinthii, in Ecclesiæ agro plantavi, prima christianæ religionis elementa docens. *Apollo*, alter Dei minister, superveniens, vos quasi plantam novellam fovit, excoluit, *rigavit*, uberiori et ampliori doctrinâ Christum et christianam religionem vos docuit.

Sed Deus incrementum dedit; at Deus solus, agricola primarius, vobis à me plantatis, et ab Apollo rigatis, vitam gratiæ, et incrementum fidei et virtutem dedit. Ipse solus per suam gratiam internam fecit ut vos, plantati, rigati, viveretis, germinaretis, cresceretis et fructificaretis.

Vers. 7. — Itaque neque qui plantat... ; itaque nec plantator, nec rigator debent à vobis, ut aliquid, considerari, sed Deus solus, à quo vestra gratiæ vita et incrementum fidei. Illi quidem extrinsecum suum dederunt vobis ministerium, secundùm quod illis à Domino datum et præceptum est; at actione suâ non attigerunt interiorem effectum conversionis et sanctificationis vestræ; sed illam solus Deus, ut auctor gratiæ effecit; sicut Deus solus, ut auctor naturæ, vegetationem dat plantis naturalibus, non autem illarum plantator et rigator.

Itaque plantator et rigator, si ad Deum comparentur, non sunt aliquid, nihil sunt, 1° quia à se non sunt, seu nihil sunt; 2° quia quod sunt et quod habent, seu quòd plantant et rigant, hoc habent à Deo; 3° quia per suam operam externam non attingunt internum gratiæ effectum, non sunt auctores, aut conversionis ad fidem, aut majoris sanctificationis per incrementa fidei, spei et charitatis.

Concludendum relinquit : Ut quid ergo gloriamini in hominibus, qui nihil sunt, nihil habent, nihil possunt? Deo soli gratias agite, qui vobis per suos ministros vitam gratiæ dedit; in Deo solo gloriamini, à quo et vita vestra, et omnis ministrorum suorum opera et excellentia.

Hoc sciat et ad hoc attendat omnis anima fidelis. Arbor seu planta sum in Ecclesiæ agro per Baptismi ministrum plantata; rigata per verbi divini et Sacramentorum ministros; at à Deo solo pendet spiritualis et divina animæ meæ vita; ipse solus dat gratiam, et incrementum gratiæ. Hinc sub Dei manu omnipotenti frequenter et assiduè humilietur; in manibus tuis sors et æterna vita mea : sic humiliata, annihilata oret, instet, gemat, speret. Et de hoc persuasus sit omnis operarius in agro Dei laborans : nihil sum, nihil possum, à Deo solo salus; Domini est movere, tangere, convertere, incrementum dare. De hoc persuasus laboret, omnia expectans à Deo, et laboris sui fructum et mercedem.

Vers. 8. — Qui autem plantat et rigat, unum sunt; id est, æquè sunt ministri unius et ejusdem Domini, à quo quisque illorum propriam mercedem recipiet secundùm laborem suum. Quasi diceret : Aut nihil sunt, aut idem sunt; nihil in se et à se; utquid

Vers. 5. — *Ministri ejus, cui credidistis;* Græcè, *nisi ministri per quos credidistis?* Paulus, inquit, et Apollo magistri vestri, propter quos contenditis, quid aliud sunt quàm ministri Dei, quorum externâ duntaxat operâ et ministerio prædicatum est vobis Evangelium Christi, in quem credidistis.

Et unicuique sicut Dominus dedit, diversa habentes ministeria, prout communis eorum Dominus cuique dedit.

Vers. 6. — *Ego plantavi.* Plantare est doctrinam de Christo tradere iis qui Christum ante non noverant.

Apollo rigavit. Id autem est doctrinæ christianæ jam plantatæ et fundatæ, superadde e præcepta quibus illa conservetur et augeatur

Sed Deus incrementum dedit, id est, interiùs dedit vitam et vigorem gratiæ ad crescendum, et adolescendum in fide, virtute et christianismo. Hoc enim solius est Dei. Vide August. tract. 5 in Joannem.

Vers. 7. — *Itaque neque qui plantat est aliquid*, etc., quia, licèt foris exhibeant suum ministerium, non tamen actione suâ interiorem attingunt effectum vel vegetationis in naturalibus, vel sanctificationis in divinis. Sed illam quidem efficit natura Deo auctore. istam verò sibi soli Deus reservat.

Vers. 8. — *Qui autem plantat, et qui rigat, unum sunt. Unum sunt*, id est, ambo non aliud quàm ministri, et quidem unius Domini ministri. Ergo omnes eadem charitate et unione complecti debetis, non autem propter eos facere schismata.

ergo in illis gloriamini, quasi magni sint aliquid? Idem sunt, Dei ministri et cooperarii secundùm talentum unicuique datum. Ut quid ergo eos discernitis et unum alteri præfertis, et ob eos, qui sunt unum et idem, scindimini? Quòd si labore et merito sunt dispares, hoc nihil ad vos, sed ad Dominum spectat, qui reddet unicuique secundùm proprium laborem et meritum.

Nota. Pro magnitudine laboris erit merces; hoc solari debet operarios, qui non secundùm fructum, qui non pendet ab illis; sed secundùm laborem suum, remunerabuntur.

Vers. 9. — Dei enim sumus adjutores. Dat rationem cur dixerit: *Qui plantat et qui rigat, unum sunt*, scilicet Dei cooperarii; Domino ut primario agricolæ subservientes, ut vos plantas ejus excolamus Domino, ut summo architecto subservientes, ut vos ædificium ejus spirituale extruamus.

Nota quòd apostoli Deo cooperantur, hìc, et Dominus apostolis cooperatur, Marci 16, 20; sed ubique Deus Dominus est, ubique apostoli, ministri. Magna tamen et divina est hæc dignitas, Dei cooperatorem esse in reductione rationalis animæ ad suum principium, id est, in conversione animarum, ut ex D. Dionysio citant Estius et Cornelius.

Licèt itaque apostoli et apostolici viri, ad Deum comparati, nihil sint, ut supra dictum est, v. 7 et 8, ad nos tamen comparati, in Deo et ob Deum maximè reverendi sunt, quia Dei cooperarii, Deique adjutores. Intellige adjutores, non ex indigentiâ aut infirmitate, sed ex misericordiâ et bonitate; nullius operâ indiget Deus.

Dei ædificatio estis. Hic altera incipit metaphora, quâ rem eamdem illustrat: scilicet, quòd apostoli sunt ministri Dei. Vos, ô Corinthii, spirituale et divinum estis ædificium, cujus ipse Deus architectus est; nos apostoli, sumus Dei cooperarii et adjutores; quorum alii, jubente Deo, ponunt fundamentum; alii super jactum fundamentum ædificant.

Vers. 10. — Secundum gratiam Dei... *Ego* Paulus, *per voluntatem Dei apostolus*, Deique cooperarius, vestri spiritualis ædificii *fundamentum posui*, *secundùm gratiam*, quæ data est mihi, à Deo scilicet. Hoc addit expressè, ut Corinthiorum nullus ob id in Paulo glorietur, quasi Paulus ex se et suâ virtute hoc illis beneficium præstiterit; sed ut omnes ipsi Deo, bonorum omnium largitori et fonti, gratias agant, quòd per Paulum, suum servum et cooperarium, eos in fide fundaverit.

Alius autem superædificat. Apollo, et omnes alii, qui post me supervenerunt, ut vos erudiant in fide, super fundamenta per me posita ædificant.

Nota quòd sicut ex D. Paulo hìc plantare et fundare sunt unum et idem, scilicet, prima fidei elementa docere, ita et in ejus mente rigare et superædificare sunt idem, nimirùm doctrinam fidei traditam perfectiùs docere et fusiùs explicare. In sensu itaque litterali, per *superædificantes* hìc et in sequentibus verbis, Paulus intelligit doctores omnes, qui post ipsum Corinthios in fide docturi supervenerunt.

Unusquisque autem videat... Relicto igitur ad tempus ædificio, deflectit ad ædificantes, et doctores alloquitur præsertim eloquentes, quibus à vanitate periculum est, eosque monet ut ab eâ sibi caveant. Corinthi enim fuisse doctores vanos et inflatos patet ex cap. 4, v. 18 et 19; illos ergo alloquens ait: Videat quisquis ad vos prædicaturus supervenit, qualem doctrinam principiis fidei à me positis superaddat; seu videat quid, quomodò, quo fine, quâ charitate ac animi puritate vos doceat.

Hic quidem sensus est litteralis, ut ex contextu patet; sed non propterea contemnendam puto D. Joan. Chysostomi interpretationem, quæ per superædificantes intelligit omnes et singulos fideles; imò tanti doctoris revereor sententiam, quia si non est ipsissima mens D. Pauli, saltem ipsi est conformissima, et hæc in illâ includitur. Ut hanc ergo tanti viri sententiam, quæ valdè instructoria et ædificatoria est, intelligas, omnis et quælibet anima fidelis, sicut et Ecclesia, sive particularis, sive universalis, ædificium est spirituale et divinum, cujus architectus ipse Deus: ejus autem cooperarii apostoli, seu episcopi, seu sacerdotes; fundamentum est fides in Christum

Unusquisque autem propriam mercedem accipiet secundùm suum laborem. Locus hic clarè docet merita bonorum operum; ubi enim merces est, ibi et meritum est. Opera nostra non ex laboris aut molestiæ magnitudine æstimationem habent apud Deum: ut neque ex diuturnitate temporis aut ex numero actionum; sed ex pondere charitatis, à quâ procedunt. Cùm autem merces cogitari nequeat absque merito, manifestè sequitur ex hâc sententiâ et aliis similibus, id quod hæreticus negat, bona justorum opera (quæ nos profitemur esse Dei dona) mereri vitam æternam.

Vers. 9. — *Dei enim sumus adjutores*, id est, cooperatores. *Ingens hæc, angelica, imò divina est dignitas* (ait. S. Dionys., de cœlest. Hierarch., cap. 31) *Dei cooperatorem fieri in conversione animarum, divinamque in se operationem palàm cunctis ostendere.*

Dei (non autem Pauli, vel Apollo, ut in iis gloriari possitis) *agricultura estis.* Agricola primarius est Deus, famuli sunt Paulus et Apollo, ager sunt Corinthii, semen est gratia, fructus sunt bona opera. Deus colit interiùs per Spiritum; Paulus juvat exteriùs per vocem. Ita Anselmus.

Dei ædificatio estis; sed et ædificium Dei estis, ad quod ædificandum Deus nos operarios constituit.

Vers. 10 — *Secundùm gratiam Dei, quæ data est mihi, ut sapiens architectus fundamentum posui.* Quasi dicat, non mea est hæc fabrica, non meum est hoc opus Ecclesiæ Corinthiacæ: licèt enim ego, quasi architectus, prima illius fundamenta evangelizando jecerim, tamen quidquid ego in eâ feci et perfeci, non meis, sed gratiæ Dei viribus effeci: tota hæc Ecclesiæ vestræ fabrica, non mihi, sed gratiæ Dei tribuenda est.

Alius autem superædificat. Sicut enim idem Apostolo est is qui plantat, et qui fundamentum ponit, ita quoque idem est qui rigat et qui superædificat. De solis magistris seu prædicatoribus accipiendum est: quorum scilicet est docere fideles ea quæ sunt christianæ veritatis ac pietatis.

Unusquisque autem videat quomodò superædificet, quoniam multi erant doctores Corinthiorum: generatim eos monet, ut quisque diligenter attendat, *quomodò superædificet:* id est, qualem doctrinam fidei in fundamento positæ superaddat, ne fortè ex seculari philosophia, quâ videbantur instructi, vel ex opinione privatâ, admisceant aliqua dissentanea veritati et simplicitati christianæ.

per baptismum data; operarius autem superædificans est omnis et quicumque fidelis. Hoc nostrum ædificium spirituale debet usque ad finem vitæ crescere; id est, supra fidei fundamentum in animâ per Baptismi ministros positum, debet unusquisque fidelis continuè superædificare, seu bona opera omnium virtutum superaddere. Putat ergo D. Chrysostomus et alii interpretes Græci, illius sequaces, quòd D. Paulus transiens à doctrinâ ad mores, Corinthios fideles et nos in eorum personâ alloquatur dicens : *Videat unusquisque* fidelis, quid supra fidem sibi datam ædificet. Superædificatio debet esse fundamento congrua; videte ergo quid Christo Domino, per fidem in animabus vestris posito, quasi fundamento, inædificetis; qualia opera fidei in Christum superaddatis.

Hoc tu, Christiane, tanquàm tibi ipsi dictum assume tuumque redde. Cogita quòd per Baptismum factus es templum Dei. Tunc incœptum est in te et quasi fundatum hoc Dei templum. Cogita et quòd in eo superædificando, sis Dei cooperarius et adjutor; toto vitæ tuæ tempore huic fundamento per Baptismum jacto, debes inædificare templum Dei. Vide ergo quid ædifices; cave ne quid Christo Domino indignum et incongruum inædifices.

Templum Dei sanctum sumus; templum in Christo Domino fundatum, templum in quo habitat Spiritus sanctus; ad hæc tria attende, et vide ne quid eis indignum facias.

Vers. 11. — Fundamentum enim aliud.... Dat rationem ob quam superædificantes moneat et discrimen affert inter se fundatorem et alios doctores superædificantes. Nam quod spectat ad fundamentum, nemo potest aliud ponere quàm quod ego posui, scilicet Jesum Christum, cujus fidem et doctrinam ego vos docui primus. Christus primarium est Ecclesiæ fundamentum, seu fundamentum fundamentorum, et habens à se suam soliditatem, sicut rupes aliqua, ut ait D. Thomas. Hoc tamen non impedit quominùs apostoli sint ejusdem Ecclesiæ fundamenta secundaria, in Christo ipso proximè fundata, et ab ipso suam soliditatem habentia, ait idem Angelicus doctor. Idem intellige de animâ fideli, templo Dei; illius fundamentum non potest aliud poni, quàm fides in Christum Jesum. Nec enim aliud est nomen sub cœlo datum in quo nos oporteat salvos fieri; domus Dei credendo fundatur, sperando erigitur, amando perficitur, D. Augustinus.

Huic ergo primario et propriè unico totius religionis fundamento, unire, et innitere, ô anima christiana! unire, inquam, fide, charitate, ipsique unita et totaliter innixa, omnes religionis actus exerce : adora, gratias age, veniam pete, ora pro te et aliis; in Christo, cum Christo et per Christum age, patere, offer, ora, ut jam dictum est Epist. ad Rom., cap. 16, in corollario; omnia cum Christo, nihil sine Christo.

Vers. 12. — Si quis autem superædificat... Unica quidem est fundandi ratio, ut jam dixi; at diversimoda potest esse superædificatio. Potest enim super fidei fundamenta jam posita, superædificari vel aurum, vel argentum, vel lapides pretiosi; v. g., marmorei et porphyretici, vel potest superaddi lignum, fœnum et stipula. Quandoquidem doctores superædificantes alloquitur, ut v. 10 notatum est; consequens est ut de doctrinâ intelligatur, quòd metaphoricè vocat aurum, etc., vel lignum, fœnum, etc.

Per tria, quæ præclara sunt in mundo, bonam doctrinam significat, ait Ambrosius; per tria frivola, vana et corrupta dignoscitur doctrina, ait idem; per corruptam intellige minùs puram. Agit enim Apostolus de superædificantibus, non de corrumpentibus, seu destruentibus, de quibus v. 17. Itaque per *aurum*, *argentum*, *lapides pretiosos*, quæ, ut ait D. Thom., inclytam habent claritatem, inconsumptibilitatem et pretiositatem, intelligit doctrinam solidam, puram, lucentem pariter et ornantem, seu ædificantem; quæ ex sacris Scripturis sit hausta, vel ex ipsis fidei principiis, vel mysteriis educta. Per *lignum, fœnum, stipulam*, quæ vilia sunt, obscura et facilè consumptibilia, intelligit doctrinam, equidem in se bonam (aliàs destrueret fidem, non super fidem ædificaret), sed minùs solidam, minùsque utilem, nimis curiosam, phaleratam, pomposam, quæ philosophiæ ac secularis sapientiæ ornamentis sit permixta, et ideò ad applausus sit aptior quàm ad ædificationem.

Videat ergo unusquisque doctor quid super fidei fundamenta per me posita ædificet, an doctrina ejus sit solida, pura, lucens, ornans et ædificans Ecclesiam; an verò vana, minùs solida, nimis humana et ornata.

Vers. 11. — *Fundamentum enim aliud nemo potest ponere, præter id quod positum est;* nam, inquit, quod ad fundamentum attinet, illud, salvo hoc ædificio ac templo Dei, mutari non potest. Varia quidem est superædificatio, sed nemo potest diversum collocare fundamentum ab eo quod à me positum est.

Quod est Christus Jesus. Quod fundamentum est Christus Jesus, scilicet à nobis apostolis annuntiatus, et à vobis fide receptus. Fundamentum ergo Ecclesiæ et cujusque in eâ animæ fidelis, est Jesus Christus, id est, fides in Christum Jesum salvatorem nostrum, ac præsertim, fides viva per charitatem, super quam ego vos ædificavi. Ita Anselmus et Gregor., lib. 7, epist. 47. Hoc sensu solus Christus est Ecclesiæ fundamentum; puta fundamentum fundamentorum, ait S. Augustin. in Psal. 86. Quod scilicet seipso consistit, omnia sustinet, etiam Petrum : alio sensu Petrus est fundamentum Ecclesiæ, idque secundarium; quia scilicet ipse firmus est in fide, ut publicè errorem docere non possit, sed alios semper in eâ confirmet et illuminet. Ita S. Thomas, et passim doctores catholici. Simili sensu, non solus Petrus, sed omnes apostoli vocantur *fundamenta Ecclesiæ*, Ps. 86, ubi dicitur : *Fundamenta ejus* (Sionis, id est, Ecclesiæ) *in montibus sanctis;* et Joannes, Apocal. 21, duodecim apostolos collocat et nominat fundamenta Jerusalem sive Ecclesiæ cœlestis.

Vers. 12. — *Si quis autem superædificat super fundamentum hoc*, etc. Est metaphora à domo per ignem conflagrante; quæ si ex auro et lapidibus pretiosis constructa sit, igne non lædetur; sin ex ligno et stipulâ, aduritur. Ubi obiter adverte per lapides pretiosos hic intelligi marmoreos, porphyreticos, et similes, non autem adamantes et gemmas. Sensus ergo Apostoli est, q. d. : Si oriatur incendium, domus ex marmoribus et auro structa, illo non lædetur, sed

Et hoc quidem puto litteraliter intelligi: benè tamen et in sensu Apostoli, si non primario, saltem secundario, hoc de fidelibus omnibus intelligere potes, fidei fundamento proprias suas actiones superextruentibus; vel bonas, per aurum, argentum et lapides pretiosos significatas; vel minùs bonas, et peccatis venialibus infectas, per lignum, fœnum et stipulam figuratas.

Videat ergo unusquisque fidelis, quid fidei in baptismo acceptæ inædificet: an charitatis aurum, sapientiæ et contemplationis argentum, et omnium virtutum lapides pretiosos; an verò opera bona quidem, sed vanitate vel aliis peccatis venialibus infecta?

Nota quòd cùm de superædificantibus hic agat Apostolus, et non de destructoribus, de quibus v. 17, consequenter hæc ejus doctrina non potest intelligi de doctoribus hæreticis, eorumque doctrinis impuris; etenim fidem evertunt, non super fidem ædificant; nec etiam de peccatis mortalibus, quia qui talia agunt, non salvantur; hi autem de quibus agit Apostolus, salvabuntur, v. 15.

Videat ergo quid, quomodò et quo animo quisque fidelis superædificet.

Vers. 13. — Uniuscujusque opus..., quia uniuscujusque opus aliquando tandem erit omnibus manifestum; materiæ differentiam patefaciet dies judicii, Theodoretus. Diles enim Domini...; Gr., *nam dies;* Syr., *dies enim ille* Dies judicii dicitur antonomastice, *dies*, vel *dies illa*, vel *dies Domini*. Jam nostra dies est, dies, hominis, tempus nostrum, quando nostram implemus voluntatem, etiam contra Deum, ait D. Thomas, post. D. Anselmum. Dies autem judicii erit dies Domini, quia voluntas Domini complebitur de hominibus, qui per justitiam, vel præmiabuntur, vel damnabuntur. Dies ergo judicii declarabit quale fuerit opus cujuscumque;

Quia in igne revelabitur. Alludit ad id quod scriptum est, Psal. 96: *Ignis ante ipsum præcedet.* Ignis nempe conflagratorius mundi, quasi divinæ justitiæ lictor, judicem mundi præcedet et per illum *revelabitur*, id est, declarabitur, seu apparebit quòd dies illa sit dies judicii.

Quia ergo in igne et cum igne fiet dies illa, hinc, ait D. Paulus: *Uniuscujusque opus*, non tantùm erit manifestum, sed et probatum; ignis quippe suâ luce manifestabit, et suo calore probabit uniuscujusque opus. Sicut ignis noster nunc aurum purum probat, impurum purgat, stipulas et ligna comburit, ita ignis conflagratorius omnes justos, qui tunc erunt super terram, probabit quidem, sed quos puros, ut aurum, invenerit, illæsos et doloris immunes servabit; quos autem bonos quidem, sed culpis venialibus impuros repererit, purgabit plùs aut minùs pro cujusque meritis torquendo; malos autem et impios secum tandem in infernum convolvens inflammabit et torquebit in æternum. Erit ergo ignis ille probatorius, purgatorius, et vindicatorius, sed diversorum respectu. Sufficit itaque ad explicandos effectus hic ab Apostolo designatos, scilicet probare, purgare, perdere, seu punire; nihil ergo meliùs intelligi potest per ignem hic ab Apostolo allegatum, quàm ignis conflagratorius mundi; quà de re vide fusiùs Estium et Cornelium à Lapide, ex quibus pauciora (infra).

Ad hunc omnem locum breviter et clarè explicandum, nota 1° quòd per diem Domini designetur dies judicii universalis, in quo, ut canit Ecclesia, Christus venturus est judicare seculum per ignem. De hoc die loquitur Apostolus hìc et alibi, tanquàm instet, et suo tempore sit futurus; ut ad eum, velut incertum et vicinum, assiduè se præparent omnes fideles. Sed sub hâc die judicii universalis comprehenditur et dies judicii particularis, seu dies mortis, in quo unusquisque judicatur; idem enim utriusque dei judicium erit, et eadem utriusque judicii sententia. Nota 2° quòd per ignem, de quo hìc Apostolus, intelligitur ignis conflagrationis, qui prævius, comes et lictor Christi judicis erit; quique probabit et purgabit eos qui tunc vivent; impuris mortem et pœnam, plùs aut minùs acerbam, pro cujusque meritis afferens. Sed sub hoc igne intellige purgatorium ignem, quo statim post mortem purgantur animæ justæ, et ita intellexerunt Patres Latini in concilio Florentino; uterque ignis purgatorius est: ille conflagrationis, scilicet, purgatorius erit universorum tunc viventium; hic nimirùm

magis clarescet: vicina verò domus è ligno et stipulis conflagrabit, et qui eam inhabitat, elabetur quidem, sed ambustus: ita si quis Christianorum, præsertim doctorum, et prædicatorum Evangelii, fidei Christi superædificet aurum et argentum, id est, opera sancta, ac præsertim doctrinam sanam, profícuam et sanctam, pertinentem ad ornamentum Ecclesiæ; hic mercedem accipiet. S. Thom.: *Aurum*, ait, *est charitas; argentum, sapientia et contemplatio; lapides pretiosi, sunt virtutes aliæ.* E contrario lignum, fœnum, stipulæ sunt peccata non gravia, illa et mortalia, ut vult Chrysost., Theophyl., sed levia et venialia, quibus scilicet mens adhærescit ad vana, v. g., ad carnis commoda, nugas, vanam gloriam. Propriè verò ad mentem et scopum Apostoli, lignum, fœnum, stipula, est doctrina incerta, frivola, pomposa, phalerata, curiosa, inutilis. Ita S. Ambrosius, S. Thom., Theodor., Anselm.; qui enim hæc superstruit fundamento fidei Christi, hic salvus erit, sic tamen quasi per ignem.

Vers. 13. — *Uniuscujusque opus manifestum erit.* Tacitè monet Apollo, et alios Evangelii præcones, maximè eloquentes, quibus periculum est à vanitate, ut eam caveant, et puræ veritatis sint magistri, ne si secùs faciant, igne hoc expiari debeant; nam aliquos tales fuisse Corinthi, eosque contentionis et schismatis fuisse causam vel occasionem, satis insinuat Apostolus.

Dies enim Domini declarabit, id est, dies judicii, maximè universalis; quia hæc in igne revelabitur. Illa enim Domini, jam nostra est dies, ait Anselm., Theodor., Ambros.

Quia in igne revelabitur. Totus hic Apostoli locus de die judicii, tam particularis, quàm universalis, deque igne tam purgatorii, quàm conflagrationis mundi intelligendus est.

Et uniuscujusque opus quale sit, ignis probabit. Sensus est: Eo ipso igne, quo revelabitur vel dies Domini, vel ipse Dominus, vel opus cujusque, tanquàm instrumento justitiæ divinæ, quidquid doctrinæ superædificatum fuerit fundamento à ministris verbi Dei, severè examinabitur: sive illud sit ut aurum.

ignis purgatorii, est singulorum nunc decedentium purgatorius. Hic ergo se habet ad illum tanquàm pars ad totum, et unus in altero debet intelligi.

Hàc de re vide plura apud Cornel. à Lapide, qui existimat non improbabiliter quòd unus et idem ignis futurus sit; ita ut desinente purgatorio in fine mundi, ignis illius loci fiat conflagrationis ignis.

Vers. 14. — Si cujus opus manserit.... operarius ille, *cujus opus*, utpote solidum, vim ignis toleraverit et in illo permanserit illæsum, bonus reputabitur operarius, et à Domino supremo architecto remunerabitur, seu justam laboris sui mercedem recipiet; perseverat in metaphorâ ædificii à v. 9 cœptâ : domus ex auro, argento, marmore non læditur ab igne; ita doctrina pura et sana (vel opera sancta) nihil patietur in Dei judicio, sive universali, sive particulari, ut dictum est v. 13. Sed sive doctor, sive christianus, quicumque sit, laudabitur et præmiabitur æternitatis coronâ.

Vers. 15. — Si cujus opus arserit...; ille verò, *cujus opus* exustum fuerit ab igne, sicut fœnum et stipula comburi solet, is et laboris sui perdet operam, et operis sui dispendium patietur; idem doctori vano (idem et omni christiano vano) continget, quod architecto, cujus ædificium, quia ex materiâ combustibili constructum, ab igne consumeretur.

Domus ex ligno, fœno et stipulâ facilè comburitur et in pulverem reducitur; ita et doctrina vana, pomposa, nimis ornata, minùsque utilis et solida; ita et opera vana, ex amore rerum temporalium facta.

Ipse autem salvus erit...; talis, sive doctoris, sive christiani vanitas in igne, vel conflagrationis, vel purgatorii, cremabitur; id est, doctor ille vel christianus mulctabitur quidem et vanitatis suæ luet pœnas; *ipse* tamen *salvus erit;* sed sicut homo, qui incensâ domo, elabitur et transit per ignem, combustus. Cùm ex D. Paulo salvandus sit hic operarius, consequens est ut hic locus non intelligatur de operario absolutè malo, id est, nec de doctore hæretico, nec de christiano mortaliter peccante; hi enim non salvabuntur, sed in æternum torquebuntur.

His ergo versibus agit de sanctis et salvandis, sive doctoribus, sive simpliciter christianis; versu 14 quidem, de sanctis omninò puris, ut aurum; versu autem 15, de sanctis, qui aliquibus culpis venialibus reperientur impuri, et hi punientur, sed puniti salvabuntur.

Versu 17 de doctore hæretico et pernicioso, seu fidei eversore loquetur. Idem intellige de omni, qui in peccato mortali repertus fuerit, seu qui peccato templum Dei violaverit, sanctumque Spiritum ex corde suo exulaverit.

Observatio moralis.

Ad hæc omnia supra dicta attende, et sæpè reflecte, ò anima christiana! Templum Dei facta es per baptismum; per fidem tunc tibi datam, inchoatum est in te hoc Dei templum; toto autem vitæ hujus tempore crescere et continuè perfici debet.

Dei in hoc ædificando cooperarius es, christiane : Vide ergo et attende seriò quid et quomodò superædifices; qualia opera fidei fundamento superaddas; an pura, sancta et solida, an frivola et vana. Hoc Deus, qui totus lux et ignis est, in suo severo examine et judicio probabit. Ante hunc Judicem, corda et animos scrutantem, illa sola opera subsistent, et erunt solida, quæ in charitate, et ex charitate facta fuerint. Quidquid vel vanitate, vel quâvis cordis impuritate, seu affectu inordinato vitiatum et infectum erit, hoc omne coram Deo lignum erit putridum, fœnum aridum, palea combustibilis, et in favillam reducenda.

Hoc igitur omne comburetur; hujus igitur operam et mercedem perdes, imò ob hoc omne mulctaberis. Et quia nihil impurum intrabit in regnum cœlorum, hinc ob minimam cordis impuritatem, pœnas lues in igne purgatorio, et non nisi per ignem purgatus, salutem consequeris à Domino. Quòd si autem de bonis etiam actibus tunc eris reus, quid ergo de malis? Ad hoc attende seriò; hoc severum Dei judicium fidei nunc lumine præveni; examina tu ipse, et proba opera tua: an aurum, an lignum, an argentum, an fœnum, etc. Heu! quæ convenientia fidei tuæ cum operibus tuis? quæ convenientia Christi tecum, ò Christiane! Itaque dole de præterito, et per pœnitentiæ dolorem redime tempus, repara præteritum. Per charitatis ardorem sanctifica præsens, vivifica omnia opera tua, Christoque digna redde et congrua. Per assiduum orationis studium, præpara futurum, vide, vigila, ora, sicque tuum Judicem propitium habebis.

Vers. 16. — Nescitis quia templum Dei estis... Redit ad fideles Corinthios, à quibus deflexerat ad

argentum, lapides pretiosi; sive ut ligna, fœnum, stipula.

Vers. 14. — *Si cujus opus manserit*, etc. Sensus est : Si cujus opus quod superædificavit, permanserit illæsum ab igne, utpote purum, sanctum et irreprehensibile, quomodò purum aurum ab igne non læditur; pro eo opere ipse ædificator mercedem recipiet à judice Christo. Itaque tali structori ignis ille, quantùm ad ejusmodi opus attinet, nullum inferet cruciatum aut dolorem; quia nihil in eo inveniet purgandum.

Vers. 15. — *Si cujus opus arserit, detrimentum patietur*. Si cujus opus quod superædificavit, ab igne correptum et combustum fuerit, quomodò ligna, fœnum, stipula comburi solent ab igne, hoc est, si malum ac reprehensibile inventum fuerit, ideòque pœna dignum; ipse ædificator detrimentum hujusmodi operis patietur, nihil pro eo mercedis accepturus, sed magis propter illud ab igne cruciandus operans, damnum passurus est, et dispendium facturus sui operis ac laboris : quomodò mercator damnum patitur suarum mercium, dùm eas in mare projicit, ut ipse evadat; ita *detrimentum* quisque *patietur*, id est, pœnâ mulctabitur operans, ita tamen ut salvus fiat per ignem.

Ipse autem salvus erit, sic tamen quasi per ignem; Græcè, *salvabitur, salvus fiet.* Vult enim Apostolus hâc similitudine ostendere, igne puniendos esse doctores, qui fidei Christi vana et curiosa superædificant : salvus erit sicut is qui ex incensâ domo elabitur, et transit ambustus per ignem. De igne purgatorii hunc locum accipiunt omnes catholici Patres et doctores Latini, et concilium Florentinum, initio : estque consensus et traditio Ecclesiæ.

Vers. 16. — *Nescitis quia templum Dei estis*, etc. Quasi dicat : Estis ædificium non hominis, sed Dei, ac consequenter non profanum, sed sanctum, puta

eorum doctores. Quos ergo priùs vocavit *ædificium Dei*, nunc vocat *templum Dei*, ob inhabitantem Dei Spiritum in vobis, scilicet per gratiam, fidem, spem, charitatem, aliaque dona sua. Et Ecclesia, et quælibet anima sancta, est *templum Dei*, in quâ Spiritus sanctus inhabitat augustiùs quàm in arcâ, quæ Ecclesiæ et animæ sanctæ erat tantùm figura.

VERS 17. — SI QUIS AUTEM TEMPLUM DEI VIOLAVERIT... Malos hìc doctores, falsosque apostolos alloquitur, qui suis perversis doctrinis fidem, domûs Dei fundamentum, evertebant. Illi non salvabuntur quasi per ignem, sed in igne peribunt, et per ignem cruciabuntur in æternum; templi sui destructorem DEUS PERDET, seu damnabit in æternum.

TEMPLUM ENIM DEI SANCTUM EST... Hujus æternæ punitionis assignat rationem : nec enim impunè violantur sacra Deo, ut patere potest in Athaliâ et Balthasare, quos perdidit Deus; hunc, quia sacra templi vasa, Danielis 5, v. 3, illam, quia Dei templum profanavit, 2 Paral. 24, 6, 7. Si autem materialis templi profanatores perdidit Deus, quantò magis disperdet eos, qui spirituale Dei templum, quod estis vos, suis erroribus evertere conantur! Hoc idem cum Patribus Græcis intellige de iis Christianis qui sordidis moribus profanant aut violant in semetipsis templum Dei.

VERS 18. — NEMO SE SEDUCAT : SI QUIS VIDETUR... Assignatis diversis eventibus, qui unicuique operario, in die judicii, contingent, in quâ boni et optimi præmiabuntur; boni, sed aliquo affectu inordinato vitiati, per ignem priùs purgati, salvabuntur, perversi autem damnabuntur. Rursùs ad eos qui ob externam sapientiam efferebantur, sermonem habet; et sicut v. 10 dixit eis : *Unusquisque videat quomodò superædificet*, ita nunc eisdem ait : *Nemo se seducat*, humanâ sapientiâ deceptus; nemo de se, et de suo opere præsumat, ob secularem sapientiam. Quinimò, *si quis videtur* hâc sapientiâ præditus (tremens ne ut palea comburatur), hanc reprobet sapientiam, STULTUSQUE FIAT, id est, simplicitati et humilitati evangelicæ studeat ut verè et coram Deo fiat sapiens, et quasi aurum purum reputetur in die illâ.

VERS. 19. — SAPIENTIA ENIM HUJUS MUNDI... Dat rationem ob quam reprobanda sit à nobis sapientia secularis : nempe quia à Deo reprobata et contempta, ut dictum est 1 cap., v. 19, etc. *Sapientia enim mundana* non pluris æstimatur à Deo quam STULTITIA, quia nihil confert ad salutem; imò sæpè obest saluti, quia à verâ et divinâ distrahit sapientiâ, inflat, seducit.

SCRIPTUM EST ENIM... Job 5, 13. Verba sunt Eliphaz : COMPREHENDAM, capiam sapientes in calliditate eorum; detegam omnem eorum astutiam, et detectam evertam, stultamque monstrabo.

VERS. 20. — ET ITERUM, Psalm. 93, 11 : *Novit Dominus cogitationes hominum*, qui sibi sapientes esse videntur, vanas et stultas esse, et ad salutem inutiles; verum putant quod falsum, falsum quod verum.

VERS. 21. — NEMO ITAQUE GLORIETUR IN HOMINIBUS...

templum Dei, in quo Deus habitat per fidem, gratiam, charitatem et dona sua. Ita Anselmus et alii passim.

VERS. 17. — *Si quis autem templum Dei violaverit, disperdet illum Deus.* Sensus est : Si quis per falsam doctrinam subvertit fundamentum spiritualis ædificii, atque ita destruit ipsum ædificium, seu templum Dei; is non existimet se salvum fore per ignem, sed planè periturum. Disperdet enim illum Deus : quia nimirùm æterno ignis supplicio destructorem illum sui templi puniet.

Templum enim Dei sanctum est quod estis vos. Ac si dicat : Sacrilegium committit ille templi Dei violator, utpote rem sanctam, id est, Deo consecratam corrumpens : ideòque dignus quem Deus ultor injuriæ templi sui disperdat.

VERS. 18. — *Nemo se seducat*, Græcè : *Ne quis seipsum decipiat.* Loquitur autem Apostolus de iis qui cùm essent imbuti sapientiâ seculari, magistros fidelium sese venditabant : quorum quidam, ut dictum est, boni erant, sed imperfectè, quia super fundamentum apostolicum ædificabant ligna, fœnum stipulam; alii verò simpliciter mali, quos ut templi Dei corruptores proximè notaverat. Igitur de utrisque dicit : Nemo seipsum fallat, confidens ac sibi placens in suâ sapientiâ, quasi non sit passurus ea quæ dixi, si vel inutilia doceat vel perniciosa.

Si quis videtur inter vos sapiens esse in hoc seculo (sapientiâ scilicet et eloquentiâ secularî, rhetoricâ, philosophicâ, mundanâ, terrenâ, ideòque quasi sapiens superbiat, et ex fastu alios despiciat), *stultus* fiat *ut sit sapiens. Stultus fiat*, id est, doctrinæ christianæ, quæ stultitia est incredulis, penitùs se subjiciat, et intellectum suum in obsequium fidei captivet : ita futurum ut verè et secundùm Deum sapiens fiat.

VERS. 19. — *Sapientia enim hujus mundi stultitia est apud Deum*, quia Deus reprobavit sapientiam secularem, et abjecit quasi fatuam : primò, quia nihil sapit salutare et divinum, nihil etiam facit ad negotium salutis. Secundò, Deus eâ uti noluit in Evangelio prædicando, sed potiùs rudibus apostolis. Tertiò, quia sæpè contraria est fidei. Tum in speculativis, uti mysterio sanctissimæ Trinitatis, incarnationis, mortis Filii Dei, repugnant omnes seculi sapientes, quasi illa impossibilia et incredibilia sint.

Scriptum est enim. Quod dixit sapientiam mundi hujus esse stultitiam apud Deum, duobus testimoniis confirmat, quorum priùs sumptum est ex libro Job, cap. 5. *Comprehendam sapientes in astutiâ eorum.* Sunt hæc verba non Job, sed Eliphas, qui falsò disputat contra Job, volens probare Job peccâsse, et per peccata calamitates suas esse promeritum : unde redarguitur à Deo, Job 42, ac proindè verba hæc Eliphas non habent auctoritatem sacræ Scripturæ, sed viri sapientis. Probat enim Paulus hanc Eliphas sententiam, quia in se vera est, et sapienter à sapiente illo dicta. Sensus Apostoli : Deus deprehendit, detegit, eludit omnem astutiam ac versutiam sapientum hujus seculi. Sapientiam eorum stultitiæ convincit : dùm scilicet ostendit ejusmodi sapientiam non posse præstare id quod promittit, hoc est, nihil prodesse ad benè beatèque vivendum.

VERS. 20. — *Et iterùm* (scriptum est Psal. 93) : *Dominus novit cogitationes sapientium*, etc. Sensus est : Dominus novit cogitationes et consilia hominum qui sibi sapientes esse videntur, vana esse et inutilia ad finem quem spectant, id est, ad vitam beatam. Omnes enim sapientes beatitudinem promittunt. Omnibus hisce sententiis et rationibus Apostolus docet Corinthios, vanam et inanem esse sapientiam et eloquentiam secularem, in quâ ipsi gloriabantur, et ob quam Apollo præponebant Paulo. Veram autem sapientiam esse fidem et doctrinam christianam, quam ipse eis, simplici licèt sermone, ardenti tamen, et efficaci spiritu prædicaverat.

VERS. 21. — *Nemo itaque glorietur*, etc. Eloquenti-

Omnes hic Corinthios alloquitur, ex supra dictis concludens nemini gloriandum esse in hominibus, quicumque sint illi, et quantàlibet sapientiâ sint præditi; quasi diceret : Cùm ita sit *quòd ministri nihil sint*, v. 7, et quòd *sapientia sit stultitia apud Deum*, v. 19.

Nemo ergo glorietur in hominibus propter eorum humanam sapientiam; nemo ob illos contendat, et eis nemo sese addicat.

Vers. 22. — Omnia enim vestra sunt... Dat rationem cur in hominibus, quamvis sapientibus, non sit nobis gloriandum; sed in Deo solo, qui nobis per Christum et ob Christum dedit et ministros salutis, et omnia ad fidem necessaria. Quasi diceret : Per Dei misericordiam et liberalitatem, *omnia vestra sunt*, sive Paulus, sive Apollo, sive Petrus, sive quicumque alius Dei minister; Dei jussu et voluntate saluti vestræ famulamur omnes.

Sive mundus, omnesque in eo contentæ creaturæ, quæ etiam suo modo saluti vestræ procurandæ Dei jussu subserviunt.

Sive vita, quæ vobis à Deo data est, ut in eâ beatitudinis æternæ merita colligatis.

Sive mors, quam quidem non fecit Deus, sed quam justè ordinavit, ut peccati supplicium; sed et miseri-

bus vel sapientibus, puta Apollo. Paulo, etc.

Vers. 22. — *Omnia enim vestra sunt*, hoc est, omnia propter vos sunt, et ad vestram ordinantur utilitatem : propter vos autem, intellige electos. Horum enim gratiâ sunt omnia.

Sive Paulus, sive Apollo, sive Cephas. Sive Paulus, inquit, qui plantavit : sive Apollo, qui rigavit : sive Cephas, id est, Petrus, quamvis apostolorum princeps, et, ut ait Thomas, universalis pastor ovium Christi. Nam hi non aliud sunt quàm ministri, per quos credidistis.

Sive mundus, id est, universa corporea creatura, quæ sine dubio propter electos est. *Sive vita, sive mors.* Vestra est vita, ut in eâ merita colligatis : vestra mors, quia per mortem transitis ad vitam æternam.

Sive præsentia, sive futura. Vestra sunt præsentia, tam adversa quàm prospera, quia illis utimini in bonum. Vestra sunt futura bona, quia illis fruemini : unde jam vestra sunt in spe, reipsâ erunt in cœlo. Ita S. Thomas et Anselmus. Vestra quoque sunt

corditer ut pœnitentibus esset meritum, illisque transitus, et quasi porta ad æternam vitam; et prospera et adversa, et vita et mors vestræ saluti cooperantur Dei providentiâ.

Sive præsentia, id est, omnia bona, tum naturæ, tum gratiæ, quæ vobis in præsenti vitâ dantur ad æternitatem promerendam.

Sive futura gloriæ bona, quæ vobis per Christum, et ob Christum promittuntur in cœlis :

Omnia enim vestra sunt, tum naturæ, tum gratiæ, tum gloriæ bona; *omnia propter electos.*

Vers. 23. — Vos autem Christi, supple, estis, qui pretio magno, sui scilicet sanguinis, vos redemit; cujusque membra, peculium et possessio estis.

Christus autem Dei, quia secundùm divinitatem est Dei Filius; secundùm humanitatem, Dei servus et possessio. Ergo in Christo et in Deo vobis gloriandum : in Christo quidem, cujus estis, in quo et ob quem *omnia vestra sunt;* in Deo autem, qui et Christum et omnia in Christo donavit vobis. *Quomodò non omnia nobis in illo donavit?* Gloriamini igitur in Christo, omnis gratiæ fonte; gloriamini in Deo, omnium bonorum fonte et principio. *Lætamini in Domino, et exultate justi, et gloriamini, omnes recti corde.*

mala, infernus, et damnati, ut illis dominemini.

Omnia enim vestra sunt, uti jam per partes ostendi.

Vers. 23. — *Vos autem Christi :* ut membra mystica Christi capitis et Domini estis, ac consequenter Christi possessio estis, sanguine ejus empti. Ita Anselmus et S. Thomas. Q. d. : Ergo vobis, ô Corinthii, non in hominibus Paulo, vel Apollo, sed in Christo gloriandum est.

Christus autem Dei. Christus quà homo, Dei est, quasi Domini et capitis sui creatura et possessio, ait S. Thomas, et Cajetanus.

Ex dictis patet, fideles sanctos, et maximè electos, esse finem, propter quem Deus omnia creavit : horum verò omnium finis est Christus ut homo. Hæc enim gloria per se tali homini debebatur, scilicet, ut omnium creaturarum et hominum esset finis, ut omnia illi servirent, ut omnia ad ejus gloriam ordinarentur. Christus autem est propter Deum, et Dei gloriam. Quasi dicat Apostolus : Ergo non in Paulo, vel Apollo, sed in solo Deo, ad quem omnia alia reducuntur, est gloriandum.

Corollarium pietatis, seu in hoc capite ad pietatem maximè notanda, et ad praxim redigenda.

Ex versu 2 discat omnis doctor, concionator, animarum director, doctrinam, conciones, directionem animarum sibi subditarum capacitati proportionare. Vide in Commentario. Ex v. 5 discat omnis christianus quid debeat in suo doctore, concionatore, directore considerare, audire, revereri. Vide in Commentario. Ex v. 7, 9 discamus omnes quid in Ecclesiâ simus.

1° Plantæ in agro Dei, quas Deus, ut agricola, per suos ministros plantavit et rigat; at quibus ipse solus, per suam gratiam interiorem, dat vitam et incrementum. Hinc Dei ministros ita revereamur, ut à Deo solo pendeamus, in ipso confidamus, humiles vitam et incrementum expectemus ab eo. Vide v. 6 et 7.

2° Ædificium, domus, palatium, templum, in Christo, angulari lapide, fundatum; in Baptismo incœptum est hoc ædificium; per totam autem vitam debet crescere et perfici, v. 10. Perficitur à sacerdotibus per doctrinam; perficitur et ab unoquoque nostrûm per opera bona. Videant sacerdotes quid doceant et superædificent; at nos ipsi videamus quid super Christum, in Baptismo datum, superædificemus, an aurum, argentum, lapides pretiosos. Vide v. 10, 11, 12.

Praxis.

Ut hoc meliùs dignoscas, sistere frequenter coram Deo judice, qui totus lux et ignis est, et ante ipsum examina opera tua, an in charitate et ex charitate sunt facta; an alicujus inordinati affectûs impuritate vitiata. Hæc in favillam redigentur, illa sola coram Deo subsistent. Vide v. 15. Hinc treme, dole, pœnitentiam age, ora, attentus vive.

CAPUT IV.

1. Sic nos existimet homo, ut ministros Christi et dispensatores mysteriorum Dei.

2. Hic jam quæritur inter dispensatores, ut fidelis quis inveniatur.

3. Mihi autem pro minimo est ut à vobis judicer, aut ab humano die; sed neque meipsum judico.

4. Nihil enim mihi conscius sum; sed non in hoc justificatus sum; qui autem judicat me, Dominus est.

5. Itaque nolite ante tempus judicare, quoadusque veniat Dominus, qui et illuminabit abscondita tenebrarum, et manifestabit consilia cordium; et tunc laus erit unicuique à Deo.

6. Hæc autem, fratres, transfiguravi in me et Apollo, propter vos; ut in nobis discatis, ne supra quàm scriptum est, unus adversùs alterum inflatur pro alio.

7. Quis enim te discernit? Quid autem habes quod non accepisti? Si autem accepisti, quid gloriaris quasi non acceperis?

8. Jam saturati estis, jam divites facti estis, sine nobis regnatis; et utinam regnetis, ut et nos vobiscum regnemus!

9. Puto enim quòd Deus nos apostolos novissimos ostendit, tanquàm morti destinatos: quia spectaculum facti sumus mundo, et angelis, et hominibus.

10. Nos stulti propter Christum, vos autem prudentes in Christo; nos infirmi, vos autem fortes; vos nobiles, nos autem ignobiles.

11. Usque in hanc horam et esurimus, et sitimus, et nudi sumus, et colaphis cædimur, et instabiles sumus.

12. Et laboramus operantes manibus nostris: maledicimur, et benedicimus; persecutionem patimur, et sustinemus:

13. Blasphematur, et obsecramus: tanquàm purgamenta hujus mundi facti sumus, omnium peripsema usque adhuc.

14. Non ut confundam vos hæc scribo, sed ut filios meos charissimos moneo.

15. Nam si decem millia pædagogorum habeatis in Christo, sed non multos patres: nam in Christo Jesu per Evangelium ego vos genui.

16. Rogo ergo vos, imitatores meî estote, sicut et ego Christi.

17. Ideò misi ad vos Timotheum, qui est filius meus charissimus, et fidelis in Domino, qui vos commonefaciet vias meas, quæ sunt in Christo Jesu, sicut ubique in omni Ecclesiâ doceo.

18. Tanquàm non venturus sim ad vos, sic inflati sunt quidam.

19. Veniam autem ad vos citò, si Dominus voluerit; et cognoscam non sermonem eorum qui inflati sunt, sed virtutem.

20. Non enim in sermone est regnum Dei, sed in virtute.

21. Quid vultis? in virgâ veniam ad vos, an in charitate, et spiritu mansuetudinis?

CHAPITRE IV.

1. Que les hommes nous regardent comme les ministres de Jésus-Christ et les dispensateurs des mystères de Dieu.

2. Or, ce qui est à désirer dans les dispensateurs, est qu'ils soient trouvés fidèles;

3. Pour moi, je me mets fort peu en peine d'être jugé par vous, ou par quelque homme que ce soit; je n'ose pas me juger moi-même.

4. Car encore que ma conscience ne me reproche rien, je ne suis pas justifié pour cela. Mais c'est le Seigneur qui est mon juge.

5. C'est pourquoi ne jugez point avant le temps, jusqu'à ce que le Seigneur vienne, qui exposera à la lumière ce qui est caché dans les ténèbres, et qui fera voir les plus secrètes pensées des cœurs: et alors chacun recevra de Dieu la louange qui lui est due.

6. Au reste, mes frères, j'ai proposé ces choses en ma personne et en celle d'Apollon, à cause de vous; afin que vous appreniez, par notre exemple à n'avoir pas de vous d'autres sentiments que ceux que je viens de marquer, prenant garde à ne pas vous enfler d'orgueil les uns contre les autres pour autrui.

7. Car qui est-ce qui met de la différence entre vous? Qu'avez-vous que vous n'ayez reçu? Mais si vous l'avez reçu, pourquoi vous en glorifiez-vous, comme si vous ne l'aviez point reçu?

8. Vous êtes déjà rassasiés; vous êtes déjà riches; vous régnez sans nous, et plût à Dieu que vous régnassiez, afin que nous régnassions aussi avec vous;

9. Car il semble que Dieu nous traite, nous autres apôtres, comme les derniers des hommes, comme ceux qui sont condamnés à la mort, nous faisant servir de spectacle au monde, aux anges et aux hommes.

10. Nous sommes fous pour l'amour de Jésus-Christ; mais vous autres vous êtes sages en Jésus-Christ: nous sommes faibles et vous êtes forts; vous êtes honorés, et nous sommes méprisés.

11. Jusqu'à cette heure nous endurons la faim et la soif, la nudité et les mauvais traitements; nous n'avons point de demeure stable;

12. Nous travaillons avec beaucoup de peine de nos propres mains: on nous maudit, et nous bénissons; on nous persécute, et nous le souffrons;

13. On nous dit des injures, et nous répondons par des prières: nous sommes jusqu'à présent regardés comme les ordures du monde, comme les balayures qui sont rejetées de tous.

14. Je ne vous écris pas ceci pour vous donner de la confusion; mais je vous avertis de votre devoir, comme mes très-chers enfants.

15. Car quand vous auriez dix mille maîtres en Jésus-Christ, vous n'avez pas néanmoins plusieurs pères, puisque c'est moi qui vous ai engendrés en Jésus-Christ par l'Evangile.

16. Soyez donc mes imitateurs, je vous en conjure, comme je le suis moi-même de Jésus-Christ.

17. C'est pour cette raison que je vous ai envoyé Timothée, qui est mon fils très-cher et fidèle en notre Seigneur, afin qu'il vous fasse ressouvenir de la manière dont je vis moi-même en Jésus-Christ, et dont j'enseigne partout dans toutes les Eglises.

18. Il y en a parmi vous qui s'enflent de présomption, comme si je ne devais plus aller vous voir,

19. J'irai vous voir néanmoins dans peu de temps, s'il plaît au Seigneur; et alors je reconnaîtrai, non quelles sont les paroles de ceux qui sont enflés de vanité, mais quelle est leur vertu.

20. Car le royaume de Dieu ne consiste pas dans les paroles, mais dans la vertu.

21. Que voulez-vous que je fasse? Aimez-vous mieux que j'aille vous voir la verge à la main, ou avec charité et dans un esprit de douceur?

ANALYSIS.

Pergit Apostolus in evellendo radicitùs Corinthiorum schismate; et quia tum ex doctorum, tum ex discipulorum culpâ fuerat exortum;

Hinc in hâc conclusione, in quâ rem tandem conficit, modò hos, modò illos, modò utrosque simul alloquitur, arguit et docet.

In v. 1 magistros docet et discipulos: magistros, quid sint, ministri scilicet, non domini; specialiùs tamen docet discipulos quomodò debeant suos honorare doctores, scilicet ut Christi ministros.

In v. 2 magistros monet officii sui, Domino suo sint fideles.

In v. 3 et 4 eosdem exemplo suo docet hominum judicia spernere, non laudem ab eis quærere.

In v. 5 discipulos docet de suis magistris non judicare, sed eorum judicium Domino relinquere.

In v. 6 utrosque alloquitur, et monet quòd et cur eos, sub suo et Apollo nomine, docuerit; at quia multò magis peccavêre doctores quàm discipuli, hinc, relictis ad tempus discipulis,

ỳ 7. Doctores vanos, et de Dei donis inaniter gloriabundos redarguit. Eosdem præsumptores postquàm, v. 8, gravi suggillavit ironiâ, suo et aliorum apostolorum exemplo, vitam apostolicam à quâ longè distabant, seriò docet, v. 9, 10, 11, 12, 13.

ỳ 14. Redit ad discipulos, et pudefactos ob suam in talibus magistris gloriationem; solatur, dicens quòd non exprobrans, sed diligens hæc dixerit.

ỳ 15. Suum in eos paternum testatur affectum, eosque ad suî imitationem hortatur, v. 16 et 17; v. 18. Suum promittit ad eos adventum.

In sequentibus minatur se gloriosos et inflatos doctores puniturum, seque eorum non verba, sed opera examinaturum.

PARAPHRASIS.

1. Unusquisque nos apostolos et Evangelii prædicatores existimet, quales reverà sumus, nimirùm Christi ministros et dispensatores mysteriorum Dei.

2. Cæterùm id præcipuè requiritur in dispensatoribus, ut quis inveniatur fidelis.

3. Quod ad me, parùm meâ refert quid vos aut quivis alius hominum de me dijudicetis; quid enim aliorum judicia curem, ne quidem ego memetipsum judico.

4. Nullius equidem rei mihi conscius sum, sed non ideò apud Deum justificatus sum; qui verò de me certò judicat, Dominus est.

5. Nolite igitur, ô Corinthii, de vestris magistris judicare; sed expectate diem illum quo veniat Christus Dominus, omnium judex; occultas ipse tunc hominum actiones proferet in lucem, et omnibus manifestas faciet latentes in corde voluntates, sicque tunc patebit quid laudis quisque mereatur apud Deum.

6. Hæc quæ hactenùs dixi vobis, fratres, proposui in meâ et in Apollo personâ; nec ullum doctorum vestrorum nominavi, ne quemquam offenderem; et hoc propter vos, ut in nostro duorum exemplo discatis, sicut scripsi, doctores vestros Christi omnes ministros esse, sicque nullus vestrùm ampliùs inflatur adversùs alium pro suo magistro.

7. Quis enim te, ô doctor, discernit ab aliis? quid habes quod à Deo non acceperis? si autem accepisti, quid gloriaris, quasi non acceperis?

8. Jamdudùm saturati estis et ditati; independenter à nobis regnatis; et utinam regnum adepti sitis, ut et nos vobiscum regnemus!

9. Tantùm abest enim ut nos regnemus, quin imò arbitror quòd Deus nos apostolos in infimo loco constituerit, tanquàm homines ad mortem damnatos; quippe qui (quasi in theatro collocati) spectamur undique à mundo, id est, ab angelis et hominibus.

10. Nos propter Evangelium Christi irridemur ut stulti; vos verò in Ecclesiâ, sapientûm nomine gloriamini; nos sumus imbecilles, vos autem potentes; vos clari, nos obscuri.

11. A prædicationis initio ad hanc usque horam omnia patimur incommoda vitæ, et esuriem, et sitim, et nuditatem, et opprobria, nec certam habemus sedem, undique à malevolis profligati.

(Supple hìc dicta v. 9 : Vos autem saturati estis, ditati, regnum adepti.)

12. Manuum nostrarum labore victum nobis comparamus; maledicimur, nos autem benè precamur; persecutionem patimur, et patienti sustinemus animo.

13. Conviciis afficimur, et nos Deum pro ipsis obsecramus; usque nunc facti sumus quasi sordes hujus mundi, omnium rejectamenta (adeò abjecti sumus, quasi hominum vilissimi et abjectissimi).

14. Hæc scribo (apostolicam vitam cum doctorum vestrorum vitâ conferens), non ut vos pudefaciam; sed ut vos, tanquàm charissimos filios meos, moneam, sicque emendemini.

15. Si enim decem millia pædagogorum habeatis; sed non multos patres habetis: siquidem ego solus vos per Evangelium in Christo Jesu genui.

16. Hinc rogo vos, ut me (vestrum in Christo patrem) imitemini, sicut et ego Christum imitor.

17. Hâc de causâ misi ad vos Timotheum, qui est filius meus dilectus et fidelis in Domino; ipse vobis in memoriam reducet quomodò vivam juxta præcepta Jesu Christi, et quomodò vivendum esse doceam ubique in omnibus Ecclesiis.

18. Ideò quidam ex vobis ita superbè se gesserunt, quia crediderunt quòd non sim venturus ad vos.

19. Sed si Domino placuerit, citò veniam ad vos, et explorabo, non sermonem eorum qui superbiunt, sed opera. (Non quàm disertè loquantur, sed quàm potenter operentur.)

20. Etenim regnum Dei in facundiâ non consistit; sed in virtute operibus exhibitâ.

21. Quid è duobus eligitis? an ut veniam ad vos cum virgâ severæ correptionis; an in spiritu charitatis et mansuetudinis?

COMMENTARIA.

Vers. 1. — Sic nos existimet homo ut ministros Christi... Hæc pars connectenda cum præcedenti c. 3, v. 21. Pergit enim Apostolus in conclusione ibi cœptâ: *nemo itaque gloriatur in hominibus*.., sed quicumque nos honorare voluerit, honoret ut ministros Christi. In priori parte vetuit honorem indebitum, ne quis gloriatur in hominibus: hic verò docet modum, quo doctores salutis sint honorandi, scilicet ut ministri Salvatoris.

Sic nos existimet homo, id est, quilibet. Hebraismus est, *ut ministros* et legatos à Christo missos, et *dispensatores*; Græc., *œconomos*.

Mysteriorum. Syr., *arcanorum Dei*, id est, mysticæ et divinæ doctrinæ, simul et Sacramentorum et omnium cœlestium bonorum, à Deo per Christum Ecclesiæ concessorum: agitur enim in hâc Epistolâ et de doctoribus et de baptistis. Ecclesia est familia Dei; apostoli, episcopi, etc., sunt ejusdem familiæ œconomi, dispensatores, thesaurorum arcarii. His verbis edocentur simul doctores et discipuli; quasi diceret: Doctores, prælati, mementote vos tantùm ministros esse, non dominos: ne ergo quæ Domini sunt, arrogate vobis; ne sinatis à vobis discipulos cognominari, et in vobis et de vobis gloriari. Servi, ministri, œconomi estis, et de vestrâ œconomiâ rationem reddituri: ergo vos ipsi humiliamini sub potenti manu Dei, et timete. Fideles, christiani, scitote vestros doctores et prælatos esse ministros tantùm; ne ergo nimiùm extollatis eos: at scitote Christi Salvatoris ministros esse; ne ergo contemnatis unquàm, quin imò illos honorate et reveremini; quia ministri Salvatoris; et quia cœlestium bonorum dispensatores, à quibus pendet salus, et spiritualis abundantia vestra.

Vers. 2. — Hic jam quæritur inter dispensatores.., Græc.: Ὁ δὲ λοιπὸν, *cæterùm, de cætero*, id præcipuè in dispensatoribus requiritur, ut quivis inveniatur fidelis. Syr.: *Hic jam requiritur*, etc. Laus præcipua dispensatoris est fidelitas. Hæc fidelitas Corinthiorum doctoribus deerat: ipsi enim non Domini gloriam, sed suam apud homines quærebant; et de Dei bonis, quasi de suis gloriabantur. Illos ergo monet officii sui, sed modestè et indirectè, et eorum tacito semper nomine, ut in totâ hâc Epistolâ, de quo reddetur ratio, v. 6. Hic interim nota, quòd, quia schisma hoc Corinthiorum, partim ex doctorum, partim ex discipulorum culpâ erat exortum: doctores enim inanis gloriæ cupidi, et discipulos ad se attrahere volentes, studebant eis eloquentiâ, et seculari sapientiâ placere: discipuli verò nimiâ hujus eloquentiæ, et secularis sapientiæ opinione ducti, de magistrorum merito ex eloquentiâ dijudicabant; unum alteri præferebant; huic sese addicebant, et de eo gloriabantur. Hinc Apostolus in hâc conclusione, ubi totam hanc de schismate rem conficit, modò magistros, modò discipulos, modò utrosque simul alloquitur, arguit, et docet. In primo versu, discipulos et magistros quasi promiscuè docuit, specialiùs tamen discipulos; in hoc secundo versu, magistros principaliter officii sui monet; studeant Domino fideles esse, Dei gloriam quærere, non suam; animarum salutem quærere, non sua lucra; Christianos sibi subditos ad Deum adducere, non sibi addicere; Dei thesauros, quibus, quomodò, et quantùm opus est, distribuere; non prodigere, et temerè indignis erogare.

Vers. 3. — Mihi autem pro minimo est... Græc.: In minimum est. Syr., *mihi verò minima res est à vobis judicari*. Corinthii de suis doctoribus dijudicabant; viros sanctos et pios, propter simplicitatem irridebant; malos et vitiis plenos, propter eloquentiam magni existimabant, ait D. Chrysostomus. Hæc judicia in discipulis coercet Apostolus, et exemplo suo docet à doctoribus sperni debere: Mihi minima res est, parùm meâ refert quid vos de me dijudicetis, qualis aut quantus à vobis judicer.

Aut ab humano die. Syr., *aut à quovis homine*. Alludit Apostolus ad Jerem. 17, v. 16: Laus mea tu es, *et diem hominis non desideravi;* id est, laudem et approbationem humanam: quia dies pro prosperitate, nox pro adversitate sumitur. Hinc, inquit Gagnæus, dies humanus dicitur, approbatio, favor et commendatio hominum. Dies hominis, judicium est hominis, Ambrosius; sive quia dies Domini in Scripturis frequenter est judicium Dei; sive quia reis dicitur dies, cùm citantur ut se judicio sistant; sive quia judicium lumen est sicut et dies.

Sed neque meipsum judico... Quasi diceret: Quid aliorum judicia curem, ne quidem ego memetipsum certò possum judicare, quia sæpè nescio quo fine, quo motivo, quâ conscientiâ agam.

Vers. 4. — Nihil enim mihi conscius sum... Quan-

Vers. 1. — *Sic nos existimet homo ut ministros Christi*, etc., mysticæ, arcanæ et divinæ doctrinæ, atque Sacramentorum Christi.

Vers. 2. — *Ut fidelis quis inveniatur*. Nimirùm utiliter agens Domini sui negotium: rem Domini tractans, non ut suam, sed suæ fidei commissam: nec suam, sed Domini sui gloriam ex suâ administratione quærens.

Vers. 3. — *Mihi autem pro minimo est ut à vobis judicer, aut ab humano die*, id est, ab humano judicio, quomodò dies Domini pro judicio Dei frequenter accipitur, ait sit sensus: Atque omninò non moror hominum de me judicia. Nam qui judicat me, Dominus est. Sermo planè similis apud Jeremiam, cap. 17, sic loquentem Deo: *Laus mea tu es, et diem hominis non desideravi*, id est, in judicio tuo inveniar laudabilis: hominum judicia quibus me laudent, non ambio. Felix qui dicere potuit: *Diem hominis non desideravi*, ita ut hujus rei testem habeat Deum! Hæc summa perfectio est, quâ omnia ut stercora reputamus, ut Christum lucrifaciamus. Anselmus hic: *Justi*, inquit, *non humana judicia, sed æterni judicis examen aspiciunt, atque ideò derogantium verba cum Paulo despiciunt*. Hoc est ergo quod quidam sanctorum dixit: *Si vis esse beatus, disce contemnere et contemni*.

Sed neque meipsum judico, Græcè, *dijudico*, q. d.: Non possum certò dijudicare mea opera, intentionem, conscientiam.

Vers. 4. — *Nihil enim mihi conscius sum, sed non in hoc justificatus sum*, q. d.: Non judico me. Nam licèt nullus infidelitatis in munere apostolico mihi conscius sim, non ideò tamen reverà justus sum,

quàm enim non mihi veniat in mentem, me in meo ministerio infidelem fuisse; non ideò tamen apud Deum ab omni culpâ sum liber. *Delicta quis intelligit?* Psalm. 18. *In angelis reperit pravitatem*, Job. 4, 18. Quot ergo nævos Deus in me videt, quos ego non video? Majorem offensarum partem ne intelligimus quidem, ait D. Basilius in Constitut. monach., c. 1.

Qui autem judicat me... Qui verò de me, et omnibus aliis certum et exactum potest ferre judicium, Dominus est; ipse enim actus, non tantùm externos videt, sed et omnes affectus internos : illi ergo relinquendum est omne judicium.

Vers. 5. — Itaque nolite ante tempus, scilicet judicii, *judicare*, id est, de magistris vestris :

Quoadusque veniat Dominus; id est, sed expectate diem illum, quo veniat Christus Dominus, omnium Judex.

Qui et illuminabit abscondita tenebrarum, id est, tenebris; occultas scilicet hominum actiones, seu bonas, seu malas, proferet in lucem.

Et manifestabit consilia cordium, id est, latentes in corde voluntates; seu tunc manifestum faciet omnibus, quo consilio, quo fine, et quâ intentione quisque sua fecerit opera.

Tunc laus erit unicuique, justo scilicet; seu tunc parebit omnibus, quid laudis quisque mereatur à Deo, seu quis sit laude dignus, aut alio dignior. Quot in tenebris nunc latent actiones, sive bonæ, sive malæ? Quot in cordibus latent voluntates et consilia? Dies Domini, dies lucis, has omnes dissipabit tenebras; perspicua reddet omnium corda, conscientiasque apertas manifestabit omnibus. Tunc laus erit vera, quia a Deo; solida, quia æterna. Interim vanam, et citò diffluentem hominum laudem sperne; conscientiæ dictamen sequere; Dei voluntatem in omnibus adimple.

Vers. 6. — Hæc autem, fratres, transfiguravi... Mirâ prudentiâ, et charitate D. Paulus sub suo et Apollo nomine, Corinthiorum doctores correxit et instruxit; quos ne nominavit quidem. Non nominavit, ait D. Thomas, ne videretur ex odio vel invidiâ contra eos loqui. Potest et dici quòd non nominavit, ut eos sub suo et Apollo nomine modestiùs corrigeret, et eorum discipulos non offenderet; sicque majorem dissensionum occasionem non præberet. Vide etiam, v. 18. At nunc tandem veritatis doctor censet utrisque aperiendum esse, quo id animo præstiterit, scilicet propter majorem eorum utilitatem, et modestiorem instructionem. Hæc quæ hactenùs dixi, fratres, de magistris, in quibus gloriamini, et ob quos contenditis.

Transfiguravi in memetipsum et Apollo. Syr., *posui super personam meam et Apollo;* seu proposui in meâ et Apollo personâ

Transfiguravi, ματεχημάτισα. Ματεχημάτιζειν propriè significat habitum mutare; per metaphoram transfertur ad orationem, et significat locutionem figuratam, quæ sic unum dicit, ut aliud innuat. Vult ergo dicere Paulus, quòd, ubi in superioribus retulit quòd unusquisque Corinthiorum dicebat, *scilicet, ego sum Pauli, ego Apollo; quid igitur est Paulus? quid Apollo?* sub suo et Apollo nomine alios etiam intellexerit magistros, ob quos inter se contendebant Corinthii. Equidem ob Paulum et Apollo quidam contendebant : sed et propter alios multos dissidebant plurimi. Ostendit, ait divus Chrysostomus, personas alias, quæ erant absconsæ in Pauli et Apollo appellatione.

Propter vos; quasi diceret, hoc feci, seu memetipsum et Apollo nominavi, non verò doctores vestros, propter vestram utiliorem instructionem.

Propter vos. In Græco refertur ad magistros et ad discipulos simul; seu omnes fideles Corinthios comprehendit, ut ex sequentibus patebit.

Ut in nobis discatis... Græc.: *Ut in nobis discatis, non supra quàm scriptum est sapere.* Syr., *ut per nos discatis non ampliùs de vobis sentire quàm scriptum est.* Similiter Arab., D. Chrysostomus, Theodoretus, Theophylactus. Et hæc parš pertinet ad magistros, estque sensus : Ideò memetipsum et Apollo nominavi, non vos, ô magistri, ut in nostrâ personâ discatis modestè de vobis sentire; nec alium de vobis sensum et affectum habere, quàm quem de nobis supra scripsi; scilicet vos esse sicut et nos, *Christi ministros*, utilitati fidelium subservientes, c. 3, v. 5, v. 22; et c. 4, vers. 1.

Unus adversus alterum... Græc.: *Ut ne unus super unum inflemini adversùs alterum.* Syr., *et ne quis supra proximum suum efferatur propter aliquem.* D. Chrys. : Ne unus pro uno infletur adversùs alterum;

non coram hominibus; horum enim judicium non curo, ut dixi, sed coram Deo : ipse enim fortè in me peccata videt, quæ ego non video.

Qui autem judicat me, Dominus est : Christi, inquit, judicio, qui Dominus est omnium nostrùm, reservandus sum; non à vobis conservis judicandus : illius judicium certissimum est, vestrum incertum et fallax.

Vers. 5. — *Itaque nolite ante tempus judicare*, quia quamdiù non habetur certa rei judicandæ notitia, nondùm est tempus judicandi.

Quoadusque veniat Dominus : qui et illuminabit abscondita tenebrarum, id est, tenebrosas, obscuras, et occultas hominum cogitationes et actiones. Ergo vult soli Deo arcana hominis, maximè intentiones, secretas inclinationes, et fundum cordis, qui homini est profunda abyssus, ac consequenter justitiam, certò patere; ita ut nemo alterum, imò nec seipsum judicare debeat, sive ex fide, sive ex operibus, sive ex gratiâ Christi, nisi solus Deus. Putamus enim sæpè nos benè agere, cùm malè agimus; nos ex gratiâ et Dei amore facere, quod amore nostræ gloriæ vel cupiditatis facimus. Ita Chrysostomus, et Ambrosius, hic.

Et manifestabit consilia cordium, id est, manifestum omnibus faciet, quo consilio, quo fine et intentione, quisque fecerit opera sua, etiam in speciem bona. Vel *consilia cordium* generaliter intelligit latentes cogitationes animorum.

Et tunc laus erit unicuique à Deo. Unicuique bono, et laudem merenti tunc erit laus apud Deum, atque ab ipso Deo dicente : *Euge, serve bone et fidelis*, Matth. 25, quæ sunt utique verba laudantis. Tunc apparebit quis magistrorum fuerit honore dignus, aut aliis dignior, de quo nunc contenditis. Nam illud erit tempus distribuendi à Deo honoris unicuique.

Vers. 6. — *Quàm scriptum est;* quàm scripsi, cap. 1.

et hoc, ait idem D. Chrysostomus, increpat discipulos, estque sensus : Et ut vos, ô discipuli, discatis, non ampliùs unus, discipulus scilicet, adversùs alterum discipulum inflari, superbire, et insolenter gloriari pro alio, scilicet magistro, quasi sapientiore et eloquentiore; quandoquidem ex supra scriptis videtis, quòd nec nos apostoli patimur nostros discipulos pro nobis adversùs alios efferri, nec in nobis gloriari. Juxta Vulgatam nostram, hæc verba *propter vos*, videntur ad discipulos potiùs pertinere; sic tamen ut in eis et per eos corrigat et instruat doctores.

Propter vos, seu propter vestram instructionem, scilicet, ut, ubi dixi, cap. 3, v. 4 : *Quid igitur est Apollo, quid Paulus? ministri...* et v. 22 : *Omnia vestra sunt, sive Paulus, sive Apollo...* in nostro duorum exemplo discatis doctores vestros Christi ministros esse, vestræ saluti sub ipso servientes; ideòque nullus suum extollens magistrum, infletur adversùs alium : etenim ut scripsi, cap. 3, v. 8 : *Omnes unum sunt*, æquè sunt ministri Christi; nullusque hujus vel illius hominis sese discipulum esse glorietur, sed quòd Christi sitis discipuli. *Nemo itaque glorietur in hominibus, sed sic nos existimet homo...*

Vers. 7. — Quis enim te discernit? Equidem, ut dixit v. 2, magistri simul et discipuli simul schismatis causa fuerunt; doctores tamen multò magis rei, quàm discipuli : qui enim in Deum humiles, et grati, ob dona ab eo sibi collata debebant esse; vani et inflati de acceptis à Deo, quasi suis, gloriabantur. Qui humilitatis exemplar aliis hominibus esse debuerant, discipulorum applausus quærentes, eos vanitatem suo docuerant exemplo : et doctor unus alium superbè spernens, idem faciendi auctor fuerat plebi; sicque major et præcipua schismatis et contentionis causa. Hinc Apostolus hos doctores vanos, et de Dei donis inaniter gloriabundos, alloquens, tacito tamen nomine, ob rationem, v. 6 et 18 datam, ait :

Quis te, ô doctor, discernit, quasi cæteris excellentiorem? quis te fecit aliis præstantiorem, et velut ab illis discretum? Loquitur de discretione donorum naturalium, sapientiæ, eloquentiæ, etc., sed par ratio de discretione gratiæ, seu per gratiam. Quòd si dicas, labor et industria mea; insto :

Quid autem habes, quod non accepisti? à Deo scilicet? Si autem accepisti et ingenium et industriam, quid gloriaris... honor est penes dantem, non penes accipientem : *Quid ergo gloriaris?* Deo, qui omnia tibi dedit quæcumque habes, gratias age, honorem redde. Deus hæc tibi charismata dedit ad suam gloriam, non ad tuam; in suos usus, non ad tuos, aut ad tua lucra : quid ergo tu tibi ea arrogas et facis propria, fur gloriæ et bonorum Dei? Hæc doctoribus vanis dicens, corrigit et discipulos eximia doctorum talenta vanè mirantes, in magistris suis gloriantes, hominique non Deo, gloriam de suis donis reddentes. Omnes ergo docet Deum omnium bonorum auctorem et largitorem laudare; in Deo gloriari, qui omne bonum est; non in hominibus, qui ex se nihil sunt, nihil habent, nihil possunt. Hanc generalem apostoli sententiam, D. Aug. et conc. Arausic. II, can. 6, accipiunt in particulari de discretione per gratiam et electionem divinam : negantque contra Pelagianos et Semipelagianos, posse quemquam à massâ perditionis et peccatorum se discernere; et salutis suæ initium ordiri per se, seu solis naturæ viribus : sed statuunt ad hoc necessariò requiri gratiam Dei excitantem, cooperantem, quâ liberum adjuvetur arbitrium.

Vers. 8. — Jam saturati estis... Eosdem doctores altè de se sentientes et vanè præsumentes, gravi et longâ suggillat ironiâ; eorum tumorem pungit, ut sanet; ulcus aperit, ut curet. Jam dudùm, jam, tam citò; ut ostendat ex tempore hoc impossibile esse, ait D. Chrys. Jam ergo ad satietatem usque repleti estis omnibus bonis et in omni munere divino opulenti. Quasi diceret : Nihil vobis exoptandum deest. Ita de se sentiebant.

Sine nobis; id est, nostro non indigentes auxilio et independenter à nobis; regnatis, scilicet inter Corinthios, apud quos dominabantur.

Et utinam!... Non invideo, quinimò exopto : dummodò verè ad vestram, et ad vestrorum subditorum salutem regnetis.

Vers. 7. — *Quis enim te discernit?* q. d. : Cujus suffragio tibi hæc discretio et præcellentia tribuitur? *Quis te discernit?* id est, segregat aut eximit à cæterorum grege, tanquàm iis præstantiorem, ô Corinthie catechumene. Quasi dicat : Nullus, nisi tu qui inflaris. Licèt enim à sanctiore, eloquentiore, et doctiore esses baptizatus aut edoctus, non ideò tamen es sanctior aut doctior.

Quid autem habes quod non accepisti? Ne fortè superbus doctor interrogatus : *Quis te discernit?* ex adverso respondeat : Ego me discerno studio, labore, et industriâ ab aliis, quibus præsto : secundâ hâc interrogatione pressiùs eum urget Apostolus dicens : *Quid autem habes quod non accepisti?* scilicet ab alio, nec aliunde quàm à Deo. Est autem vera Pauli sententia tam de bonis naturalibus, quàm de iis quæ naturæ terminos excedunt. Ex hâc sententiâ docent Patres, hominem nihil boni à seipso habere : sed quidquid habet boni, ut virtutes, bona opera, studium, conatum, cooperationem, consensum, motum ac nutum voluntatis, id totum in Deum auctorem et largitorem esse referendum : adeò ut affirmare non dubitent, hominem de suo non habere *nisi mendacium et peccatum*, uti definitum est in concilio Arausicano, can. 22, verbis desumptis ex S. Augustino, tractatu 5 in Joannem.

Si autem accepisti quid gloriaris quasi non acceperis? Qui in Deo gloriatur, hoc ipso sese humiliat, Deum agnoscens boni sui datorem. Itaque talis non se insolenter efferet supra alios, ut faciebant isti contra quos agit Apostolus.

Vers. 8. — *Jam saturati estis.* Est autem ironicus sermo, quo doctores illos irridet, non solùm gloriantes in seipsis et non in Deo, de bonis quæ habebant; verùm etiam ascribentes sibi bonorum copiam ac præcellentiam quam non habebant. *Jam*, inquit, *saturati estis*, id est, ad satietatem usque repleti sapientiâ ac cæteris donis. Sic enim de se sentiebant.

Jam divites facti estis, seu ditati estis, id est, abundantes usque adeò ut etiam in alios dona vestra possitis effundere. Cùm quis alios despicit, vultque haberi singularis : hoc tangit cùm ait :

Sine nobis regnatis, sine nostro auxilio omnibus Dei bonis excellere et triumphare vos putatis, ô Corinthii, et magis vos, ô magistri, inter discipulos

Ut et nos, per charitatem vestri boni participes effecti, *vobiscum regnemus.*

Vers. 9. — Puto enim quod... Opponit suam et verorum apostolorum vitam, vanæ et molli horum doctorum vitæ : ut eos pudefactos, ad vitam apostolicam, à quâ longè distabant, alliciat, impellat. Tantùm enim abest, ut nos regnemus : quinimò, arbitror, seu videtur, quòd Deus nos apostolos, in infimo constituerit loco, tanquàm homines ad mortem destinatos.

Ostendit : *Constituit*, ait Syr., fecit ultimos tanquàm reos et damnatos, D. Chrysostomus.

Novissimos elegit velut bestiarios ; ait Tertull., id est, damnatos ad bestias, speciem pro genere. Sors horum hominum erat omnium infima, et regno maximè opposita. Hinc Apostolus, postquàm hos doctores in throno collocavit, se et alios apostolos, in infimo constituit loco. *Regnatis :* et nos apostoli, omnium mortalium vilissimi et abjectissimi sumus; quasi ad bestias, aut ignes damnati. Valdè dolentis et eos pudore afficientis verba sunt, hæc, ait D. Chrysostomus : pudorem inducentis verba sunt, ait Theophylactus.

Quia spectaculum... Græc., Θέατεον, pro iis qui spectantur. Damnati, seu ad bestias, seu ad ignes, in theatro collocati, supernè spectabantur ab omnibus, eorum ludibriis expositi. In hâc ergo similitudine pergens Apostolus ait, quippe qui, tanquàm in theatro collocati, ab omnibus spectamur et omnium nos spectantium ludibriis exponimur.

Mundo, id est, angelis et hominibus, qui sunt nostri certaminis spectatores.

Vers. 10. — Nos stulti propter Christum; id est, propter Evangelium Christi, nos irridemur, ut stulti. Vos autem prudentes in Christo; id est, vos verò in eodem Evangelio prædicando sapientiæ et eloquentiæ gloriam acquiritis : pseudoapostolorum vanitatem pungit. Dùm irridemur ut stulti, vos in Ecclesiâ sapientùm et prudentùm nomine gloriamini.

Nos infirmi, imbecilles; vos fortes, seu potentes. Vos nobiles, clari; nos obscuri et inglorii.

Vers. 11. — Usque in hanc horam... Hic eorum mollitiem percutit : hæc enim opponit dictis v. 9 de doctorum horum satietate et abundantiâ. *Jam saturati*, etc. Nos ab initio nostræ prædicationis usque in hanc horam indigentes patimur omnia vitæ incommoda : famem, sitim, nuditatem, opprobria; vagi et instabiles, nullum certum locum stabilem habentes.

Vers. 12. — Laboramus... ut victum nobis comparemus.

Maledicimur. Syr., *ignominiâ nos afficiunt*, nos autem benè precamur. Persecutionem... insectantur nos, Syr., *patienti sustinemus animo.*

Vers. 13. — Blasphemamur, id est, conviciis afficimur. Obsecramus Deum pro ipsis, vel obsecrantium more blandè et humiliter cum eis loquimur et agimus.

Tanquam purgamenta... id est, excrementa, sordes, fæces.

Peripsema, vox græca, ἀπὸ τοῦ περιψᾶν, *radere*; abstergere. *Peripsema*, id est, ramentum, res vilissima, quæ abjicitur, pedibus calcatur : quisquiliæ, ait D. Hieronymus. Quo nomine metaphoricè usus est Apostolus ad significandum hominem abjectissimum, contemptissimum.

Tanquam purgamenta. Gr., περικαθάρματα. Ambros.,

quasi comparato regno, summam dignitatem vobis vendicatis, nobis exclusis.

Et utinam regnetis : Regnum, inquit, vobis non invidemus, sed optamus : modò verè regnetis, id est, Corinthios ad eorum salutem regatis ac dirigatis.

Ut et nos vobiscum regnemus. Sensus : Vos securè et feliciter agitis, in istâ apud Corinthios eminentiâ, tanquàm in regno pacato, quieti a laboribus, et longè positi extra pericula : cùm nos interim in extremo contemptu, laboribus et periculis assiduè versemur. Ac utinam benè et secundùm Deum illo regno vestro utamini : ut et nos tandem his malis liberati, ejusdem pacifici regni vobiscum simus participes.

Vers. 9. — *Puto enim quòd Deus nos apostolos novissimos ostendit, tanquàm morti destinatos*, id est, qui sumus novissimi, quos scilicet ultimos ultimis hisce temporibus misit in mundum. *Ostendit*, id est, designavit tanquàm homines morti destinatos et addictos. Verbi gratiâ, damnatos ad bestias : unde Tertull. legit, *velut bestiarios.* Nam *bestiarii* Romanis dicebantur, qui cum bestiis depugnare damnati erant. Q. d. : Deus designavit et destinavit nos, non regno et triumphis, sed morti, persecutioni et martyrio.

Quia spectaculum facti sumus mundo, et angelis, et hominibus; q. d. : Facti sumus, ut damnati, qui in theatro morituri vel cum bestiis pugnaturi, ab omnibus spectantur. Loquitur Paulus de spectaculo, quo apostoli velut homines damnati, ludibriis spectantium exposita videbantur.

Vers. 10. — *Nos stulti propter Christum, vos autem prudentes in Christo ;* q. d. : Nos apostoli stulti sumus secundùm seculum ac vestro judicio : idque propter Christum, cujus Evangelii prædicandi causâ videamur imprudenter ac temerè nosmetipsos objicere tot periculis et incommodis. Vos autem secundùm seculum ac vestro judicio prudentes in Evangelio Christi. Ob eloquentiam et philosophiam, quæ illis miscetis, et quia sic prædicatis Christum, ut cautè caveatis, ne quid periculi ejus causâ incurratis.

Nos infirmi, quia multa mala patimur, nec resistimus : quod est infirmitatis.

Vos autem fortes, ac validi, quia vestrâ seculari eloquentiâ, sapientiâ, amicitiâ, mala et adversa quæ occurrunt facilè avertitis. Hinc *vos nobiles*, id est, gloriosi seu clari, *nos autem ignobiles*, inglorii, inhonorati, ignominiosi.

Vers. 11. — *Usque in hanc horam et esurimus*, etc. Pro *instabiles sumus*, Græcè : *Certam sedem non habemus*, incertis sedibus, erramus et vagamur.

Vers. 12. — *Et laboramus operantes manibus nostris* Græcè : *propriis manibus.*

Maledicimur, et benedicimus, id est, benè precamur : tantùm abest ut maledicta regeramus.

Persecutionem patimur, et sustinemus, id est, patienter et æquo animo ferimus, non resistimus, nec cogitamus vindictam.

Vers. 13. — *Blasphemamur, et obsecramus*, id est, conviciis affecti benignum ac molle responsum damus ; humiliter loquimur obsecrantium more : quò sic vincamus malitiam adversariorum.

Tanquàm purgamenta hujus mundi facti sumus. Purgamenta vocat fæces, excrementa, sordes, inquiunt Theophylactus et Theodoretus. Unde et Syrus vertit : *Tanquàm stercus mundi facti sumus*, idque non semel, sed semper, usque ad hanc horam.

Omnium peripsema usque adhuc. Significatur hâc et priori parte extrema vilitas et contemptus.

Gagnæus (Grotius) et alii volunt περικαθάρμα idem significare, ac κάθαρμα *lustramen*, seu lustramenta, piacula, seu hostias piaculares. Viles, scelesti et exitiales ad id adhibebantur homines, quos quasi totius civitatis sceleribus onustos, diis sacrificabant, vel in mare projiciebant, dicentes : Esto nostrum peripsema, id est, nostra piacularis hostia. Apud Hebræos, caper emissarius, de quo Levit. 16, 21, fuit tale piaculum.

Vers. 14. — Non ut confundam vos... Viva hæc apostolicæ vitæ idea cum molli Corinthiorum doctorum vitâ comparata, non hos tantùm doctores pudefacere debebat; sed et ipsorum discipulos, utpote, qui postpositis apostolis, tanta et talia pro ipsorum salute passis, tales prætulerant magistros; et eorum sese discipulos esse gloriati fuerant, ab eisque cognominari voluerant. Hinc Apostolus, relictis doctoribus, quibus in totâ hâc Epistolâ nonnisi indirectè loquitur, sermonem dirigit ad fideles Corinthios, ut vulnus curet, quod inflixit. Non vos pudore afficiens hæc scribo : sed, etc., quod per verba fecit, id dicit se non fecisse; vel potiùs se fecisse quidem dicit, sed non malâ mente, ait D. Chrysost. Non exprobrans; sed diligens hæc dico. Mihi, inquit, ignoscite, si quid gravius dictum est; hæc fiunt ex dilectione, idem D. Chrysost. Ut filios meos charissimos admoneo, non ut pudefaciam, sed ut emendemini.

Vers. 15. — Nam si decem millia pædagogorum..... ad vestros mores efformandos. Ego solus sum vester spiritualis pater, qui vos per Evangelium Christo genui; cæteri sunt vestri pædagogi, qui vos à me genitos, instruunt.

Vers. 16. — Rogo ergo vos... Syr., *ut mei similes sitis;* in Græc. et Syr. non est, sicut et ego Christi.

Vers. 17. — Ideo misi ad vos Timotheum... propterea, ut me patrem vestrum, imò Christum ipsum imitemini, et pædagogorum vitia non contrahatis. Hâc de causâ *misi ad vos Timotheum;* qui est filius charissimus; et qui, in Christo prædicando, ejusque Evangelio propagando, est mihi comes et coadjutor fidelissimus. Is itaque, cujus fides in iis quæ Dei sunt, mihi perspecta est, in memoriam vobis reducet, vias meas; id est, quomodò vivam secundùm præcepta Christi, et vivendum esse doceam ubique. Tria paucis dicit his verbis. Primum, quòd nihil singulare docuerat Corinthios; sed id quod ubique docet omnes. Doctrina christiana est catholica, omnibus, ubique, semper eadem. Secundum, quòd Timotheum præmittat, non ut doctorem, sed ut monitorem. Ne id ferrent molestiùs; quia Timotheus nondùm erat ætate provectior. Tertium, vias suas, vias esse Christi; sive per vias intelligas conversationem, et institutum vitæ; sive intelligas doctrinam et prædicationem; eadem est Pauli ac Christi conversatio, eadem prædicatio.

Vers. 18. — Tanquam non venturus sim... Syr., *quasi verò ipse venturus non sim ad vos*, superbierunt quidam ex vobis.

Quidam, scilicet ex pædagogis, seu magistris; quos in totâ hâc Epistolâ nusquàm nominat; ne eos irritet et insanabiles reddat, et ut modestè et tacito nomine moniti, libentiùs corrigerentur; sed quos in secundâ Epist., quia contumaces et falsæ doctrinæ convictos, acriùs arguet, ut pseudoapostolos.

Quidam ergo sic inflati sunt, ita superbè se gesserunt : quia crediderunt quòd *non sim venturus ad vos.* Tangit causam illorum elationis et insolentiæ, ut eam reprimat et curet. Sicut mali discipuli absentiâ magistri facti sunt arrogantiores, socordiores

Vers. 19. — Veniam autem ad vos cito, etc,; promittit non prædicit; nec enim tam citò ad eos ivit; hinc secundam Epistolam post aliquod intervallum scripsit, antequàm Corinthum rediret.

Et cognoscam; observabo, attentè perspiciam, non eorum facundiam, sed energiam, efficaciam. Explorabo non an diserti sint, sed quàm potenter operati sint illi qui sic superbiunt. Quàm christianè vixerint ipsi, et quantùm apud vos profecerint in vestris efformandis moribus. Loquitur enim de pædagogis, quorum munus est puerorum mores efformare. Aliqui intelligunt de virtute faciendi miracula, quanta per eos Deus operatus sit.

Vers. 14. — *Non ut confundam vos, hæc scribo.* Sensus : Quæ scribo de nostrâ vilitate et contemptu, deque magistrorum vestrorum honore et gloriâ, non scribo ut vos pudore afficiam.

Sed ut filios meos charissimos moneo. Ut sciatis quo loco nos apostolos, et quo vestros illos magistros habere debeatis.

Vers. 15. — *Nam si decem millia pædagogorum habeatis in Christo, sed non multos patres.* Unde et patris multò vehementior est in filium amor quàm pædagogi.

Nam in Christo Jesu per Evangelium ego vos genui : Nam, inquit, ego pater vester sum in Christo, quippe qui vos in Christo genui, hoc est, christianos feci per Evangelium à me primo vobis annuntiatum.

Vers. 16. — *Rogo ergo vos, imitatores mei estote;* hoc autem dicit, conscius sibi suæ integritatis : cùm è diverso magistri illi seu pædagogi multa haberent non imitanda; *sicut et ego Christi.*

Vers. 17. — *Idcò misi ad vos Timotheum*, Græcè, *propter hoc misi vobis Timotheum;* nempe ut ex eo discatis vitæ meæ institutum, et conversationem quam imitemini.

Qui est filius meus charissimus, et fidelis in Domino, id est, fidelem mihi operam præstans in iis quæ ad Christum et ejus Evangelium propagandum pertinent.

Qui vos commonefaciet vias meas, quæ sunt in Christo Jesu. Sensus est : Qui in memoriam vobis reducet meam conversationem, prædicationem, pericula, labores, et horum tolerantiam; denique totum vitæ meæ institutum, quod sequor in religione Christi : quibus cognitis habeatis quod in me, ut filii in patre, imitemini.

Sicut ubique in omni Ecclesiâ docco : Nihil, inquit, peculiare vobis injungo; sed illud exigo quod passim ab aliis, ut scilicet exempla apostolorum imitentur.

Vers 18. — *Tanquàm non venturus sim ad vos*, etc. Inflat enim sapientia secularis : parcit autem nominibus, ne quasi injuriâ affecti irritentur, et insanabiles se, cùm venerit, exhibeant.

Vers. 19. — *Veniam autem ad vos citò, si Dominus voluerit*, nam, ut dicitur Prover. 16 : *Cor hominis disponit viam suam : sed Domini est dirigere gressus ejus.*

Et cognoscam non sermonem eorum qui inflati sunt, sed virtutem; non facundiam eorum qui inflati sunt, sed virtutem, id est, energiam.

Vers. 20. — Non enim in sermone... regnum Dei, christianismus, per quem Deus regnat in nobis: non consistit in facundo sermone, seu in facundiâ; sed in virtute operibus exhibitâ, et præcipuè in tolerantiâ, de quâ v. 10, 11, etc. Qui per virtutem intelligunt potentiam miracula faciendi, explicant: Non enim verbis exultis et tumidis; sed miraculis Spiritûs sancti virtute editis, stabilitum est regnum Dei.

Vers. 21. — Quid vultis... utrum è duobus eligitis? an ut veniam ad vos cum virgâ? id est, severitate, seu cum potestate puniendi filios dyscolos. An potiùs in spiritu dilectionis et mansuetudinis? An ut pater severus? an ut pater benignus?

Vers. 20. — *Non enim in sermone est regnum Dei*, etc., id est, virtus, energia spiritûs, et perfectio christiana, et maximè apostolica, quâ Deus regnat, et Evangelii, suæque gratiæ et spiritûs efficaciam ostendit in nobis et in Ecclesiâ, non est sita in eloquentiâ, sed in potenti operatione Spiritûs sancti, scilicet in efficaciâ sermonis, potestate miraculorum, expulsione dæmonum, et potiùs in tolerantiâ et vitâ apostolicâ, morum conversione et sanctimoniâ. Nam S. Joannes Baptista nullum fecit miraculum, et tamen regnum Dei prædicare cœpit in virtute sanctæ vitæ, spiritu et efficaciâ sermonis et prædicationis.

Vers. 21. — *Quid vultis? In virgâ veniam ad vos*, Quæ me quasi patrem vestrum decet. *Virgâ*, inquam, id est, severitate correptionis et potestate puniendi. Ita Chrysost., Theophyl. et Anselm.

An in charitate, et spiritu mansuetudinis? id est, an vultis ut veniens ostendam erga vos amorem, et mansuetudinis seu lenitatis affectum? Quamvis enim Apostoli semper animo gererent charitatem et mansuetudinem erga fideles; non tamen eam semper ostendebant.

Corollarium pietatis, seu in hoc capite ad pietatem maximè notanda, et ad praxim redigenda.

Prælati, doctores, Christi sunt ministri et œconomi, qui de suâ œconomiâ rationem Deo sunt reddituri.

Quia Christi sunt œconomi; à Christianis sunt quidem honorandi; non verò judicandi; sed domini sui judicio, relinquendi.

Quia autem Christo sunt de suâ œconomiâ rationem reddituri, studeant ipsi fideliter ministrare, hominumque judicia parùm curantes, Domini judicium timeant, qui et abditissima manifestabit. Vide v. 1, 2, 3, 4, 5.

Versum septimum penetra, et de nullâ re vanè gloriaberis, sed de omni gloriam Deo dabis.

Apostolorum vitam, v. 9, 10, 11, 12, descriptam qui benè conceperit; hunc suæ mollis, vanæ et inutilis vitæ pigebit et pudebit.

Non in sermone est regnum Dei, v. 20. Hujus veritatis recordare tu, qui de sermone plus quàm de vitâ sanctâ cogitas et curas.

CAPUT V.

1. Omninò auditur inter vos fornicatio, et talis fornicatio, qualis, nec inter gentes, ita ut uxorem patris sui aliquis habeat.

2. Et vos inflati estis: et non magis luctum habuistis, ut tollatur de medio vestrûm qui hoc opus fecit!

3. Ego quidem absens corpore, præsens autem spiritu, jam judicavi ut præsens, eum qui sic operatus est,

4. In nomine Domini nostri Jesu Christi, congregatis vobis et meo spiritu, cum virtute Domini nostri Jesu,

5. Tradere hujuscemodi Satanæ in interitum carnis, ut spiritus salvus sit in die Domini nostri Jesu Christi.

6. Non est bona gloriatio vestra. Nescitis quia modicum fermentum totam massam corrumpit?

7. Expurgate vetus fermentum, ut sitis nova conspersio, sicut estis azymi; etenim pascha nostrum immolatus est Christus.

8. Itaque epulemur, non in fermento veteri, neque in fermento malitiæ et nequitiæ, sed in azymis sinceritatis et veritatis.

9. Scripsi vobis in epistolâ: Ne commisceamini fornicariis.

10. Non utique fornicariis hujus mundi, aut avaris, aut rapacibus, aut idolis servientibus: alioquin debueratis de hoc mundo exiisse.

CHAPITRE V.

1. C'est un bruit constant qu'il y a de l'impureté parmi vous, et une telle impureté, qu'on n'entend point dire qu'il s'en commette de semblable parmi les païens, jusque-là qu'un d'entre vous abuse de la femme de son propre père.

2. Et vous êtes encore enflés d'orgueil: et vous n'avez pas au contraire été dans les pleurs pour faire retrancher du milieu de vous celui qui a commis une action si honteuse.

3. Pour moi, étant à la vérité absent de corps, mais présent en esprit, j'ai déjà prononcé ce jugement, comme si j'étais présent;

4. Que vous et mon esprit étant assemblés au nom de notre Seigneur Jésus-Christ, celui qui est coupable de ce crime soit, par la puissance de notre Seigneur Jésus,

5. Livré à Satan pour mortifier sa chair, afin que son âme soit sauvée au jour de notre Seigneur Jésus-Christ.

6. Vous n'avez donc point sujet de vous tant glorifier. Ne savez-vous pas qu'un peu de levain aigrit toute la pâte?

7. Purifiez-vous du vieux levain, afin que vous soyez une pâte toute nouvelle, comme vous êtes vraiment des pains sans levain; car notre agneau pascal, Jésus-Christ a été immolé pour nous.

8. C'est pourquoi célébrons cette fête, non avec le vieux levain, ni avec le levain de la malice et de la corruption, mais avec les pains sans levain de la sincerité et de la vérité.

9. Je vous ai écrit dans une lettre que vous n'eussiez point de commerce avec les fornicateurs;

10. Ce que je n'entends pas des fornicateurs de ce monde, non plus que des avares, des ravisseurs ou des idolâtres: autrement il faudrait que vous sortissiez du monde;

11. Nunc autem scripsi vobis non commisceri, si is qui frater nominatur, est fornicator, aut avarus, aut idolis serviens, aut maledicus, aut ebriosus, aut rapax; cum ejusmodi nec cibum sumere.

12. Quid enim mihi de iis qui foris sunt, judicare? Nonne de iis qui intùs sunt, vos judicatis?

13. Nam eos qui foris sunt Deus judicabit. Auferte malum ex vobis ipsis.

11. Mais quand je vous ai écrit que vous n'eussiez point de commerce avec ces sortes de personnes, j'ai entendu que si celui qui est du nombre de vos frères est fornicateur, ou avare, ou idolâtre, ou médisant, ou ivrogne, ou ravisseur du bien d'autrui, vous ne mangiez pas même avec lui.

12. Aussi pourquoi entreprendrais-je de juger ceux qui sont dehors? N'est-ce pas de ceux qui sont dans l'Église que vous aurez droit de juger.

13. Dieu jugera ceux qui en sont dehors; mais pour vous, retranchez ce méchant du milieu de vous.

ANALYSIS.

Corinthios graviter increpat, quòd hominem notoriè incestuosum, in suo cœtu, taciti ferant; hincque, v. 2 novam occasionem sumit eorum fastum deprimendi.

ỳ 3, 4 et 5, sceleratum hunc jubet à fidelium cœtu præscindi, ut humiliatus resipiscat.

Rursùs, v. 6, insanam eorum gloriationem redarguit.

ỳ 7 et 8, jubet, non hunc tantùm, sed et omnes publicè facinorosos vitari à fidelibus; ut puri, et sine fermento nequitiæ, Christum, perenne pascha nostrum, comedant.

ỳ 9, 10, 11, explicat de quibus vitandis loquatur facinorosis, scilicet non de gentilibus, quibus plenus erat mundus, et quos vitare non possent; sed de eis qui Christo nomen dederunt.

ỳ 12, de paganis non judicat, sed eos tremendo Dei judicio relinquit. De cætero ipsi incestuosum hunc à se projiciant.

PARAPHRASIS.

1. Non sine causâ dixi: *Quid vultis? in virgâ....* Etenim non levi et vago rumore, sed certâ et publicâ famâ, auditur inter vos impudicitia talis, qualis nec inter gentes audiri solet: ita ut novercam suam aliquis habeat in concubinam.

2. Et vos, hoc scientes, superbitis et vanis contentionibus occupamini, ubi humiliari et lugere debebatis, et curare, ut de vestro cœtu præscindatur ille facinorosus.

3. Ego à vobis absens quidem corpore, vobis autem animo et affectu præsens, decrevi, quasi de facto præsens vobis essem.

4. Decrevi, inquam, in nomine et auctoritate Domini nostri Jesu Christi, quâ fungor, ut (vobis in unum congregatis, quibus et ego spiritu præsens ero, unà cum potestate mihi à Domino nostro Jesu Christo traditâ.)

5. Incestuosus ille per excommunicationem permittatur potestati dæmonis; ad carnis illius vexationem, ut ejus anima resipiscens, salva fiat in die judicii.

6. Sanè non est bona imò mala et intempestiva est vestra de sapientiâ seculari gloriatio: scire enim debetis, quòd sicut modicum fermentum totam farinæ massam, cui immiscetur, imbuit: ita hoc unius hominis scelus totam vestram Ecclesiam potest inficere.

7. Accuratè igitur et perfectè purgate vos ab hoc, et ab omni flagitioso (seu ab omni quod vos corrumpere potest), ut nova et pura massa sitis, sicut puri et sancti esse debetis; etenim Christus, agnus noster paschalis, immolatus est.

8. Festum igitur agamus epulis de more solemnibus; non cum pane fermentato veteris hominis, neque cum pane fermentato actionum malarum et nequam; sed cum moribus puris et sanctitate verâ.

9. Scripsi vobis in Epistolâ, ut cum fornicariis non conversemini.

10. Id autem intelligi volo, non de paganis scortatoribus, aut oppressoribus, aut raptoribus, aut idolorum cultoribus; alioquin cogeremini etiam ex hoc mundo exire, quia talibus est plenus.

11. Sed quod scripsi vobis, *ne commisceamini*, intelligo de christianis: ita ut si quis christianus sit scortator, aut oppressor, aut idolorum cultor, aut conviciator, aut ebriosus, aut raptor, cum talibus nen cibum quidem sumatis.

12. Quid enim ad me attinet judicare de iis, qui sunt extra Ecclesiam? nonne vos de iis, qui intra vestram sunt Ecclesiam, judicatis?

13. Cæterùm eos qui sunt extra Ecclesiam, Deus judicabit. Quod ad vos attinet, hunc incestuosum de cœtu vestro projicite.

COMMENTARIA.

Vers. 1. — Omnino auditur inter vos fornicatio... Explicat cur dixerit in ultimo præcedentis capitis versu, *quid vultis? in virgâ veniam ad vos...* Multâ igitur cum emphasi exponit facinus, tam enorme quàm singulare, publicum tamen et certum, et nihilominùs à Corinthiis toleratum; quasi diceret: Non sine causâ dixi: *Quid vultis? in virgâ veniam ad vos.* Etenim *auditur omninò*, id est, non levi, vago et incerto rumore; sed constanti, certâ, et publicâ famâ. Ab omnibus jam passim auditur ex publicâ famâ, D. Chrysostomus. Nihil vulgatius, ait Photius à Gagnæo citatus.

Inter vos, fideles scilicet, qui tanta percepistis my-

Vers. 1. — *Omninò auditur inter vos fornicatio, et talis fornicatio, qualis nec inter gentes, ita ut quis uxorem patris sui*, id est, novercam, *habeat*, scilicet sibi concubinam. *Habere*, pro eo quod est uti, in usu habere, frequens est in sacris Litteris. Notant Theodor. et Chrys., hìc, hunc fornicarium fuisse insignem, potentem, et ducem factionis et schismatis inter Corinthios. Quæritur, an *hic* fornicarius, vel potiùs ince-

steria, qui arcanorum fuistis participes, qui ad cœlum vocati estis. D. Chrysostomus.

Fornicatio. Græc., πόρνεια, quo nomine significatur omnis illicita conjunctio, sive scortatio sit, sive adulterium.

Et talis fornicatio, qualis nec inter gentes, id est, qualis nec inter ethnicos, à verâ Dei notitiâ alienos, auditur; id est, vix auditur, non sine horrore auditur, non solet audiri. Græc. et Syr. addunt, nominatur : sed meliùs cum interprete nostro subaudies, auditur, ut jam explicatum est.

Ita ut uxorem patris sui, id est, novercam. Non dixit tamen novercam, sed uxorem patris sui, ut eò acriùs feriat, dùm patris meminit, ait Theophylactus post D. Chrysostomum.

Habeat, nimirùm in concubinam, non in conjugem : etenim ne gentiles quidem id ferrent. Ex secundæ Cor., cap. 7, v. 12, ubi dicitur : *Nec propter eum qui passus est injuriam*, communiter colligitur quòd pater ille viveret adhuc, sicque incestus erat et adulterium. Tanta fuit, etiam in primis sanctimoniæ seculis, humana fragilitas! Inter Christi Domini discipulos, unus fuit fur et proditor; inter apostolorum discipulos, fuit unus incestuosus et adulter : Hinc collige quòd nec tempus, nec locus, nec societas nos eximunt à fragilitate : semper et ubique timendum, vigilandum, orandum : *Et ne nos inducas in tentationem.*

Vers. 2. — Et vos inflati estis.... *Et vos*, ô Corinthii, hoc scientes, tantæque turpitudinis apud vos commissæ conscii, nihilominùs superbitis, et præ superbiâ vanis contentionibus occupamini. Et magistros hìc et discipulos alloquitur, et ob unius publicum crimen, pudore suffundit omnes.

Et non magis luctum habuistis. Græc., *luxistis*, id est, cùm potiùs humiliari et lugere debuissetis; humiliati, et lugentes curare, ut de vestro cœtu præscinderetur ille facinorosus. Hinc disce quòd unius crimen, si publicum fuerit et scandalosum, publicas omnium exigit lacrymas, quia noxa est publica : communem omniam postulat sollicitudinem, ut procul pellatur; quia pestis est publica. Conveniebat ut oraretis et ploraretis, tanquàm super morbo et peste, ut tolleretur è vobis, ceu publica noxa. Theophyl.

stuosus, uxorem patris viventis, an mortui acceperit? Respondent aliqui, mortui; sed videtur potiùs viventis patris fuisse uxor : hæc enim propriè dicitur uxor patris. Et quia, v. 12, c. 7, Epist. 2, ait : *Hæc scripsi non propter eum qui fecit injuriam, nec eum qui passus est*, scilicet pater. Ergo vivebat adhuc pater. Ita Anselmus et alii.

Vers. 2. — *Et vos inflati estis*, q. d. : Et vos interim in vestris superbis contentionibus occupamini, et negligitis correctionem hujus incestûs, nec curatis ut reus tollatur, id est, expellatur, è cœtu vestro, et excommunicetur. Ita Chrys., Theoph.

Et non magis luctum habuistis (et non luxistis potiùs), *ut tollatur de medio vestrûm qui hoc opus fecit.*

Vers. 3. — *Ego quidem absens corpore, præsens autem spiritu.* Porrò spiritu præsentem se dicit, hoc est, animo, affectu, sollicitudine. Nonnulli *præsentem spiritu* interpretantur, quod per spiritum nos et

Vers. 3. — Ego quidem absens.... Postquàm unius enorme facinus exposuit, et omnibus illud exprobravit, eorum negligentiam supplet, et remedium præscribit et incestuoso profuturum, et toti Corinthiorum cœtui; scilicet, jubet ut excommunicetur, ne alios inficiat, et ut ipse humiliatus resipiscat.

Ego à vobis absens quidem corpore : vobis autem affectu et sollicitudine præsens, statui et decrevi, quasi de facto et corpore vobis præsens essem.

Jam judicavi; id est, decrevi hujusmodi incestuosum tradere, seu ut tradatis; vel condemnavi eum tradendum esse Satanæ. Uno verbo incestuosum Apostolus ipse non excommunicat, sed excommunicandum esse statuit.

Vers. 4. — In nomine Domini nostri Jesu Christi... decrevi, inquam, et statui *in nomine Domini nostri Jesu Christi*, id est, illius auctoritate et vice, quâ fungor. D. Chrys. hæc verba, *in nomine Domini nostri Jesu Christi;* jungit cum sequentibus, congregatis vobis, etc., quia fideles in Christi nomine conveniunt. D. Thomas hæc eadem verba jungit cum præcedente, *judicavi*, seu decrevi : quia non nisi, ut Christi vicarius et minister, judicandi potestatem habebat Apostolus. Et hanc constructionem puto magis Apostoli scopo congruam; vult enim significare quòd rem tantam, non aggrediatur ut persona privata; sed in personâ Christi, ut Christi vicarius et minister. Decrevi igitur, *in nomine Domini nostri Jesu Christi* ut, *vobis* in unum *congregatis*, quibus et *ego spiritu præsens ero*, unà cum virtute et potestate à Domino nostro Jesu Christo, mihi datâ,

Vers. 5. — Tradere hujusmodi Satanæ... ut incestuosus ille tradatur Satanæ, id est, excommunicetur et per excommunicationem ejiciatur ab Ecclesiâ, regno, domo, et corpore Christi : et sic cum ignominiâ ejectus, permittatur potestati dæmonis, cujus regnum est extra Ecclesiam, seu regnum Christi. In interitum carnis; id est, ad carnis illius vexationem, seu ut corpore vexetur et maceretur à dæmone. Tunc excommunicatos dæmon etiam visibiliter vexabat. Ut Spiritus salvus.... ut ejus anima, hâc confusione et vexatione resipiscens, salva fiat in die judicii.

eo quæ apud Corinthios agebantur atque si præsens esset.

Jam judicavi ut præsens, hoc est, tanquàm præsens, ac si præsens essem etiam corpore. *Jam judicavi*, id est, decrevi, apud me statui, et facto hisce verbis statuo, judico, et impero eum excommunicari et tradi Satanæ, idque in nomine Christi, id est, auctoritate et vice Christi, quâ fungor, dùm impero et judico.

Eum qui sic operatus est, id est, qui tale ac tantum facinus perpetravit.

Vers. 4, 5. — *In nomine Domini nostri Jesu Christi...., tradere hujusmodi Satanæ in interitum carnis*, ut ægritudine corporis, vulneribus, aut plagis ipsum maceret diabolus, ut caro ejus atteratur, carnisque vigor intereat, ut ita humiliatus resipiscat. Ita Theod., Chrysost., Theoph., Anselm.

Ut spiritus salvus sit in die Domini nostri Jesu Christi, q. d. : Ut anima et mens hâc pœnâ resipiscens [illegible], salva sit in die judicii.

Circa excommunicationem notanda.

Ex his tribus versibus collige excommunicationis, 1° antiquitatem : incœpit ab apostolis : ideòque ita antiqua est ac ipsa Ecclesia. 2° Ministrum : scilicet, apostolos, episcopos, etc. *Ego quidem....* 3° Auctoritatem principalem. *In nomine Domini nostri Jesu Christi;* id est, in nomine, auctoritate et in personâ Domini nostri Jesu Christi : à quo apostolorum et episcoporum auctoritas.

Christus igitur ipse principalis est excommunicans, episcopus non nisi ut Christi vicarius, Christique vicem et personam supplens. Et consequenter in Spiritu Christi, excommunicare debet, eodem animo ac fine, quo Christus ipse, hominum salvator, excommunicaret; nimirùm, ut salvet animas. Christi, peccatorum salvatoris, vicarius est; peccatorum ergo salutem, in ipsâ excommunicatione intendat; secet, ut medeatur; separet, ut fortiùs uniat; punitat in tempore, ut salvet in æternum. Recordetur se pastorem, se patrem, se salvatorem esse. Caveat sibi ab omni dominationis animo, ab omni vindictæ, vel iræ affectu, et commotione; nec enim Dei potestas, Christique auctoritas ministrorum suorum passiones confirmabit unquàm. Homo potest et debet Dei minister esse : Deus hominis iniqui minister esse nequit.

4° Modum : *congregatis vobis;* id est, in publico cœtu fidelium : ad aliorum terrorem; *et meo spiritu, cum virtute Domini nostri Jesu Christi;* episcopus quidem cum plebe suâ; sed in episcopo, non in plebe, residet auctoritas Christi, seu potestas excommunicandi.

Equidem Ecclesiæ corpori data est, et ad Ecclesiæ bonum; sed ab ejus visibili capite exercenda, vice et in virtute Christi Domini, visibilis ejus capitis. Hinc, ait Apostolus : *vobis congregatis*, quibus et *spiritu præsens* ero, unà *cum virtute Domini nostri Jesu Christi*, mihi datâ. Quasi prævideret novantes hæreticos, qui docturi erant penes plebem esse potestatem excommunicandi, eosque voluerit refellere. Ego, inquit, unà cum potestate Christi, vestro cœtui adero, et per eum, qui meâ vice vobis præest, sententiam pronuntiabo.

5° Formalitatem : *tradere Satanæ*, id est, ejicere extra Ecclesiam, ejicere à Christi corpore, separare ab omni cum Christo unione, privare omnibus Ecclesiæ Sacramentis, orationibus et suffragiis; sicque spoliatum omnibus bonis, omni auxilio et protectione destitutum, permittere diabolicæ potestati; sicut ovis errans et derelicta exponitur lupo : non traditur directè, sed indirectè.

6° Effectum : *in interitum carnis*, id est, ut peccatoris hujus caro affligatur à dæmone, morbis, vulneribus, et plagis. Hoc miraculorum tempore, excommunicati solebant à dæmone vexari, etiam visibiliter, in corpore.

Vers. 6. — *Non est bona gloriatio vestra*, jactantia vestra, quà vos actatis de sapientiâ seculari, quàque dicitis : Ego sum Pauli, ego Apollo, mala est et intempestiva; cùm potiùs oculos et animos demittere deberetis; eò quòd tantum scelus inter vos sustineatis.

Nescitis quia modicum fermentum totam massam corrumpit? q. d. : Hæc unius fornicarii labes omnes vos

Hoc refert Gagnæus, qui citat Theodorum. Hoc Cornel. à Lap., qui multos citat. Hoc Tyrinus, qui citat Orig., Hilar., Hyeron., Ambros., August. Hoc et affirmare videtur D. Chrys., qui sic explicat, eum tradens diabolo, tanquàm pædagogo : hoc et Theophylactus. Hoc tamen non improbabiliter refutat Estius, qui vult tradi Satanæ, nihil sit aliud quàm excommunicari, quanquàm nulla corporalis infestatio, quæ fiat à dæmone, excommunicationi conjuncta fuerit.

7° Finem, scilicet, animæ salutem, ut vexatus et humiliatus resipiscat, et in die judicii salvus fiat : punitur ut melior fiat, attrahat gratiam et in æternum salvetur : sicque lucrum pœnâ majus : pœna enim temporalis, lucrum est æternum, D. Chrysostomus.

Vers. 6. — Non est bona..... Rursùs vesanam eorum redarguit gloriationem, scilicet, ob sapientiam secularem, de quâ in præcedentibus capitibus dictum est. Patres tamen Græci intelligunt hanc gloriationem Corinthiorum, ob sapientiam hujus incestuosi : putant enim quòd fuerit unus è primis eorum magistris, factionisque dux : hinc, inquit D. Chrys., à schismate transiit Apostolus ad hunc schismatis ducem. Hoc post D. Chrysostomum asserunt Theodoretus, et Theophylactus : sed cùm non appareat quo fundamento id ab eis dicatur, et aliunde Estius multis probabilibus id rationibus refutet, priorem explicationem puto veriorem, scilicet : Non est bona jactantia vestra de seculari sapientiâ nec contentio de magistrorum præcellentiâ : etenim vani et tumidi estis, ubi timidi, humiles, suffusi et tristes esse debetis.

Nescitis quia modicum fermentum totam massam corrumpit. Græc., ζυμοῖ, *fermentat;* sed Pater Amelotte vult nostrum interpretem legisse δυλοῖ, *corrumpit;* et citat manuscripta, et auctores qui sic habent, aut legerunt : vultque à D. Paulo hic fermentum considerari, non ut fermentationis principium; sed ut alterans, et acore suo corrumpens. Ideò legendum, *corrumpit.* D tamen Hyeronimus voluit legi, *fermentat.* Quidquid sit, sensus est :

Nescitis quod sicut fermentum, quantùmlibet modicum, totam farinæ massam, cui immiscetur, acore suo imbuit, ita hoc unius hominis infandum scelus, à vobis cognitum et toleratum, totam vestram Ecclesiam potest inficere, tum pravitate exempli, malum enim unius exemplum multos plerùmque corrumpit; tum imputatione : justum quippe est ut scelus ab omnibus cognitum, et ab omnibus toleratum, omnibus imputetur, et in omnibus puniatur. Intellige, si ex conniventiâ toleretur, non ex prudentiâ : seu, ut ait D. Thomas, si peccanti consentiunt, saltem non corrigendo, dùm possunt corrigere.

Vers. 7. — Expurgate vetus fermentum, id est, veteris hominis fermentum, seu quidquid vim habet corrumpendi mores. Omne vitium, ait D. Chrysostomus: hunc ergo flagitiosum et omnes alios intelligit; idem Chrys.

Expurgate; id est, accuratè et perfectè vos purgate ab omni flagitioso; seu promptè et sollicitè hunc et similes à vobis ejicite.

Ut sitis nova conspersio, Græc., *nova massa*, id est, nova et pura massa ex farinâ et aquâ, quæ barbarè pasta dicitur, et quæ nullo fermento sit infecta, seu ut sitis puri, sancti.

Sicut estis azymi; id est, sicut estis, et secundùm vestram professionem debetis esse, sine ullo peccatorum fermento; puri et sancti. Panes azymi, sunt panes sine fermento: homines azymi sunt homines sine peccati fermento, sine morum corruptione; homines qui sibi cavent ab omni morum corruptelâ. Tales autem sunt et esse debent christiani, per Baptismum ab omni peccato mundati et sanctificati, toti vitæ tempore, ab omni peccato debent esse puri.

Etenim Pascha nostrum immolatus est Christus. Cœptam prosequitur allegoriam, quia ergo meminit azymorum, et in Paschate Judæi comedebant azymos, hinc rationem reddens cur dixerit nos debere esse azymos, seu puros, subjungit: Etenim Christus, noster agnus paschalis, immolatus est. Quasi diceret, perenne celebramus Pascha; Christus, Agnus Dei, nosterque paschalis agnus, jam immolatus est, et in perpetuum immolatus. Sicut ergo Judæi Pascha celebrantes abstinebant à fermento: ita nos, in quibus completæ sunt figuræ, continuum Pascha celebrantes, continuè debemus à delictorum fermento abstinere; semper debemus esse azymi, puri et sancti.

Vers. 8. — Itaque epulemur; Græc. et Syr., *festum agamus*. Noster interpres dixit *epulemur*, quia in signum lætitiæ, epulis solemnibus festum agebatur. A festo, dicitur *festin*.

Itaque epulemur; id est, festum agamus epulis de more solemnibus. Explicat de quibus epulis loquatur.

Non in fermento veteri; id est, non in pane fermentato veteris hominis, seu veteris vitæ peccatis infecto.

Neque in fermento malitiæ et nequitiæ, id est: neque in pane fermentato actionum malarum et nequam, id est, actionibus malis et nequam.

Sed in azymis sinceritatis, id est, moribus puris, seu omnem horrentes impuritatem, et veritatis, id est, sanctitate verâ, omnem fugientes simulationem et hypocrisim. Permansit in metaphorâ et ostendit quidnam fermentum, quid azymum vocaverit. Theodoret.

Pro majori supra dictorum intelligentiâ, notandum quòd Pascha sumitur aliquando pro festo paschali; aliquando pro agno, seu victimâ paschali; aliquando pro epulo paschali, seu comestione agni paschalis. Hic autem sumitur pro agno paschali, sed mysticè intellecto. Explico: Agnus paschalis, sive ille, cujus sanguine suis postibus illito, Israelitæ liberati sunt ab angelo Ægyptiorum primogenita percutiente, de quo Exodi 12, v. 3, etc., sive ille, quem quotannis immolabant Judæi in tanti beneficii memoriam, de quo ibid., v. 27; ille, inquam, agnus paschalis figura fuit innocentis Christi, qui dicitur Agnus Dei, qui venit in mundum pro nobis immolari, et nos per suum sanguinem ab æternâ morte liberare. Sicut agni paschalis sanguine postibus illito, Judæi liberati sunt ab angelo devastatore; sic per Christi sanguinem cordibus nostris asperso, per fidem et per sacramenta, ab æternâ morte liberamur. Agnus quotannis in Paschâ immolandus, debebat esse sine maculâ; Christus fuit semper sine peccato, semper purus et innocens. Agnus ille paschalis debebat die 14 lunæ immolari; Christus hâc ipsâ die fuit mactatus. Paulus ergo à sensu allegorico argumentans, ait: Pascha nostrum, Christus verus agnus paschalis, veraque paschalis victima, immolatus est, nos morte suâ liberavit ab angelo devastante et à diabolicæ servitutis jugo, etc. Ergo sicut Judæi, ubi figuralis agnus erat immolatus, abstinebant à fermento; sic et nos, immolato Christo, vero Dei Agno et nostro, à peccato abstineamus, puri et sanctissimus; epulemur spiritualiter in azymis sinceritatis et veritatis. Et quia semel, sed pro semper immolatus est Christus; perenne celebremus Pascha; tota nostra vita sit nobis unus et continuus Paschæ dies, quo spiritualiter Christo, Agno Dei, pro nobis immolato, vescamur, fide, spe, charitate, morum puritate et innocentiâ. Et hæc est mens divi Pauli: Quòd si christianus omnis, ob memoriam passionis Christi, debet esse purus, sanctus, innocens, à peccatoribus segregatus; quantò magis sacerdos christianus, ob epulum paschale, sanctissimam Eucharistiam, Agnum Dei mysticè immolatum, quem quotidiè comedit; debet esse sanctus, purus, innocens, à peccatoribus

quasi fermentum pervadit et aspergit.

Vers. 7. — *Expurgate vetus fermentum;* putidum istum fornicarium è cœtu vestro, ne eum totum quasi fermentum inficiat, ejicite. Nonnulli *fermentum vetus* generaliter interpretantur peccati vetustatem seu prioris vitæ corruptionem, ut hæc sit generalis exhortatio ad vitæ puritatem.

Ut sitis nova conspersio, id est, nova massa, hoc est, ut sit vestra Ecclesia nova et pura.

Sicut estis azymi, id est, infermentati, sinceri et puri à fermento peccati. Esse debetis *azymi*, puri scilicet et sancti.

Etenim pascha nostrum immolatus est Christus. Nota *etenim*, q. d.: Jure exigo ut sitis azymi et puri, quia pascha agitis, in quo omnia Judæis erant azyma: sicut enim pascha typus erat Christi, ita panes azymi erant typus christianorum, et innocentiæ baptismalis ac vitæ puræ et christianæ.

Vers. 8. — *Itaque epulemur*, itaque festivitatem celebremus. Quia solebant festa solemnibus epulis celebrari, in signum lætitiæ. Nota, epulum et festum hoc est vel agni paschalis vel azymorum. Per *pascha* hic Christum in Eucharistiæ sacrificio immolatum et manducatum intelligunt S. Cyprianus, Nazianz., Chrysost., Ambros., Hieron. et Origen. Unde S. Andreas: *Ego*, ait, *quotidiè agnum immaculatum immolo, cujus carnem cùm omnis populus comederit, agnus ta-*

segregatus? Ejus vita continuum est Pascha : sit ergo spiritu purus et sanctus, laus Dei perpetua, continuum justitiæ sacrificium.

Vers. 9. — Scripsi vobis in Epistola. In hac, v. 2 et 7 hujus cap., inquiunt Patres Græci; in aliâ præcedenti, quæ deperdita est, aiunt D. Thomas et alii. Vide Estium. Ne cum fornicariis communionem habeatis.

Vers. 10. — Non utique cum fornicariis..... Explicat de quibus loquatur, scilicet non de gentilibus, quos vitare vix possetis; quia mundus plenus est hujusmodi hominibus.

Vers. 11. — Nunc autem scripsi vobis. Sed quod scripsi, intelligi volo de christianis : ita ut si quis christianus sit fornicator, aut, etc., cum hujusmodi publicis peccatoribus omnem convictum et consuetudinem devitate. Eheu tempora nostra! Hæc vitia non sunt jam apud christianos minùs communia, quàm olim apud paganos; talibus modò plenus est mundus : quò fugiet, qui voluerit maledicos, aut impuros vitare?

Vers. 12. — Quid enim mihi de iis qui foris sunt judicare? Quasi diceret, non ad me pertinet de gentilibus judicare. Qui Christi non est, nec fuit; nec ad Ecclesiam, nec ad Ecclesiæ ministros pertinet.

Nonne vos de iis qui sunt intra vestram Ecclesiam judicatis, et debitis, si scandala fecerint, pœnis punitis?

Vers. 13. — Nam eos qui foris sunt Deus judicabit : non Ecclesia : eos ergo Dei judicio relinquite. Quod ad vos spectat, auferte fornicarium à vobis.

men qui sacrificatus est integer perseverat et vivus. Hinc etiam Ecclesia hunc locum Apostoli, pro epistolâ legit in solemnitate paschæ, quando omnes communicare præcipit; cùm in primitivâ Ecclesiâ de eodem fideles quotidiè manducarent, uti hic hortatur Apostolus.

Non in fermento veteri, id est, non cum fermento veteris vitæ.

Neque in fermento malitiæ et nequitiæ. Pro nequitiâ alii versutiam, alii, pravitatem vertunt. Augustinus malignitatem legit. Theophylactus admonet, nequitiam aliquid pejus esse, quàm sit malitia. Malus enim est, inquit, quisquis malè agit; nequaquàm autem qui mediatè et cum dolo malè agit.

Sed in azymis sinceritatis et veritatis. Significare vult Apostolus, sinceritatem ac veritatem conversationis : ut, quemadmodùm adnotavit Theophylactus, vita sincera et pura opponatur malitiæ : vita ante vera, id est, hypocrisi ac dolo vacans, opponatur nequitiæ.

Vers. 9. — *Scripsi vobis in Epistolâ*, etc. : Ne habeatis consortium cum fornicariis. *Non utique fornicariis hujus mundi*, quasi dicat : Id quod scripsi, nolo intelligatis universè dictum de fornicariis, ac si comprehensos velim etiam infideles, *sed si is qui frater est*, id est, si sit christianus, ait Ambrosius, et publicè malè audiat, quasi fornicator, hunc vitate.

Vers. 10. — *Non utique fornicariis hujus mundi*, etc., id est, qui nondùm facti sunt christiani.

Vers. 11. — *Nunc autem scripsi vobis non commisceri; si is qui frater nominatur, est fornicator. Nominatur*, inquit, id est, judicatur, condemnatur in judicio de fornicatione, tanquàm fornicator.

Aut avarus, aut idolis serviens, aut maledicus, aut ebriosus, aut rapax : cum hujusmodi nec cibum sumere; consortium ejus ita vobis fugiendum esse, ut nec mensam cum eo habeatis communem.

Vers. 12. — *Quid enim mihi de iis qui foris sunt judicare?* Sensus Apostoli : Quid ad me attinet, ut præter fratres nostræ curæ et potestati subjectos, etiam eos judicare velim ac punire meo decreto qui sunt extra Ecclesiam, ideòque et extra meam jurisdictionem?

Nonne de iis qui intùs sunt, vos judicatis? Nam, inquit, et qui præsunt inter vos, id est, in Ecclesiâ Corinthiorum, tantùm eos, qui in Ecclesiâ sunt, judicant ac puniunt; nempe christiani christianos : videlicet agnoscentes, ad eos qui foris sunt, potestatem suam non extendi.

Vers. 13. — *Nam eos qui foris sunt Deus judicabit.* Habent enim Deum judicem, qui non relinquet impunitos; sed etiam severiùs in eos animadvertet.

Auferte malum ex vobis ipsis; ejicite è cœtu vestro fornicarium.

Corollarium pietatis, seu in hoc capite ad pietatem maximè notanda, et ad praxim redigenda

In hoc capite duo præcipuè ad praxim notanda : Primum, quòd non de nostris tantùm peccatis, sed et de alienis, præsertim ubi publica sunt et scandalosa, dolere et lugere debemus, tanquàm de morbo et peste publicâ, nos omnes comminante.

Hinc et pro aliorum peccatis orare, conteri, pœnitentiam agere debemus ne et nos inficiant. Vide v. 2 et 6. Secundum, quòd tota christiani vita debet esse pura, sancta, à peccatis munda, quia pascha continuum : Christus, agnus noster paschalis, immolatus est.

Ergo sicut Judæi, ubi figuralis agnus paschalis erat immolatus, abstinebant à fermento; sic et nos, Christo vero paschali agno immolato, à peccati fermento debemus abstinere, puri et sancti vivere.

Quia ergo Christus semper immolatus; ideò et christianus debet semper epulari in azymis sinceritatis et veritatis. Tota ejus vita pascha perenne, vita pura, vita sancta.

Quòd si hoc de omni et quolibet christiano verum est; quantò magis de sacerdote, ob epulum paschale. Vide v. 8.

CAPUT VI.

1. Audet aliquis vestrûm habens negotium adversùs alterum, judicari apud iniquos, et non apud sanctos?

2. An nescitis quoniam sancti de hoc mundo judicabunt? Et si in vobis judicabitur mundus, indigni estis qui de minimis judicetis?

CHAPITRE VI.

1. Comment se trouve-t-il quelqu'un parmi vous qui, ayant un différend avec son frère, ose l'appeler en jugement devant les méchants et non pas devant les saints?

2. Ne savez-vous pas que les saints doivent un jour juger le monde? Si donc vous devez juger le monde, êtes vous indignes de juger des moindres choses?

3. Nescitis quoniam angelos judicabimus? quantò magis secularia?

4. Secularia igitur judicia si habueritis, contemptibiles qui sunt in Ecclesiâ, illos constituite ad judicandum.

5. Ad verecundiam vestram dico: Sic non est inter vos sapiens quisquam, qui possit judicare inter fratrem suum?

6. Sed frater cum fratre judicio contendit: et hoc apud infideles!

7. Jam quidem omninò delictum est in vobis, quòd judicia habetis inter vos. Quare non magis injuriam accipitis? quare non magis fraudem patimini?

8. Sed vos injuriam facitis, et fraudatis; et hoc fratribus.

9. An nescitis quia iniqui regnum Dei non possidebunt? Nolite errare: neque fornicarii, neque idolis servientes, neque adulteri,

10. Neque molles, neque masculorum concubitores, neque fures, neque avari, neque ebriosi, neque maledici, neque rapaces, regnum Dei possidebunt.

11. Et hæc quidam fuistis: sed abluti estis, sed sanctificati estis, sed justificati estis in nomine Domini nostri Jesu Christi, et in Spiritu Dei nostri.

12. Omnia mihi licent, sed non omnia expediunt: omnia mihi licent, sed ego sub nullius redigar potestate.

13. Esca ventri, et venter escis: Deus autem et hunc et has destruet: corpus autem non fornicationi, sed Domino, et Dominus corpori.

14. Deus verò et Dominum suscitavit: et nos suscitabit per virtutem suam.

15. Nescitis quoniam corpora vestra membra sunt Christi? Tollens ergo membra Christi, faciam membra meretricis? Absit.

16. An nescitis quoniam qui adhæret meretrici, unum corpus efficitur? Erunt enim (inquit) duo in carne unâ.

17. Qui autem adhæret Domino, unus spiritus est.

18. Fugite fornicationem: omne peccatum, quodcumque fecerit homo, extra corpus est; qui autem fornicatur, in corpus suum peccat.

19. An nescitis quoniam membra vestra templum sunt Spiritûs sancti, qui in vobis est, quem habetis à Deo, et non estis vestri?

20. Empti enim estis pretio magno. Glorificate et portate Deum in corpore vestro.

5. Ne savez-vous pas que nous serons juges des anges mêmes? combien plus devons-nous l'être de ce qui ne regarde que la vie présente?

4. Si donc vous avez des différends touchant les choses de cette vie, prenez pour juges les moindres personnes de l'Eglise.

5. Je vous le dis pour vous en faire confusion: est-il possible qu'il ne se trouve point parmi vous un seul homme sage qui puisse être juge entre ses frères?

6. Mais on voit un frère plaider contre son frère; et encore devant des infidèles!

7. C'est déjà certainement un péché parmi vous, de ce que vous avez des procès les uns contre les autres. Pourquoi ne souffrez-vous pas plutôt qu'on vous fasse tort? Pourquoi ne souffrez-vous pas plutôt qu'on vous trompe?

8. Mais c'est vous-mêmes qui faites le tort; c'est vous qui trompez, et cela à l'égard de vos propres frères.

9. Ne savez-vous pas que les injustes ne seront point héritiers du royaume de Dieu? ne vous y trompez pas: ni les fornicateurs, ni les idolâtres, ni les adultères;

10. Ni les impudiques, ni les abominables, ni les voleurs, ni les avares, ni les ivrognes, ni les médisants, ni les ravisseurs du bien d'autrui, ne seront héritiers du royaume de Dieu.

11. C'est ce que quelques-uns de vous ont été autrefois; mais vous avez été lavés, vous avez été sanctifiés, vous avez été justifiés au nom de notre Seigneur Jésus-Christ, et par l'Esprit de notre Dieu.

12. Tout m'est permis, mais tout n'est pas avantageux; tout m'est permis, mais je ne me rendrai esclave de qui que ce soit.

13. Les viandes sont pour le ventre, et le ventre est pour les viandes; mais un jour Dieu détruira l'un et l'autre. Le corps n'est point fait pour la fornication, mais pour le Seigneur; et le Seigneur est pour le corps.

14. Mais comme Dieu a ressuscité le Seigneur, il nous ressuscitera de même par sa puissance.

15. Ne savez-vous pas que vos corps sont les membres de Jésus-Christ? Arracherai-je donc à Jésus-Christ ses propres membres, pour les faire devenir les membres d'une prostituée? A Dieu ne plaise.

16. Ne savez-vous pas que celui qui se joint à une prostituée devient un même corps avec elle? car ceux qui étaient deux ne sont plus qu'une chair, dit l'Ecriture.

17. Mais celui qui demeure attaché au Seigneur, est un même esprit avec lui.

18. Fuyez donc la fornication: quelque autre péché que l'homme commette, il est hors du corps; mais celui qui commet la fornication pèche contre son propre corps.

19. Ne savez-vous pas que votre corps est le temple du Saint-Esprit qui réside en vous, et qui vous a été donné de Dieu? et que vous n'êtes plus à vous-mêmes,

20. Car vous avez été rachetés d'un grand prix; glorifiez donc Dieu, et portez-le dans votre corps.

ANALYSIS.

In hoc cap. de duobus agit; lites damnat, et impudicitiam insectatur.

Quod spectat ad lites; primò factum exponit, non sine indignatione; deinde damnat illud ex quâcumque parte consideratum; ex parte judicum, in primis versibus; ex parte litigantium, v. 6; ex parte litis ipsius, quæ peccatum est, v. 7, tum in læso, qui non tulit injuriam; tum in lædente, qui fecit injuriam.

Ut hunc corrigat, et ad pœnitentiam adducat; monet injustos regnum Dei non hæreditaturos; hincque sumit occasionem alia multa enumerandi enormia peccata, à Dei regno excludentia, v. 9, 10, 11, idque ideò facit, quia Corinthiorum multi tales aliquando fuerant.

ỳ 12. Duplici occurrit objectioni, quæ in supra dicta de litibus fieri potest. Denique, v. 13, duas breviter affert rationes alias, ob quas christiano non expedit litigare.

In eodem v. 13, sensim sine sensu transit ad fornicationem, apud paganos habitam pro re indifferenti: sed apud christianos horrendum est sacrilegium; quia

per eam membrum Christi fit membrum meretricis; tem plum Spiritûs sancti polluitur; emptitius Dei servus Deum, Dominum offendit per ea ipsa, quæ Domini sunt.

Denique concludit Deum à nobis et in corpore et in animâ glorificandum.

PARAPHRASIS.

1. Fierine potest ut quis christianus, controversiam habens adversùs alterum christianum, audeat apud infideles judices litigare, potiùs quàm apud aliquos è christianis arbitros?

2. An ignoratis quòd sancti hunc mundum judicabunt? quòd si per vos mundus ipse judicandus est; an estis indigni, qui judicetis de minimis et frivolis negotiis?

3. An ignoratis quòd ipsos angelos (scilicet apostatas) judicabimus? quantò magis digni estis, qui de temporalibus judicetis?

4. Si ergo de rebus hujus vitæ controversias habeatis, eos, qui in Ecclesiâ sunt infimi, constituite in judices (potiùs quàm ad gentiles recurratis).

5. Id ad erubescentiam vestram dico vobis. Adeòne nemo est inter vos sapiens et eruditus, qui possit fratrem suum judicare?

6. Sed christianus in christianum litigat, et hoc apud judices infideles.

7. Jam quidem procul dubio delinquitis in hoc, quòd inter vos forenses disceptationes habetis : quare non potiùs illatam sustinetis injuriam? quare non potiùs illatum damnum patimini?

8. Sed è contra vos ipsi injuriam et damnum infertis, et hoc vel fratribus vestris.

9. An ignoratis quòd injusti regnum Dei non hæreditabunt? ne erraveritis : neque scortatores, neque cultores idolorum, neque adulteri,

10. Neque qui turpia patiuntur, neque qui turpia agunt, neque qui clam rapiunt aliena, neque qui fraude, neque qui per vim rapiunt apertè, neque ebriosi, neque maledici, regnum Dei hæreditate possidebunt.

11. Et quidem tales quidam ex vobis fuerunt : sed abluti estis, et sanctificati estis, et justificati estis, Christi Domini Redemptoris nostri merito, et Spiritûs sancti beneficio.

12. Omnia legibus non prohibita, mihi et vobis licent quidem; sed non omnia quæ licent, expediunt : quasi diceret (esto lites liceant, non tamen expediunt; esto etiam liceat coram ethnicis litigare) : Non expedit, ne sub eorum rediganmini servitute.

13. Adde quòd esca, res vilis, ventri sedando destinata; et venter, pars ignobilis, cibis coquendis destinatus. Adde quòd Deus utraque destruet, seu eorum usum brevì abolebit : non expedit ergo propter hæc vilia, et brevì desitura, litigare. Porrò corpus non sic fornicationi destinatum est, sed Domino consecratum (cujus est membrum), et Dominus corpori datus est caput (et hoc in æternum).

14. Deus enim, qui Dominum suscitavit, et nos per suam omnipotentiam suscitabit, ut in æternum Christo, capiti nostro, uniamur.

15. Si nescitis, sanè scire debetis, corpora vestra esse Christi Domini membra : ergone tollens membra quæ Christi sunt, tradam ea meretrici? Absit hoc sacrilegium.

16. Illud tamen committit fornicator christianus, quia adhærens meretrici, fit unum cum eâ corpus, juxta illud quod Scriptura dicit, Genes. 2, erunt duo per carnalem unionem, una caro.

17. Qui autem Deo charitate conjungitur, fit unus cum eo spiritus.

18. Sacrilegam ergo horrete, et fugite fornicationem. Omne aliud peccatum, quod ordinariè committunt homines, extra ipsorum corpus est (non peccant in corpus suum) : fornicator autem in proprium corpus suum peccat, quod ex Christiano et divino facit meretricium et bestiale.

19. An ignoratis corpora vestra esse templum Spiritûs sancti, qui habitat in vobis, et quem accepistis à Deo.

20. Denique scire debetis quòd vestri juris non estis : etenim empti estis pretio magno, sanguinis Jesu Christi; itaque glorificate, et portate Deum in corpore vestro.

COMMENTARIA.

Vers. 1. — Audet aliquis vestrum..... Corinthios reprehendit, quòd apud judices paganos litigent, non sine magno Evangelii dedecore. Ac primò factum exponit : *Audet aliquis...* Exprobrantis, et ex indignatione mirantis locutio. Quasi diceret : Fierine potest ut quis christianus, controversiam habens adversùs alterum christianum, audeat apud infideles judices fratrem suum in jus vocare? potiùs quàm aliquem, aut aliquos è fratribus arbitros eligere, qui rem pacificè, et cum charitate componant? Hæc reprehensio cadit in actorem, qui fratrem suum ad ethnicorum tribunalia trahebat : nec enim qui vocabatur in jus, legitimum judicem vitare poterat.

Apud iniquos. Ethnici sunt iniqui; tum quia fide carent, quâ vivit justus; tum quia carent verâ religione, et consequenter Deo non reddunt quæ debent. Iniquos autem expressè vocat eos, ut insinuet quòd immeritò jus ab eis quæratur. Quasi diceret : Iniqui sunt; quomodò jus reddent vobis? Deo non reddunt quæ debent; quomodò quæ sua sunt, hominibus red-

Vers. 1. — *Audet aliquis vestrùm habens negotium adversus alterum, judicari apud iniquos?* Puta fratrem sive christianum *judicari*, id est, judicio experiri, judicio contendere *apud iniquos*, puta apud gentiles infideles : iniquos enim opponit sanctis, cùm ait :

Et non apud sanctos? Græcè, *sub sanctis*, id est,

dent? Qui in Deum iniquus est, et in homines erit iniquus. Christiani è contra sancti sunt, quia veram fidem ac religionem habent; et quia per Baptismum sanctificati sunt : hinc æqui in Deum et in homines. Hinc præstat infimum et minùs eruditum christianum habere judicem, quàm apud infidelem eruditissimum litigare : justus justitiam reddit.

Vers. 2. — An nescitis quoniam sancti... Factum v. 1 expositum damnat, quia divinæ fidelium auctoritati derogat.

An nescitis quoniam christiani, Christi membra, cum Christo capite suo, mundum universum judicabunt? Sancti mundum judicabunt, approbando sententiam Judicis. Apostoli, eisque similes, Christi assessores, sententiam proferent; non ore, sed spiritu, ait et explicat D. Thomas.

Et si in vobis..., id est, si per vos mundus ipse et homines mundani quoad æterna sunt aliquando judicandi : quomodò horum hominum judicia quæritis? quasi vosmetipsos indignos arbitremini, qui de minimis, caducis et frivolis negotiis judicetis : qualia sunt ea, ob quæ litigatis. Mundi judices cùm sitis, cur à mundo judicari mavultis, quàm à fratribus vestris, ad concordiam charitativè reduci?

Vers. 3. — Nescitis quoniam angelos..... Crescit oratio; quasi diceret : Parum est vos hominum iniquorum judices esse cum Christo : *angelos* ipsos judicabimus : bonos quidem laudis et approbationis judicio : malos verò damnationis et exprobrationis judicio. Una est Ecclesia Christi, ex angelis et hominibus conflata; unum est omnium caput, unus Judex Christus Dominus : angelos ergo judicabit et homines. In hoc Christi judicio augebitur sanctorum angelorum accidentale præmium, ex præmio sanctorum hominum quos illuminârunt. Malorum autem angelorum augebitur pœna, ex pœnâ hominum per eos seductorum, ait D. Thom. hic. Addi potest quòd multò magis augebitur eorum pœna, ex gloriâ sanctorum hominum, à quibus ipsi victi sunt, et qui tunc de ipsis triumphabunt, quasi victores de victis. Omnes ergo sancti judicium Christi de sanctis angelis laudabunt et glorificabunt : at præterea dæmonum victores, eis tanquàm victis, vilibus, à Deo contemptis, et in æternum projectis, insultabunt, et exprobrabunt quòd homines, fragili carne vestiti, steterint in veritate, cadentibus angelis. Hic igitur tuam, ô christiane, dignitatem agnosce : mundi, dæmonumque judex futurus es : cùm ergo tanta sit in cœlis auctoritas tua, ne vilescas in terris. Mundi judex, ne mundo subjiciaris; ne mundanis inhies, mundo ne inhæreas, de mundanis ne litiges, mundanorum hominum opiniones et judicia ne quæras. Dæmonum judex, dæmoni ne obtemperes unquàm; dæmones constanter vince, quibus in lavacro renuntiâsti; ut aliquando toto spectante mundo, victos traducas palàm, et triumphes illos in Christo. Ex Coloss. 2, v. 15.

Quantò magis secularia. Græc.: Βιωτικά, *res hujus vitæ*, res ad victum, vestitum, etc., pertinentes, id est, quantò magis digni estis, qui de temporalibus, scilicet de pecuniis, de agris, etc., judicetis. Cùm mundum et angelos ipsos sitis judicaturi quoad æterna, quàm indignum est vos apud paganos de rebus caducis litigare et judicari!

Vers. 4.— Secularia igitur judicia..... Ex supra dictâ christianorum auctoritate judiciariâ concludit, quòd infimus christianus sit rebus secularibus judicandis superior et nimis idoneus. Si ergo de rebus hujus vitæ controversias aliquas habeatis, contemptibiles, Græc., *nihili factos*, id est, abjectos, contemptos; eos qui in Ecclesiâ infimi sunt et minimi æstimantur, constituite in judices, Græc., καθίζετε, *sedere faciatis;* scilicet ut judicent tanquàm arbitri, potiùs quàm ad gentiles judices recurratis. Hujus vitæ bona, christiani contentionem non merentur, cujus sollicitudo continua debet esse de æternis : *Porrò unum est necessarium*. Quòd si tamen aliqua inter christianos oriatur controversia, præstat arbitros ab eis eligi, quàm apud judices litigari. Præstat arbitros minùs eruditos, sed sanctiores et æquiores eligi, quàm ad judices eruditiores, sed minùs æquos recurri.

Vers. 5. — Ad verecundiam vestram dico... Monet quòd hoc dicat, non stabiliens, quasi velit tales de facto judices, contemptos et imperitos eligi : sed ut vos, ô Corinthii, pudore suffundam, eò quòd ad gentiles recurratis, quasi non sint apud vos sapientes et periti, qui litigia vestra possint componere.

fidelibus seu christianis. Quos *sanctos* appellat, eo quod Ecclesia fidelium sancta sit; etsi non singuli quique sancti.

Vers. 2. — *An nescitis quoniam sancti de hoc mundo judicabunt?* Sanctos assumendos esse judices suadet Apostolus, ex eorum dignitate : quæ tanta est, ut etiam mundum, scilicet reliquum, hoc est, totum genus infidelium et reproborum sint judicaturi. Quod fiet in extremo judicio, ubi boni malos judicabunt non solâ comparatione, verùm etiam approbatione sententiæ divinæ.

Et si in vobis judicabitur mundus, indigni estis qui de minimis judicetis? q. d. : Si per vos christianos et sanctos judicabitur totus mundus, quantò magis per vos, quasi arbitros, minimæ vestræ lites componi debent?

Vers. 3. — *Nescitis quoniam angelos judicabimus?* Amplificatio est ejusdem argumenti sumpti ex dignitate christianorum, qui non solùm judicaturi sint mundum, id est, homines, verùm etiam angelos : utique malos, id est, dæmones; quia sancti victores dæmonis in hâc vitâ fuerunt, hinc pro præmio in judicio malitiam ejus, superbiam, et imbecillitatem coram toto mundo traducent, et quasi victo, vili, contemptibili, à Deo projecto, et in æternum damnato insultabunt; uti et Christus, ad Coloss. 2, v. 15; quæ res dæmonibus superbissimis maxima et molestissima pœna erit.

Quantò magis secularia, scilicet negotia, quæ ad communem hominum usum pertinent, subaudi, digni et apti sumus judicare!

Vers. 4. — *Secularia igitur judicia si habueritis.* Proinde judicia siquidem habueritis de iis quæ ad vitæ usum attinent.

Contemptibiles qui sunt in Ecclesiâ, illos constituite ad judicandum, potiùs quàm gentiles judices, sive arbitros constituite ad judicandum. Ita Theodoretus.

Vers. 5. — *Qui possit judicare inter fratrem suum?*

Sic non est inter vos sapiens, id est, adeòne nemo est inter vos sapiens et eruditus, qui possit fratrem suum judicare? Græc., οὐδὲ εἷς, *ne unus quidem.*

Vers. 6. — Sed frater cum fratre....., id est, christianus in christianum, membrum Christi in aliud Christi membrum. Ecce malum ex parte litigantium.

Et hoc apud infideles. Ecce aliud malum, ex parte judicum, ad quos, non sine Ecclesiæ contemptu et scandalo, recurritur. Postquàm factum initio expositum damnavit ex parte judicum, damnat et ex parte litigantium; illud in seipso tandem damnaturus. Sed quid diceret Paulus, si filios in parentes, etc., si monachos in abbates, etc., si sacerdotes in episcopos cerneret litigantes, et hoc apud laicos et seculares?

Vers. 7. — Jam quidem omninò delictum est... Litem ipsam in se consideratam damnat quasi delictum. Græc., ἥττημα, *diminutio*, defectus, minoratio, à verbo ἥττωμαι, *succumbo*, cedo, vincor, frangor. Itaque ἥττημα significat hìc quamdam animi impotentiam et imbecillitatem, quâ Corinthii iræ vel lucri cupiditati succumbentes, inter se litigabant. Græc. : *Jam quidem igitur omninò minoratio in vobis est.* Syr. : *Jam itaque vosmetipsi culpæ obnoxii estis*, etc.; audaciam superiùs vocavit ad infideles judices recursum; hìc delictum vocat ipsummet Corinthiorum litigare.

Mens sancti Pauli circa lites.

Jam quidem omninò delictum est. Non dico, quòd judices ethnicos adeatis; sed hoc ipsum quòd judicia, seu lites habeatis. Et quia pars læsa poterat dicere, injuriâ sum affectus, hanc ejus excusationem rejicit dicens : *Quare non magis injuriam accipitis?...* Sic itaque litem ipsam Corinthiorum damnat, ut et litis et litigantis excusationem non admittat. Ita D. Paulum explicuit et intellexit D. Augustinus, in Enchirid., cap. 78. Ita D. Thomas, ad delictum vobis imputatur, quòd post conversionem vestram judicia habetis inter vos, inter quos scilicet debet esse pax, etc. Ita ante omnes D. Chrysostomus, qui quadruplum hìc crimen agnovit : Primum nescire injuriam ferre; secundum injuriam facere; una pars enim alteri facit injuriam : tertium ad iniquos recurrere : quartum in fratrem litigare; sicque fraternam charitatem cum scandalo lædere.

Sed inquies, peccatumne est christiano litigare, seu in judicio sua repetere? Respondet D. Thomas, post glossam, 1° perfectis, quibus nihil est proprium, peccatum est, si quid in judicio repetunt, quasi proprium : licet tamen eis in judicio repetere, ea quæ sunt communia; hoc enim, inquit, est opus charitatis, defendere, vel recuperare res pauperum.

2° Omnibus peccatum est ob tria : 1° ob causam ex quâ quis judicium habet; si ex cupiditate et avaritiâ; 2° ob modum judicii, si cum contentione et detrimento pacis judicium prosequatur; 3° ob perversitatem judicii, si injustè et fraudulenter in judicio procedat; 4° ob scandalum.

3° Ex charitate licet sua in judicio repetere; si sic in judicio procedatur, ut nihil fiat contra justitiam, et contra charitatem. Quod quia factu difficillimum; plerùmque enim lites, non ex charitate, sed ex inordinato rerum temporalium amore, suscipiuntur : plerùmque ex litibus nascuntur plurima contra charitatem peccata; sinistræ suspiciones, odia, obtrectationes, vindictæ, etc., plurima contra justitiam, fraudes, doli, falsitates, calumniæ. Adde temporis jacturam, mentis distractionem, salutis ob temporalia negligentiam, Dei oblivionem.

Hinc concludi debet quòd lis quidem non sit in se quid malum : sed infinita propemodùm mala secum trahit; ita ut sit inexhausta malorum et criminum incautis abyssus. Itaque christianus obediat Christo dicenti, Matth. 5, 40 : *Ei, qui vult tecum in judicio contendere, et tunicam tuam tollere, dimitte ei et pallium;* et Lucæ : *Ab eo qui aufert tibi vestimentum, etiam tunicam noli prohibere....* Et : *Qui aufert quæ tua sunt, ne repetas.* Hæc præcepta Domini, ait D. Thomas, non sunt semper observanda in executione operæ, sed semper sunt habenda in præparatione animi; ut scilicet simus parati hoc facere, vel sustinere, potiùs quàm aliquid agere contra charitatem fraternam

Quare non magis injuriam accipitis?... Hoc Apostolus parti læsæ dicit. Duabus enim ex causis nascuntur lites : vel quia personæ læditur honor; vel quia damnum aliquod in temporalibus infertur. Quare non potiùs injurias personæ illatas, et damna in temporalibus facta patienter sustinetis, quàm ut judicio contra inferentem, vel injuriam, vel damnum contendatis? Si crimen est injuriam non ferre; quantò majus injuriam facere! ait D. Chrys.

Vers. 8. — Sed vos injuriam facitis... Hoc parti lædenti dicit; sed vos ipsi et injuriam et damnum infertis, et hoc fratribus, quod crimen auget

Vers. 9. — An nescitis quia iniqui. Græc., *injusti;* id est, qui injustitiam aut injuriam faciunt, regnum Dei hæreditate non possidebunt.

Nota ex D. Paulo delictorum discrimen; delicti quidem, non patientem injurias accusavit, sed de eo non dicit quod de facientibus injuriam hìc affirmat. *Regnum Dei non possidebunt.*

Nolite errare. Præfatio Paulo solita in rebus majoris momenti, quas vult observari et retineri.

Neque fornicarii... Multa gravia enumerat peccata à Dei regno excludentia : neque scortatores, neque

subaudi, *et fratrem*, hoc est, inter fratres, puta christianos litigantes.

Vers. 6, 7. — *Sed frater cum fratre judicio contendit.....: Jam quidem omninò delictum est in vobis, quòd judicia habetis inter vos*, q. d. : Imperfectio, dejectio, impotentia animi est in vobis, quòd scilicet iræ, lucri, contentionisque affectu vincimini, et quòd nihil pati et sufferre potestis.

Quare non magis injuriam accipitis? id est, damnum patimini, ut decet christianos novos in tantâ paucitate, primo fervore, pacis et perfectionis professione. Apostolus hìc non judicium taxat, sed primò, impatientiam litigantium : secundò, quòd fratribus, id est, christianis, injuriam faciant.

Vers. 8, 9, 10. — *Sed vos injuriam facitis... An nescitis quia iniqui regnum Dei non possidebunt?... Neque*

cultores idolorum, neque adulteri.

Vers. 10. — Neque molles, qui turpia patiuntur, ait Theophyl., scorta mascula; seu catamiti, ait Menochius et alii. Plerique tamen per *molles* intelligunt sui ipsius corruptores, per voluntariam pollutionem.

Neque masculorum concubitores : sodomitæ, qui turpia et infanda agunt; neque fures, qui clam rapiunt aliena; neque avari, qui fraude et dolo proximum suum circumveniunt; neque rapaces, qui per vim rapiunt apertè; neque ebriosi, neque maledici. Minora peccata hic cum majoribus conjungit, quia non de supplicio nunc agitur; sed de regni amissione, è regno autem pariter excidunt, ait Theophyl.

Regnum Dei possidebunt, Græc., *hæreditabunt*. Syr., *hæreditate non possidebunt*. Hæreditas filiorum est, non spuriorum : hæreditas ergo Dei, ad Dei filios, Deo similes, sanctos, justos, castos, omnibus ex charitate benefacientes, attinet; non ad injustos, impudicos, malos et nequam, Deo in omnibus absimiles et oppositos. Hinc in Scripturis tam sæpè monemur, ut Deo similes simus : *Sancti estote, quia sanctus sum*, etc. *Estote perfecti sicut et Pater vester cœlestis*, etc. *Estote imitatores Dei, sicut filii charissimi*, etc. Nostra cum Deo in moribus temporalis similitudo pariet æternam nostram cum Deo in gloriâ similitudinem. Similitudo per gratiam producit similitudinem in gloriâ; gratia semen gloriæ. Omnia Dei præcepta ad hanc temporalem in moribus similitudinem tendunt, seu ut simus sancti, justi, casti, etc., sicut Deus sanctus, justus, etc., est; ut scilicet in æternum Deo similes simus in gloriâ, illius regni hæredes, beatitudinis socii, gloriæ consortes. *Scimus quoniam cùm apparuerit, similes ei erimus*. Erimus omne quod est, fruemur omni bono, quod est et quo fruitur ipse; ô beatam hæreditatem! ô terque, quaterque felicem omnis boni fruitionem! Vide corollarium pietatis.

Vers. 11. — Et hæc quidam..., id est, et quidam ex vobis tales quidem fuerunt. Sed abluti estis : scilicet, his peccatorum sordibus per lavacrum regenerationis, et per pœnitentiæ lacrymas : et non abluti tantùm, sed sanctificati estis, id est, veram adepti estis animæ sanctitatem, per internam Dei gratiam vobis infusam.

Sed justificati estis, id est, per eamdem gratiam, veram estis justitiam consecuti.

In nomine Domini nostri Jesu Christi, id est, Christi merito Redemptoris nostri : ipse enim est causa meritoria nostræ justificationis; et Spiritûs sancti beneficio, ipse est nostræ sanctificationis auctor. Gratias ergo æternas Domino nostro Jesu Christo, qui nos lavit in sanguine suo, peccatorumque nostrorum purgationem fecit in eodem sanguine. Gratias æternas Deo, *qui prædestinavit nos in adoptionem filiorum..... qui nos gratificavit in dilecto Filio suo : in quo habemus redemptionem per sanguinem ejus, remissionem peccatorum secundùm divitias gratiæ ejus.*

Vers. 12. — Omnia mihi licent..... Occurrit objectioni duplici, quam contra superiùs dicta, Corinthii facere poterant.

1° Contra v. 7 poterant objicere : Nonne licet sua in judicio repetere? cur ergo dicis : *Jam quidem omninò delictum est in vobis*, etc.

2° Contra versum primum objicere poterant : Nonne sua repetere licet, coram legitimis judicibus, quanquàm ethnicis? cur ergo nos accusas audaciæ? etc. : *Audet aliquis vestrùm...* Huic utrique objectioni occurrens respondet; primæ quidem, fatendo quod liceat, seu nullâ lege sit prohibitum; sed non expedit, inquit. *Omnia mihi licent*, id est, *omnia*, legibus non prohibita, *mihi* et vobis *licent* quidem; *sed non expediunt omnia* quæ licent. Quasi diceret : Non inveher in lites, quasi per se malæ sint, aut legibus prohibitæ; sed quia non expediunt, ut hucusque probavi. Secundæ objectioni respondet, eadem verba repetens : *Omnia mihi licent*, quasi diceret : Licet coram ethnicis etiam judicibus sua repetere : hoc nullâ quidem lege prohibetur. Sed statim ut ab hoc faciendo avertat, novam, specialem et præcipuam rationem affert, ob quam non expedit.

Sed ego sub nullius redigar potestate : quasi diceret : Esto, liceat, non expedit tamen vobis, ne sub iniquorum judicum potestate redigamini; fortè, non sine fidei vestræ periculo : etenim timendum ne vos avertant ab eâ, ob temporalia. Sed quare D. Paulus hæc ita vagè, concisè, obscurè, et sub suo nomine dixit? Fortè, ne clariùs loquens, potestates et magistratus læderet, videreturque eorum jurisdictioni obtrectare; et ne, si hæc ejus Epistola ad eorum notitiam perveniret, Evangelio noceret. Quidquid sit, constans est Apostoli doctrina : *Subditi estote omni humanæ*

molles, neque masculorum concubitores, etc. Non est aliud regnum Dei quàm vita æterna nobis in Scripturis promissa.

Vers. 11. — *Et hæc quidam fuistis, sed abluti estis.* Per ablutionem intelligi potest vel ipse baptismus, qui est ablutio corporalis et exterior, vel baptismi effectus qui est ablutio spiritualis et interior, quam exterior illa significat.

Sed sanctificati estis, id est, puritatem consecuti, ita ut jam verè et coram Deo sancti sitis. Nam sanctitas non solùm significat absentiam sordium, verùm etiam munditiam sonat positivam et inhærentem, quâ quis applicatur ad Deum; quemadmodùm justitia significat rectitudinem.

Sed justificati estis, id est, veram justitiam adepti, quæ non aliud est quàm interioris hominis rectitudo, principaliter sita in conformitate mentis ad legem Dei.

Talem prorsùs esse, quâ quis à peccatis ad Deum verè conversus, acceptâ eorum remissione, novum induerit hominem, atque ita mente renovatus ambulet in novitate vitæ, et in observatione mandatorum Dei.

In nomine Domini nostri Jesu Christi. Sensus : per meritum Domini ac Redemptoris nostri Jesu Christi. Tota namque justificatio et renovatio nostra à principio usque ad finem et consummationem, ascribenda est merito passionis Christi.

Et in Spiritu Dei nostri, id est, virtute Spiritûs sancti à Deo nostro procedentis. Huic enim auctori ea quæ ad sanctificationem nostram pertinent, peculiariter in sacris Litteris ascribi solent.

Vers. 12. — *Omnia mihi licent, sed non omnia expediunt*, quasi dicat Apostolus : Repetere sua in judicio licet quidem, quatenùs simpliciter non est prohi-

creaturæ, sive regi....; sive ducibus...., sive magistratibus...., coram eis vocati, comparete; interrogati, respondete : sed si qua sit inter vos de secularibus controversia, infimum christianum eligite in arbitrum, potiusquàm ad ethnicos judices recurratis, ob multas jam allatas rationes; sed præsertim ne sub eorum servitute redigamini, cum magno vestræ salutis periculo.

Vers. 13. — Esca ventri, et venter escis : duas alias rationes paucissimis verbis affert, ob quas litigare prorsùs non expediat. Primam desumit ex vilitate rerum, ob quas litigatur. *Esca*, res vilis, *ventri* sedando destinata; *et venter*, pars ignobilis, *escis* coquendis destinatus, quasi diceret : Vobis christianis, ad Dei regnum hæreditate possidendum vocatis, non expedit inter vos lites habere; propter res, quæ ad escas et ad ventrem ferè tendunt omnes. Secundam desumit à brevitate durationis illarum.

Deus autem et hunc et has destruet. Deus utraque et ventrem et escas destruet : id est, eorum usum abolebit; usus enim edendi cessabit in morte; post resurrectionem erimus sicut angeli Dei, non comedentes, sicut nec nubentes. Hæc dicuntur, ut harum rerum contemptus ingeratur; quasi diceret : Hæc in se vilia, et brevi desitura spernite, aliis relinquite; vos verò filii Dei, æterna, divina, æstimate, curate, prosequimini totâ mentis sollicitudine et toto cordis affectu. Deus cordis mei! ô Deus totius cordis mei! totum cor meum ad te trahe; totum cor meum ad te sursùm leva; nullaque pars ejus à te diffluens, trahatur in terram, inhæreat terræ!

Corpus autem non fornicationi..... Græc., *at corpus*, etc.; Syr., *porrò corpus non fornicationi*, etc., cum puncto præcedente; ita ut incipiat phrasis : Porrò, etc. Cap. 5, de enormi impudicitiâ egit, et quæ talis erat, *qualis nec inter gentes*..... Hic de simplici fornicatione, et quidem inter gentiles valdè frequenti; et ab ipsis etiam philosophis habitâ pro indifferenti. Ne igitur Corinthii, à gentilibus philosophis seducti, putarent idem de fornicatione, ac de litibus esse; scilicet, licere quidem, sed non expedire; inter utrumque discrimen ostendit Apostolus, dicens :

Corpus autem non fornicationi, scilicet destinatum est, sicut venter escis coquendis; quasi diceret : Non ideò formatum est corpus nostrum, ut fornicationi vacet : sed ut famuletur Domino : Sed Domino; et Dominus corpori, id est, corpus nostrum Domini est, ut membrum ejus, et Dominus nostri corporis est, ut caput illius : nostrum ergo corpus Domino capiti nostro castè et sanctè debet famulari, non verò fornicationi vacare. Hic primam rationem nota avertentem à fornicatione. Domini est corpus nostrum, et Dominus est nostri corporis : membrum sumus Christi Domini; Christus autem Dominus corporis nostri caput est : hæc relatio capitis ad membrum, et membri ad caput, infert castitatis obligationem. Sicut Christus datus est caput corpori nostro, ut illud sanctificet et regat; sic corpus nostrum datum est Christo, ut illi castis et sanctis moribus deserviat.

Vers. 14.— Deus verò et Dominum suscitavit, et nos... Ne putarent etiam hanc relationem temporalem esse, et brevi desituram, scilicet, in morte, sicut tunc desinet relatio ventris ad escas, et escarum ad ventrem, de quâ versu præcedente, affirmat æternam fore hanc nostri cum Domino relationem, quia, sicut Deus Christum Dominum crucifixum et mortuum suscitavit à mortuis, sic et nos ad vitam æternam, per suam omnipotentiam suscitabit, ut in æternum illi, tanquàm capiti nostro, uniamur. Christo itaque, in æternum nostro capiti et Domino, dignè; id est, sanctè et castè serviendum : omnis impudicitia christiano fugienda, horrenda; nec nominetur in nobis.

Vers. 15. — Nescitis quoniam corpora vestra. Clariùs explicat supradictam relationem, et intimam

bitum, nec per se malum : non tamen expedit ob causas supra dictas. Anselmus et S. Thomas referunt hanc sententiam ad superiora de judiciis : quasi dicat : Hæc contra judicia dixi, non quasi illicitum sit ex se in judicio sua repetere, sed quòd nolim sub aliorum, scilicet judicum, advocatorum, procuratorum, maximè infidelium, potestatem vos redigi.

Omnia mihi licent, sed ego sub nullius redigar potestate. Sensus est : Multa mihi licent, quæ tamen facere nolim, ne redigar sub alienam potestatem, id est, non patiar me propter res pecuniarias ac temporales, velut essem sub earum potestate, vel abstrahi, vel distrahi, quominùs liberè et absque impedimento serviam Deo. Quod non potero, si tempus et cogitationes impendam litibus. Pro quo sensu notandum est, Apostolum fideles passim avocare ab implicamentis curarum hujus seculi : quò sint expeditiores ad serviendum Deo.

Vers. 13. — *Esca ventri* (scilicet destinata est, æquè), *ac venter escis*, q. d. : Cur lites suscipitis ob temporalia, quæ ferè ad escas et ventrem tendunt? Esca enim res caduca est et vilis, ad hoc facta ut in ventrem projiciatur : venter autem vilissima pars hominis tantùm est ad hoc, ut escas coquat, digerat, egerat, corrumpat, estque vas sordium : et tam esca quàm venter peribunt, quia in morte fient esca vermium : et licèt venter resurget, non tamen ampliùs escas admittet.

Deus autem et hunc et has destruet, abolebit, in morte et resurrectione, ut scilicet non sit ampliùs venter escarum, qui escis pascatur, nec escæ sint ventris, ut ventrem inescent et impleant. Filii namque resurrectionis, quâ venter cum cæteris membris restituetur, sicuti *neque nubent neque nubentur*, ita nec comedent nec bibent; *sed erunt sicut angeli Dei in cœlo*, Matth. 22. Si igitur hæc abolenda sunt, quia usum non habent nisi temporarium; non debeo me eorum servum reddere, etiam cum periculo, ne me propellant in fornicationem.

Corpus autem non fornicationi (destinatum et datum est, ut fornicemur), *sed* ut *Domino* casto corpore serviamus, Christumque ut caput castis et sanctis moribus sequamur. Ita Anselmus et Chrysostomus.

Et Dominus corpori, Christus scilicet corpori nostro datus est in caput, ut illi quasi immineat; q. d. : Ergo corpora nostra non fornicationi, sed Christo capiti quasi membra, purè servire debent, semperque caput suum Christum, Christique puritatem æmulari.

Vers. 14. — *Deus verò et Dominum suscitavit*, etc. Quemadmodùm, inquit, Deus Christum Dominum resuscitavit à morte ad vitam immortalem; ita et nostra corpora donabit immortalitate : ut ipsa quidem semper vivant, cesset autem usus membrorum ad ea quæ sunt hujus corruptibilis vitæ, *per virtutem suam.*

Vers. 15. — *Nescitis quoniam corpora vestra membra sunt Christi?* Vosipsi enim, ac consequenter corpus

Christi Domini, capitis Ecclesiæ, unionem cum corporibus nostris, ut christianum omnem pressiùs urgeat ad fornicationem cum horrore fugiendam; utpote, quæ Christo Domino, capiti nostro, sacrilegam inferat injuriam. Si nescitis, sanè scire debetis corpora vestra esse Christi Domini membra. Sic Deus ipsum dedit caput Ecclesiæ, ut sit et singulorum fidelium caput : Ecclesia mysticum Christi corpus est; singuli christiani, Christi membra, tum animâ, tum corpore, quia Christus integram nostram assumpsit naturam, et spiritalem et corpoream. Licèt enim Christus Dominus sit caput nostrum, præcipuè ratione animæ, cui fidem, gratiam, vitam spiritualem et divinam inspirat; secundariò tamen nostrum etiam caput est respectu nostrorum corporum, quæ sunt animæ nostræ instrumenta, eisque largitur vim et facultatem, quâ faciliùs animæ imperanti pareant. Ad hoc attende, ô christiane! Christus caput tuum est : tu Christi, capitis Ecclesiæ, membrum : de te, in Baptismo et per Baptismum, tam verè dicere potest Christus : Hoc est corpus meum mysticum, scilicet et adoptivum; quàm in Eucharistiâ : Hoc est corpus meum, naturale, per transsubstantiationem. Hâc conceptâ et seriò attentâ veritate, concipe et horre fornicationis et omnis impuritatis sacrilegam enormitatem.

Tollens ergo membra Christi, faciam..... Ergone tollam membra, quæ Christi sunt, ut ea meretrici tradam?

Absit, inquis; hoc sacrilegium horres; reverà tamen fit per fornicationem, ut probant sequentia.

Vers. 16. — An nescitis quoniam qui adhæret meretrici... Græc., *qui agglutinatur meretrici*, fit unum corpus cum eâ : *Erunt enim*, inquit Scriptura, Gen. 2, 24, *duo in carne unâ*, id est, duo, per corporum unionem sunt una caro. Quod non minùs physicè verum est de meretrice, quàm de conjuge; licèt enim actus externi conjugum et fornicantium valdè differant in genere moris; conjugum enim actus sunt virtutis, justitiæ, et temperantiæ, actus autem fornicantium sunt actus libidinis et vitii; non differunt tamen secundùm speciem naturæ, ut ait hìc D. Thomas.

Vers. 17. — Qui autem adhæret. Græc., *agglutinatur Domino*, id est, qui casto corpore et animo *adhæret Domino*, unus cum eo fit spiritus, *unus* scilicet, consensu et gratiâ.

Notandum ad mores.

Paucis verbis possunt hi tres ultimi versus in formam redigi. Horrendum prorsùs sacrilegium est Christi Domini membra in infamis meretricis membra commutare; hoc tamen facis, ô christiane quisquis sis, qui fornicaris; quia Christi membrum cùm sis per Baptismum, fis per fornicationem membrum et corpus meretricis : juxta illud Genes. 2, 24 : *Erunt duo una caro*, unumque corpus. Hoc sacrilegium horres; horre ergo et cum horrore fugito fornicationem, per quam membra Christi fiunt membra meretricis, et filii Dei fiunt filii diaboli. Hoc sacrilegium fugere non contentus, dilige Deum, adhære Deo; per charitatem agglutinare Deo, fies unus cum Deo spiritus; omnium Dei bonorum particeps et consors. Ad hanc cum Deo unionem invitat Apostolus; quasi diceret, sursùm corda, ô filii Dei, Patrem vestrum diligite; ipsi casto amore adhærete, ut unus sitis cum eo spiritus.

Vers. 18. — Fugite fornicationem. Cætera vitia pugnando vincuntur; sola libido fugiendo vincitur; fugiendo scilicet, occasiones, aspectus, colloquia, consortia.

Omne peccatum, quodcumque fecerit... Aliud affert argumentum impuritatis fugiendæ, ductum à contumeliâ, quam fornicator infert corpori suo, ut quem injuria Christo capiti nostro illata non moveat, moveat saltem contumelia proprio corpori suo illata.

Omne aliud peccatum : quod ordinariè committunt homines, extra ipsorum corpus est, id est, non peccant ordinariè in suum corpus, non illud maculant et dehonestant.

Qui autem fornicatur, in corpus... Specialem hìc indicat fornicationis malitiam; in hoc nimirùm quòd

et anima vestra, estis membra Ecclesiæ Christi. Pulchrè S. Augustin., serm. 18, in hæc Apostoli verba : *Vita*, inquit, *corporis anima est, vita animæ Deus est. Spiritus Dei habitat in animâ, et per animam in corpore, ut et corpora nostra templum sint Spiritûs sancti, quem habemus à Deo.*

Tollens ergo membra Christi, faciam membra meretricis? Absit. Ostendit gravitatem peccati ejus qui fornicatur, ut qui Christum caput suum contumeliâ afficiat, dùm membra ejus ad fornicationem prostituit, faciendo ea membra meretricis seu fornicariæ mulieris. Quod quidem summoperè debet refugere christianus.

Vers. 16. — *An nescitis quoniam qui adhæret meretrici*, etc., *unum corpus*, per corporum unionem et commixtionem, ut, sicut mercatores in societate unas habent opes, quia communes, sic fornicarii unum habent corpus, quia utriusque corpus est utrique commune, ait Cajetanus; et sic sunt *duo in carne unâ*, id est, duo sunt una caro. Quasi dicat, è duobus fiet velut unus homo, non spiritalis, sed carnalis et quasi totus caro.

Vers. 17. — *Qui autem adhæret Domino* (cum eo fit et) *est unus spiritus*. Sensus : Qui fide et charitate Christo Domino sese agglutinavit, is quodammodò fit unus cum eo spiritus : nimirùm conjunctione spiritûs sui cum spiritu Christi. *Unus*, non essentialiter, sed accidentaliter, unus, inquam, charitate, voluntatis consensu, gratiâ et glorià : quæ hominem faciunt quasi divinum et Deum, ut cum Deo quasi unus idemque sit spiritus. Ita Ambrosius, Anselm., Œcumenius. Unde ex hoc loco S. Basilius, lib. de verâ Virg., demonstrat animam castam et sanctam esse sponsam Dei, eamque in divinæ imaginis excellentiam transferri, ut cum Deo unus fiat spiritus : atque ex hâc cum Deo conjunctione haurire omnem puritatem, virtutem, incorruptionem, pacem et tranquillitatem. Unitas, inquit Bernardus, spiritûs cum Deo hominis cor sursùm habentis, proficientis in Deum voluntatis est perfectio. Cùm jam non solùm vult quæ Deus vult, sed sic est non tantum affectus, sed etiam in affectu perfectus, ut non possit velle nisi quod Deus vult : velle autem quod Deus vult, hoc jam simile Deo esse est, etc.

Vers. 18. — *Fugite fornicationem.* Peculiare est vitio fornicationis, fugiendo magis quàm repugnando superari. Hunc igitur hostem vincere qui volet, fugiat : id est, ipsas etiam primas et solas hujus generis cogitationes atque phantasmata penitùs ex animo repellat, et horum quoque occasiones sedulò vitet.

Omne peccatum, quodcumque fecerit homo, extra corpus est, id est, tale quo non peccet in corpus suum,

totum hominem immergit in cloacam. Audi D. Chrysostomum : Quoniam dici non poterat nihil esse pejus fornicatore, aliter id amplificavit, dicens : In fornicatione totum corpus fit sceleratum et execrandum : tanquàm enim incidens in lebetem immunditiæ, sordibusque et inquinamento tinctum, sic polluitur. Fornicator peccat in corpus suum, illud corrumpendo et inquinando præter usum rationis, ait D. Thomas. Vel, ut idem doctor Angelicus ait ex D. Augustino, quia anima fornicatoris totaliter carni in illo actu subjicitur ; ita ut nihil aliud possit ibi cogitare, fiatque *sicut equus et mulus*, totus caro. Cæteras omitto aliorum interpretationes, quas videre est apud Estium, Cornelium, etc.

Notandum ad intelligentiam.

Sed ex earum varietate adverto, quòd interpretes semper laborârint in assignandâ speciali ratione, ob quam fornicans peccet in corpus suum. Œcumenius ex Patribus Græcis supra decem enumerat interpretationes : Patres Latini addiderunt et suas. Præterea adverto quòd allatæ rationes, vel in actum conjugalem possunt retorqueri ; vel ad animam spectant potiùs quàm ad corpus : hinc textum legi et relegi. Legenti et relegenti subiit in mentem, quod tamen scribo non affirmans, sed dubitans, et aliquando, si Deo placet, reflexurus, scilicet, vel hunc versum 18 esse præcedentium conclusionem et sequelam ; quasi diceret : Horrete et fugite ergo fornicationem, per quam fornicator membra Christi commutans in meretricis membra, peccat et in corpus suum : etenim christianum erat, seu Christi erat, et consequenter sanctum, purum, nobile, et quodammodò divinum ; ex christiano autem, ex sancto, nobili et divino facit illud meretricium, vile, sordidum, bestiale ; vel esse versûs 19 quasi antecedens, ita ut versus 19 sit hujus asserti probatio, seu ideò fornicatorem peccare in corpus suum, quia, cùm per baptismum Spiritûs sancti templum factum sit, polluit illud per fornicationis immunditiam. Huic conjecturæ favet quod iisdem verbis Apostolus fornicationis enormitatem exaggeret per relationem corporum nostrorum ad Spiritum sanctum, quibus ante per relationem ad Jesum Christum : *An nescitis quoniam membra vestra...*

corpus proprium non maculat, non polluit. *Omne peccatum*, id est, pleraque omnia peccata quæ ordinariè et communiter faciunt homines, extra corpus sunt.

Qui autem fornicatur, in corpus suum peccat ; eum qui fornicatur, aut quocumque modo peccat per immunditiam carnalem, peccare in corpus suum, quia dehonestat illud, et ignominiâ afficit, excitans in eo brutalem ac fœdam libidinem ; quâ nimirùm ita prorsùs absorbetur animus, ut in eo actu nihil aliud cogitare possit.

Vers. 19. — *An nescitis quoniam membra vestra templum sunt Spiritûs sancti, qui in vobis est, quem habetis à Deo ?* Proinde futuri in Deum tanti muneris auctorem ingrati et injuriosi, si Spiritum sanctum per fornicationem a vobis expuleritis.

Et non estis vestri, q. d. : Vestri ipsorum : id est, non estis vestri juris.

Vers. 20. — *Empti enim estis pretio magno.* Sensus : Non estis juris vestri. Nam servi emptitii estis, utpote

Vers. 19. — An nescitis quoniam membra vestra... Alterum argumentum fugiendæ fornicationis. Cùm per baptismum facti simus templum Spiritûs sancti, fornicatio est sacrilega atque impia templi profanatio. Totus homo templum Dei est ; mens hominis, quasi aditum templi ; animæ facultates, basilica ; corpus verò, quasi porticus. Hinc, ut ait Tertullianus, lib. de Cultu fem. 2, hujus templi æditua et antistita pudicitia est.

Quem habetis a Deo. Auctorem tanti muneris recenset, ut ingratitudinem exaggeret ; quasi diceret : Injurius et ingratus est in Spiritum sanctum, qui per gratiam habitat in vobis, et in Deum ipsum, qui Spiritum sanctum misit in vos. Totam itaque sanctissimam Trinitatem specialiter offendit christianus fornicator : Filium, cujus est membrum ; Spiritum sanctum, cujus est templum ; Patrem, qui Spiritum sanctum nobis dedit, et per Filium nos redemit.

Et non estis vestri, id est, vestri juris. Ultimum argumentum ductum à sacrilego furto, quod fornicator committit.

Vers. 20. — Empti enim estis.., scilicet pretio inæstimabili, sanguinis Jesu Christi, Filii Dei. Servus emptitius maximam domino facit injuriam, si illum, per hoc ipsum quod ejus est, offendat. Cavete ergo ne corpore, quod Domini est, Dominum offendatis, sed è contra

Glorificate et portate... Græc., *in corpore vestro et in spiritu vestro, quæ sunt Dei.* Syr., idem. Portate Deum in corpore, templo quod inhabitat.

Notandum ad intelligentiam.

Nemo miretur quòd Apostolus ad Corinthios scribens, tam acriter in fornicationem invehatur : Corinthus civitas erat Veneri dicata, in quâ scortationum et turpitudinum erat non tantùm omnis licentia, sed et honor. Cothys, dæmon, apud Corinthios colitur, præses effœminatorum et impudicorum, ait Suidas verbo *Cothys*. Fanum Veneris Corinthi ita fuit locuples, ut plures quàm mille habuerit sacrorum famulas meretrices, quas deæ, viri mulieresque dedicârunt, ait Strabo, lib. 9, et Herodotus in Clio. Insuper mille quotidiè selectissimæ ex totâ Græciâ et Asiâ puellæ omnibus adventantibus prostituebantur : quod

pretio redempti, sanè permagno et inæstimabili, nempe sanguine Filii Dei. Quamobrem vos ipsos et corpora vestra tanquàm rem pretiosam debetis intemerata servare Domino vestro. Quasi dicat : Magni æstimate, magni facite vestra corpora. Ne corpus tuum vilipendas, ne gratis vendas, imò maximi ducas. Hæc est enim gloria Dei, si magni fiant illa corpora, quæ Deus tanto sibi pretio comparârit, scilicet sanguine suo.

Glorificate, et portate Deum in corpore vestro, castum illud servando in obsequium spiritûs et Dei. Glorificamus Deum in corpore nostro, tanquàm templo ejus, quando servamus illud purum ab omni immunditiâ, et ornamus bonis operibus. Per hæc enim Deus glorificatur apud homines, secundùm illud Matth. 5 : *Sic luceat lux vestra coram hominibus, ut videant opera vestra bona, et glorificent Patrem vestrum qui in cœlis est.* Portamus autem Deum in corpore nostro, quando corpus totum obsequio Dei mancipamus. Metaphorâ sumptâ à jumentis quæ portant sessorem, et ad ejus voluntatem moventur.

illæ honori et pietati ducebant, putantes se hoc modo felix sibi matrimonium captare. Vide Cornelium à Lapide, in fine 6 cap., et in cap. 11, v. 3; Tirinum, in fine 6 cap.; Fromondum, in præfatione. Hinc non minoribus indigebant argumentis, quibus à fornicatione arcerentur. Corinthiari, idem ac scortari, lascivire, genio et libidini indulgere. Hinc : *Non cuivis homini contingit adire Corinthum*, quia æs magnum ab amasiis suis exigebant.

Corollarium pietatis, seu in hoc capite ad pietatem maximè notanda, et in praxim redigenda.

1° Nota divi Pauli mentem circa lites, octo primis versibus expressam, ut omnem, quantùm poteris, litem vites. Vide etiam dicta v. 13.

2° Nota quod v. 10 dictum est de hæreditate Dei possidendâ à Dei filiis, Deoque similibus, justis et sanctis, non autem à spuriis, filiis nequam, et Deo dissimilibus. Hincque stude Deo similis esse, sanctus, justus, peccatum horrens, omne bonum cogitans, amans, faciens. Omnia Dei præcepta tendunt ad hanc nostram moralem cum Deo similitudinem efficiendam; seu ut Deo similes nos in moribus efficiant. Malum prohibent, quod Deus, ipsa sanctitas, horret. *Mundi sunt oculi tui, ne videas malum, et respicere ad iniquitatem non poteris.* Habac., c. 1, 13. Bonum, sanctitatem, justitiam præcipiunt, quia Deus ipsa bonitas, ipsa justitia, ipsa sanctitas est. Unumquodque Dei præceptum quædam divinæ sanctitatis est declaratio, quam imitemur, ut sancti simus, sicut et ipse sanctus est. Ad hanc eamdem similitudinem procurandam tendunt Dei promissa et minæ. Æternam Deus minatur exhæredationem, seu separationem et alienationem à se, summo et æterno bono, si fuerimus absimiles : *Neque molles, neque fures, neque avari... neque rapaces, neque ebriosi, hæreditabunt regnum Dei.* Æternam suam hæreditatem, regnum suum, suæque beatitudinis consortium nobis promittit, si sancti fuerimus, ipsique similes in moribus. Huic ergo divinæ similitudini totis viribus studeamus; malum horreamus; *quasi à facie colubri fugiamus peccatum;* virtutem, sanctitatem omnem amplectamur.

3° Nota rationes quibus Apostolus in septem ultimis versibus Corinthios fideles avertit à fornicatione; et horrebis peccatum, christiano, Christo, imò toti sanctissimæ Trinitati maximè injuriosum : christiano, quem ex sancto et divino facit sordidum et animalem, et quasi bestialem; Christo, cujus membra facit meretricia; Deo, quem offendit per hoc ipsum quod Dei est.

CAPUT VII.

1. De quibus autem scripsistis mihi : Bonum est homini mulierem non tangere :

2. Propter fornicationem autem, unusquisque suam uxorem habeat, et unaquæque suum virum habeat.

3. Uxori vir debitum reddat : similiter autem et uxor viro.

4. Mulier sui corporis potestatem non habet, sed vir : similiter autem et vir sui corporis potestatem non habet, sed mulier.

5. Nolite fraudare invicem, nisi fortè ex consensu ad tempus, ut vacetis orationi; et iterùm revertimini in idipsum, ne tentet vos Satanas propter incontinentiam vestram.

6. Hoc autem dico secundùm indulgentiam, non secundùm imperium.

7. Volo enim omnes vos esse sicut meipsum; sed unusquisque proprium donum habet ex Deo; alius quidem sic, alius verò sic.

8. Dico autem non nuptis et viduis : Bonum est illis si sic permaneant, sicut et ego.

9. Quòd si non se continent, nubant; melius est enim nubere quàm uri.

10. Iis autem qui matrimonio juncti sunt, præcipio non ego, sed Dominus, uxorem à viro non discedere.

11. Quòd si discesserit, manere innuptam, aut viro suo reconciliari; et vir uxorem non dimittat.

12. Nam cæteris ego dico, non Dominus : Si quis

CHAPITRE VII.

1. Pour ce qui regarde les choses dont vous m'avez écrit, je vous dirai qu'il est avantageux à l'homme de ne toucher aucune femme.

2. Néanmoins, pour éviter la fornication, que chaque homme vive avec sa femme, et chaque femme avec son mari.

3. Que le mari rende à sa femme ce qu'il lui doit, et la femme ce qu'elle doit à son mari.

4. Le corps de la femme n'est point en sa puissance, mais en celle de son mari : de même le corps du mari n'est point en sa puissance, mais en celle de sa femme.

5. Ne vous refusez point l'un à l'autre ce devoir, si ce n'est du consentement de l'un et de l'autre, pour un temps, afin de vous exercer à l'oraison; et ensuite vivez ensemble comme auparavant, de peur que la difficulté que vous avez à garder la continence ne donne lieu à Satan de vous tenter.

6. Or je vous dis ceci par condescendance, et non par commandement.

7. Car je voudrais que vous fussiez tous comme moi; mais chacun a son don particulier, selon qu'il le reçoit de Dieu, l'un d'une manière, et l'autre d'une autre.

8. Pour ce qui est de ceux qui ne sont plus dans les liens du mariage, et des veuves, je leur déclare qu'il leur est bon de demeurer dans cet état, comme j'y demeure moi-même.

9. Si néanmoins ils sont trop faibles pour garder la continence, qu'ils se marient; car il vaut mieux se marier que d'être brûlé.

10. Quant à ceux qui sont mariés, ce n'est pas moi, mais le Seigneur, qui leur fait ce commandement : Que la femme ne se sépare point d'avec son mari.

11. Si elle s'en est séparée, qu'elle demeure sans se marier, ou qu'elle se réconcilie avec son mari; et que le mari de même ne quitte point sa femme.

12. Pour ce qui est des autres, ce n'est pas le Seigneur, mais c'est moi qui leur dis : Que si un fidèle a

frater uxorem habet infidelem, et hæc consentit habitare cum illo, non dimittat illam.

13. Et si qua mulier fidelis habet virum infidelem, et hic consentit habitare cum illâ, non dimittat virum.

14. Sanctificatus est enim vir infidelis per mulierem fidelem, et sanctificata est mulier infidelis per virum fidelem : alioquin filii vestri immundi essent, nunc autem sancti sunt.

15. Quòd si infidelis discedit, discedat ; non enim servituti subjectus est frater, aut soror in hujusmodi ; in pace autem vocavit nos Deus.

16. Unde enim scis, mulier, si virum salvum facies ? aut unde scis, vir, si mulierem salvam facies ?

17. Nisi unicuique sicut divisit Dominus, unumquemque sicut vocavit Deus ita ambulet, et sicut in omnibus Ecclesiis doceo.

18. Circumcisus aliquis vocatus est ? non adducat præputium. In præputio aliquis vocatus est ? non circumcidatur.

19. Circumcisio nihil est, et præputium nihil est ; sed observatio mandatorum Dei.

20. Unusquisque in quâ vocatione vocatus est, in eâ permaneat.

21. Servus vocatus es ? non sit tibi curæ ; sed et si potes fieri liber, magis utere.

22. Qui enim in Domino vocatus est servus, libertus est Domini ; similiter qui liber vocatus est, servus est Christi.

23. Pretio empti estis : nolite fieri servi hominum.

24. Unusquisque in quo vocatus est, fratres, in hoc permaneat apud Deum.

25. De virginibus autem præceptum Domini non habeo ; consilium autem do, tanquàm misericordiam consecutus à Domino, ut sim fidelis.

26. Existimo ergo hoc bonum esse propter instantem necessitatem, quoniam bonum est homini sic esse.

27. Alligatus es uxori ? noli quærere solutionem. Solutus es ab uxore ? noli quærere uxorem.

28. Si autem acceperis uxorem, non peccâsti ; et si nupserit virgo, non peccavit : tribulationem tamen carnis habebunt hujusmodi : ego autem vobis parco.

29. Hoc itaque dico, fratres : Tempus breve est ; reliquum est, ut et qui habent uxores, tanquàm non habentes sint ;

30. Et qui flent, tanquàm non flentes ; et qui gaudent, tanquàm non gaudentes ; et qui emunt, tanquàm non possidentes ;

31. Et qui utuntur hoc mundo, tanquàm non utantur : præterit enim figura hujus mundi.

32. Volo autem vos sine sollicitudine esse ; qui sine uxore est, sollicitus est quæ Domini sunt, quomodò placeat Deo.

33. Qui autem cum uxore est, sollicitus est quæ sunt mundi, quomodò placeat uxori, et divisus est.

34. Et mulier innupta, et virgo, cogitat quæ Domini sunt, ut sit sancta corpore et spiritu ; quæ autem

une femme qui soit infidèle, laquelle consente de demeurer avec lui, qu'il ne se sépare point d'avec elle.

13. Et si une femme fidèle a un mari qui soit infidèle, lequel consente de demeurer avec elle, qu'elle ne se sépare point d'avec lui.

14. Car le mari infidèle est sanctifié par la femme fidèle, et la femme infidèle est sanctifiée par le mari fidèle : autrement, vos enfants seraient impurs, au lieu que maintenant ils sont saints.

15. Si le mari infidèle se sépare d'avec sa femme qui est fidèle, qu'elle le laisse aller, parce qu'un frère ou une sœur ne sont point asservis en cette rencontre ; mais Dieu nous a appelés pour vivre en paix.

16. Car que savez-vous, ô femme, si vous sauverez votre mari ? et que savez-vous, ô mari, si vous sauverez votre femme ?

17. Mais que chacun se conduise selon le don particulier qu'il a reçu du Seigneur, et selon l'état dans lequel Dieu l'a appelé ; et c'est ce que j'ordonne dans toutes les Eglises.

18. Un homme est-il appelé à la foi étant circoncis ? qu'il n'affecte point de paraître incirconcis. Y est-il appelé n'étant point circoncis ? qu'il ne se fasse point circoncire.

19. Ce n'est rien d'être circoncis, et ce n'est rien d'être incirconcis ; mais le tout est d'observer les commandements de Dieu.

20. Que chacun demeure dans l'état où il était quand Dieu l'a appelé.

21. Avez-vous été appelé étant esclave ? ne portez point cet état avec peine, mais faites-en un bon usage, quand même vous pourriez devenir libre.

22. Car celui qui, étant esclave, est appelé au service du Seigneur, devient affranchi du Seigneur ; et de même celui qui est appelé étant libre, devient esclave de Jésus-Christ.

23. Vous avez été achetés d'un grand prix ; ne vous rendez pas esclaves des hommes.

24. Que chacun, mes frères, demeure dans l'état où il était lorsqu'il a été appelé, et qu'il s'y tienne devant Dieu.

25. Quant aux vierges, je n'ai point reçu de commandement du Seigneur ; mais voici le conseil que je donne, comme étant fidèle ministre du Seigneur, par la miséricorde qu'il m'en a faite.

26. Je crois donc qu'il est avantageux, à cause des nécessités pressantes de cette vie ; je veux dire qu'il est avantageux à l'homme de ne point se marier.

27. Etes-vous lié avec une femme ? ne cherchez point à vous délier : n'êtes-vous point lié avec une femme ? ne cherchez point de femme.

28. Si néanmoins vous épousez une femme, vous ne pêchez pas ; et si une fille se marie, elle ne pèche pas : mais ces personnes souffriront dans leur chair des afflictions et des peines ; or, je voudrais vous les épargner.

29. Voici donc ce que je vous dis, mes frères : Le temps est court, et ainsi que ceux mêmes qui ont des femmes soient comme n'en ayant point ;

30 Et ceux qui pleurent, comme ne pleurant point ; ceux qui se réjouissent, comme ne se réjouissant point ; ceux qui achètent, comme ne possédant point ;

31. Enfin, ceux qui usent de ce monde, comme n'en usant point : car la figure de ce monde passe.

32. Pour moi, je désire vous voir dégagés de soins. Celui qui n'est point marié s'occupe du soin des choses du Seigneur, et de ce qu'il doit faire pour plaire au Seigneur.

33. Mais celui qui est marié s'occupe du soin des choses du monde, et de ce qu'il doit faire pour plaire à sa femme, et ainsi il se trouve partagé.

34. De même une femme qui n'est point mariée, et une vierge s'occupe du soin des choses du Seigneur, afin d'être sainte de corps et d'esprit ; mais

nupta est, cogitat quæ sunt mundi, quomodò placeat viro.

35. Porrò hoc ad utilitatem vestram dico; non ut laqueum vobis injiciam, sed ad id quod honestum est et quod facultatem præbeat sine impedimento Dominum obsecrandi.

36. Si quis autem turpem se videri existimat super virgine suâ, quòd sit superadulta, et ita oportet fieri; quod vult faciat; non peccat, si nubat.

37. Nam qui statuit in corde suo firmus, non habens necessitatem, potestatem autem habens suæ voluntatis, et hoc judicavit in corde suo, servare virginem suam, benè facit.

38. Igitur et qui matrimonio jungit virginem suam, benè facit; et qui non jungit, meliùs facit.

39. Mulier alligata est legi quanto tempore vir ejus vivit; quòd si dormierit vir ejus, liberata est; cui vult nubat, tantùm in Domino.

40. Beatior autem erit si sic permanserit, secundùm meum consilium; puto autem quòd et ego Spiritum Dei habeam.

celle qui est mariée s'occupe du soin des choses du monde, et de ce qu'elle doit faire pour plaire à son mari.

35. Or je vous dis ceci pour votre avantage; non pour vous dresser un piége, mais pour vous porter à ce qui est plus parfait, et qui vous donne un moyen plus facile de prier Dieu sans empêchement.

36. Si quelqu'un donc croit que ce lui soit un déshonneur que sa fille passe la fleur de son âge sans être mariée, et qu'il juge devoir la marier, qu'il fasse ce qu'il voudra; il ne péchera point si elle se marie.

37. Mais celui qui n'étant engagé par aucune nécessité, et qui se trouvant dans un plein pouvoir de faire ce qu'il voudra, prend une ferme résolution dans son cœur, et juge en lui-même qu'il doit conserver sa fille vierge, fait une bonne œuvre.

38. Et ainsi celui qui marie sa fille fait bien; mais celui qui ne la marie point fait encore mieux.

39. La femme est liée à la loi du mariage, tant que son mari est vivant; mais si son mari meurt, elle est libre. Qu'elle se marie à qui elle voudra, pourvu que ce soit selon le Seigneur.

40. Cependant elle sera plus heureuse si elle demeure veuve, comme je le lui conseille; et je crois que j'ai aussi l'esprit de Dieu.

ANALYSIS.

Varia resolvit dubia sibi à Corinthiis proposita circa conjugium, viduitatem, et virginitatem.

Primum dubium. Num christiano, homini per Spiritum sanctum renato, liceat usus matrimonii? — Respondet quòd melius quidem foret ab eo abstinere; propter vitandas tamen impuritates, conjugati cohabitare pergant, mutuum sibi debitum reddant; nec sese separent nisi ex consensu mutuo, ad tempus, et ut orationi ferventiùs vacent et puriùs: post quod tempus, idem familiaritatis commercium repetant; quod tamen Paulus indulget, non jubet: cupit enim, si fieri commodè posset, ut omnes sibi forent in continentiâ similes, v. 1, 2, 3, 4, 5, 6, 7.

Secundum dubium. An innuptis et viduis expediat nubere? — Respondet satius esse ut cœlibes maneant: quòd si tamen non se continent, nubant: melius est nubere quàm uri, 8, 9.

Tertium dubium. An liceat divortium? v. 10. — *Respondet ex Christi Domini præcepto, insolubile esse conjugium: conjugati igitur non discedant ab invicem, aut maneant cœlibes, quoadusque reconcilientur*, v. 10, 11.

Quartum dubium. Num etiam insolubile sit fidelis cum infideli conjugium? — Distinguit Apostolus; si infidelis pacificè cohabitare consentit cum fideli, non discedat fidelis: quia tunc spes est quòd convertatur infidelis, et quòd utriusque filii sanctificabuntur, v. 12, 13, 14. *Si verò infidelis prior dirimit conjugium, et non est pacificus, sinatur abire, et à tali conjugio libera maneat pars fidelis: hâc in re tamen consulatur Deus, et unusquisque secundùm gratiam sibi datam ambulet*, v. 15, 16, 17. *A conjugiis etiam disparibus non temerè solvendis, transit Apostolus ad alias conditiones etiam non facilè mutandas: vult ergo, ut quantùm religio sinit, fideles sint in suo statu stabiles*, v. 18, 19, 20, 21, 22, 23, 24.

Quintum dubium circa virginitatem. — Illam commendat, ac matrimonio præfert, multas ob rationes; sic tamen consulit, ut non præcipiat: bonum quippe conjugium; melior virginitas et cœlibatus, à v. 25 usque in finem.

PARAPHRASIS.

1. Quod spectat ad quæstiones, quas mihi per litteras vestras proposuistis; hoc meum habetote responsum.

2. Melius quidem est homini uxorem suam non tangere; tamen propter vitandas impuritates, unusquisque habitet cum uxore suâ, et unaquæque uxor cum viro suo.

3. Mutuum sibi debitum reddant; vir uxori, et uxor viro.

4. Quia sibi mutuò sua corpora sic dederunt, ut nec mulier sui corporis potestatem habeat, sed vir; nec vir sui corporis jus habeat, sed uxor:

5. Ne itaque fraudetis vos invicem, nisi fortè cum ambo consenseritis ad tempus, ut puriùs orationi vacetis; post quod, rursùm ad idem commercium revertimini: ne Satanæ occasionem præbeatis vos ad incontinentiam tentandi; et ex infirmitate vestrâ tentationi succumbatis.

6. Hoc autem dico tanquàm infirmis, indulgendo, non præcipiendo.

7. Vellem enim vos omnes esse sicut meipsum in continentiâ: sed unusquisque à Deo donum proprium habet; alius quidem tale donum; alius verò tale diversum.

8. Non nuptis autem et viduis dico quòd illis bonum est, si sic innupti maneant, sicut et ego sum innuptus.

9. Quòd si tamen non se continent, matrimonio

jungantur : satius enim est uxorem ducere, quàm fornicari.

10. Conjugatis ego, non à meipso, sed auctoritate Christi Domini præcipio, ut ab invicem non separentur, facto scilicet quoad thorum divortio :

11. Quòd si verò ob aliquam causam separentur, maneant cælibes, aut reconcilientur.

12. Quod spectat ad alios, scilicet disparis fidei conjugatos, Christus Dominus de talibus nihil præcepit : hinc ego Domini spiritu motus dico : Si quis christianus uxorem habeat idololatridam, et hæc cum illo habitare consentit, non dimittat eam.

13. Et si qua mulier christiana virum habet idololatram, qui cum eâ pacificè habitare voluerit, non dimittat eum.

14. Jam enim vir infidelis quasi sanctificatus est per mulierem fidelem. Spes est sanctificationis. Et mulier infidelis quasi sanctificata est per virum fidelem. Spes est quòd ad fidem convertatur, si simul cohabitent. Secùs verò filii vestri illegitimi habebuntur, et in idolorum cultu educabuntur : nunc autem et legitimi et piè educati, et spes est quòd fient sancti, id est, christiani.

15. Si verò paganus prior discedit, et conjugium dirimit, sinatur abire ; in tali enim casu non obligatur pars christiana, libera manet à tali conjugio. Ad pacem vocavit nos Deus ; Christi religio non cogit nos ad servitutem, quâ pax nostra turbetur.

16. Ais, fortè : Spes est conversionis. Res est valdè incerta. Unde enim scis? etc. Itaque sine abire, et tu tuâ utere libertate.

17. Verùmtamen unusquisque (hoc in negotio) secundùm gratiam sibi datam, ambulet, et in statu, in quo erat, cùm ad fidem vocatus est, stabilis permaneat. Ita doceo in omnibus Ecclesiis.

18. Aliquis ad fidem vocatus est, cùm jam esset circumcisus? ne cutem attrahi faciat : alius gentilis in præputio fidem suscepit? non curet de circumcisione.

19. Nullius momenti sunt ad salutem circumcisio, aut præputium ; sed fidelis observatio mandatorum Dei maximum ad eam momentum habet.

20. Unusquisque in eo vitæ genere, ordine, et conditione maneat, in quo erat, cùm vocatus est ad fidem.

21. Si servus vocatus es, ne sit tibi molestum : imò si potes in libertatem vocari, elige potiùs ut servias :

22. Quid enim de servitute aut libertate curas, cùm hæc apud Christum sint paria ? Qui enim servus vocatus est ad fidem, à Christo Domino liber factus est : et qui liber vocatus est, Christi Domini Redemptoris nostri servus factus est.

23. Magno sanguinis Christi pretio redempti estis : ne ergo sitis passionum hominum servi, nec Deum offendatis unquàm, ut hominibus placeatis.

24. Unusquisque igitur Deo serviens, maneat in statu, in quo erat, cùm ad christianismum vocatus est.

25. De virginitate servandâ, nullum Christus dedit præceptum : hinc ego de eâ vobis do tantummodò consilium ; illud autem do vobis, tanquàm vir, qui gratiam à Domino consecutus sum, ut sim fidelis minister Dei, ejusque mentem fideliter exponam.

26. Itaque existimo et dico, bonum et melius hoc esse, scilicet virginem permanere ; ita dico, hoc, homini, id est, utrique sexui, bonum et optimum est, propter vitandam inexistentem in conjugio molestiam.

27. Itaque si sis alligatus uxori, ne divortium quæras : sed si liber es, consulo, ut sic permaneas, nec quæras uxorem.

28. Hoc tamen sic consulo, velut melius, ut nolim arbitreris quòd malè feceris nubendo. Si acceperis uxorem, non peccâsti, et si virgo nubat, non peccat : sed tales, contracto conjugio, multas secundùm carnem tribulationes habebunt ; quibus ego vos, miseratione vestrî ductus, optem eximi.

29. Hoc itaque, fratres, vobis omnibus dico, et ad hoc attentos vos velim, scilicet quòd tempus vitæ breve est : hinc fiet, ut non virgines modò de nuptiis non cogitent, sed ut et ipsi conjugati sint sicut innupti ;

30. Et qui ob adversa tristes sunt, tanquàm non tristes ; et qui ob prospera læti sunt, tanquàm non læti ; et qui acquirunt, fiuntque divites, tanquàm nihil habentes ;

31. Et qui utuntur hujus mundi bonis, quasi non utantur : quia transitoria est facies hujus mundi ; in quo, sicut in scenis comicis, in momento vertuntur omnia.

32. Vos autem à conjugio dehortans, et ad cælibatum exhortans, opto vos exemptos à rerum perituraruin sollicitudine, ut Deo vacetis liberiùs. Qui cælebs est, curat quæ Domini sunt, et quomodò placeat Deo ; hoc agit præcipuè.

33. Uxoratus autem sollicitus est de rebus hujus mundi, quomodò placeat uxori ; sicque mente et curâ divisus est, atque distractus.

34. Et mulier innupta et virgo unicè cogitat et meditatur quæ Domini sunt ; hocque unum curat, ut sancta sit et corpore et spiritu. Nupta verò studet utilitati ac venustati, reique familiari promovendæ.

35. Cæterùm virginitatem vobis commendans, ad vestram utilitatem aspicio ; non autem laqueum libertati vestræ injicio, quasi velim continendi necessitatem vobis imponere : sed vos adhortor ad virginitatem, tanquàm ad quid honestius, et quod majorem vobis præbeat facultatem Deo vacandi, et sine distractione Dominum obsecrandi.

36. Si quis autem putat se dedecoris aliquid pati, ex eo quòd virginem suam plusquàm nubilem servet, et judicat quòd eam debeat elocare ; agat prout voluerit ; non peccat, si tradat eam nuptui.

37. Qui verò firmum habens in animo propositum, cui aliunde proposito nihil obstat, sed plenam habet libertatem faciendi quod vult ; is, inquam, si maturo judicio decrevit virginem suam in virginitatis statu servare, benè et meliùs facit.

38. Igitur et qui matrimonio jungit virginem suam, benè facit : et qui non jungit, meliùs facit.

39. Mulier vincta est lege conjugii, quamdiù vivit ejus maritus : ubi verò mortuus est, libera est; cui vult rursùm nubat, dummodò nubat viro christiano.

40. Beatior autem erit, si cælebs permanserit secundùm consilium meum : arbitror autem quòd Dei spiritum habeam; et ideò quòd à Deo sit consilium meum.

COMMENTARIA.

Vers. 1. — De quibus autem scripsistis mihi... Juxta Theodoretum, hìc incipit tomus secundus, ubi ad varia Corinthiorum consulta respondet Apostolus. Primò autem rogârant Corinthii circa matrimonii usum, an baptizatis liceat post Baptismum uti conjugio ante Baptismum contracto? Sive pseudoapostoli, ut sanctiores haberentur, Corinthios docuerint à re uxorià abstinendum esse, ut ait Ambrosius, et post ipsum S. Anselmus, aliique recentiores multi; sive hoc aliqui Corinthiorum, pietatis studiosiores, excogitârint, ut orationi et pietati liberiùs vacarent; sic volunt alii, inter quos Estius. Quidquid sit, juxta omnes antiquos, hìc non quæritur an baptizatis liceat uxorem ducere; de hoc enim v. 8, sed an illis liceat uti conjugali consuetudine, ut loquitur Theodoretus; seu an illis abstinendum esset à re uxorià, an non, ut ait D. Athanasius; et ita explicant D. Chrysostomus, Theophylactus, Hieronymus adversùs Jovinianum, lib. 1, citatus à Gagnæo, Cornelio, etc. Huic autem quæstioni respondet Apostolus continentiam quidem laudans, fornicationem verò vituperans, conjugalem autem continentiam concedens, ait Theodoretus. Sensus itaque est : Quod spectat ad quæstiones quas mihi per vestras litteras proposuistis, hoc meum habetote responsum.

Primum dubium, seu prima quæstio.

An christiano liceat usus conjugii?

Ac quia primò rogâstis num christiano, homini quippe cœlesti, et per Spiritum sanctum renato, liceat usus matrimonii. — Respondeo bonum. Græc., *pulchrum*, id est, egregium et laudabile; seu melius et laudabilius esse quidem uxorem suam non tangere, id est, non cognoscere, seu ab illius amplexu abstinere, et nullum conjugii actum exercere. Syr., *ad mulierem non accedere*. Abstinere ab uxore, ait Erasmus. Hoc enim angelicum est et summè optandum, homineque cœlesti et renato maximè dignum. In uno sexu, alterum intellige, ait divus Chrysostomus.

Vers. 2. — Propter fornicationem... Græc., *fornicationes*, quod omnia impuritatis genera includit. Fornicationum tamen et aliarum impuritatum vitandarum gratià, unusquisque vestrûm uxorem quam duxit habeat. Syr., *teneat*; Æthiop., *habitet cum uxore suâ*, id est, habere pergat, eâque utatur. Idem de uxore intellige, quandoquidem una est natura, ait Theodoretus. Conjugalem continentiam concedit Apostolus, non præcipit, ut ipsemet explicat v. 6. Multò minùs hìc conjugium præcipit omnibus, etiam sacerdotibus et monachis, ut perversè inferunt hæretici ex voce distributivâ *unusquisque*... 1° Quia de contrahendo conjugio hìc non agitur, sed v. 8. 2° Etsi ageretur de conjugio, illud Apostolus non præciperet, aliàs sibi ipsi contradiceret dicenti v. 7 : *Volo omnes homines esse sicut meipsum*; v. 8 : *Non nuptis dico : bonum est illis si sic permaneant*; v. 38 : *Qui matrimonio jungit virginem suam, benè facit; qui non jungit, meliùs facit.* Adde quòd, etsi conjugium præciperet, capacibus et non impeditis hominibus illud præciperet : non autem voto obstrictis, et conjugii incapacibus. Sed quid mirum, si tam perversè ratiocinentur hæretici, quos impuritas excæcavit. Adeò verum est hæreticum vix fuisse, qui non fuerit impudicus.

Vers. 3. — Uxori vir debitum. Græc., *debitam benevolentiam*; Syr., *dilectionem*. Duplex vitanda fornicatio, propria et aliena. Ad utramque vitandam, maritus uxori, et uxor marito debitum amoris et honoris reddat officium. Debitum conjugale ad utrumque conjugem æqualiter pertinet.

Vers. 4. — Mulier sui corporis potestatem. Græc., *jus*, etc. Affertur ratio cur mutuum sit debitum, et utrique parti æquale; quia scilicet sua sibi corpora mutuò dederunt : hinc neuter plenam sui corporis potestatem habet, neuter sui juris est in officio conjugali; sed alter alteri obstrictus. Quia paria sunt jura, paria sunt et debita : hinc nec possunt sibi mutuò corpus denegare, nec alteri tradere.

Vers. 5. — Nolite fraudare invicem... *Defraudare* hìc est continere, altero invito, ait Theophy-

Vers. 1. — *De quibus autem scripsistis mihi*, q. d. : Quod attinet ad quæstiones quas mihi proposuistis de matrimonii et cælibatûs jure, usu, fructu, sic respondeo : *Bonum est homini mulierem non tangere. Bonum*, id est, pulchrum, res præclara, eximia est. Ita Theophyl. *Bonum* ergo est bonum morale et spirituale, quod per se facit ad concupiscentiæ victoriam, pietatem et salutem. Rursùm *tangere*, vel *cognoscere mulierem*, Hebræis honestè et modestè loquentibus idem est, quod exercere actum conjugii.

Vers. 2. — *Propter fornicationem autem*, ne scilicet in eam incidat, si cælebs sit, et tamen castè vivere nolit, *unusquisque suam uxorem habeat. Suam*, Græcè : *propriam*. Sed et illud *propter fornicationem*, subaudi, vitandam.

Vers. 3. — *Uxori vir debitum reddat*, etc. Vir pro marito accipitur. *Debitum*, Græcè : *debitam benevolentiam*; ita honestâ periphrasi debitum conjugale circumscribit Apostolus. Rectè autem debitum vocatur, quia ex justitiâ quâdam debetur. Cujus ratio sequitur :

Vers. 4. — *Mulier sui corporis potestatem non habet*, etc. *Sui corporis*, scilicet secundùm ea membra quæ sexum distinguunt, et quatenùs ea serviunt actui conjugali. *Potestatem*, ut pro suâ voluntate possit continere, vel alteri se conjungere, *non habet* mulier puta uxor, sed maritus, idque sibi tantùm non alteri. Ita S. August., lib. 5 contra Julian., cap. 4, unde pro *potestatem non habet*, Græcè : *jus non habet*, scilicet ad continendum, vel ut alteri corpus suum tradat.

Vers. 5. — *Nolite fraudare invicem*, negando debitum conjugale, *nisi fortè ex consensu, ad tempus, ut va-*

lactus. Ne itaque hoc debitum vobis denegetis, NISI EX CONSENSU, et AD TEMPUS, et UT ORATIONI, Græc., *orationi et jejunio* VACETIS. Pœnitentia et oratio comites. Jejunium disponit ad orationem; oratio sanctificat jejunium. Pœnitentia et jejunium quasi corpus, oratio quasi anima; utrumque simul, quasi totum sanctitatis, Deo gratum efficit. Non dixit simpliciter ut oretis, sed *ut orationi* VACETIS, puriùs, ferventiùs et magis assiduè : sub orationis nomine intellige et sacrificium et Eucharistiæ perceptionem, quæ sunt orationes præcipuæ, et quæ majorem postulant et puritatem et recollectionem. Hinc Ecclesia conjugatis continentiam suadet diebus Deo specialiter sacris, mysteriorum celebrationi et per Eucharistiam participationi dedicatis; similiter et temporibus orationi et pœnitentiæ destinatis. Sic tamen suadet ut non præcipiat : hæc enim continentia debet ex consensu mutuo fieri.

ET ITERUM REVERTIMINI IN IDIPSUM... Syr., *ad idem negotium*; Æthiop. vers., *et iterùm estote simul*. Reverà ἐπὶ τὸ αὐτὸ significat in unum, seu in eumdem locum vel thorum. Igitur sensus est : Quo solemnitatis et orationis expleto tempore, solitum familiaritatis commercium repetite; ne si diutiùs maneatis thoro separati, Satanas ex hàc diuturnitate sumat occasionem vos tentandi; et vos, ob incontinentiam, ad quam proclives estis, tentationi succumbatis. Corinthii, ut notat Baronius, Annot. tom. 1, erant genio suo salacissimi, et præ cæteris Græcis Veneris studio deditissimi. Vide dicta in fine cap. 6.

VERS. 6. — HOC AUTEM DICO... hoc, scilicet, *revertimini*. Non præcipio, sed permitto; non jubeo, sed indulgeo. Syr., *hoc autem dico tanquàm infirmis, non ex præcepto*.

VERS. 7.— VOLO ENIM OMNES VOS... Græc., *omnes homines*; Syr., *siquidem ego velim omnes homines esse meî instar in puritate* (qualis fuerit Paulus indicat v. 8).

Volo, opto, vellem, optârim, si posset, votum est, non præceptum, optârim OMNES VOS ESSE SICUT MEIPSUM in continentiâ, ait D. Chrysostomus. Virgo erat Paulus, ait Œcumenius. Vide apud Estium multas sanctorum Patrum citationes pro D. Pauli cælibatu.

SED UNUSQUISQUE PROPRIUM DONUM... Ad conjugatorum solatium, Dei donum appellat etiam matrimonium. Alia quippe Dei dona sunt majora, alia minora. Castitas autem conjugalis, licèt donum sit virginitate minus, Dei tamen donum est.

VERS. 8. — DICO AUTEM NON NUPTIS ET VIDUIS... Secundum dubium, seu secunda quæstio.

An christiano expediat nubere.

Quæsierant Corinthii circa nondùm nuptos et viduas, num expediat nubere.

DICO NON NUPTIS unquàm, seu qui matrimonii jugum nondùm acceperunt; ET VIDUIS, id est, iis qui acceperunt quidem, sed morte disjuncti fuerunt; Theodoretus.

BONUM EST ILLIS. Syr., *satius est*, seu expedit ut cælibes maneant, sine matrimonio, sicut et ego cælebs sum; idem Theodoretus. Tantùm abest ut Apostolus conjugium præcipiat, sicut in v. 2 dicunt hæretici; quin imò dehortatur ab illo, omnesque innuptos ad suî exemplum in cælibatu imitandum hortatur. D. Ambr. et D. Anselmus hìc asserunt D. Paulum nunquàm fuisse uxoratum; si enim uxorem duxit qui hoc dixit, SICUT ET EGO, ergo omnes homines uxoratos esse voluit, nullamque virginem esse, sibique ipsi contradiceret; D. Anselm. ex D. Ambrosio, seu, ut volunt alii, ex Hilario diacono.

VERS. 9. — QUOD SI NON CONTINENT, NUBANT, id est, matrimonio jungantur. Hoc intellige sicut omnes intellexêre sancti Patres apud Estium citati, scilicet de iis quibus nubendi potestas est, non verò de obstrictis continentiæ voto. Hi enim ad sanctiora incontinentiæ suæ remedia debent confugere, ait Estius, ad jejunium, orationem, vigilias, pias meditationes, lectiones

cetis orationi; Græcè, *ut vacetis jejunio et orationi.*

Et iterùm revertimini in idipsum; Græcè, *et iterùm ad idem conveniatis.* Ut sensus sit : Orationis tempore finito conjugibus redeundum ad opus consuetum : quod, inquit Hieronymus, erubescit suo vocari nomine.

Ne tentet vos Satanas, id est, ne in adulterium aliasve damnabiles corruptelas vos tentando pertrahat diabolus si diutius maneatis thoro separati.

Propter incontinentiam vestram. Sensus : Post orationem redite ad opus conjugale; quod ut faciatis, moneo propter incontinentiam vestram, ne alioqui Satanas vos sollicitet et inducat ad deteriora.

VERS. 6. — *Hoc autem dico secundùm indulgentiam*, etc., q. d. : Copulam indulgeo, non præcipio.

VERS. 7.— *Volo enim omnes vos esse sicut meipsum*, quoad cælibatum et continentiam. Nota : *volo*, id est, vellem, cuperem, optarem si commodè fieri posset. *Volo* ergo significat hìc actum volendi inchoatum et imperfectum. Patres ex eo colligunt et docent Paulum ab omni concubitu sese continuisse, et in perpetuâ castitate vixisse, ut Epiphanius, hæresi 58; Hieronymus ad Eustoch., cap. 8, et in epist. ad Celantiam, cap. 8; Augustinus, lib. de Gratiâ et Libero Arbitrio, cap. 4, etc.

Sed unusquisque proprium donum habet ex Deo : alius quidem sic, alius verò sic; id est, alius tale, alius autem tale. De fidelibus agit Apostolus, ac dicere vult, non unum omnia habere, sed alios alia. Quidam enim donum habent castitatis conjugalis, alii vidualis, alii virginalis.

VERS. 8. — *Dico autem non nuptis, et viduis : bonum est illis si sic permaneant* (scilicet innupti uti sunt), *sicut et ego* innuptus permaneo. *Bonum est si sic permaneant*, id est, permanere velint; q. d.: *Volo*, id est, velim, *omnes esse sicut meipsum*, hoc est, esse virgines uti ego virgo sum; sed nolo id præcipere.

VERS. 9. — *Quòd si non se continent, nubant. Melius* (satius) *est enim nubere, quàm uri*; scilicet, nisi jam per votum nupseris Christo. Illis nubere quàm ùri melius est, qui adhuc nubere possunt. Apostolus enim dat causam, cur velit incontinentes et fragiles nubere, ne scilicet urantur, id est, fornicentur : nam alios generosos pugiles vult continere. Q. d. : Qui se non continent, nubant : melius est enim nubere, quàm non continere. Ita Theodor., Ambros., Anselm., S. Thom., Augustin. Melius, inquit Hieronym., est nubere quàm uri, id est, melius est maritum ducere quàm fornicari. Uritur ergo, non qui tentatur incentivo libidinis, sed qui à tentatione superatur : non qui sentit, sed qui consentit. Quomodò dicitur *uri igne*, non qui calorem ejus qualitercumque molestum sibi sentit, sed qui admoto igne læditur ac sauciatur.

sacras, perpetuam occupationem; ad fugam otii, periculosorum colloquiorum, aspectuum, etc.

Melius est enim nubere quam uri. Græc., *igniri*; Æthiop. versio, *quàm fornicari*. Eodem modo D. Hieronymus ab Estio citatus. Sicut uritur ab igne, non qui calorem sentit, sed qui ab igne læditur et realiter aduritur, ita à libidine uritur, non qui sentit eam, sed qui consentit illi; qui ab eâ vincitur, et victus succumbit tentationi : hoc est propriè igniri, πυροῦσθαι. Tentatio itaque non est ustio, sed solus tentationi consensus : quin imò tentatio, si vincatur, coronæ materia est. Sanè si non coronatur nisi victor, si nulla sine certamine victoria, tentari, contra tentationem certare, eamque vincere, ad coronam necessarium est.

Vers. 10. — Iis autem qui matrimonio... Tertium dubium, seu tertia quæstio.

An inter christianos liceat divortium.

Circa matrimonii insolubilitatem consultum erat à Corinthiis. D. Paulus, respiciens ad præceptum Domini de uxore non dimittendâ, ait : Conjugatis præcipio, non ego, sed Dominus, id est, ego non à meipso, sed ex Christi Domini auctoritate et voluntate nobis traditione notâ, jubeo ut ab invicem non separentur, facto scilicet quoad thorum divortio. Nec uxor à marito discedat, nec maritus uxorem dimittat. Intellige clausulam à Christo Domino additam : Nisi ob fornicationem. Quæ clausula ad utrumque sexum æqualiter spectat. Hoc Domini præceptum de matrimonii insolubilitate nunc quidem scriptum est Matth. 5, 32, et 19, 9; Marci 10, 9; Lucæ 16, 18. Tunc autem solâ traditione ac memoriâ notum erat.

Vers. 11. — Quod si discesserit... Quod si ob fornicationem, aut aliam ob causam uxor separata fuerit à viro suo, aut maneat cælebs, aut cum viro suo reconcilietur. Idem intellige de viro : paria enim utrinque jura. Eligant aut jure conjugii non uti, aut reconciliari. Christus Dominus hìc sicut alibi, *fecit et docuit*. Ecclesiam enim sponsam suam, in suo sanguine lotam, sibi copulavit in æternum. Nec Ecclesiam dimittit Christus unquàm, nec Christum Ecclesia deseret. Hocque facto docet et præcepto conjugatos insolubiliter uniri. *Sacramentum hoc*, matrimonii, *magnum est*, ait Apostolus : *ego autem dico in Christo et in Ecclesiâ*. Sacræ Christi cum Ecclesiâ unionis insolubilis honorarium signum est matrimonium; et in hoc Sacramentum est. Conjuges igitur suâ insolubili unione, suo amore sincero, et complacentiâ mutuâ, hanc imitentur et fideliter exhibeant Christi unionem cum Ecclesiâ sponsâ suâ. Caveant ne sint signa mendacia, fallacia, et ne Christi et Ecclesiæ sint opprobria. De his fusè Ephes., cap. 5, in fine.

Vers. 12. — Nam cæteris ego dico, non Dominus... Hæc verba multi ad præcedentia in v. 8 referunt, voluntque hunc esse sensum : Conjugatis præcipit Dominus, non ego, etc. Cæteris autem, scilicet non nuptis, ego consulo. Dominus non præcipit, ut innupti permaneant. Fromondus ait quòd Catharinus primus hæc verba sic intellexit contra omnes veteres. Sed cùm nihil ad hoc cogat, puto naturalius, si ad sequentia referantur : ita ut per cæteros intelligantur conjugati disparis fidei. Ita intellexit D. Aug. apud Fromondum; ita D. Anselmus; quasi diceret : De conjugatis fidelibus hactenùs egi, ut v. 5 satis indicavi, dicens, *ut vacetis orationi* : jam cæteris loquor, iis nimirùm qui sunt disparis fidei, seu quorum unus christianus est, alter paganus. Tunc, ad Apostolorum prædicationem, quotidiè contingebat ut unus conjugatorum crederet in Christum, fieretque christianus, alter verò in infidelitate suâ remaneret. Hinc ergo difficultas oriebatur, num christianus ab infideli deberet discedere, an verò cum illo permanere. Et probabile est quòd hanc difficultatem Corinthii per litteras suas Apostolo proposuerint.

Quartum ergo dubium, seu quarta quæstio.

Num fidelis cum infideli conjugium sit indissolubile.

Nota quòd difficultas sit de matrimonio ante fidei susceptionem contracto : nec enim fideli licuit cum infideli contrahere; sed, ut in fine capitis dicit ipse Paulus, *tantùm in Domino*, id est, fideli et pio, ut explicat Theodor. Hinc D. Chrys., et post eum Theod., Theoph., notant quòd non dicit Apostolus, si quis vult accipere infidelem, sed si quis habet infidelem.

Nota et quòd cultûs disparitas nondùm irritabat matrimonium : hoc enim non à D. Paulo, sed ab Ecclesiâ fuit institutum. Dubium resoluturus Apostolus, quasi præfatur dicens : *Nam cæteris ego dico*..., id est, de talibus conjugiis Christus nihil dixit, nihil præcepit; sed *ego*, apostolicâ auctoritate fretus et Domini Spiritu motus, *dico* : Si quis Christianus uxorem habet idololatridam, et hæc cum illo habitare consentit, non illam dimittat.

Quod satis declarat Græcum verbum ab igne deductum, igniri, incendi, comburi. Quod si *uri* non plus esset quam pati motus libidinis, et inquietari stimulis carnis, ut volunt sectarii; jam ipse Paulus, qui supra dixit : *Voto omnes homines esse sicut meipsum*, juxta suum hoc consilium uxorem ducere debuisset. Nam de stimulo carnis alibi queritur : *Datus est*, inquit, *mihi stimulus carnis meæ*, etc., 2 Cor. 12. Accommodatius est textui, ut nubere dicatur melius quàm uri, quia nubere minus malum est, et secundùm veniam concessum; uri verò deterius, ac minimè concedendum. Ideò melius est nubere, quia pejus est uri. S. Thomas *melius* interpretatur *magis tolerandum*. Tale quoque est quod S. Martinum dicere solitum refert Sulpitius : *Conjugium pertinet ad veniam, virginitas spectat ad gloriam, fornicatio deputatur ad pœnam.*

Vers. 10. — *Iis autem, qui matrimonio juncti sunt*, etc. Respicit Apostolus ad præceptum dominicum : non licere viro dimittere uxorem, nec uxori virum, exceptâ causâ fornicationis, Matth. 5 et 19; Marc. 10; Luc. 6.

Vers. 11. — *Quòd si discesserit..., reconciliari* : Hinc sequitur divortium, etiam justum et licitum, non solvere matrimonii vinculum, sed tantùm thori consortium, ut si conjux sit adultera, non liceat viro innocenti aliud inire matrimonium. Eadem est ratio uxoris, si vir sit adulter. *Et vir uxorem non dimittat*, sine gravi et justâ causâ. Nam ob fornicationem et aliis justis de causis licet dimittere.

Vers. 13. — Et si qua mulier... Utrique sexui paria dat monita; quia par utriusque conditio, et par utriusque conjunctio.

Vers. 14. — Sanctificatus est enim vir infidelis.... Duas superioris assertionis, seu resolutionis affert rationes. Primam ex parte conjugum ductam; quasi diceret : tantùm abest ut in allegato casu sit pro christiano aliquod fidei periculum; quinimò magna spes est sanctificationis pro pagano.

Sanctificatus est enim... Non dixit, sanctus est; sed sanctificatur; D. Chrys., id est, præparatur ad sanctitatem; disponitur ad fidem, quæ radix est sanctitatis. Etenim paganus ille cum uxore suâ christianâ benevolè et pacificè vivendo, eique sua christianæ religionis exercitia permittendo, sibi ipsi viam sternit ad sanctitatem; magna spes est quòd per uxorem suam brevi convertatur ad fidem et sanctificetur. Candidatus est timoris, ait Tertull.; candidatus est fidei, ait D. Hier. Sancta et fidelis domus virum sanctificat infidelem, jam candidatus est fidei, quem filiorum et nepotum credens turba circumdat; D. Hier. ad Lætam. Multis exemplis confirmata fuit hæc veritas, quæ apud P. Cornel. videre licet.

Et sanctificata est mulier... Similiter et uxor ad sanctitatem præparatur per jugem conversationem cum viro fideli; cùm enim animis consentiant, spes est quòd nec fide, nec religione dissentient. Hæc explicatio valdè naturalis est, atque adeò litteralis : sed omittendam non puto D. Joan. Chrysostomi et aliorum ejus sequacium opinionem, qui hanc sanctificationem explicant de usu matrimonii. Scrupulosè timebant Corinthii, ne fidelis polluereturper contactum infidelis : seu, ut ante ipsum dixit Tertullianus à Grotio citatus, verebantur ne non liceret eis matrimonio suo uti, qui in carnem sanctam credidissent. Paulus ut hunc metum eximeret, ait sanctificatum esse usum matrimonii propter pietatem fidelis, seu partis christianæ. Tanta est copia tuæ munditiæ.

Alioquin filii vestri... Secundam ex parte liberorum ductam.

Vers. 12. — *Nam cæteris ego dico*, etc. *Ego dico*, id est, ego consulo id quod sequitur, scilicet, ut fidelis infidelem conjugem pacificam non dimittat.

Vers. 13, 14.— *Et si qua mulier fidelis habet virum infidelem..., sanctificatus est enim vir infidelis per mulierem fidelem, et sanctificata est mulier infidelis per virum fidelem;* q. d. : Matrimonium et conjunctio ista sancta est : unde non profanatur, nec polluitur fidelis per contactum infidelis, uti vos scrupulosè timetis, sed potiùs infidelis morali quàdam denominatione, et quasi sanctitatis aspergine, ait Anselmus, inde sanctificatur : tum quia maritus est sanctæ, id est, fidelis conjugis : tum quia eam in fide suâ non impediendo, et benevolè cum eâ vivendo, quasi viam sternit sibi, ut per preces, merita, verba et exempla fidelis conjugis convertatur et ipse, fiatque sanctus; sicut sancta Cæcilia maritum suum Valerianum convertit.

Alioquin filii vestri immundi essent. Quasi dicat : Si ab infideli conjuge feceritis divortium, filii vestri haberentur quasi nati ex illicito thoro, adulterini, illegitimi : *Nunc autem sancti sunt*, id est, mundi; mundi autem, id est, ex honesto et legitimo matrimonio concepti et nati. Ita Ambrosius, Anselmus, Augustinus. *Sancti sunt*, quia connivente infideli, facilè fide-

Alioquin, id est, si separaremini ab invicem, filii vestri essent immundi. Hecque duobus modis, 1° quia illegitimi haberentur et ex illegitimo matrimonio nati; 2° quia profani fierent et idololatræ; quia in idolorum cultu educarentur.

Nunc autem sancti sunt, id est, et legitimi, et piè educati : hincque magna spes est quòd fient sancti, id est, christiani. Sunt quasi designati sanctitati, et per hoc etiam saluti, ait Tertullianus, lib. de Animâ, cap. 39. Hinc ergo nullum Calvino patrocinium dicenti, fidelium filios nasci sanctos, et Baptismo non indigere. Etenim hic Apostolus non agit de internâ animæ sanctitate, aut parentûm, aut filiorum; sed de imperfectâ, inchoatâ, seu de præparatione ad sanctitatem. Parentûm quidem infidelium, per sanctam conversationem cum parte fideli; filiorum verò, per sanctam educationem, seu, ut ait Tertul., de Animâ, per institutionis disciplinam. Hinc enim et Apostolus ex sanctificato altero sexu sanctos procreari ait, tam ex seminis prærogativâ, quàm ex institutionis disciplinâ; Tertull.

Vers. 15. — Quod si infidelis discedit, id est, quòd si pars pagana, sive vir, sive mulier, discedat, et prior conjugium dirimat, sinatur abire; et à tali conjugio libera maneat pars christiana; ita ut alias nuptias possit contrahere.

Non enim servituti... Christiana etenim religio non cogit nos ad servitutem, quâ pax nostra turbetur : in tali ergo casu non obligatur fidelis, ut vel cælebs maneat; aut ad priora connubia redeat : ut dixi supra de fidelibus conjugatis loquens.

In pace autem vocavit... Ad pacem nos vocavit Deus. Ergo si te perturbat paganus, seu quia prior discedit, conjugiumque dirimit, seu, ut ait D. Chrys., quia pugnat, bellumque movet : si jubet te sacrificare, aut sociam esse impietatis, melius est discedere, melius est divellatur matrimonium, quàm pietas; D. Chrysostomus. Major Dei causa est quàm matrimonii; nec debetur reverentia conjugii, ei qui horret auctorem conjugii : nec oportet litigare cum eo qui disce-

lis parentis fide et diligentiâ ac curâ sanctificari, baptizari, et christianè educari possunt. Ita Augustin., lib. 3 de pecc. Meritis, cap. 12; et ex Tertull., Hieronymus, epist. 153, ad Paulinum.

Vers. 15. — *Quod si infidelis discedit, discedat.* Sensus est : Si infidelis discedit, non consentiens habitare cum fideli, ut fideli, id est, si religione ejus offensus eam relinquat; non est quòd conjux fidelis existimet se debere illum sequi; sed sinat eum discedere, tanquàm per illius discessum libertati suæ relicta.

Non enim servituti subjectus est frater aut soror in hujusmodi. Non est serviliter subjectus frater aut soror talibus, hoc est, infidelibus qui discedunt, aut cohabitare non consentiunt.

In pace nos autem vocavit Deus. In pace, id est, ad pacem. Quod autem dicit, tale est : Religio christiana, ad quam à Deo vocati sumus, non cogit nos ad hanc servitutem, quâ pax christiana turbetur, hoc est, pacificus et tranquillus Christi cultus in familiâ impediatur. Quare sicut pater filium, et filius patrem potest plenâ libertate relinquere ex ejusmodi causâ; sic et conjux fidelis infidelem.

dit : quia odio Dei discedit, ac per hoc nec dignus habendus est. Ambros. in Paulum. Contumelia creatoris solvit jus matrimonii ; idem.

Vers. 16.—Unde enim scis, mulier... Occurrit rationi, quæ posset in contrarium afferri ; nimirùm, spes est quòd convertatur ; et respondet quòd res sit valdè incerta. *Unde enim scis*, etc. Itaque sine abire, et tu discede, tuâque utere libertate.

Vers. 17. — Nisi unicuique sicut divisit... Syr., *sed unusquisque ut sibi partitus est Deus*. Et unusquisque ut eum vocavit Dominus, ita ambulet. Æthiop. et Arab., *verùmtamen unusquisque sicut*, etc. Itaque *nisi* positum pro *sed*, et ita etiam Theophylact. Sensus ergo est : Sed hoc in negotio, unusquisque secundùm gratiam à Deo sibi datam ambulet ; et in statu in quo erat, cùm vocatus est ad fidem, stabilis permaneat. His verbis indicat Apostolus fidelem non teneri sub præcepto ad dimittendum paganum, etiam discedentem ; sed posse retineri, et cum eo habitare, si sit spes eum Christo lucri faciendi. Præceptum quidem est non discedendi ab infideli pacificè cohabitare volente, sed non est præceptum repudiandi volentem discedere, nisi fortè sit propriè subversionis periculum. Hâc in re Deus consulendus est, et secundùm ejus voluntatem et gratiam unusquisque debet agere : sed nihil agendum temerè. Hominis conditionem fides, seu baptisma non mutat.

Ita doceo in omnibus Ecclesiis. Et meritò, ne christiana religio rempublicam perturbare videretur.

Vers. 18. — Circumcisus aliquis vocatus est... A conjugiis, etiam disparibus non facilè mutandis, transit ad alias conditiones etiam non mutandas. Sive fuerit alia quæstio à Corinthiis proposita, scilicet an servi per baptismum fiant liberi? an gentiles baptizati debeant circumcidi? sive Paulus, pro suo more, ab unâ re, ad aliam similem transeat ex occasione.

Vers. 16.— *Unde enim scis, mulier*, etc. ; quasi dicat : Donum Christi est pax ; ad hanc, non autem ad servitutem inquietam et rixosam vocati sumus à Christo. Si ergo infidelis rixis, probris, minis in fidem et fidelem conjugem, discessionem quærit, discede, ô conjux fidelis, ab eo, ut pacificè vivas : neque prætendas spem conversionis ejus. Unde enim id speres, in homine pagano, blasphemo, rixoso? Ac consequenter, unde scis, vel unde speras, quòd eum salvum facies?

Vers. 17. — *Nisi unicuique sicut divisit Dominus, unumquemque sicut vocavit Deus, ita ambulet :* Dixi, inquit, fidelem infideli conjuge discedente non esse subjectum servituti, ut eum sequatur aut retineat, ne quidem salutis ejus procurandæ causâ : non prohibeo tamen quominùs id faciat, si præsertim occulto Dei dono et instinctu ad id moveatur. Imò sententia mea hæc est, ut quisque, quoad fieri potest, ita ambulet, sicut vocavit illum Deus : hoc est, conversetur, Deoque serviat, manens in eo genere vitæ in quo ad fidem à Deo vocatus est ; sive in conjugio, sive extra conjugium ; sive in servitute, sive in libertate, sive in alio quocumque.

Et sicut in omnibus ecclesiis doceo. Sensus : Nec vobis solùm, sed omnibus ecclesiis hanc meam sententiam propono et præscribo ; christianismum non cogere ad mutandum vitæ statum ; nec, nisi magna ratio cogat, mutandum esse.

Vers. 18. — *Circumcisus aliquis vocatus est?* id est. Quidquid sit, vult Apostolus fideles, quantùm religio sinit, in suo statu stabiles esse. Aliquis ad fidem vocatus est, cùm jam à parentibus Judæis esset circumcisus :

Non adducat. Græc., *ne attrahat*, id est, ne cutem medicamentis attrahi et extendi curet. Sicut quidam Judæi, de quibus, ex D. Epiphanio Gagnæus, Estius, Cornelius, Emmanuel Sâ. Alius ex gentilibus natus, in præputio fidem suscepit? non curet de circumcisione.

Vers. 19. — Circumcisio nihil est... ; hæc quippe adiaphora sunt, non pertinent ad fidem, nulliusque momenti sunt ad salutem ; sed fidelis observatio mandatorum Dei, maximum momentum habet. Non enim interest, an quis sit circumcisus, an non : sed an sit fidelis servus Dei. Diligere Deum ex toto corde, et ex amore ejus observare mandata, hæc est vera religio, sine quâ cætera nihil.

Vers. 20. — Unusquisque in qua vocatione... ; unusquisque in quocumque vitæ genere, ordine et conditione maneat, in quâ erat, cùm vocatus est. Intellige de statu honesto, licito, inculpato.

Vers. 21. — Servus vocatus es... Syr., *si servus vocatus es, non sit tibi curæ ;* quin etiam si potes in libertatem vocari, elige tibi ut servias. Arab., *præstantius est ut servitute utaris.* D. Chrys., magis servi. Theod., perge servire. Theophyl., servito. Volens ostendere, quòd non lædit servitus, sed etiam prodest, ait D. Chrysostom., qui refellit eos qui interpretantur, si potes liberari, liberare, quod D. Pauli scopo valdè contrarium est, ait idem Chrysostomus. Ex quo Filius Dei pro nobis exinanitus formam servi suscepit, servitus non est fugienda, quinimò propter Deum libertati præferenda ; ob majorem humilitatem et patientiam exercendam.

Vers. 22. — Qui enim in Domino vocatus est servus, quispiam priùs circumcisus, utpote Judæus aut proselytus, vocatus est ad fidem? *Non adducat præputium*, id est, non attrahat, scilicet ferro, præputium. Ita Theophylactus. Ne pœniteat eum aut pudeat circumcisionis, nec affectet esse præputiatus.

In præputio aliquis vocatus est? Non circumcidatur, hoc enim esset judaizare et Christum abjicere.

Vers. 19. — *Circumcisio nihil est, et præputium nihil est.* Sensus : Nihil hæc valent, nihil conferunt ad justitiam et salutem, ideò non sunt affectanda. Agit de Judæis ad christianismum conversis.

Sed observatio mandatorum Dei, supple, est aliquid confert ad justitiam et salutem ; quia scriptum est : *Factores legis justificabuntur*, Rom. 2 ; et : *Si vis ad vitam ingredi, serva mandata*, Matth. 19.

Vers. 20. — *Unusquisque in quâ vocatione vocatus est*, etc. Vocationem intelligit vitæ statum seu conditionem.

Vers. 21. — *Servus vocatus es? Non sit tibi curæ.* Servus eras, inquit, quando vocatus es ad fidem? Non te res illa angat, quòd servus sis.

Sed et si potes fieri liber, magis utere. Sensus est : Etiamsi possis assequi libertatem, magis tamen, id est, potiùs, utere servitute, et in eâ permane majoris boni causâ, scilicet ad tuam exercitationem, et domini tui salutem, etc.

Vers. 22.— *Qui enim in Domino vocatus est servus, libertus est Domini ;* q. d. : Servi heriles si fiant christiani, non ambiant fieri liberi à servitute herili, sed

vus... Paucissimis verbis ostendit in Christo æquales esse servos et liberos; quasi diceret : Quid enim de servitute, aut libertate curas? apud Christum hæc paria sunt : qui enim servus vocatus est, à Christo liberatus est ; et qui liber et dominus vocatus est, Christi Domini et Redemptoris omnium servus factus est. Libertus dicitur, qui ex servo factus est liber ; tales autem sunt omnes christiani, qui à servitute peccati et diaboli, in libertatem filiorum Dei sunt asserti. Omnes tamen Christi sumus servi ; omnium nostrûm Dominus ac Redemptor est Christus. Itaque si servitus te conturbat, scito te libertum Christi ; si libertas attollit, scias te servum Christi ; Theophyl. Conservi sumus omnes : liberti sumus omnes ; in Christo itaque pares et servi et liberi.

Vers. 23. — Pretio empti estis. Omnes hìc Christianos, sive ingenuos, sive liberos alloquitur. Magno sanguinis Christi pretio redempti estis ; et verâ filiorum Dei libertate donati : Christum ergo supremum Dominum vestrum agnoscite.

Nolite fieri servi hominum... , tanquàm supremorum dominorum : ne ergo quisquam vestrûm quid servile faciat in gratiam hominum : ne sitis servi passionum hominum : ne Deum offendatis, ut hominibus placeatis. A Christo redempti, Christo servite, et propter Christum et juxta voluntatem Christi ; temporalibus suis dominis obsequium, et ministerium præstent quicumque sunt servi. Duobus providet et Deo et dominis temporalibus : videlicet, ne sub Dei prætextu discedant à dominis ; et rursùm ne à Deo deficiant, dominis supra quàm par est obsequendo ; Theophyl.

Vers. 24. — Unusquisque in quo.... Itaque dummodò Christi et Dei salvum sit obsequium, ne curate de statu ; sed quisque Deo serviens maneat in eo, in quo erat, cùm christianus factus est. Fides omnem sanctificat statum ; non ergo de statu mutando cogitandum, sed de sanctificando.

Vers. 25. — De virginibus autem... Quintum dubium seu quinta quæstio, à Corinthiis proposita.

An virginitas à christiano servanda.

Hâc de re, inquit, nullum Christus dedit præceptum, quod necessitatem imponat ; hinc nec ego quidquam jubeo ; sed do vobis tantummodò consilium, et ne spernatis, quia consilium tantummodò. Etenim illud do vobis tanquam vir, qui gratiam à Deo sum adeptus, ut sim fidelis Dei minister, et consequenter qui Dei mentem omnibus fideliter exponam. Fidelis est ministri omnem Dei voluntatem singulis et omnibus aperire, non præcepta tantùm declarare ; sed et consilia ; ut sciant et probent fideles, *quæ sit voluntas Dei, bona, beneplacens et perfecta.*

Vers. 26. — Existimo ergo hoc bonum esse... Itaque *existimo* et dico, *hoc*, scilicet in perpetuâ virginitate permanere, *bonum* , Græc., *pulchrum*, eximium, præclarum, melius *esse ;* idque multas ob causas, ac primò propter instantem, præsentem ; Græc., ἀνεστῶσαν, *inexistentem*, scilicet in conjugio molestiam, id est, propter vitandas urgentes et inevitabiles rei uxoriæ molestias. Syr., *propter necessitatem temporis* , id est, propter angustias temporis, propter urgentem brevi moriendi necessitatem. Hæcque ratio sic explicata convenit cum v. 29, ubi expressè dicitur : *Tempus breve est*, quasi diceret, adeò breve et angustum vitæ nostræ tempus, adeò coarctatum tempus nobis ad æternitatem promerendam concessum, ut nulla illius pars sit carni tribuenda ; sed totum animæ saluti impertiendum.

Quoniam bonum est. Non redditur hìc ratio, sed fit repetitio ; quasi diceret : *Bonum*, inquam, et optimum est homini, id est, utrique sexui, sic esse, et permanere virginem et sine conjugio.

glorientur quòd à servitute peccati asserti sunt in libertatem gratiæ et adoptionis filiorum Dei. Vide Chrysost., hìc, et in Moral., hom. 19.

Similiter qui liber vocatus est, servus est Christi, quia redemptus ab eo.

Vers. 23. — *Pretio empti estis*, puta sanguine Christi, qui antonomasticè dicitur *pretium*, utpote ingens et immensum. Ita Ambros. Dicitur autem tam ad servos quàm ad liberos, adeòque communiter ad omnes fideles.

Nolite fieri servi hominum. Pretio sanguinis sui Christus vos emit, et servos suos fecit ; igitur nolite fieri servi hominum, id est, ne vos ita subjicite hominibus, ut Christo Domino debitum subtrahatis, aut quoquo modo minuatis obsequium atque servitium : ita videlicet, ut hominibus serviendo Dei obsequium negligatis.

Vers. 24. — *Unusquisque in quo vocatus est*, etc. ; q. d. : Verùmtamen, quisque in suo statu, sive herili, sive servili, in quo vocatus est, et venit ad christianismum, permaneat. *Permaneat apud Deum*, id est, Deo serviens, et à Deo non recedens.

Vers. 25. — *De virginibus autem* (ut scilicet maneant virgines, et serviant Deo in virginitate) *præceptum Domini non habeo : consilium autem do*, ut id faciant, *tanquàm misericordiam consecutus à Domino, ut sim fidelis.* Virginitatem, inquit, consulo, tanquàm is, qui misericorditer assumptus sum ad gratiam apostolici muneris apud gentes, ut fideliter illis consulam. Ita Ambrosius, Anselmus, Theodor. Q. d. : Quò præ aliis apostolis indignior, majori gratiâ et misericordiâ vocatus sum ad apostolatum, eò magis in eo decet me esse fidelem, et fideliter consulere iis, ad quos à Christo missus sum apostolus.

Vers. 26. — *Existimo ergo hoc bonum esse propter instantem necessitatem. Hoc*, scilicet virginitatem. Ita Ambros. et alii, vel aptiùs, *hoc*, ut scilicet sint et maneant virgines. *Propter instantem necessitatem.* Instans necessitas, vel præsens necessitas est necessitas temporis, id est, angustia præsentis vitæ, quæ nobis vitæque nostræ incumbit et imminet, eamque arctat et urget, ut properet ad mortem et æternitatem. *Instans* ergo necessitas est brevitas temporis, quod nobis datur ad æternitatis conquisitionem : quæ proindè non mundo, non conjugi, sed animæ et Deo danda est. Ita Chrysostomus, Anselmus, et S. Hieronymus, lib. 1 contra Jovinianum : *Necessitas*, ait, *hæc est brevi moriendi.* Quasi dicat Paulus : In hâc brevi vitâ necessitas est placendi Deo, et studiosè parandi victum et necessaria, scilicet bona opera, ut inde vivamus beati in totâ æternitate ; ergo consulo virginitatem. Hæc enim uni Deo intendere potest, cùm conjugati per onera conjugii distrahantur.

Quoniam bonum est homini sic esse ; quasi dicat : Existimo bonum esse manere virginem propter instantem necessitatem : *quoniam*, id est, quòd, in-

Vers. 27. — Alligatus es uxori... Itaque, si quidem sis alligatus uxori et vinculum matrimonii contraxeris, ne divortium quæras, juxta præceptum Domini, de quo v. 10. Sed si liber es, tuique dominus, consulo ut sic permaneas, nec quæras uxorem. Hoc enim melius et perfectius, ut jam dixi, et inferiùs dicam.

Vers. 28. — Si autem acceperis... Hoc tamen tibi sic consulo, tanquàm melius, ut nolim arbitreris quòd peccaveris, si meo consilio non adhæreas. Si enim *conjugem acceperis*, non peccasti; et si virgo nubat, non propterea peccabit. Sed tales, matrimonio contracto, multas secundùm carnem tribulationes et molestias habebunt. *Per tribulationem carnis*, intellige, mille matrimonii incommoda, angores et curas, ait D. Athanasius : seu, ut ait D. Thomas, afflictiones pro procurandis necessariis sibi, et filiis suis et aliis.

Ego autem vobis parco, id est, vestrî misereor, seu, à quibus angustiis, ego vestrî miseratione ductus, vos optârim eximi; seu vobis parco, dùm vos à talibus exemptos volo.

Vers. 29. — Hoc itaque dico; tempus breve est. Secundò ob vitæ nostræ brevitatem, et hujus mundi rerum vanitatem. *Hæc itaque*, fratres, vobis omnibus nuptis et innuptis habeo dicendum, et ad hoc vos attentos velim. 1° *Tempus breve est.* Græc., *contractum*, id est, breve et angustum est vitæ nostræ tempus; *mors non tardat*, sed quasi fur stat in insidiis. 2° *Præterit figura;* id est, facies, species, dispositio rerum hujus mundi transitoria est, et in continuo fluxu. Torrens rerum fluit, momentis transvolantibus cuncta rapiuntur; Aug. Vel *præterit;* παράγει, quod significat etiam fallit, decipit, species, apparentia hujus mundi. Omnia igitur hujus mundi fluxa sunt et fallacia; transitoria et deceptoria. Hæc si benè penetraveritis : 1° quòd instet mors, 2° quòd omnia hujus mundi sint fluxa, 3° quòd omnia fallacia.

Reliquum est, superest, id est, hinc fiet, ut non virgines tantummodò de nuptiis contrahendis non cogitent, sed ut et ipsi conjugati, qui nuptias jam contraxerunt, sint sicut innupti : vivant ut soluti et liberi.

Vers. 30. — Et qui flent....., ob tristia scilicet et mala quæ illis acciderunt; sint quasi non flentes, et non multùm tristes, quia hæc mala brevia sunt et citò finitura. Nulla vos franget adversitas.

Et qui gaudent et læti sunt, ob prospera quæ iis contigerunt, non multùm gaudeant; quia hujus mundi bona inania sunt et fallacia. Nulla vos corrumpet, aut inflabit prosperitas.

Et qui emunt...., seu aliquid acquirunt, fiuntque divites, sint quasi nihil habeant, quia transitoria hæc bona, et ab eis statim evolatura.

Vers. 31. — Et qui utuntur... Et qui utuntur hujusmundi bonis, sint quasi non utantur. Græc., *non abutentes*. Sine affectu et adhæsione utentur, cum moderatione propter necessitatem; scientes quòd in mundo, sicut in scenis comicis, in momento vertuntur omnia. Hoc significat : præterit enim figura. Mundi figuram dixit, non substantiam : quia omnia ejus bona solo terminantur aspectu, et apparentia tantummodò sunt, et nullo subsistunt fundamento. Divus Athanasius, umbra boni, et umbra momentanea boni. Figura. Græc., χῆμα, *facies*, dispositio. Vide dicta, v. 29. Παράγει, præterit, vel etiam decipit. Vide ibidem. Omnia mundi levia sunt, et brevi avolatura; illudunt et seducunt. Talia cùm sint hujus mundi bona, inania et fluxa, transitoria et fallacia; cùm insuper mors omnes citò sit adæquatura. Hinc Apostolus vult ab omnibus concludi, quòd omnes, sive nupti, sive innupti, sive tristes et infelices, sive læti et felices, sive divites, sive pauperes, in eâdem cordis et animi debeant esse dispositione, nec esse quo se distinguant ab invicem; unumque debere curare omnes, ut Deo vacent, æternaque bona comparent : hæc quippe vera, solida, æterna.

Vers. 32. — Volo autem vos sine sollicitudine

quam, homini sit bonum sic esse, scilicet in virginitate.

Vers. 27, 28. — *Alligatus es uxori....? Si autem acceperis uxorem, non peccâsti : et si nupserit virgo*, habilis scilicet ad nubendum, puta libera et innupta, nec Deo consecrata. Ita Theodoretus, Photius, et S. Hieronymus. Talis nubendo, *non peccavit.*

Tribulationem tamen carnis habebunt hujusmodi. Aperientes sibi per conjugii copulam dolorum officinam, inquit S. Basilius, lib. de S. Virginitate. Vocat Apostolus *tribulationem carnis*, conjugii, liberorum et familiæ onera. Tribulationem ergo carnis appellat eam, quæ circa carnem et carnalia versatur, quæque carnem affligit.

Ego autem vobis parco. Ego autem vobis tanquàm filiis parco, cupiens afflictionum et molestiarum quæ nuptias consequuntur, expertes esse, ideòque continentiam suadeo.

Vers. 29. — *Hoc itaque dico, fratres, tempus breve est;* q. d. : Breve est omne hoc tempus, et imminet dies judicii : non ergo temporaneis seculi voluptatibus immoremur sed comparemus nos ad judicium.

Reliquum est, ut et qui habent uxores, tanquàm non habentes sint, ut scilicet non magnoperè rei uxoriæ afficiantur, ut animum, mentem atque amorem magis in Domino quàm uxoribus defigant. Ita Ambrosius et Anselmus.

Vers. 30. — *Et qui flent, tanquàm non flentes*, hoc est, quibus tristia accidunt, quæ sunt flendi materia, non iis admodùm commoveantur; sed patienter et æquanimiter ferant, utpote non diù duratura, seque consolentur spe vitæ futuræ.

Et qui gaudent, tanquàm non gaudentes, consideratione brevitatis ac vanitatis gaudiorum hujus mundi.

Et qui emunt, tanquàm non possidentes, perpetui nimirùm, sed tanquàm usufructuarii ad vitam.

Vers. 31. — *Et qui utuntur hoc mundo, tanquàm non utantur;* ut qui rebus hujus mundi utuntur, utantur obiter, ac velut transcursu, quantùm fert necessitas; eoque modo sint quasi non utentes.

Præterit enim figura hujus mundi. Tota hujus mundi facies et dispositio transitoria est, aliquando cessabit. Noli, ait Bernardus, amare præsentia, quæ posessa onerant, amata inquinant, amissa cruciant. *Figura*, id est, habitus, species ac status mundi fugax. Ita Ambros. et Anselm. Nota : Mundo non tribuit Apostolus formam : hæc enim solidior est et constantior; sed figuram, quæ mobilis est, fugax, evanida.

Præterit iste dies, nescitur origo secundi,
An labor, an requies. Sic transit gloria mundi.

Vers. 32. — *Volo autem vos sine sollicitudine esse,*

ESSE. Apertè ostendit quis sit scopus virginitatis : qui enim virgo est, à supervacaneis et inutilibus cogitationibus liberam habet animam; et futuram vitam, quantùm licet imitatur; Theodoretus. Et hoc volunt sequentia. Tertiam itaque rationem hic affert Apostolus, ob quam virginitas matrimonio sit præferenda, scilicet ob majorem facultatem Deum obsecrandi; quasi diceret : Vos à conjugio dehortans, et ad cælibatum exhortans, opto vos liberos à rerum inanium, et brevi perituraruin sollicitudine, ut Deo et rebus divinis vacetis liberiùs.

QUI SINE UXORE EST.... Græc., *cælebs*, curat quæ Domini, quomodò placeat Domino. Hoc unum agit, nihil aliud, aut vix aliud habet quod agat, nisi ut cogitet de Domino, illique placere studeat.

VERS. 33. — QUI AUTEM CUM UXORE EST... ; UXORATUS autem sollicitus est de rebus hujus mundi, et QUOMODO PLACEAT UXORI. Cura uxoris et filiorum, cogitatio mundi est, ait Ambrosius.

ET DIVISUS EST. Christo enim servit ad salutem, mundo ob uxorem; sicque curis divisus est et distractus. Aliter Græcus textus hodiernus et Syrus, et sanctus Chrysostomus cum suis : jungunt enim hoc verbum cum sequentibus, faciuntque sensum : Divisæ sunt mulier et virgo; seu, ut ait Syrus : Porrò differentia est inter mulierem et virginem. Sed D. Hieronymus asserit hanc lectionem non esse apostolicæ veritatis.

VERS. 34. — ET MULIER INNUPTA ET VIRGO... Idem asserit de feminino sexu, aut cælibe, aut uxorato, quod priùs dixit de masculino.

MULIER INNUPTA, et maximè VIRGO, conjugii expers, unicè studet ut placeat Deo, hoeque unum curat, UT SANCTA SIT CORPORE ET SPIRITU. QUÆ AUTEM NUPTA EST...., cogitat de rebus mundi, et studet placere marito; comit se oculis ejus, eique mores suos accommodat; sicque *et divisa est*, dùm Christo ad salutem placere studet, et mundo ob maritum. Quàm periculosa est illa divisio, ubi Deo sæpè tribuitur pars minima; potior mundo. Quàm facilius est Deo totum cor tribuere, quàm justè illud inter Deum et uxorem, aut maritum dividere!

VERS. 35. — PORRÒ HOC AD UTILITATEM..... Hoc itaque DICO *ad utilitatem* VESTRAM, id est, dùm virginitatem vobis commendo, ad vestrum profectum spiritualem aspicio : non autem LAQUEUM vobis injicere volo, necessitatem vobis imponens, quam Christus non imposuit; sed ad virginitatem vos adhorter tanquàm ad quid honestius, et quod majorem vobis facultatem præbeat Dominum sine distractione obsecrandi. Conjugati divisi sunt, et curis secularibus distracti, sicque minùs piis meditationibus et actionibus idonei : virgines verò conjugii perturbationibus liberi, faciliùs, et absque distractione Deo vacant. Græc. textus habet, *sed ad decens et benè adhærens Domino indistractè*, id est, AD ID QUOD HONESTUM EST (intellige honestius, nam et matrimonium honestum est); et ad id quod facit adhærere Domino sine distractione, seu quod majorem dat facilitatem Domino vacandi. Hoc significat, benè adhærens Domino, id est, facilè adhærens; indistractè, sine perturbatione, sine impedimento.

Nota quòd ubi Romana Biblia habent, Domino obsecrandi; Plantiniana et alia quædam habent, Dominum observandi; S. Gregorius papa, Domino observiendi : et hæ tres expositiones respondent Græcæ voci, benè adhærens : Deo enim adhæremus per obsecrationem, per observationem, per servitutem. Virginitas ergo, ex mente divi Pauli, matrimonio melior est, non tantùm ad vitandas curas et molestias temporales, ut voluit Lutherus; sed ut quis sanctior evadat, Deoque et rebus divinis faciliùs et perfectiùs vacet, ut sancti Patres docuêre, libris hâc de re pluribus conscriptis, D. Chrysostomus, Basilius, Athanasius, Hieronymus, Ambrosius, Augustinus.

Benè ergo divus Thomas in v. 25 hujus capitis ait : In virginitate permanere, bonum est; honestum propter puritatem; delectabile propter libertatem; utile propter mercedem; quia ei debetur aureola et fructus centesimus, Luc. 8. Et citans divum Augustinum in Gloss. ait : Supergreditur virginitas conditionem humanæ naturæ; per quam homines angelis assimilantur, major tamen victoria virginum quàm angelorum : angeli enim sine carne vivunt; virgines autem in carne triumphant. Vide apud Cornelium à Lapide in hunc v. 35, et in præcedenti 34, multa virginitatis encomia ex sanctis Patribus ducta, ubi et probat contra hæreticos, quòd virginitas sit virtus illustris, quâ Deus honoratur et colitur.

VERS. 36. — SI QUIS AUTEM TURPEM..... Græc., *si*

Volo, id est, velim; ut supra : Volo, omnes vos esse sicut meipsum, *sine sollicitudine*, ac consequenter in virginitate et cælibatu vivere.

Qui sine uxore est, sollicitus est quæ Domini sunt : Magnam habet opportunitatem occupandi se totum cogitatione earum rerum quæ Christi domini sunt, id est, quæ spectant ad æternam salutem.

Quomodò placeat Deo; placetur autem Christo per opera pietatis.

VERS. 33. — *Qui autem cum uxore est*, etc., in multas nimirùm curas distractus, ut uni Domino vacare non possit, sed partem Deus, partem, et potiorem, uxor et filii sibi vindicent. Ita Ambrosius.

VERS. 34. — *Et mulier innupta et virgo cogitat quæ Domini sunt*, sollicitè meditatur, et curat ea quæ Domini sunt, *ut sit sancta corpore et spiritu*, etc. *Sancta*, id est, pura et immaculata. *Virgo*, inquit Œcumen., *corpore sancta est propter castitatem; spiritu autem sancta est, propter familiaritatem cum Deo, et Spiritûs sancti inhabitationem.*

VERS. 35. — *Porrò hoc ad utilitatem vestram dico.* Ad majorem scilicet perfectionem, et profectum vestrum in spiritu et virtute cælibatum vobis consulo.

Non ut laqueum vobis injiciam, non quòd vobis imponere velim necessitatem continendi, et vos cò cogere. Ita Œcumen., Theophyl., Chrysost. *Sed ad id quod honestum est*, scilicet vos adhortans ad honestum, id est, honestiorem et meliorem vivendi conditionem in cælibatu.

Et quod facultatem præbeat vobis virginibus, *sine impedimento Dominum obsecrandi ;* q. d.: Ad id quòd assideat Deo indistractè, seu, ut in cælibatu indivulsè semper assideatis et adhæreatis Deo. Ita Theophylactus et Theodoretus, scilicet ut sit vobis facultas Dominum assiduè obsecrandi.

VERS. 36. — *Si quis autem turpem se videri existi-*

quis autem indecens esse super virginem suam existimat, etc. Syr., *si quis autem putat deridendam fore virginem suam, quòd præterierit tempus, nec dederit eam viro*, etc.; sensus ergo est : Si quis putat se, virginemque suam aliquid dedecoris subire, ex eo quòd illam nubilem, et plusquàm nubilem (Græc., *superætaneam*, id est, supra ætatem nubilem) diutiùs servet et non elocet.

Et ita oportet fieri, et putat quòd debeat illam locare, idque congruum et convenientius esse; agat prout voluerit, non peccat, si det illam nuptui. Per illud *oportet*, intellige necessitates, tum decentiæ, tum conscientiæ; decentiæ quidem, quia putat se et filiam suam despici; conscientiæ verò, quia ipse pater novit, seu ex corpore, seu ex animo puellæ, seu aliâ ex parte, quòd necesse sit illam viro tradere. Parentûm quippe, ut sapientiorum, est omnia hâc in re prudenter considerare; et hoc innuit Apostolus : non verò significat quòd possint pro suo arbitratu filiam nolentem dare nuptui.

Vers. 37. — Nam qui statuit.... Græc., *qui verò nullam habens necessitatem nec decentiæ, nec conscientiæ*, de quâ v. præcedenti, sed plenam habens libertatem faciendi quod voluerit (quia filia non obstat, sed parentûm arbitrio se permisit), ille, inquam, qui talibus in circumstantiis firmum habet in animo propositum, et maturo decrevit judicio virginem suam in virginitatis statu servare, benè et melius facit, quia dat filiæ suæ quod est optimum. Paucis verbis multa complectitur, indicatque quòd hâc in re piè, prudenter, et liberè sit agendum. 1° piè : consulendus enim Deus, ejusque voluntas quærenda; 2° prudenter : omnia consideranda; 3° liberè : voluntas præsertim et propensio filiæ attendenda. Pater qui talibus in circumstantiis filiam volentem Deo consecrat, quasi sacerdos, Deo gratum offert sacrificium : qui verò nolentem et repugnantem, pro suo tantùm arbitrio immolat; timeo ne filiæ suæ, et quoad corpus, et quoad animam, fiat tortor et carnifex.

Vers. 38. — Igitur et qui matrimonio jungit...., benè facit, quia matrimonium bonum, sanctum, à Deo institutum.

Qui non jungit, melius facit, quia virginitas matrimonio melior ac præstantior, ut ostensum est in superioribus. Virginitas est aurum; cælibatus argentum; conjugium est æramentum. Vide apud Cornelium à Lapide v. 35. Laudem virginitatis vide apud divum Thomam in Commentario, lect. 5 de Virginibus autem, etc.

Vers. 39. — Mulier alligata est legi..... Ultimum dubium, seu sexta quæstio.

An viduis liceat iterùm nubere?

Mulier quamdiù vivit ejus maritus, vincta est per legem conjugii; ita ut nec à viro suo discedere possit, nec alteri nubere. Idem intellige de viro conjugato. Insolubile ergo jugum matrimonii, solâ morte solvendum.

Quòd si dormierit, liberata est à tali lege; id est, libera est, et jus habet de se statuendi.

Cui vult nubat, tantum in Domino, id est, dummodò viro fideli et christiano. Hinc infertur, lege divinâ et apostolicâ, nuptias fidelium cum infidelibus esse prohibitas. Exempla quarumdam sanctarum mulierum in contrarium, excusantur vel ignorantiâ legis, vel interpretatione legis non obligantis in certis casibus, ait Estius.

Vers. 40. — Beatior autem erit....., si cælebs permanserit, secundum consilium, quod dedi supra et ob easdem rationes, v. 8, 31, 34.

Puto autem quòd et ego Spiritum Dei habeam. Magnæ quidem humilitatis sunt hæc verba, dùm dicit, puto : sed magnæ etiam sunt auctoritatis, dùm dicit, *Spiritum Dei habeam...*, hoc enim affirmat consilium Pauli pro Dei sententiâ amplectendum.

mat super virgine suâ, quòd sit superadulta, quasi turpe sit et indecorum, quòd illa virgo plus æquo sit superadulta. *Et ita oportet fieri*, et ita potiùs fieri debere putat pater, ut collocet illam viro in matrimonium, vel quia ipsa non vult continere.

Quod vult faciat. Filiam tradat nuptui si vult; vel servet virginem, si id malit. *Non peccat, si nubat.*

Vers. 37. — *Nam qui statuit in corde suo firmus*, etc. Qui verò inquit, stabile ac firmum habet animo propositum, nec movetur vulgi sermonibus, ut secùs faciat quàm constituit apud se; *non habens necessitatem*, scilicet præcepti, *potestatem autem habens* circa propriam voluntatem; *et hoc judicavit in corde suo*, id est, maturo judicio apud se decrevit ac statuit, *servare virginem suam* (Græcè, *ut servet*), *benè facit*, quia consilium Christi et meum adimplet.

Vers. 38. — *Igitur et qui matrimonio jungit virginem suam*, etc., id est, rem facit meliorem et præstantiorem, scilicet genere suo.

Vers. 39. — *Mulier alligata est legi*, scilicet matrimonii, ut discedere à suo viro et alii nubere non possit, *quanto tempore vir ejus vivit*, vivente viro. *Quòd si dormierit vir ejus*, id est, mortuus fuerit, mors fidelium dicitur *somnus* : ex eo enim evigilabunt in resurrectione.

Liberata est : cui vult nubat, id est, est libera ad nubendum cui voluerit, *tantùm in Domino*, id est, in Domini Ecclesiâ et christianismo. *Nubat* ergo *in Domino*, id est, nubat viro christiano. Ita Ambros., Theod., Theophyl., Anselm., Thomas, S. Augustinus.

Vers. 40. — *Beatior autem erit si sic permanserit.* Beatior autem est, si sic maneat. *Sic*, id est, sine viro. Tum hic in quietâ et sanctiore vitâ, tum in futuro majori beatitudine felicior et gloriosior erit in cœlo, ait Ambrosius, *si sic* (separata in viduitate) *permanserit.* Hinc patet consilium viduitatis, tanquàm melioris matrimonio.

Puto autem quòd et ego Spiritum Dei habeam. Nimirùm spiritum consilii, secundùm quem puto me ista fideliter suadere. Ita Anselm. et alii. Nota *et ego*, q. d. : Sicut alii apostoli, ita et ego Spiritum Dei habeo. Notat S. Aug., tract. 37 in Joan., *puto* non dubitantis esse, sed asseverantis et increpantis.

Corollarium pietatis, seu in hoc capite ad pietatem maximè notanda, et ad praxim redigenda.

Ex v. 1, 5 et 6, patet usum conjugii ab Apostolo concedi secundùm indulgentiam, propter incontinentiam, et ob vitandas impuritates. Caveant itaque conjugati, ne remedio, secundùm indulgentiam, et ob in-

firmitatem concesso, abutantur ad voluptatem, et ad ipsam incontinentiam. Remedium est : illo igitur utantur, ut remediis uti solent; in necessitate, non sine quàdam repugnantiâ, cum circumspectione et præcautione multâ, moderatè, ad sanitatem. Sit intentio pura, modus honestus, usus moderatus. De his vide fusiùs Ephes. 5, in fine.

Ex v. 5, conjugati discant apostolicam praxim, et ad quam eos invitat Ecclesia. Contineant diebus Deo specialiter sacris, orationi, jejunio, pœnitentiæ, sacræ communioni, et mysteriorum participationi destinatis.

Ex v. 10, discant conjugati, secundùm Christi Domini præceptum et exemplum, indissolubile esse conjugium. Caveant itaque ab omni divortio : caveant ne sint signa fallacia, et ideò Christi et Ecclesiæ opprobrium. Vide Epist. ad Ephes., cap. 5, in fine. Attendat omnis christianus ad v. 29, et si ibi dicta bene penetraverit, omnia transitoria facilè contemnet. Attendant parentes ad dicta v. 36, circa filiarum suarum collocationem, et ad dicta v. 37, circa earum consecrationem, ut hæc observent in utrâque.

CAPUT VIII.

1. De iis autem quæ idolis sacrificantur, scimus quia omnes scientiam habemus : scientia inflat, charitas verò ædificat.

2. Si quis autem se existimat scire aliquid, nondùm cognovit quemadmodùm oporteat eum scire.

3. Si quis autem diligit Deum, hic cognitus est ab eo.

4. De escis autem quæ idolis immolantur, scimus quia nihil est idolum in mundo, et quòd nullus est Deus, nisi unus.

5. Nam etsi sunt qui dicantur dii, sive in cœlo, sive in terrâ (si quidem sunt dii multi, et domini multi);

6. Nobis tamen unus Deus, Pater, ex quo omnia, et nos in illum; et unus Dominus Jesus Christus, per quem omnia, et nos per ipsum.

7. Sed non in omnibus est scientia : quidam autem cum conscientiâ usque nunc idoli, quasi idolothytum manducant; et conscientia ipsorum, cùm sit infirma, polluitur.

8. Esca autem nos non commendat Deo; neque enim si manducaverimus, abundabimus, neque si non manducaverimus, deficiemus.

9. Videte autem ne fortè hæc licentia vestra offendiculum fiat infirmis.

10. Si enim quis viderit eum qui habet scientiam, in idolio recumbentem, nonne conscientia ejus, cùm sit infirma, ædificabitur ad manducandum idolothyta?

11. Et peribit infirmus in tuâ scientiâ frater, propter quem Christus mortuus est?

12. Sic autem peccantes in fratres, et percutientes conscientiam eorum infirmam, in Christum peccatis.

13. Quapropter si esca scandalizat fratrem meum, non manducabo carnem in æternum, ne fratrem meum scandalizem.

CHAPITRE VIII.

1. Quant aux viandes qui ont été immolées aux idoles, nous n'ignorons pas que nous avons tous sur ce sujet assez de science; mais la science enfle, et la charité édifie.

2. Si quelqu'un se persuade savoir quelque chose, il ne sait pas même encore de quelle manière il doit savoir.

3. Si quelqu'un aime Dieu, il est connu et aimé de Dieu.

4. Quant à ce qui est donc de manger des viandes immolées aux idoles, nous savons que les idoles ne sont rien dans le monde, et qu'il n'y a nul autre Dieu que le seul Dieu.

5. Car encore qu'il y en ait qui soient appelés dieux, soit dans le ciel, soit sur la terre; et qu'ainsi il y ait plusieurs dieux et plusieurs seigneurs,

6. Il n'y a néanmoins pour nous qu'un seul Dieu, qui est le Père, duquel toutes choses tirent leur être, et qui nous a faits pour lui; et il n'y a qu'un seul Seigneur, qui est Jésus-Christ, par lequel toutes choses ont été faites, comme c'est aussi par lui que nous sommes tout ce que nous sommes.

7. Mais tous n'ont pas la science; car il y en a encore à présent qui, croyant que l'idole est quelque chose, mangent des viandes qui lui ont été offertes, et ainsi leur conscience, qui est faible, en est souillée.

8. La viande par elle-même ne nous rend pas agréables à Dieu : si nous mangeons, nous n'en aurons rien davantage devant lui, ni rien de moins, si nous ne mangeons pas.

9. Mais prenez garde que cette liberté que vous avez ne soit aux faibles une occasion de chute.

10. Car si l'un d'eux en voit un de ceux qui sont plus savants, assis à table dans un lieu consacré aux idoles, ne sera-t-il pas porté, lui qui est encore faible, à manger aussi de ces viandes sacrifiées aux idoles?

11. Et vous perdrez, par votre science, votre frère encore faible, pour qui Jésus-Christ est mort.

12. Or, péchant de la sorte contre vos frères, et blessant leur conscience qui est faible, vous péchez contre Jésus-Christ même.

13. C'est pourquoi si ce que je mange scandalise mon frère, je ne mangerai plutôt jamais de chair, pour ne pas scandaliser mon frère.

ANALYSIS

Corinthi doctiores quidam idolothyta liberiùs, et cum infirmiorum scandalo comedebant; illos D. Paulus tribus capitibus sequentibus corrigit et instruit. Et quia scientiam sibi vendicabant, eâque freti, scandalizabant infirmos : hinc illorum arrogantiam mirâ prudentiâ comprimit, tribus primis versibus hujus capitis; in quibus scientiam charitate destitutam, non tantùm inutilem, sed et ipsi scienti, et aliis noxiam esse docet.

Deinde v. 4, 5 et 6, assumit principium, quo freti doctiores illi, liberè et indifferenter idolothytis vescebantur; scilicet, idolum nihil est, quia unus tantùm Deus : idolothytis ergo nihil accidit ex eorum immolatione : ergo cibi sunt ab aliis non differentes. Hoc tanquàm verum concedit Apostolus : at non ideò comedenda cum scandalo. Etenim ait v. 7 : Hanc scientiam non habent omnes : quippe sunt inter vos multi, recenter à paganis

smo conversi; qui, antiquâ suâ de idolis et de idolothytis opinione nondùm planè rejectâ, vestro exemplo scandalizantur; et ad idolothyta contra conscientiam comedenda provocantur. Hinc eos doctos v. 9 etiam atque etiam hortatur, ut à tali scandalo caveant. Re vobis quidem inutili v. 8; tali enim comestione nec sanctiores eritis, nec abstinentiâ pejores; re verò fratribus vestris maximè perniciosâ, cùm de illorum agatur salute, v. 10.

ỳ 11 et 12, exaggerat hoc illorum peccatum : in Christum peccant.

ỳ 13. Asserit quòd ipse mallet carnem nunquàm comedere, quàm ullum è fratribus scandalizare.

PARAPHRASIS.

1. Quod spectat ad cibos immolatitios, scimus, quòd nos omnes perfectiores, sufficientem habeamus scientiam : at scientia sola inflat et reddit superbum; charitas verò proximum ædificat.

2. Si quis autem putans se aliquid scire, hinc inflatur; hic nondùm cognovit quomodò oporteat scire.

3. Si quis verò doctus Deum diligit, et ex amore Dei studet proximorum ædificationi; hic à Deo cognitus, approbatus ac dilectus est.

4. Quod spectat igitur ad immolatitios cibos; scimus quòd nihil habeant sacri, quia scimus quòd idolum nihil est, et quòd unus tantùm est Deus.

5. Licèt enim sint qui dii dicuntur, sive in cœlo, sive in terrâ; siquidem in falsâ paganorum opinione multi sunt dii, et multi domini.

6. Nobis tamen fidelibus unus tantùm est Deus : Pater æternus, ex quo omnia per creationem, et in, seu propter quem, nos : et unus nobis est Dominus Jesus Christus, per quem omnia (creata) et per quem nos et creati et redempti.

7. Sed hæc scientia non est in omnibus : sunt enim aliqui, qui in suâ conscientiâ, quam ad hoc usque tempus de idolis habent, idolothytum tanquàm immolatum et sacrum edunt; cùmque infirma sit hæc eorum conscientia, contaminatur.

8. Aliunde verò hæc esca non facit Deo gratos : neque enim ex eâ manducantes fiemus Deo gratiores, novamque gratiam acquiremus : neque ab eâ abstinentes, habebimus minus quid virtutis et meriti.

9. Cavete igitur, ne hæc vestra edendi libertas fiat infirmis occasio lapsûs et ruinæ.

10. Si quis enim infirmus viderit quem doctum in templo cum idololatris epulantem; nonne ejus conscientia, jam infirma, confirmabitur in errore suo ad comedendum idolothytum, ut idolothytum.

11. Sicque per tuam hujusmodi scientiam, quâ abuteris, peribit frater infirmus, propter quem salvandum, Christus mortuus est.

12. Et sic in fratres infirmos peccantes, infirmamque eorum conscientiam vestro imprudenti facto vulnerantes, in Christum ipsum, eorum caput, peccatis.

13. Quam ob rem, si esca fratrem meum scandalizat, eligam potiùs carnem quamcumque nunquàm manducare, quàm fratrem, manducando, scandalizare.

COMMENTARIA.

Vers. 1. — De iis autem quæ idolis sacrificantur. Græc., *de idolothytis*, id est, de immolatis idolo ἀπὸ τοῦ εἰδώλου θύειν. Idolothyta ergo sunt panis, vinum, carnes, et alii cibi idolis immolati. Quod spectat ad cibos immolatitios, scimus, id est, non ignoro; de seipso loquitur in plurali, ut alibi sæpè. Vel doctiores alloquens, eos correcturus, illis sese adjungit, ut modestiùs arguat.

Scimus quòd nos omnes perfectiores, et in fide christianâ benè instructi, sufficientem scientiam habeamus. Ita Syr., Æthiop., Arab. Et hic est sensus litteralis, sed intentus hic est qui sequitur : Non ignoro quòd vos spiritualiores, sufficientem habeatis de idolothytis scientiam : scitis enim quòd ab aliis cibis non differant, ut v. 4 dicetur; sicque necessarium non est, ut vos hâc de re doceam. Scientiam illis esse concedit : at quia abutebantur illâ, statim adjungit : Scientia inflat. Et hic incipit correctio; eorumque animi tumorem, ex scientiâ conceptum, reprimit. Illos tamen modestè corrigit, loquens in genere, nec eos specificans, ut magis prosit correctio.

Scientia, sola scilicet, et sine charitate, *inflat*, tumet, turget; seu, ut ait Syrus, reddit arrogantem.

Charitas vero ædificat, id est, aliorum saluti studet, illam promovet; dictat videndum esse non tantùm quod in se licitum est, sed quod aliis expedit.

Quasi diceret : Equidem scitis sufficienter : at quia charitas scientiæ vestræ non est adjuncta; scitis inutiliter, imò nocivè et vobis et aliis. Vobis quidem, quia hæc scientia vestra vos inflat, arrogantes reddit et superbos; aliis verò, scilicet infirmis, quibus vos, inflati scientiâ, quasi stupidis insultatis, et quos abusu scientiæ pertrahitis in peccatum, ut dicetur infra. Scientia inflans, scientia in peccatum trahens,

Vers. 1. — *De iis autem, quæ idolis sacrificantur, scimus*, quòd scilicet immolata idolis ab aliis cibis non differant, nec plus habeant numinis vel religionis, ut quidam vestrûm, ô Corinthii, persuasi videntur. Vide Chrysost. *Quia omnes* (benè et plenè in fide Christi instituti) *scientiam* (id est, sufficientem rerum christianarum cognitionem) *habemus*, ex quâ scimus idolothyta esse adiaphora.

Scientia inflat, q. d. : Scientia hæc vestra quâ scitis idola nihil esse, et consequenter licitum idolothytis vesci, iisque vescimini cum scandalo ignorantium hoc : hæc, inquam, scientia facit vos superbire contra ignorantes, eosque despicere.

Charitas verò ædificat, scilicet infirmos et ignaros : ut eos in fide et pietate christianâ contineat et promoveat. Id enim est ædificare, proximos ad salutem pro-

scientia dæmonum est, non pastorum. Væ ergo tali scientiæ, quia diabolica. Væ talitER scienti, quia ipse dupliciter portabit judicium; et pro suis et pro alienis peccatis delictis. Benè et congruè D. Thomas hic: Ægyptiorum, id est, sapientium hujus mundi, hæc fuit plaga, scilicet vesicæ turgentes, de quibus Exod. 9. At speciatim doctoribus scientiâ turgentibus convenit, quod de maleficis Ægyptiis dicitur ibidem v. 11: *Nec poterant malefici stare coram Moyse, propter ulcera*, seu vesicas, *quæ in illis erant*. Nec sibi, nec aliis proderant ob vesicas. Sic doctor turgidus sibi et aliis inutilis, quin et noxius.

Vers. 2. — Si quis autem se existimat... Græc., non est *se;* sed subauditur. Si quis putans se aliquid scire, ideò inflatur, et in suâ sibi scientiâ complacet; eamque ad aliorum salutem non refert; hic nondum cognovit quomodo oporteat scire, scilicet cum humilitate et cum charitate. Illos rursùs humiliat ut corrigat, sed semper in tertiâ personâ loquens, ob rationem superiùs datam.

Si quis autem... quasi diceret, etsi rem sciatis, quoad substantiam; modum tamen benè sciendi nescitis: sicque imperfectam tantùm scientiam habetis.

Observatio moralis.

Quis autem sit bonus sciendi modus, seu quid sit scire quomodò oportet. Ex D. Pauli verbis superioribus colligi potest, scilicet, sine inflatione; seu cum humilitate; sine aliorum scandalo, seu cum ædificatione. Itaque humilitas et charitas duo sunt modi benè sciendi. Ad habendum utrumque, recordare semper principii et finis scientiæ. Principium Deus, Pater luminum, à quo omne lumen. Hinc humilitas: *Quid habes quod non accepisti.* Finis, Dei gloria, salus proximi. Hinc charitatis exercitium: Non mihi propter me data est scientia, sed propter ædificationem aliorum: *Luceat lux vestra coram hominibus.* De doctoribus dicendum quod de divitibus; sicut hi divitiarum non sunt domini, sed depositarii; ita docti, scientiæ non sunt proprietarii, sed depositarii; illis pro aliis data est, illam debent communicare ad aliorum ædificationem, non illam appropriare sibi, aut ad aliorum scandalum uti.

D. Thomas ex D. Bernardo ait: Modus sciendi est, ut scias quo ordine, quo studio, quo fine, scire quæque oportet. Quo ordine, ut id priùs, quod maturius ad salutem; quo studio, ut id ardentiùs, quod efficacius est ad amorem; quo fine, ut non ad inanem gloriam, vel curiositatem, vel aliquid simile, sed ad ædificationem tui et proximi. Sunt namque, qui scire volunt eo fine tantùm, ut sciant, et curiositas est; quidam ut sciantur, et vanitas est; quidam ut scientiam vendant, et turpis quæstus est; quidam ut ædificentur, et prudentia est; quidam ut ædificent, et charitas est; D. Bern., serm. 36. Bonæ autem scientiæ fructum disce ex versu sequenti.

Vers. 3. — Si quis autem diligit... Humiliat Paulus ut erigat; corrigit ut perficiat: hinc ut hos et omnes alios excitet ad benè sciendum, et scientiâ meliùs utendum, docet eos bonæ scientiæ fructum; scilicet, Deo gratum efficere. Quasi diceret: *Si quis*, charitate junctâ scientiæ, Deum et proximum diligit: ita ut scientiâ suâ ad Dei gloriam et proximi salutem utatur; hic Deo gratus, et in hoc complacet sibi Deus. Quale discrimen inter scientiam et scientiam! Si quis scientiam habet sine charitate, hic Deum novit quidem, sed à Deo ignotus est. *Nunquàm novi vos*, ait multis malis prophetis et doctoribus, Matth. 7, v. 13. Si quis autem scientiam habet cum charitate, hic et Deum novit, et a Deo cognitus et dilectus est: in hoc complacet sibi Deus. Sicut in Verbo divino, Spiritûs sancti comprincipio, complacet sibi Pater æternus. Sic à proportione, in doctore, charitatis promotore, complacet sibi Deus. Tales igitur estote, doctores: charitatem scientiæ adjungite; et ex amore Dei proximum ædificate: ne dicatur vobis: *Non novi vos*, sed ut audiatis: *Venite, benedicti, dilecti*, etc.

Vers. 4. — De escis autem... Superioribus, quasi per parenthesim, contra vanam scientiam dictis, redit ad propositum, exponitque scientiam, de quâ doctiores illi gloriabantur, et quâ abutebantur cum infirmiorum scandalo. Quod spectat igitur ad immolatitios cibos;

Scimus, non vos soli scitis; scimus sicut et vos, hocque sciunt in fide benè instructi.

Scimus, scilicet quòd ab aliis cibis non differant, nihil sacri aut religionis traxerint ex immolatione; quia *scimus quòd* idolum nihil est. Quidquid sit quoad materiam, nihil est quoad formam, seu repræsentationem; nihil numinis habet et repræsentat; imago falsa, et rei falsæ est. Figura, seu idolum Jovis, ut Dei, v. g., nihil est, quia reverà Jupiter non est Deus: idolum ergo nihil est, non est quod repræsentat, non est Deus. Scimus et quòd unus tantùm Deus est, non verò plures dii: hinc etiam *idolum nihil est;* non est Deus, quoniam idola multa: Deus autem unus. Ad vitandam hæreticorum fraudem, qui imaginem cum idolo confundunt, ut ex Scripturis probent imagines vetari; nota quòd ex divo Thomâ, hic, imago, seu simulacrum, est similitudo alicujus rei naturalis. Ido-

movere, cui è contrario opponitur scandali peccatum, quo proximus destruitur, hoc est, damno salutis afficitur.

Vers. 2. — *Si quis autem se existimat scire aliquid*, etc., id est, qui putans se aliquid scire inde inflatur, hic necdùm scit quis sit finis, usus et modus scientiæ, videlicet, ut per scientiam non superbias, prosis quibus possis, nemini obsis, neminem scandalizes: et sic à Deo agnoscaris et ameris.

Vers. 3. — *Si quis autem diligit Deum*, et propter Deum proximum: ut eum idolothytorum esu, aliâve re non scandalizet, sed ædificet, *hic cognitus est ab eo*, id est, hic à Deo approbatus et dilectus est, in hujus scientiâ complacitum est Deo.

Vers. 4. — *De escis autem quæ idolis immolantur, scimus quia nihil est idolum in mundo*, q. d.: Non est id quod existimatur et quod repræsentat, non est Deus. Unde explicans subdit: *Et quòd nullus est Deus nisi unus*, q. d.: Idolum nihil est, id est, nihil tale est quale præ se fert, quia nihil habet numinis. Ma-

lum autem nullius rei similitudo. Vel idolum est similitudo rei falsæ, v. g., similitudo vel repræsentatio Jovis ut Dei, qui non est Deus. Imago autem est rei veræ, quales sunt omnes imagines sacræ, de quibus vide Bellarminum, lib. 2 de Imaginibus, cap. 5.

Vers. 5. — Nam etsi sunt qui dicantur dii, scilicet à gentibus idololatris, sive in cœlo, astra, etc.; sive in terra, reges.

Siquidem apud ipsos sunt dii multi, in falsâ illorum opinione, et domini multi. Græci deos cœlestes appellabant Jovem, Apollinem, Junonem, etc.; terrenos, Herculem, Bacchum et Æsculapium, Nymphas, etc.; Theodoretus.

Vers. 6.—Nobis tamen... fidelibus et rectè sentientibus, *unus tantùm est Deus.*

Pater æternus, ex quo, tanquàm primo principio, et omnis entis fonte, omnia per creationem;

Et nos in illum, seu propter illum, ad illius gloriam et obsequium. Sicut nostrum est primum principium; sic et noster ultimus finis est, ad quem, per fidem tendimus; nostrum est specialiter summum bonum.

Et unus Dominus Jesus Christus, per quem, ut Verbum, omnia creata; et nos per ipsum, ut Deum hominem redempti. Sicut per ipsum, Deus mundum creavit; sic per ipsum, Deus mundum reparavit. Hinc duplici ratione ex Deo sumus per Filium; et quòd cùm non essemus, facti sumus; et quòd redempti sumus, reparati et facti fideles, seu nova creatura. Fidem nostram hìc non explicat Apostolus, sed eam summariè opponit infidelium erroribus: Apud infideles, inquit, multi sunt dii, et domini multi.

Nobis autem fidelibus est *unus tantùm Deus, et unus tantùm Dominus.* Nota autem cum S. Chrysostomo, Theodoreto, et aliis Patribus, quòd dii et domini; Deus et Dominus, hìc æqualem vim habeant. Cùm ergo dicit: *Unus est Deus, Pater, et unus Dominus Jesus Christus*, per primum non excludit Filium et Spiritum sanctum, sed tantùm falsos deos. Per secundum non excludit Patrem et Spiritum sanctum, sed falsos dominos. Excludit solùm deorum et dominorum apud nos multitudinem, ait D. Chrysostomus. Nominatur autem in primo Pater, quia fons est divinitatis, et esse divinum aliis communicat personis. Hinc *ex quo omnia*, non tantùm quæ sunt ab eo diversa; sed et Filius, et Spiritus sanctus procedunt. Solus autem Filius, Jesus Christus, dicitur Dominus, quia jure redemptionis nostræ, pretio sanguinis sui, noster Dominus est. Sed reipsà sicut Pater est Dominus; sicut et Spiritus sanctus est Dominus: ita Filius et Spiritus sanctus est Deus.

Nobis tamen *est unus Deus, et unus Dominus* essentialiter. Videatur D. Chrysostomus, Theodoretus, Theophylactus, qui mirantur hìc divi Pauli prudentiam, eò quòd Corinthiorum infirmiorum, et recenter ab errore conversorum, imbecillitati parcat.

Vers. 7. — Sed non in omnibus est scientia. Concedit Apostolus, hoc quidem esse verum; scilicet, quòd idolum nihil, et quòd idolothytis nil religionis ex immolatione adveniat; et consequenter cibi sunt, ab aliis non differentes; hoc scimus, sicut et vos; hoc sciunt omnes spirituales et perfecti. Sed non ideò licet vobis indifferenter et passim idolothytis vesci. Quia non est in omnibus hæc scientia, non sciunt omnes quod nos scimus, idolum nihil esse, et idolothytis nihil advenire.

Quidam autem cum conscientia usque nunc..., id est, sunt enim nonnulli, qui cum opinione, quam usque nunc conservant de idolo, nimirùm quòd aliquid numinis, seu vim aliquam habet: et cum hâc opinione et conscientiâ, idolothytum ut idolothytum, seu ut quid sacrum comedunt; scilicet eâdem conscientiâ quâ gentes.

Et conscientia ipsorum cum sit infirma, id est, et quia infirma est et erronea eorum conscientia; hoc errore suo polluitur per idolothytorum comestionem.

Vers. 8. — Esca autem nos non commendat Deo... Aliunde verò hæc esca nos Deo gratos non facit; nihil facit ad pietatem, quâ Deo placeamus: neque enim ex eâ manducantes, fiemus apud Deum meliores, seu gratiam acquiremus: neque ab eâ abstinentes, minùs quid habebimus virtutis et meriti; non deficiemus. Ut quid ergo appetitis illam, vobis quidem inutilem; fratribus verò infirmis nocivam. Nota quòd Paulus agat de escâ idolothytorum, et de hâc abstinentiâ: non autem de abstinentiâ, quæ fit per pœnitentiam; sicque nihil hinc contra Ecclesiæ doctrinam et praxim de jejunio. Non virtus escæ, sed virtus abstinentiæ prodest, ait divus Thomas; id est, temperantia, obedientia, religio.

terialiter est lignum, formaliter nihil: quia imago est falsa rei, sive Dei qui non est: ac consequenter idolothytum, quà tale, nihil est, id est, nihil habet numinis vel sanctitatis ex idolo, cui est oblatum.

Vers. 5, 6. — *Nam etsi sunt qui dicantur dii* à pagaris, et apud eos sunt dii et domini multi, ut sequitur, dii, inquam, tam cœlestes, uti sol, luna, stellæ; quàm terrestres, ut Jupiter, Apollo, Hercules;

Nobis tamen unus Deus, Pater, ex quo omnia, et nos in illum, in illius scilicet gloriam et cultum creati sumus.

Vers. 7. — *Et unus Dominus Jesus Christus, per quem omnia, et nos per ipsum*, scilicet creati et redempti sumus: *sed non in omnibus est scientia*, jam dicta, quòd idolum et idolothytum nihil sit. Nam, ut sequitur: *Quidam autem cum conscientiâ idoli*, ex erroneâ conscientiâ putantes quòd idolum habeat aliquid divinitatis, *quasi idolothytum manducant*, id est, cum reverentiâ quasi venerandum, quòd numini in idolo latenti sit oblatum et sanctificatum. Ita Anselmus.

Et conscientia ipsorum, cùm sit infirma, non plenè in fide instructa circa idolothyta, *polluitur*, quia contra conscientiam, aliorum exemplo manducant idolothyta. Ita Chrysostomus.

Vers. 8. — *Esca autem nos non commendat Deo.* Q. d.: Idolothytorum, vel aliorum ciborum esus per se nihil facit ad pietatem, quâ Deo placeatur: *neque enim si manducaverimus* (idolothyta) *abundabimus*, scilicet virtute, merito et gratiâ, quæ nos commendet apud Deum. Ostendit quàm escæ sint res viles et exiles, ideòque omittendæ ob scandalum, et postponendæ ædificationi proximorum. Ita Anselm

Vers. 9. — Videte autem ne forte hæc... Itaque cavete, ne hæc vestra libertas indifferenter ex eis comedendi, sit infirmis occasio lapsûs et ruinæ. Non negat, imò concedit licitum esse comedere : sed videte ne vestro jure et libertate abutamini.

Vers 10. — Si enim quis viderit eum.... Explicat quod in superiori versu dixit, *si enim quis* infirmus, recens à paganismo ad Christum conversus (quales tunc multi), *viderit eum*; Græc., *habentem scientiam*, id est, qui scit idolothytum non esse sacrum. Si, inquam, viderit hunc doctum in templo, vel in mensâ, idolo consecratâ, cum idololatris epulantem et de idolothytis comedentem. Mos gentilium, sicut et Judæorum, erat victimas, utpote sacras, in templo vel in loco templis vicino comedere.

Nonne conscientia ejus, infirmi scilicet, hoc tuo exemplo provocabitur ad comedendum idolothyta, hocque contra conscientiam, quæ dictat illi hoc non licere. Supponitur erronea, ut dictum est. Hoc factum graviùs culpabit capite decimo, v. 20, 21, mensam appellans dæmoniorum.

Ædificabitur ad manducandum. Syr., *confirmabitur*. Theophylactus, magis stabilietur, intellige, in errore suo, seu ad comedendum idolothytum, ut idolothytum, supra. Hinc disce quòd scandalum sit inordinata constructio; seu, ut ait Tertullianus, scandalum, non bonæ rei, sed malæ exemplum est, ædificans ad delictum, lib. de Vel. virg., cap. 3.

Vers 11. — Et peribit infirmus in tua scientia... Sicque per tuam hujusmodi scientiam, quâ contra charitatem abuteris, *peribit* frater *infirmus*, peccans scilicet et Deum offendens; propter quem Christus Dominus mortuus est, ut illum à peccatis erueret. Peribit etiam, quia tuo exemplo scandalizatus, in persecutionis tempore sacrificabit idolis ; sicque per tuam scientiam excidet à salute is pro quo salvando Christus mortuus est.

Vers. 12. — Sic autem peccantes in fratres... scilicet infirmos, quos scandalizatis, et quodam modo vulneratis vestro imprudenti facto, in Christum ipsum peccatis ; tum quia quem redemit Christus, vos perditis ; sicque mortis ejus fructum destruitis ; tum quia Christus, omnium fidelium caput, arrogat sibi factum quidquid uni ex minimis fratribus fit : quia ejus membra ; Matth 15, 40. Sunt itaque quatuor crimina, eaque maxima, ait D. Chrysostomus, quòd et frater et infirmus, et cujus Christus tantam habuit rationem, ut etiam pro eo sit mortuus ; et quòd propter cibum perit. Exaggerat etiam verbum percutientes, seu verberantes, et infirmum. Quid sævius quàm infirmum et ægrotantem verberare? est tamen quovis vulnere gravius scandalizare, seu offensionem dare. Vide D. Chrysostomum. Percutis infirmum, inhumanitas est ; percutis Christum, impietas est ; destruis quod ipse proprio ædificavit sanguine, occidis quod suâ morte vivificavit, immanitas est ; Pater Georgius Ambianus.

Vers. 13. — Quapropter si esca... Quam ob rem, ne sic in Christum, et in fratres peccem, eligam potiùs totâ vitâ ab omnibus prorsùs, etiam licitis carnibus abstinere, quàm ut scandalum quoquo modo cuiquam objiciam. In tantùm charitati studendum docet, ut licita pro illicitis habeantur, ne obsint fratri, ait Ambrosius. Hæc opportunè nobis dici possunt, qui salutem proximi despicimus, et illa satanica verba dicimus : Quid curo an iste offendatur, aut ille pereat ? Est illud crudelitatis et inhumanitatis. Divus Chrysostomus, qui hanc moralitatem egregiè prosequitur in eos qui fratres suos despiciunt, ob conditionum vilitatem. Quò quis Christo et apostolis similior, eò magis christianus et frater noster est : tales autem sunt conditione humiles et pauperes. Vide hic D. Chrysostomum. Nota quòd Apostolus hanc de idolothytis quæstionem non absolvit, sed illam perficiet cap. 10, v. 20, 21, etc.

Neque, si non manducaverimus, deficiemus. Sic vulgò dicimus : Sive ad convivium hoc vocer, sive non, non ideò saturabor vel esuriam, non ideò pinguior ero vel macrior, ditior vel pauperior.

Vers. 9, 10. — *Videte autem ne fortè hæc licentia vestra* (comedendi idolothyta) *offendiculum fiat infirmis... Si enim quis viderit eum qui habet scientiam* (idolothytum nihil esse) *in idolio recumbentem*, etc. *In idolio*, id est, inquit Erasmus, in epulo idolorum. Secundò, propriè *in idolio*, id est, in templo, vel mensâ idolis consecratâ. Nam ibi accumbebant comesturi idolothyta : tales enim epulas, utpote sacras, in templo instrui solere docet Herodotus in Clio. Sic enim et Judæi victimas pacificas comedebant in atrio templi. Deuter. 16. Hinc Syrus hic vertit : *Si quis te viderit accumbentem inter idola.* Unde patet, idolothyta edere in idolio, non tantùm esse malum propter scandalum, sed etiam per se, quia est professio idololatriæ. Nota *ædificabitur*, id est, provocabitur, erigetur, ut comedat idolothyta, quasi sacra, et quasi quid gratiæ inde accepturus. Alii *ædificabitur*, inquiunt, id est, provocabitur, ut contra conscientiam, quâ putat cibum idolo oblatum ab eo esse afflatum et contaminatum, indeque se contaminandum, eum manducet.

Vers. 11. — *Et peribit infirmus in tuâ scientiâ frater*, etc. : Et peccabit frater infirmus comedendo idolothytum, quo putat edentem coinquinari, proindeque rem illicitam facere : et peccando peribit, per tuam scientiam, quâ, dùm tum malè uteris, præstas illi peccandi occasionem ; eumque perdis quem Christus in tantum dilexit, ut pro ejus salute mortem oppetere non dubitârit.

Vers. 12. — *Sic autem peccantes in fratres, et percutientes* (scandalizantes et per scandalum vulnerantes) *conscientiam eorum infirmam*, etc. Christus enim sibi factum arrogat, quod uni ex minimis suis factum fuerit, Matth. 25. Rursùm qui scandalizant proximum, in Christum peccant, quia Christi fabricam, puta proximorum probitatem et salutem, quam Christus suo sanguine construxit, malo suo exemplo destruunt et evertunt.

Vers. 13. — *Quapropter si esca scandalizat fratrem meum*, etc. Verbum *scandalizare*, pro eo quod est offendiculo esse, et peccandi occasionem præbere. *Hoc magistri*, inquit Chrysostomus, *optimi est officium, suo exemplo docere quæ præcipit.* S. Basilius, in Regulis brevioribus, reg. 64, ait, eò scandalum esse majus, quò is qui illud dat majori scientiâ aut gradu præditus est, additque quòd Deus de manu ejus sanguinem peccantium, qui illius malum exemplum sequuntur, requiret et reposcet.

Corollarium pietatis, seu in hoc capite ad pietatem maximè notanda, et ad praxim redigenda.

Ex primis versibus tria nota circa scientiam. Primum quòd scientia sola, seu sine charitate, inflat: et ideò inutilis, imò nociva scienti et aliis. Scientia dæmonum est, trahens ad peccatum. Tales docti similes sunt Ægyptiorum sapientibus, qui ob vesicas, nec sibi, nec aliis proderant. Vide v. 1. Secundum, quòd è contra scientia cum charitate, et scienti et aliis utilissima; in tali doctore, alios ad amorem Dei promovente, Deus sibi complacet, sicut in Verbo divino, Spiritûs sancti comprincipio. Vide v. 2. Tertium, quis sit bonus sciendi modus, scilicet cum humilitate et charitate; vide v. 2; et ad utramque conducentia; ibidem vide.

Ex versibus 11 et 12, nota quàm grave sit infirmorum scandalum, et quàm offensivum Christi, et ideò quanto studio vitandum.

Ex v. 13, quòd nullius sit despicienda salus, ob conditionis vilitatem. Quò quis pauperior, et conditione vilior, eò est Christo et apostolis similior: ergo eò magis christianus, nosterque in Christo frater.

CAPUT IX.

1. Non sum liber? non sum apostolus? Nonne Christum Jesum Dominum nostrum vidi? nonne opus meum vos estis in Domino?

2. Et si aliis non sum apostolus, sed tamen vobis sum; nam signaculum apostolatûs mei vos estis in Domino.

3. Mea defensio apud eos qui me interrogant, hæc est:

4. Numquid non habemus potestatem manducandi et bibendi.

5. Numquid non habemus potestatem mulierem sororem circumducendi, sicut et cæteri apostoli, et fratres Domini, et Cephas?

6. Aut ego solus et Barnabas, non habemus potestatem hoc operandi?

7. Quis militat suis stipendiis unquàm? quis plantat vineam, et de fructu ejus non edit? quis pascit gregem, et de lacte gregis non manducat?

8. Numquid secundùm hominem hæc dico? et an lex hæc non dicit?

9. Scriptum est enim in lege Moysi: Non alligabis os bovi trituranti. Numquid de bobus cura est Deo?

10. An propter nos utique hoc dicit? Nam propter nos scripta sunt: quoniam debet in spe, qui arat, arare, et qui triturat, in spe fructûs percipiendi.

11. Si nos vobis spiritualia seminavimus, magnum est si nos carnalia vestra metamus?

12. Si alii potestatis vestræ participes sunt, quare non potiùs nos? sed non usi sumus hâc potestate; sed omnia sustinemus, ne quod offendiculum demus Evangelio Christi.

13. Nescitis quoniam qui in sacrario operantur, quæ de sacrario sunt, edunt, et qui altari deserviunt, cum altari participant?

14. Ita et Dominus ordinavit iis qui Evangelium annuntiant, de Evangelio vivere.

15. Ego autem nullo horum usus sum. Non autem scripsi hæc ut merita fiant in bonum; est enim mihi magis mori, quàm ut gloriam meam quis evacuet.

16. Nam si evangelizavero, non est mihi gloria: necessitas enim mihi incumbit: væ enim mihi est si non evangelizavero!

17. Si enim volens hoc ago, mercedem habeo; si autem invitus, dispensatio mihi credita est.

18. Quæ est ergo merces mea? Ut Evangelium præ-

CHAPITRE IX.

1. Ne suis pas libre? ne suis-je pas apôtre? N'ai-je pas vu Jésus-Christ notre Seigneur? N'êtes-vous pas vous-même mon ouvrage en notre Seigneur?

2. Et quand je ne serais pas apôtre à l'égard des autres, je le suis au moins à votre égard; car vous êtes le sceau de mon apostolat en notre Seigneur.

3. Voici ma défense contre ceux qui m'interrogent sur ma mission:

4. N'avons-nous pas le pouvoir de manger et de boire?

5. N'avons-nous pas le pouvoir de mener partout avec nous une femme sœur, comme font les autres apôtres, les frères de notre Seigneur, et Céphas?

6. Serions-nous donc seuls, Barnabé et moi, qui n'aurions pas le pouvoir d'en user de la sorte?

7. Qui est-ce qui va jamais à la guerre à ses dépens? qui est-ce qui plante une vigne, et n'en mange point du fruit? ou qui est le pasteur d'un troupeau, qui ne mange point du lait du troupeau?

8. Ce qui se dit ici n'est il que selon l'homme? Et la loi ne le dit-elle pas elle-même?

9. Car il est écrit dans la loi de Moïse: Vous ne tiendrez point la bouche liée au bœuf qui foule les grains. Or Dieu se met il en peine de ce qui regarde les bœufs.

10. Et n'est ce pas plutôt pour nous-mêmes qu'il a fait cette ordonnance? Oui, sans doute, c'est pour nous que cela a été écrit; en effet celui qui laboure doit labourer avec l'espérance de recueillir, et celui qui bat le grain doit espérer d'y avoir part.

11. Si nous avons semé en vous des biens spirituels, est-ce une grande chose que nous recueillions de vos biens temporels?

12. Si d'autres usent de ce pouvoir à votre égard, pourquoi n'en userons-nous pas plutôt qu'eux? Mais nous n'avons point usé de ce pouvoir; et nous souffrons au contraire toutes sortes d'incommodités, pour n'apporter aucun obstacle à l'Evangile de Jésus-Christ.

13. Ne s'avez vous pas que les ministres du temple mangent de ce qui est offert dans le temple, et que ceux qui servent à l'autel ont part aux oblations de l'autel?

14. Ainsi le Seigneur a aussi ordonné à ceux qui annoncent l'Evangile de vivre de l'Evangile.

15. Pour moi néanmoins, je n'ai usé d'aucun de ces droits; et encore maintenant je ne vous écris point ceci, afin qu'on en use ainsi envers moi, puisque j'aimerais mieux mourir que de souffrir que quelqu'un me fît perdre cette gloire.

16. Car si je prêche l'Evangile, ce ne m'est point un sujet de gloire, puisque je suis obligé nécessairement à ce ministère: et malheur à moi si je ne prêche pas l'Evangile!

17. Si je le prêche de bon cœur, j'en aurai la récompense; mais si je ne le fais qu'à regret, je dispense seulement ce qui m'a été confié.

18. Quelle est donc ma récompense? En prêchant

dicans, sine sumptu ponam Evangelium, ut non abutar potestate meâ in Evangelio.

19. Nam cùm liber essem ex omnibus, omnium me servum feci, ut plures lucrifacerem.

20. Et factus sum Judæis tanquàm Judæus, ut Judæos lucrarer;

21. Iis qui sub lege sunt, quasi sub lege essem (cùm ipse non essem sub lege), ut eos qui sub lege erant lucrifacerem. Iis qui sine lege erant, tanquàm sine lege essem (cùm sine lege Dei non essem, sed in lege essem Christi), ut lucrifacerem eos qui sine lege erant.

22. Factus sum infirmis infirmus, ut infirmos lucrifacerem. Omnibus omnia factus sum, ut omnes facerem salvos.

23. Omnia autem facio propter Evangelium, ut particeps ejus efficiar.

24. Nescitis quòd ii qui in stadio currunt, omnes quidem currunt, sed unus accipit bravium? Sic currite ut comprehendatis.

25. Omnis autem qui in agone contendit, ab omnibus se abstinet; et illi quidem ut corruptibilem coronam accipiant; nos autem incorruptam.

26. Ego igitur sic curro, non quasi in incertum; sic pugno, non quasi aerem verberans;

27. Sed castigo corpus meum, et in servitutem redigo, ne fortè, cùm aliis prædicaverim, ipse reprobus efficiar.

de telle sorte l'Evangile, que je le prêche gratuitement, afin de ne jamais abuser du pouvoir que j'ai dans la prédication de l'Evangile.

19. Car étant libre à l'égard de tous, je me suis rendu serviteur de tous, pour gagner à Dieu plus de personnes.

20. Et j'ai vécu avec les Juifs comme Juif, pour gagner les Juifs;

21. Avec ceux qui sont sous la loi comme si j'eusse encore été sous la loi, quoique je n'y fusse pas assujéti, pour gagner ceux qui sont sous la loi; avec ceux qui n'avaient point de loi, comme si je n'en eusse point eu moi même (quoique j'en eusse une à l'égard de Dieu, ayant celle de Jésus-Christ), pour gagner ceux qui étaient sans loi.

22. Je me suis rendu faible avec les faibles, pour gagner les faibles : je me suis fait tout à tous, pour les sauver tous.

23. Or, je fais toutes choses pour l'Évangile, afin d'en être participant.

24. Ne savez-vous pas que, quand on court dans la carrière, tous courent, mais un seul remporte le prix? Courez donc de telle sorte que vous remportiez le prix.

25. Or, tous les athlètes gardent en toutes choses une exacte tempérance, et cependant ce n'est que pour gagner une couronne corruptible, au lieu que nous en attendons une incorruptible.

26. Pour moi je cours, et je ne cours pas au hasard. Je combats, et je ne donne pas des coups en l'air.

27. Mais je traite rudement mon corps, et je le réduis en servitude, de peur qu'ayant prêché aux autres, je ne sois réprouvé moi-même.

ANALYSIS.

Quibusdam à se factis, et quidem omni carnis abstinentiâ multò difficilioribus, confirmat quod docuit in capite præcedenti, omninò vitanda esse scandala, et quod ultimo versu dixit: Si esca, *etc.*

Primum Apostoli factum. Apostolus Corinthiorum cùm sit, et ideò vitæ necessaria jure potuerit ab eis exigere, maluit omnia vitæ incommoda pati, quàm hoc uti jure, ne offendiculum daret Evangelio apud eos. Secundum factum. Liber cùm sit, et sui juris, servus omnium spontè factus est, ut omnes Christo lucrifaceret. Concludendum eis relinquit, quòd si Paulus tanta passus est et fecit pro vitando infirmorum scandalo, et pro omnium salute procurandâ, quidni et ipsi aliquid, easdem ob causas, patiantur et faciant?

Itaque primis tribus versibus suum apud eos apostolatum breviter stabilit.

℣ 4. *Duo apostolatûs jura, non minùs sibi, quàm aliis apostolis debita, exponit. Jus alimenta ab ipsis exigendi, probat variis argumentis à v.* 7 *ad v.* 14.

℣ 15. *Hoc jure non est usus, nec vult uti, ne, ut dixit v.* 12, *offendiculum det Evangelio. Tacitè, sed efficaciter hoc dicit Corinthiis : Hinc discite, saltem à re vobis inutili, scilicet ab idolothyto abstinere, ne scandalizetis infirmos.*

℣ 19. *Liber cùm sit, omnium servus factus est. V.* 20, 21, 22, *varios assignat servitutis suæ modos.*

℣ 23. *Id facit propter Evangelium, et ut præmii ab eo promissi sit particeps. Hoc efficaciter dicit Corinthiis : Et vos, eamdem ob causam, studete omni modo proximi salutem procurare, et vestram operari : et ut ad hoc eos efficaciùs excitet, suæ charitatis exemplo adjungit similitudinem maximè appositam et congruentem. V.* 24. *Vita christiana stadium est, in quo currimus quidem omnes : non tamen omnes, sed qui legitimè currunt, coronam reportant : ergo sic currite, ut apprehendatis eam.*

℣ 25. *Docet modum coronam reportandi per abstinentiam, per laborem, per vim sibi faciendam ; denique se proponit exemplum, et exemplo suo docet modum benè currendi, et pugnandi*

PARAPHRASIS.

1. An non ego liber sum? An non ego sum apostolus? (Quid mihi deest ad apostolatum?) Nonne Dominum nostrum Jesum Christum vidi, et ab eo missus sum? Nonne per Evangelium in Christo vos genui?

2. Et sanè, licèt aliis non essem apostolus, sum tamen et quidem indubitatus vester apostolus : quia vosipsi, vestraque conversio certum et authenticum estis apostolatûs mei testimonium.

3. Et consequenter apologia, et defensio mea apud eos, qui de apostolatu meo dubitantes, de eo me interrogarent.

4. (Cùm ergo vester sim apostolus) numquid jus consequenter habeo cibum, potum, aliaque necessaria à vobis exigendi?

5. Nonne et jus habeo, quod habent alii apostoli et cognati Domini, et quo utitur ipse Petrus, scilicet aliquam matronam christianam nobiscum ducendi,

quæ ut soror nobiscum vivens, de nobis prædicantibus curet?

6. Aut fortè solus ego et Barnabas hoc jus (ex Evangelio vivendi, et piam mulierem nobiscum ducendi) non habemus?

7. Quis miles stipendiis à duce, cui militat, acceptis non vivat? Quis vinitor de vineæ suæ fructibus non comedat? Quis pastor de sui gregis lacte non pascatur?

8. Numquid ad probandum quod dico, humana tantùm mihi suppetunt argumenta? Nonne et lex divina hoc etiam dicit?

9. Scriptum est in lege, Deuter. 25 : Non occludes capistro os bovis triturantis : unde sic ratiocinor : An in hâc lege ferendâ, Deo præcipua cura est de bobus?

10. An verò debemus existimare quòd propter nos præcipuè hanc legem tulerit? Ita sanè propter nos (apostolos, aliosque Dei ministros in areâ suâ triturantes) hoc scriptum est. Quandoquidem qui arat, cum spe messis participandæ arat; et qui triturat, cum spe participandæ trituræ triturat :

11. Magnumne erit, si nos, qui spiritualia vobis seminavimus, carnalia metamus?

12. Si alii hoc in vos jure utuntur, quantò magis nos (apostoli, et patres vestri, possumus uti)? Sed nos hâc potestate non usi sumus : imò omnia inde emergentia incommoda perferimus, ne quod demus, hâc libertate nostrâ, impedimentum Evangelio apud vos promovendo.

13. Nescitis quòd qui in templo, sacra ministeria obeuntes, operantur; de templi oblationibus comedunt; et qui altari deserviunt, suas ex oblatis victimis partes accipiunt.

14. Hoc idem jus Christus dedit apostolis, et divini verbi ministris; ut scilicet Evangelium prædicantes, vivant de Evangelio.

15. Licèt autem tot sint argumenta, hoc jus mihi concedentia; nullo tamen persuasus sum, ut hâc uterer potestate : et ne putetis quòd hæc ideò scribam, ut deinceps necessaria mihi suppetantur; nec usus sum, nec in futuro uti volo hoc jure : ego fame perire malim, quàm ut quis inanem et vacuam reddat gloriam meam.

16. Quæ est illa gloria mea? An Evangelii prædicatio? non : quia quoad rem mihi necessaria est, ob præceptum Domini : ita ut maledictionem Dei incurram, si non prædicavero. (Solùm mihi restat optio circa modum prædicandi.)

17. Si enim voluntarius et gratis prædico, singularem habeo mercedem et gloriam : si verò reluctans, et non gratis, tantò mihi pejus; illâ singulari gloriâ carebo : prædicandum mihi tamen est, quia verbi prædicandi dispensatio mihi commissa est et injuncta.

18. Quæ est ergo mea singularis gloria? Si sine impensâ et gratis Evangelium prædicem; si in Evangelio prædicando non utar potestate meâ, scilicet exigendi necessaria.

19. Nam cùm ab omnibus essem liber, et mei juris; spontè omnium me servum feci, ut eò plures lucrifacerem.

20. Cum Judæis religione, seu judaizantibus, factus sum tanquàm judaizans, ut judaizantes Christo lucrarer.

21. Iis qui sub lege Mosaicâ sunt, sive Judæis, sive proselytis, legem servantibus, similem me exhibui, legem observans (licèt scirem eâ me non adstringi), ut eos lucrifacerem. Iis qui legem Mosaicam non habent, et non servant, id est, gentilibus, factus sum quasi legem non habens (licèt coram Deo sine lege non sim, quippe qui Christi legem servo), ut gentiles lucrarer.

22. Factus sum infirmis velut infirmus, ut eos lucrifacerem Christo. Uno verbo, omnibus omnia factus sum, ut omnes salvos facerem.

23. Hæc autem omnia feci, et facio propter Evangelium faciliùs promovendum, et ut præmii in Evangelio promissi comparticeps efficiar, scilicet, cum aliis fidelibus.

24. (Ut autem et vos faciatis idem) cogitate quòd sicut ii, qui in stadio currunt, omnes quidem currunt : sed non omnes bravium reportant, sed ii soli qui cursum legitimè perficiunt : ita nos currimus quidem omnes, sed non omnes Evangelii præmium accipiunt : sic ergo vos in Evangelii stadio currite, ut apprehendatis palmam.

25. Cogitate et quomodò omnis, qui cursu, vel luctâ certat, abstinet ab omnibus, vires, vel velocitatem corporis impedientibus : et illi quidem, ut coronam brevi perituram accipiant; quidni et nos christiani, à multis abstineamus, quanquàm licitis, ut æternam coronam obtineamus?

26. Ego igitur in evangelico stadio sicut stadiodromus rectâ curro, totoque nisu tendo ad destinatam metam, ut palmam apprehendam : sicut pugil in Evangelii palestrâ pugno, non inaniter aerem verberans :

27. Sed certis et destinatis ictibus corpus meum, spiritûs mei adversarium, obtundo; victumque ac edomitum, ago ut servum, mihique teneo subjectum : ne fortè, cùm aliis prædicaverim, viamque salutis ostenderim, ipse salute indignus inveniar, et à Deo tanquàm reprobus ejiciar.

COMMENTARIA.

Vers. 1. — Non sum liber? non sum apostolus? Græc., inverso ordine, *non sum apostolus? Non sum liber?* et ita divus Chrysostomus, Theodoretus, Theophylactus; Syrus tamen legit sicut interpres noster.

Vers. 1. — *Non sum liber? non sum apostolus?* Dixerat Paulus in fine capitis præcedentis omninò cavenda esse scandala : et factis, omni carnis abstinentiâ multò difficilioribus, probaturus quod in ultimo Apostolus in hoc capite docturus exemplis suis, quod in præcedente verbis docuit, nimirùm omninò cavenda esse scandala : hìc, ut illud persuadeat, proponit se in exemplum, quòd tam ad cavendum scan-

versu dixit : *Si esca*, etc.; sic exorditur : An non ego sum apostolus? An non ego sum liber? Quibus interrogationibus asserit se liberum esse et apostolum. Quòd Paulus liber esset, id est, nulli mancipatus, hoc nullus unquàm negavit, ideò probatione non indiget. Quòd verò sit apostolus, quidam malevoli, et pseudoapostoli negârunt : hinc contra eos breviter, sed efficaciter apostolatum suum probat, dicens : NONNE CHRISTUM JESUM DOMINUM NOSTRUM VIDI, Act. 9, v. 5. Quasi diceret : Quid mihi deest ad apostolatum? *Nonne Dominum nostrum Jesum Christum vidi?* non mortalem quidem, sed gloriosum, et in cœlis regnantem : nonne ab eo missus sum ad evangelizandum? Vide Act. 16, v. 15. Quòd si hæc non sufficiant, sed ex opere vultis apostolatum meum dignoscere :

NONNE OPUS MEUM VOS ESTIS IN DOMINO? Nonne per prædicationem, ad fidem Domini vos converti? nonne per Evangelium in Christo vos genui?

VERS. 2. — ET SI ALIIS NON SUM APOSTOLUS... Licèt ergo aliis non essem apostolus, sanè sum indubitatus apostolus vester.

NAM SIGNACULUM APOSTOLATUS MEI..., id est, vos ipsi signaculum ESTIS apostolatûs mei, quia apostolatus meus in vobis sigillatus est. Fides Christi, quam, me prædicante, recepistis; signa et prodigia, quæ in fidei confirmationem, apud vos perpetravi; Spiritûs sancti charismata, quæ ad hoc usque tempus apud vos emicant, sigilla sunt apostolatûs mei, et mea apud eos, qui me apostolum esse negarent, apologia et defensio. Σφραγὶς, sigillum, demonstratio, ait divus Chrysostomus, seu certum veritatis signum. Per tria hæc *signaculum estis*, etc.; quasi diceret : Sicut per sigillum litteris appositum, constat eas esse veras, sinceras, authenticas, seu instrumentum authenticum; sic per signa et prodigia, quibus vestram conversionem operatus sum, et confirmavi; patet omnibus, et constat me verum esse Christi apostolum. Conversio ergo vestra certum et authenticum est apostolatûs mei testimonium, et evidens argumentum. Vos ipsi sic sigillati, quasi patentes estis meæ missionis litteræ, et consequenter mea defensio, etc.

VERS. 3. — MEA DEFENSIO... Græc., *mea apologia me inquirentibus*, id est, si qui vel dubitantes, vel negantes, vel de meo apostolatu volentes fieri certiores, me de eo interrogent, et examinent; *vos estis mea defensio*, mea apologia; vos eis produco, quasi certum et patens apostolatûs mei argumentum : quia, ut dixi, vos estis quasi patentes, authenticæ, et sigillo munitæ, missionis et commissionis meæ litteræ. Idem ferè dicit secundæ Cor., cap. 12, v. 12. Itaque et vobismetipsis, et aliis testimonium estis authenticum et demonstratio apostolatûs mei : indubitatus ergo sum apostolus, et apostolus vester. Hoc stabilito, et efficaciter probato, illis exponit apostolatûs sui jura, et privilegia duo.

VERS. 4. — NUMQUID NON HABEMUS POTESTATEM... Primum jus vitæ necessaria exigendi ab eis quibus evangelizatur. Quandoquidem vester sum apostolus, vosque opus meum in Domino : jus consequenter habeo à vobis cibum, potum, aliaque necessaria petendi.

Nota moralis.

Hoc jus commune est omnibus Ecclesiæ ministris : sed duo notent. Primum, quòd Apostolus jus suum fundet in labore, *opus meum estis*. Secundum, quòd Apostolus indicet jus necessaria exigendi. Labor apostoli; jus apostoli seu ex labore, et opere, jus edendi. Laboranti debetur alimentum; hoc jus est commune omnibus in Ecclesiâ laborantibus : et id probant omnes, quæ sequuntur, rationes. Sed non laborantibus, otiosis, nihil facientibus, quodnam jus? Sed malè agentibus, destruentibus, et scandalizantibus, quod et quale jus? Heu quot in Ecclesiâ fures domestici, et iniqui Ecclesiæ bonorum prædones! Laboranti debetur cibus, potus, vitæ necessaria; hoc jus commune est omnibus Ecclesiæ ministris laborantibus. Sed si necessariis non contenti, superflua quærant; si avari congregent divitias; si vani in vanis et luxuosis; si voluptuarii in deliciis et voluptatibus Ecclesiæ bona consumant, quodnam illis jus faciendi, quod ex se malum est, et omni jure, etiam secularibus, prohibitum? Heu! quantum, et quale væ, talibus Ecclesiæ ministris dicet Christus, qui profanis etiam dixit : *Væ vobis divitibus! væ vobis qui ridetis!...*

dalum quàm ad dandum raræ virtutis exemplum, jure suo, tot nominibus sibi debito, cesserit, nolens recipere stipendium prædicationis suæ, sed proprio labore victum sibi parans : ut Corinthii suo jure decedant, ac præsertim non vescantur idolothytis, in gratiam proximorum, etc.

Non sum liber? Non sum apostolus? Q. d. : Nonne mei juris sum, ut tanquàm Christi apostolus sumptus et alimoniam à vobis exigere et accipere possim? Hoc tamen non facio, ut ostendam quanti sit facienda proximi salus, et consequenter quàm vos scandala idolothytorum, et alia quævis vitare debeatis. Ita Chrysost.

Nonne Christum Jesum Dominum nostrum vidi? q. d. : Hinc patet me esse apostolum, quia Christum vidi, et ab eo ad evangelizandum missus sum, Act. 9 et 22.

Nonne opus meum vos estis in Domino? id est, in fide ac religione Christi, quia ego per Evangelium in Christo vos genui; vestra Ecclesia à me ædificata est, vos estis mea structura.

VERS. 2. — *Et si aliis non sum apostolus, sed tamen vobis sum.* Ac si dicat : Esto non sim aliis apostolus, at sanè negari non potest vestrum apostolum me esse.

Nam signaculum apostolatûs mei vos estis in Domino, Græcè, *sigillum*, quod haberi solet apud homines certum signum veritatis. Testimonium apostolatûs mei extat in vobis, scilicet in evangelizando, in edendis miraculis, in labore et periculis, quæ vel suscepi, vel feci apud vos ad vestram conversionem : quibus quasi sigillis divinis consignavi, confirmavi et corroboravi apostolatum meum.

VERS. 3. — *Mea defensio apud eos qui me interrogant* (qui inquirunt de meâ vocatione et apostolatu) *hæc est*, quæ extat in vobis, ut dixi. Ita Anselmus.

VERS. 4. — *Numquid non habemus potestatem manducandi et bibendi?* Scilicet de sumptibus vestris. Q. d. : Hæc est gloria et defensio mea, et mei apostolatûs, quòd nullo pretio, ut pseudoapostoli; imò nec ullo sumptu accepto, uti apostoli alii, sed gratis evangelizem; cùm tamen ad sumptum hunc jus ac potestatem habeam, æquè ac alii.

Vers. 5. — *Numquid non habemus*... Alterum jus, seu privilegium, quo cæteri apostoli, etiam D. Petrus utebatur; imò et quo Christus ipse usus fuerat. Luc. 8, v. 3. Vester apostolus cùm sim, jus et potestatem consequenter habeo, quod habent alii apostoli, et fratres, seu cognati Domini, Joannes, Jacobus Judas et Simon, et quo ipse apostolorum princeps, Petrus, utitur : Scilicet matronam aliquam christianam nobiscum ducendi, quæ, ut soror, nobiscum vivens, curet de nobis, suisque facultatibus necessaria nobis prædicantibus subministret; ita sancti Patres Græci et Latini. Equidem hoc loco novantes, contra venerandam sanctorum Patrum auctoritatem, abusi sunt; nomenque γυναῖκα, quod significat mulierem in genere, uxorem interpretati sunt; ut plebi persuaderent apostolos et Paulum fuisse conjugatos, et eorum exemplo sacrilegis suis patrocinarentur conjugiis. Sed Tertullianus, lib. de Monog., c. 8; D. Hieronymus, epist. 22, et alii, quos videre est apud Bellarminum, de Cælib. sacerd., docent expressè nullos apostolorum, præter unum Petrum, habuisse uxorem, idque ante conversionem. Quòd verò D. Paulus semper cælebs fuerit, constat ex ipsiusmet verbis hujus Epist., c. 7, v. 7 et 8. Hæretici unum citant sanctum Clementem Alexandrinum : sed quid unus contra omnes alios, qui negant absolutè. Præterea Clemens hæreticorum causæ non favet, sed potiùs officit, quia addit Paulum, etsi uxorem habuerit ante conversionem, non ampliùs post conversionem habuisse, ut uxorem. Citant et epistolam D. Ignatii ad Philadelphios : sed Baron., an. 57, probat nomen divi Pauli huic exemplari insertum esse à Græcis clericis recentioribus. Vide Tirinum. Itaque per ἀδελφὴν γυναῖκα, intellige, christianam mulierem; sicut alibi per ἄνδρες ἀδελφοί, intelligitur viri fratres, non verò mariti.

Vers. 6.—Aut ego solus et Barnabas... Quasi diceret : Quare solus Barnabas et ego, qui eumdem cum illis apostolatum gerimus, eamdem non haberemus potestatem, idemque jus, edendi scilicet, seu vivendi ex Evangelio, et mulierem circumducendi, etc., de quo in versu superiore? Sanè, sicut nobis omnibus par est conditio, ita et omnibus jura paria, licèt eis pariter non utamur.

Vers 7. — Quis militat suis stipendiis unquam?... Jus mulierem christianam circumducendi, tetigisse contentus, multis argumentis probat jus ex Evangelio vivendi. Primò probat illud ab exemplis consuetudinis humanæ. Sicut æquum est, ut miles stipendiis vivat, quæ à duce, cui militat, accipit; sicut æquum est, ut vinitor de vineæ suæ fructibus comedat; et pastor de lacte gregis pascatur : ita par et æquum est, ut præcones Evangelii et Evangelio vivant.

Observatio moralis.

Paritas est æqua : sed si cum divo Chrysostomo Pauli verba perpendamus, sic præconis jus probant, ut præterea sacerdotem duo doceant: Primum, quòd debeat pugnare, laborare, vigilare. Pugnare contra vitia; laborare in vineâ Domini; vigilare super gregem suum. Habeat ergo militis fortitudinem, agricolæ diligentiam, et curam pastoris. Secundum, quòd oportet doctorem parvo solatio contentum esse, soloque necessario cibo, ait Chrysostomus. Non dixit Apostolus, *quis militat*, et non est dives? *sed quis militat suis stipendiis?* Neque dixit, *quis plantat vineam*, et aurum non colligit? aut fructum integrum non vindemiat? sed, *ex fructu ejus non comedit?* Neque dixit, *quis pascit gregem*, et de agnis non exercet mercaturam? sed *ex ejus lacte non comedit?* non ex agnis, sed *ex lacte.* Hæc attendant, qui omnia volunt exedere, et totum fructum vindemiare; D. Chrysostomus.

Vers. 8. — Numquid secundum hominem hæc dico... id est, numquid ad probandum quod dico, humana tantùm mihi suppetunt argumenta; divina verò mihi desunt testimonia? nonne et lex hoc etiam dicit? Probat ex lege Moysis.

Vers. 9. — Scriptum est enim in lege Moysi... Deuter. 25 : Non alligabis, capistrabis, infrenabis. Mos erat in Palæstinâ, sicut et in aliis multis regionibus Orientis et Græciæ, grana segetum ungulis boum, ex aristis excutere. Tenaciores autem aliqui ora boum infrenabant, ne de frugibus, quas terebant, ederent :

Vers. 5. — *Numquid non habemus*, etc., *sororem mulierem*, id est, christianam matronam. Eam quippe fuisse apostolorum consuetudinem, ut divites feminas comites haberent, quibus necessaria vitæ subministrantibus, ipsi securiùs atque expeditiùs Evangelio vacarent. Ac sanè ad hunc intellectum cogit exemplum Christi. Nam de eo refert Luc., cap. 8, quòd cum secutæ mulieres aliquæ ministrabant ei de facultatibus suis. Hoc autem erat *mulieres circumducere.* Quo potissimùm exemplo idipsum fecerunt apostoli.

Sicut et cæteri apostoli, et fratres Domini, et Cephas? Fratres, id est, cognati Christi, scilicet Jacobus, Joannes, Judas. Ita Anselm. Imò Petrus princeps apostolorum et Ecclesiæ.

Vers. 6. — *Aut ego solus, et Barnabas*, etc. Pariter enim ad gentium conversionem Paulus et Barnabas missi fuerunt à Spiritu sancto, Act. 13. *Hoc operandi*, id est, faciendi quod cæteri faciunt, vivendi ex Evangelio et mulierem circumducendi.

Vers. 7. — *Quis militat suis stipendiis unquàm?* Q. d. : Sicut æquum est milites ali et vivere suis stipendiis, vinitorem pasci fructu suæ vineæ, pastorem lacte gregis quem pascit, ita par est præcones Evangelii vivere ex Evangelio, puta ex suâ vineâ, scilicet Ecclesiâ, et ex suo grege, id est, christianorum bonis, sumptus et alimoniam accipere.

Vers. 8. — *Numquid secundùm hominem hæc dico?* Numquid hæc dico ex humano et carnali affectu, tanquàm mihi meisque commodis consulere volens? Minimè Quin verò illa ipsa ex lege divinâ stabilio et communio, *an et lex hæc non dicit?*

Vers. 9. — *Scriptum est enim in lege Moysi* (Deut. 25) : *Non alligabis os bovi trituranti*, quia nimirùm par est ut animalia laborantia comedant; mos enim erat apud Orientales, ut et hodiè in quibusdam Galliæ locis, boum operâ uti ad fruges pedibus triturandas. Qui verò tenaciores erant bobus ora obligabant, ne de frugibus quas terebant edere possent. Quod erat inclementiæ cujusdam et injustitiæ, quam lex inhibet.

Numquid de bobus cura est Deo? Q. d. : Præcipua cura Dei in hâc lege non fuit boum, sed altiùs quid spectavit, videlicet nos, et nostrî similes, qui sumus boves typici, laborantes, et triturantes in agro et areâ dominicâ, ex Evangelio posse vivere. Et hoc est quod subdit.

et quia hoc erat cujusdam inclementiæ, et, ut ita loquar, injustitiæ : æquum est enim, ut animalia laborantia comedant : hinc Deus vetuit capistrari, seu capistro occludi ora boum triturantium. Ex hâc lege ratiocinatur Apostolus ad scopum suum, dicens :

NUMQUID DE BOBUS CURA EST DEO? Non dubitat Paulus divinæ providentiæ de omnibus omninò curam esse : hoc enim fides docet, Matth. 10, 29; sed petit an Deus ita boves diligat, ut propter eos legem hanc principaliter ferat; an verò præterea Deus hanc legem ferens, altius quid aspiciat, scilicet boves mysticos, apostolos, aliosque ministros suos in areâ suâ triturantes? Hoc explicat in sequenti versu.

VERS. 10. — AN NON PROPTER NOS UTIQUE. Græc. omninò, id est, præcipuè. Vide paraphrasim. Respondet sibi affirmativè, dicens : NAM PROPTER NOS SCRIPTA SUNT, id est, ita sanè propter nos apostolos, aliosque Dei ministros, id scriptum est principaliter. Itaque duo sunt attendendi sensus in hâc Dei lege, litteralis scilicet et mysticus. Litteralis est de bobus; mysticus verò est de apostolis, eorumque similibus, qui in areâ Domini laborant. Litteralis quidem primus sensus est : mysticus verò primarius est, principaliter à Deo intentus. Legem itaque ferens Deus de bobus triturantibus, ne capistrarentur; voluit significare eos, qui in suâ areâ laborant, non debere infrenari, id est, posse ex Evangelio vivere. Argumentatur ergo hic Apostolus à minori ad majus; quasi diceret : Si Deus consuluit de bobus, quantò magis servis suis, hominibus laborantibus, consultum esse voluit? si bovem voluit de suâ triturâ vivere, quantò magis Evangelii ministrum de Evangelio? Hoc præterea ostendit, multum esse debere doctorum laborem, ait divus Chrysostomus, utpote qui bobus triturantibus, seu frumentum à paleâ separantibus, assimilantur. Ostendit etiam quòd quæ de brutis scripta sunt, ea præcipuè propter hominum doctrinam scripta sunt; v. g., hic Judæis præcepit, etiam in jumentis misericordiam exercere; ut eam in homines multò magis exercerent.

QUONIAM DEBET IN SPE, QUI ARAT ARARE... Nova videtur esse probatio, ratione scilicet in Scripturis, et in naturâ rei, fundatâ; quasi diceret : Quandoquidem qui arat, cum spe messis participandæ arat; et qui triturat, cum spe participandæ trituræ triturat. Junge quod sequitur.

VERS. 11. — SI NOS VOBIS SPIRITUALIA... Magnumne erit, si nos, qui spiritualia vobis seminavimus, carnalia metamus? Rursùs argumentatur à minori ad majus; ab hominibus terram colentibus, et terrena curantibus, ad homines animas docentes, et cœlestia, æternaque bona procurantes. Hic rursùs indicat multum doctorum laborem, ait divus Chrysostomus, arant, serunt, triturant.

VERS. 12. — SI ALII POTESTATIS VESTRÆ PARTICIPES SUNT... iterùm à minori ad majus. Si alii, qui per Evangelium in Christo vos non genuerunt, patresque vestri non sunt; hoc tamen jure fruuntur in vos; quantò magis nos apostoli, et patres vestri? Doctores quosdam falsos denotat, qui impudenter, et cum auctoritate accipiebant ab ipsis : hinc non dixit, si alii accipiunt, etc., sed *si potestatis vestræ participes sunt*, hoc est, dominantur, et imperium exercent in vos. Theophylactus divum Chrysostomum secutus.

SED NON USI SUMUS HAC POTESTATE, etc. Sed nos hoc jure non usi sumus : sed omnia potiùs incommoda perferimus, ne quod demus impedimentum Evangelio promovendo; id est, ne demus occasionem obloquendi, et in vulgus spargendi, non animas quæri à nobis, sed divitias; hisque rumoribus retardaretur Evangelii promotio. Ditiores erant Corinthii quàm largiores : hinc, ne fieret eis onerosus, hocque modo noceret Evangelio; id est, ne propterea retardaretur eorum catechesis et institutio, noluit ab eis quidquam accipere. Hæc nos audiamus, ô dilecti, ne despiciamus eos qui offenduntur; nec aliquam offeramus offensionem Evangelio Christi, ne nostram prodamus salutem, ait D. Chrysostomus. Et Paulus quidem esurit, ne offensionem daret Evangelio : nos autem, ne superflua quidem nostra audemus attingere; videntes innumerabiles animas evertendas. Vide hic divum Chrysostomum, egregiam moralitatem in immisericordes urgentem.

VERS. 13. — NESCITIS QUONIAM QUI IN SACRARIO... Probat exemplo ministrorum templi Jerosolymitani; nimirùm pontificis, sacerdotum et levitarum, qui in templo deservientes, vivebant ex victimis in templo

VERS. 10. — *An non propter nos utique hoc dicit? Nam propter nos scripta sunt*, q. d. : Si bos vivit ex triturâ : ergo multò magis apostolus ex Evangelio. Ita Tertull.

Quoniam debet in spe arare qui arat. In spe, id est, cum spe, sperans scilicet mercedem. Ergo prædicator sperare potest alimoniam ex suâ prædicatione, *et qui triturat in spe fructùs percipiendi.*

VERS. 11.—*Si nos vobis spiritualia seminavimus*, etc. Spiritualia vocat doctrinam evangelicam, et Sacramenta per Spiritum sanctum efficacia, quibus anima pascitur. *Carnalia* verò dicit alimenta ac cætera subsidia, quibus caro, id est, corpus nutritur atque fovetur.

VERS. 12. — *Si alii potestatis vestræ participes sunt, quare non potiùs nos? Potestatis vestræ*, id est, juris sui, quod habent in vos; q. d. : Si alii usi sunt jure accipiendi alimoniam quod habent in vos, cur non et ego uti possim?

Sed non usi sumus hâc potestate (jure accipiendi stipendium), *sed omnia sustinemus : Omnia* mala ex non usu potestatis antedictæ provenientia : nempè famem, sitim, frigus, nuditatem, vigilias, manuum laborem : cujusmodi in 2 Epist., cap. 6 et 11, recenset.

Ne quod offendiculum demus Evangelio Christi, q. d.: Ne, accipiendo sumptus, demus occasionem, quâ homines tenaces et indiscreti abutantur, ut remorentur Evangelium, illique obloquantur.

VERS. 13. — *Nescitis quoniam qui in sacrario*, id est, in templo, *operantur*, id est, sacris funguntur, aut subserviunt, ut sacerdotes et levitæ, *quæ de sacrario sunt*, id est, hostias, aut templi proventus, puta decimas et primitias, participant et *edunt?* Nota *operantur*. Sacerdotum enim erat jugulare, excoriare, secare, coquere, comburere victimas, quod operosum est, estque aliàs opus lanionum.

Et qui altari deserviunt, cum altari participant? Sensus, eos qui assistunt altari sive ipsi sacrificia offerentes, sive offerentibus ministrantes, suas accipere partes ex oblatis.

oblatis, quas CUM ALTARI PARTICIPABANT, id est, participabantur; quia ignis absumebat partem quæ Dei erat; ministri altaris edebant partes quas illis lex concedebat. Levit. 7, 6; Deuter. 18, 1.

NESCITIS QUÒD QUI IN SACRARIO, id est, templo, OPERANTUR, sacra scilicet ministeria obeuntes : QUÆ DE SACRARIO SUNT, id est, de templi oblationibus edunt.

ET QUI ALTARI assistunt, sive ipsi sacrificantes, sive illorum ministri, suas ex oblatis victimis partes accipiunt.

VERS. 14. — ITA ET DOMINUS ORDINAVIT... Quod Deus in lege veteri statuit, hoc et Christus ordinavit in novâ, jus dedit apostolis suis et divini verbi ministris, ut Evangelium prædicando, vivant de Evangelio, Matth. 10, 10; Luc. 10, 7; tunc autem id traditione notum erat. Nota, vivere, non thesaurizare, ait divus Chrysostomus, ut ostendat nihil accipiendum præter vitæ necessaria. Ordinavit autem, non præcipiendo, ut accipiant; nec enim divus Paulus accepit, sed jus et potestatem accipiendi dando. Hic notat Estius quòd religiosi mendicantes, qui gratis evangelizant, Paulinæ perfectionis sint imitatores.

VERS. 15. — EGO AUTEM NULLO EORUM USUS SUM. In his verbis concipe quamdam omnium prædicatorum recapitulationem, et ad suum scopum applicationem ; quasi diceret : Licèt, ut hactenùs ostendi, tot sint argumenta, hanc mihi facultatem concedentia, *nullo* tamen *horum usus sum*, id est, nullo persuasus sum, ut hâc potestate uterer. Hinc nec alimenta, nec quidquam aliud à vobis accepi; idque, ut v. 12, dixi, ne darem offensionem Evangelio, id est, ne vel minima per me contingeret Evangelii retardatio. Quia autem hæc scribit Apostolus; ut exemplo suo Corinthios doceat, idolothyta cum fratrum scandalo comedentes, restat hic apostolici facti comparatio facienda cum Corinthiorum illorum facto. Ego Paulus egens, omniaque vitæ incommoda sustinens, à necessariis, et aliunde mihi debitis, diù et magno cum labore abstinui; ne vel paululùm retardarem Evangelii cursum : et vos ne ab inutili quidem vobis idolothyto abstinetis, ne fratres vestros scandalizetis, et ne hoc cibo vestro pereat infirmus frater.

NON AUTEM SCRIPSI HÆC... Ne verò suspicentur Corinthii, quòd hæc dicat Paulus, ut saltem in posterum ipsi necessaria dentur, hanc suspicionem refellit, dicens : Non usus sum, sed nec modò, nec in futuro uti volo. Jus quidem meum non ignoro; jus meum vobis ostendo : sed nec eo sum usus, nec unquàm uti volo. Abraham, Genes. 14, v. 23, nihil accipere voluit de prædâ bello partâ, ne dicas : *Ego ditavi Abraham.* Paulus ne alimenta quidem vult à Corinthiis pro tot et tantis laboribus accipere.

BONUM EST MIHI MAGIS MORI, QUAM UT GLORIAM MEAM... Græc., *quàm gloriationem*, etc. Ego fame perire malim, quàm ut quis EVACUET, id est, vacuam et vanam reddat *gloriam meam*, scilicet sine sumptibus, et gratis prædicare, ut explicabit v. 18.

GLORIAM dixit, ut gaudii excessum ostendat; Theophylactus post D. Chrysostomum. Ne quis suspicetur, quòd mœrens et lugens non acceperit; tantùm, inquit, absum à mœrore, ut gloriæ ducam; Athanasius, idem divus Chrysostomus, Theophylactus.

VERS. 16. — NAM SI EVANGELIZAVERO, NON EST MIHI GLORIA... Explicat quid, seu quæ sit illa gloria. Num est Evangelii prædicatio? Non, quia mihi necessaria est; gravi Domini præcepto injuncta, et taliter injuncta, ut nisi obediero, VÆ MIHI SIT, maneat me pœna, tanquàm gravis Dei præcepti transgressorem. Itaque sensus est : Evangelii prædicatio, ob Domini præceptum, est mihi quoad rem necessaria ;

VÆ ENIM MIHI EST... Etenim maledictionem Dei incurro, si non prædicavero. Recordamini Jonæ Deo resistentis; mihi quid pejus imminet, si Domini præceptum de prædicando Evangelio non impleo. Solùm mihi restat optio circa prædicandi modum; scilicet, ut vel lubens et voluntarius, et gratis prædicem; vel ut invitus, reluctans, et quasi coactus.

VERS. 17. — SI ENIM VOLENS HOC AGO... Si lubens, *volens*. Græc., ἑκών, *voluntarius*, gratis et liberaliter prædico, MERCEDEM, non qualemcumque, sed singularem et eximiam HABEBO. Scilicet mercedem non tantùm operis præcepti, sed gloriam operis indebiti, supererogati et heroici; nimirùm gratis prædicare.

SI AUTEM INVITUS. Græc., ἄκων, *non ultroneus*, non sponte meâ, non liberaliter et gratis prædicem; sed reluctans, vel quasi coactus, seu Dei præcepto, seu metu pœnæ; mihi quidem tantò pejus : illâ enim singulari gloriâ et mercede eximiâ carebo. Prædicandum

VERS. 14. — *Ita et Dominus ordinavit iis*, etc. *Dignus enim est operarius cibo suo*, Matth. 10. *Mercede suâ*, Luc. 10.

VERS. 15. — *Ego autem nullo horum usus sum.* Ac si dicat : Pro potestate meâ non certavi argumentis, cùm apud vos essem, sed magis eam dissimulavi, sustinens inediam, meque meo labore transigens : quemadmodùm scribit in 2 Epist., cap. 11 : *Cum essem apud vos, et egerem, nulli onerosus fui.*

Non autem scripsi hæc, ut ita fiant in me; ac ne nunc quidem ideò hæc scripsi, ut similiter erga me fiat; sed ad hoc, ut ostendam quod initio proposui, me tanquàm apostolum Christi et ministrum Evangelii, jus et potestatem habere vivendi ex Evangelio.

Bonum est enim mihi magis (melius est) *mori, quàm ut gloriam meum quis evacuet. Gloriam meam*, evangelizandi scilicet sine sumptibus. Porrò gloriam seu gloriationem eam intelligit, quâ gloriabatur adversùs pseudoapostolos, qui Corinthiis graves erant et sumptuosi.

VERS. 16. — *Nam si evangelizavero, non est mihi gloria : necessitas enim mihi incumbit*, scilicet evangelizandi. Necessitatem intellige ex præcepto Christi.

Væ enim mihi est, si non evangelizavero. Hinc patet gravi præcepto præceptum fuisse apostolis, Matth. 28, ut evangelizent et doceant omnes gentes; adeò ut si neglexissent evangelizare, peccâssent mortaliter : talibus enim intentatur væ iræ Dei et gehennæ.

VERS. 17. — *Si enim volens hoc ago, mercedem habeo.* Si voluntarius, liberaliter, et gratis prædicem, habeo non qualem qualem mercedem operis præcepti, scilicet prædicationis, uti alii apostoli, sed mercedem per excellentiam, scilicet copiosam gloriam operis indebiti et heroici (quale est gratis prædicare) animique sponte suâ tam liberalis apud Deum.

Si autem invitus, id est, si non ultroneus, nec libe-

tamen, quia DISPENSATIO MIHI CREDITA EST. Græc., *dispensationem creditam suscepi*, id est, et mihi credita et commissa Evangelii dispensatio; et creditam dispensationem suscepi : itaque prædicandum necessariò. Si autem sic necessitate compulsus prædico, dispensationem mihi creditam adimpleo quidem, officioque meo fungor : sed non est quòd inde glorier, facio quod debeo, et quod facere jussus sum; servus sum inutilis. Hinc mihi nulla singularis gloria ; præcepti tantùm operis mercedem habeo.

VERS. 18. — QUÆ EST ERGO MERCES MEA? id est, singularis gloria, UT EVANGELIUM PRÆDICANS SINE SUMPTU..., id est, si dem gratis, quod gratis accepi : si Evangelium gratuitum, Græc., à sumptibus immune, sine impensâ prædicem : et si in Evangelio prædicando NON UTAR POTESTATE MEA, scilicet jure necessaria exigendi.

NON ABUTAR, id est, omninò utar. Simplicem usum appellavit abusum, ait Theophylactus; non utar, non perutar potestate meâ, etc. Vel non abutar ; quasi diceret : Si propter Evangelii promotionem, hominumque salutem, non faciam quod licet quidem, sed quod non expedit; tunc enim libertatis est abusus. Tangit doctiores, suâ scientiâ et potestate abutentes; quasi diceret : Et vos discite non facere quæ licent quidem, sed quæ non expediunt; id est, vestrâ non abuti libertate ac potestate, cum infirmiorum scandalo idolothyta comedentes. Hos doctiores Corinthios Paulus hucusque suâ à necessariis ipsis abstinentiâ, docuit ab inutilibus idolothytis abstinere. Omnia enim superiùs dicta efficaciter dicunt : Ego Paulus, apostolus vester, abstinui, non à licitis tantùm, sed et à necessariis; idque diù, et magno cum labore, omnia vitæ incommoda sustinui, ne cujusquam vestrùm instructionem et conversionem retardarem. Hujus rei vos testes estis, ô Corinthii, apud quos esuriens et manibus meis laborans vixi. Hinc ergo discite saltem à rebus vobis inutilibus abstinere, ne scandalum infirmioribus præbeatis. Sed hoc non contenti, discite altero exemplo non tantùm scandala non dare; sed et omni modo proximorum salutem promovere.

raliter aut gratis prædicem, sed quasi coactus præcepto Dei, vel metu pœnæ. *Dispensatio mihi credita est ;* q. d. : Tunc non habeo gloriam illam singularem, sed neque pecco, quia officio fungor meo, et facio quod jubeor. Nam commissa est mihi et demandata hæc dispensatio sive administratio Evangelii.

VERS. 18. — *Quæ est ergo merces mea?* gloriosa illa, et singularis jam dicta. Nota. *Merces* ponitur hic pro meritò, sive opere heroico, et meritorio magnæ mercedis, per metonymiam.

Ut Evangelium prædicans, sine sumptu ponam, tradam et annuntiem *Evangelium*, sine sumptu, ac si dicat, insumptuosum, hoc est gratuitum. Sic enim loquitur ipse Paulus in Epist. 2, cap. 11 : *Gratis Evangelium Dei evangelizavi vobis*. Sensus : Ita demùm mercedem ac præmium boni doctoris à Deo expectabo, si prædicans Evangelium Christi, sumptus ab aliis quibus prædico non accipiam. Hoc est enim Evangelium ponere seu facere insumptuosum atque gratuitum. Nam *ponere* pro facere frequens est in sacris Litteris.

Ut non abutar potestate meâ in Evangelio. Abutar, id est, inquit, omninò utar omni jure meo. Significat ergo se catenùs teneri ad ponendum sine sumptu Evangelium, ne in Evangelio prædicando, potestate suâ, quâ sumptus accipere poterat, abuteretur.

VERS. 19. — NAM LIBER CUM ESSEM. Græc., *liber existens*, id est, liber cùm sim, aut cùm essem. Hic versus refertur ad primum hujus capitis versum, ubi dixit, *non sum liber?* et sensus est. : Cùm mei juris essem, ab omnium hominum servitute liber ; nulli mortalium, sive Judæo, sive Græco obnoxius, aut mancipatus. Sponte meâ omnium hominum me servum feci; omnibus, et Judæis et gentilibus memetipsum subjeci, quasi mancipium, ut eò plures Christo lucrifacerem, faceremque salvos. Ecce factum, seu charitatis exemplum, priori facto longè majus et difficilius. Non solùm à vobis nihil accepi ; non solùm hoc meo jure apud vos non sum usus, ne vestræ instructioni in fide remoram ponerem : sed omnium hominum salutis amore et zelo pressus, omnium me servum dedi : Non uni tantùm homini servivi, sed universo orbi ; non unâ tantùm servitute, sed omnimodà. Ita ferè sanctus Chrysostomus.

VERS. 20. — ET FACTUS SUM JUDÆIS TANQUAM JUDÆUS... Varios assignat servitutis suæ modos. Cum Judæis religione, seu judaizantibus, factus sum tanquàm judaizans, seu religione Judæus, ut eos Christo lucrarer, et salvos facerem. Exempla vide Act. 21, v. 24, 25, 26, ubi rasus est, purificatus, et quæ ad purificationem, obtulit.

VERS. 21. — IIS QUI SUB LEGE SUNT... Explicat et extendit priora verba, proselytos addens genere Judæis; *iis qui sunt sub lege* Mosaicâ, sive Judæis, sive proselytis, id est, omnibus legem Mosaicam servantibus, similem me exhibui, legem servavi, quamvis probè scirem eâ me non adstringi. Legalia servabat, ubi prodesse, et expedire judicabat. Exemplum vide Act. 16, 13, ubi circumcidit Timotheum, ut everteret circumcisionem, ait divus Chrysostomus.

IIS QUI SINE LEGE SUNT... Græcè, *ex legibus, ut exlex*, id est, iis qui legem Mosaicam non habent, nec servant; id est, omnibus aliis, extra Judæos et proselytos, factus sum quasi legem non habens; iis me assimilavi, legem Mosaicam non servavi.

CUM SINE LEGE NON ESSEM. Græc., *non existens exlex Deo, sed inlex Christo*. Hoc addit, ne quis malè inter-

VERS. 19. — *Nam cùm liber essem ex omnibus* (ab omnibus) ; q. d. : Cùm nemini essem obstrictus, *omnium tamen me servum feci*, ad omnia me demisi, etiam ad inopiam et famem, omnium infirmitatibus me accommodavi, etc.; *ut plures lucrifacerem*, id est, ut quàm plurimos acquiram Christo, salvosque faciam.

VERS. 20. — *Et factus sum Judæis tanquàm Judæus*, etc. Judæis, inquit, cum quibus mihi conversandum fuit, factus sum *tanquàm Judæus*, id est, similis illis, intellige quoad actiones quasdam et observationes exteriores, velut circumcidens Timotheum, tondens sibi caput cum voto secundùm legem, ac rursùs ex voto sese purificans, diesque purificationis in templo cum oblationibus annuntians, Act. 16.

VERS. 21. — *Iis qui sub lege sunt, quasi sub lege essem* (*cùm ipse non essem sub lege*), id est, cùm probè scirem lege Mosaicâ non teneri, *ut eos qui sub lege erant lucrifacerem*, nempe Christo, ad ejus fidem illos adducendo. *Iis qui sine lege erant, tanquàm sine lege essem*, quasi sine lege fuerit; quomodò gentiles Dei legem omninò non servantes (*cum sine lege Dei non*

pretetur quod dixit UT EXLEX, τοῖς ἀνόμοις, ὡς ἄνομος, quasi reverà pro libitu vixerit, seu ut impius. Licèt coram Deo sine lege non sim, quippe qui Christi legem servo UT EXLEGES, id est, gentiles, LUCRIFACEREM.

VERS. 22. — FACTUS SUM INFIRMIS INFIRMUS... ipsis scilicet in animo compatiens, eorum scandala vitans, ac propterea legales quasdam observantias exercens, ab idolothytis abstinens, etc.

OMNIBUS OMNIA FACTUS SUM... Uno verbo omnibus me attemperavi; in omnes me formas verti, quantùm permittit Deus, et exigit salus proximi, omnibus me similem exhibens, UT OMNES SALVOS FACEREM.

Græc., *ut omninò aliquos servem*, quod divus Chrysostomus, Teophylactus, Theodoretus vertunt, ut paucos saltem aliquos facerem salvos; miranturque D. Pauli zelum, qui vel unius gratiâ, omnem laborem suscepit. Ita disertè Theodoretus. Sed, ut benè notat Estius, juxta nostram lectionem, quam etiam sequitur Syrus, *ut omnes servem;* non minor est Apostoli charitas, qui omnibus omnia factus sit, omnium studens saluti; id est, circa singulos quosque, excluso nemine, hoc agens, ut salvi fiant.

Observatio moralis.

Hic cum divo Chrysostomo mirare Apostoli nostri demissionem et accommodationem; qui tantus in se cùm esset, omnibus omnia factus est, etiam exlegibus et infirmis. Cum eodem Chrysostomo mirare hujus apostolicæ demissionis effectum. Paulus, inquit, solus descendit: ascendit autem cum universo orbe terrarum (quem scilicet suâ charitate lucratus est). Imitare Pauli demissionem, quisquis sis, hoc quoque fac, ait Chrysostomus: nec te existimes dejici et decidere, cùm sis summus, si propter fratrem sustinueris aliquid humile et abjectum: si sic descendas, ascendes cum multo lucro. Ut imiteris, disce ex divo Chrysostomo quomodo descenderit Apostolus, seu omnibus omnia factus sit. Non simulans, simulator enim quærit exitium; simulat ut accipiat, non ut det: Paulus verò non sic, sed tanquàm medicus, tanquàm magister, tanquàm pater. Ille quidem tanquàm ægroto; hic verò tanquàm discipulo; alter verò tanquàm filio se demittit, ad correctionem, non ad damnum; ita etiam hic quoque; D. Chrysostomus. Ardens sanctorum charitas pro suâ et aliorum salute facit, quod cupiditas et passio vehemens peccatorum facit pro suâ et aliorum perditione; charitate sancti fiunt omnibus omnia; cupiditate mali simulant omnia: illi ut salvent, hi ut perdant, sancti Christum imitantur, peccatores diabolum.

VERS. 23. — OMNIA AUTEM FACIO... *Hæc autem omnia* feci, et *facio* PROPTER EVANGELIUM faciliùs, celeriùs et latiùs promovendum; seu propter faciliorem, expeditiorem et diffusiorem fidei propagationem. Hæc ratio convenit cum allatâ v. 12: *Ne quod offendiculum.*

UT PARTICEPS, Græc., comparticeps EJUS FIAM id est, et ut Evangelio longiùs et abundantiùs à me disseminato ac propagato, fructum ejus cum aliis fidelibus in æternitate percipiam; seu fiam cum aliis fidelibus consocius et comparticeps præmii, quod nobis Evangelium promittit. Attende humilitatem; qui primas meruit in bonorum communicatione, se simpliciter fidelibus conjungit, ait Theophylactus post Chrysostomum. Eximia hæc D. Pauli charitas, cujus et testes fuerant Corinthii, ad imitationem ipsos efficaciter incitat, scilicet ut et ipsi proximorum saluti omni modo serviant: sicque laborantes, contendant præmium fidelibus ab Evangelio promissum obtinere. Hoc quippe suæ charitatis exemplo quasi dicit: Hinc et vos discite proximi salutem amare; eam non modò vestris scandalis non retardare: sed et omni modo pro vestris viribus promovere. Sed ut pressiùs adhuc urgeat, suæ charitatis exemplo jungit appositam et valdè congruentem similitudinem.

VERS. 24. — NESCITIS QUOD II QUI IN STADIO.... Dixi quòd hæc ideò feci et facio, ut particeps sim præmii, quod promittit Evangelium. Dico et tacitè quòd vos similiter agere debetis: nec sine causâ utrumque dico. Hujus enim vitæ cursus stadium est, in quo currimus omnes, et ad præmium in Evangelio promissum contendimus. Scitis autem QUÒD QUI IN STADIO CURRUNT, OMNES QUIDEM CURRUNT, sed non omnes bravium accipiunt, sed ii soli qui cursum ritè et legitimè perficiunt: sic et omnes christiani currunt

essem, sed in lege essem Christi). Sensus est: Cùm tamen reverà non sim nec vivam sine lege Dei, sed observem legem Christi cui sum obnoxius. *Ut lucrifacerem eos qui sine lege erant*, hoc est, gentiles.

VERS. 22. — *Factus sum infirmis infirmus, ut infirmos lucrifacerem. Omnibus omnia factus sum*, non mentientis, vel peccantis actu, sed compatientis affectu, ut omnium moribus me contemperans, quantùm honestas et Dei lex patitur, omnium morbis mederi possem, *ut omnes facerem salvos;* per quod declaratur magna charitas apostoli Pauli, quòd omnium servum se fecerit, ut ex omnibus saltem aliquos, etsi paucos, ad salutem perduceret.

VERS. 23. — *Omnia autem facio propter Evangelium*: etc., ut nimirùm fructum prædicati Evangelii suo tempore percipiam, et participem cum aliis prædicatoribus, hoc est, ut unà cum illis assequar ea bona quæ promittit Evangelium.

VERS. 24. — *Nescitis quod ii qui in stadio currunt, omnes quidem currunt, sed unus accipit bravium?* q. d.: Ideò sine sumptu evangelizo, ideò omnibus omnia fio, ideò laboro; quia in stadio hoc curro, quia ad bravium concerto pro præmio, etiam primo et maximo. *Unus accipit bravium;* q. d.: Sicut in stadio, ita in viâ et vitâ christianâ non omnes currentes accipient bravium, sed tantùm benè et ritè currentes ad metam usque. Sicut in stadio, qui rectè currit accipit bravium, sic et qui rectè currit in christianismo, coronam gloriæ accipiet.

Sic currite ut comprehendatis, scilicet coronam gloriæ et bravium victoriæ. Vox *sic*, notat rectitudinem, diligentiam, celeritatem, et perseverantiam, quæ maximè in cursu ad bravium requiritur. Talis fuit cursus Christi, quem omnes christiani imitandum sibi proponere debent. Quidam enim currunt benè, sed in bono cursu non perseverant: qualis Galatæ, quibus ait cap. 5: *Currebatis bene;* quos tamen in illo cursu queritur impeditos. Unde et hic paulo post de seipso loquens, affirmat se currere, haud dubium benè: et tamen adhuc se castigare corpus suum dicit, ne fortè cùm aliis prædicaverit, ipse reprobus fiat. Constat igitur ex hoc Scripturæ loco, quemadmodum

quidem, at non omnes præmium Evangelii reportant, sed ii tantùm, qui benè et legitimè juxta Evangelium currant eoque in finem.

Sic CURRITE, UT COMPREHENDATIS. Sic ergo currite, sic vivite, ita vitæ vestræ cursum dirigite (scandala vitantes, proximo ex charitate servientes, de hoc enim semper est quæstio), ut æternum vitæ præmium reportetis. Vel sic currite, ut in cursu primi sitis, et egregium assequamini præmium. Agitur enim de præmio eximio, de quo v. 18.

STADIUM, locus in quo currendum : hinc cursores stadiodromi.

BRAVIUM, seu brabæum, præmium victoribus destinatum. Palmam unus accipit apud stadiodromos : apud nos, omnes illi qui legitimè currunt. Comparatio itaque fit in eo, quòd non omnes accipiunt : non in eo quòd unus.

VERS. 25. — OMNIS AUTEM QUI IN AGONE... Græc., *omnis agonizans*, per omnia temperans est. — Alludit ad agones Olympicos, aliaque Græcorum certamina, et maximè Isthmia, quæ celebrabantur Corinthi. De his vide Cornelium, Tirinum. Docet itaque modum quo possint bravium apprehendere; omnis qui in cursu, aut pugilatu certat, per omnia temperans est; ABSTINET AB OMNIBUS quæ vires aut velocitatem corporis possent minuere, eumque in agone impedire. Servabant temperatissimam victùs rationem, abstinentes à superfluis, et delicatioribus cibis, contenti certo quodam ac demenso, seu necessario victu. Vide Cornelium à Lapide. Abstinuit venere et vino, ait Horatius citatus à Grotio.

ET ILLI QUIDEM, UT CORONAM CORRUPTIBILEM..., momentaneam ac brevi perituram, ex oleastro, aut piceâ, aut lauro.

NOS AUTEM INCORRUPTAM... Quidni et nos christiani, ut immarcescibilem et æternam coronam habeamus; abstinebimus à multis, quanquàm licitis, vimque nobis faciamus, ut aliqua, quamvis difficilia, operemur ad nostram, et aliorum salutem? Multùm dispar donum est, ait Ambrosius : ac per hoc vult diligentiores nos esse debere, quibus non terrenis et marcescibilibus floribus; sed æternis conserta gemmis, in modum regalis diadematis, spiritalis corona servatur. Ambrosius. Modus itaque quo possimus hanc apprehendere coronam, est si abstineamus, si vim nobis faciamus, si ex charitate proximorum saluti studeamus; eòque libentiùs, quò gloriosior nobis corona proponitur.

VERS. 26. — EGO IGITUR SIC CURRO. Rursùs se in exemplum proponit, et exempio suo modum currendi docet et pugnandi. Stadiodromus, seu cursu certans in stadio, qui vult bravium reportare, non divertit in cursu, quasi qui nullum scopum habet, sed recta currit ad metam destinatam, ut ibi coronam ex edito appensam, et certantibus propositam, currendo manibus apprehendat.

Ego IGITUR more stadiodromorum *sic curro*, in evangelico ministerio, NON IN INCERTUM, hùc et illùc, in quamlibet partem, sed recta, celeriter, totoque nisu tendens ad scopum, ut coronam expositam apprehendam.

SIC PUGNO, NON QUASI AEREM VERBERANS. Græc., πυκτέυω, *pugnis ago*, pugilum more decerto. Pyctes, seu pugil, aerem sæpè verberat inani ictu, et incasso conatu, quem vitat adversarius. Non sic ego pugno in Evangelii palæstrâ, non inaniter aerem verbero; non temerè, inconsideratè pugno, sed certis et destinatis ictibus hostem meum ferio. Ecquis ille? *corpus meum*.

VERS. 27. — SED CASTIGO CORPUS MEUM. Græc., *obtundo*, lividum facio. *Sed corpus meum*, spiritûs adversarium, *castigo*, obtundo, ictibus lividum facio, id est, multis incommodis afficio, labore manuum, fame, siti, etc.

ET IN SERVITUTEM REDIGO, ut servum ago, ac mihi subjectum teneo. Pugil victor adversarium victum trahebat, ut servum; ita Paulus de suo corpore victo et edomito triumphabat. Corpus esse castigandum, multis sanctorum Patrum exemplis et auctoritatibus probat Cornelius à Lapide. Idem notat solos sanctos austerioris vitæ miraculis claruisse.

NE FORTÈ CUM ALIIS PRÆDICAVERIM, viamque salutis ostenderim; ipse salute indignus inveniar, et à Deo tanquàm reprobus ejiciar. Versu 25 dixit : *Ut particeps efficiar Evangelii...*; hic per oppositionem, ne salute indignus efficiar. Cohærent omnia. Paulus metuit damnari : Calvinus credit fide se salvandum, ex multis aliis, veram justitiam amitti posse : quod negant hæreses novæ.

VERS. 25. — *Omnis autem qui in agone contendit*, id est, agonizans, in agone decertans, gymnasticam exercens, *ab omnibus*, scilicet eum in agone impedientibus, *se abstinet*. Græcè : *Per omnia temperans est et abstinens*. Et (ut Cyprian.) *continens*. Addit Clemens Alexandr. athletas abstinuisse venere. Sicut enim libido corpus debilitat, enervat et exhaurit; ita continentia et castitas roborat corpus, ac multò magis mentem. Et ita hoc Apostoli dictum : *ab omnibus*, id est, ab omni libidine se abstinet.

Et illi quidem ut corruptibilem coronam accipiant, id est, præmium aliquod temporale ac periturum : *Nos autem incorruptam*, id est, æternam coronam, in cœlo repositam iis qui benè certaverint et cursum consummaverint.

VERS. 26. — *Ego igitur, sic curro*, etc. *Pugno*, id est, prælior in bello, inquit S. Thomas, id est, pugilem ago, pugnis certo, *non quasi aerem verberans*, id est, frustra et inaniter laboro : sed hostem verbero, scilicet corpus et carnem meam subigo, quâ subactâ facilè duo reliqui hostes, scilicet dæmon et mundus, subiguntur.

VERS. 27. — *Sed castigo corpus meum : Castigo*, id est, subigo, coerceo, contundo. Hensi interpr., lib. 4, cap. 72, vertit : *Exinanio [illegible]*, id est, siccum et squalidum reddo, ut [illegible] Paulum fame et inediâ corpus suum attenuasse [illegible]. *Et in servitutem redigo*, id est, ut servum [illegible] subjectum mihi teneo : sic tracto ut [illegible] et assuescat servire. Jam quomodò corpus suum [illegible] verit, et in servitutem redegerit, alibi [illegible], ut illis verbis 2 Epist. cap. 6 : *In laboribus*, [illegible], *in jejuniis*. Porrò castigatio corporis fit per jejunia, cilicia, humiliationes, plagas, [illegible] macerationes et afflictiones. Hunc [illegible] Paulum corpori suo plagas et verbera inflixisse.

Ne fortè cum aliis prædicaverim ipse reprobus efficiar, id est, reprobatus; q. d. : Ne reprobet et rejiciar à

Hoc exemplo suo, hisque similitudinibus, Corinthios, etiam in idolio epulatores perstringit, simul et eos ad sui imitationem excitat.

Sic CURRO rectà, celeriter, toto nisu; utque velociùs curram, ab omnibus etiam sæpè necessariis abstineo: sic et vos mecum currite rectà, diligenter, perseveranter; sic et mecum abstinete, non ab epulis et deliciis tantùm, sed et in ipso necessario victu temperantes estote.

Sic PUGNO, sic adversarium meum corpus certis ictibus obtundo; sicque variis laboribus et incommodis victum et edomitum in servitutem redigo. Ita et vos mecum decertate, ita et corpus vestrum obtundite; ita et deliciis privatum, laboribus fractum, agite ut servum, et tenete subjectum. Timeo NE REPROBUS EFFICIAR. Et vos timete; recordamini Israelitarum; quanta bona à Deo sunt adepti; quanta deinde mala perpessi, et quot ex illis rejecti. Hæc figura sunt malorum vobis imminentium, nisi Deo fideliores fueritis. Vide caput sequens.

Deo, cœloque excludar. Loquitur non de reprobatione æternâ, quæ est in mente divinâ, sed temporali, quæ est executio æternæ. Hinc patet incertitudo gratiæ et prædestinationis. Paulus metuit damnari, tu fide credes te salvandum? Secundò, hinc colligitur Paulum non habuisse revelationem de suâ salute; ita S. Gregorius, lib. 6, epist. 22, ad Gregoriam; tertiò, non ita fuisse confirmatum in gratiâ, quin ab eâ excidere potuisset. *Si Paulus hæc timuit* (ait Chrysost.), *qui tam multos docuit; et timuit postquàm prædicavit, quid nos diverimus?* Augustinus, serm. 19 de Verbis Apostoli, citante etiam Bedâ: *Suo timore nos terruit. Quid enim faciet agnus, ubi aries tremuit?* Addo Gregorium Papam affirmare apostolum Paulum hæc scribentem, quamvis jam ad tertium cœlum ascendisset, et in paradisum ductus arcana verba audiisset, quæ homini loqui non liceret, tamen adhuc trepidâsse et timuisse ne à salute excideret.

Corollarium pietatis, seu in hoc capite ad pietatem maximè notanda, et ad praxim redigenda.

Aliqua hic ad Dei et Ecclesiæ ministros speciatim attinent; aliqua ad omnes in genere christianos: itaque,

1° Omnis Dei et Ecclesiæ minister attendat ad v. 4, 7, 10, 11, 12, 14, hincque ab Apostolo tria discat, munus suum, jus suum, judicium suum. Munus, scilicet laborare, pugnare, vigilare, v. 4; arare, serere, triturare, v. 11. Jus, vivere, v. 14; vitæ necessaria recipere, v. 4. Judicium et condemnationem suam, si otiosus, et iners, nec laboret, nec pugnet, nec vigilet: vel si nec aret, nec serat, nec trituret. Si necessariis non contentus, quærat superflua; si avarus congreget divitias; si vanus et voluptuosus in vanis et deliciis ecclesiastica bona consumat. Vide dicta ad v. 4, 7, etc. Idem Dei et Ecclesiæ minister attendat ad v. 15, 16, 17, 18, hincque ab exemplo D. Pauli discat summam statûs sui perfectionem, scilicet gratis ministrare, nihilque ab hominibus accipere, ut Deus sit illius tota merces magna nimis. Attendat ad v. 19, 20, 21, 22, ut ibi ab exemplo D. Pauli discat alteram sui statûs perfectionem, scilicet ex charitate omnibus omnia fieri: sit medicus, magister, pater. Vide dicta ad v. 22.

2° Omnis et quilibet christianus assumat velut sibi dicta à versu 24 usque ad finem capitis, hincque discat, 1° quòd vita christiana sit stadium et palæstra; 2° quòd unusquisque christianus stadiodromus sit et pugil: hinc in baptismo unctus fuit oleo; 3° quòd in hoc stadio et agone, antagonista noster sit caro, mundus, et dæmon: ita tamen, ut primâ subactâ, subigantur et alii; 4° quòd bravium sit æterna gloria; 5° quòd coliphium, seu panis athleticus, sit victus sobrius et jejunium, abstinentia à deliciis; 6° quòd pugna sit virtutis exercitium, quod non peragitur sine conflictu interno et externo; seu sine cordis mortificatione, et corporis castigatione. Nobis omnibus itaque pugnandum, nobis currendum. Ad exemplum D. Pauli sic curramus rectè, promptè, perseveranter, ut palmam tandem apprehendamus. Vide dicta ad v. 26, 27. In hoc cursu sistere, regredi est, et deficere, ait D. Bernardus, epist. 254. Ad exemplum divi Pauli sic pugnemus, sic obtundamus corpus nostrum; sic subigamus inediâ, vigiliis, ut victores aliquando coronari mereamur. Victo corpore, facilè de mundo et dæmone triumphabimus.

CAPUT X.

1. Nolo enim vos ignorare, fratres, quoniam patres nostri omnes sub nube fuerunt, et omnes mare transierunt:

2. Et omnes in Moyse baptizati sunt, in nube, et in mari;

3. Et omnes eamdem escam spiritalem manducaverunt;

4. Et omnes eumdem potum spiritalem biberunt (bibebant autem de spiritali consequente eos petrâ; petra autem erat Christus);

5. Sed non in pluribus eorum beneplacitum est Deo; nam prostrati sunt in deserto.

6. Hæc autem in figurâ facta sunt nostri, ut non

CHAPITRE X.

1. Je ne veux pas que vous ignoriez, mes frères, que nos pères ont tous été sous la nue; qu'ils ont tous passé au travers de la mer Rouge;

2. Qu'ils ont été baptisés sous la conduite de Moïse dans la nuée et dans la mer;

3. Qu'ils ont tous mangé d'une même viande spirituelle;

4. Et qu'ils ont tous bu d'un même breuvage spirituel; car ils buvaient de l'eau de la pierre spirituelle, qui les suivait; et cette pierre était Jésus-Christ.

5. Mais il y en eut peu d'un si grand nombre, qui furent agréables à Dieu, car ils périrent dans le désert.

6. Or, toutes ces choses ont été des figures de ce

simus concupiscentes malorum, sicut et illi concupierunt.

7. Neque idololatræ efficiamini, sicut quidam ex ipsis; quemadmodùm scriptum est : Sedit populus manducare et bibere, et surrexerunt ludere.

8. Neque fornicemur, sicut quidam ex ipsis fornicati sunt, et ceciderunt unâ die viginti tria millia.

9. Neque tentemus Christum, sicut quidam eorum tentaverunt, et à serpentibus perierunt.

10. Neque murmuraveritis, sicut quidam eorum murmuraverunt, et perierunt ab exterminatore.

11. Hæc autem omnia in figurâ contingebant illis : scripta sunt autem ad correptionem nostram, in quos fines seculorum devenerunt.

12. Itaque qui se existimat stare, videat ne cadat.

13. Tentatio vos non apprehendat nisi humana : fidelis autem Deus est, qui non patietur vos tentari supra id quod potestis, sed faciet etiam cum tentatione proventum, ut possitis sustinere.

14. Propter quod, charissimi mihi, fugite ab idolorum culturâ.

15. Ut prudentibus loquor, vos ipsi judicate quod dico.

16. Calix benedictionis, cui benedicimus, nonne communicatio sanguinis Christi est? et panis quem frangimus, nonne participatio corporis Domini est?

17. Quoniam unus panis, unum corpus multi sumus, omnes qui de uno pane participamus.

18. Videte Israel secundùm carnem ; nonne qui edunt hostias, participes sunt altaris?

19. Quid ergo? dico quòd idolis immolatum sit aliquid? aut quòd idolum sit aliquid?

20. Sed quæ immolant gentes, dæmoniis immolant, et non Deo. Nolo autem vos socios fieri dæmoniorum : non potestis calicem Domini bibere, et calicem dæmoniorum;

21. Non potestis mensæ Domini participes esse, et mensæ dæmoniorum.

22. An æmulamur Dominum? Numquid fortiores illo sumus? Omnia mihi licent, sed non omnia expediunt.

23. Omnia mihi licent, sed non omnia ædificant.

24. Nemo quod suum est quærat sed quod alterius.

25. Omne quod in macello venit manducate, nihil interrogantes propter conscientiam.

26. Domini est terra, et plenitudo ejus.

27. Si quis vocat vos infidelium, et vultis ire, omne quod vobis apponitur manducate, nihil interrogantes propter conscientiam.

28. Si quis autem dixerit : Hoc immolatum est idolis, nolite manducare, propter illum qui indicavit, et propter conscientiam.

29. Conscientiam autem dico non tuam, sed alterius. Ut quid enim libertas mea judicatur ab alienâ conscientiâ?

qui nous regarde, afin que nous ne nous abandonnions pas aux mauvais désirs, comme ils s'y abandonnèrent.

7. Ne devenez point aussi idolâtres comme quelques-uns d'eux, dont il est écrit : Le peuple s'assit pour manger et pour boire, et ils se levèrent ensuite pour jouer.

8. Ne commettons point de fornication, comme quelques-uns d'eux commirent ce crime, pour lequel il y en eut vingt-trois mille qui furent frappés de mort en un seul jour.

9. Ne tentons point Jésus-Christ, comme le tentèrent quelques-uns d'eux, et qui furent tués par les serpents.

10. Ne murmurez point comme murmurèrent quelques-uns d'eux qui furent frappés de mort par l'ange exterminateur.

11. Or, toutes ces choses qui leur arrivaient étaient des figures; et elles ont été écrites pour notre instruction, à nous autres qui nous trouvons à la fin des temps.

12. Que celui donc qui croit être debout, prenne bien garde de tomber.

13. Vous n'avez eu encore que des tentations humaines et ordinaires. Dieu est fidèle, et il ne permettra pas que vous soyez tentés au-dessus de vos forces ; mais il vous fera tirer avantage de la tentation même, afin que vous puissiez persévérer.

14. C'est pourquoi, mes très-chers frères, fuyez l'idolâtrie :

15. Je vous parle comme à des personnes sages; jugez vous-mêmes de ce que je dis.

16. N'est-il pas vrai que le calice de bénédiction que nous bénissons est la communion du sang de Jésus-Christ, et que le pain que nous rompons est la communion du corps du Seigneur ?

17. Car nous ne sommes tous ensemble qu'un seul pain et un seul corps, nous tous qui participons à un même pain.

18. Considérez les Israélites selon la chair : n'est-il pas vrai que ceux d'entre eux qui mangent de la victime immolée, prennent part à l'autel ?

19. Est-ce donc que je veuille dire que ce qui a été immolé aux idoles ait quelque vertu, ou que l'idole soit quelque chose?

20. Mais je dis que ce que les païens immolent, ils l'immolent aux démons, et non pas à Dieu. Or je désire que vous n'ayez aucune société avec les démons; car vous ne pouvez pas boire le calice du Seigneur et le calice des démons :

21. Vous ne pouvez pas participer à la table du Seigneur et à la table des démons.

22. Est-ce que nous voulons irriter Dieu, et le piquer de jalousie? Sommes-nous plus forts que lui? Tout m'est permis, mais tout n'est pas avantageux.

23. Tout m'est permis, mais tout n'est pas édifiant.

24. Que personne ne cherche sa propre satisfaction, mais le bien des autres.

25. Mangez de tout ce qui se vend à la boucherie, sans vous enquérir d'où il vient par scrupule de conscience :

26. Car la terre et tout ce qu'elle contient est au Seigneur.

27. Si un infidèle vous prie à manger chez lui, et que vous y veuilliez aller, mangez de tout ce qu'on vous servira sans vous enquérir d'où il vient par scrupule de conscience.

28. Mais si quelqu'un vous dit : Ceci a été immolé aux idoles, n'en mangez pas, à cause de celui qui vous a donné cet avis, et aussi de peur de blesser la conscience.

29. Quand je dis la conscience, je ne dis pas la vôtre, mais celle d'un autre; car pourquoi m'exposerai-je à faire condamner par la conscience d'autrui la liberté que j'ai de manger de tout?

30. Si ego cum gratiâ participo, quid blasphemor pro eo quòd gratias ago?

31. Sive ergo manducatis, sive bibitis, sive aliud quid facitis, omnia in gloriam Dei facite.

32. Sine offensione estote Judæis, et gentibus, et Ecclesiæ Dei :

33. Sicut et ego per omnia omnibus placeo, non quærens quod mihi utile est, sed quod multis, ut salvi fiant.

30. Si je prends avec action de grâces ce que je mange, pourquoi parle-t-on mal de moi, et me condamne-t-on pour une chose dont je rends grâces à Dieu?

31. Soit donc que vous mangiez, soit que vous buviez, et quelque chose que vous fassiez, faites tout pour la gloire de Dieu.

32. Ne donnez point occasion de scandale, ni aux Juifs, ni aux gentils, ni à l'Eglise de Dieu;

33. Comme je tâche moi-même de plaire à tous en toutes choses, ne cherchant point ce qui m'est avantageux en particulier, mais ce qui est avantageux à plusieurs pour être sauvés.

ANALYSIS.

Caput nonum Paulus absolvit tremens, ne reprobus efficiatur; hocque suo tremore, nos idem secum timere docuit. In primis autem hujus capitis versibus, suum et nostrum timorem confirmat, exemplo veterum Hebræorum verè tremendo : licèt enim iisdem omnes à Deo beneficiis, etiam stupendis et inauditis, præventi fuerint; plerique tamen, ob ingratitudinem suam, morte puniti sunt in deserto : ita ut è sexcentis millibus, duo tantùm homines terram promissam ingressi fuerint. Hæc, ait Paulus, v.6, figura nostrî sunt. Populus ille nostrî figura; beneficia viatoribus illis omnibus collata, gratiarum nobis omnibus in hâc peregrinatione collatarum figura; ingratorum illorum punitio, malorum nobis impendentium rudis delineatio; si sicut illi fuerimus malorum concupiscentes, idololatræ, fornicarii, tentatores Christi, murmuratores. Hæc, rursùs ait v. 11, sunt malorum nobis contingendorum prænuntia, et nobis erudiendis conscripta; ut nos christiani, qui in ultimâ mundi ætate vivimus, alieno sapiamus exemplo. Itaque v. 12, ait : Qui putat se stare, caveat ne cadat; sicut steterunt illi, et ceciderunt. Ne nimio tamen timore dejiciantur Corinthii, v. 13, precatur, ut non gravis eos invadat tentatio; eorumque animos spe in Deum erigit.

V. 14. Terrore, ob superiùs dicta, Corinthiis incusso, utitur ad eos avertendos ab idolothytis, quæ hìc idololatriam apertè nominat, quia scilicet participationes sunt sacrificiorum dæmoniis oblatorum.

V. 16. Sicut calix benedictus, seu eucharisticus, communicatio est sanguinis Christi; et panis consecratus, communicatio corporis Domini : ita libamen, et idolothyta sunt participationes cum dæmoniis.

V. 18. Sicut Israelitæ de victimis edentes, oblati sacrificii sunt participes; ita vos, ô Corinthii, idolothyta comedentes, sacrilegi sacrificii participes estis.

V. 20, etc. *Nolo autem vos christianos fieri dæmonum socios. Non potest quis altaris Christi, et altaris dæmonum esse particeps. Hoc est Dominum irritare, et quasi ad zelotypiam provocare. Ubi suam Paulus de idolothytis mentem hìc integrè aperuit, et quasdam objectiones resolvit. Tandem hanc de idolothytis quæstionem, ab octavo capite agitatam, ita componit, ut doctis aliquid concedat, et infirmorum saluti consulat.*

V. 25. Permittit, ut indifferenter emant et comedant ex omni, quod in macello venale prostat, nullâ prius interrogatione factâ, immolatumne sit, an non?

V. 27. Permittit, ut apud ethnicos invitati, sine scrupulo comedant ex appositis.

V. 28. Quod si quis dixerit : Hoc fuit immolatum, vetat ex eo ne comedant; ne libertate suâ malè utentes, quempiam scandalizent, dentque ei blasphemandi occasionem. Hortatur denique, ut in omnibus honorem Dei quærant, et salutem proximi; et ab eis nulla oriatur causa scandali, sive infidelibus sive fidelibus.

PARAPHRASIS.

1. Quidni reprobari timeam? Quidni et vos idem mecum timeatis? Memores estote eorum, quæ patribus nostris acciderunt : omnes illi post egressum ex Ægypto, sub columnâ nubis fuerunt, et omnes mare Rubrum mirabiliter transierunt;

2. Et omnes, Moyse duce et administro, quodammodò baptizati sunt in hâc nube et mari, nostri baptismatis figurâ.

3. Et omnes idem manna cœlitùs datum comederunt.

4. Et omnes aquam divinitùs datam biberunt. (Bibebant autem de aquâ, quam è saxo Moyses elicuit ictu virgæ, cujus aquæ rivuli castra eorum aliquandiù secuti sunt in deserto; hæc autem rupes figurabat Christum, è cujus latere percusso, fluxit aqua ad refectionem Ecclesiæ.)

5. Beneficia ergo omnibus illis communia quidem fuerunt : verumtamen quamplurimos eorum Deus gratos non habuit, sed ob scelera morte punivit in deserto, ita ut duo tantùm terram promissam fuerint ingressi.

6. Hæc autem omnia nostrî figura sunt; sicut beneficia illis omnibus collata, gratiarum nobis omnibus collatarum sunt figura; sic et illorum temporalis punitio, æternæ christianorum punitionis figura; si necessariis non contenti, per gulam peccemus sicut et illi;

7. Si efficiamini idololatræ, sicut quidam ex ipsis, qui Moyse absente, vitulum aureum conflaverunt, adoraverunt, hostiisque oblatis, sederunt ad comedendum immolatas carnes : deinde surrexerunt ad saltandum et ludendum circa vitulum;

8. Si fornicarii fuerimus, sicut quidam ex illis cum filiabus Moab fornicati sunt, ob quod unâ die viginti tria millia occisi sunt;

9. Si Christum tentemus, de ejus promissis diffi-

dentes; sicut et quidam eorum Christum ut Deum, eorumque ducem, toties exacerbârunt; ob quod ab ignitis serpentibus interfecti sunt;

10. Si mussitaveritis, et factiones suscitaveritis, sicut illi Moysi obmurmuraverunt, initâ conspiratione, ob quam ab angelo exterminati sunt Core, Dathan et alii, etc.;

11. Mementote, inquam, quòd hæc quæ Judæis acciderunt, sunt nobis contingendorum prænuntia, et quòd nobis erudiendis et corrigendis conscripta, ut nos christiani, qui in ultimâ mundi ætate vivimus, alieno sapiamus exemplo.

12. Itaque nemo nostrûm sibi fidat, sed qui stat, timeat ne cadat: sicut steterunt illi, et tamen ceciderunt.

13. Opto, Deumque precor, ut tentatio vos non invadat, nisi levis, et superatu facilis; ne, si gravior, vos superet, et cadatis. Confidite tamen; Deus, qui suis fidelis est, non patietur vos tentari supra vires vestras, sed vos roborando, faciet ut tentatio felicem habeat exitum; ita ut possitis sustinere, imò et vincere.

14. Quapropter, hoc ut ita sit, ô charissimi mei, fugite, et procul estote ab omni idolorum cultu, et ab idolothytis, quæ quædam sunt idololatria.

15. Cum viris prudentibus et sapientibus mihi res est: itaque vos ipsi judicate an verum sit quod dico; scilicet comestionem idolothytorum esse idololatriam.

16. Nonne calicem benedictum et consecratum bibentes, communicamus Domino, et ejus unimur sanguini? Nonne panem quem consecramus, et consecratum frangimus populo distribuendum, comedentes, communicamus, et unum fimus cum corpore Domini?

17. Ita sanè, et ita realiter, ut nos omnes unus panis, unum Christi corpus simus, quia ex uno pane comedimus, qui est corpus Christi. Idem ergo intelligite de bibentibus libamen, et de comedentibus idolothyta; communicant enim dæmoniis quibus oblata sunt.

18. Hoc ipsum videte ex Judaicâ religione. Nonne omnes apud Judæos, qui de victimis comedunt, oblati sacrificii sunt participes? ita ergo idolothyta comedentes, sacrilegi dæmonum sacrificii sunt participes.

19. An propterea dico, idolum, aut idolothytum aliquid esse? minimè.

20. Sed dico, quòd illud ipsum quod gentiles immolant, dæmoniis immolant, et non Deo: et ideò qui id idolothyta comedunt, communicant cum dæmoniis: Nolo autem vos christianos fieri dæmonum socios, per comestionem carnium illis oblatarum: Non potestis calicem Domino consecratum bibere, et vinum dæmoniis libatum.

21. Non potestis altaris Domini, et altaris dæmoniorum esse participes.

22. An Dominum volumus ad zelotypiam provocare? Num illo fortiores sumus?

23. Sed ais: Numquid hoc in se licitum est? Esto liceat in se idolothytum comedere; sed non expediunt omnia quæ licent: non expediunt, inquam, quia non ædificant; imò destruit et ad ruinam impellit hæc comestio in idolio, vel coram infirmo.

24. Charitas autem dictat, ut non nostra quæramus cum alterius scandalo aut incommodo.

25. Hanc tandem concludo quæstionem, meamque vobis aperio mentem. Primò ex omni quod in macello venale prostat, emite et comedite promiscuè, nihil interrogantes immolatum sit an non? Idque propter conscientiam, quâ scitis idolum nihil esse, et idolothytum nihil impurum habere.

26. Quia terra et omnia Domini sunt, et ideò bona.

27. Secundò, si quis ethnicus vos invitat ad comedendum, et vultis ire, de omnibus appositis sine scrupulo comedite, non inquirentes, sitne immolatum, necne? quia scitis nihil hinc impuritatis oriri.

28. Tertiò, si quis autem è convivis dicat, hoc fuit immolatum; ex eo ne comedatis, propter monitoris infirmam et minùs instructam conscientiam.

29. Conscientiam dico, non tuam, quæ firma est, sed illius monitoris, quæ sentit hoc tibi non licere. Cur autem faciam id quod mihi quidem liberum est, et licitum in se; sed ob quod alius in conscientiâ suâ me damnat.

30. Quòd si per Dei beneficium cibis utor, cur occasionem dabo, me quasi idolis devotum calumniandi pro re, de quâ Deo, et non dæmoniis, gratias ago?

31. Sive ergo edatis, sive bibatis, sive quid aliud faciatis, omnia ad Dei gloriam referatis.

32. Nulla autem à vobis oriatur offensionis causa, sive Judæis, sive gentibus, sive christianis fratribus.

33. Sicut et ego omnibus placere studeo, non quærens utilitatem meam, sed quod aliorum saluti maximè conducit.

COMMENTARIA.

Vers. 1. — Nolo enim vos ignorare... Ut sequentium cohærentiam cum præcedentibus clariùs intuearis; recordare quod capite præcedenti, v. 23, dixit: *Omnia autem facio propter Evangelium, ut particeps ejus efficiar.* Hocque dicens, Corinthios docuit æternam salutem suam omni modo stabilire. Versu 24, dixit: *Omnes quidem currunt, sed unus..*, hâcque stadiodromorum similitudine, docuit ad salutem non sufficere, quòd Ecclesiæ stadium per fidem ingressi fuerint; sed totis viribus eis annitendum esse, ut præmium fidelibus promissum assequantur. Versu 26, addidit: *Ego igitur sic curro, et sic pugno...* hocque exemplo suo in agone, ne reprobi fiant et bravium amittant; sicut Hebræi post typicum baptismum, et escam cœlestem, scilicet manna, terram promissionis et bravium inertes

Vers. 1. — *Nolo enim vos ignorare, fratres, quoniam patres nostri omnes sub nube fuerunt.* Quasi dicat: Ideò dixi post Baptismum christianis esse certandum

docuit alacriter currendum, fortiter pugnandum, ut bravium reportetur. Denique, v. 27, dixit: *Castigo... ne fortè et ipse reprobus efficiar*, hocque suo tremore docuit omnes Corinthios tremere, ne et ipsi reprobi fiant. Hæc autem omnia, scilicet quòd æterna salus cum omni sollicitudine sit facienda; quòd nobis non sufficiat fidem recepisse, et in Ecclesiæ stadium ingressos esse: sed nobis currendum, nobis pugnandum; quòd de Dei donis acceptis, non sit nobis blandiendum; quin imò, ob illa nobis timendum, nisi vita gratiis correspondeat, hæc, inquam, omnia confirmat terribili veterum Hebræorum exemplo, qui, licèt tot et tantis à Deo præventi beneficiis, licèt in nube et mari omnes baptizati, pane cœlesti nutriti, potu miraculoso recreati et refocillati, non omnes tamen, sed è sexcentis millibus duo tantùm terram promissam sunt ingressi. Quod sanè apertissimè respondet allatæ similitudini: *Omnes quidem currunt, sed unus...* et quod fideles prorsùs omnes docet cum curâ, cum omni sollicitudine et tremore salutem suam operari. Nunc ad textum.

Nolo enim. Græc., *autem*. Ambrosius legit *enim*, cui consentiunt antiqua exemplaria, ait Erasmus; sicque meliùs hæc cohærent cum superioribus, quorum ratio datur. Quasi diceret, dixi: *Ne fortè et ipse reprobus efficiar*: quidni hoc timeam? Quidni et vos idem mecum timeatis? An propter gratias mihi et vobis à Deo datas, nobis blandiemur? Quin imò, ob illas nobis maximè timendum.

Nolo enim vos ignorare... etenim recordari vos velim, memores estote; quoniam, id est, quòd patres nostri, id est, Hebræi, Judaicæ gentis, è quâ sum, progenitores: et christianæ religionis, quam profitemur omnes, prodromi et antecessores.

Omnes sub nube fuerunt. Primò recenset beneficia, et quidem insignia, illis omnibus à Deo mirabiliter collata. Post miraculosum illorum ex Ægypto egressum, *omnes* illi *sub nube*, id est, sub columnâ *fuerunt*, in quâ, ut dicitur Exod. 13, 21, *Dominus præcedebat eos ad ostendendam viam*, et quâ, ut dicitur Num. 9, v. 15, 16, etc., *eos operiebat*, ubi quiescebant; nubes expandebat se super castra, ut eos ab æstu solis protegeret.

Et omnes mare Rubrum miraculosè transierunt.

Vers. 2. — Et omnes in Moyse. Græc., *in Moysen* baptizati sunt. Hâc utitur voce, ut nostri baptismatis, et aliorum christianæ religionis Sacramentorum umbram et figuram clariùs exprimat.

Omnes in Moyse, id est, Moyse duce et administro, seu per Moysen, gentis Hebraicæ ducem, et divinæ voluntatis inter eos ministrum et interpretem. Quodam modo *baptizati sunt*, scilicet typicè in hâc nube et mari, nostri baptismatis figurâ, quatenùs hæc nubes eorum capitibus impendens, erat figura aquæ eorum capitibus infundendæ; mare totum Judæorum corpus circumdans, figurabat baptizandi immersionem in regenerationis lavacro. Ægyptii in hoc eodem mari submersi, figurabant peccata nostra, in hoc regenerationis lavacro submergenda. Omnes igitur Judæi, Moysi Dei ministro credentes, et illo præeunte, sub nube, et intra mare progredientes, quasi baptizati sunt. Credibile est, ait Estius, quòd aliquibus maris guttis, et aliquo nubis rore fuerint aspersi, quo Baptismi Sacramentum evidentiùs significaretur.

Vers. 3. — Omnes eamdem escam spiritalem, id est, manna. Dicitur esca spiritualis; tum quia angelorum manibus præparata; tum quia varios et miros gustus habens; tum et maximè, quia typus et figura Christi, panis vivi, qui de cœlo descendit; et sacratissimæ Eucharistiæ, panis cœlestis, mirabiles gustus hìc dantis, et in cœlo vitam æternam conferentis. Porrò eamdem, intellige, inter se; seu bonos, seu malos; tam qui perierunt, quàm qui servati sunt; ut patet, tum ex eo quòd de solis Hebræis hactenùs actum est; tum ex sequentibus: Sed non in pluribus eorum... licèt omnes eamdem escam comederint, etc., non tamen omnes Deo placuerunt. Quod de Hebræis.

Vers. 4. — Et omnes eumdem potum spiritalem, id est, aquam de petrâ percussâ fluentem; quæ dicitur spiritalis, quia miraculo producta, et quia typus et figura sanguinis et aquæ, quæ de percusso Christi

per peccata amiserunt. *Patres nostri*, patres Judæorum, è quibus ego sum, et multi inter vos, ô Corinthii. *Sub nube*. Nubes hæc fuit columna per diem obumbrans Hebræos ut nubes, et per noctem lucens ut ignis, quæ eos duxit per desertum quadraginta annis.

Et omnes mare (Rubrum, sive sinum Arabicum) *transierunt*, sicco pede, Moyse per virgam suam aquas percutiente, et dividente.

Vers. 2. — *Et omnes in Moyse baptizati sunt, in nube et in mari*; Exod. 14. Nota, transitum maris Rubri typum fuisse Baptismi, in quo sanguine Christi rubricamur, et merginus Ægyptios, scilicet peccata. Moyses typus est Christi, nubes est Spiritus sanctus, æstum concupiscentiæ refrigerans, nosque illuminans.

Vers. 3. — *Et omnes eamdem escam*, etc.; q. d.: Omnes Hebræi tam boni quam mali comederunt eamdem escam, id est, idem manna.

Vers. 4. — *Et omnes eumdem potum spiritalem biberunt*. Erant enim illa spiritualia, non in se, sed in rebus significatis, quarum erant figuræ: sicut et alia multa, quæ in illo populo vel exhibebantur, vel gerebantur in typum futurorum.

Bibebant autem de spiritali, consequente eos, petrâ. Petra enim quæ dedit aquam Hebræis, erat typus Christi, qui est vera petra, è quâ fluxit sanguis sitim concupiscentiæ nostræ restinguens. Hæc autem petra comitata dicitur Israelitas, eo quòd aquæ quas petra copiosissimè fundebat, pro commoditate populi in rivos divisæ, longo spatio profluerent donec veniretur ad locum, ubi esset aquarum copia. Unde, Psalm. 77, de illis aquis dicitur: *Et deduxit tanquam flumina aquas, et torrentes inundaverunt*. Et Psalm. 104: *Dirupit petram, et fluxerunt aquæ: abierunt in sicco flumina*.

Petra autem erat Christus. Illius petræ significatum erat Christus; sive quod per petram significabatur, est Christus. Christus enim ut petra firmissima totum sustinet Ecclesiam; idemque percussus et occisus à Judæis, quorum figuram Moyses gerebat, exundavit aquas uberrimas gratiarum, quibus salubriter reficimur in hujus vitæ deserto, quicumque tendimus ad terram promissionis spiritualem seu mysticam, id est

latere fluxerunt. Hanc aquam divinitùs datam biberunt omnes Judæi, et qui perierunt in deserto, et qui servati sunt, Josue et Caleb.

Bibebant autem de spiritali petra. Græc., *enim*. Rupes, seu petra Horeb, à Moyse percussa, dicitur spiritalis, quia non vi naturæ, sed divinâ virtute fundebat aquam; et quia typus et figura erat Christi in cruce lanceâ percutiendi. Itaque spirituale hìc idem est ac mysticum, seu mysticum habens sensum.

Consequente eos. Syr., *quæ cum ipsis veniebat*. Hæc rupes Judæos secuta est effectu, seu per rivos aquarum, è rupe continuè manantium, quæ castra Hebræorum aliquandiù secutæ sunt in deserto; juxta quod in psalm. 77, 16, dicitur: *Deduxit tanquàm flumina aquas*. Et psalm. 104: *Dirupit petram, et fluxerunt aquæ, abierunt in sicco flumina*.

Petra autem erat Christus, id est, figurabat Christum, è cujus percusso latere fluxit aqua, ad refectionem et potationem Ecclesiæ christianæ.

Observatio moralis.

Hàcusque divinæ in Judæos misericordiæ beneficia retulit, et quidem omnibus omninò communia; omnes prorsùs boni, mali, baptizati, mannâ pasti, potu miraculoso refocillati sunt. In his modò, juxta divi Pauli mentem, intuere gratiarum omnibus christianis collatarum umbram et figuram. Paucis Theodoretus: Illa, inquit, nostrorum typus erant: mare enim imitabatur lavacrum; nubes autem gratiam Spiritûs; Moyses verò sacerdotem; virga crucem; Israel transmittens, eos qui baptizantur; persequentes verò Ægyptii, figuram dæmonum implebant; ipse autem Pharao, figura erat diaboli. Itaque transitus per mare Rubrum, in quo Pharao et Ægyptii submersi fuerunt, figura fuit nostri Baptismatis in sanguine Christi; in quo omnia peccata nostra submersa fuêre, et nos à diaboli servitute liberati, translati sumus in regnum Christi.

Nubes sub quâ fuerunt Hebræi, et quæ ipsos præcedebat, ut monstraret viam, fuit figura divinæ gratiæ, per Baptismum nobis collatæ, ut nos in hujus mundi deserto ducat ad terram promissam. Nubes illa, seu potiùs columna, per noctem ignis erat, suâ luce tenebras dissipans, suo calore frigus et humorem expellens; per diem erat nubes refrigerans; diu, noctuque erat columna, juxta Exod. 13, 21 et 22: *Nunquàm defuit columna nubis per diem, et columna ignis per noctem coram populo*. Sic gratia, quasi divinus ignis illuminat et calefacit; quasi nubes refrigerat; quasi columna sustentat et roborat. Suâ luce ignis ille divinus mentis nostræ tenebras illuminat; suo calore cordis nostri teporem et frigus accendit. Nubes illa cœlestis ardorem et æstum concupiscentiæ refrigerat. Hæc divina columna lassos sustentat, debiles et infirmos roborat. Nunquàm deest nobis ignis, nubes, columna.

Manna, sacratissimæ Eucharistiæ, animam variis gustibus recreantis, et in æternùm vivificantis figura fuit. Quatuordecim analogias inter utramque refert Cornelius à Lapide. Petra Horeb figura Christi, lapis angularis, et Ecclesiæ fundamenti. Percussio petræ, figura percussionis lateralis. Aqua saliens è petrâ, figura aquæ è Christi latere fluentis. Petra Horeb, per aquarum rivos ex se manantes, secuta est Judæos in deserto, tanquàm itineris comes. Christus per Sacramenta sanguinis et aquæ, tanquàm gratiæ rivulos à corde suo manantes, et per Spiritum suum, nobiscum est usque ad consummationem seculi: *Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus*, etc.

Adsunt ergo divinæ misericordiæ beneficia, nobis omnibus collata, sicut et illorum figuræ omnibus omninò Judæis erant communes. Omnes baptizati sumus in Christi sanguine, omnes divinam gratiam recepimus in Baptismo; omnes panem vitæ comedimus in Eucharistiâ; omnes aquas de fontibus Salvatoris hausimus, et haurimus per hæc et alia Sacramenta. Omnes itaque gratias à Deo recepimus, et quidem beneficiis populo Judaico collatis, eò majores, quò illorum beneficia, gratiarum nostrarum fuerunt tantùm umbræ. Sed heu! ne propterea nobis blandiamur; quin imò magis metuamus, nisi grati, humiles, devoti, et Deo obsequentes fuerimus. Videte patres nostros, memores estote eorum quæ eis acciderunt.

Vers. 5. — Sed non in pluribus eorum... Quamvis omnes, nullo excepto, fuerint baptizati, divinitùs nutriti et potati; non omnes tamen, sed ex illis duo tantùm in terram promissam fuerunt ingressi. Omnes adulti, exceptis Josue et Caleb, mortui sunt in deserto. Hoc paucis Apostolus.

In pluribus, id est, quamplurimis, plerisque non est beneplacitum Deo. Græc., εὐδόκησεν. Plerosque eorum Deus non approbavit, gratos non habuit, scilicet ob idololatriam, murmurationes, et alia scelera, propter quæ puniti corruerunt in deserto.

Observatio moralis.

Quis hæc attentè legens, de se præsumat? Quis è contra non contremiscat, et eò magis, quò Judaicæ ingratitudinis complementum apparet expressiùs in christianis.

Omnes baptizati quidem: sed heu! quàm pauci, quàm paucissimi verè christiani! verè Christo credentes, verè Christum imitantes, verè adimplentes quæ Deo, coram angelis, in baptismo promiserunt?

Vers. 5. — *Sed non in pluribus eorum beneplacitum est Deo*; q. d.: Licèt omnes idem manna comederint, eamdem aquam de petrâ biberint, tamen non omnes placuerunt Deo. Ita Chrysost. Theophyl. Hebraismus, id est, plurimi eorum Deo non placuerunt: imò vehementer displicuerunt; utique propter incredulitatem, murmurationes, et alia peccata, quibus iram Dei adversùm se provocaverunt.

Nam prostrati sunt in deserto. Sic, Hebr. 3, de iisdem: *Quorum cadavera prostrata sunt in deserto*.

patriam cœlestem; q. d. Paulus: Christi divinitatis virtute, quæ erat petra spiritalis significata per petram dantem Hebræis aquam, quæque Hebræos semper comes per desertum sequebatur, data est Hebræis aqua de petrâ illâ materiali. Ita S. Chrysostom., Ambros., Anselm. Hanc aquam typicam miraculosè eis dabat, ut Christum eam dantem agnoscerent et colerent: quod tamen, ut sequitur, plurimi eorum non fecerunt.

Omnes sub nube... Spiritum sanctum, gratiam in baptismo receperunt : sed quis servavit? quis illius numen sequitur? quis ejus motioni obtemperat? quis ejus auxilio et sustentaculo fretus, ambulat in charitate, *de virtute in virtutem usque ad montem Dei?* Omnes panem vitæ comedunt : sed quàm multi indignè? hinc tot infirmi et mortui. Omnes de fontibus Salvatoris hauriunt aquas; alia Sacramenta percipiunt, sed non quà par est devotione : hinc mortem hauriunt sæpè, unde vitam haurire deberent. Inde quid nobis timendum? ne nobis eveniat quod contigit Judæis? ex infinità multitudine, duo tantùm promissam terram ingressi sunt; ne de nobis fiat quòd prædixit Christus. *Multi vocati, pauci verò electi?* ne ex quamplurimis currentibus, unus tantùm, id est, paucissimi beatitudinis æternæ bravium assequantur; cæteri omnes, ob inertiam, ob ingratitudinem reprobati, suppliciis addicantur æternis?

Prostratio Judæorum in deserto, figura est æternæ christianorum prostrationis in inferno. Mors illorum temporalis, æternæ christianorum mortis est imago. Ab eo cui plus datum est, plus exigitur; et qui in majoribus fuit ingratus, graviora meretur supplicia. tot autem et tantis à Deo affecti sumus gratiis, ut beneficia Judæis collata, licèt insignia et portentosa, ad illas tamen comparata, figuræ tantùm sint et umbræ. In tantis et tanta est ingratitudo nostra, ut Judæorum ingratitudo, infidelitatis nostræ sit tantùm umbra et figura. Ingratitudinis ergo Judaicæ punitio nostræ punitionis umbra tantùm est et figura, typus, rudis delineatio. Hæc omnia seriò perpende, et time, et cum tremore salutem tuam, Deo fidelis, operare.

Vers. 6. — Hæc autem in figura facta sunt nostri. Græc., *hæc autem typi*, seu figuræ nostrî facta sunt; quasi diceret : Hæc omnia quæ dixi, typi, seu rudis delineatio sunt eorum quæ circa nos facienda sunt. Sicut beneficia Judæis collata figura tantùm et rudis delineatio sunt gratiarum nobis à Christo collatarum, ut dictum est v. præcedenti. Sicut ingratitudo Judæorum, ingratitudinis nostræ figura tantùm est et umbra, ut ibid., sic temporalis Judæorum punitio, æternæ christianorum punitionis est figura. Vide ibidem. Quantò culpa gravior, tantò pœna grandior. Sicut in bonis longè melius est quod figuratur, quàm ipsa figura; ut regnum cœlorum, quàm terra promissionis : ita in malis longè pejus est quod figuratur, quàm figura significans. Secundùm Augustinum illa supplicia quæ sustinuerunt, figura fuerunt gehennæ, quæ omni pœnâ major est. D. Thomas hic. Corinthiis itaque et omnibus Christianis indicat his verbis Apostolus, nos non modò cruciatum iri, sed acrioribus esse, quàm Judæos, pœnis afficiendos. Omnia quippe in figurâ contingebant illis; et beneficia, et supplicia figuræ tantùm erant, umbra, pictura, gratiarum et pœnarum apud nos futurarum realiter et verè, si peccatis similibus Deum offendamus.

Ut non simus concupiscentes malorum. Nos itaque illorum punitio monet, ut nostris non obediamus concupiscentiis; seu ne necessariis non contenti, per gulam peccemus sicut illi. Sic præcipua Judæorum vitia tangit, ob quæ puniti corruerunt in deserto; ut ea Corinthiis applicet ad illorum emendationem. Primò itaque respiciens ad id quod Num. 11, v. 4, 33 et 34 refertur de Judæis, qui mannâ non contenti, dixerunt : *Quis dabit nobis carnes ad vescendum?* etc.; ob quam concupiscentiam ita puniti fuerunt, ut vocatus sit locus ille *Sepulcra concupiscentiæ;* hocque gulosis et epulatoribus Corinthiis applicans, ait : Ista eorum punitio nos admonet, ne necessariis non contenti, sicut et illi, escas concupiscamus illicitas, aut saltem illicitè, scilicet cum scandalo, ut docti Corinthii. Potest etiam aliquid in se licitum, illicitè appeti, si vehementer, ardenter et gulosè.

Vers. 7. — Neque idololatræ efficiamini... Secundò respiciens ad id quod Exod. 32 refertur de populo Israelitico, qui Moyse absente, vitulum aureum conflavit, adoravit, hostiisque oblatis, sedit ad manducandum carnes immolatas; deinde surrexit ad saltandum et ludendum circa vitulum, ob quæ plurimi fuerunt occisi; hocque Corinthiis in idolio accumbentibus applicans, ait : Hæc punitio monet nos, ut non simus idolorum cultores, nec quid faciamus ad idoli cultum pertinens, aut saltem ad eum adducens. Tale est idolothyta comedere, quod saltem gradus est ad idoli cultum; quasi diceret : Videte ne in idolio accumbatis, sicut illi sederunt comesturi idolothyta; et ne fortè circa idola satiati, ludatis sicut et illi.

Vers. 8. — Neque fornicemur sicut... Tertiò respicit ad Num. 25, ubi populus fornicatus est cum filiabus Moab, ob quod viginti tria millia occisi sunt; hocque fornicatoribus Corinthiis applicans, ait : *Neque fornicemur.* Et ceciderunt una die viginti tria millia. In lib. Num. 25, v. 9, occisi sunt viginti qua-

Omnes enim Hebræi, qui duce Moyse egressi sunt ex Ægypto, ob peccata sua, præsertim murmurationem, interfecti sunt in deserto, demptis Josue et Caleb, qui soli cum novâ mortuorum sobole ingressi sunt terram promissam. Num. 14.

Vers. 6. — *Hæc autem in figurâ facta sunt nostri. Figura* hic tam exemplum, quam typum significat. Voluit enim Deus Christianos statuere Christianis in exemplum, ut ex ipsorum punitione discerent Deum revereri, illique obedire.

Ut non simus concupiscentes malorum sicut et illi (patres nostri, scilicet priscri Hebræi) *concupierunt* de[illegible] carnium, in hæc loca inde dictus est *Sepulcra concupiscentiæ*, eò quòd Hebræi ibidem ob hanc carnium concupiscentiam cæsi sint à Deo. Num. 11.

Vers. 7. — *Neque idololatræ efficiamini*, etc. Exod. 32. Nam ederunt et biberunt epulo constructo ex hostiis pacificis quas aureo vituli simulacro obtulerant. Unde et *surrexerunt ludere*, saltando nimirùm et choros agendo : hos enim paulò post descendens è monte vidit Moyses. Exod. 32.

Vers. 8. — *Neque fornicemur, sicut quidam ex ipsis fornicati sunt*, cùm scilicet Hebræi coluerunt Beelphegor, id est, Priapum, et in ejus gratiam et cultum fornicati sunt cum filiabus Moab. Num. 25.

Et ceciderunt unà die viginti tria millia. Chrysost., Anselm., Cajet. referunt hoc ad plagam ob fornicationem cum filiabus Moab, de quâ jam dixi, quæ recensetur Num. 25, sed ibi dicuntur cæsa viginti quatuor millia; hic autem sunt tantùm viginti tria millia. Caje-

tuor millia. Hoc variis modis conciliat Estius : approbat tamen magis id errore scribæ factum esse, cùm Œcumenius aliquando legerit in Septuaginta eumdem numerum, ac in D. Paulo legitur.

Vers. 9. — Neque tentemus Christum... Sæpissimè Hebræi Deum tentaverunt in deserto, at præcipuè respicit Paulus ad Num. 21, ubi populus, pertæsus itineris et laboris, locutus est contra Dominum et Moysem; diffidens nempe de Dei promissis. Ob quod ab ignitis serpentibus interfecti sunt. Serpentes illi dicuntur igniti, quia suo morsu calorem et sitim mortiferam causabant. Hoeque Corinthiis, de Dei promissis diffidentibus, et de resurrectione dubitantibus, ut videre est c. 15, 12, Deum etiam in idolio tentantibus, ut hujus capitis v. 22, applicans, ait :

Non tentemus Christum, sicut quidam ex ipsis Christum, ut Deum, eorumque ducem toties tentaverunt. Vide apud Estium veterem traditionem, cui favet hic locus, scilicet quòd angelus, Israelitarum ductor, Christi personam gesserit.

Vers. 10 — Neque murmuraveritis... Denique respiciens ad Num. 11, 14 et 16, hoeque applicans Corinthiis, qui adversùs præfectos mussitabant, et factiones suscitabant, ait : Neque murmuraveritis... Exterminator dicitur angelus, cujus ministerio exterminati sunt Core, Dathan et Abiron et alii, etc.; Num. 16.

Vers. 11. — Hæc autem omnia in figura... Rursùs admonet hæc, quæ Judæis acciderunt, esse nobis contingendorum prænuntia, eaque nobis erudiendis et corrigendis esse conscripta.

Scripta sunt ad correptionem. Syr., *ad eruditionem nostram*, id est, ad nos commonendos, in quos seculorum fines devenerunt. Ut nos christiani, qui ad ultima mundi secula pervenimus, seu qui in extremâ mundi ætate vivimus, alieno sapiamus, exemplo.

Observatio moralis.

Attende quòd Hebræorum punitio, christianorum sit admonitio, eruditio. Deus Hebræos punivit ad

tanus respondet errore scribarum poni *viginti tria* pro *viginti quatuor*. Alii respondent Apostolum dicere verum, quia major numerus, scilicet viginti quatuor, includit minorem, scilicet viginti tria, sed planiùs et apertiùs dicemus Apostolum respicere ad Exod. 32, v. 28, ubi ob adoratum vitulum cæsa dicuntur viginti tria millia; ut habent Biblia Romana. Hanc ergo pœnam non refert Paulus ad fornicatores proxime præcedentes, sed remotiùs more Hebræorum ad idololatras, de quibus egit v. 7; nam oblitus pœnam tanto scelerì illatam exponere, quasi postliminio illam tradit : sic enim in sequentibus sceleribus pœnam semper subnectit, etc.

Vers. 9 — *Neque tentemus Christum*, quasi diffidentes ejus promissis, ut aliqui Corinthiorum dubitabant de resurrectione, ut patet c. 15, idèoque signa *petamus*, 2 Petri, 3

Sicut quidem eorum tentaverunt. Citat Num. 21, ubi dicitur : *Et tædere cœpit populum itineris et laboris, locutusque contra Dominum et Moysen, ait : Cur eduxisti nos de Ægypto ut moreremur in solitudine? Deest panis, non sunt aquæ, anima nostra jam nauseat super cibo isto levissimo.* Ubi nota *contra Dominum.* Hunc

exemplum nostrum; ut eorum pœnâ sapiamus, vitia fugiamus, vitam emendemus. Sed attende quòd Hebræorum pœnæ, nostrarum sint figuræ tantum et umbræ, rudia quasi lineamenta; sicut eos donorum magnitudine excedimus, sic pœnis atrocioribus afficiemur; illorum pœnæ temporariæ, nostræ erunt æternæ : hinc de fine seculorum nos monet Apostolus, ubi terribilis expectatio judicii. Attende denique quòd secundo monet Apostolus, *omnia in figurâ contingebant illis.* Deus qui, juxta Tertullianum, Adamum ipsum formans, Christum cogitabat, omnia veteris legis ordinans, Christum et christianismum ante oculos habebat. Omnia erant figuræ, præfigurationes, rudia lineamenta Christi, aut Ecclesiæ christianæ : hinc disce, Scripturam legens, veritatem in figuris intueri, novum Testamentum in veteri considerare : in veteri omnia umbra, pictura, figuræ nostræ; aut enim Christum respiciunt, aut christianismum erudiunt. Sed ne longiùs extra mentem Apostoli nobis hic expressam excurras.

In Israele carnali, de Ægypto exeunte, et per mare Rubrum transeunte, spiritualem Israelem, fidelis Abrahæ filios intuere, per baptismum in Christi sanguine, exeuntes de mundo. In Israelitici populi itinere per desertum ad terram promissam, intuere nostram, per hujus vitæ desertum, profectionem ad hæreditatem nobis promissam in cœlis. In Moyse eorum duce, intuere Christum, nostrum ducem et legislatorem; in nube, gratiam sancti Spiritûs; in mannâ, sacratissimam Eucharistiam; in aquâ spiritali seu miraculosâ, Ecclesiæ Sacramenta, Salvatoris fontes nos consequentes. Peccavit variis modis Israel; fuge peccatum. Ob peccata sua puniti sunt Hebræi, plerique prostrati sunt in deserto : time supplicium; si peccaveris, eò grandius erit et atrocius, quò peccatum tuum enormius; utpote qui majoribus præventus es gratiis; et qui monitus, alieno debuisti sapere exemplo. Eorum temporaria prostratio, tuæ prostrationis æternæ præfiguratio. Omnes illi in deserto prostrati, innumeris Dei beneficiis præventi fuerant;

enim Dominum Paulus explicat hic esse Christum; ergo Christus est Dominus Deus.

Et à serpentibus perierunt, scilicet morsibus eorum interfecti. Scriptura serpentes *ignitos*, id est, urentes vocat, Num. 21, quia suo morsu et afflatu calidissimo tantum calorem inducebant, ut qui ab eis erant morsi sibi uri viderentur.

Vers. 10. — *Neque murmuraveritis* (vel contra Deum, vel potiùs contra homines vobis præfectos), *sicut quidam eorum murmuraverunt*, etc. Angelo scilicet, per quem Deus pœnas Hebræis murmurantibus inflixit, ut Core cum suis à terrâ vivus absorberetur, alia quatuordecim millia et septingenti igne perirent, Numer. 16. Hic angelus videtur fuisse Michael dux populi, et legis in Sinâ dator et vindex, Exod. 23, typusque Christi.

Vers. 11. — *Hæc autem omnia in figurâ contingebant illis. Hæc omnia*, nimirùm quæ jam dixi. Figura hic non tam sensum allegoricum vel mysticum significat, quàm exemplum. Quasi dicat : Deus punivit Hebræos in figurâ nostri, hoc est, ad exemplum nostrum, ut eorum pœnâ sapiamus.

Scripta sunt autem ad correptionem nostram. Sensus : Ut iis lectis vel auditis, admoniti sapiamus, ne simili-

iisdem ac illi, qui servati sunt, gratiis affecti. Hinc disce, ob Dei gratias non efferri. Disce quòd si, ut populus ille, concupiscentiis tuis obedieris, si gulosus et carnalis, si tui nimius amator et idololatra, si impudicus, si Deo non subditus, fidelis et obtemperans, si adversùs præpositos rebellis, etc., tibi nec proderant Baptismus in Christi sanguine, nec communio cum Christo, etc. Ex sexcentis millibus, duo tantùm Josue et Caleb, promissam terram sunt ingressi. Hæcque propter eruditionem tuam scripta sunt. His ergo eruditus, attende tibi, vigila, ora, treme, et multo cum tremore salutem tuam operare.

Vers. 12. — Itaque qui se existimat stare... Recta ex præcedentibus conclusio. Cùm, ut patet ex dictis, tanta sit salutis difficultas, tantum lapsûs in hâc vitâ periculum. Qui putat stare, attendat sibi, et caveat ne cadat : steterunt Hebræi, et ceciderunt tamen; alieno sapiens exemplo, time, cave, attende, ne cadas. Hæc conclusio respondet ei, quod dictum est initio capitis : Quidni timeam? quidni timeatis, ne reprobi fiamus? Diffidentia suî stabilit in bono; confidentia præcipitat ad lapsum.

Vers. 13. — Tentatio vos non apprehendat... Græc., *non apprehendit*. Syr., *non invasit*. Nisi humana, id est, vulgaris, modica, communis, et frequens inter homines. Juxta nostram Vulgatam, Apostoli votum est, et quidem præcedentibus conforme; scilicet ob supra dictam salutis difficultatem, et ob lapsûs periculum, opto, Deumque precor, ut tentatio vos non invadat, nisi levis, modica, vulgaris, et quæ facile vinci potest : ne si gravior, vos superet, et ad consentiendum inducat; sicque ei succumbentes, cadatis. Vel consilium est, quo cautiores eos, et sibi ipsis attentiores reddat; quasi diceret : Ne sinatis à subrepente tentatione vos apprehendi et vinci; nisi fortè de his levibus peccatis, à quibus nullus homo liber est. Juxta Græcum, quem sequitur Syrus, monitio est humiliantis, fastumque reprimentis; quasi diceret : Ne quidquam de vobis præsumatis; modica tantùm et levia hucusque passi estis, sicut ad Hebr. 12, 4, dixit : *Nondum ad sanguinem usque restitistis*. Ita D. Chrysostomus et ejus sequaces.

Fidelis autem Deus est... Ne nimis ob superiùs dicta dejiciantur, eorum animos spe in Deum erigit. *Fidelis est Deus* in promissis suis. Cùm ergo multis in locis promiserit, se suis auxiliaturum, et post tentationem coronam eis gloriæ se daturum. Jacob. 1 : Confidite, non sinet vos supra vires vestras tentari : sed vos per suam gratiam roborando, faciet ut tentatio felicem habeat exitum. Ἔκβασις significat exitum, evasionem gloriosam, qualis est evasio militis, qui victor evadit è prælio.

Ut possitis sustinere. Ita ut possitis sustinere, imò et vincere; non modò nullum ex tentatione detrimentum accipietis, sed et multum lucrum reportabitis. Nota juxta hæc ultima verba, quòd de se ipso diffidere, suam timere fragilitatem, vigilare, sibique attendere, sint christianæ quidem fortitudinis initiale fundamentum : at in Domino confidere, in solo ejus auxilio inniti, totumque ab eo solo sperare, nostræ fortitudinis est consummatio, et stabile fragilitatis humanæ firmamentum. Nota secundùm priora verba, quòd nullo modo peccare, angelicum est; per ignorantiam et infirmitatem peccare, humanum : scienter et voluntariè, diabolicum. Homines quidem fragiles et ignari nunc sumus, at æquales angelis aliquando futuri; scilicet in resurrectione. Quoadusque autem ad angelorum perveniamus sanctitatem, diabolicam saltem caveamus malitiam; omne quidem horreamus peccatum, at præsertim diabolicum; et ex malitiâ : *Tentatio vos non apprehendat, nisi humana*, nunquàm diabolica.

Vers. 14. — Propter quod, charissimi... In superioribus Corinthios exterruit Apostolus; indicat hìc ad quid eos exterruerit, nimirùm ut ab idolothytis averteret, de quibus à cap. 8 principaliter agit.

ter peccantes similia patiamur.

In quos fines seculorum devenerunt. Ultimam quippe mundi ætatem significat, quæ ab adventu Christi protenditur usque ad seculi consummationem. Loquitur enim Apostolus non tantùm in personâ fidelium sui temporis, sed et eorum qui post futuri erant usque ad finem seculi.

Vers. 12. — *Itaque qui se existimat stare*, etc. Scilicet alieno cautus exemplo. Præcipuè notat eos qui scientiæ nomine sibi placentes, cum destructione proximorum et idololatriæ periculo, cibos idolis immolatos comedebant. Observa Paulum non dicere *qui stat*, sed, *qui se existimat stare*, qui sibi videtur stare. Multi namque sibi stare videntur, qui non stant. Fallunt enim semetipsos, aut certè falluntur. Quales utique erant quos inflabat scientia, charitate destitutos ædificante. Qui stat, videat ne cadat : nemo est tantâ firmitate suffultus, ut de stabilitate suâ debeat esse securus, inquit S. Leo, serm. 5 de Quadragesimâ.

Vers 13. — *Tentatio vos non apprehendat, nisi humana*; q. d. : Esto, o Corinthii, tentemini et sollicitemini ad schismata, ad litigia, ad luxum et venerem, ad idola et idolothyta : constantes tamen estote : quia hæ tentationes, quæ vos apprehendunt et occupant, communes sunt et humanæ, quas facile, si velitis, vincetis.

Fidelis autem Deus est, qui non patietur vos tentari supra id quod potestis. Si non patitur Deus nos tentari supra vires; ergo multò minùs, imò nullo modo impellit nos Deus ad peccata, ut vult Calvinus. *Deus*, ait August., *impossibilia non jubet* (cùm jubet ut cuivis tentationi resistamus), *sed jubendo monet et facere quod possis, et petere quod non possis, et adjuvat ut possis*. Deus est fidelis, id est, verus in promissionibus, qui se protectorem suorum electorum promisit, qui non patietur vos tentari supra id quod potestis ferre; quia vel cadere non sinit, vel à casu erigit.

Sed faciet etiam cum tentatione proventum, ut possitis sustinere. Sensus est : Is qui vos permittit tentari, faciet ut bonum exitum habeat tentatio : hoc est, ut eam superetis, ac victoriam inde reportetis. *Ut possitis sustinere*, id est, ita sustinere, ut superesint adhuc vires ad plus aliquid sustinendum : itaque tale tantumque auxilium Deus conferet, ut cum magno excessu possit quis tentationem superare.

Vers. 14. — *Propter quod charissimi mihi*, etc. Unde per *propter quod*, significat se omnia præcedentia dixisse, ad hoc, ut abstineat eos ab idolatriâ et idolothytis. Unde non dicit, ne colatis idola : sed, *fugite ab idolatria*, id est, ab idolorum cultu. Christianus enim [illegible] à [illegible] idolatris comedens, et [illegible] proprè colebat idolum, tamen ab idoli cultu [illegible] recedebat. Nam esus ille idolothyti, participatio quædam erat cultûs idololatrici.

Propter quod, id est, propter ea quæ hactenùs de Israelitis dixi vobis, ô charissimi mei. Seu quapropter, hoc ut ita sit, ut vos adjuvet Deus, fugite, procul estote animo et corpore ab idololatria, id est, ab idolothytis, seu immolatarum carnium comestione, quæ quædam est idololatria; quia, ut dicet v. 20, participatio est sacrificiorum dæmoniis oblatorum.

Vers. 15. — Ut prudentibus loquor... Quia idolothyta comedere, vocavit idololatriam, ne quempiam hâc dictione exasperaverit, lenit orationem, prudentes et sapientes eos vocans. Quia tamen dictum non modò non retractat, sed et probare fusiùs intendit; priùs benevolam eorum attentionem sibi conciliat, non tantùm illos laudans ut prudentes et sapientes : sed et ipsos, sontes et noxios, constituens judices à se dicendorum; quasi diceret : Quia cum viris prudentibus et sapientibus mihi res est, hinc non alios expeto judices de iis quæ dicturus sum : itaque vosipsi judicate, num benè probem idolothyta cultum idolorum esse, et ideò vobis fugiendum esse ab illis.

Vers. 16. — Calix benedictionis... Primò, ex ipsâ religione christianâ probat assertum suum, scilicet immolatorum comestionem, cùm sit participatio sacrificiorum dæmoniis oblatorum, idololatriam esse.

Calix benedictionis, id est, cui Christus in cœnâ benedixit; cui sacerdotes in missâ benedicunt; cujus haustu benedictio credentibus infunditur; D. Anselmus.

Nonne communicatio sanguinis Christi est? faciens nos unum cum ipso; D. Thomas. Id est, non ne calicem Domini benedictum et consecratum bibentes communicamus Domino? unimur Domino? Ita sanè; quia ut Theophylactus, post S. Chrysostomum, ait, quod in calice est, illud est quod ex Christi latere fluxit; et ex eo accipientes, communicamus, id est, unimur Christo. Id quod est in calice, est id quod fluxit ex latere, et illius sumus participes; D. Chrysostomus. Subintellige : Ergo similiter calix maledictus idolorum, est communicatio cum idolis et dæmoniis. Sicut participans calicem Domini, fit unum cum ipso; sic participans calicem dæmoniorum, fit unum cum eis. Dæmonis unitas est maximè fugienda : ergo et participatio idolothytorum in eorum veneratione; D. Thomas.

Et panis quem frangimus.., id est, quem consecramus, offerimus Deo, et oblatum frangimus, et populo fideli distribuimus; nonne communicatio corporis Domini est? faciens nos unum cum Christo, quia sub specie panis sumitur corpus Christi, ait D. Thomas. Notat hic P. Cornelius ex Stukio, licèt heterodoxo, quòd Orientales habebant panes latos et subtiles, instar placentæ, quos manibus facilè frangebant, ita ut cultro opus non haberent : hinc frangere panem.

Vers. 17. — Quoniam unus panis... Syr., *quemadmodùm igitur unus est panis ille;* ita et nos omnes unum sumus corpus : siquidem nos omnes ex uno illo pane accipimus. Ita sanè communicatio est, et ita realis et vera, ut quemadmodùm unus est panis ille, quem sumimus, et est Christi corpus; sic et nos omnes, unus panis, unum Christi corpus sumus, quia ex uno pane comedimus, qui est corpus Christi. Quid dico communicationem? sumus illud ipsum corpus : quid est enim panis? corpus Christi; quid autem fiunt, qui sumunt? corpus Christi, non corpora multa, sed unum corpus; D. Chrysostomus. Sicut ex multis granis fit unus panis; ita ex multis fidelibus fit unus

Vers. 15. — *Ut prudentibus loquor*, scilicet id quod sequitur. Ac si dicat : Cum prudentibus et intelligentibus mihi sermo est.

Vos ipsi judicate quod dico. Sensus : Id quod volo dicere tale est, ut vos ipsi, tanquàm prudentes, facilè de eo judicare possitis.

Vers. 16. — *Calix benedictionis cui benedicimus, nonne communicatio sanguinis Christi est? Calix benedictionis quem benedicimus.* Benedixit autem Christus panem et calicem, hoc est, Dei benedictionem et omnipotentiam super panem et vinum invocavit, ut præstò esset, et jam, et in futuris omnibus consecrationibus, ad panem convertendum in corpus, et vinum calicis in sanguinem Christi, quando legitimè pronuntiantur verba consecrationis. Similis fuit benedictio panum, Luc. 9. Non ergo benedictio hæc fuit consecratio, licèt id velit D. Thomas, 3 part., quæst. 78, artic. 1, sed prævia oratio. Ita Trident., sess. 13, cap. 1. Unde in liturgiâ S. Jacobi, Basilii, et nostrâ, Christi exemplo petimus, ut Deus benedicat hæc dona, ut divina virtus in panem et calicem descendat ad perficiendam consecrationem : et hinc dicitur *calix benedictionis*, id est, à Christo benedictus. *Nonne communicatio sanguinis Christi est?* Ergo, non typus sanguinis, ut vult Calvinus : sed ipsissimus sanguis Christi est, et nobis communicatur in calice Eucharistiæ. *Non dixit*, inquit Theophylactus, *participatio, sed communicatio; ut aliquid excellentius indicet, puta summam unionem. Quod autem dicit hujusmodi est, hoc quod in calice est, illud est, quod effluxit de latere Christi, et ex eo accipientes communicamus, id est, unimur Christo. Non pudet itaque vos, ô Corinthii, ad idolorum calicem recurrere, à calice hoc, qui vos ab idolis liberavit.* Nos in Eucharistiâ Deum ipsum tangere et manducare, et ab eo omnia bona percipere clarissimè asseverat Chrysostomus in morali, hom. 24, dicens : *Hæc mensa animæ nostræ vis est, nervi mentis, fiduciæ vinculum, fundamentum, spes, salus, lux, vita nostra. Si hinc hoc sacrificio muniti migrabimus, maximâ cum fiduciâ sanctum ascendemus vestibulum, et quid futura commemoro? Nam diùm in hâc vitâ sumus, ut terra nobis sit cœlum, facit hoc mysterium : sicut enim in cœlis, ita in terrâ regium corpus tibi videndum proponitur*, etc., *neque eum conspicaris tantùm, sed tangis et comedis*, etc.

Et panis quem frangimus, nonne participatio corporis Domini est? Sensus est : Communicatio, vel esus panis, quem frangimus, communicat nobis ipsum Christi corpus, ut illud reverà singuli in Eucharistiâ participemus. Corpus Domini *panem* Apostolus vocat, tum quia ex pane factum est : quâ ratione homo pulvis seu terra vocatur, Genes. 3, tum potissimè quia speciem panis totamque ejus operationem retinet. Adde, non dici nudè panem, *sed panem quem frangimus*, id est, eucharisticum, sive transsubstantiatum, qui est corpus Christi, panis tamen speciem et operationem retinet. Ita omnes Patres et doctores orthodoxi. Hinc *frangere panem*, est verbum ecclesiasticum et sacramentale. Unde Paulus hic Eucharistiam vocat *panem quem frangimus*, scilicet in Sacramento species corporis Christi frangentes, et comedentes; et in sacrificio illas offerentes, sumentes, et consumentes.

Vers. 17. — *Quoniam unus panis*, etc., de quo sic exclamat S. Augustinus : O sacramentum pietatis, ô signum unitatis, ô vinculum charitatis! Aquinas verò

panis sacer et vivus, scilicet unum Christi corpus mysticum, quod est Ecclesia.

Vers. 18. — Videte Israel secundum carnem... Secundò, hoc ipsum probat ex religione Judaicà ; nimirùm, quòd qui de victimis comedit, participat de sacrificio ; et consequenter idolothyta idololatriam esse, quia participatio sacrilegi sacrificii. Videte populum ex Israele secundùm carnem progenitum : sic vocat Judæos, ad christianorum distinctionem, qui sunt spirituales Israelitæ, et per fidem Abrahæ filii. Nonne omnes apud illos, qui de immolatis victimis comedunt, oblati sacrificii sunt participes? Hinc ergo et contra vosmetipsos, ô Corinthii, concludite, quòd qui de idolothytis comedunt, sacrilegi sacrificii sunt participes, suntque idololatræ : quia victimæ consumptio, est sacrificii consummatio. Hoc eis reliquit concludendum, quia perspicuum, et quia ipsos v. 15 dicendorum à se constituit judices.

Ratiocinatio D. Pauli, in his versibus probantis idolothytorum comestionem esse idololatriam, hæc est : Omnis cum dæmonibus communicatio est idololatria : idolothytorum comestio est cum dæmonibus communicatio : ergo idololatria. Probatur minor. In omni prorsùs religione, comestio victimarum est communicatio, et cum eo cui oblata est victima, et cum eo qui eam obtulit. Patet in christianismo, ubi potatio calicis sacri est communicatio sanguinis Christi ; et ubi comestio panis consecrati, est communicatio et unio cum corpore Christi ; imò et cum omnibus illud comedentibus, quippe qui omnes fiunt unus panis, unumque Christi corpus hâc comestione. Patet in Judaismo, ubi participatio, seu comestio de hostiis oblatis, est participatio cum altari, et cum sacrificio oblato, et cum offerentibus. Ergo pariter idolothytorum comestio, id est, comestio victimarum dæmoniis oblatarum, est communicatio cum dæmoniis, et communicatio cum iis qui colunt et adorant dæmones : ergo est idololatria.

Observatio dogmatica.

In hâc Apostoli ratiocinatione nota 1° eucharisticum sacrificium divo Paulo ita certum esse et incontestatum, ut illud assumat tanquàm argumentationis suæ principium ab omnibus notum. 2° Quòd omnia divi Pauli verba supponunt et indicant realem sanguinis et corporis Christi præsentiam, comestionem et communicationem. *Communicatio sanguinis*, v. 16 ; *communicatio corporis*, ibidem. 3° Quòd ipsa mens D. Pauli hanc realem corporis Christi comestionem et sanguinis potationem supponit, sicut supponit realem apud Judæos et apud ethnicos victimarum comestionem ; aliàs ruit totum Apostoli argumentum. Illius enim scopus est probare eos qui de victimis dæmoni consecratis comedunt, realiter cum dæmoniis communicare ; sicut apud christianos, qui calicem sacrum bibunt, et panem consecratum manducant, realiter communicant corpori et sanguini Christi : et sicut apud Judæos, qui de hostiis comedunt, participant realiter altari et sacrificio, et omni Judaico cultui. Si autem tollatur realis communicatio corporis et sanguinis Christi, ut figurativa substituatur ; tunc nulla paritas erit, et nullum argumentum. 4° Hæc divi Pauli verba, hancque ejus mentem de reali communicatione corporis et sanguinis Domini, intellexêre sancti Patres. Audi S. Chrysostomum : *Calix benedictionis*... Valdè fideliter dixit et terribiliter ; hoc est autem quod dicit : Id quod est in calice est id quod fluxit ex latere, et illius sumus participes. *Panis quem frangimus*... Quod non passus est in cruce, hoc in oblatione patitur propter te, et patitur frangi, ut omnes impleat ; S. Chrysostomus. Idem D. Chrysostomus hìc ardentem in nos Christi charitatem miratur, quæ omnium hominum superat magnificentiam : hi enim in pecuniis, in possessionibus et vestibus suam ostendunt liberalitatem : in sanguine autem nullus unquàm : Christus autem suum corpus dat et sanguinem. Ipsius nunc verbis utor : ipsum mutavit sacrificium, et pro cæde brutorum se ipsum jussit offerri. Paulò supra dixerat : Si sanguinem cupis, non aram idolorum brutorum cæde, sed meum altare meo cruenta sanguine. In morali fusiùs explicat quale sit Christi corpus in Eucharistiâ, scilicet idem quod in præsepi reveriti sunt Magi, etc., quod in cruce fuit affixum, etc., quod sol videns crucifixum, radios avertit, etc. Sed, inquies, oratoriè hæc dicit Chrysostomus.

Insulsum est hoc effugium ; 1° quia dogmaticè loquitur, et ut doctor, ubi litteram interpretatur in Commentario ; 2° in morali fusiùs quidem explicat, sed ut orator christianus et verax : esset autem mendax, si diceret panem esse corpus in præsepi adoratum, à Judæis crucifixum, etc., et vinum esse sanguinem pro nobis effusum.

Observatio dogmatica et moralis.

Ab ipso Apostolo discamus hìc quid sit Eucharistia, et quo animo ad eam accedere debeamus. *Communicatio est corporis Domini* pro nobis crucifixi ; *communicatio est sanguinis* Christi pro nobis effusi ; consummatio est et applicatio sacrificii in cruce peracti. Christus, Agnus Dei, in cruce pro nobis omnibus immolatus est. Sacratissima autem Eucharistia, hujus Agni comestio, singulis christianis applicatio, participatio, communicatio est corporis pro nobis immolati, et sanguinis pro nobis effusi. Christus in cruce fons

subtiliter ac sublimiter in his Apostoli verbis duplicem observat unitatem : primam incorporationis, quà in Christum transformamur, cùm dicit, *unus panis* : alteram vitæ et sensùs, quam à Christo capite accipimus, cùm addit, *unus corpus*. Sic ergo ratiocinatur : Nos Christiani quicumque de uno pane, id est, corpore Domini, et de uno calice, id est, sanguine Domini, communicamus, hoc ipso cum Christo Domino et inter nos societatem sanctæ religionis habemus atque fovemus ; adeòque unum inter nos et cum illo tanquàm capite, mysticum corpus efficimur : ergo fideles unà cum infidelibus ex immolatitiis idolorum edentes, societatem impiæ religionis cum eis ineunt, atque idololatriæ participes efficiuntur ; imò, sicut infra dicit, ipsorum dæmoniorum socii fiunt.

Vers. 18. — *Videte Israel secundùm carnem*, etc. ; q. d. : Eodem modo qui comedunt de pane eucharistico participes sunt sacrificii eucharistici, et qui co-

est immensus et inexhaustus meritorum et gratiarum. Sanctissima Eucharistia, Salvatoris comestio, hoc meritorum pelagus applicat unicuique fideli, et applicabit usque ad finem mundi, pro uniuscujusque modo. Sicut apud Judæos, imò et apud ethnicos, victimarum comestio et consumptio, erat sacrificii peracti participatio et consummatio. Sic apud nos sanctissimæ Eucharistiæ perceptio, Christi crucifixi Salvatoris comestio, est sacrificii in cruce pro nobis peracti communicatio, et pro singulis consummatio. Itaque ad sanctissimam Eucharistiam accedens, Christum in cruce mortuum cogita, eumque tu tibi pro te mortuum applica, juxta Domini præceptum : *Hæc quotiescumque feceritis*, etc. Vide plura in corollario pietatis in fine.

VERS. 19. — QUID ERGO DICO... Objicit sibimetipsi. An propterea dico : contra id quod, c. 8, v. 4, dixi ; idolum, aut immolatum idolo, aliquid esse? Minimè.

VERS. 20. — SED QUÆ IMMOLANT GENTES... Sed dico quòd illud quod gentiles immolant, non vero Deo, sed dæmoniis immolant : et propterea qui gentilium sacrificiis participant, de idolothytis comedentes, cum dæmoniis habent communicationem.

NOLO AUTEM VOS christianos FIERI DÆMONIORUM SOCIOS per participationem carnium illis oblatarum.

VERS. 21. — NON POTESTIS CALICEM DOMINI BIBERE, id est, non potestis calicem Domino sacrificatum bibere, et calicem dæmoniis oblatum, seu vinum diis libatum.

NON POTESTIS MENSÆ, seu altaris Domini PARTICIPES ESSE, ET MENSÆ, seu altaris DÆMONIORUM. Altare Christi, ubi sacrificatur Christus; *mensa Domini*, ubi comeditur Christus, et ubi ipse quasi nobiscum convivatur, seipsum apponens comedendum. In idoliis apponebantur mensæ, in quibus post sacrificium peractum transferebantur ex altari carnes immolatæ, ut ex eis comederent qui obtulerant, eorumque amici et invitati. Contingebat autem aliquando, ut quidam è Corinthiis, postquàm idolothyta comederant, ad sacratissimam Eucharistiam accederent; hoc arguens D. Paulus, ait : *Non potestis calicem Domini... Non potestis mensæ...*

VERS. 22. — AN ÆMULAMUR DOMINUM?... Syr., *an provocando provocamus ad zelotypiam Dominum nostrum?* num fortiores illo sumus? Exaggerat ut pudefaciat eos ; quasi diceret : An Dominum irritare, ad zelum et ad iram vultis provocare? dùm sic ad ejus adversaries deficitis, et in acie cum illius hostibus statis ; quasi illo fortiores sitis, et pœnas irati Dei possetis evadere. Maluit tamen in primâ personâ loqui, ut tantisper leniret. Eâdem dictione usus est, quâ Moyses in Judæos, Deuter. 32, 21 : *Ipsi me æmulati sunt in non Deo, ad iram me provocaverunt in idolis suis ;* D. Chrys. Probat itaque duarum communicationum, de quibus v. 21, incompatibilitatem : ex eo quòd à mensâ Domini transire ad mensam diaboli, sit à Domino deficere, ad ejus hostes transfugere, sicque Dominum ad zelum irritare, illumque spernere, quasi vindictæ impotentem, et qui non timeatur. Quot, heu! quot hodiè christiani sic à Domino deficiunt, ad ejus hostes transfugiunt, dùm à mensâ Domini, ad spectacula, ad pompas diaboli transeunt? Quot alii Dominum ad zelum provocant, dùm in ipso templo, et in ipsis oculis Domini, creaturam, non creatorem adorant?

NUMQUID FORTIORES DEO SUMUS?

VERS. 23. — OMNIA MIHI LICENT... Occurrit objectioni : Dices, quòd res in se licita sit et indifferens, — Resp. : Esto liceat in se, SED NON EXPEDIUNT OMNIA quæcumque licent.

OMNIA MIHI LICENT, intellige omnia adiaphora, nullâ lege prohibita, quale est idolothytum comedere : SED NON OMNIA ÆDIFICANT, v. g., comedere idolothytum in idolio, vel coram infirmo ; imò hæc comestio destruit, quia scandalizat, et ad ruinam impellit. In se licet, per accidens non licet ; si scandalizetur frater, si fiat quis ob id deterior. Idolothyta materialiter, et ut cibum comedere, licet tibi, si solus, si nihil aliud habeas. Formaliter autem, ut idolothyta, et dæmoniis sacra, non licet, quia sic est idololatria.

VERS. 24. — NEMO QUOD SUUM EST QUÆRAT... scilicet cum fratris sui scandalo aut incommodo : hujus enim utilitatem spiritualem debemus corporali nostræ utilitati aut voluptati præferre. Licèt ergo non sit illicita idolothytorum comestio, hoc tamen solùm non debetis attendere, sed præterea consulere proximorum infirmitati et utilitati. Considera num id quod fit,

medunt idolothyta, participant de sacrificiis idololatricis, illaque consummant, ac per hoc quasi sacrificant idolis.

VERS. 19. — *Quid ergo?* etc.; q. d. : Minimè. Idolum enim et consequenter idolothytum nihil est, nihil habet numinis vel virtutis, ut dixi cap. 8, v. 4.

VERS. 20, 21. — *Sed quæ immolant gentes..... Non potestis mensæ Domini participes esse*, etc. *Mensæ*, sacræ scilicet, id est, altaris, quæ est quasi mensa Dei, in quâ Deus quasi convivatur nobiscum, ut patet Malachiæ 1. Ita Ambros., Anselm. et concilium Trident., sess. 22, c. 1. Ubi ex hoc loco docet Eucharistiam esse sacrificium : de eâ enim Apostolum agere, non de sacrificio crucis. Primò, quia crucis victima transiit, et jam diù desiit : hic autem agit Apostolus de sacrificio, cujus Corinthii in dies erant participes. Secundò, ex voce *panis*, et *mensæ Domini*, id est, altaris : ubi enim est altare, ibi est et sacerdos, et sacrificium. Hæc enim tria sunt correlativa.

VERS. 22, 23. — *An æmulamur Dominum*, id est, an provocamus Dominum ad iram et zelum? Quasi contemnentes ejus potentiam, et probare volentes an punire nos possit, ad rivalem et hostem ipsius diabolum transeuntes? Id enim facit qui particeps effectus mensæ Domini, postea sese mensæ dæmoniorum associat.

Numquid fortiores illo sumus? Ac si dicat : Minimè. Ergo non impunè nobis cedet illa æmulatio et Dei ad iram provocatio.

Omnia mihi licent, sed non omnia expediunt, quia, ut sequitur, *non omnia ædificant*. Quasi dicat : Materialiter licet vesci idolotytho per se, per accidens tamen non licet, si sequatur scandalum.

VERS. 24. — *Nemo quod suum est quærat*, etc.; q. d.: Nemo quærat ematve carnem idolis immolatam, sibi commodam, gratam, sapidam, vilis pretii : sed in hac re aliisque similibus quærat alterius, proximi scilicet, ædificationem, ut non cum ejus scandalo, et

damnum afferat, num eversionem? S. Chrysostomus. Itaque non jus, sed charitas actionum nostrarum est regula : non enim solummodò quod jure possumus, debemus considerare, sed etiam quod charitas postulat, jusque nostrum, per charitatem, proximi bono sæpè sacrificandum. Qui proximum amat, Deum amat.

Vers. 25. — Omne quod in macello... Totam hanc de idolothytis quæstionem, ab octavo capite agitatam, admirabili terminat temperamento; quo sic aliquid doctis Corinthiis concedit, ut et infirmiorum saluti penitùs consulat. Temperamentum autem hoc est : 1° Permittit ut emant et comedant indifferenter ex omni quod venale prostat, nullâ factâ priùs interrogatione, immolatum ne sit, an non?

Macellum, locus Romæ, ubi vendebatur caro; sic dictus ab homine, cujus id fuerat solum, ait Grotius : itaque *macellum*, vox Græca ex Latino. Fieri poterat, ait idem Grotius, ut macellarius antequàm ad macellum carnes deferret, aliquid de iis in aram dedisset; vel ut sacerdotes, partes quæ ipsis cedebant, vendidissent. Et de hoc non vult inquiri, sed indifferenter emi, propter conscientiam, in quâ scitis, et persuasi estis, idolum nihil esse, et idolothytum nihil impurum habere in se.

Vers. 26. — Domini est terra... Scitis enim quòd terra et omnia quæ in eâ, Domini sunt, et ideò in se bona. Nullus cibus ex se malus aut impurus, sed intemperantia, infidelitas, oblivio Dei, inobedientia, contemptus Ecclesiæ, conscientiam malè utentis reddunt impuram.

Vers. 27. — Si quis vocat vos infidelium... 2° Permittit, ut apud ethnicos invitati ad comedendum, de appositis sine scrupulo comedant, nihil interrogantes, ut supra, v. præc. 25.

Et vultis ire. Nec jubet, nec prohibet, ait divus Chrysostomus : sed hoc addit, fortè ut innuat meliùs se facturos, si non eant.

Vers. 28. —Si quis autem vobis dixerit... 3° *Si quis* è convivis *dixerit vobis :* Hoc fuit immolatum, prohibet ex eo ne comedant, idque propter monitoris conscientiam; ne lædatur, ait Chrysostomus; seu rationem habentes illius, qui monuit, conscientiæ infirmæ, et minùs instructæ. Gr. addit hìc : *Domini est terra*, etc., sed Syrus et Arabs non legerunt, nec interpres noster.

Vers. 29. — Conscientiam dico, non tuam... Nòsti enim quòd idolum nihil est, et quòd omnia Dei sunt : sed alterius, scilicet convivæ, qui monuit hoc immolatum esse; et qui videtur sentire, quòd hoc tibi non liceat : propter illum, inquam, abstine.

Ut quid enim libertas mea... Personam mutat, ut sæpè : cur enim, et cui bono utar libertate meâ, cum alterius scandalo; seu cur faciam id quod mihi quidem liberum est, sed ob quod alius in suâ conscientiâ me damnat. Fabula est, inquiet, christianorum religio; aiunt quidem idola sese execrari, et interim ea quæ eis oblata sunt, libenter comedunt. Theophylactus.

Vers. 30. — Si ego cum gratia participo... Si per beneficium Dei, dantis et concedentis, utor cibis; cur blasphemiæ, seu calumniæ occasionem dabo, pro re, de quâ Deo gratias ago, non dæmoniis?

Ut quid blasphemor? quasi sim idolo devotus, et non horream quæ sunt idoli, cùm reverà tamen et horream idola, et uni Deo gratias agam. Itaque nec abutar meâ libertate, nec occasionem blasphemandi dabo, ideò non comedam. Duas itaque in supra dictâ circumstantiâ rationes dat non comedendi. Primam quidem, quia abuterer meâ libertate, et proximo darem occasionem de me malè judicandi, illumque scandalizarem. Secundam, quia darem occasionem etiam in me, et in christianam religionem blasphemandi : idque pro re, de quâ Deo gratias ago. Unus è recentioribus auctor putat Apostolum hæc dicere in personâ doctorum, *ut quid enim libertas mea*, etc., si ego, etc., vultque esse eorum querimonias, quas ut justas admittit Apostolus. Sed conjunctio *enim* indicat quòd Apostolus probet id quod dixit : *Nolite manducare propter illum... et propter conscientiam illius... ut quid enim*, etc.

Vers. 31. — Sive ergo manducatis... Conclusione

damno spirituali illam emat et comedat. Ita Theophylact.

Vers. 25. — *Omne quod in macello venit*, etc. *Omne*, scilicet omnia tam idolis immolata, quàm non immolata indifferenter comedite : *nihil interrogantes*, id est, nihil dijudicantes, vel discernentes; Ambrosius, nihil disquirentes; Theophylact., nihil hæsitantes. *Propter conscientiam*, quasi scrupulus sit faciendus, si vendant idolothyta, illudque rogare debeatis, an scilicet carnes quas emere vultis, fuerint idolis oblatæ, nec tales emere et comedere liceat. Ita Anselmus, Ambrosius, Theodoretus.

Vers. 26. — *Domini est terra*, etc.; q. d. : Omnis creatura, quia Domini est, bona est et munda : sic et idolothyta non immunda sunt, ut vos putatis esse, ex eo quòd dæmoni sunt oblata; sed munda sunt, quia à Domino creata sunt. Ita Chrysost., Theoph.

Vers. 27. — *Si quis vocat vos* (ad prandium vel cœnam) *infidelium, et vultis ire, omne* (etiamsi idolothytum sit) *quod vobis apponitur*, etc. Si enim rogetis, et respondeatur esse idolothytum, conscientia vestra constringetur, eoque vesci non poteritis.

Vers. 28. *Si quis autem dixerit* (in prandio vel cœnâ) : *Hoc idolis immolatum est ; nolite manducare, propter illum qui indicavit;* ne videlicet ei scandalum præbeatis manducando, sive fidelis ille sit sive infidelis.

Et propter conscientiam; ne scilicet lædas conscientiam fratris tui in fide infirmi, tibi in mensâ assidentis, dùm cum tuo exemplo provocas, ut contra conscientiam suam idolothyta comedat.

Vers. 29. — *Ut quid enim libertas mea*, etc.; q. d. : Quare utar libertate meâ cum scandalo, ut damner ab alienâ conscientiâ? Illa enim, cùm infirma sit et rudis, putat me rem damnabilem facere, si comedam idolothyta. Quasi dicat : Neutiquàm id faciendum est. Ita S. Ambrosius.

Vers. 30. — *Si ego cum gratiâ participo*, etc.; Sensus est : Committere non debeo, ut alius mihi maledicat, aut malè de me loquatur, propter id pro quo ego Deo gratias ago, id est, propter cibum : sed potius abstinebo, quamvis alioqui cum gratiâ participaturus.

Vers. 31. — *Sive ergo manducatis*, etc.; q. d. : Ita manducate, bibite, omniaque vestra ita facite, ut apta et habilia sint ad gloriam Dei promovendam,

generali hortatur eos, ut sive manducent, sive bibant, sive quid aliud faciant; omnia propter Dei gloriam faciant: et in omnibus caveant, ne lædatur honor Dei, et offendatur proximus, sive Judæus, sive gentilis, sive christianus. *Omnia propter semetipsum operatus est Dominus*: ergo et nos omnia propter illum facere debemus. Omnia bona à Deo procedunt: ergo ad eum referenda; per amorem omnia nobis donat: per amorem omnia ei reddenda.

Vers. 32. — Sine offensione estote... Ne quemquam offendatis; à vobis nulla oriatur causa offensionis, scandali; sive Judæis, qui dùm christianos vident idolothyta comedentes, dicunt: Ecce quomodò christiani unum Deum colunt.

Sive Græcis, id est, infidelibus, qui dicebant: Hoc cùm faciant christiani, ergo nihil mali putant esse in idololatriâ. Sive christianis infirmis, qui scandalizantur, et urgentibus malis, ob hoc facilè deficiunt, idolis sacrificantes, aut idolothyta in illorum honorem comedentes.

Vers. 33. Sicut et ego per omnia... Seipsum dat exemplum, imò exemplum Christi, cujus Paulus imitatorem se præbuit, studens nullum offendere, omnes ædificare; non quæ sua sunt, quærere, sed æternam aliorum salutem commodis suis præferre. Divus Chrysostomus hìc resumit omnes causas, ob quas ab idolothytis abstinendum esse dixit Apostolus. Quia id inutile, et supervacaneum, propter damnum fratris, propter Judæi blasphemiam, propter Græci maledicentiam, quia ea res sit quidam cultus idolorum.

scilicet ut talia sint, ex quibus glorificari possit Deus, nemo offendi, nec Dei gloria lædi, sed potiùs omnis ædificari, et consequenter Dei gloria celebrari et propagari.

Vers. 32. — *Sine offensione estote Judæis*, etc. Tales, inquit, vos gerite, ut nullum præbeatis offendiculum neque Judæis, neque gentilibus, neque Ecclesiæ Dei. Judæos et gentiles rectè plerique restringunt ad eos qui foris sunt, id est, infideles, et Ecclesiam nondùm ingressos. Nam de fidelibus est tertium membrum, *et Ecclesiæ Dei*.

Vers. 33. — *Sicut et ego per omnia omnibus placeo* (id est, placere conor et satago, ut omnes ædificem, neminem offendam et scandalizem), *non quærens quod mihi utile est*, etc.; Græcè, *non quærens meum ipsius commodum*, id est, utilitatem, *sed multorum*. Id enim argumentum est charitatis, quæ non quærit quæ sua sunt.

Corollarium pietatis, seu in hoc capite ad pietatem maximè notanda, et ad praxim redigenda.

1° Ex primis hujus capitis versibus discamus omnes quanto cum tremore salutem nostram debeamus operari; hâc in re de nullo nobis unquàm blandiendum; cùm etiam ob ipsa Dei dona nobis sit metuendum. Quantis, et quàm portentosis beneficiis à Deo præventi fuerunt Israelitæ? et tamen in quàm paucissimis eorum Deo beneplacitum est? E sexcentis millibus duo tantùm in terram promissam sunt ingressi. Hujus exempli, verè terribilis, memor freme: et eò profundiùs humiliare sub omnipotenti manu Dei, quò majoribus ab eo præventus es gratiis. Ut autem hoc Israelitarum exemplum in te sit efficacius, tu temetipsum in ipsis intuere, quandoquidem ipsi reverà erant tui figuræ. Israel carnalis de Ægypto exiens, et per mare Rubrum transiens, etc., spiritualis Israelis erat figura, v. 11. Beneficia carnali Israeli collata, figurabant beneficia christianis conferenda, v. 4. Israelitarum ingratitudo, nostræ fuit ingratitudinis umbra, v. 5. Temporalis Judæorum punitio, nostræ punitionis æternæ typus, et rudis delineatio, v. 5. Hæc omnia sigillatim perpende: et alieno sapiens exemplo, vitia fuge ob quæ Israelitæ terrâ promissâ sunt privati, v. 6, 7, 8, 9, 10, 11.

2° Ex v. 16 et 17, discamus ad fidei nostræ confirmationem, quæ fuerit Apostoli nostri fides circa sanctissimam Eucharistiam. Ita certò credebat illam esse sacrificium, ut hanc veritatem assumat tanquàm indubitatum sui ratiocinii principium. Apud nos christianos, inquit Apostolus, comestio panis eucharistici, et potatio calicis sacri, est unio et communicatio cum corpore et sanguine Christi sacrificatis. Apud Judæos comestio victimarum est communicatio cum oblato sacrificio. Ergo pariter comestio idolothytorum est communicatio cum dæmoniis, et idololatria. In hoc ratiocinio, vel supponitur ubique sacrificium, apud christianos scilicet, Judæos et paganos; vel nulla erit paritas, sicque quòd blasphemum cogitatu, nulla ratiocinatio. Credamus itaque cum Apostolo sanctissimam Eucharistiam sacrificium esse, et quidem incruentum: at sacrificium cruentum, seu in cruce peractum, nobis applicans.

PRAXIS APOSTOLICA.

Eucharistia communicatio est corporis Domini pro nobis crucifixi; communicatio est sanguinis Domini pro nobis effusi. Ad eam itaque accedens, recordare Christi Domini, in cruce pro te mortui; ipsi pro tali morte gratias age; ama tantum, et tam beneficum Redemptorem; indue copiosam redemptionem, eamque fac tibi propriam; offer illam in peccatorum tuorum remissionem: spera, quiesce in Jesu crucifixo, Salvatore tuo. Vide v. 16, 17, 18.

CAPUT XI.

1. Imitatores meî estote, sicut et ego Christi.

2. Laudo autem vos, fratres, quòd per omnia meî memores estis; et sicut tradidi vobis, præcepta mea tenetis.

3. Volo autem vos scire quòd omnis viri caput

CHAPITRE XI.

1. Soyez mes imitateurs comme je le suis moi-même de Jésus-Christ.

2. Je vous loue, mes frères, de ce que vous vous souvenez de moi en toutes choses, et de ce que vous gardez les traditions et les préceptes que je vous ai donnés.

3. Mais je veux que vous sachiez que Jésus-Christ

Christus est; caput autem mulieris, vir; caput verò Christi, Deus.

4. Omnis vir orans aut prophetans velato capite, deturpat caput suum.

5. Omnis autem mulier orans aut prophetans non velato capite, deturpat caput suum : unum enim est ac si decalvetur.

6. Nam si non velatur mulier, tondeatur : si verò turpe est mulieri tonderi, aut decalvari, velet caput suum.

7. Vir quidem non debet velare caput suum; quoniam imago et gloria Dei est, mulier autem gloria viri est.

8. Non enim vir ex muliere est, sed mulier ex viro.

9. Etenim non est creatus vir propter mulierem, sed mulier propter virum.

10. Ideò debet mulier potestatem habere supra caput propter angelos.

11. Verùmtamen, neque vir sine muliere, neque mulier sine viro, in Domino.

12. Nam sicut mulier de viro, ita et vir per mulierem : omnia autem ex Deo.

13. Vos ipsi judicate : decet mulierem non velatam orare Deum?

14. Nec ipsa natura docet vos, quòd vir quidem si comam nutriat, ignominia est illi;

15. Mulier verò si comam nutriat, gloria est illi, quoniam capilli pro velamine ei dati sunt?

16. Si quis autem videtur contentiosus esse, nos talem consuetudinem non habemus, neque Ecclesia Dei.

17. Hoc autem præcipio, non laudans, quòd non in melius, sed in deterius, convenitis.

18. Primùm quidem convenientibus vobis in ecclesiam, audio scissuras esse inter vos, et ex parte credo.

19. Nam oportet et hæreses esse, ut et qui probati sunt, manifesti fiant in vobis.

20. Convenientibus ergo vobis in unum, jam non est dominicam cœnam manducare.

21. Unusquisque enim suam cœnam præsumit ad manducandum; et alius quidem esurit, alius autem ebrius est.

22. Numquid domos non habetis ad manducandum et bibendum? aut Ecclesiam Dei contemnitis, et confunditis eos qui non habent? Quid dicam vobis? Laudo vos? in hoc non laudo.

23. Ego enim accepi à Domino quod et tradidi vobis, quoniam Dominus Jesus in quâ nocte tradebatur, accepit panem,

24. Et gratias agens fregit, et dixit : Accipite, et manducate : hoc est corpus meum, quod pro vobis tradetur; hoc facite in meam commemorationem.

25. Similiter et calicem, postquàm cœnavit, dicens : Hic calix novum testamentum est in meo sanguine : hoc facite, quotiescumque bibetis, in meam commemorationem.

26. Quotiescumque enim manducabitis panem hunc,

est le chef de tout homme; que l'homme est le chef de la femme, et que Dieu est le chef de Jésus-Christ.

4. Et tout homme qui prie ou qui prophétise, ayant la tête couverte déshonore sa tête;

5. Mais toute femme qui prie ou qui prophétise n'ayant point la tête couverte d'un voile, déshonore sa tête, car c'est comme si elle était rasée;

6. Parce que si une femme ne se voile point la tête, elle devrait donc aussi avoir les cheveux coupés; mais s'il est honteux à une femme d'avoir les cheveux coupés ou d'être rasée, qu'elle se voile la tête.

7. Pour ce qui est de l'homme, il ne doit point se couvrir la tête, parce qu'il est l'image et la gloire de Dieu, au lieu que la femme est la gloire de l'homme.

8. Car l'homme n'a point été tiré de la femme, mais la femme a été tirée de l'homme.

9. Et l'homme n'a pas été créé pour la femme, mais la femme pour l'homme.

10. C'est pourquoi la femme doit porter sur sa tête cette marque de la puissance que l'homme a sur elle à cause des anges.

11. Toutefois l'homme n'est point sans la femme, ni la femme sans l'homme en notre Seigneur.

12. Car comme la femme a été tirée de l'homme, aussi l'homme naît de la femme, et l'un et l'autre viennent de Dieu.

13. Jugez-en vous-mêmes : est-il décent à une femme de prier Dieu sans avoir un voile sur sa tête?

14. La nature même ne vous enseigne-t-elle pas qu'il serait honteux à un homme de laisser croître ses cheveux;

15. Et qu'il est au contraire honorable à une femme de les laisser croître, parce qu'ils lui ont été donnés comme un voile qui doit la couvrir?

16. Si quelqu'un aime à contester, pour nous, ce n'est point là notre coutume, ni celle de l'Église de Dieu.

17. Je ne puis vous louer en une chose que je vais vous dire, qui est que vous vous conduisez de telle sorte dans vos assemblées qu'elles vous nuisent au lieu de vous servir.

18. Car premièrement j'apprends que, lorsque vous vous assemblez dans l'église, il y a des partialités parmi vous, et je le crois en partie;

19. Parce qu'il faut qu'il y ait même des hérésies, afin qu'on découvre par là ceux d'entre vous qui ont une vertu éprouvée.

20. Lors donc que vous vous assemblez comme vous faites, ce n'est plus manger la cène du Seigneur.

21. Car chacun se hâte de manger son souper en particulier, sans attendre les autres : ainsi les uns n'ont rien à manger pendant que les autres font des excès.

22. N'avez-vous pas vos maisons pour y boire et pour y manger? ou méprisez-vous l'Église de Dieu? Voulez-vous faire honte à ceux qui sont pauvres? Que vous dirai je sur cela? vous en louerai-je? Non certes, je ne vous en loue point.

23. Car c'est du Seigneur que j'ai appris ce que je vous ai enseigné, qui est que le Seigneur Jésus, la nuit même qu'il devait être livré, prit du pain :

24. Et ayant rendu grâces, rompit ce pain et dit : Prenez et mangez, ceci est mon corps, qui sera livré pour vous : faites ceci en mémoire de moi.

25. Il prit de même le calice après avoir soupé, en disant : Ce calice est la nouvelle alliance en mon sang : faites ceci en mémoire de moi toutes les fois que vous le boirez.

26. Car toutes les fois que vous mangerez ce pain

et calicem bibetis, mortem Domini annuntiabitis donec veniat.

27. Itaque quicumque manducaverit panem hunc, vel biberit calicem Domini indignè, reus erit corporis et sanguinis Domini.

28. Probet autem seipsum homo : et sic de pane illo edat, et de calice bibat.

29. Qui enim manducat et bibit indignè, judicium sibi manducat et bibit, non dijudicans corpus Domini.

30. Ideò inter vos multi infirmi et imbecilles, et dormiunt multi.

31. Quòd si nosmetipsos dijudicaremus, non utique judicaremur.

32. Dùm judicamur autem, à Domino corripimur, ut non cum hoc mundo damnemur.

33. Itaque, fratres mei, cùm convenitis ad manducandum, invicem expectate.

34. Si quis esurit, domi manducet : ut non in judicium conveniatis. Cætera autem, cùm venero, disponam.

et que vous boirez ce calice, vous annoncerez la mort du Seigneur, jusqu'à ce qu'il vienne.

27. C'est pourquoi quiconque mangera ce pain ou boira le calice du Seigneur indignement sera coupable de la profanation du corps et du sang du Seigneur.

28. Que l'homme donc s'éprouve lui-même, et qu'il mange ainsi de ce pain, et qu'il boive de ce calice.

29. Car quiconque mange ce pain et boit ce calice indignement mange et boit sa propre condamnation, ne faisant pas le discernement qu'il doit du corps du Seigneur.

30. C'est pour cette raison qu'il y a parmi vous beaucoup de malades et de languissants, et que plusieurs dorment du sommeil de la mort.

31. Que si nous nous jugions nous mêmes, nous ne serions pas jugés de Dieu.

32. Mais lorsque nous sommes jugés de la sorte, c'est le Seigneur qui nous châtie, afin que nous ne soyons pas condamnés avec le monde.

33. Et ainsi, mes frères, lorsque vous vous assemblez pour ces repas, attendez-vous les uns les autres.

34. Et si quelqu'un est pressé de manger, qu'il mange chez lui, afin que vous ne vous assembliez pas à votre condamnation. Je réglerai les autres choses lorsque je serai venu chez vous.

ANALYSIS.

In hoc capite tria reformat mala, quæ in publicis Corinthiorum conventibus irrepserant. 1° Contra decorum, viri operto capite, mulieres aperto, orabant et prophetabant. 2° Ditiores in Ecclesiâ particulares sibi parabant mensas, ubi epulabantur lautè, pauperibus interim esurientibus. 3° Multi indignè ad sanctissimam Eucharistiam accedebant. Horum defectuum correptioni viam parat Apostolus, brevi Corinthiorum laude, v. 2 contentâ.

℣ 3. *Ut primam aggrediatur reformationem, stabilit pro fundamento, quòd sicut Christus est omnis viri caput et Dominus; ita vir mulieris est caput : Deus autem omnis superioritatis fons. Hinc v. 4 infert quòd omnis vir orans publicè, vel prophetans, debet esse aperto capite; quod signum est libertatis et superioritatis.*

℣ 5. *E contra omnis mulier operto capite sit; quod subjectionis est signum. Versu 6. Turpe est mulieri aperto capite orare : quia idem est ac si esset rasa; hoc probrosum, ergo et alterum.*

℣ 7. *Utramque propositionem, et de viro, et de muliere, confirmat aliis rationibus à naturâ ductis, usque ad v. 16, ubi Ecclesiæ consuetudine, rem conficit adversùs contrariam sententiam propugnantes.*

℣ 17. *Transit ad aliam, et quidem majoris momenti reformationem; hinc non laudat, sed vituperat; quia eorum cœtus non proficiunt in melius, sed in deterius deficiunt. Tangit vitia, quæ in his cœtibus committunt. Versu 18. Tangit eorum dissensiones, quas ex parte credit : quia quod schismate pejus est, oportet et hæreses esse.*

℣ 20. *Divitum taxat ingluviem in Agapis celebrandis, et eorum in pauperes duritiem. Versu 21 et 22, hæc eorum crimina exaggerat. Ut autem ea reformet, juxta Christi Domini exemplar, v. 23, 24, 25, Dominicæ cœnæ institutionem scribit, quam verbo docuerat eos.*

℣ 26. *Corinthios alloquitur Paulus, ut attendant ad relata, et videant quantùm absint à cœnâ dominicâ, et quàm graviter in Christi Sacramentum peccent.*

℣ 27. *Transit ad indignæ communionis enormitatem, quam ex superioribus infert.*

℣ 28. *Ostenso malo, remedium præbet, prævium scilicet examen, et purificationem conscientiæ.*

℣ 29. *Ut hoc examen fiat attentiùs, pœnam indignæ communionis denuntiat, scilicet condemnationem.*

℣ 30. *Ut tangat sensibiliùs, hujus judicii executionem animadvertit in eorum pluribus infirmis et mortuis.*

℣ 31. *Docet modum vitandi hoc Dei judicium.*

℣ 32. *Solatur eos ob prædictas temporales pœnas.*

℣ 33. *Redit ad Agapes, à quibus ad communionem deflexit : et earum abusus corrigens; statuit quid in eis sit agendum, de cæteris dispositurus, cùm ad eos venerit.*

PARAPHRASIS.

1. Mei, apostoli vestri, imitatores estote, sicut et ego Christi Domini sum imitator.

2. Laudo autem vos, fratres mei, quòd per omnia mei memores sitis, et quæ vobis observanda tradidi, opere compleatis.

3. Sed præterea vos scire velim, quòd omnis viri caput ac superior est Christus; mulieris autem caput ac superior est vir : fons verò omnis superioritatis est Deus; qui etiam Christi Domini, ut hominis, Dominus ac superior est.

4. Hinc omnis vir orans publicè, vel prophetiam legens et explicans, seu revelationes Dei populo exponens, velato capite, quod signum subjectionis est; sibimetipsi facit injuriam, quia liber et dominus est.

5. E contra omnis mulier publicè orans aut prophetans, capite non velato, sibimetipsi facit injuriam; quia perinde est ac si decalvata ac rasa videretur.

6. (Capillitium longius et copiosus mulieri datum est, quasi naturale velamen, quod eam doceat sese præ modestiâ velare :) si ergo velamen illud abjicit,

quod modestia suggerit; abjiciat et illud quod natura dedit : si verò mulieri dedecorosum est radi ac tonderi; velamen ergo non abjiciat.

7. Præterea vir est gloriosa imago Dei, et suo in alias creaturas imperio, divinæ Majestatis effulgentia : ergo velari non debet; non tantùm, quia suæ præjudicaret præeminentiæ; sed etiam quia non est occultanda, imò manifestanda gloria Dei. Mulier verò est viri gloria : ergo velari debet.

8. Quòd sit gloria viri, patet ex Genesi, ubi mulier ex viro facta videtur; non autem vir factus ex muliere.

9. Patet et ex eo quod ibidem dicitur mulier facta, ut esset viro in adjutorium, sicque propter eum; non verò vir propter mulierem factus : mulier ergo, cùm sit ex viro et propter virum, est gloria viri. Vide commentarium.

10. Hinc debet supra caput suum habere velamen, quod signum est viri potestatis in illam, et suæ viro subjectionis; maximè in Ecclesiâ propter angelos, qui nostris orationibus præsunt et cœtibus adsunt.

11. Ne tamen ob ea quæ dixi, vir efferatur, aut mulier sibi displiceat : sed pacificè, et cum amore mutuo vivant, quia, Deo sic volente, neque vir sine muliere nascitur, neque mulier sine viro, sed unus ab altero dependet.

12. Sicut enim mulier olim ex viro prodiit; ita et vir nunc ex muliere nascitur; et hoc à Deo, rerum vices sic ordinante.

13. Post allatas à me rationes, vosipsi nunc judicate, an deceat mulierem non velatam publicis in cœtibus orare Deum.

14. Nonne ipsum naturæ dictamen docet vos, quòd viro probrosum sit, si, feminarum more, comam nutriat.

15. E contra verò mulieri decus accedit, si sit comata; quia capillitium longius et copiosius ei datum est, quasi naturale velamen.

16. Quòd si quis tamen contra hæc à me dicta contendat; nolim contra hujusmodi virum rixari : modò sciat, nec nostrum esse morem, nec Ecclesiarum consuetudinem : et hæc pro istis sufficiant.

17. In hoc autem quod nunc annuntio vobis, non laudo vos; non laudo, inquam, quòd non in melius, sed in pejus procedunt cœtus vestri.

18. Primò, contra finem conventuum, qui ad majorem animorum unionem instituti sunt; audio quòd cùm in Ecclesiam convenitis, scissuræ sunt et dissidia inter vos, et hoc saltem ex parte credo.

19. Quidni enim credam inter vos esse circa mores dissidia; cùm sciam et inter vos futuras esse, circa fidei dogmata hæreses; ut qui fideles sunt et probi, fiant omnibus manifesti.

20. Vos ergo, cùm sic dissidentes, in Ecclesiam conveniatis; sanè dominicam cœnam non celebratis, sed quid ei contrarium.

21. Dominica enim cœna omnibus, etiam Judæ proditori, communis fuit : unusquisque autem vestrûm suam propriam cœnam anticipat, non expectatis aliis; unde fit, ut alius esuriat, dùm alius plus quàm satis manducavit et bibit.

22. Si sic vestra soli vultis comedere, et vos ingurgitare; cur id domi non facitis, ubi minori cum peccato id ageretis? An ergo sanctorum congregationem vilipenditis, hæc in eorum conspectu, et in loco sancto perpetrantes? An pudore vultis suffundere pauperes, qui, quia nihil habent, nihil attulerunt? Quid dicam vobis hæc facientibus? Laudabo vos? sanè nec laudo, nec laudabo. Laudavi supra, v. 2, quia traditionum observatores : hìc autem non laudo, quia traditionum sic obliti estis, ut et scripto cogar vobis tradere quod verbo docui.

23. Ego igitur accepi, non ab hominibus, sed ab ipso Domino, hoc ipsum quod vivâ voce tradidi vobis. Scilicet, quòd in eâ ipsâ nocte, quâ tradebatur ad mortem, Dominus Jesus accepit panem in manibus.

24. Et, Deo Patri gratias agens, fregit in duodecim partes, et distribuens dixit : Accipite et manducate, hoc est corpus meum, quod pro vobis ad mortem tradetur : hoc ipsum, quod nunc ago, id vos et vestri successores, facite in meî memoriam.

25. Similiter et calicem accepit in manibus, postquàm cœnavit, dicens : Hic calix, seu contentum in hoc calice, novum Testamentum est, seu novi fœderis instrumentum authenticum, in sanguine meo, hìc incluso, consignatum. Hoc quod ego feci, vos facite, idque in meî memoriam. Ex relatâ institutione, et ex fine institutionis per Christum indicato, videtis quòd hoc Sacramentum sit dominicæ passionis memoriale.

26. Quotiescumque ergo hunc panem sacrum comeditis, et calicem Domini bibitis, mortem Domini annuntiare debetis, donec ad judicium veniat. Heu quantùm abestis à dominicâ cœnâ! Hinc et discite indignæ communionis enormitatem, cùm hæc mysteria sint mortis Domini repræsentatio.

27. Ergo quicumque manducat, vel bibit ea indignè, reus est mortis Christi, parque crimen facit, ac si corpus Christi crucifigeret, ejusque sanguinem funderet.

28. Ne tanti criminis quis reus sit, unusquisque semetipsum probet, suamque conscientiam studiosè scrutetur : et sic probatus et præparatus, corpus Domini manducet, et sanguinem bibat.

29. Etenim illa indignè edendo et bibendo, damnationem in se accersit, propterea quòd corpus Domini non discernit à pane communi.

30. Propter hanc causam multi vestrûm languent, et ægrotant, et immaturâ morte moriuntur.

31. Quòd si nosmetipsos probaremus, examine prævio, et peccatorum expiatione, sanè non sic puniremur.

32. Dùm sic tamen punimur, hàc castigatione erudimur sicut pueri; ut emendati, non damnemur cum infidelibus.

33. Quapropter, fratres mei, cùm ad domini-

cam cœnam manducandam convenitis; ut verè sit dominica et communis omnibus, vos invicem expectate.

34. Quòd si quis esuriat, nec possit jejunus expectare, domi suæ comedat, ne conventus vestri vertantur in occasionem damnationis, ob gulam et ebrietatem, etc. De cæteris, ubi venero, præscribam.

COMMENTARIA.

Vers. 1. — Imitatores mei estote... Hæc verba secundùm sensum pertinent ad præcedens caput. Versu 33 dixi quòd *per omnia omnibus placeo, non quærens quod mihi utile est...*, et in hoc Christum Dominum imitor, qui sua commoda non quæsivit, sed nostram salutem.

Mei ergo, apostoli vestri, *imitatores estote*, sicut et ego Christi Domini imitator sum, qui sese nobis infirmis, per omnia accommodavit, ut nos faceret salvos: ita et vos fratrum vestrorum salutem, etiam cum vestrarum utilitatum præjudicio, quærite. Christus Filius Dei pro nostrâ salute è cœlis in terram descendit, per triginta tres annos laboravit, sudavit, tandem crucifigi dignatus est: et hoc sit omnium prælatorum exemplar; hunc animarum zelum imitentur, et dein subditis suis dicant: *Imitatores meî estote, sicut et ego Christi*. Solidè notat D. Thomas, quòd noster Apostolus non dicat simpliciter: *Imitatores meî estote*, sed addit, *sicut et ego Christi*. Quia subditi, inquit, prælatos suos imitari non debent in omnibus, sed in quibus illi Christum imitantur, qui est indeficiens sanctitatis exemplar. Quod ut meliùs intelligas, sequere divum Thomam, qui sublimiter et angelicè Jesum Christum, Filium Dei, in diverso statu considerat, at semper et ubique exemplar. Ut Verbum Dei, et primordiale principium totius processionis rerum, per quod omnia facta sunt; est primordiale exemplar, quod omnes creaturæ imitantur, tanquàm veram et perfectam imaginem Patris. Unde dicitur Coloss. 1: *Qui est imago Dei invisibilis, primogenitus omnis creaturæ; quia in ipso condita sunt universa.* Ut Filius Dei, in splendoribus sanctorum genitus, ex utero ante luciferum; seu ut genitus est ante omnem creaturam, per gratiam lucentem, habens exemplariter in se splendores omnium sanctorum: ut sic speciali modo est exemplar specialium gratiarum, quibus spirituales creaturæ illustrantur. Et quia hoc exemplar erat à nobis valdè remotum, ideò homo fieri voluit, ut hominibus humanum exemplar præberet. Hoc exemplar prælatis Ecclesiæ, ut superioribus, principaliter imitandum proponitur. *Exemplum dedi vobis, ut quemadmodum*, etc., Joan. 13. Secundariò verò ipsi prælati, exemplo Christi informati, proponuntur exemplar vitæ subditis: *Forma facti gregis*, 1 Petr. ultimo. *Ut nosmetipsos formam daremus*, etc., 2 Thess. 3; hìc: *Imitatores meî estote*, etc. Felicem illum pastorem, qui Christi sanctitatem indutus, verè dicere potest: *Imitatores meî estote!* etc. Felicem illum gregem, cui Christi Domini sanctitatem, in suo pastore, exemplariter intueri licet!

Vers. 2. — Laudo autem vos... Transit ad reformationes, de quibus in analysi: et pro suo more, hâc brevi laude, Corinthiorum benevolentiam priùs occupat, ut correctionis duritiem tantisper emolliat.

Laudo vos, inquit, quod per omnia mei memores sitis. Vide paraphras. Hæc laus de bonis et perfectioribus, quales erant multi, intelligenda; sic autem cordatiores laudat, ut et alios hâc laude provocet ad traditionum observantiam. Hìc notant sancti Patres, Chrysostomus et alii, quòd multa sine scripto tradiderint apostoli, et quæ tamen erant necessariò tenenda.

Vers. 3. — Volo autem vos scire...

Notanda ad intelligentiam.

Primam aggreditur reformationem, scilicet de velandis mulieribus in publicis conventibus. Pro quâ notandum 1° quòd valdè vero simile sit, quòd cordatiores Corinthii quæsierint à D. Paulo, ut statueret de modo orandi publicè in templo; an aperto, an cooperto capite A capite enim septimo agit de iis, de quibus ad eum scripserunt. 2° Mirum non debere videri si contra pudorem, mulieres Corinthiæ, aperto vultu et capite loquerentur in templo.

Corinthus, ut jam dictum est, civitas erat Veneri dicata, in quâ turpitudinum erat, non tantùm omnis licentia, sed et honor. Vide cap. 6, in fine. Hinc Corinthiæ erant impudentes, apertis vultu, oculis, et capite incedentes, suamque formam ostentantes. Et quia hic mos erat patrius et Corinthi decens habebatur, hinc et christianæ eum quasi patrium, sibi retinendum putabant. Sed D. Paulus virgo et puritatis amator, qui Corinthiorum scortationes tam acriter in cap. 6 insectatus est; hunc morem, impuritatis fructum et radicem, penitùs amputat; velamen imponendo mulieribus.

Notandum 3° quòd circa viros, varius fuerit mos, in variis regionibus et temporibus; et unicuique consuetudini sua non deerat ratio. Apud Judæos, sacerdotes et levitæ in templo erant tecto capite. Vide Exod. 28, 37; Ezechiel. 44, 18, fortè quia tunc omnia tecta et obscura. Grotius variis citationibus hìc probat, quòd Græci, aperto capite, sacra peragebant; idque, ut indicarent quòd palam, sine metu et pudore Deo

Vers. 1. — *Sicut et ego Christi*, scilicet imitator sum; nominatim in eo quod dixi me per omnia omnibus placere. Nam et *Christus non sibi placuit*, Rom. 15, sed *dedit redemptionem semetipsum pro omnibus*, 1 Tim. 2.

Vers. 2. — *Laudo autem vos, fratres, quòd per omnia meî memores estis. Omnia* verò intellige doctrinam, præcepta, traditiones.

Et sicut tradidi vobis, præcepta mea tenetis: ut sensus sit: Non solâ tenetis memoriâ, quæ vobis servanda tradidi et præcepi, id est, traditiones, instituta, præcepta: verùm ipso opere ea præstatis.

Vers. 3, 4, 5. — *Volo autem vos scire..... Omnis vir orans aut prophetans velato capite... Omnis autem mulier orans*, etc. *Prophetans* enim hìc non sumitur propriè, ut idem sit quòd prophetiam proloquens aut explicans; sed impropriè, idemque est, quòd sacris hymnis et psalmis Deum laudans, eosque Deo decan-

servirent. Theodoretus tamen Græcus dicit, quòd christiani, Græco more, et comas habebant, et operta capita habentes, Deum orabant. Idem ait Theophylactus. Æneas in Italiam intulit morem sacra faciendi tecto et velato capite; ut Virgil., Æneid. 3, docet, sive, ne quod malum omen oculis aut auribus obveniret; sive, ut Plutarchus à Fromondo citatus, ait, ut se humiliarent et subjectionem suam ad Deum testarentur. Quidquid sit de nationum moribus; audiamus sanctum Paulum, apostolicâ auctoritate, quid apud nos faciendum sit, statuentem.

Volo autem vos scire.... id est, sed præterea vos scire velim, quod omnis viri caput, id est, Dominus, superior et rector est Christus. Est etiam mulieris caput, sed per virum.

Mulieris autem caput, dominus, superior et rector est vir. Intellige de omni muliere, seu de toto femineo sexu, secundùm ordinem naturæ.

Caput vero Christi Deus. Quod intellige de Christo homine. Sicut enim Pater ipso major est, ita et illius Dominus est. Ad stabiliendum quod sequitur in v. 4 et 5, supponit hìc quasi principium, quòd vir sit omnis mulieris caput et dominus; sicut Christus Dominus est omnis viri caput; addit autem quòd Christi caput est Deus, ut fontem omnis superioritatis ostendat. Ex hoc principio infert in sequentibus quòd omnis vir orans, aut prophetans publicè, debet aperto esse capite, quia liber et dominus est. Mulier verò orans aut prophetans publicè, debet esse operto capite, quia naturaliter subdita. Apud antiquos, nuditas et apertio capitis, signum erat libertatis; velamen autem erat symbolum subjectionis: et secundùm has opiniones tunc receptas, hìc loquitur D. Paulus: nunc enim aperto capite loqui, signum est subjectionis, ut notat Tirinus. Noster ergo mos nudandi et aperiendi capita in signum reverentiæ, erat tunc incognitus Græcis et Italis.

Vers. 4. — Omnis vir orans aut prophetans... Tunc nondùm erat introductus mos decantandi psalmos, sed in conventibus publicis oratio ab uno publicè fiebat pro omnibus; sacra Scriptura legebatur et exponebatur. Vide cap. 14, v. 23, etc. Id autem, apud Corinthios, viri velato capite præstabant: quibus, juxta principium supra positum, sese opponit Apostolus, dicens:

Omnis vir orans publicè, aut prophetiam legens et explicans, vel quidvis aliud ex Scripturâ, si caput suum velet; deturpat illud, id est, afficit dedecore: quia tegit illud, quasi servile foret. Caput tegere est potestatem capiti imponere; nam capitis tegumentum est dominatoris vice, signumque subjectionis, ait Theophylactus. Tales ergo viri deturpant caput suum, id est, sibimetipsis faciunt injuriam, quia liberi cùm sint et domini, sese tegunt quasi servos et alteri subditos; sicque suæ derogant præcellentiæ. Aliqui volunt id intelligi de capite morali, Christo Domino, de quo in versu præcedenti, quasi Christus Dominus injuriâ afficiatur hoc facto; sed ipse textus in versu sequenti, ubi de mulieribus, indicat quòd de naturali capite debeat intelligi, eo, quo dictum est, modo.

Vers. 5. — Omnis autem mulier..... Erant tunc et mulieres prophetantes, ut filiæ Philippi, de quibus Act. c. 21, 9, et aliæ, de quibus prædixit Joel. 2, 28; id autem mulier aperto capite faciens, sibimetipsi facit injuriam, sese afficit ignominiâ. Quia perinde est ac si decalvetur. Seu hoc illi æquè turpe est, ac si rasa et decalvata appareret, quod sanè mulieribus probrosum.

Vers. 6. — Nam si non velatur mulier. Græc., *etiam tondeatur*. Si enim velamen illud abjicit quod modestia suggerit, abjiciat et illud quod natura dedit. Supponit quòd capillitium longius et copiosius datum est mulieri, quasi quoddam naturale velamen, quod eam doceat, sese præ modestiâ velare; ita ut primum capillorum velum, sit quasi initium secundi velaminis, scilicet, modestiæ: unde infert: Si hoc ergo secundum abjicit, abjiciat et primum.

Si vero turpe est.... Quòd si dedecorosum est tonderi et radi mulierem, velamen ergo non abjiciat. Ut capitis decalvatio, sic capitis detectio, ait D. Athanasius. Quo fit, ut si capitis operimentum sustulerit mulier, et similis ei appareat, quæ comam detraxerit. Modestia est mulieris decus. Itaque sese probro afficit, ubi modestiam abjicit. Hanc ergo servet ubique, ac præsertim in ecclesiâ, in publicis pietatis conventibus. Si mulierem non velatam Paulus consideret ut decalvatam et rasam, quibus oculis intueretur scandalosas quarumdam nostrarum nuditates? Quibus exprimeret verbis theatrica multarum ornamenta, quæ usque ad aras deferunt? Eheu! quasi saltatrices et comicæ ecclesias ingrediuntur, minùs supplicaturæ, quàm Deo ipsi insultaturæ.

Vers. 7. — Vir quidem non debet velare..... quoniam.... Novâ ratione probat quod jam asseruit. Vir est imago gloriosa Dei; seu divinæ Majestatis effulgentia et irradiatio: suo, scilicet in alias creaturas, etiam in mulierem imperio. Est quippe Dei vicarius, et Dei vice dominus creaturarum. Ergo velari non debet, non tantùm quia velamen hoc suæ præjudicaret præeminentiæ, sed etiam quia Dei gloria non est occultanda, imò manifestanda. Non agitur hìc de imagine Dei ratione animæ, quia ut sic, mulier est etiam imago Dei.

tans. Sic *propheta* pro cantore capitur, Paralip. 25; 1 Reg. 10. Sic Saül dicitur fuisse *inter prophetas*, id est, inter cantores, Dei laudes canentes. *Deturpat*, id est, dedecorat, probro afficit caput suum. Quasi dicat: Si non velet se mulier in templo, facit contra naturalem honestatem et verecundiam illi inditam à Deo. *Unum enim est*, perinde est, æquè turpe est mulieri, si non veletur, *ac si decalvetur*.

Vers. 6, 7. — *Nam si non velatur mulier, tondeatur*, id est, etiam tondeatur: quia par est turpitudo. *Si verò turpe est mulieri tonderi... Vir quidem non debet velare caput suum: quoniam imago et gloria Dei est.* Dicit hìc Apostolus, quòd vir sit Dei *imago et gloria*, id est, imago gloriæ vel gloriosa, in quâ scilicet maximè elucet Dei majestas et imperium. Est enim vir in supremo rerum gradu collocatus in hoc mundo, et tanquàm secundarius aliquis Deus, domi-

Mulier autem gloria viri est. Ergo velari debet.

Vers. 8. — Non enim vir ex muliere..... Probat mulierem esse gloriam viri. 1° Quia ex Genes. 2, v. 21, mulier facta est ex viro, sicque vir est mulieris principium ex quo.

Vers. 9. — Etenim non est creatus vir..... 2° Quia ibidem dicitur facta similis viro, facta in adjutorium viri, sicque propter virum, scilicet, in adjutorium, tum ad societatem, tum ad prolis generationem. Ratiocinare ex dictis : *Mulier ex viro* sumpta est, et propter virum facta est. Ergo vir mulieris est principium ex quo, et mulieris finis. Ergo cum quâdam proportione mulier est à viro, sicut vir à Deo; et propter virum, sicut ipse propter Deum. Ergo *mulier gloria viri*, sicut vir gloria Dei. Mulier est quædam viri extensio et communicatio, ejusque gloria. Ergo velanda, tum ut hoc subjectionis signo virum suum, principium et finem honoret; tum quia occultanda gloria viri, præsertim ubi Deus honorandus. Et hæc est D. Pauli conclusio in versu sequenti.

Vers. 10. — Ideo, debet mulier potestatem...., id est, velum, quod signum est potestatis viri in uxorem. Per metonymiam datur signo nomen rei significatæ; velum significat potestatem viri in uxorem. Hinc illud vocat potestatem.

Ideo, propter superiùs dicta, tenetur mulier velamen, quod est illius subjectionis symbolum, et potestatis viri in illam signum, supra caput habere.

Propter angelos, qui, scilicet, nostris adsunt conventibus, ut nostris præsint orationibus. Et hæc angelorum præsentia, nova ratio est mulierum pudoris et modestiæ; ne, videlicet, angeli sint earum impudentiæ testes, accusatores, et vindices. S. Anselmus et D. Thomas per *angelos* intelligunt etiam sacerdotes et episcopos; imò Clemens Alexandrinus intelligit quosvis viros pios et probos: ne, scilicet, eos ad turpia provocent. Hinc vult mulieres toto vultu velari. Parcant ergo terrenorum angelorum puritati : timeant angelorum cœlestium vindictam.

Vers. 11. — Verumtamen neque vir (gignitur) sine muliere, neque mulier sine viro. Sed unus ab altero dependet in Domino; sic volente, vel per Dominum, rerum omnium auctorem et ordinatorem. Vide paraph.

Vers. 12.— Nam sicut de viro mulier... Nam sicut olim mulier ex viro prodiit; ita et nunc vir ex muliere nascitur : Omnia autem a Deo, id est, et hæc à Deo, primâ causâ, rerum vices sic ordinante; ut mutua sit dependentia et mutuus amor. Deum ergo rerum auctorem adorent uterque : illius ordini subjaceant : sese diligentes adjuvent : cum affectu mulier obediat : cum charitate præsit et regat vir.

Observatio moralis.

Ordo Dei, seu à Deo præscriptus, Deum honorat; et se observantes ducit ad Deum. Vir itaque Deum honorabit, atque semetipsum sanctificabit, si ratione mulieri præsit; si religione, obedientiam à muliere sibi præstitam, ad Deum referat; si sit Dei fidelis imago, omnia ad prototypum referens. Mulier Deum honorabit et semetipsam sanctificabit, si propter Deum viro suo sit obediens, illum revereatur, ut imaginem Dei, illum adjuvet; illique serviat cum affectu. Secùs autem erit, si vir mulieri passione mancipetur, si ratione et religione non dominetur ; si eam, quasi mancipium, regat imperiosè ; si mulier viro non subdatur, sed velit dominari, et Deus offendetur, et uterque culpabitur. Ut hic ordo Dei servetur, tria notent capita, hic à D. Paulo, v. 2, exhibita : Deus omnis superioritatis fons, caput est Christi; Christus, hominum redemptor, caput est viri; vir, mulieris principium et finis, illius est caput. Sicut ergo Christus Deo subditur, ut suæ vitæ et potestatis principio, sic et vir Christo subdatur, ut Domino, qui redemit, liberavit et salvavit; sic et uxor marito subdatur ut suo principio, fini et capiti. Et quia Deus omnis potestatis principium est et finis, hanc conjugis suæ reverentiam et submissionem vir referat ad Deum; suâque potestate utatur ad Dei gloriam et ad suæ conjugis utilitatem temporalem et æternam salutem.

Vers. 13. — Vos ipsi judicate... Post allatas à me rationes, vos ipsi nunc judicate, an deceat mulierem non velatam in publicis cœtibus orare, contra ipsius naturæ dictamen.

Vers. 14. — Nec ipsa natura docet vos... Græc., *an nec ipsa*, etc., Syr., *nonne ipsa natura*, etc., intellige, communis sensus, usus ubique receptus, dictamen naturæ, docet vos quòd viro sit probro, si feminarum more, sit comatus. Hoc enim mollis animi argumentum est. Intellige de usu apud gentes maximè cultas recepto, v. g., Græcos, Romanos. Etenim plenaus omnibus. *Mulier autem gloria viri est*, id est, mulier facta est ad gloriam viri ex viro, velut ejus opificium et imago : unde illi subjecta est, et in signum subjectionis velanda.

Vers. 8. *Non enim vir ex muliere est*, etc. Mulier ex viro formata est, non contra ; et proindè mulier est gloria viri, id est, ea res in quâ tanquàm in pulchro opere ex se formato, vir meritò glorietur.

Vers. 9. — *Etenim...*, *sed mulier propter virum*, ut scilicet esset viro in adjutorium, ad vitæ societatem, et prolis propagationem.

Vers. 10. — *Ideò debet mulier potestatem habere supra caput*. Potestas significat hic auctoritatem, jus, imperium, principatum, non ipsius mulieris, sed viri in mulierem. Alludit enim ad Gen. 3 : *Sub viri potestate eris, et ipse dominabitur tui.*

Propter angelos : ad litteram sensus est, mulieres debere habere velamen super caput ob reverentiam angelorum, quia mulieres angelos testes habent honesti pudoris, aut impudentiæ, item obedientiæ, et inobedientiæ suæ. Ita Chrysostom., Theophyl., Theodor., Thom., Anselmus.

Vers. 11. — *Verumtamen neque vir sine muliere*, etc. Alter enim alterius, utpote conjugis, ope indiget, idque *in Domino*, id est, Domino ita volente et disponente.

Vers. 12. — *Nam sicut mulier* prima, Eva, *de viro* formata est, *ita et vir per mulierem* concipitur, formatur, nascitur, propagatur. *Omnia autem ex Deo*, fiunt, ordinantur, et disponuntur.

Vers. 13. — *Vos ipsi judicate*, apud vos ipsos judicate : id est, in suo quisque animo æstimet quod dico.

Decet mulierem non velatam orare Deum? quasi dicat : Minimè.

Vers. 14. 15. — *Nec ipsa natura docet vos*, id quod

rique barbari tunc temporis erant comati, v. g., Galli, Germani, Hispani, Britanni, etc.

Vers. 15. — Mulier vero si comam nutriat... E contra mulieri decus accedit, si comata sit, quia coma pro velamine data est ei, ut est in Græco. Capillitium longum et copiosum à naturâ mulieri datum est, quasi naturale velamen.

Vers. 16. — Si quis autem videtur esse contentiosus... Syr., *cæterùm si quis contendat adversùm hæc*, id est, si quis contrariam sententiam contentiosiùs tueatur, nolim contra hujusmodi rixari, modò sciat nec nostrum esse morem, nec Ecclesiæ consuetudinem, quasi diceret : Oppono synanogæ consuetudinem, oppono Ecclesiæ morem, ibique sisto. Alii per nos intelligunt, apostolos; quasi diceret : Nos apostoli talem consuetudinem, mulieres scilicet in Ecclesiâ aperto capite tolerandi, non habemus; neque Ecclesia Dei, ubique terrarum diffusa, hoc in suis conventibus tolerat. Hinc Grotius ait : Duabus securibus disputationes amputat, apostolico instituto et Ecclesiarum consuetudine. Reverà apostolorum instituto et Ecclesiarum consuetudini obsistere, est disputare non veritatis, sed vanitatis et victoriæ studio; φιλόνεικος, *amator victoriæ*, *contentiosus*. Duabus in securibus multas ab hæreticis intentatas disputationes amputare possumus.

Vers. 17. — Hoc autem præcipio non laudans... Græc., *hoc autem annuntians, non laudo*, etc. Syr., *hoc autem quod præcipio, non tanquàm vos laudans*, quia non progressi estis, sed in detrimentum descendistis. Aliqui *hoc* referunt ad superiùs dicta de velandis mulieribus; sicque interpretantur : *Hoc*, scilicet mulierem velato capite orare, *virum aperto*, præcipio, interim *non laudo* quod non in melius... Alii verò probabilius ad jamjam dicenda de Agapis, explicantque ut statim videbitur. Sed omnes conveniunt quòd hoc versu transeat Apostolus ad aliud malum reformandum, et quidem priore pejus. Quod ut meliùs intelligas,

Notandum ad intelligentiam.

Observa quòd primis illis Ecclesiæ temporibus, fideles, statutis diebus, præsertim verò dominicis, conveniebant in ecclesiam, sacrosanctum Eucharistiæ Sacramentum percepturi. Ibi ergo congregati, ut perfectiùs repræsentarent ultimam cœnam, post quam Dominus noster Jesus Christus, proprium corpus suum, discipulis suis dedit manducandum, et sanguinem potandum; primò commune omnibus ex æquo pauperibus et divitibus faciebant convivium; deinde ad sanctissimam Eucharistiam accedebant. Supponitur hic quod infra, v. 20, ex ipso textu probabitur, Agapes priores fuisse sacratissimæ Eucharistiæ perceptionem. Hæc convivia, ob communem omnium charitatem, vocabant Agapes, ἀγάπαι, *charitates*. Has Agapes Paulus apud Corinthios instituerat; at illo digresso, res sancta et sanctè instituta, abiit in abusum : ditiores enim, spretis pauperibus, particulares sibi cœnas parabant, ubi sese ingurgitabant, aliis interim esurientibus. Et hunc abusum, aliosque duos ei connexos, quippe quorum unus erat hujus abusûs causa, nempe dissensio; alter verò effectus, scilicet indigna communio; Paulus hic redarguit acriter, dicens : In hoc autem quod nunc annuntio vobis, non laudo vos; scilicet, non laudo, quòd conventus vestri, non modò in melius non proficiunt; sed è contra deficiunt in deterius; seu non in melius, sed in pejus procedunt. Superioris abusûs correctionem incœpit à laude, v. 2 : *Laudo autem vos, fratres;* tum quia multi reverà traditionum apostolicarum observatores erant; tum quia res, quam aliqui transgrediebantur, magni momenti non erat. Hic autem incipit expressè dicens, quòd eos non laudat. Intellige, quòd è contra valdè vituperat : ut statim ab initio ostendat rei, quam reprehendit, absurditatem.

Non in melius, sed in deterius convenitis. Benè notat hic D. Thomas, quòd omne animal gregale naturali instinctu convenit, ut sit eis bonum aliquod corporale. Hinc, inquit, homo, animal sociale, et secundùm rationem agens, convenit in unum, ut sit ei melius aliquod temporale; v. g., in unitatem civitatis conveniunt homines, propter securitatem et sufficientiam vitæ; et ideò fideles in unum convenire debent propter aliquod melius spiritale. Conventus ergo fidelium instituti sunt ad melius bonum spiritale, v. g., ad majorem inter se unionem, et ad meliùs Deo serviendum. Quo posito hæc est mens Apostoli : His conventibus vestris progredi et ad virtutem pergere debueratis; è contra retrogressi estis à virtute ad vitium. His corporeis cœtibus, mentes et corda vestra magis ac magis uniri debebant, è contra mente et corde divisi estis. His Agapis charitas inter vos vehementer accendi debuit, è contra refriguit. Sincerâ et ardenti charitate accensi et uniti, debuistis ad sanctissimam Eucharistiam unitatis symbolum et veræ charitatis fornacem accedere velut igniti : è contra frigidi, divisi, invidi, malevoli, acceditis ad amorum amorem, sicque indignè et ad vestram perniciem communicatis. Et hæc sunt conventuum vestrorum vitia, quæ nec laudo, nec laudare volo, sed in quæ acriter invehor. Scilicet scissuræ, ingluvies, pauperum neglectus, malæ communiones.

Observatio moralis.

Eheu! à quo et à quanto tempore, ex bono malum oritur; et inde pejus nascitur, unde melius expectabatur! Hoc in ipsis etiam sanctitatis temporibus contigit. Quoties et apud nos, sicut apud antiquos, refriguit

[1] accedit, scilicet decere mulierem non velatam orare, sed potiùs ejus contrarium, scilicet id quod sequitur : *quòd vir quidem si comam nutriat.... Mulier verò si comam nutriat*, etc.

Vers. 16. — *Si quis autem videtur contentiosus esse*, etc. *Contentiosus*, ut scilicet contendat, non veritatis, sed gloriæ et victoriæ studio, feminas christianas velandas non esse cùm in templo orant, sed pristinum gentilium morem, et nuditatem retinere debere.

Vers. 17. — *Hoc autem præcipio*, etc., q. d. : Hoc de velandis mulieribus ita præcipio, ut interim vos non laudem in eo quod sequitur, scilicet, *quòd non in melius, sed in deterius convenitis*, id est, quòd non ad

charitas ubi vehementer accendi debuit! quoties res sanctæ et sanctè institutæ abierunt in abusum! quoties ibi nata sunt zizania, ubi expectabatur triticum! *Inimicus homo hoc fecit*, facit et faciet. Et hoc vides, ô Deus bone, qui malum odisti! et hoc permittis, ô Deus omnipotens, qui malum omne potes impedire! Imò permittis quia bonus et patiens es, et multæ misericordiæ; et peccatorem sinis, et ad pœnitentiam expectas. Imò permittis, quia omnipotens es, et ex malo, vales elicere bonum, et ex deteriori malo, majus bonum elicere; et ex pessimo optimum. Quid ergo faciat homo christianus hos humanæ societatis defectus intuens? Si sit prælatus; eos corrigat, in eos invehatur, Dei zelo ductus, sicut apostolus Paulus. Si sit subditus, eos cum charitate et patientiâ toleret, divinam adorans providentiam, quæ etiam de peccatis ordinat, et ex omnibus novit aliquod elicere bonum. Adoro te, ô Deus bone, qui malum permittis! adoro te, ô Deus omnipotens, qui ex ipso malo bonum elicis, et de peccatis etiam ordinas ad tui gloriam! Da mihi malum ita tolerare, ut nunquàm malo consentiam.

Vers. 18. — Primum quidem convenientibus... audio scissuras... Corrigit 1° animorum dissensionem, aliorum defectuum causam. Ac primò quidem, contra finem conventuum, qui ad majorem animorum unionem instituti sunt, audio, quòd cùm in unum locum convenitis corpore, scissuræ sunt et animorum dissidia inter vos. Græc., *schismata*. Non exprimit ob quid dissidebant; sed ex præcedentibus, et ex sequentibus colligi potest. In præcedentibus visum est, quòd ob magistros erant divisi. Hinc, ut Gagnæus refert ex quibusdam Græcis, non in communi mensâ Christi corpus et sanguinem sumebant, sed privatim, prout variæ erant sectæ. In sequentibus videbitur, quòd pauperes à divitibus spernerentur, et ab illorum conviviis arcebantur. Hincque rursùs divisio et scissuræ.

Et ex parte credo. Græc., *partem aliquam credo*, scilicet eorum quæ mihi de vobis dicuntur.

Vers. 19. — Nam oportet et hæreses esse..... Græc., *et in vobis hæreses esse*. Vide paraphrasim. Græci per hæreses intelligunt hic dissensiones in moribus, sicut et per schisma; sed meliùs Latini intelligunt scissuras in fide, seu falsas opiniones circa dogmata. Ita ut D. Paulus argumentetur à majori: *Oportet et hæreses esse inter vos*, quod schismate pejus est; quidni credam ergo esse schismata?

Oportet. Moraliter necesse est, positâ scilicet hominum multorum superbiâ et pertinaciâ. Et in vobis. Nec est ulla ratio, cur vestra Ecclesia à tali malo potiùs eximatur, quàm aliæ.

Hæreses esse, id est, scissuras circa dogmata fidei. Hæresis equidem olim, sicut et secta, vox fuit media, in bonam et malam partem; sed communi nunc usu, in malam sumitur, et significat scissuram in fidei dogmatibus.

Ut et qui probati sunt..., ut qui fideles sunt et probi, seu constantes in fide et in moribus, agnoscantur, omnibusque fiant manifesti.

Ut, effectum notat, non causam, ait divus Chrysostomus, ostenditque bonum, quod Deus ex hæresis malo elicit. Per hæreses scoria separatur à corpore Ecclesiæ, et manet aurum purum.

Vers. 20. — Convenientibus ergo vobis..., tactâ animorum dissensione, transit ad Agapes reformandas, aitque quòd à Domini cœnâ absint longissimè Corinthiorum Agapes. Sanè, eo quo convenitis modo, dominicam cœnam non celebratis, nec repræsentatis; sed potiùs contrarium ei quid agitis. Domini quippe cœna, omnibus, etiam Judæ proditori, communis fuit; vestra verò non communis, sed particularis. Dominicam ergo cœnam Apostolus vocat Agapes, quia re præsentabant ultimam Domini cœnam. Vide dicta v. 17. Agaparum, seu hujus charitativi convivii pars erat sanctissimæ Eucharistiæ perceptio. Et de hoc omnes conveniunt; sed an prima, an postrema pars fuerit dubitatur. D. Chrysostomus arbitratur priorem fuisse communionem, deinde post communionem convivium. Baronius divum Chrysostomum sequitur, an. 57. D. Augustinus putat convivium præcessisse, deinde subsecutam fuisse communionem; epist. 118, c. 6. Et hæc opinio probabilior est, et textui apostolico conformior. Hæc quippe cœna instituta erat ad imitandam et repræsentandam Domini cœnam ultimam; unde D. Paulus vocat illam dominicam cœnam: Christus autem post cœnam agni paschalis et communem, sanctam Eucharistiam instituit. Adde quòd D. Paulus Corinthios arguit quòd malè et indignè communicent, quia cœnam præsumunt; quia ebrii, quia in pauperes duri: quæ omnia indicant quòd posterior erat communio; nec enim indigna foret, ob subsequentia peccata. Denique hoc confirmat mos, qui per multa secula duravit in nonnullis Ecclesiis, in quibus post cœnam vulgarem, exemplo Christi, sumebant Eucharistiam, Sozomenus, lib. 7 Hist., cap.

utilitatem et profectum spiritualem, sicut oportebat, convenitis in Ecclesiam, sed magis ad spirituale detrimentum.

Vers. 18. — *Primùm quidem convenientibus vobis in Ecclesiam, audio scissuras esse inter vos* in Ecclesiâ, id est, in ipso conventu, *et ex parte credo*. Id intelligi potest, vel de parte rerum, vel de parte personarum, vel Apostolum credere partem aliquam malorum, quæ sibi narrata essent.

Vers. 19. — *Nam oportet et hæreses esse*. Chrysostomus cæterique Græci, hæreses intelligunt hoc loco, non adversùs sanam et catholicam doctrinam erroneas opiniones: sed dissidia circa mensas, et locum et tempus accumbendi.

Ut et qui probati sunt, qui probi, solidi ac firmi sunt, *manifesti fiant in vobis*.

Vers. 20. — *Convenientibus ergo vobis in unum*, etc., q. d.: Dùm convenitis tali modo ad Eucharistiam et cœnam Christi Domini, jam vestra cœna non est cœna dominica, uti esse solebat; et vestrum manducare, jam non est dominicam cœnam manducare, uti olim erat; non instituitis cœnam Domini (qui omnes apostolos, quin et Judam cœnæ suæ sobriæ et piæ adhibuit), sed Bacchi aut Martis. Convenitis enim ad vos inebriandum, et pauperes excludendum: itaque quilibet in se ebrius, in pauperes verò violentus est. Ita Anselm., Chrysost., Theoph.

29, narrat quòd suo tempore hoc adhuc fieret in Ægypto. Hujus consuetudinis meminit concilium tertium Carthag., can. 29, cui interfuit D. Augustinus. Vide Estium et Cornel. à Lapide.

Vers. 21. — Unusquisque enim suam cœnam præsumit, seu priùs sumit. Syr., *antevertens comedit.* Arab., *anticipat*, seu ante capit ad manducandum : Græc., *in edendo*, id est, unusquisque enim ditiorum suam propriam cœnam, seu edulia quæ attulit in Ecclesiam, sumit; non expectatis, nec invitatis pauperibus; seu, solus, exclusis pauperibus, comedit, quæ in commune conferre debebat. Unde fit, ut alius esuriat, dùm alius ebrius est, ingurgitatus, id est, plus quàm satis manducavit et bibit. Duo taxat in divitibus vitia, ingluviem et pauperum neglectum.

Vers. 22. — Numquid domos non habetis... Hæc divitum crimina exaggerat, ex parte loci, cujus sanctitas violatur : ex parte fidelium, quorum præsentia contemnitur; ex parte pauperum, quorum pauperies durior redditur. Quasi diceret : Si vestra vultis soli comedere, et vos ingurgitare, cur id domi non facitis, ubi sine irreverentiâ, sine scandalo, sine pauperum rubore, id ageretis, sicque minori cum peccato.

Aut Ecclesiam Dei contemnitis? An locum orationi et charitati destinatum spernitis, in eo comessationibus et ebrietatibus vacantes; sicque locum sanctum polluentes? Vel, an sanctorum fidelium congregationem vilipenditis, hæc in eorum conspectum facientes? Ecclesia utrumque significat, et congregationem fidelium, et locum ubi congregantur.

Et confunditis eos... Et pudore suffundere vultis pauperes, qui, quia nihil habent, nihil attulerunt; hincque coguntur esurientes et confusi, vos lautè et opiparè epulantes aspicere. Durum est pauperi esurire; durius est pauperi esurienti, ob pauperiem et esuriem suam contemni; at durissimum est sic esurienti et contempto, alios in oculis suis epulantes intueri. Recordamini mali divitis et Lazari historiam, et quid ei simile videbitis inter vos. Cavete ergo ne finis vester hujus divitis fini sit similis.

Quid dicam vobis? Scilicet, ita facientibus, locum sanctum polluentibus; fidelium congregationem spernentibus; pauperes pudefacientibus, eorumque pauperiem intolerabilem reddentibus.

Laudo vos? Græc., *laudabo vos in hoc?* In hoc non laudo. Sanè nec laudo, nec laudabo : hæc quippe sunt enormia mala, non laude, sed omni vituperio digna. Laudavi supra, v. 2, quia traditionum mearum observatores : hic non laudo, quia traditiones meas non solùm non servatis, sed contrarium agitis, quasi earum sitis penitùs obliti. Hinc et hodiè cogor scripto vobis tradere, quod olim vivâ voce tradidi vobis.

Vers. 23. — Ego enim accepi a Domino... Quia ergo traditionum obliti, et eis contrarium agitis, ut in posterum eas meliùs retineatis et perfectiùs adimpleatis; ut clariùs cognoscatis, quàm longissimè, ut versu 20 dixi, distatis à cœnâ dominicâ; et consequenter quàm gravissimè in hoc sanctissimæ Eucharistiæ Sacramento celebrando peccatis; utque hos omnes vestros abusus quamprimùm reformetis et omnia ad exemplar Christi Domini reducatis, vobis hodiè trado scriptis, quod aliquando vivâ voce tradidi.

Vers. 21. — *Unusquisque enim suam cœnam præsumit.* S. August., epist. 118 : *Præsumit*, inquit, hoc est, sumit ante synaxim. Hoc enim propriè est præsumere : et quia ad hanc præsumptionem tollendam, jubet, versu 33, ut invicem sese expectent, scilicet in cœnâ ante S. synaxin. Nam in ipsâ sacrâ synaxi, vel post eam, non videtur opus fuisse expectatione, cùm ea non celebraretur, nisi postquàm omnes convenissent, eamque promiscuè sumebant pauperes misti divitibus.

Ubi nota. Tempore Pauli, christiani ut imitarentur Christum (qui post cœnam agni et communem, Eucharistiam instituit) ante cœnam eucharisticam instituebant cœnam communem omnibus christianis, tam pauperibus, quàm divitibus, idque in mutuæ christianæ charitatis symbolum. Perduravit hic mos in nonnullis Ecclesiis per multa secula : nam Sozomeni adhuc tempore, ut ipse narrat, lib. 7 Hist., cap. 39, in Ægypto, multis urbibus et pagis, sumptâ cœnâ vulgari, exemplo Christi, celebrabant et sumebant S. synaxin. Idem de aliis quibusdam Ecclesiis indicat concilium Carthaginense III, can. 29. Hunc morem, ubi et quamdiù permissus fuit, non taxat hic Apostolus, sed ejus abusum, in iis qui in hac cœnâ se inebriabant, sinentes alios pauperiores esurire. Hoc enim taxans subdit : *Et alius quidem esurit, alius autem ebrius est.* Et, *qui manducat indignè*, hoc est, in peccato mortali ebrietatis, et contemptûs pauperum, *reus erit corporis et sanguinis Domini.* Rursùm concludens, v. 33 : *Itaque, fratres*, inquit, *cùm convenitis ad manducandum, invicem expectate : si quis esurit, domi manducet, ut non in judicium conveniatis*, scilicet, dùm convenitis, ut cœnam dominicam, sive eucharisticam manducetis, ut dixi, v. 26. Ergo loquitur de conventu qui fiebat ante, non autem post cœnam eucharisticam. Licèt paulò post prima hæc Ecclesiæ tempora, scilicet cùm Ecclesia sanxit, ut Eucharistia ob reverentiam, non nisi à jejunis sumeretur, post Eucharistiam celebrata sit hæc agape; ut patet ex Tertulliano et Chrysostomo, et ex Augustino, epist. 118. Græco vocabulo *agapæ*, id est, charitates, appellabantur; velut quædam fraternæ dilectionis symbola.

Præsumit ad manducandum. Præsumit manducare, vel præsumit manducando, scilicet suam cœnam.

Et alius quidem esurit, alius autem ebrius est. Esuriebant pauperes, quòd nihil attulissent, et à divitibus negligerentur : illis interim lautè epulantibus, et tam cibo quàm potu replentibus sese supra modum.

Vers. 22. — *Numquid domos non habetis ad manducandum et bibendum? Aut Ecclesiam Dei contemnitis, et confunditis eos*, pudore afficitis pauperes, *qui non habent?* Sensus : Si cœnam non vultis facere communem, sed privatam; cur non in suis quisque privatis ædibus comeditis et bibitis? Illic enim locus est privatæ refectionis. An sacrum illum cœtum christianorum, qui vocatur Ecclesia Dei, quia convocata à Deo, despicitis ac vilem habetis? Per hoc nimirùm, quia vacatis in eo comessationi et ebrietati. Nam ea res conventum illum non mediocriter dehonestabat.

Et confunditis eos qui non habent? Eos, inquit, qui nihil attulerunt, eò quòd non habeant quod conferant, pudore et probro afficitis coram totâ Ecclesiâ : dùm vobis epulantibus coguntur esurire. Hoc enim erat pudorem illis ingerere, et inopiam quodammodò exprobrare.

Quid dicam vobis? Laudo vos? In hoc non laudo. Dixi, inquit, me vos laudare, quòd per omnia mei sitis memores, et sicut tradidi vobis præcepta mea teneatis. Verùm in eo nunc cogor exceptionem facere. Nam in cœnâ dominicâ et celebratione mysteriorum traditionem meam malè servatis, ideòque hâc in re non laude, sed reprehensione digni estis.

Ego enim accepi à Domino quod et tradidi vobis, non

Ego igitur accepi, non ab hominibus, sed ab ipso Jesu Christo, Domino nostro, per revelationem, scilicet, hoc ipsum quod verbo tenùs tradidi vobis.

Observatio dogmatica.

Nota quòd per occasionem tantùm scripserit Apostolus quod verbo docuerat. Si circa sanctissimam Eucharistiam non invaluisset Corinthiorum abusus, valdè vero simile est quòd de eâ D. Paulus nunquàm scripsisset. Et idem de aliis apostolis intellige, quibus nunquàm fuit propositum, omnia ad fidem pertinentia scribendi; sed ea tantùm scripserunt, quæ, pro rerum occasione, duxerunt esse scribenda; cætera verò vivâ voce tradiderunt. Hincque collige non Scripturam tantùm, sed et traditiones non scriptas, esse servandas. Mirare tamen divinam in hoc facto Providentiam, quâ factum est, ut sicut à divo Petro, velut quarto Evangelistâ, relatum fuit illud Patris æterni de Christo testimonium : *Hic est filius meus dilectus...*, quod tres Evangelistæ scripserant : ita et à D. Paulo, quasi quarto Evangelistâ, describeretur sanctissimæ Eucharistiæ institutio, quam tres Evangelistæ retulerunt : idque propter utriusque mysterii, incarnationis, scilicet, et sanctissimæ Eucharistiæ, quæ illius est extensio, præcellentiam.

Quia Dominus Jesus, in qua nocte... Accepi igitur ab ipso Domino, quòd in eâ ipsâ nocte, in quâ tradebatur ad mortem; cùmque mors ei præsens esset. O immensa charitas! cùm traditur ad mortem, semetipsum tradit per amorem.

Accepit panem. Scilicet triticeum et azymum. Quia juxta D. Matthæum, Marcum et Lucam, primâ die Azymorum ad vesperam, ab hâc autem vesperâ inclusivè per septem dies sequentes, non licebat Judæis alio pane uti, quàm azymo. Vide Exod. 12, 15. Hinc credimus Christum in azymo consecrâsse. Græci verò, decepti falsâ Joan. 18, 28, interpretatione, putant quòd Christus Pascha celebrârit uno die ante Judæos, seu ante diem lege statutam. Hinc in fermentato consecrant.

Vers. 24. — Et, gratias agens. Scilicet Deo Patri. Ab hâc gratiarum actione dicitur Eucharistia. Ecclesia in canone addit : *Et elevatis oculis in cœlum*, quia Christus magnum quid acturus, oculos in cœlum solebat levare, Matth. 14, Joan. 11. Addit etiam *benedixit*, quod ex D. Matthæo et Marco sumpsit. Et meritò distinguitur benedictio à gratiarum actione; hæc enim Deum respicit, cui agitur gratia : illa verò creaturam, super quam Dei virtus per benedictionem invocatur. Hinc benedictio præcedit consecrationem.

Fregit in duodecim partes. Et dixit, distribuens. Dixit autem sermone operatorio et in instanti efficiente quod enuntiat. Duplex notatur in Evangelio sermo Christi Domini operatorius. Unus quidem per imperativum modum, v. g., *mundare, surge, respice; Lazare, veni foràs.* Alter affirmativus præsentis temporis, Joannis 4 : *Filius tuus vivit;* Luc. 13 : *Mulier, dimissa es ab infirmitate.* Et hujusmodi est propositio Christi : *Hoc est corpus meum.*

Accipite et manducate. Verba sunt invitantis, non imperantis. *Accipite*, scilicet in manibus. Hinc mos erat antiquus in manibus Eucharistiam accipiendi, non in ore, de manu sacerdotis, ut modò.

Hoc est corpus meum. Græc., *hoc meum est corpus.* Probabile putatur quòd Christus dixerit : Hoc meum corpus. Quia Hebræi et Syri verbum substantivum non exprimunt : imò præsentis temporis non habent. Vide Estium et Cornelium à Lapide. Videtur et probabilius quòd, *hoc*, adjectivum sit. Sicut : Hic calix... *Hic est sanguis meus.* Non verò hoc est sanguis : cùm tamen in Græco utrumque sit in neutro genere τοῦτο τὸ σῶμα, τοῦτο τὸ ποτήριον, sicque demonstrat corpus quod enuntiat. *Corpus meum est hoc.*

Quod pro vobis tradetur, scilicet in mortem. Græc., *frangitur.* Syr. etiam habet : *Frangitur.* Frangitur autem quoad species panis in Christi corpus conversi.

Hoc facite, id est, hoc ipsum quod ago, id vos et successores vestri facite. His verbis Christus apostolis suis contulit potestatem consecrandi : aliàs impossibile præcepisset.

In meam commemorationem. Id, inquam, facite, in mei memoriam. Maximè recolentes amorem quo memetipsum pro vobis in mortem tradidi.

Observatio moralis.

Incruentum sacrificium in memoriam cruenti institutum est. Hoc ergo cogitandum, hoc recolendum, hoc sentiendum. Hoc sentiamus in nobis, quod Christus Jesus sensit in se. Optimus itaque celebrandi, communicandi, missam audiendi, imò et coram sanctissimo Sacramento orandi modus, quem Christus, ut à se principaliter intentum, nobis semel hic et iterùm versu sequenti commendavit, est recolere memoriam passionis dominicæ. Fide vivâ Christum Jesum Filium Dei, pro nobis crucifixum intueri : hâcque fide, omnia facere coram altari, quæ coram Jesu Christo crucifixo fecissemus; compati, peccata nostra detestari; Christi mortem pro peccatis nostris offerre, in eam sperare, illam nobis reddere propriam et quasi nostram, fide,

scripto, ut patet, sed vivâ voce. Nota hunc locum pro traditionibus, quas orthodoxi verbo Dei scripto adjungendas docent. Sed jam quæres, quomodò hæc Pauli narratio cohæreat cum præcedentibus. Verùm certa ex ipso Paulo commemoratæ hujus institutionis ratio colligitur. Etenim Corinthii cœnam dominicam ita agebant, ut contra dignitatem ac reverentiam sacrorum mysteriorum, quorum celebratio cœnam illam continuo sequebatur, gravissimè peccarent : ut qui ad ea participanda prorsus indigni venirent, post epulas, crapulam et ebrietatem, postque pauperum injuriam, et contemptum Ecclesiæ Dei. Id ostendere volens Apostolus, et tam grande peccatum corrigere, commemorat institutionem Sacramenti, ex quâ nimirùm intelligatur mysteriorum magnitudo, simul et peccati gravitas eorum à quibus illa tam indignè tractata fuissent. *Ego enim*, inquit, *accepi*, id est, edoctus sum *à* Christo *Domino.* A Domino sentit accepisse se, immediatè scilicet per revelationem, quomodò dicit ad Gal. 1 de suo Evangelio : *Neque enim ego ab homine accepi illud, neque didici; sed per revelationem Jesu Christi.*

Quoniam Dominus Jesus in quâ nocte tradebatur (à Judâ et Judæis in mortem et crucem) *accepit panem.*

Vers. 24.—*Et, gratias agens, fregit, et dixit : Accipite, et manducete : hoc est corpus meum, quod pro vobis tra-*

spe, charitate commori; seu hanc mortem imitari; Christi mortificationem in animâ et corpore circumferentes; pœnitentiam sincerè amplectentes, nostramque publicæ Christi pro nobis pœnitentiæ, id est, passioni et mortui unientes, sicque Christum pro nobis crucifixum induentes.

Vers. 25. — Similiter et calicem, scilicet accepit in manus suas, postquam cœnavit, Græc., *post cœnâsse;* Syr., *postquàm cœnavissent*, id est, postquàm cœnavit cœnam communem, ad quam discubuisse refertur, Luc. 12, 14. Primò enim Christus agnum paschalem cum suis discipulis, stans et renibus accinctus, et baculum in manibus tenens, comedit, juxta ritum Exod. 12, 11, præceptum. Deinde ad cœnam communem discubuit in lectis, juxta morem illius temporis. Hinc surrexit, ad lavandos pedes discipulorum, proximè ante institutionem sanctissimæ Eucharistiæ, Joan. 13, 4. Post lotionem iterùm discubuit ad sanctissimam Eucharistiam instituendam et distribuendam. Et quia post Eucharistiæ distributionem, dicitur, Joan. 13, 26, quòd intinctam buccellam Judæ tradiderit, dicendum est quòd in mensâ superessent adhuc cœnæ vulgaris reliquiæ. Hinc D. Matth. 26, 26, et Marc. 14, 22, dicunt *cœnantibus et manducantibus* Christum Dominum accepisse panem et Eucharistiam instituisse. Denique *à cœnâ*, post prolixum sermonem, *surrexit, dicens : Surgite, eamus,* etc. Hic ergo de cœnâ communi agitur.

Dicens, hic calix, id est, hoc contentum in hoc calice; metonymicè, continens sumitur pro contento. Sed hæc metonymia communis et ordinaria est, et quæ præterea clarè explicatur in sequentibus : *Quotiescumque calicem bibetis.* Non enim calix ipse, sed contentum in calice, bibitur.

Novum Testamentum est, id est, instrumentum authenticum est novi Testamenti, seu fœderis novi, quod Deus cum hominibus, legem suam servantibus init, et quo promittit eis, non terrena bona, sed spiritualia, fidem, spem, charitatem, veniam peccatorum, gratiam, denique gloriam, æternam in cœlis hæreditatem. Non ultima tantùm voluntas testatoris vocatur testamentum, sed et signum, scriptura, instrumentum hujus ultimæ voluntatis.

In meo sanguine, id est, instrumentum, inquam, non atramento, sed sanguine meo hic incluso, conscriptum et consignatum. Mirabile testamentum, quod ipsius Dei sanguine conscriptum est! Charum sanè nobis et amabile testamentum, quod Patris nostri sanguine signatum est! Vetus Testamentum, ad quod profectò respicit Christus, per sanguinem vitulorum, super populum exteriùs aspersum, initum est, Exod. 24, 8. Novum verò per Christi sanguinem in fidelibus interiùs effusum, ad internam eorum sanctificationem, confirmatum est. Vide dicta in Epist. ad Heb., c. 9, v. 17, 18, etc. Sed nota 1° quòd ubique sanguis et sanguis verus; nullibi sanguinis tantummodò signum; 2° quòd sicut sanguis, quo fœdera sanciebantur, erat sanguis victimarum in sacrificio oblatarum, sicque verum sacrificium; ita et sanguis Christi in Eucharistiâ mysticè effusus, verum est sacrificium. Vide Exod. 24, 8.

Hoc facite, quotiescumque... Quod ego jam feci, *hoc* et vos *facite*, id est, consecrate, offerte, sumite, distribuite. Sicut consecravi, etc. Hoc apostolis et eorum in sacerdotio successoribus dicit, ut notatum est in versu præcedenti, et ut concilium Tridentinum explicat, sess. 22, c. 1.

In meam commemorationem. Id, inquam, facite, in meî pro vobis mortui memoriam.

Observatio dogmatica.

Hæc memoria reali Christi præsentiæ non obstat. Christus enim in hoc Sacramento suî ipsius memoriale est; sicut in cœlis Christus stigmata conservans suæ passionis æternum est memoriale. Sed è contra omnia indicant hæc à D. Paulo relata, simpliciter et ad litteram esse intelligenda, et consequenter omniâ pro reali Christi præsentiâ pugnant.

Id volunt tempus, status, qualitas, actio, voluntas, potestas, ipsa verba Christi. Tempus, *in quâ nocte tradebatur*, cùmque mortem præsentem haberet, ubi tropis nullus utitur. Status, in quo quasi pater amantissimus, jamjam moriturus, suum testamentum condit; in quo simplicitas et claritas maximè requiruntur, et in quo nemo sapiens utetur figuris, imaginem, v. g., lapidis pretiosi legans, pro ipso lapide pretioso. Qualitas, cùm Mediator Dei et hominum fœdus æter-

detur. Nota hic quinque actiones Christi : primò, Christus accepit panem; secundò, gratias egit Patri; tertio, panem benedixit, ut habet S. Matth., cap. 26; quartò, panem fregit; quintò porrexit, et inter porrigendum dixit : *Accipite et manducate : hoc est corpus meum.* Hæc enim verba tam porrigentis sunt, quàm consecrantis. S. Joannes ait, cap. 13 : *Cùm dilexisset suos qui erant in mundo, usque in finem dilexit eos*, qui, ut canit S. Thomas :

Se nascens dedit socium,
Conversans in edulium,
Se moriens in pretium,
Se regnans dat in præmium.

Ut non solùm ipse Christus panem consecraverit in corpus suum; verùm etiam ex ejus institutione id faciant ad hodiernum usque diem sacerdotes ejus ministri.

Quod pro vobis tradetur, scilicet in mortem. Bellarm., lib. de Missâ, c. 12 : In Eucharistiâ, inquit, corpus Christi frangitur, id est, dividitur et destrui-

tur, dùm scilicet sub distinctis et diversis speciebus panis et vini Deo immolatur, sumitur, ut Christum passum et occisum repræsentet. Hinc Chrys. : Fractio, inquit, corporis in Sacramento, significatio est passionis et fractionis in cruce.

Hoc facite in meam commemorationem : Quod ego nunc facio, quodque vos me jubente nunc facitis, id ego deinceps à vobis et successoribus vestris cæterisque fidelibus fieri volo : idque *in mei commemorationem*, id est, recolentibus memoriam passionis et mortis meæ pro vobis.

Vers. 25.—*Similiter*, etc., *calicem* (accepit Christus) *postquam cœnavit, dicens : Hic calix novum testamentum est in meo sanguine*, q. d.: Hic calix est instrumentum authenticum, et quasi charta, in quâ scriptum et consignatum est *novum testamentum*, id est, sancitum est novum fœdus, novaque promissio divina, et ultima voluntas mea consignata est, de æternâ hæreditate vobis dandâ, si credatis, et obediatis : scriptum est, inquam, non litteris atramenti, sed in sanguine meo,

num statuit, in quo clarè, non figuratè loquendum. Ipsa actio, cùm Sacramentum maximum, et sacrificium augustissimum, usque ad finem mundi duraturum, instituitur; in quibus æquivocatio tanti erat periculi et momenti. Voluntas, cùm filios suos ardentissimo prosequitur amore, eisque maximum vult bonum, quod possit : *cùm dilexisset suos... in finem dilexit eos.* Potestas, *sciens quia à Deo exivit, et ad Deum vadit, et omnia Pater ei dedit in manus;* omnia potest. Ipsa denique verba, simplicia et clara, hisque supra dictis respondentia. Simplicia, qualia sunt patris jamjam morituri, filios suos alloquentis, suumque testamentum condentis. Simplicia, qualia sunt verba sinceri Mediatoris, æternum fœdus statuentis. Simplicia, qualia sunt verba summi pontificis, sanctissimi et veracissimi, falsum dogma, et omnem idololatriam maximo habentis odio; et quibus consequenter, ne minimam quidem vellet suis verbis occasionem dedisse; quod tamen reverà fecit, si figuratè locutus est. Simplicia, qualia sunt verba Salvatoris, nostræ salutis zelantissimi, potentissimi, et maximum nobis bonum, omnium suorum mirabilium memoriale, facere volentis. Rursùs ipsa verba, seu verborum contextus : *Hoc est corpus meum, quod pro vobis tradetur :* ergo verum corpus, quod de facto pro nobis in mortem traditum est, non figura. Vel secundùm Græc., *quod frangitur*, scilicet jam de præsenti, per fractionem specierum panis, in Christi corpus jam conversi : nec enim alibi fractum est corpus Christi. *Hic est sanguis meus novi Testamenti, qui pro multis effundetur.* Matth. 26, 28; Marc. 14, 24. *Effundetur,* scilicet in cruce. Vel juxta Græc., *effunditur*, jam cùm singuli bibunt. Sanguis verus effusus est in cruce, non figura. Sanguis veteris Testamenti fuit verus : ergo et sanguis novi. Quis mortalium volens id agere (suppono quòd divinitùs possit), quod Christum fecisse credimus; quis, inquam, posset verbis clarioribus uti : *Hoc est corpus meum; hic est sanguis meus?*

Quis ergo mortalium hæc Christi verba clara, et simplicia, non credens simpliciter, ante Christi tribunal audeat stare? Quid enim respondebit Christo quærenti : Cur mihi non credidisti? cur me mentitum esse dixisti? Affirmavi ego veritas : *Hoc est corpus meum*, etc., tu negâsti, dicens : Non est corpus, sed figura corporis. Catholicus autem securus accedet, etsi per impossibile foret deceptus; diceret enim confidenter : Si deceptus sum, à temetipso, æternâ Veritate, deceptus sum : ideò quippe deceptus fui, quia tibi, ô Christe, Veritas ipsa, simpliciter credidi dicenti : *Hoc est corpus meum;* et quia Ecclesiæ, sponsæ tuæ, verba tua litteraliter intelligenti, credidi simpliciter. Christo credidi, Ecclesiæ Christi credidi. Christus autem *Veritas* est : Ecclesia verò Christi *columna veritatis* est. Securus credo, et in fide catholicâ permaneo.

Vers. 26. — Quotiescumque enim manducabitis... Relatâ Christi Domini institutione, et ipsius institutionis fine indicato, scilicet in memoriam dominicæ passionis, Corinthios nunc alloquitur Apostolus, ut attendant ad superiùs relata, et videant an hæc mysteria eo celebrent animo et fine, quo sunt instituta. In memoriam dominicæ passionis celebranda sunt : hic est finis à Christo intentus et declaratus; imò hæc sunt ipsamet mysteria, repræsentatio, annuntiatio sunt passionis dominicæ. Hunc sacrum panem comedere, et hunc pretiosum sanguinem bibere; annuntiare et repræsentare est Domini mortem. Per mysticam, scilicet sanguinis ejus à corpore separationem, quæ fit vi verborum per consecrationem; vel etiam quæ fit per ipsam comestionem corporis sacri, quasi à sanguine separati, et potationem sanguinis pretiosi, ut effusi, et à corpore separati. In unâquâque specie consecratâ est repræsentatio mortis dominicæ, sed perfectiùs in utrâque simul.

Quotiescumque manducabitis panem hunc, et calicem bibetis, mortem Domini debetis cogitare, sentire, repræsentare et annuntiare. Heu quantùm ergo abestis à dominicâ cœnâ! *jam non est dominicam cœnam manducare.* Quantùm abestis à fine per Christum intento, et quàm graviter et multipliciter in Christi Sacramentum peccatis! Cœna Christi fuit omnibus communis : vestra autem particularis. Cœna Christi fuit annuntiatio suæ mortis; vos cœnam agentes, Christique mortem Sacramento repræsentantes, de hâc morte non cogitatis : sed luxui vacatis et gulæ. Cœna Christi fuit æterni fœderis symbolum; vestra cœna, invidiæ, dissensionis, et dissidiorum origo.

Donec veniat, scilicet judicaturus vivos et mortuos : hinc sequitur quòd ad finem usque mundi duratura sit sanctissima Eucharistia, seu incruentum Christi sacrificium, cruenti annuntiatio perpetua.

quem continet hic calix, sicut charta continet scripturam testamenti. Est igitur sensus istiusmodi : Id quod hoc poculo continetur, est sanguis meus, in quo, id est, per quem, *novum Testamentum* sancitur et confirmatur. Vocatur autem novum Testamentum ea promissio, quâ Deus spiritualia bona, id est, fidem, spem, charitatem, veniam peccatorum, legis obedientiam, perseverantiam et vitam æternam electis suis se daturum promisit.

Hoc facite, quod ego jam feci, nimirùm consecrate, offerte in sacrificium, sumite, distribuite Eucharistiam, uti ego consecravi, obtuli, sumpsi, distribui. Unde hic apostoli ordinati sunt sacerdotes. Ita conc. Trident, sess. 22, c. 1, ex Ecclesiæ perpetuo consensu. *Quotiescumque bibetis, in meam commemorationem*, ad recolendam memoriam passionis et mortis meæ.

Vers. 26. — *Quotiescumque enim manducabitis panem hunc, et calicem bibetis : mortem Domini annuntiabitis*, tum verbo (hinc in canone missæ dicitur : *Unde et nos memores tam beatæ passionis*), tum potiùs factis et rebus, repræsentabitis non tam vobis quàm populo mortem Christi. Ita Anselmus, Theophyl., Ambros. Pro *annuntiabitis*, Syrus vertit, *in memoriam revocabitis*. Annuntiare mortem Domini est mortis ac totius passionis ejus pro nobis susceptæ gratam memoriam recolere.

Nota : Mortem suam præ vitæ suæ gestis aliis jubet Christus annuntiari, quia morte consummatum est Christi testamentum, et ultima voluntas ac redemptio nostra, et extremus Christi in nos amor, quo pro nobis mortem subiit, quorum omnium memoria est Eucharistia.

Vers. 27. — Itaque quicumque manducaverit... Clariùs indicat ad quid superiora retulerit, nimirùm ad docendum eos, quàm graviter in sanctissimam Eucharistiam peccent, eosque corrigat. Transit ergo ad indignæ communionis enormitatem, quam ex superioribus infert et exaggerat. Quia hæc mysteria sunt annuntiatio, et ipsa realis repræsentatio dominicæ passionis. Ergo *quicumque* ea *manducat* vel bibit indignè, id est, conscius sibi peccati mortalis, aut irreverenter, v. g., semiebrius, contentiosus, in pauperes durus (ut vos, ô Corinthii), reus erit corporis et sanguinis Domini, supple, ab invicem separati, id est, reus erit mortis Domini : perinde ac ipse, qui Domini sanguinem effuderit, ait Theophylactus; par crimen facit, ac si Christum Dominum crucifigeret, ejusque sanguinem funderet; à proportione peccat sicut Judas et Judæi; tradit sicut Judas, insultat sicut Judæi, ait Theodoretus. Itane de frustulo panis indignè manducato loqueretur Paulus, veritatis doctor? Itane sancti Patres interpretarentur? Hinc ergo benè infertur à catholicis, 1° quòd reverà corpus et sanguis Christi sint in Sacramento; 2° quòd etiam à malis realiter sumuntur; 3° quòd utrumque sub unâ tantùm specie, propter particulam *vel*. Cæterùm ex ipso contextu intelligitur, quid sit indignè manducare, vel bibere; scilicet irreverenter et in statu peccati mortalis, ut Corinthii multi, quos arguit Apostolus.

Vers. 28. — Probet autem seipsum homo. Ostenso malo, remedium præbet, doceteque quomodò ad sanctissimam Eucharistiam accedendum, ne tanti criminis quis reus sit. Unusquisque semetipsum probet, et examinet, suamque conscientiam studiosè scrutetur; attentè consideret an à peccatis sit pura. Hinc antiquitùs altâ voce dicebatur : Sancta sanctis. Et taliter probatus, examinatus, et præparatus per contritionem et confessionem sacramentalem (si fuerit peccati mortalis conscius) corpus Domini manducet, et sanguinem bibat.

Vers. 29. — Qui enim manducat... Ut attentiùs se quisque probet, indignæ communionis pœnam denuntiat. Indignè edendo et bibendo damnationem suam in se accersit; condemnationem suam sibi manducat et bibit, id est, ad æternam suam damnationem manducat et bibit; propterea quòd corpus Domini à pane communi non discernit. Ergone quemquam damnandum affirmat Apostolus propter indignam naturalis panis comestionem, et quia non discrevit illum à pane communi, si de facto panis tantùm est, et non realiter corpus domini? Sed, inquit Calvinista, imago corporis Dominici est. Quid ergo de te fiet, sacrarum imaginum destructore? Quòcumque te vertas, his Apostoli verbis confodieris.

Vers. 30. — Ideo multi infirmi... Ut eos sensibiliùs tangat ad pœnitentiam; hujus judicii executionem in eorum infirmis et mortuis animadvertit et exhibet.

Ideo, quia indignè communicant et judicium sibi manducant; *multi* inter vos languent et ægrotant, et immaturâ morte moriuntur. Sicut Ananias et Saphira tunc temporis, ob furtum et mendacium morte puniti sunt, ad aliorum exemplum; sic et multi Corinthiorum temporaliter variis languoribus et morbis, imò et morte puniti fuerunt, ob indignam communionem; ad aliorum emendationem, et ad christianæ religionis veritatem confirmandam. Sanctus Anselmus dicit quòd et adhuc propter hanc causam multi post Pascha variis infirmitatibus corripiuntur, quia corpus Redemptoris indignè perceperunt.

Vers. 31. — Quod si nosmetipsos... Probationis et examinis supra dicti necessitatem indicat, ad vitandum Dei judicium.

Quod si nosmetipsos probaremus, conscientiam nostram discutiendo, et peccata, si quæ sint, damnando et expiando, non puniremur morbis et afflictionibus ob indignas communiones

Donec, inquit, *ipse veniat*, nempè gloriosus ad judicium. Ibi intelligi datur, ait Thomas, quòd hic ritus Ecclesiæ non cessabit usque ad finem mundi.

Vers. 27. — *Reus erit corporis et sanguinis Domini.* Violati nimirùm, indignè sumpti, et tractati, ut à Judà et Judæis tractatus fuit. Ita Photius, Theophylact. et Chrysost. Sicut enim regi gravem injuriam facit, qui ejus mensæ accumbit, retinens hostilitatem contra eum in animo; sic et qui cum peccato mortali accumbit mensæ Christi; et longè magis, qui ipsum Christum manducat, et in corde hostili recipit. Ita Basilius, serm. 2, de Baptismo, cap. 3. Hinc patet, in Eucharistiâ verum esse Christi corpus : non enim de nudo signo verum est, quòd qui illud indignè sumit, reus erit corporis et sanguinis Domini.

Vers. 28. — *Probet autem seipsum homo*, etc. *Probet*, hoc est, se examinet, num aptus sit, et dignè dispositus ad tanta mysteria, atque ad ea decenter et congruè se purget et præparet, non ut examinet an habeat fidem (illam enim præsupponitur habere; loquitur enim Apostolus de fidelibus Corinthiis) sed an sibi sit conscius alicujus peccati, maximè mortalis, v. g., ebrietatis ac superbiæ, ut dixit v. 21, illudque purget contritione et confessione.

Vers. 29. — *Qui enim manducat et bibit indignè, judicium sibi manducat et bibit :* ac si dicat : Talis reatum damnationis incurrit, non ex naturâ mysteriorum quæ vivifica sunt, ait Theophylactus, id est, gratiæ et salutis per se efficacia; sed per suam indignitatem. *Judicium*, id est, damnationem, ait Chrys. *Non dijudicans corpus Domini*, sed eo tanquàm promiscuo, communi et indifferenti cibo utens. Ita Photius et Anselmus. Nam, ut ait S. Justinus, in orat. ad Anton. Pium imp. : *Nos christiani Eucharistiam non ut communem cibum sumimus, sed credimus quòd sicuti per verbum Dei, Dei Filius factus est homo, ita per verba consecrationis in Eucharistiâ fiat et fit caro et sanguis Christi.*

Vers. 30. — *Ideò inter vos multi infirmi et imbecilles.* Sic hodiè, ait Anselmus, multi post pascha variis morbis corripiuntur, quia indignè corpus Domini acceperunt.

Et dormiunt multi. Præmaturè moriuntur, vel potiùs mortui sunt (ob indignè, et sine probatione sumptam Eucharistiam) et in morte quiescunt. Hi enim propriè dormire dicuntur. Sic Anselm. et Chrysost Imò ob hoc peccatum vexabantur à dæmone. Testis est S. Chrysost., in 1 ad Timoth., hom. 5.

Vers. 31. — *Quòd si nosmetipsos dijudicaremus*, probaremus, examinaremus, discuteremus, ut si quid peccati inveniamus, illud contritione et confessione expiemus. Ita sensus est : Quòd si nosmetipsos examinaremus, id est, probaremus, ac non nisi probati mensam illam sacram accederemus, *non utique judicaremur*, id est, puniremur à Deo ob indignam corporis et sanguinis dominici sumptionem. Græcè : *Si nos ipsos judicâssemus, non utique judicati*, id est, per judi-

Vers. 32. — Dum judicamur... Solatur eos in temporalibus his pœnis à Deo inflictis, asserens medicinales esse, et à Deo, tanquàm patre, immissas, ad eorum spirituale bonum. Dùm corporaliter à Domino punimur, castigatione, tanquàm filii erudimur à patre et à pædagogo; ut emendati, non damnemur in æternum cum infidelibus.

Vers. 33. — Itaque, fratres mei... Redit ad Agapes, à quibus ad communionem, quæ earum erat pars postrema, deflexerat. Vide supra, v. 20; et totam rem hanc concludens, statuit quid in eis agendum sit, ad supradictorum abusuum reformationem. Scilicet, ut eorum cœna verè dominica sit, et omnibus communis; præscribit ut se se invicem expectent : concedit tamen, ut si quis esuriat, nec possit ad vesperam jejunus expectare; domi suæ comedat, non in Ecclesiâ; ne quod ad salutem institutum est, fiat occasio damnationis, vel ob gulam, vel ob superbiam, et pauperum contemptum. Et hæc, inquit, nunc sufficiant, cætera ad hæc pertinentia, cùm ad vos venero, præscribam.

cium Dei morbis et morte puniti *fuissemus*.

Vers. 32. — *Dum judicamur autem* (dùm scilicet punimur in præsenti vitâ per morbos et mortem), *à Domino corripimur, ut non cum hoc mundo*, id est, infidelibus et peccatoribus mundi, *damnemur*, sed ut hâc Dei castigatione admoniti, per pœnitentiam peccatum hoc indignæ communionis expiemus, itàque salvemur.

Vers. 33. — *Itaque, fratres mei*, etc., id est, ad celebrandam cœnam dominicam, de quâ supra.

Vers. 34. — *Si quis esurit domi, manducet.* Hinc deducitur moris tum fuisse, ut communicaturi toto eo die jejunarent usque ad cœnam communem, ideò enim esurientes ad eam venisse ait Apostolus. Sensus est : Si quis non potest tam diù jejunus in ecclesiâ permanere, donec omnes convenerint; priùs domi comedat, aut certè pregustet aliquid, ne sit ei molestum expectare communem cœnam.

Ut non in judicium, puta in condemnationem, ob superbiam, gulam, ebrietatem, inobedientiam *convenatis.*

Cætera autem, cùm venero, disponam, id est, ordinabo, constituam, ac sigillatim præscribam. *Cætera*, nimirùm quæ spectant ad dignam et honestam Eucharistiæ celebrationem. Est hic locus illustris pro traditionibus ecclesiasticis. Vide S. August., epist. 118 : *Talis*, ait, *traditio est, ut Eucharistia sumatur à jejunis, cùm tamen Christus post cœnam eam instituerit.*

Corollarium pietatis, seu in hoc capite ad pietatem maximè notanda, et ad praxim redigenda.

1° Notent prælati, quòd sicut Christus Dominus, summus altissimi Dei sacerdos, omnium prælatorum est exemplar; ita et ipsi prælati, hujus summi Sacerdotis vicarii, hujusque exemplaris imitatores, subditorum suorum sunt exemplaria, *forma facti gregis.* Videant itaque quomodò Christum Dominum, exemplar suum, imitentur; et an suis subditis cum Apostolo verè dicere possint : *Imitatores meî estote, sicut et ego Christi.* Vide v. 1.

2° Notent omnes tria capita, ad quæ divus Paulus omnem reducit subjectionem; Deum, Christum, virum : Deus caput est Christi; Christus caput est viri; vir caput mulieris. Vide v. 3. Videat vir 1° quomodò Christo, capiti suo, subdatur; 2° quomodò præsit uxori sibi subditæ : Videat autem mulier quomodò viro, principio, fini, et capiti suo subdatur. Hæc fusiùs dicta vide v. 12.

3° Nota quòd à primis etiam Ecclesiæ temporibus, res sanctæ et sanctè institutæ, abeunt sæpissimè in abusum, v. 17. Quare Deus id permittit? ibidem. Quid in tali casu faciendum? ibidem, v. 17.

4° Nota, v. 24, modum celebrandi et communicandi, ab ipso Christo Domino intentum et institutum, in suæ scilicet passionis memoriam. Hanc praxim vide in fine v. 24.

5° Nota quomodò omnia realem Christi in Eucharistiâ præsentiam probent. Vide v. 25. Hincque colligе quanta sit catholici in suâ fide securitas, v. 25, in fine. Quantus è contra omni heterodoxo debeat esse tremor, ibidem. Vide observationem dogmaticam.

6° Nota, v. 27 et 29, quanta sit malæ communionis enormitas. Unde oriatur hæc enormitas, juxta Apostolum. Apostoli verba realem Christi præsentiam in Eucharistiâ confirmant. Quid faciendum ad vitandam hanc malæ communionis enormitatem, v. 28.

CAPUT XII.

1. De spiritualibus autem nolo vos ignorare, fratres.

2. Scitis quoniam cùm gentes essetis ad simulacra muta prout ducebamini euntes.

3. Ideò notum vobis facio, quòd nemo in Spiritu Dei loquens, dicit anathema Jesu; et nemo potest dicere, Dominus Jesus, nisi in Spiritu sancto.

4. Divisiones verò gratiarum sunt : idem autem Spiritus;

5. Et divisiones ministrationum sunt : idem autem Dominus;

6. Et divisiones operationum sunt : idem verò Deus, qui operatur omnia in omnibus.

CHAPITRE XII.

1. Pour ce qui est des dons spirituels, je ne veux pas que vous ignoriez, mes frères.

2. Vous vous souvenez bien que, lorsque vous étiez païens, vous vous laissiez entraîner, selon qu'on vous menait, vers les idoles muettes.

3. Je vous déclare donc que nul homme, parlant de l'esprit de Dieu, ne dit anathème à Jésus, et que nul ne peut confesser que Jésus est le Seigneur, sinon par le Saint-Esprit.

4. Il y a à la vérité diversité de grâces, mais il n'y a qu'un même Esprit.

5. Il y a diversité de ministères, mais il n'y a qu'un même Seigneur.

6. Et il y a diversité d'opérations surnaturelles, mais il n'y a qu'un même Dieu qui opère tout en tous.

7. Unicuique autem datur manifestatio Spiritûs ad utilitatem.

8. Alii quidem per Spiritum datur sermo sapientiæ; alii autem, sermo scientiæ secundùm eumdem Spiritum.

9. Alteri fides in eodem Spiritu; alii, gratia sanitatum in uno Spiritu;

10. Alii, operatio virtutum; alii, discretio spirituum; alii, prophetia; alii, genera linguarum; alii, interpretatio sermonum.

11. Hæc autem omnia operatur unus atque idem Spiritus, dividens singulis prout vult.

12. Sicut enim corpus unum est, et membra habet multa, omnia autem membra corporis, cùm sint multa, unum tamen corpus sunt; ita et Christus.

13. Etenim in uno Spiritu omnes nos in unum corpus baptizati sumus, sive Judæi, sive gentiles, sive servi, sive liberi; et omnes in uno Spiritu potati sumus;

14. Nam et corpus non est unum membrum, sed multa.

15. Si dixerit pes : Quoniam non sum manus, non sum de corpore, num ideò non est de corpore?

16. Et si dixerit auris : Quoniam non sum oculus, non sum de corpore; num ideò non est de corpore?

17. Si totum corpus oculus, ubi auditus? si totum auditus, ubi odoratus?

18. Nunc autem posuit Deus membra, unumquodque eorum in corpore sicut voluit.

19. Quòd si essent omnia unum membrum, ubi corpus?

20. Nunc autem multa quidem membra, unum autem corpus.

21. Non potest autem oculus dicere manui : Operâ tuâ non indigeo; aut iterùm caput pedibus : Non estis mihi necessarii.

22. Sed multò magis quæ videntur membra corporis infirmiora esse, necessariora sunt :

23. Et quæ putamus ignobiliora membra esse corporis, his honorem abundantiorem circumdamus; et quæ inhonesta sunt nostra, abundantiorem honestatem habent.

24. Honesta autem nostra nullius egent; sed Deus temperavit corpus, ei cui decrat, abundantiorem tribuendo honorem;

25. Ut non sit schisma in corpore, sed idipsum pro invicem sollicita sint membra.

26. Et si quid patitur unum membrum, compatiuntur omnia membra; sive gloriatur unum membrum, congaudent omnia membra.

27. Vos autem estis corpus Christi, et membra de membro.

28. Et quosdam quidem posuit Deus in Ecclesiâ primùm apostolos, secundò prophetas, tertiò doctores, deinde virtutes, exinde gratias curationum, opitulationes, gubernationes, genera linguarum, interpretationes sermonum.

7. Or ces dons du Saint-Esprit, qui se font connaître au dehors, sont donnés à chacun pour l'utilité de l'Eglise.

8. L'un reçoit du Saint-Esprit le don de parler dans une haute sagesse; un autre reçoit du même Esprit le don de parler avec science;

9. Un autre reçoit le don de la foi par le même Esprit; un autre reçoit du même Esprit la grâce de guérir les maladies;

10. Un autre, le don de faire des miracles; un autre, le don de prophétie; un autre, le don du discernement des esprits; un autre, le don de parler diverses langues; un autre, le don de l'interprétation des langues.

11. Or, c'est un seul et même Esprit qui opère toutes ces choses, distribuant à chacun ses dons, selon qu'il lui plaît.

12. Car, comme notre corps, n'étant qu'un, est composé de plusieurs membres, ils ne sont tous néanmoins qu'un même corps; il en est de même de Jésus-Christ.

13. Car nous avons tous été baptisés dans le même Esprit, pour n'être tous ensemble qu'un même corps, soit Juifs, soit gentils, soit esclaves ou libres; et nous avons tous reçu un divin breuvage, pour n'être tous qu'un même Esprit.

14. Car le corps n'est pas un seul membre, mais plusieurs.

15. Si le pied disait : Puisque je ne suis pas la main, je ne suis pas du corps; ne serait-il point pour cela du corps?

16. Et si l'oreille disait : Puisque je ne suis pas œil, je ne suis pas du corps; ne serait-elle pas pour cela du corps?

17. Si tout le corps était œil, où serait l'ouïe? et s'il était tout ouïe, où serait l'odorat?

18. Mais Dieu a mis dans le corps plusieurs membres, et il les y a placés chacun comme il lui a plu.

19. Car si tous les membres n'étaient qu'un seul membre, où serait le corps?

20. Il y a plusieurs membres, et tous ne font qu'un seul corps.

21. Or, l'œil ne peut pas dire à la main : Je n'ai pas besoin de votre secours, non plus que la tête ne peut pas dire aux pieds : Vous ne m'êtes point nécessaires.

22. Mais au contraire les membres du corps qui paraissaient les plus faibles sont les plus nécessaires :

23. Nous honorons même davantage les parties du corps qui paraissent les moins honorables, et nous couvrons avec plus de soin et d'honnêteté celles qui sont les moins honnêtes.

24. Car pour celles qui sont honnêtes, elles n'en ont point besoin; mais Dieu a mis un tel ordre dans tout le corps, qu'on honore davantage ce qui est moins honorable de soi-même;

25. Afin qu'il n'y ait point de division dans le corps, mais que tous les membres conspirent mutuellement à s'entr'aider les uns les autres;

26. Et que si l'un des membres souffre, tous les autres souffrent avec lui, ou si l'un des membres a quelque avantage, tous les autres s'en réjouissent avec lui.

27. Or vous êtes le corps de Jésus-Christ, et membres les uns des autres.

28. Car Dieu a établi dans son Église, premièrement des apôtres, secondement des prophètes, troisièmement des docteurs; ensuite ceux qui ont la vertu de faire des miracles, puis ceux qui ont la grâce de guérir les maladies, ceux qui ont le don d'assister les frères, ceux qui ont le don de gouverner, ceux qui ont le don de parler diverses langues, ceux qui ont le don de les interpréter :

29. Numquid omnes apostoli? numquid omnes prophetæ? numquid omnes doctores?

30. Numquid omnes virtutes? numquid omnes gratiam habent curationum? numquid omnes linguis loquuntur? numquid omnes interpretantur?

31. Æmulamini autem charismata meliora. Et adhuc excellentiorem viam vobis demonstro.

29. En effet tous sont-ils apôtres? tous sont-ils prophètes? tous sont-ils docteurs.

30. Tous font-ils les miracles? tous ont-ils la grâce de guérir les maladies? tous parlent-ils plusieurs langues? tous ont-ils le don de les interpréter?

31. Outre ces dons, ayez plus d'empressement pour les meilleurs; mais je vais encore vous montrer une voie beaucoup plus excellente.

ANALYSIS.

Per tria sequentia capita Corinthios instruit de Spiritûs sancti donis: in hoc autem duodecimo capite de charismatibus, seu donis gratuitis agit, id est, gratiis gratis datis. Ante omnia brevem et facilem dat eis regulam, quâ dignoscant ea, seu quâ Spiritûs sancti dona discernant ab effectibus maligni spiritûs. Hâc regulâ datâ, vers. 3, statim, v. 4, aggreditur spirituales Corinthiorum ægritudines circa charismata et eorum usum sanare. Quia ergo apud Corinthios, in fide infirmos, charismata erant occasio superbiæ, invidiæ, dissidii, hinc in his Corinthiorum vitiis sanandis, et contrariis virtutibus insinuandis totus est Apostolus in reliquo capite.

Hinc, v. 4, 5, 6, multoties repetit quòd hæc dona, licèt varia, ab uno tamen fonte manant, quasi dicens: Cur dissidetis ob ea quæ ab unitate profluunt. Hinc, v. 7, asserit quòd ad communem utilitatem dantur; quasi dicens: Cur ergo ea habentes efferuntur? ipsis enim, non propter ipsos dantur: cur non habentes, invident; cùm propter ipsosmet aliis data sint? Hinc, v. 8, 9, 10, enumeratis omnibus charismatibus, et in novem genera distributis, statim, v. 11, addit quod et infra sæpè repetit, quia necessarium ad hæc Corinthiorum sananda vitia: Ab uno et eodem sunt Spiritu: cur ergo ob ea dissidetis? Hæc Deus dat pro suo beneplacito; cur ergo aut efferimini, aut invidetis? Nonne suorum munerum dominus est Deus? Hinc, v. 12, egregia Ecclesiæ comparatio cum humano corpore; ut omni superbiâ, invidiâ, dissidio destructis; cunctis Ecclesiæ Corinthiæ fidelibus, velut ejusdem corporis membris, pacem, concordiam, mutuum amorem, et studium sibi invicem serviendi inspiret. Cætera specialiùs in commentario vide.

PARAPHRASIS.

1. Interim, fratres, nolo vos Spiritûs sancti dona latere;

2. Scitis quòd cùm idololatræ essetis, tunc prout ducebamini, seu vestrâ curiositate, seu aliorum exemplo, seu ipsius diaboli suggestione acti, ad idola muta assiduè et frequenter ibatis (ibique à maligno spiritu afflatos videbatis).

3. Ideò quia vidistis, et ne hos confundatis cum afflatis à Spiritu sancto; sed ut facilè discernatis sanctè afflatos; hanc vobis trado regulam: Nemo per Spiritum Dei loquens, maledicit Jesu; et nemo potest cum debitâ cordis reverentiâ Jesum Dominum suum profiteri, nisi per Spiritum Dei.

4. Equidem donorum sunt differentiæ: idem autem Spiritus sanctus, omnium donorum fons.

5. Et ministeriorum differentiæ sunt: idem autem Dominus à quo dispensantur.

6. Et divinarum operationum differentiæ sunt, seu diversæ sunt facultates diversa miracula patrandi; idem verò Deus, Pater æternus, fons Deitatis et potentiæ, qui per suam intimam præsentiam et virtutem, hæc omnia operatur in singulis illa patrantibus: uni igitur Deo, omnium charismatum auctori, gratiæ sunt agendæ; ob ea Deus laudandus, adorandus; non est autem quòd hinc quis sese efferat; nec est quòd alius invideat: quia

7. Cuicumque datur tale aliquod donum, per quod manifestatur Spiritûs sancti virtus; non ad suam ei gloriam datur, sed ad aliorum utilitatem.

8. Alii quidem à Deo Patre, per Spiritum sanctum ab eo procedentem, datur facultas altissima fidei mysteria, per altissima principia explicandi; alii autem facultas res fidei explicandi per scientias humanas;

9. Alteri per eumdem Spiritum datur fides, miraculorum mater; alii donum languores et morbos sanandi.

10. Alii potestas insigniora faciendi miracula; alii donum prophetandi, seu futura prædicendo, seu Scripturarum abstrusa explicando; alii sagacitas discernendi afflatus hominum, à quo sint; alii donum variis loquendi linguis; alii donum linguas peregrinas interpretandi.

11. Hæc autem omnia inoperatur unus et idem Spiritus sanctus, qui pro suâ voluntate, singulis sua dona distribuit, ad commune totius Ecclesiæ bonum. Hinc ergo non est quòd quis efferatur, aut invideat, aut dissideat: sed operæ pretium est, ut omnes, juxta donum sibi datum, communi Ecclesiæ bono allaborent.

12. Sicut enim corpus physicum, v. g., hominis, unum quidem est: membra tamen habet multa, singula suis locis et usibus destinata: sed ita ut hæc omnia membra unum sint corpus; ita et mysticum Christi corpus, unum quidem est, multa tamen et diversa membra, singulos scilicet fideles, variis donis ditatos, habet: sed ita ut omnia illa membra, seu fideles omnes, unum sint tantummodò Christi corpus, una Ecclesia.

13. Dixi quòd omnes fideles unum sint corpus; etenim nos omnes in Baptismo per unum et eumdem Spiritum, in idem corpus compacti sumus, sive Judæi, sive ethnici, sive servi, sive liberi, et omnes eumdem spiritum hausimus.

14. Dixi quòd Ecclesiæ corpus multa habeat mem-

bra : etenim hoc de ratione corporis organici est; quòd mancum, et ad omnia inutile foret, si unum esset tantummodò membrum; et quòd necessariò multa et varia situ et officio membra requirit : hinc in Ecclesiâ sunt superiora, media, inferiora membra; at omnia æqualiter Christi membra.

15. Si pes, pars inferior corporis, dixerit : Quia locum medium non habeo, sicut manus; non sum de corpore : an propterea de corpore non est? Minimè : quia non situs membrum facit, sed unio cum corpore. Per pedem, intellige infimas Ecclesiæ Corinthiacæ partes, seu fideles infimis locis et officiis deputatos; quos sub hâc figurâ arguit, quòd obmurmurabant; simul et solatur, asserens quòd æqualiter ac alii, sint de corpore Christi.

16. Et si auricula sortem suam deplorans, dicat : Non sum oculus, ideò à corpore sum extranea; an ideò non est pars corporis? Minimè, propter rationem v. 15 dictam. Per aurem, intellige discipulos, dono sapientiæ et scientiæ privatos, sapientibus, doctis, et doctoribus invidentes : hos ergo arguit et solatur, sicut pedes, v. 15.

17. Si totum corpus ad oculum esset redactum, ubi id per quod audiendum? Si nihil nisi aures, ubi nares? Eosdem docet speciatim quòd necessaria sit membrorum varietas, quam docuit in genere v. 14.

18. Propterea Deus varia membra posuit in corpore; quorum unicuique locum suum et munus, pro suâ voluntate, non pro merito, dedit. Hoc et de mystico Christi corpore intellige, quod Deus varietate membrorum instruxit, et unumquodque membrum suo loco et officio destinavit, ut illi placuit : eos ergo docet suo loco et dono contentos esse, et Dei voluntati submissos.

19. Quòd si nunc omnia membra in unum redigerentur, ubi corporis harmonia?

20. Non ita se res habet : sed per Dei voluntatem nunc multa quidem sunt membra, loco et officio diversa; sed ita tamen, ut omnia simul unum sint corpus. (Resumptio probatorum à v. 12.)

21. Non potest autem oculus, quia situ altior, et officio nobilior, prudenter et verè dicere manui, situ minùs altæ, et officio minùs nobili : Operâ tuâ non indigeo. Neque caput, pars corporis suprema, pedibus, velut extremis, dicere : Non estis mihi necessarii. (Hic sub figurâ oculi et capitis, pungit sublimiores, in suâ sublimitate tumidos; quorum fastum deprimit, indicans quòd eis necessarii sunt illi, quos velut viles spernunt.)

22. Tantùm abest ut ullum corporis membrum, tanquàm inutile, despici possit; quin imò quæ videntur imbecillioria, sunt magis ad vitam necessaria, quam pleraque robustiora.

23. Hinc ea quæ vulgò putantur minùs honesta, majori et uberiori ornatu circumdamus extrinsecùs : et ea quæ pudenda vocantur, majori curâ tegimus. Sic infirmi, vilibus deputati; talentis, ut videtur, destituti; imò et aliquâ infamiâ notati, sed humiles, contriti, sanctificati per pœnitentiam, contemni non debent : sed cum charitate foveri, ornari, et conservari; quia sæpè Deo chariores, et Ecclesiæ utiliores, suis scilicet precibus.

24. Quæ autem in nobis sunt per se decora et honesta, nullis egent ascititiis ornamentis : sed Deus hâc temperaturâ corporis nostri membra moderatus est; ut eis, quibus decus deerat, majorem ornatum tribueremus.

25. Idque, ut inter omnia corporis membra, nullum sit dissidium : sed ut omnia pari sollicitudine sese vicissim tueantur et adjuvent.

26. Et ut tanta sit inter illa omnia dilectio et concordia, ut si quid patitur unum, compatiantur cætera; et si quando unum honore afficitur, cætera congaudeant. Ita sit inter vos, ejusdem corporis membra; non sit dissidium, sed mutua dilectio, mutuum auxilium

27. Vos omnes estis corpus Christi, et singuli vestrùm estis ejusdem corporis membra : at connexa, ab invicem dependentia; et ideò mutuis vos invicem officiis adjuvare debetis.

28. Et sicut in corpore naturali Deus pro suâ voluntate varia membra posuit, eaque variis usibus destinavit; ita et in mystico Christi corpore voluit varia esse membra, et varia charismata. Ac primo quidem loco collocavit apostolos, Christi legatos; secundo prophetas, qui futura prævident, et occulta detegunt; tertio doctores, qui doctrinam evangelicam exponunt populo; quarto, qui virtute divinâ præditi, mirabilia perpetrant; quinto, qui donum habent ægrotos divinitùs sanandi, sexto, qui afflictis, auctoritate, consilio, operâ subveniunt; septimo, qui temporalium rerum regimini præsunt; octavo, qui variis loquuntur linguis; denique, qui eas interpretantur.

29. Numquid omnes apostoli? etc. Numquid omnes? etc.

30. Numquid omnes virtutes? etc. Minimè, quia sicut *si totum corpus oculus*, etc., v. 17, et sicut *si omnia membra in unum redigerentur, ubi corpus?* v. 19. Ita si omnia Ecclesiæ membra et charismata ad unum redigerentur, ubi mystici corporis Christi harmonia? Necessaria est membrorum, et donorum diversitas : hanc diversitatem Deus pro suo arbitratu distribuit; unusquisque sit suo loco et officio contentus; unusquisque pro suo dono commune bonum promoveat, juxta Dei beneplacitum.

31. Inter hæc autem charismata, zelate, et à Deo expetite, non majora, et ex vulgi judicio pluris æstimata, sed potiora, et utiliora vobis et Ecclesiæ. Sed et præter hæc à me hùcusque enumerata, superest via quædam excellentior, et quam vobis jamjam monstrabo : hæc est charitas Dei, et proximi, propter Deum; quæ omnibus charismatibus supra modum præcellit, ad Deum ducit, et in cœlum evehit, et sine quâ nihil prosunt cætera

COMMENTARIA.

VERS. 1. — DE SPIRITUALIBUS AUTEM... Hujus capitis cum præcedente connexio hæc est : Caput præcedens finiit Apostolus, dicens : Cætera ad Agapes, et sanctissimam Eucharistiam spectantia, præsens præscribam ; hoc autem incipit, dicens :

DE SPIRITUALIBUS AUTEM...; id est, interim dùm ad vos venero, NOLO vos de Spiritûs sancti donis IGNORARE. Tunc in Baptismo, per Spiritum sanctum baptizatis, communiter dabantur charismata spiritualia, seu dona gratuita linguarum, prophetiæ, operationum, etc., de quibus infra : et quia circa hæc dona, eorumque usum multipliciter peccabant Corinthii, ut v. 4 dicetur ; ideò sine morâ illos vult de iis instrui.

VERS. 2. — SCITIS QUONIAM CUM GENTES ESSETIS... Hic locus, propter suam brevitatem, est obscurus : brevior autem nobis videtur et obscurus ; quia nescimus quod tunc fiebat, et quod notum erat Corinthiis, quibus scribebat Apostolus. Ad ejus ergo loci intelligentiam, nobis necessariò supplendum aliquid. Equidem multi volunt hic Apostolum indicare gratiæ necessitatem, tum in malo vitando, tum in bono faciendo : sed quia hic de donis gratuitis agitur, ut ex sequentibus patet, non verò de gratiâ sanctificante, hinc probabilior, et apostolico textui conformior mihi videtur eorum conjectura, qui putant Apostolum, ante omnia, velle fidelibus Corinthiis dare notam facilem, quâ Spiritûs sancti dona discernant ab effectibus maligni spiritûs. Ita divus Chrysostomus. Ut hujus notæ necessitatem intelligas, et textum clariùs percipias ;

Notanda ad intelligentiam.

Adverte quòd plerique Corinthiorum ethnici, et idolorum cultores aliquando fuerant ; tuncque futurorum curiosi, sæpè sæpiùs ad vates ierant, qui idolis aderant. Viderant ergo tunc sæpissimè Pythones et Pythonissas. Imò cùm ad eos scriberet divus Paulus, Corinthi erant multi Satanæ spiritu afflati, qui futura prædicebant, variisque loquebantur linguis. Poterant autem hujusmodi divinatores, et præstigiatores fidelium cœtibus interesse, et eos perturbare. Hinc D. Apostolus Corinthios volens de spiritualibus instruere, ante omnia necessarium judicat, brevem et facilem eis notam dare, quâ afflatos à Spiritu sancto discernant ab afflatis à maligno spiritu. Nunc ad textum.

SCITIS quòd cùm idololatræ essetis, tunc PROUT DUCEBAMINI, scilicet seu vestrâ curiositate, seu aliorum exemplo et pravâ consuetudine, seu ipsius diaboli suggestione acti.

AD SIMULACRA MUTA, de quibus scriptum est : *Os habent, et non loquentur.*

EUNTES, supple eratis, id est, assiduè et frequenter ibatis.

Vidistis ergo tunc, sicut et nunc videtis sæpè Pythones et Pythonissas, futura multa prædicentes, variis linguis loquentes, præstigias nonnullas operantes.

VERS. 3. — IDEO. Scilicet quia vidistis, et quotidiè videtis : ne confundatis eos cum afflatis à Spiritu sancto, sed ut breviter et facilè discernatis verè et sanctè afflatos :

NOTUM VOBIS FACIO, quòd nemo per Spiritum Dei loquens, seu à sancto Spiritu afflatus, DICIT ANATHEMA JESU, id est, maledicit Jesu, blasphemat in Jesum. Anathema dicitur res execrabilis et exterminanda : igitur anathema dicere, est rem execrari, maledicere, et exterminandam pronuntiare. Et quòd NEMO POTEST Dominum Jesum cum debitâ veneratione, et cordis affectu DICERE, suumque Dominum profiteri, nisi per Spiritum Dei. Facilis itaque, et brevis nota, ad discernendum à quo spiritu quis afflatus sit, hæc est : ipsum interrogate de Jesu. Si promptè, si constanter confitetur Jesum Christum esse Filium Dei, Redemptorem hominum, et consequenter Dominum, cui parere debent omnes ; hic à Spiritu sancto est. Si verò dicit anathema Jesu, Græc., *anathema Jesum*, id est, anathematizandum ; si nomen ejus execratur, et blasphemat in ipsum ; hic à spiritu maligno est. Et hæc regula, à divo Paulo hic tradita, conformis est illi, quam dabat S. Joan., Epist. 1, c. 4, v. 2 : *In hoc cognoscitur Spiritus Dei : omnis spiritus qui confitetur Jesum Christum in carne venisse*, etc. Jesus Christus, Filius Dei, Mediator Dei et hominum, omniumque Dominus, totius est religionis fundamentum, et quidem unicum : *Nec enim aliud est nomen sub cœlo datum*, etc., *fundamentum aliud nemo potest ponere*. Hujus Epist. c. 3, 12. Huic fundamento qui adhæret fide, spe, charitate, Deo adhæret, Deo placet, à Spiritu sancto est. Huic qui non adhæret, qui non subest, qui non paret, ut Domino, Deo non adhæret, Dei non est, Spiritum Dei non habet. Itaque cum D. Thomâ credulo tandem et fideli, dicamus frequenter : *Domi-*

VERS. 1. — *De spiritualibus autem*, etc. ; id est, de charismatis quibus ditati estis, ut initio Epistolæ dixi, volo vos instruere. Vocat ea spiritualia ab auctore Spiritu sancto.

VERS. 2. — *Scitis quoniam cùm gentes essetis, ad simulacra muta, prout* (quædam mancipia) *ducebamini* (à consuetudine, institutione majorum, et sacrificulorum, atque à dæmonis impulsu) *euntes*, id est, ibatis.

VERS. 3. — *Ideò notum vobis facio, quòd nemo in Spiritu Dei loquens, dicit anathema Jesu. In Spiritu*, id est, per Spiritum. Sensus est : Quòd cùm ita sit, inprimis scire vos volo, quod nullus per Spiritum Dei loquens Jesum vocat *anathema*, id est, Jesum exsecratur, Jesu maledicit, interitum ei et exterminationem imprecatur : sed potiùs talis Jesum agnoscit et invocat, quasi, auctorem gratiæ, salutis, omniumque donorum spiritualium. Hoc à Paulo dicitur propter Judæos, qui de Spiritu Dei gloriantes, Jesu tamen maledicebant : atque eum non solùm Christum negabant, sed etiam dicebant anathema. Ita Cajetanus.

Et nemo potest dicere : Dominus Jesus, nisi in Spiritu sancto. Dicere *Dominum Jesum*, id est, agnoscere, credere, invocare et prædicare nomen Domini Jesu, ejusque fidem profiteri, scilicet Jesum esse Dominum nostrum. Profiteri, inquam, et invocare uti oportet, et uti proficuum est ad salutem. Hoc facere nemo potest, *nisi in Spiritu sancto*, id est, nisi per Spiritum sanctum. Fides enim, spes et oratio sunt dona Spiritûs sancti ; quasi dicat : Hæc dona adeò non sunt vestra, sed Spiritûs sancti, ut nec Jesum agnoscere et invocare ex vobismetipsis possitis : sed agnitio hæc et invocatio sit Spiritûs S. donum.

nus meus et Deus meus. Corde, non manu, Christo uniti, amemus, adoremus eum, ut Dominum et Deum nostrum : *Dominus meus et Deus meus.*

Vers. 4. — Divisiones vero gratiarum... Datâ brevi et facili regulâ ad discernenda Spiritûs sancti charismata; jam quasi medicus accedit ad sanandas spirituales Corinthiorum ægritudines, circa hæc spiritualia dona, eorumque usum.

Nota ad intelligentiam.

Itaque nota quòd apud Corinthios, adhuc imperfectos, et in fide infirmos, charismata erant occasio superbiæ, invidiæ, dissidii. Qui enim majora dona perceperant, adversùs alios efferebantur. Qui nulla aut minora tantùm habebant, adversùs eos qui majora receperant, ardebant invidiâ.

Hincque ob Spiritûs sancti dona dissidebant plerique Corinthiorum. Et in his eorum vitiis sanandis, contrariisque eis virtutibus insinuandis, totus est Apostolus in hoc capite, id est, totus in retundendâ priorum superbiâ; totus in exstinguendâ aliorum invidiâ; totus in inspirandâ omnibus Ecclesiæ Corinthiacæ fidelibus, velut ejusdem corporis membris, pace, concordiâ, mutuo amore, et studio sibi invicem inserviendi. Quod sedulò notandum, et præ oculis assiduè habendum, ad perfectam textûs intelligentiam. Ecce quod spectat ad Apostoli mentem, nunc ad verba.

Divisiones gratiarum. Græc., *discrimina charismatum*, seu donorum gratuitorum, id est, equidem donorum sunt differentiæ; diversis diversa dantur; hoc uni, illud alteri, etc.

Idem autem Spiritus, scilicet Spiritus sanctus, qui omnium illorum donorum fons est; quasi diceret : Multitudine quidem et varietate differunt, non auctore, qui unus et idem est Spiritus sanctus. Ne sit ergo inter vos divisio ob ea, quæ ab unitate manant, et quæ à Spiritu sancto, pacis auctore procedunt. Præterea gratiæ sunt, id est, dona gratuita, nemini debita; ut quid ergo ea alter alteri invideat! Cur ob ea quis angatur animo? Ab omnibus gratiæ sunt habendæ; nemini dolendum, ex D. Chrysostomo.

Vers. 5.— Et divisiones ministrationum... Græc., *discrimina ministeriorum*, id est, varia quidem in Ecclesiâ distributa sunt ministeria, v. g., apostolatus, episcopatus, presbyteratus, diaconatus, etc.

Idem autem Dominus, scilicet Jesus Christus, Ecclesiæ caput, princeps et Dominus, sub quo omnes illi varii ministri militant et Deo serviunt : et à quo hæc omnia ministeria conferuntur. Differentia igitur in ministerio, non in Domino. Porrò attende ad verba *ministrationum*, seu *ministerium*, laborem et sudorem indicant : quid ergo doles, si alterum jussit plus laborare, tibi parcens? ait D. Chrysostomus.

Vers. 6.— Et divisiones operationum. Græc. ἐνεργήματα, efficaciæ, operationes. Syr., *et divisiones virtutum*; id est, diversæ sunt facultates operandi diversa miraculorum genera.

Idem vero Deus, Pater æternus, fons deitatis, et omnipotentiæ, qui per suam intimam præsentiam, virtutem et efficaciam, hæc omnia supernaturalia operatur in singulis illa patrantibus. Non est ergo quòd quis ob ea sese efferat, quia alienæ virtutis est id quod operatur; et alieni muneris est id quod habet. Non est etiam quòd quis aliis invideat; quia habentibus dantur ad communem utilitatem. Sed est quòd omnes uni Deo, omnium donorum auctori, gratias agant; ob ea Deum laudent, ament, adorent. Sed est præterea quòd unusquisque suo dono contentus, juxta sibi datum, et Dei beneplacitum, communi Ecclesiæ bono ministret, laboret, insudet.

Vers. 7. — Unicuique autem..., id est, cuicumque autem datur tale aliquod donum, per quod manifestatur sancti Spiritûs virtus et præsentia; non ad suam ei vanam gloriam datur, sed ad utilitatem, Græc., πρὸς τὸ συμφέρον, *ad id quod expedit*, ait D. Hieronymus. Ad id quod confert, Erasmus; id est, datur ut conferat, aut exerceat aliquod fideli populo utile, v. g., ut per hoc convertat infideles ad fidem, vel ut fideles confirmet in fide : itaque ad utilitatem Ecclesiæ.

Notæ litterales.

Nota in superioribus versibus totam sanctissimam Trinitatem insinuatam; v. 4, Spiritum sanctum; v. 5, Jesum Christum; v. 6, Patrem æternum. Quòd si primo loco Spiritus sanctus nominatus est, et ultimo Pater æternus, hoc indicat inter divinas personas dignitatis ordinem non esse, sed perfectam æqualitatem. Nota et quòd spiritualia dona unicuique personæ sub diversâ ratione attribuuntur. Spiritui sancto, qui bonitas et amor est, tribuuntur ut gratiæ, seu ut gratuita, quia ex gratuitâ Dei bonitate manant. Jesu Christo, Filio Dei, Ecclesiæ Domino, quam suo sanguine acquisivit et sibi gloriosam exhibuit; attribuuntur ut ministeria; tum quia ipsius est, ut Domini, ministeria distribuere : tum quia ipsi, et sub ipso ministrat omnis ecclesiasticus ordo. Patri omnipotenti, totiusque potentiæ fonti, attribuuntur ut operationes, seu efficaciæ, quia ab ipso omnis virtus et operatio multifariam per Ecclesiam distributi sunt.

Vers. 4. — *Divisiones verò gratiarum sunt.* Gratiæ divisæ sunt per Ecclesiam, hæc uni, illa alteri datur et dividitur. *Idem autem Spiritus*, id est, idemque Spiritus sanctus est, qui ea omnia largitur : cujus et dona vocantur.

Vers. 5. — *Et divisiones ministrationum sunt*, Græcè, *ministeriorum*. Ministeria quoque, inquit, varie distributa sunt per Ecclesiam.

Idem autem Dominus, scilicet Jesus Christus, à quo et Deo, et per quem ut hominem illa omnia conferuntur.

Vers. 6. — *Et divisiones operationum sunt.* Operationes item, hoc est, operandi facultates, et impetus

Idem verò Deus, qui operatur omnia in omnibus. Pro *operatur*, S. Hilarius, lib. 8 de Trinitate, legit *inoperatur*. Significat intimam præsentiam, vim, et efficaciam, qua Deus intus omnia operatur, maximè miraculis, et dona gratuita : de his enim agit toto capite Paulus.

Vers. 7. — *Unicuique autem datur*, etc. Hilarius legit, *ad id quod utile est*. Hieronymus, *ad id quod expedit*; sensu est : Cuicumque datur aliquod hujusmodi donorum, per quod manifestatur eum accepisse Spiritum sanctum. Datur, inquam, ad utilitatem, non propriam, sed totius Ecclesiæ.

Observatio moralis.

Hinc itaque discat omnis Ecclesiæ minister, quomodò semetipsum in suo ministerio debeat intueri. Omnipotentis Dei instrumentum est, in operandà animarum salute. Jesu Christi, Ecclesiæ principis et Domini minister est, in perficiendà hominum redemptione. Spiritûs sancti, gratiarum fontis, canalis est, per quem charitas diffunditur in fidelium cordibus. Igitur ut instrumentum omnipotentiæ divinæ, penitùs ei subjaceat; et omnia juxta Dei beneplacitum, inspirationem et motum operetur. Ut minister Redemptoris animarum, cum zelo laboret, vigilet, insudet in salvandis hominibus sibi commissis. Ut gratiarum Spiritûs sancti canalis, effundat votis, verbis, exemplis; nihil sit in illo non sanctum, nihil non sanctificans.

Vers. 8. — Alii quidem datur... Enumerat omnia illa Spiritûs sancti dona, quibus vetus Ecclesia nobilitabatur, et in novem genera distribuit. Alii quidem à Deo Patre, per Spiritum sanctum, ab eo procedentem, datur facultas explicandi altissima fidei mysteria, idque per altissima principia, v. g., sanctissimam Trinitatem, incarnationem, etc., eo modo, quo ipse Paulus sapientiam loquebatur inter perfectos. Vide dicta hujus Epist., cap. 2, v. 7.

Alii sermo scientiæ, id est, facultas explicandi res fidei, per scientias humanas, seu per ratiocinationem, exempla et comparationes. Sicut faciunt nunc theologi.

Secundum, id est, per eumdem Spiritum.

Vers. 9. — Alteri fides. Non dogmatum, sed miraculorum; id est, excellens in Deum fiducia, ad quidvis ab eo impetrandum. Fiduciæ robur, quæ juxta Domini promissum, montes etiam transferat, ait Erasmus. Hæc fides, miraculorum mater, nascitur quidem ex fide theologicâ, illamque includit; sed præterea constantem dicit in Deum fiduciam, quâ confidit homo Deum hoc facturum, ut colligi potest ex Marci 9, 23; Luc. 17, 5.

In eodem Spiritu, id est, per eumdem Spiritum, ait Syrus. Alii gratia sanitatum. Græc., *dona sanationum*, id est, donum languores et morbos sanandi per eumdem Spiritum.

Vers. 10. — Alii operatio virtutum, id est, potestas illustriora et celebriora faciendi miracula, v. g., mortuos suscitandi: quin et vivos miraculosâ morte puniendi, ut Act. 5, v. 5. Talia miracula specialiter dicuntur virtutes, δυνάμεις, quia divina virtus et omnipotentia in illis maximè elucet.

Alii prophetia, id est, donum tum futura prædicendi, tum abstrusa Scripturarum explanandi.

Alii discretio spirituum, id est, sagacitas discernendi afflatus hominum; à quo sint? an à Deo? an non?

Alii genera linguarum, id est, donum variis linguis loquendi.

Alii interpretatio sermonum. Græc., *linguarum*, donum linguas peregrinas interpretandi, seu donum interpretandi quæ alii linguis peregrinis locuti sunt. Non enim quisquis linguam tenet, idem arcanum sensum sermonis tenet, ait Erasmus. Hinc duo dona sunt loquendi et interpretandi linguas. Vide Estium qui citat Cajetanum.

Vers. 11. — Hæc autem omnia operatur... id est, per vim in nobis occultam efficit unus et idem Spiritus, qui pro suo arbitratu et beneplacito, singulis sua dona distribuit.

Nota litteralis et moralis.

Sæpè repetit Apostolus et quòd hæc varia dona ab uno et eodem sunt Spiritu; et quòd ea Deus pro suâ

Vers. 8. — *Alii quidem per Spiritum datur sermo sapientiæ*, facultas scilicet explicandi sapientiam, id est, altissima mysteria Trinitatis, incarnationis, prædestinationis, ut explicat cap. 13.

Alii autem sermo scientiæ secundùm eumdem Spiritum, ut scilicet explicet quæ ad agenda, moresque pertinent. Ita *sapientiam* à *scientiâ* distinguit S. August. Alii *scientiam* intelligunt, quâ res fidei per exempla, comparationes, rationes humanas et philosophicas explicantur.

Vers. 9. — *Alteri fides in eodem Spiritu.* Fides hìc est intelligentia magna mysteriorum fidei ad ea contemplandum et explicandum. Sic enim ad Rom. 12, dicit prophetas habere prophetiam, et debere prophetare, hoc est, docere *secundùm rationem fidei*, id est, juxta mensuram intelligentiæ rerum fidei sibi à Deo datam.

Alii gratia sanitatum in uno Spiritu, per unum et eumdem Spiritum sanctum. Charismata *sanationum* vocat Apostolus, dona curandi languores et ægritudines corporales: sive id fiat impositione manuum, quæ est *oratio super hominem*, S. Augustino teste, lib. 5, de Baptismo, cap. 16. Ita promittit Dominus, Marci 16: *Super ægros manus imponent, et benè habebunt.*

Vers. 10. — *Alii operatio virtutum*, qualia sunt exercitare mortuos, dæmones ejicere, punire incredulos et impios per miraculum, uti S. Petrus Ananiam et Saphiram miraculosâ morte punivit, Act 5. Ita Chrysost. et Ambrosius. Et sic distinguitur operatio virtutum à gratiâ sanitatum.

Alii prophetia, id est, donum futura prædicendi, vel Scripturas, præsertim prophaticas, explicandi. Quod utrumque generali nomine revelationis arcanorum, comprehendi potest.

Alii discretio spirituum, cogitationum scilicet et intentionum cordis, et consequenter actionum et sermonum; ut sciat an à naturæ, an à dæmonis, an à Dei vel angeli spiritu et instinctu proficiscantur. Ita Chrysostomus, Ambrosius, Anselm. Tale donum habuit S. Hilarion, teste S. Hieronymo, in ejus vitâ.

Alii genera linguarum, id est, donum loquendi variis linguis. Quod quidem in Ecclesiâ primitivâ fuit admodum frequens, ut in Actis apostolorum manifestum est.

Alii interpretatio sermonum, obscuriorum, maximè sacræ Scripturæ. Hinc olim in Ecclesiâ interpretes erant, quorum officium erat interpretari primò, eos qui in cœtu Ecclesiæ ex dono linguarum peregrina prophetabant, vel hymnos canebant; secundò, illos qui obscura et alta mysteria afflati Spiritu sancto eructabant; tertiò, Epistolas sancti Pauli et aliorum ad plebem suam missas publicè exponere; quartò, eas vertere in alias linguas. Sic multi censent S. Clementem Epistolam ad Hebræos, ex Hebræo in Græcum vertisse.

Vers. 11. — *Hæc autem omnia operatur unus atque idem Spiritus.* Solum nominat Spiritum sanctum, qui in divinis amor est: cui proinde bonitas, et ex eâ fluens distributio donorum Dei congruenter appropriatur.

voluntate confert; quia hæ veritates necessariæ ad sanandas Corinthiorum supradictas ægritudines, id est, ad eorum retundendam superbiam et exstinguendam invidiam, et omne dissidium componendum. Quoties ergo dicit, quòd ab uno Spiritu procedunt; toties eis exprobrat. Quare ergo dividimini ob ea, quæ ab uno profluunt Spiritu, et quidem pacis auctore? Quoties dicit quòd ea Deus gratuitò et pro suâ bonâ voluntate confert, toties exprobrat superbo : quare ergo ob alienum et merè gratuitum munus inflaris? Quoties repetit quòd inæqualis hæc donorum distributio à Dei beneplacito pendet, qui suis singulis ad communem Ecclesiæ utilitatem confert; toties exprobrat invido : Quare ergo tu tibi displices? Quare de Dei beneplacito conqueris? Tu quis es, qui Dei tui beneplacitum ægrè feras? Aliunde cur aliis invides quod eis propter te datum est? Nihil est ergo, aut quòd hic quispiam sibi placeat; aut displiceat; aut ab aliis dissideat; sed est, quòd omnes, suâ sorte contenti, Deoque grati, juxta sibi datum, communi Ecclesiæ utilitati laborent.

Vers. 12. — Sicut enim corpus unum est... Pulcherrimâ comparatione sensibiliter ostendit, quòd nec majoribus ditati muneribus efferri debeant; nec qui minora tantùm habent sibi displicere, et aliis invidere, atque ab eis dissidere; sed quòd omnes pacificè vivere, sibi invicem inservire, et mutuum auxilium præstare; quia scilicet omnes ejusdem corporis membra et unum corpus.

Sicut enim corpus physicum, v. g., hominis, unum quidem est corpus, membra tamen habet multa, singula suis locis et suis usibus destinata; sed ita ut hæc membrorum multitudo, unum sit tantummodò corpus.

Ita et Christus, seu christianismus; unum est mysticum corpus, multa quidem et diversa habens membra, nimirùm singulos fideles, suis variis donis ditatos et officiis destinatos; sed omnia illa mystica membra simul sumpta, id est, omnes simul fideles, unum sunt tantummodò mysticum Christi corpus, una Ecclesia. Debent ergo non efferri, non invidere, non dissidere; sed uniri, sed mutuò diligere, mutuò compati, sibi invicem inservire.

Vers. 13. — Etenim in uno Spiritu..... Duò jam dixit de Ecclesiâ, mystico Christi corpore : scilicet quòd unum sit corpus et quòd multa et varia habeat membra : hæc duo nunc successivè probat in sequentibus versibus. At primò quidem ostendit hic quòd sit unum corpus, simul et explicat quando et quomodò facta sit unum corpus, nempe in Baptismo. Etenim nos omnes fideles, sive Judæi, sive ethnici, sive servi, sive liberi, Baptismo insiti sumus et incorporati in Christo; factique sumus unum Christi corpus; idque per unum et eumdem Spiritum, qui nobis tunc infusus est.

Et omnes in uno Spiritu potati sumus : Græc., *in unum Spiritum*, etc. Syr., *et nos omnes unum Spiritum hausimus*. Ambrosius, unum Spiritum potavimus. Quod dupliciter intelligi potest; vel de spiritali potatione Spiritûs sancti; quo sumus omnes infusi et irrigati in Baptismo; vel de haustu gratiæ Spiritûs sancti, seu de haustu Spiritûs Christi, per potationem calicis eucharistici. Utrumque sensum affert et approbat D. Chrysostomus.

Omnes uno Spiritu potati sumus, id est, inquit Chrysostomus, venimus ad eamdem mysteriorum initiationem, eâdem mensâ fruimur.

In unum corpus baptizati sumus, et unam largitus est mensam : et unam dedit irrigationem. Idem sanctus Chrysostomus : Sed cur non dixit eodem corpore nutrimur, et eumdem bibimus sanguinem? Quia cùm dixit de Spiritu, utrumque significavit et sanguinem et carnem; per utrumque enim uno Spiritu potamur. Idem sanctus Pater. Juxta hanc interpretationem, quæ maximè naturalis videtur, de eucharistico potu hic agitur, sicut priùs de Baptismo actum est; sensusque est, quòd nos omnes unum et eumdem Christi Spiritum potavimus : scilicet, cùm ex calice eucharistico sanguinem ejus bibimus. Itaque non tantùm in unum Christi corpus nati et incorporati sumus per Baptismum; sed etiam eâdem escâ, puta carne et sanguine Christi, alimur omnes in Eucharistiâ. Idem corpus sumus, eodem Christi Spiritu vivimus, eâdem alimur

Dividens singulis, id est, dividens unicuique privatim, peculiariter, propriè; vel potiùs propria, scilicet cuique, dona et charismata. Ita S. Hieron., *prout vult*, scilicet ipse Spiritus. *Prout vult*, id est, pro suâ ipsius voluntate, quam cum Patre Filioque communem habet, ut divina dona dispenset ac distribuat in homines.

Vers. 12. — *Sicut enim corpus*, naturale et animale, puta hominis, *unum est*, etc.; unum scilicet corpus habet, puta Ecclesiam, cujus varia sunt membra, et ipse est corpus. Caput et corpus dicitur Christus, propter ineffabilem unitatem capitis et membrorum. Hujus ergo totius corporis caput Christus est : membra omnes fideles, una cum Christo capite, corpus hoc mysticum constituentes.

Vers. 13. — *Etenim in uno Spiritu*, per unum eumdemque Spiritum sanctum, *omnes nos in unum corpus baptizati sumus*. Docet Apostolus, quando et quomodò fideles facti sint unum corpus : videlicet in Baptismo, per quem insiti sunt Christo, et facti membra corporis illius, in quo Christus est caput. *In unum corpus*, scilicet Christi mysticum, quod est Ecclesia, ac consequenter in ipsum Christum, qui, uti jam dixit, est quasi corpus totius Ecclesiæ. *Baptizati*, id est, Baptismo incorporati sumus.

Sive Judæi, sive gentiles, sive servi, sive liberi. Servos anteposuit liberis, ut innueret in Christo nihil inter hos esse discriminis : secundùm id quod ait de iis qui sunt in Christo Jesu, Gal. 3 : *Non est servus, neque liber*.

Et omnes in uno Spiritu potati sumus, scilicet in calice Eucharistiæ unum Christi Spiritum cum sanguine hausimus. Unde Græca quædam habent : *Omnes uno potu potati sumus*, ut scilicet unum eumdemque ex eo Christi Spiritum participemus, qui per omnia permeans singula membra vivificat, et suis functionibus reddit idonea. Q. d. : Non tantùm nati sumus, et quasi membra inserti in idem corpus jam dictum; sed et eodem alimento utimur, scilicet carne et sanguine Christi in Eucharistiâ. Nam ex unâ specie Eucharistiæ, scilicet vini, alteram panis, id est, *ex potu* cibum intelligit; uti è contrario ex panis specie vini speciem

escâ, sanctissimâ Eucharistiâ; unum ergo sumus omnes : sumus tamen et multa.

Vers. 14. — Nam et corpus non est unum membrum... Ad perficiendam incœpti in Ecclesiæ cum corpore humano comparationem, restat probandum quòd Ecclesiæ corpus, sicut et corpus humanum, multa et varia habet membra. At quia hoc per se clarum et evidens est, nec eget probatione; altiùs assurgit Apostolus, affirmans generaliter hoc de ratione corporis esse.

Nam corpus organicum, non est unum tantummodò membrum; manicum enim et ad omnia inutile foret: sed necessariò multa et varia requirit membra, distincta et differentia loco et munere, alia superiora, alia inferiora; ita tamen ut omnia sint æqualiter corporis membra, æqualiter de corpore, et æqualiter omnia simul unum et idem corpus. Hoc generaliter affirmans Apostolus, affirmat et speciatim quod probandum habet de Ecclesiâ, scilicet, quòd necessariò Ecclesiæ corpus habet multa et varia et diversa membra, situ et officio differentia : superiora, media, inferiora; ita tamen ut omnia sint æqualiter corporis Christi membra, de Christi corpore, et omnia simul unum Christi corpus. Ecclesia ergo, christianismus, sicut et corpus naturale, unum est et multa. Hoc posito, recordare nunc scopi apostolici; scilicet, spirituales Corinthiorum ægritudines circa charismata sanare; aliorum superbiam retundere; aliorum invidiam exstinguere; omnibus concordiam, mutuum amorem, et studium sibi invicem inserviendi inspirare, ut jam dictum est vers. 4. Jam verò artem mirare, quâ hæc omnia perficit.

Vers. 15. — Si dixerit pes : Quoniam... Aggreditur primò inferiorum Ecclesiæ Corinthiacæ membrorum sanationem. Fideles qui nulla dona receperant, aut qui minoribus tantùm erant donati, suâ sorte non contenti, obmurmurabant, et conquerebantur quasi essent à corpore extranei. Ut hos Apostolus arguat et simul instruat, atque soletur, per prosopopœam inducit inferiores et minùs præcipuas corporis partes, suâ sorte non contentas, sed murmurantes, et sese conquerentes, quòd aliæ ipsis sint majores et præstantiores :

Si pes, pars corporis inferior; *Si pes*, inquam, totius corporis onere gravatus, *dixerit :* Quia locum medium non habeo, sicut manus; ideò non sum de corpore. An propterea de corpore non est? Minimè : quia non situs, nec officium faciunt membrum corporis, sed unio cum corpore, et informatio ab eâdem animâ. Sub hâc figurâ Paulus infimas Ecclesiæ Corinthiacæ partes, id est, fideles inferioribus locis et ministeriis destinatos alloquitur. Arguit eos, quòd animadvertentes alios superioribus locis et officiis deputatos, obmurmurabant; et suorum ministeriorum pertæsi, conquerebantur, quòd essent quasi à Christi corpore extranei. Hos autem sic arguit, ut doceat et soletur, affirmans quòd non minùs sint de Christi corpore, quàm qui superioribus locis et officiis sunt destinati : quia locus et manus non faciunt Christi membrum, sed unio cum Christo.

Vers. 16. — Et si dixerit auris... Hunc versum eodem modo ac superiorem explica; per aurem intellige audientes, discipulos, intelligentiâ et scientiâ privatos, obmurmurantes quòd docti, sapientes, doctoresque non sint. Itaque omnes hìc invidos et obmurmurantes alloquitur sub hâc figurâ, quasi diceret : Obmurmuratis vos, qui nulla, aut qui minora tantùm dona recepistis; aliosque suspicientes, et ipsis invidentes, dejicimini, et vos quasi à Christi corpore alienos reputatis. Sed bono estote animo, etenim nec situs, nec munus, sed unio cum Christo, facit membrum Christi. Itaque hanc unitatem servantes, fide, spe, charitate, non curate de loco et de officio; sed vestrâ sorte contenti, Deique voluntati submissi, vestro fungimini munere.

Vers. 17. — Si totum corpus oculus... Eosdem pergit instruere et solari; ipsis speciatim dicens, quòd non possint omnes superiores et nobiliores partes esse, sed necessarium sit ad corporis utilitatem et decorum, ut aliæ sint.

Si totum corpus ad oculum redactum esset; ubi id per quod audiendum? Si nihil nisi aures, ubi nares? Idem intellige de mystico Christi corpore; si omnes essent doctores, ubi discipuli? Si omnes docentes, ubi audientes? Hoc foret incongruum.

Vers. 18. — Nunc autem posuit Deus... Ut doceat eos suo loco et officio contentos, communi Ecclesiæ bono pro suis viribus laborare; recurrit ad Dei voluntatem, jam sæpè allegatam. Sicut Deus pro suâ voluntate varia membra posuit in humano corpore; sicque collocavit ea omnia, et ad suum proprium destinavit officium : ut si locum aut munus mutaveris, corpus universum perdideris. Ita et de mystico Christi corpore; Deus illud varietate membrorum et diversitate donorum instruxit; unumquodque membrum suo loco et munere destinavit. Itaque ne examines cur sic, et cur non sic; sufficat tibi scire quòd Deus ita voluit. Dei voluntatem adora; penetrare ne tentaveris. *Dominus est :* illi ergo subjicere; divina voluntas sit tuæ voluntatis regula; illi totaliter submissus, tuâque sorte contentus, labora pro tuo modulo. Pes sit suo loco et munere contentus, quia sic voluit Deus, omnium

intelligit, cap. 10, v. 17; ita Chrysost., et pulchrè Cajetan., hìc.

Vers. 14, 15. — *Nam et corpus non est unum membrum... Nunquid ideò non est de corpore?* q. d. : Minimè. Insinuat Apostolus istiusmodi querelas fuisse inter Corinthios, propter donorum et ministeriorum disparitatem.

Vers. 16. — *Et si dixerit auris*, etc. : Per *aurem* et *oculum* quæ sunt sensuum instrumenta, possunt intelligi, qui in Ecclesiâ vacant actionibus vitæ contemplativæ. Quo in genere doctores sunt ut oculi, discipuli ut aures : quemadmodùm explicat Thomas, etc.

Vers. 17. — *Si totum corpus oculus*, etc., id est, si totum auris, ubi nares? Sic igitur et in corpore mystico, etc.

Vers. 18. — *Nunc autem posuit Deus membra*, etc. Atverò Deus humanum corpus sic instituit, ut esset compositum ex variis membris situ et officio distinctis.

Creator et Dominus. Sic autem voluit, quia est conducibile. Proderit tibi inferiorem fuisse et ob id Deum laudabis in æternum.

Vers. 19. — Quod si essent omnia unum membrum... Repetit quod jam pluries dixit, scilicet in mystico Christi corpore, sicut et in corpore naturali, necessarian esse membrorum diversitatem : hoc dixit v. 14, v. 17. Sed hìc novo modo et sensibiliori, suppositione factâ. Quòd si nunc per Dei omnipotentiam, omnia corporis membra in unum redigerentur : ubi foret corpus? Ad quid utile? non esset corpus organicum, sed mancum et inutile. Idem intellige de mystico Christi corpore. Incongruum foret sanè maximum, si omnia charismata ad unum redigerentur, sive darentur omnibus omnia, sive uni tantùm darentur omnia.

Vers. 20. — Nunc autem multa..... *Nunc autem* per Dei voluntatem non ita se res habet; sed Ecclesia, sicut et corpus naturale, habet multa quidem membra, sed sic multa, ut omnia simul sint unum corpus, et omnia sigillatim sint unius et ejusdem corporis membra, et æqualiter membra, sive superiora sint, sive media, sive inferiora. Hic itaque versus est quasi resumptio propositionis v. 12 factæ, et hùcusque per partes probatæ. Unde concludendum restat, quòd parùm refert quo in loco aut officio quis sit constitutus; sed maximè refert ut unusquisque, Dei voluntatem adimplens, suo munere, juxta Dei donum fungatur. Multa sunt unum et unum multa : ubi est ergo differentia? Ubi est quod exuperat, et ubi est quod est minus? D. Chrysostomus.

Vers. 21. — Non potest oculus.... Castigatis, instructis et solatio sublevatis Ecclesiæ Corinthiacæ minoribus, seu iis qui minoribus donis erant affecti, nunc sermonem dirigit ad eos, qui majoribus charismatibus acceptis, intumescebant et vanitate tumidi, adversùs inferiores insolescebant. Ut autem horum fastum et arrogantiam deprimat, ostendit quòd hi, quos ut viles spernunt, sint et ipsismet majoribus et toti Ecclesiæ maximè necessarii.

Non potest prudenter et verè oculus, quia situ altior et officio nobilior, dicere manui, quia loco minùs alto et officio minùs nobili : Opera tua non indigeo. Etenim manus, multa et quidem necessaria oculo præstat obsequia, quæ sibi ipsi oculus non potest exhibere, v. g., tuetur cum ne lædatur; læsum curat et sanat. Sub hâc oculi figurâ doctores et contemplativos, seu sapientiæ et scientiæ donis ditatos alloquitur, eosque monet, quòd licet officio sint activis sublimiores; horum tamen indigent operâ; sicut Maria sedens et audiens verbum Domini, indigebat ministerio Marthæ, ait D. Thomas.

Aut iterum caput superiori loco collocatum, non potest dicere pedibus, in infimo positis : Non estis mihi necessarii. Etenim sine pedibus, caput de loco non posset dimovere; sine motu autem pleraque sua consilia non posset peragere. Sub capitis figurâ prælatos alloquitur Apostolus, eosque monet, quòd inferiorum suorum operâ sic indigeant, ut sine illis non possint pleraque sua opera adimplere; ita ut ipsimet forent inutiles. Omnibus ergo sublimioribus, per caput et oculos figuratis, et in suâ sublimitate tumentibus dicit : Dignitatem spectatis, ad necessitatem non attenditis. Attendite itaque quòd à seipsis pendeant et mutuis auxiliis egeant omnia unius corporis membra. Etiam vilissimorum membrorum operâ, imò etiam ornatu, tam caput quàm totum corpus indiget; pede enim uno claudicante, claudicat plenitudo Ecclesiæ : supercilium unum abrasum totam faciem miro modo deformat; D. Chrysostomus. Ferrum potest quod non potest aurum, ait Ambrosius.

Vers. 22. — Sed multo magis quæ videntur..... Quasi non sufficiat dixisse, quòd inferiores sint ipsis superioribus necessarii, addit et quòd toti corpori Ecclesiæ sint maximè necessarii; et ideò non contemnendi, sed cum charitate fovendi.

Quæ videntur infirmiora, imbecilliora, utpote nullâ firmitate prædita, v. g., cerebrum, intestina, sunt multò magis ad vitam necessaria, quàm pleraque robustiora. Sine ossibus multis conservatur vita; sine cerebro, aut intestinis conservari non potest.

Vers. 23. — Et quæ putamus ignobiliora..... Ad quam necessitatem attendentes, *ignobiliora*, Græc., *magis inhonorata*, seu honoris vacua, v. g., pedes, et quæ sub ventre, quæ inserviunt egestioni, honore uberiori, id est, ornatu majori extrinsecùs circumdamus. Honor, hìc, vestitus, ornatus.

Et quæ inhonesta... Indecora : quæ vocamus pudenda, genitalia. Iis plus decoris adjungimus, seu illa majori curâ tegimus. Rectè dixit, *quæ videntur*, *quæ putamus*... Nihil enim in nobis est ignobile et inhonestum : quia opus est Dei. His verbis et similitudinibus docet Apostolus non modò minores, infirmos, senes, pauperes, omnibus, ut videtur, donis et talentis destitutos; sed etiam aliquâ notâ infames, verùm pœnitentes, contritos, humiles; hos, inquam, omnes contemni non debere, sed foveri, conservari, ornari; quia sæpè Deo gratiores et ideò Ecclesiæ, suis precibus et meritis sunt maximè necessarii.

Vers. 19. — *Quòd si essent*, etc. Intellige corpus organicum.

Vers. 20. — *Nunc autem multa*, etc.; sic igitur et in Ecclesia.

Vers. 21, 22. — *Non potest autem oculus dicere manui. .. Sed multò magis quæ videntur membra corporis infirmiora esse*, etc. Per *membra infirmiora* accipiunt ventrem et ventre contenta. Venter enim quasi culina et nutrix totius corporis, quæ singulis membris cibum concoquit et dispertit, maximè necessarius est vitæ et corpori.

Vers. 23. — *Et quæ putamus ignobiliora membra esse corporis, his honorem abundantiorem circumdamus.* Membra ignobiliora sunt pedes, ait Chrysost.; *his honorem abundantiorem circumdamus*, id est, diligentiùs eos custodimus, vestimus, calceamus elegantibus crepidis, calceis, vel ocreis eos ornamus et communimus, ne in saxa impingant, ne incedendo lædantur, ne nimio frigore vel humore aliquam intemperiem noxiam, quæ in stomachum et caput redundet, contrahant.

Et quæ inhonesta sunt nostra, abundantiorem honestatem habent. Inhonesta intelligit verenda. Ita S. Chry-

Observatio moralis.

Quæ videntur infirmiora... Quæ putamus ignobiliora... Homo videt ea quæ parent, Deus autem cor intuetur. Hinc tam sæpè falsum et fallax judicium hominis. Hinc quantùm cœlum distat à terrâ; tantùm cogitationes Dei differunt à nostris. Deus sæpè pluris facit, quos contemnimus et spernit quos magni facimus. Nullum itaque spernamus : omnes Dei judicio relinquamus : interim per charitatem et humilitatem foveamus, curemus, adjuvemus, honoremus, ornemus eos maximè, qui despecti et derelicti videntur. Quàm sæpè, qui viles et contemptibiles apparent hominibus, Deo sunt gratissimi ! Quàm sæpè quos ut infames aspiciunt homines, quia quâdam aliquando maculâ notati, sed nunc sanctificati, humiles et contriti, Deo sunt plerique gratiores, et toti Ecclesiæ, suis meritis et precibus utiliores ! Qui minora dona Spiritûs sancti acceperunt visibilia ; eis plerùmque Deus maximam largitus est invisibilem gratiam, ait Gagnæus.

Vers. 24. — Honesta autem nostra... facies, oculi, manus non egent ascititiis ornamentis, quia per se decora. Hoc addit, ne quis majorum lædatur ob dicta superiùs.

Sed Deus, rerum omnium auctor, temperavit. Græc., *contemperavit*. Italicè diceremus, *ha bilanciato e contrapesato*, ait Menochius : nos autem gallicè, *il a contrebalancé*, id est, hâc temperaturâ moderatus est corpus nostrum, seu corporis nostri membra, ut eis, quibus à naturâ decus deerat, majorem tribueremus ornatum. Dicitur autem Deus hoc fecisse, scilicet per instinctum, quem nobis dedit, membra, quæ minus videntur dignitatis habere, et quorum officium vilius est, diligentiùs tegendi, et majori ornatu honorandi, ut quibus à naturâ deerat, daretur ab arte.

Vers. 25. — Ut non sit schisma... Idque ut inter omnia corporis membra, non sit dissidium ; sed è contra, mutua concordia, sollicitudo, dilectio, ad auxilium sibi mutuò præstandum. Omnia in unum conspirent, in commune consulant.

Vers 26. — Et si quid patitur unum membrum... Reverà quando unum patitur, compatiuntur cætera, et quando unum honore afficitur, cætera lætantur. Hanc eamdem concordiam, unionem, affectum, sibi invicem inserviendi studium omnibus insinuat et superioribus et inferioribus. Omnes ergo in his versibus alloquitur, ut patet ex sequentibus. Tria autem exigit, ut ait D. Chrysostomus; scilicet non abscindi, sed exactè esse unitos : alterum alterius similiter curam gerere : existimare communia ea quæ accidunt.

Vers. 27. — Vos autem estis corpus Christi... Ne quis ignoret ad quid hæc superiora dixerit, explicat expressè et comparationem applicat.

Vos omnes *estis corpus Christi* mysticum, et singuli vestrûm membra estis.

Membra de membro, ἐκ μέλους, id est, commembres, compartes ejusdem corporis, membra connexa et ab invicem dependentia, et ideò mutuis inter vos officiis adjuvandi. Græc., hodiernus habet, membra ex parte, ἐκ μέρους, id est, pars membrorum Sicut enim vos, ô Corinthii, non estis soli corpus Christi ; sic nec omnia Christi membra estis. Sunt enim et alii fideles membra Christi. Syr., *membra in loco vestro*. Juxta hanc lectionem quam sequitur D. Chrysostomus, sensus est : Singuli vestrûm estis membra particularia Christi suo loco et officio destinata, juxta diversa dona vobis à Deo collata.

Vers. 28. — Et quosdam quidem posuit Deus. Sicut v. 18 dixit de corpore naturali : *Nunc autem posuit Deus membra,...* sic et de mystico Christi corpore, seu Ecclesiâ, dicit : *Et quosdam quidem posuit Deus,...* ut indicet, quòd à Dei voluntate nata sit diversitas locorum et donorum; et ideò unusquisque Dei voluntati submissus, suo loco et officio sit contentus.

Primum apostolos. Hæc est prima dignitas Ecclesiæ : post Christum sunt Ecclesiæ fundamenta : Ecclesiarum principes : fidei satores, capita fidelium et duces, patres primarii : religionis fundatores.

Secundo prophetas. Sunt quasi oculi, qui occulta

sost., Ambros. et Thoph. Vocantur, ait S. Augustin., lib. 2, retract. 7, verenda *inhonesta*, non ex naturæ primâ institutione, sed quia post peccatum in iis maximè regnat concupiscentia, quæ legi mentis repugnat, ideòque homini pudenda est : pudet enim hominem quasi dominum, quòd membrum hoc ita sibi sentiat rebelle. Hæc *abundantiorem honorem habent*, id est, hæc diligentiùs et honestiùs tegimus atque vestimus, ut etiam si quis toto corpore nudus sit, hæc tamen membra nudari non patiatur, ait Theophylactus.

Vers. 24. — *Honesta autem nostra*, puta oculi, facies, manus, quæ sunt membra honestiora et nobiliora corporis, *nullius egent*, quia per se satis decoris et honoris habent.

Sed Deus temperavit corpus, ei cui deerat, abundantiorem tribuendo honorem, majorem scilicet custodiam, curam, amictum, ornatum.

Vers. 25. — *Ut non sit schisma in corpore*, etc. ; sic igitur et in corpore mystico fieri oportet.

Vers. 26. — *Et si quid patitur unum membrum, compatiuntur omnia membra. Compatiuntur* (ut sic membrum patiens dolore levetur) *non per communionem cladis, sed per solatium charitatis*, ait S. August., epist. 133. Compatiuntur autem beati nostris malis, non doloris affectu, sed amoris : quatenùs ex charitate student à nobis, ut communibus membris, etsi longè infra se positis, avertere et profligare mala quæ patimur.

Sive gloriatur unum membrum, congaudent omnia membra. Gloriatur, glorià afficitur; Græcè, *glorificatur*. Syrus, *exultat unum membrum, congaudent omnia membra*. Cyprianus, epist. 12 et 52, ita legit : *Etsi lætatur unum membrum, collætantur et cætera membra.*

Vers. 27. — *Vos autem estis corpus Christi*, etc. *Vos* (id est, Ecclesia in quâ volo omnia quæ de corpore naturali dixi, per similitudinem intelligi et compleri) *estis membra de membro*, id est, membra membrorum, hoc est, commembra, compartes. Q. d.: Estis confratres ejusdem societatis et corporis mystici, scilicet Ecclesiæ. Ita Chrysostomus. Singuli alter alterius membra, id est, membra invicem connexa et dependentia. Quasi dicat Paulus : Estis, ô Corinthii, membra ejusdem corporis Christi, puta Ecclesiæ ; ergo non sint schismata inter vos, unus alium non spernat, non invideat, non doleat, sed juvet, amet, gaudeat; quisque suo loco, gradu, officio sit contentus : quia sic particeps erit non tantùm sui boni, sed et aliorum : sicut pes ambulat pro oculo, etc.

Vers. 28. — *Et quosdam quidem posuit Deus in Ecclesiâ primùm apostolos*, ut caput ; *secundò prophetas*,

detegunt et futura prævident.

Tertio doctores, qui quasi lingua, doctrinam ab apostolis acceptam, exponunt populo.

Deinde virtutes, seu miraculorum patratores, sunt quasi manus.

Exinde gratias curationum, id est, qui donum habent morbos sanandi.

Opitulationes. Qui fratribus suis in infirmitate, aut necessitate opitulantur, non miraculosè eos sanando, sed operà, verbis, eleemosynis : sunt ergo qui opera misericordiæ corporalia et spiritualia exercent.

Gubernationes, id est, administratores rerum temporalium, quæ à fidelibus offerebantur pro pauperibus. Alii intelligunt rectores animarum, seu directores.

Genera linguarum, id est, peritos variorum idiomatum, seu donum variis linguis loquendi. Notat D. Chrysostomus, quòd ubique dono linguarum, quod pluris faciebant Corinthii, D. Paulus ultimum locum dedit.

Interpretationes... donum illas interpretandi. Vide dicta v. 10.

Vers. 29, 30. — Numquid omnes apostoli... Non tam est interrogatio quàm negatio : interrogando enim negat. Mens itaque Apostoli est affirmare de mystico Christi corpore, quod de naturali corpore dixit, necessariam esse membrorum et donorum diversitatem : *Si totum corpus oculus, ubi auditus?* v. 17. Si omnes essent apostoli, ubi eorum discipuli? Si omnes doctores, ubi audientes? Sed nihilominùs omnes æqualiter sunt Christi membra, de Christi corpore, Christi corpus. Omnes sunt commembres, membra connexa, et à se invicem dependentia ; quorum unumquodque mutuo aliorum auxilio opus habet. Hæc autem dicuntur, ut unusquisque suo loco et officio contentus, pro suo dono commune bonum Ecclesiæ promovere studeat.

Vers. 31. — Æmulamini autem charismata... Syr., *quòd si zelo teneamini donorum ampliorum, ego adhuc ostendam vobis viam præstantiorem.* Sensus est : quoniam æmulamini charismata, studete meliora, id est, Ecclesiæ utiliora consequi. Hunc sensum conditionatum præfert Estius. Alii simpliciter : Zelate, id est, desiderate, à Deo expetite, non majora, sed meliora, id est, utiliora vobis et Ecclesiæ ; ad hæc nitamini.

Et adhuc excellentiorem... sed et omnibus his à me enarratis charismatibus excellentiorem viam jamjam vobis demonstrabo, charitatem scilicet, quæ *via* est ad Deum, ad sanctitatem, ad gloriam æternam. Hæc cæteris donis non modò præcellit : sed et ita illa omnia perficit, ut sine illà nihil prosint ad salutem. Charitas *via* dicitur, quia per illam necessariò incedendum ad patriam, vel à scopo aberrandum : at *via* regia, communis, omnibus aperta, omnibus proposita. Charismata aliquibus dantur, multis non dantur ; charitas omnibus offertur, nobis perpetuò potest adesse. Charismata propter alios dantur ; non semper nos Deo gratos reddunt ; charitas nobis propriè datur, nos sanctificat, nosque Deo semper gratos efficit. Hinc *via* est, ut ait Apostolus, καθ' ὑπερβολὴν, *supra modum*, et per excessum, aliis excellentior. Hic versus transitus est à charismatibus ad charitatem : hinc aliqui hìc incipiunt caput decimum tertium.

ut oculos ; *tertiò doctores*, ut linguam ; *deinde virtutes*, Græcè, *potestates ;* hoc est, miraculorum operatores : hi sunt quasi manus Ecclesiæ. *Virtutes* hic ad personas referri, perspicuum est ex eo quòd postea repetens dicit : *Numquid omnes virtutes?* Observa gratiam miraculorum ab Apostolo postponi prophetiæ et doctrinæ.

Exinde gratias curationum, curatores scilicet morborum.

Opitulationes, qui aliis opitulantur, exercentque circa ægros, pauperes, miseros, peregrinos et hospites opera misericordiæ.

Gubernationes, qui præsunt gubernationi rerum temporalium, quas fideles offerebant Ecclesiæ. Hi enim ultimi sunt quasi pedes in corpore Christi, scilicet Ecclesiâ. Tales fuerunt diaconi electi ab apostolis, ut viduis et mensis præessent, Act. 6.

Genera linguarum, id est, donum loquendi diverso genere linguæ.

Interpretationes sermonum ; sensum autem repete ex superiore, v. 10.

Vers. 29. — *Numquid omnes apostoli?* quasi dicat : Minimè. *Numquid omnes prophetæ?* Eadem responsio negativa. *Numquid omnes doctores?*

Vers. 30. — *Numquid omnes virtutes? Numquid omnes gratiam habent curationum? Gratiam*, Græcè *dona*, ut legitur in Commentario Ambros.

Numquid omnes linguis loquuntur? Hæc interrogatio post alias posita, Corinthiorum increpatio est : qui volebant omnes loqui linguis.

Numquid omnes interpretantur? subaudi linguas. Sentit enim Apostolus, nec omnes quidem eos qui loquuntur linguis, posse interpretari quod loquuntur.

Vers. 31. — *Æmulamini autem charismata meliora*, Græcè *præstantiora*, id est, ad Ecclesiam juvandam utiliora : cum alioqui in spiritualibus ea majora dicantur, quæ sunt meliora. Sensus est : quoniam æmulamini charismata, quod non prohibeo, studete consequi meliora, id est, Ecclesiæ Dei utiliora. Si æmulamini meliora, ecce ostendo vobis viam excellentiorem. Ita Chrysost., Theophylact., Œcumen.

Et adhuc excellentiorem viam vobis demonstro, viam scilicet charitatis, quæ via est ad Deum, ad vitam et gloriam æternam. In hoc ergo distinguit Apostolus charitatem à charismatibus ; quòd hæc gratis dantur ad utilitatem Ecclesiæ, non ad sanctificationem ejus cui dantur : charitas verò datur ad hoc, ut is qui illam habet, sanctus et gratus Deo fiat.

Corollarium pietatis, seu in hoc capite ad pietatem maximè notanda, et ad praxim redigenda.

In hoc capite aliqua sunt speciatim ad Ecclesiæ ministros attinentia ; alia ad quoslibet christianos ; aliqua inferioribus convenientia ; alia superioribus : itaque :

1° Omnis Ecclesiæ minister notet ægritudines, quæ circa ministerium contingere possunt ; hæ sunt superbia, invidia, dissidium, inertia, easque vitet, v. 4. Notet et earum ægritudinum medelam, v. 10. Notet denique praxim apostolicam, quâ suo ministerio fungi debet, nimirùm ut omnipotentis Dei instrumentum ; ut Redemptoris hominum minister ; ut

Spiritûs sanctificantis organum, et quasi canalis, v. 7.

2° Omnes baptizati ex pulchrâ similitudine, de quâ versu duodecimo usque ad finem capitis, discant, 1° se æqualiter omnes esse membra Christi, licèt situ et officio diversa, v. 5; et ob hunc honorem unusquisque Deo gratias agat; 2° discant quòd nec locus, nec munus faciant Christi membrum; sed unio cum Christo: studeant ergo Christo uniri frequenter et intimè, non tantùm per habitum fidei, sed et per actus continuos fidei, spei, et charitatis, v. 16; 3° sciat unusquisque quòd per Dei voluntatem suum locum et officium habet; hinceque Dei, Creatoris omnium, voluntati subditus, suo statu sit contentus, et in eo Deum glorificet, v. 18.

3° Sciant inferiores, quòd eis proderit inferiores fuisse; aliis itaque non invideant, nec de suo statu obmurmurent: sed Dei voluntatem adorantes, et facientes, pro suo modulo serviant supremo rerum omnium Domino, v. 18, 19.

4° Superiores ex v. 21, 22, 23, discant quòd nullum debeant spernere, nec adversùs inferiores intumescere, 1° quia à Deo sunt quod sunt; 2° quia ad aliorum utilitatem sunt quod sunt; 3° quia aliorum operâ sic indigent, ut sine illis sua non possent officia peragere; 4° qui asæpè illi, quos viles reputant, Deo sunt gratissimi, et Ecclesiæ utilissimi, v. 13. Omnes itaque simus per charitatem uniti, alter alterius curam gerat, omnia arbitremur inter nos communia, tanquàm ejusdem corporis membra.

CAPUT XXIII.

1. Si linguis hominum loquar, et angelorum, charitatem autem non habeam, factus sum velut æs sonans, aut cymbalum tinniens.

2. Et si habuero prophetiam, et noverim mysteria omnia, et omnem scientiam: et si habuero omnem fidem, ita ut montes transferam, charitatem autem non habuero, nihil sum.

3. Et si distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas, et si tradidero corpus meum ita ut ardeam, charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest.

4. Charitas patiens est, benigna est; charitas non æmulatur, non agit perperàm, non inflatur.

5. Non est ambitiosa, non quærit quæ sua sunt, non irritatur, non cogitat malum.

6. Non gaudet super iniquitate, congaudet autem veritati;

7. Omnia suffert, omnia credit, omnia sperat, omnia sustinet.

8. Charitas nunquàm excidit: sive prophetiæ evacuabuntur, sive linguæ cessabunt, sive scientia destruetur.

9. Ex parte enim cognoscimus, et ex parte prophetamus.

10. Cùm autem venerit quod perfectum est, evacuabitur quod ex parte est.

11. Cùm essem parvulus, loquebar ut parvulus, sapiebam ut parvulus, cogitabam ut parvulus; quando autem factus sum vir, evacuavi quæ erant parvuli.

12. Videmus nunc per speculum in ænigmate, tunc autem facie ad faciem: nunc cognosco ex parte; tunc autem cognoscam sicut et cognitus sum.

13. Nunc autem manent fides, spes, charitas, tria hæc: major autem horum est charitas.

CHAPITRE XIII.

1. Quand je parlerais toutes les langues des hommes et des anges mêmes, si je n'avais point la charité, je ne serais que comme un airain sonnant et une cymbale retentissante.

2. Et quand j'aurais le don de prophétie, que je pénétrerais tous les mystères, et que j'aurais une parfaite science de toutes choses; et quand j'auras toute la foi possible et capable de transporter les montagnes, si je n'avais point la charité, je ne serais rien.

3. Et quand j'aurais distribué tout mon bien pour nourrir les pauvres, et que j'aurais livré mon corps pour être brûlé, si je n'avais point la charité, tout cela ne me servirait de rien.

4. La charité est patiente; elle est douce et bienfaisante; la charité n'est point envieuse; elle n'est point téméraire et précipitée; elle ne s'enfle point d'orgueil.

5. Elle n'est point ambitieuse; elle ne cherche point ses propres intérêts; elle ne se pique point, et ne s'aigrit point; elle n'a point de mauvais soupçons.

6. Elle ne se réjouit point de l'injustice, mais elle se réjouit de la vérité:

7. Elle supporte tout, elle croit tout, elle espère tout, elle souffre tout.

8. La charité ne finira jamais, au lieu que les prophéties s'anéantiront, que les langues cesseront et que la science sera abolie.

9. Car ce que nous avons maintenant de science et de prophétie ne est très-imparfait.

10. Mais lorsque nous serons dans l'état parfait, tout ce qui est imparfait sera aboli.

11. Quand j'étais enfant, je parlais en enfant, je jugeais en enfant, je raisonnais en enfant; mais lorsque je suis devenu homme, je me suis défait de tout ce qui tenait de l'enfant.

12. Nous ne voyons maintenant que comme en un miroir et en des énigmes; mais alors nous verrons face à face: je ne connais maintenant qu'imparfaitement; mais alors je connaîtrai comme je suis moi-même connu.

13. Ces trois vertus, la foi, l'espérance et la charité demeurent à présent, mais la charité est la plus excellente des trois.

ANALYSIS.

Charitatis, super omnia charismata, præcellentiam demonstrat ob tria; 1° quia maximè necessaria: sine charitate cætera non prosunt; 2° quia maximè utilis: cætera specialem aliquam utilitatem habent, charitas omnimodam; 3° quia maximè durabilis: cætera in hâc vita durant, charitas in æternitate permanet. Tribus primis versibus maximam charitatis necessitatem probat: sine ipsâ nec donum linguarum, etiam universalissimum; nec prophetiæ perfectissimum; nec scientiæ evidentissimum; nec fidei, montes etiam transferentis; nec opitulationis beneficentissimum prosunt: tanta est charitatis necessitas.

§ 4, 5, 6 et 7, omnimodam probat charitatis utilitatem; omnia vitia removet, omnia bona operatur: sic

autem charitatem per effectus et officia depingit, ut et Corinthiis remedium præbeat suis infirmitatibus sanandis aptissimum. In reliquo capite perpetuam charitatis duationem asserit : cæterorum autem destructionem et ratione, et similitudinibus probat

PARAPHRASIS.

1. Etsi linguis omnibus loquar, non solùm hominum, sed et angelorum, id est, omnibus linguis quæ sunt, aut esse possunt, seu in terris, seu in cœlis; charitatem autem non habeam, factus sum sicut æs resonans, aut cymbalum inaniter tinniens : hoc mihi inutile.

2. Supponamus aliquid dono linguarum præclarius : licèt habeam donum prophetandi perfectissimum; licèt et simul habeam sapientiæ donum, per quod omnia fidei mysteria, etiam altissima noverim; licet et habeam præterea scientiæ donum, per quod hæc mysteria, cæteris quasi palpanda, proponam; licèt denique tantam fidem habeam, ut montes per illam transferre possim, resque stupendas efficere : si tamen charitas mihi desit, nullius sum apud Deum meriti.

3. Omnibus supradictis addo : Etsi tanta mihi sit opitulationis dos, ut omnes meas facultates pauperibus nutriendis distribuam; imò si corpus meum, pro sublevandis miseris, flammis exposuero, ita ut vivus comburar : si hæc sine charitate faciam, aut patiar, nihil mihi proderunt ad salutem : charitas ergo est omnium maximè necessaria. Est præterea omnium virtutum utilissima, quia omnia mala removet, omnia bona peragit.

4, 5. Patiens est, benigna, nemini invidet, non est petulans et jactabunda, non arrogans et fastuosa; sed modesta et verecunda; non suis studet commodis, non irritatur injuriâ; imò nec malum cogitat, nec vindictam :

6. Non gaudet iis quibus malefit : congaudet autem de justitiâ et probitate proximi, quasi de suâ.

7. Nihil non suffert, nihil non credit; de nemine unquàm desperat; omnia, quantùmcumque molesta, sustinet.

8. Denique charitas perpetua est, nunquàm cessabit, etiam in patriâ permanebit. Tunc prophetia abolebitur; quia nullius usûs, ubi omnia clarè videntur; linguarum donum cessabit, ubi nullus erudiendus; scientia, fide innixa, destruetur, adveniente claro lumine gloriæ.

9. Imperfecta est nunc omnis nostra cognitio, tum theologica, tum prophetica, quia parva et obscura :

10. Cùm autem advenerit perfecta et clara divinæ essentiæ visio, evanescet imperfecta theologiæ et prophetiæ cognitio.

11. Vitæ præsentis status, est quasi infantia; vita futura est status virilis. Sicut ergo cùm essem infans, loquebar seu balbutiebam ut infans, sentiebam imprudenter ut infans; puerilia cogitabam ut infans : cùm autem factus sum vir, abjeci puerilia, animumque virilem indui. Ita nunc quasi infantes de Deo, et de rebus divinis pueriliter cogitamus, sentimus et loquimur : tunc autem in statu perfecto perfectè et clarè cogitabimus et loquemur.

12. Nunc per fidei speculum Deum et divina obscurè, indistinctè videmus : tunc autem clarè, perfectè, in suâ essentiâ videbimus; nunc pauca, et imperfectè cognosco : tunc Deum intuebor in seipso, sicut Deus intuetur meam essentiam, cognitione scilicet simili, non æquali.

13. Nunc in præsenti vitâ manent fides, spes, charitas, utpote ad perfectam justitiam necessariæ : inter has autem maxima est charitas, et omnium donorum Dei præstantissima.

COMMENTARIA.

Vers. 1. — Si linguis hominum... Viam aperit omnibus aliis excellentiorem, quam in fine præcedentis capitis promisit. Hæc via charitas est, quam super omnia charismata præcellere probat : et quia donum linguarum Corinthii pluris faciebant; hinc Apostolus, qui in præcedenti capite, quasi Corinthiorum judicium damnans, hoc linguarum donum in ultimo loco semper collocavit, in hoc capite, Corinthios pariter perstringens, à dono linguarum charitatis præcellentiam incipit ostendere.

Si linguis omnium hominum, seu nationum ubique terrarum degentium, loquar; imò *si linguis* angelorum, id est, linguâ omnibus humanis præstantiore loquar. Hyperbole est, significans per exaggerationem linguas, seu idiomata quæ sunt, aut esse possunt, sive in terrâ, sive in cœlo.

Charitatem autem non habeam; factus sum velut æs resonans, aut cymbalum tinniens, ἀλαλάζον; vox ficta ex similitudine soni reciproci, et undantis æris concavi, sicut *tara tantara* ex sono tubæ, ait Fromondus. Sicut hæc strepitum quidem edunt, forsan et audientem delectant, sed inutiliter sibi laborant; nisi quòd seipsa, dùm crepant, deterunt; ita et ego sine charitate omnibus loquens linguis, factus sum homo inanis et vanus, mihi infructuosus, licèt aliis forsitan non ingratus et inutilis. Sola cordis lingua, charitas, auditur à Deo, ipsi grata est, et nobis utilis.

Vers. 1. — *Si linguis hominum loquar et angelorum.* Quoniam Corinthii donum linguarum præ cæteris admirabantur, sive quia primùm hoc apostoli acceperant, descendente super ipsos Spiritu sancto, Act. 2, idcircò Paulus ab eo capit exordium. Si, inquit, dono linguarum ita polleam, ut omnium gentium linguis loquar : imò et angelorum. Angelorum ergo hic linguæ non sunt sensibiles, ut vult Cajetan., sed intelligibiles, scilicet hæ linguæ sunt ipsi conceptus angelici, perfectissimi et pulcherrimi.

Angelorum linguâ, id est, elegantissimâ linguâ. Sic vulgò dicimus : Divine loquitur. Ut hoc schemate sermonis, aliquid humanis linguis excellentius significaret.

Charitatem autem non habeam, factus sum velut æs sonans aut cymbalum tinniens, inconditum et confusum sonum edens. Q. d. : Sonans alala, alala. Sic Appion

Vers. 2. — Et si habuero prophetiam... Crescit oratio; prophetiæ donum pluris æstimandum est, quàm donum linguarum, ut in capite 14, v. 1, dicetur. Supponamus itaque quòd prophetandi donum habeam perfectissimum, sive ad futura prædicenda, sive ad Scripturas abstrusiores explicandas. Adde quòd et per sapientiæ donum, omnia etiam altissima fidei mysteria intelligam : imò et quòd per scientiæ donum, illa aliis intelligenda, et quasi palpanda proponam. Adde tandem, quòd tantam, tamque intensam fidem habeam, ut montes transferre possim, resque insolitas et stupendas efficere : Si tamen charitatem non habuero, nullius apud Deum ero pretii, nullius que meriti. Ista quidem magna sunt, sed ego nihil sum, Augustinus.

Vers. 3. — Et si distribuero.... Magnum sanè et rarum est omnia sua in pauperum usus erogare : majus et rarius est corpus suum rogo tradere comburendum. Licèt tamen omnes meas facultates, non partem tantùm, sed omnes, pauperibus nutriendis distribuero. Hoc opitulationes spectat. Licèt ergo corpus meum (miserorum juvandorum gratiâ) flammis tradidero ita ut vivus ardeam, quæ mors est omnium teterrima, ait D. Chrysostomus. Si hæc sine charitate aut faciam aut patiar, nihil mihi proderunt ad vitam æternam. Hæc possunt ob inanem gloriam fieri, sicut apostolorum tempore *peregrinus* philosophus, publicè in ludis olympicis, pro inani glorià, sese flammis tradidit comburendum. Hoc refert Lucianus, qui præsens aderat. Ex dictis concludenda restat, non modò charitatis præcellentia, sed et necessitas absoluta. Sine charitate mihi inutilia sunt omnia charismata. Sine charitate mihi non prosunt omnia virtutum opera, etiam rarissima et difficillima. Omnia nostra exteriora Deus æstimat ex charitate; ipsum martyrium ex charitate pensat. Debet ergo charitas ante omnia desiderari. Et hoc Apostolus ita Corinthios, charismatum zelatores, docet, ut et idem nos doceat. Hanc itaque æstimemus, hanc super omnia expetamus; sine quâ nulla salus : sine quâ omnia nihil. O Deus charitas! da mihi charitatem, bonitatis tuæ participationem; sine quâ nihil bonum, nihil tibi gratum; per quam bonus efficiar, tibi gratus, tuus vere filius, te super omnia diligens; ut tuæ divinæ bonitatis nunc particeps factus, fiam aliquando divinæ tuæ beatitudinis particeps.

Vers. 4. — Charitas patiens est.... Demonstratâ charitatis præcellentiâ ob necessitatem, probat nunc ejusdem excellentiam ob omnimodam illius utilitatem. Porrò eam per dotes et proprietates ita describit, ut unusquisque, non Corinthiorum duntaxat, sed et nostrûm, possit agnoscere num habeat charitatem, super omnia necessariam et ad omnia utilem.

Charitas patiens est, Græc. et Syr., *longanimis*.

Benigna, id est, suavis, comis, commoda, benefica. Morosos et contentiosos carpit, ait Theophylactus.

Charitas patiens est, non formaliter, sed causaliter, id est, patientiam parit. Omnis virtus à charitate est, non elicitivè, sed imperativè. Regina virtutum cùm sit, earum actus imperat, dirigit, format et perficit.

Non æmulatur, id est, non invidet. Hoc propter invidos dixit. D. enim Paulus ita charitatis elogium et picturam hìc facit, ut et medicinam Corinthiis præbeat, eorum ægritudinibus sanandis aptissimam. Recordare dictorum, cap. 12, v. 4 de spiritualibus Corinthiorum infirmitatibus circa charismata et eorum usum; et hìc earum medelam observabis, post D. Chrysostomum, hom. 34, et Theophylactum. Charitas universale remedium, seu omnium spiritualium

grammaticus ob garrulitatem dictus est *cymbalum orbis*.

Vers. 2. — *Et si habuero prophetiam*, id est, donum prophetiæ, *et noverim mysteria omnia, et omnem scientiam*, id est, omnium scientiam, scilicet eorum ad quæ scientiæ donum extenditur. *Et si habuero omnem fidem, ita ut montes transferam, charitatem autem non habuero, nihil sum.* Sensus est : Si fidem habeam adeò perfectam, ut per eam miracula faciam etiam maxima, factuque difficillima; quale est, hominum opinione, montem loco dimovere, et aliò transferre. Perfectam autem fidem dico, non à charitate, quam formatam fidem vocant theologi : sed ab illustratione intellectûs circa ea quæ creduntur et promissa sunt, cum fiducià impetrandi quod petitur. Q. d. : Sine charitate nihil prodest, nihil facit amicitiam cum Deo, nihil est quod homini conciliet justitiam et salutem, ne fides quidem maxima et excellentissima, quæ montes transferat.

Nihil sum, id est, nullius sum pretii apud Deum; nihil istorum me Deo commendat.

Vers. 3. — *Et si distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas.* Adduxit pro exemplo operis in spem valdè præclari : quia magni solet hoc æstimari ab hominibus, sicut et id quod sequitur.

Et si tradidero corpus meum ita ut ardeam, charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest. Sensus Apostoli hic erit : Martyrium nihil prodest, nisi vel antecedat, vel sequatur, vel adsit charitas, sive ut principium, sive ut terminus et effectus martyrii. Ita Cateianus et Franciscus Suarez. Quasi dicat, ait Anselmus : Sine charitate nihil, licèt excellens, prodest; cum charitate verò omnia, licèt vilia, prosunt, fiuntque aurea et divina. *Nihil mihi prodest*, non juvor, non capio utilitatem (scilicet ut justificer et salver), ita Syrus. Docet ergo, non solùm charismata quæ propriè non sunt virtutes, quibus homo bonus efficitur; sed et opera virtutum quantùmvis speciosa, ac suo genere præclara et ardua, nihil homini ad salutem prodesse, si desit charitas illa quæ præstat ut Dei gloria quæratur inprimis et salus proximorum. Adde charitatem, prosunt omnia; detrahe charitatem, nihil prosunt cætera : Sic Augustin., serm. 50 de Verbis Domini, cap. 2. Martyrium ipsum, si ideò fiat, ut admirationem et laudi habeamur à fratribus, frustra sanguis effusus est. Hieron. in Comment. Epist. ad Gal. 5.

Vers. 4. — *Charitas patiens est, benigna est.* Ambros legit : Charitas magnanima est. *Charitas patiens est*, non formaliter, sed causaliter, quia parit patientiam et benignitatem : quia patientia æquè ac benignitas non est actus elicitus, sed imperatus à charitate.

Charitas non æmulatur, Græcè, *non zelat*, hoc est, non invidet. Nam æmulatio, dùm in vitio ponitur, invidia est; præsertim ubi quis dolet alteri obtigisse quod ipse concupiebat, et non obtinuit.

Non agit perperàm, perversè, procaciter, malitiosè.

Non inflatur, id est, per charitatem nemo super alios superbè se extollit, aut alios infra se despicit, ut solent homines magnis donis prædìti, si charitate destituantur.

ægritudinum medicina et medela.

Non agit perperam. Syr., *non est tumultuosa.* Variè admodùm explicatur hoc *perperàm*, perversè, procaciter, protervè, temerariè, dissimulatoriè, petulanter et jactabundè, stultè, insulsè, stolidè. Non est petulans et jactabunda, quod est primum genus superbiæ, ait Fromondus.

Non inflatur, superbiæ vento ex suî existimatione nato; quod est alterum superbiæ genus. Hoc ad arrogantes.

Vers. 5. — Non est ambitiosa. Græc., *non indecorè agit.* Syr., *non patrat quod pudendum est*, seu cavet quidquam agere, quod turpe sit. Menochius : Non se gerit indecorè et impudenter, sed est modesta et verecunda. Hoc noster interpres expressit, dicens : *Non est ambitiosa.* Aspiciebat ad id quod faciunt ambitiosi, dùm honoris captandi gratiâ, ad vilia et pudenda obsequia sese demittunt. Omnem superbiam à charitate removet.

Non quærit quæ sua sunt, id est, publicum potiùs quàm suum quærit commodum.

Non irritatur, id est, non exacerbatur, seu modum servat in irâ : læsa vindictam non appetit, sed condonat offensas.

Non cogitat malum, id est, non facilè malum de quoquam suspicatur, sed omnia in bonam partem accipit.

Vers. 6. — Non gaudet super iniquitate. Græc., *super injustitiâ.* D. Chrysostomus, non lætatur iis quibus malè fit. Non gaudet aut de peccato proximi, aut de malo, quod ei accidit. Hùcusque mala recensuit charitati contraria, et quæ removet charitas.

Congaudet autem veritati, id est, de veritate. Veritas hìc probitatem, integritatem, justitiam significat. Resumuntur hìc charitatis proprietates. Itaque jungenda hæc : *Charitas patiens est, benigna est, congaudet de bono proximi, quasi* de suo.

Vers. 5. — *Non est ambitiosa ;* non pudefit charitas, quia nihil nullumque decus ambit. Non reputat sibi pudori, quòd fratribus sese submittat, aut abjectum et humile aliquid vel agit vel patiatur : quomodò Christus ad pedes discipulorum lavandos se demisit, et crucis ignominiam sustinuit.

Non quærit quæ sua sunt. Ad quærendum quæ sua sunt, impellit amor suî, quæ est vitiosa cupiditas.

Non irritatur, hoc est, non facilè concitatur ad iram, sed tolerans est injuriarum.

Non cogitat malum, non reputat aut non imputat cuiquam malum. Si lacessitur ab aliquo charitas, non æstimat injuriam, nec petit vindictam, sed dissimulat, excusat, ignoscit.

Vers. 6. — *Non gaudet super iniquitate ;* non gaudet si quis malum quod et injustum faciat.

Congaudet autem veritati, q. d. : Charitas cùm proximos videt justè et recte vivere, ac proficere, non invidet, sed quasi de augmento proprii profectûs gaudet et hilarescit, ait, ex S. Gregorio, Anselm. *Veritas* ergo hìc est æquitas, probitas, et justitia.

Vers. 7. — *Omnia suffert*, instar trabis quæ impositum onus sustinet : vel potiùs instar palmæ, quæ non succumbit oneri suo, sed magis instar fornicis erigitur.

Omnia credit, q. d. : Charitas facit cuncta credenda credere, cuncta speranda sperare, et per patientiam exspectare. Charitas omnia credit non hominibus, sed Deo : non est tarda ad credendum omnia quæ credenda divinitùs traduntur. Nam hominibus omnia credere levitatis est, non charitatis. Est enim Deus verax, omnis autem homo mendax, Rom. 3. Sic et Augustinus hanc partem intellexit, lib. de Spiritu et Lit., cap. 32, ita scribens : Ipsa charitas quæ omnia credit, non omni spiritui credit : ac per hoc omnia quidem credit; sed Deo. Quia non dictum est, omnibus credit.

Omnia sperat, à Deo, non ab hominibus : omnia, inquam, quæ Deus promisit ac speranda proposuit.

Omnia sustinet, patienter exspectat promissa Dei, quamvis in longum tempus dilata; faciens quod præcipit Habacuc propheta, c. 2 : *Si moram fecerit, exspecta eum.* Et quod Jacobus apostolus, cap. 5 : *Patientes estote, fratres, usque ad adventum Domini.*

Vers. 8. — *Charitas nunquàm excidit.* Sensus est, ita charitatem haberi in hoc seculo, ut si quis eam retineat usque ad exitum hujus vitæ, permansura cum eo sit in vitâ futura. Non intermoritur, nunquàm cessabit, cætera dona in glorià cœlesti cessabunt.

Charitas nunquàm excidit, scilicet per se. Nam sponte suâ nunquàm hominem deserit, nisi priùs ab eo per peccatum deseratur. Sin peccas, per se non excidet charitas, sed per vim eam ipse ejicies.

Sive prophetiæ evacuabuntur. Quæ quidem omnes abolendæ sunt, quia non erit illarum usus in cœlesti patriâ, ubi omnes clarè videbunt Deum, nihilque re-

Vers. 7. — Omnia suffert, id est, aliorum defectus tolerat et silentio tegit. Græc., στέγει, *fulcit*, tolerat, sustinet; instar trabis.

Omnia credit; scilicet, prudenter credenda, et quæ credita non nocent.

Omnia sperat, id est, omnia bona de proximo sperat, illius conversionem, etc., de nullo desperat.

Omnia sustinet, calumnias, persecutiones, ipsam mortem. Ex dictis collige quòd charitas omnium virtutum sit utilissima, quia omnia per eam mala vitantur; omnia bona geruntur, ait D. Thomas.

Observatio moralis.

Ex dictis agnosce, an charitatem habeas, præstantissimum Dei donum. Vide an vitia viceris, quæ procul à se repellit charitas; an nulli invideas; an perperàm non agas; an fastu non intumescas; an ambitu non insolescas; non tua quæras; læsus non appetas vindictam; malum non facilè suspiceris; non læteris iis quibus malè fit. Vide an bona geras quæ charitas imperat; an sis patiens, beneficus, de bono proximi gaudens; illius defectus tolerans; omnia de illo bona credens, omnia sperans, omnia sustinens. Si ex effectibus in te charitatem, eminentissimum Dei donum agnoveris, Deo, ipsi charitati et charitatis auctori, gratias age, Deoque gratus, et ut ejus filius dilectissimus, in dilectione ambula, cresce, profice, actibus et operibus in charitate et ex charitate elicitis. Sin verò ex effectibus contrarium agnoveris, ingemisce, ora, desidera, enitere, labora, ut virtutem habeas, omnium virtutum maximè necessariam; sine quâ nulla virtus; omnium virtutum maximè utilem, quæ omnia mala removet, omnia bona gerit.

Vers. 8. — Charitas nunquam excidit. Aliam charitatis super omnia alia dona præcellentiam aggreditur depingere, ob perpetuam ejus durationem. Cætera temporalia sunt, in hàc tantùm vitâ manent; charitas etiam in statu patriæ permanet.

Nunquam excidit, id est, quantùm est ex se, non cessat, non destruitur, non moritur : in cœlo enim perficitur, non destruitur. Dicitur, quantùm est ex se; ut indicetur, quòd sponte suâ hominem non deserat, nisi per peccatum mortale expellatur. Secùs est de plerisque cæteris donis et gratiis, quæ abolenda sunt.

Sive prophetiæ evacuabuntur, Græc., *otiosæ reddentur* : nullus in cœlo earum erit usus. Ibi non erit futurorum prædictio, nec obscurorum explicatio : sed omnes præsentissimam et clarissimam rerum cognitionem habebunt in Verbo.

Sive linguæ cessabunt. Hujus doni nullus tunc erit usus, quia nullus ibi erudiendus. Linguæ ergo peregrinæ et variæ cessabunt in cœlo, omnes unà voce Deum laudabunt : Sanctus, sanctus, sanctus.

Sive scientia destruetur. Scientia, scilicet, nostra theologica, obscuris fidei principiis innixa, et consequenter obscura, adveniente lumine gloriæ dissipabitur.

Vers. 9. — Ex parte enim cognoscimus... Probat quod dixit, scientiam et prophetiam destruendas, de quibus major videtur esse dubitandi locus. Probat autem 1° ex imperfectione illarum. *Pars* rationem habet imperfecti, ait D. Thomas. Reverà in versu sequenti opponitur ei, *perfectum*. Hinc Syr. : *Modicum enim ex multo cognoscimus, et modicum ex multo prophetamus*. Omnis ergo nostra cognitio de Deo, rebusque divinis imperfecta est, tum quia parva et modica, quanta enim ignorant doctissimi ! tum quia obscura, utpote in fide fundata. Prophetarum item cognitio imperfecta; quia pauca tantùm et aliqua, non omnia eis revelantur; et obscurè tantùm sub integumento symbolorum, verborum, idæarum, imaginum et ænigmatum.

Vers. 10. — Cum autem venerit quod perfectum... Cùm ergo advenerit lumen gloriæ, et per illud clara divinæ essentiæ visio, evanescet scientia imperfecta et theologiæ et prophetiæ. Omnes tunc perfectè et clarè cognoscent veritatem.

Vers. 11. — Cum essem parvulus... 2° hoc idem probat et illustrat similitudine. Status hujus vitæ præsentis est quasi pueritia, imò infantia; vita futura est quasi status virilis. Nunc quasi infantes balbutimus, pueriliter cogitamus et sentimus; tunc autem ut viri cogitabimus, loquemur, discurremus, judicabimus.

Cum essem parvulus, seu infans, loquebar ut infans, balbutiendo; sapiebam, sentiebam ut parvulus, imprudenter. Cogitabam ut parvulus, vaga et puerilia.

Quando autem factus sum vir plenæ ætatis, abolevi, abjeci cogitationes, sensus et modos pueriles, oblitteravi puerilia; animumque virilem indui. Ita et nunc quasi pueri de Deo rebusque divinis cogitamus, balbutimus; ubi verò statum perfectum attigerimus, cessabit imperfecta et obscura cognitio, succedet perfecta, claraque visio.

Vers. 12. — Videmus nunc per speculum... 3° Probat alterâ similitudine. Syr., *nunc quasi per speculum*

motum à notitiâ beatorum erit illis annuntiandum aut exponendum.

Sive linguæ cessabunt. Non dicit linguam cessaturam, sed linguas. Non enim post resurrectionem cessabit usus linguæ corporeæ, id est, locutio sensibilis : sed non erunt ibi genera linguarum, ac proindè nec donum linguarum. Una ergo remanebit lingua quâ omnes utemur in cœlo, eaque futura Hebræa, quâ usus fuit Adam in statu innocentiæ.

Sive scientia destruetur. Scientia, id est, cognitio, scilicet, ut Chrysost., Theod., Theophyl., imperfecta, obscura et ænigmatica, ut ait Paulus, v. 12; puta fides et quidquid fide nititur, qualis scientia est theologica nostra, quæ ex principiis fidei conclusiones deducit : hæc omnis in cœlo cessabit. Nam erit ibi alia specie theologia, utpote ex visione Dei et principiis evidentissimis evidentissima. Ita Cajetan., Molina, Vasquez, et alii initio primæ partis.

Scientia destruenda dicitur, quia donum scientiæ, de quo dictum est cap. superiori, *alii datur sermo scientiæ*, non habebit usum ad proximos in futuro seculo, quando fide in speciem conversâ, perfectè adimplebitur illud Jerem. 31 : *Non docebit ultra vir proximum suum. Omnes enim cognoscent me à minimo eorum usque ad maximum*.

Vers. 9. — *Ex parte enim cognoscimus*, etc. *Ex parte*, hoc est, imperfectè. Syrus vertit : *Modicum ex multo cognoscimus*; hoc enim modicum et imperfectum, quod partim per scientiam, partim per prophetiam cognoscimus, opponit perfecto, versu sequenti, id est, perfectæ visioni et cognitioni Dei in se, et omnium in Deo. Quia reverà totum quod est Dei et omnia ejus attributa et perfectiones in hâc vitâ non cognoscimus, sed soli et omnes beati illa cognoscunt : idque probat exemplo parvuli, qui uti ætate, ita scientiâ adolescit; beati enim scientiâ sunt quasi viri, cùm in eâ nos simus pueri.

Vers. 10. — *Cum autem venerit id quod perfectum*

est, etc. Imperfecta mutabitur in perfectam, eadem numero permanens. Quantò enim perfectiùs cognoscetur Deus, tantò magis amabitur et ipse, et in eo omnes electi.

Vers. 11. — *Cùm essem parvulus*, id est, puer, qui nunc incipit loqui, cogitare, moliri, conari, studere, ludere, et agere aliquid, uti faciunt nostri parvuli.

Loquebar ut parvulus, sapiebam ut parvulus, cogitabam ut parvulus, id est, omnia hæc agebam imperfectè, prout imperfectus in parvulo seu puero infante est usus rationis. *Sapiebam*, id est, sentiebam. *Parvuli* enim, id est, infantes, non habent sapientiam, sed sensum. Quasi dicat : Sicut parvulus existens cogitavi et sapui, et sensi ut parvulus, sed factus vir, cogitavi et sapui ut vir : ità, *cùm venerit quod perfectum est*, id est, perfecta in cœlo sapientia, evacuabitur partialis et imperfecta scientia, quam in hâc vitâ habemus; ut qui hìc scientiâ sumus pueri, in cœlo eâdem simus viri.

Quando autem factus sum vir, evacuavi quæ erant parvuli. Atqui vir factus, inquit, abolevi, abjeci, ac missas feci istas imperfectiones : et cœpi loqui, sapere, cogitare ut vir. Ita nos in hoc seculo, tanquàm in pueritiâ, de Deo ac mysteriis divinis loquimur, sapimus, et cogitamus obscurè et imperfectè : quia solam de iis habemus fidei cognitionem, quæ per se obscura et imperfecta est. *Dum enim sumus in corpore* hoc mortali, *per fidem ambulamus, et non per speciem*, 2 Cor. 5. Simul atque verò futuri seculi statum illum beatum attigerimus; omnem istam loquendi, sapiendi, cogitandi imperfectionem, quam secum trahit notitia fidei, prorsùs abjiciemus : fide scilicet in visionem, et spe in apprehensionem commutatâ.

Vers. 12. — *Videmus* (scilicet Deum et divina, quibus salvi et beati simus, ut patet ex seq.) *nunc per speculum in ænigmate, tunc autem facie ad faciem*. Rem eamdem declarat Apostolus aliâ similitudine, nempe visionis specularis et obscuræ, collatæ cum visione

cernimus in ænigmate, etc.

Nunc, in præsenti vitâ, Deum videmus.

Per speculum, non in se, non directè, et immediatè; sed indirectè et per radios reflexos, ex creaturis, ex Scripturis. *Per speculum* fidei obscurum; et ideò in ænigmate, in involucro ænigmatis, in umbrosis similitudinibus, difficulter et obscurè. Ænigma, propositio obscura, obvoluta et cognitu, seu penetratu, difficilis.

Tunc autem facie ad faciem, id est, in se clarè, distinctè, immediatè in suâ essentiâ.

Nunc cognosco ex parte, id est, pauca et imperfectè, tunc autem perfectè, distinctè, latè mihi patebunt omnia. Deum intuebor, sicut me Deus intuetur: ipsum videbo sicuti est, et in suâ essentiâ, sicut me videt in meâ essentiâ et ut sum à parte rei, clarissimè et distinctissimè. Intellige, simili cognitione, non æquali. Nec enim Deum comprehendam.

Vers. 13. — Nunc autem manent fides... Denique Apostolus charitatem elevat supra fidem et spem. Nunc quidem fides, spes, charitas. Ad justificationem necessariò requiruntur in omnibus, tria hæc, non unum tantummodò, aut alterum; sed tria simul: non in aliquibus tantùm, ut, v. g., prophetia, donum linguarum; sed in omnibus. In his autem maxima et præstantissima est charitas, regina, formaque virtutum, sine quâ cæteræ sunt informes, mortuæ et inutiles.

clarâ et directâ. Videmus igitur nunc tanquàm per speculum, et tanquàm in ænigmate: quia Deum ac res divinas in hoc seculo cognoscimus admodùm imperfectè. Cùm res in speculo repræsentata minus perfectè videatur, quàm si eam directè in seipsâ contueamur. Imperfectionem adhuc auget quod addit, *in ænigmate*. Per hoc enim non solùm obscuritas significatur, sed etiam cognoscendi difficultas. Nam *ænigma* propriè quæstio est seu propositio, quâ sub involucris signorum quæritur aut dicitur aliquid: quæ proinde ad conjectandum et explicandum difficilis est. Hic agit de notitiâ Dei et mysteriorum quam per fidem habemus, perque eam scientiam quæ inter Spiritûs sancti charismata numeratur.

Tunc autem facie ad faciem, subaudi, videbimus. Alludit ad Moysen, de quo dicitur Exod. 33: *Loquebatur ad Moysen facie ad faciem, sicut solet homo loqui ad amicum suum.* Et Num. 12: *Ore ad os loquor ei palàm, et non per ænigmata et figuras* (uti alii prophetæ) *Dominum videt.* Significatur visio perfecta, quâ nimirum videtur res in seipsâ, et *sicuti est*, ut loquitur Joan., 1 Epist., c. 3, id est, non tantùm in similitudine, sed per suam ipsius essentiam. Theophylactus appellat notitiam omninò revelatam.

Nunc cognosco ex parte, imperfectè, ut dixi v. 9. *Ex parte* nunc se cognoscere dicit: non solùm quia pauca cognoscit ex multis, id est, mysteriorum partem aliquam, non omnia mysteria; sed etiam quòd ea quæ sibi sunt revelata, cognoscat imperfectè et obscurè; nimirùm per fidem, quæ est *argumentum non apparentium*, Hebr. 11. Quem sensum volunt tam ea quæ proximè præcedunt de speculo et ænigmate, quàm hoc quod sequitur, *sicut et cognitus sum*. Locum hunc Augustinus, lib. 12 de Trinitate, cap. 14, ita legit, *nunc scio ex parte*: dicitque sapientiam, quâ Deum contemplamur, hìc vocari *scientiam*.

Tunc autem cognoscam, sicut et cognitus sum, q. d.: Tum in cœlo perfectè cognoscam et intuebor Deum sicuti est in suâ essentiâ, et reliqua Dei et fidei mysteria, sicut ipse me novit et intuetur hoc quod sum per meam essentiam. Ita Anselm., Theophyl., Cajetan., Ambros., et Theodoret.; *cognoscam*, inquit, *sicut et cognitus sum*, id est, sicut notus et familiaris, qui vultum amici clarè intuetur.

Vers. 13. — *Nunc autem manent, fides, spes, charitas; tria hæc: major autem horum est charitas. Nunc*, id est, adhuc, scilicet in præsenti vitâ. Clarè enim hoc capite docet Paulus, fidem, spem et charitatem hìc manere, sed in patriâ solam charitatem.

Major autem horum est charitas. Eadem sola nunquàm excidit, sed permanet in patriâ: quando et fides in visionem, et spes in apprehensionem commutabuntur.

Pro corollario pietatis, seu conclusio sequens ex dictis.

Charitas ergo omnium virtutum maxima: tum quia maximè necessaria, v. 1, 2, 3; tum quia maximè utilis, v. 4, 5, 6, 7; tum quia maximè duratura, v. 8, 9, 10, 11, 12, 13. Hinc omnibus præferenda, et ideò præ cæteris desideranda, quærenda, custodienda, colenda, perficienda. Vide in initio capitis sequentis. An autem illam habeas, agnosce ex effectibus, de quibus in v. 4, 5, 6, 7 hujus capitis. Vide præsertim dicta in fine versûs septimi.

CAPUT XIV.

1. Sectamini charitatem; æmulamini spiritalia, magis autem ut prophetetis.

2. Qui enim loquitur linguâ, non hominibus loquitur, sed Deo; nemo enim audit; spiritu autem loquitur mysteria.

3. Nam qui prophetat, hominibus loquitur ad ædificationem, et exhortationem, et consolationem.

4. Qui loquitur linguâ, semetipsum ædificat; qui autem prophetat, Ecclesiam Dei ædificat.

5. Volo autem omnes vos loqui linguis, magis autem prophetare. Nam major est qui prophetat, quàm qui loquitur linguis; nisi fortè interpretetur, ut Ecclesia ædificationem accipiat.

6. Nunc autem, fratres, si venero ad vos linguis loquens, quid vobis prodero, nisi vobis loquar aut in

CHAPITRE XIV.

1. Recherchez avec ardeur la charité; désirez les dons spirituels, et surtout celui de prophétiser.

2. Car celui qui parle une langue inconnue ne parle pas aux hommes, mais à Dieu, puisque personne ne l'entend, et qu'il parle en esprit des choses cachées.

3. Mais celui qui prophétise parle aux hommes pour les édifier, les exhorter et les consoler.

4. Celui qui parle une langue inconnue s'édifie seulement lui-même; celui qui prophétise édifie l'Eglise.

5. Je souhaite que vous ayez tous le don des langues, mais encore plus celui de prophétiser; parce que celui qui prophétise est préférable à celui qui parle une langue inconnue, si ce n'est qu'il interprète ce qu'il dit, afin que l'Eglise de Dieu en soit édifiée.

6. Aussi, mes frères, quand je viendrais vous parler en des langues inconnues, quelle utilité vous apporterais-je, si ce n'est que je vous parle en vous instrui-

revelatione, aut in scientiâ, aut in prophetiâ, aut in doctrinâ?

7. Tamen quæ sine animâ sunt vocem dantia, sive tibia, sive cithara, nisi distinctionem sonituum dederint, quomodò scietur id quod canitur, aut quod citharizatur?

8. Etenim si incertam vocem det tuba, quis parabit se ad bellum?

9. Ita et vos per linguam nisi manifestum sermonem dederitis, quomodò scietur id quod dicitur? eritis enim in aera loquentes.

10. Tam multa, ut puta, genera linguarum sunt in hoc modo; et nihil sine voce est.

11. Si ergo nesciero virtutem vocis, ero ei cui loquor barbarus; et qui loquitur mihi barbarus.

12. Sic et vos, quoniam æmulatores estis spirituum, ad ædificationem Ecclesiæ quærite ut abundetis.

13. Et ideò qui loquitur linguâ, oret ut interpretetur.

14. Nam si orem linguâ, spiritus meus orat; mens autem mea sine fructu est.

15. Quid ergo est? Orabo spiritu, orabo et mente: psallam spiritu, psallam et mente.

16. Cæterùm si benedixeris spiritu, qui supplet locum idiotæ, quomodò dicet: Amen, super tuam benedictionem, quoniam quid dicas nescit?

17. Nam tu quidem benè gratias agis, sed alter non ædificatur.

18. Gratias ago Deo meo quòd omnium vestrûm linguâ loquor.

19. Sed in ecclesiâ volo quinque verba sensu meo loqui, ut et alios instruam, quàm decem millia verborum in linguâ.

20. Fratres, nolite pueri effici sensibus; sed malitiâ parvuli estote; sensibus autem perfecti estote.

21. In lege scriptum est: Quoniam in aliis linguis et labiis aliis loquar populo huic; et nec sic exaudient me, dicit Dominus.

22. Itaque linguæ in signum sunt non fidelibus, sed infidelibus, prophetiæ autem non infidelibus, sed fidelibus.

23. Si ergo conveniat universa Ecclesia in unum, et omnes linguis loquantur, intrent autem idiotæ aut infideles, nonne dicent quòd insanitis?

24. Si autem omnes prophetent, intret autem quis infidelis vel idiota, convincitur ab omnibus, dijudicatur ab omnibus:

25. Occulta cordis ejus manifesta fiunt; et ità cadens in faciem, adorabit Deum, pronuntians quòd verè Deus in vobis sit.

26. Quid ergo est, fratres? cùm convenitis, unusquisque vestrûm psalmum habet, doctrinam habet, apocalypsim habet, linguam habet, interpretationem habet. Omnia ad ædificationem fiant.

27. Sive linguâ quis loquitur, secundùm duos, aut ut multùm tres, et per partes, et unus interpretetur.

28. Si autem non fuerit interpres, taceat in ecclesiâ, sibi autem loquatur et Deo.

29. Prophetæ autem duo aut tres dicant, et cæteri

sont, ou par la révélation des choses cachées, ou par la science, ou par la prophétie, ou par la doctrine?

7. Les choses inanimées qui rendent des sons, comme le hautbois et les harpes, si elles ne forment des tons différents, comment pourra-t-on distinguer ce que l'on joue sur ces instruments?

8. En effet, si la trompette ne rend qu'un son confus, qui se préparera au combat?

9. De même, si la langue que vous parlez n'est intelligible, comment pourra-t-on savoir ce que vous dites? Vous ne parlerez qu'en l'air.

10. Car il y a tant de diverses langues dans le monde, et il n'y a point de peuple qui n'ait sa langue particulière.

11. Si donc je n'entends pas la force des mots, je serai barbare à celui à qui je parle; et celui qui parle me sera barbare.

12. Ainsi, puisque vous avez tant d'ardeur pour les dons spirituels, désirez d'en être enrichis pour l'édification de l'Église.

13. C'est pourquoi que celui qui parle une langue demande à Dieu le don de l'interpréter.

14. Car si je prie en une langue étrangère, mon cœur, à la vérité, prie; mais mon esprit est sans fruit.

15. Que ferai-je donc? Je prierai de cœur, mais je prierai aussi avec intelligence; je chanterai de cœur des cantiques, mais je les chanterai aussi avec intelligence.

16. Que si vous ne louez Dieu que du cœur, comment celui qui tient la place du peuple répondra-t-il Amen, à la fin de votre action de grâces, puisqu'il n'entend pas ce que vous dites?

17. Ce n'est pas que votre action de grâces ne soit bonne, mais les autres n'en sont pas édifiés.

18. Je loue mon Dieu de ce que je parle toutes les langues que vous parlez.

19. Mais j'aimerais mieux ne dire dans l'église que cinq paroles dont j'aurais l'intelligence pour en instruire aussi les autres, que d'en dire dix mille en une langue inconnue.

20. Mes frères, ne soyez point enfants pour n'avoir point de sagesse, mais soyez enfants pour être sans malice, et soyez sages comme des hommes parfaits.

21. Il est dit dans l'Ecriture: Je parlerai à ce peuple en des langues étrangères et inconnues, et après cela même ils ne m'entendront point, dit le Seigneur.

22. Ainsi les langues inconnues sont un signe, non pour les fidèles, mais pour les infidèles, et le don de prophétie, au contraire, n'est pas pour les infidèles, mais pour les fidèles.

23. Si donc toute une Église étant assemblée en un lieu, tous parlent diverses langues, et que des ignorants ou des infidèles entrent dans cette assemblée, ne diront-ils pas que vous êtes des insensés?

24. Mais si tous prophétisent, et qu'un infidèle ou un ignorant entre dans votre assemblée, tous le convainquent, tous le jugent.

25. Le secret de son cœur est découvert, de sorte que, se prosternant le visage contre terre, il adorera Dieu, rendant témoignage que Dieu est véritablement parmi vous.

26. Que faut-il donc, mes frères, que vous fassiez, si, lorsque vous vous assemblez, l'un est inspiré de Dieu pour composer un cantique, l'autre pour instruire, un autre pour révéler les secrets de Dieu, un autre pour parler une langue inconnue, un autre pour l'interpréter? que tout se fasse pour l'édification.

27. S'il y en a qui aient le don des langues, qu'il n'y en ait point plus de deux ou trois qui parlent en une langue inconnue, et qu'ils parlent l'un après l'autre, et qu'il y ait quelqu'un qui interprète ce qu'ils auront dit.

28. Que s'il n'y a point d'interprète, que celui qui a ce don de parler les langues inconnues se taise dans l'église, et qu'il ne parle qu'à lui-même et à Dieu.

29. Pour ce qui est aussi des prophètes, qu'il n'y en

dijudicent.

30. Quòd si alii revelatum fuerit sedenti, prior taceat.

31. Potestis enim omnes per singulos prophetare, ut omnes discant, et omnes exhortentur :

32. Et spiritus prophetarum prophetis subjecti sunt.

33. Non enim est dissensionis Deus, sed pacis ; sicut et in omnibus ecclesiis sanctorum doceo.

34. Mulieres in ecclesiis taceant; non enim permittitur eis loqui, sed subditas esse, sicut et lex dicit.

35. Si quid autem volunt discere, domi viros suos interrogent. Turpe est enim mulieri loqui in ecclesiâ.

36. An à vobis verbum Dei processit? aut in vos solos pervenit ?

37. Si quis videtur propheta esse aut spiritualis, cognoscat quæ scribo vobis, quia Domini sunt mandata.

38. Si quis autem ignorat, ignorabitur.

39. Itaque, fratres, æmulamini prophetare; et loqui linguis nolite prohibere.

40. Omnia autem honestè et secundùm ordinem fiant.

ait point plus de deux ou trois qui parlent, et que les autres en jugent ;

30. Que s'il se fait une révélation à un autre de ceux qui assistent, que le premier se taise.

31. Car vous pouvez tous prophétiser l'un après l'autre, afin que tous apprennent et que tous soient consolés.

32. Aussi les esprits des prophètes sont-ils soumis aux prophètes.

33. Car Dieu n'est pas un Dieu de trouble et de confusion, mais un Dieu de paix, et c'est ce que j'enseigne dans toutes les églises des saints.

34. Que les femmes se taisent dans les églises, parce qu'il ne leur est pas permis d'y parler, mais elles doivent être soumises selon que la loi l'ordonne.

35. Si elles veulent s'instruire de quelque chose, qu'elles le demandent à leurs maris lorsqu'elles seront dans leurs maisons; car il est honteux à une femme de parler dans l'église.

36. Est-ce de vous que la parole de Dieu est sortie, ou les seuls à qui elle soit venue?

37. Si quelqu'un croit être prophète ou spirituel, qu'il reconnaisse que les choses que je vous écris sont des ordonnances du Seigneur.

38. Si quelqu'un veut l'ignorer, il sera lui-même ignoré.

39. Ainsi, mes frères, désirez surtout le don de prophétie, et n'empêchez pas l'usage du don des langues.

40. Mais que tout se fasse dans la bienséance et avec ordre.

ANALYSIS.

Ex dictis de charitatis excellentiâ in capite decimo tertio, 1° *concludit charitatem ante omnia desiderandam esse, et ardenti conatu insectandam : charismata autem ex charitate appetenda, ac maximè prophetiam.*

2° *Multis rationibus, et similitudinibus probat, à v.* 2 *usque ad v.* 25, *prophetiam dono linguarum, quo maximè gloriabantur Corinthii, præferendam esse; quia utilior est ad ædificationem, v.* 2, *usque ad* 13. *Utilior ad orationem, tum privatam, tum publicam, à v.* 14 *usque ad* 17. *Ab utilitate Paulus dijudicat de donis, et Corinthios hortatur ut similiter judicent, v.* 18, 19, 20. *Utilior denique, quia fidelibus prodest, et infidelibus, nullique nocet unquàm : donum verò linguarum, quod propter infideles convertendos, datum est Ecclesiæ; illis non semper prodest; imò aliquando nocet infidelibus et fidelibus idiotis, à versu* 21, *usque ad* 26.

3° *Modum præscribit Apostolus, quo in Ecclesiâ donis illis uti debeant.* 1° *Statuit in genere, ut illis ad Ecclesiæ ædificationem utantur;* 2° *circa donum linguarum statuit, ut duo, aut tres ad summum, successivè loquantur, et unus interpretetur : quòd si desit interpres; taceat ille, qui linguarum donum habet;* 3° *circa donum prophetiæ statuit ut duo, aut tres prophetæ successivè loquantur : cæteri verò prophetæ discernant ac judicent de eo, quod à prophetantibus dicitur, v.* 27, 28, 29. *Quòd si tunc temporis nova fiat alicui audientium revelatio; taceat qui prophetabat, et huic det locum; nec dicat : Non possum tacere : siquidem spiritus prophetiæ subjectus est prophetis, v.* 30, 31, 32, 33.

4° *Mulieribus in Ecclesiâ silentium penitùs indicit, ita ut nec possint interrogare : cujus statuti varias dat rationes, v.* 34, 35, *et quia contrarium fiebat apud Corinthios, illos acriter objurgat, v.* 36.

4° *Statuta sua asserit esse Domini mandata; quæ, ut talia, debent ab omnibus, etiam prophetis, suscipi et observari, v.* 37, 38. *Illa omnia ad tria reducit : primum, ut donum prophetiæ præsertim expetant; secundum, ut donum linguarum non supprimant; tertium, ut omnia fiant honestè et ordinatè, v.* 39, 40.

PARAPHRASIS.

1. Cùm tanta sit charitatis utilitas et excellentia, hanc super omnia ardenter desiderate, et omni vestro conatu insectamini : spiritualia nihilominùs charismata ne negligatis, sed ex charitate appetite, maximè verò utiliora ; ac ideò prophetiæ donum, quod multò utiliùs est dono linguarum :

2. Qui enim linguâ ignotâ loquitur, soli Deo loquitur, cujus laudes verbis peregrinis profert; hominibus verò non loquitur, qui eum non intelligunt : sancto tamen afflatus Spiritu, loquitur divina secreta, et ideò reverendus.

3. Qui verò prophetæ munere fungitur, non Deo tantùm loquitur, sed et hominibus, quos suis sermonibus ædificat, adhortatur et solatur : hominibus ergo utilior est propheta, quàm qui linguis loquitur.

4. Hic sibi soli prodest, semetipsum devotionis affectu, et eorum quæ dixit intelligentiâ, ædificando : ille toti prodest Ecclesiæ, quam sermonibus suis ædificat : quanta ergo inter utrumque utilitatis differentia !

5. Ne propter hæc tamen putetis quòd linguarum donum depretiare velim ; illud tanti facio, ut optârim ego, si Deo placeret, vos omnes linguis loqui; hoc donum magnum est, et à Spiritu sancto est : sed, ut dixi v. 1, magis opto, ut prophetiæ donum, quod utilius et præstantius est, habeatis : major enim est

qui prophetam agit, quàm qui linguis loquitur : nisi is statim vulgari linguâ interpretetur quæ dixit, ut inde Ecclesia ædificationem accipiat ; tunc enim ille par est prophetæ.

6. Ut hujus interpretationis necessitatem clariùs intelligatis ; supponamus quòd nunc primùm ad vos veniam, linguisque tantùm ignotis loquar ; quid inde percipietis utilitatis ; nisi sic loquar vobis, ut vel altas et arcanas quasdam veritates aperiam per sapientiæ donum ; vel per scientiæ donum res fidei reddam vobis intelligibiles ; vel per prophetiam abstrusiora Scripturæ loca vobis explicavero ; vel quod proprio studio didici, vobis communicem methodico modo, seu catechistico?

7. Alia non desunt exempla, quibus rem eamdem reddam vobis sensibilem ; videte instrumenta inanima, sonum tamen voci similem reddentia ; sive tibia sit et alia hujusmodi, quæ flatu resonant, sive cythara et alia quæ tactu pulsantur et sonant ; hæc omnia si tantùm sonent, et distinctos non dederint sonos ; quid proderunt, cùm nullus agnoscat quid aut tibiâ, aut cytharâ canitur?

8. Similiter et tuba, quæ vox quædam est publica, si sonitum confusum et indistinctum dederit ; quis miles ad pugnam sese præparaverit?

9. Sic igitur et vos linguis loquentes ignotis, nisi per interpretationem sermonem vestrum reddatis intelligibilem, quomodò quis percipiet quod dicitis? sanè vocem in aera spargitis inutiliter, nihil proficitis.

10. Et reverà tam multa et tam varia sunt idiomatum genera in mundo, nulla quippe natio sine suo idiomate proprio.

11. Si ergo nesciero vocum significationem, ero illi qui meam linguam non novit, barbarus, et ipse mihi barbarus erit ;

12. Propterea vos, ô Corinthii, cùm spiritualium charismatum æmulatores sitis, optate ut ea habeatis, unde major Ecclesiæ proveniat utilitas.

13. Ac proinde qui donum habet linguis ignotis loquendi, à Deo petat gratiam interpretandi (tunc enim utilior erit, non ad exhortandum tantùm, sed et ad orandum).

14. Nam si ego, v. g., orem linguâ mihi ignotâ, affectus quidem meus à Spiritu sancto motus orat ; sed meus intellectus, quia verba non intelligit, sine fructu refectionis est : mereor quidem, sed non reficior.

15. Quid ergo faciendum? dabo operam ut non cordis affectu tantùm orem, sed et mentis intelligentiâ ; ut Dei laudes canam, et devotionis affectu, et mentis attentione.

16. Alioquin, id est, nisi donum habeas interpretandi, si Deum publicè laudaveris, laudes ejus linguâ proferens aliis ignotâ, quomodò qui rudis populi locum tenet, ipseque rudis et illitteratus, in fine precum tuarum, quas non intellexit, respondebit *Amen*.

17. Tua quidem laus et Dei benedictio sancta est, Deo grata, et tibi meritoria ; sed ex eâ proximus non ædificatur, quia non percipit eam ; orandum ergo, ut cum dono linguarum detur et tibi gratia interpretationis, ut utilior sis et exhortationibus, et orationibus.

18. Quod ad me, gratias ago Deo meo, quòd nullum sit apud vos sermonis genus, quod ego non intelligam et loquar ; hoc Dei donum est, illudque pluris facio :

19. Sed nihilominùs malo in fidelium cœtu, pauca verba à me intellecta, et aliis à me explicata loqui ad eorum instructionem, quàm innumera proferre in linguâ auditoribus meis ignotâ.

20. Huic nostro sensui et judicio conformamini, fratres charissimi ; et ne in posterum, sicut pueri, de rebus judicetis ex apparentiâ ; sed ex utilitate, sicut viri prudentes ; et consequenter prophetiæ donum, utpote omni modo utilius dono linguarum præferte, illudque magis appetite. Opto quidem vos repuerascere, non quoad inopiam judicii, sed quoad innocentiam animi ; volo autem vos prudentiâ et judicio viros esse perfectos.

21. Hoc meum judicium et desiderium Scripturæ testimonio conforme est ; Isaiæ enim 28, v. 11, 12, scriptum est : Variis linguis et diversis idiomatibus loquar populo huic Judæo, nec tamen ad me convertentur.

22. Hoc probat donum linguarum, quod Ecclesiæ datum est, non propter fideles præcipuè ; sed præsertim propter infideles convertendos, non suum semper effectum habere ; prophetiæ verò donum, quod datum est Ecclesiæ præcipuè propter fideles confirmandos, promovendos et consolandos, hos effectus semper habet in illis ; ergo utilius est, et magis appetendum ; et eò maximè appetendum, quò sic pluribus prodest, ut nemini noceat. Non ita de linguarum dono, quod aliquando nocet fidelibus et infidelibus.

23. Hoc patebit suppositione factâ. Supponamus ergo quòd universa quædam Ecclesia particularis in unum conveniat cœtum ; et quòd omnes, nemine interpretante, linguis loquantur ignotis ; supponamus et quòd tunc in hunc cœtum intrent idiotæ, linguarum ignari ; vel quòd aliqui pagani, curiositatis gratiâ, illùc subrepant ; nonne omnes illi vos insanos reputabunt, qui loquimini quæ nullus intelligit? in hoc ergo casu, linguæ fidelibus et infidelibus nocebunt.

24. Contrarium prorsùs eveniet, si soli prophetæ loquantur, et linguâ vulgari christianas veritates explicent ; tunc enim si quis vel infidelis, vel idiota intraverit, non vos arguet et damnabit, ut supra ; sed ipse à prophetantibus arguetur, et damnabilis demonstrabitur.

25. Etenim peccata, quæ in corde suo occulta gerit, prophetæ divini verbi lumine detegent, eique manifestabunt ; unde fiet ut peccatorum suorum conscientiâ tactus, cadat pronus in faciem, seque peccatorem agnoscens, Deum pro misericordiâ obtinendâ, tremens et pœnitens adoret, palàm confitens, quòd verè Deus per sua dona sit in vobis. Quo casu, prophetia fidelibus et infidelibus prodest.

26. Quid ergo faciendum est? Quoties ad cœtus publicos convenitis, quicumque ex vobis divinitùs habuerit vel psalmum, seu canticum spirituale ad Dei

laudem, vel instructionem populo utilem, vel aliquam revelationem sibi factam, vel d num peregrinis linguis loquendi, vel interpretandi donum, nihil horum negligatur; sed hæc omnia decenti ordine, et ad publicam conventûs ædificationem fiant.

27. Quod ad linguarum donum spectat, detur et illi suus locus; sed ita, ut duo tantùm, aut ad summum tres successivè in quolibet conventu loquantur; et unus sit semper, qui linguâ vulgari explicet populo quæ illi linguâ peregrinâ dixerunt.

28. Quòd si desit qui possit interpretari, taceat ille, qui linguarum donum habet, expectet que tempus quo possit fructuosè uti suo dono; interim sibi soli secretò loquatur et Deo, cæteros verò non perturbet.

29. Quod autem ad prophetas attinet, duo aut tres ex illis successivè loquantur; cæteri verò prophetæ judicent verine sint an falsi prophetantium sermones.

30. Quòd si, uno prophetante, Deus alium ex prophetis assidentibus afflaverit, tunc qui prior prophetabat, taceat, et det illi prophetandi locum.

31. Si hic servetur modus et ordo, poteritis omnes ordine vestro prophetare, ut omnes instructionem et exhortationem à vobis accipiant.

32. Nec est quòd quis dicat: Divinitùs urgeor, ideò nec tacere, nec differre possum; etenim spiritus prophetiæ subditus est prophetis; liberè loquuntur et tacent.

33. Nam Deus est pacis spiritus, non tumultûs et dissidii; esset verò dissidii spiritus, si omnes ad simul loquendum sic impelleret, ut liberi non essent; unus ergo post alterum loquatur, sicut in omnibus ecclesiis doceo.

34. Quod ad mulieres hâc in re spectat, taceant omninò in ecclesiis; nec enim illis alicubi in Scripturis permissum est publicè loqui, aut concionari; sed in lege præceptum est eis ut viris suis subditæ sint; suam ergo subjectionem suo testentur silentio.

35. Quòd si quid non intellexerint, illudque velint addiscere, domi maritos suos interrogent; in ecclesiâ verò nec doceant, nec interrogent; quia prorsùs indecorum est mulierem in cœtibus sanctorum loqui.

36. Quam ob causam, ô Corinthii, ritum ab omnibus observatum, vos non servatis? An à vobis processit Evangelii prædicatio, ut aliorum sitis exemplar, cæterique ad morem vestrum astringantur? aut ad vos solos pervenit Evangelium, ut pro vesto libitu, nullâ ad alios habitâ ratione, ritus ordinetis?

37. Si quis apud vos videtur esse propheta, vel à sancto Spiritu afflatus, sciat et cognoscat quæ scribo vobis, et deprehendet quòd Christi Domini mandata sunt, non mea; etenim non ex me, sed ex ejus Spiritu et voluntate hæc statuo.

38. Si quis autem hoc ignorat, aut ignorare vult, ut contradicat, sciat quòd vicissim à Christo Domino ignorabitur, in die scilicet, quâ sibi dicenti: Domine, in nomine tuo prophetavimus, respondebit: Non novi vos.

39. Itaque, ut tribus verbis totum hunc sermonem concludam, optate et expetite præcipuè prophetiæ donum, quia utilius. Dono linguarum præditos ne prohibeatis loqui, eo quo statui ordine et modo.

40. Omnia in vestris cœtibus honestè et ordinatè fiant.

COMMENTARIA.

Vers. 1. — Sectamini charitatem; Græc., *persequamini*, etc.; Syr., *currite post charitatem*. Conclusio sequens ex dictis in toto capite præcedenti. Cùm charitas tantæ sit necessitatis, tantæque utilitatis; et ideò tantæ super omnia charismata excellentiæ: hanc, fratres, omni studio, omnique conatu insectemini, donec apprehendatis eam.

Æmulamini, Græc., *autem*, id est, ne tamen negligatis, sed amate, appetite. Spiritualia, supple charismata. Magis autem, id est, maximè verò donum prophetandi, donum docendi et explicandi mysteria fidei, Scripturasque sacras et earum latentes sensus explanandi, ut dictum est cap. 12, v. 10, et ut patebit ex sequentibus vers. 3 et 5. Perfectam prophetiæ descriptionem vide apud Cornelium à Lapide et apud Estium.

Mens D. Pauli.

Paucis hic multa conficit Apostolus.

1° Corinthios, donorum æmulatores, docet ante omnia, charitatem ardenti studio appetendam esse; et omni conatu persequendam, donec habeatur; hæc sola sufficit; sine hâc omnia nihil; ideò eam persequimini. Qui persequitur, illud solum videt quod persequitur, et ad illud tendit et non desistit, donec ceperit, ait D. Chrysostomus; et ideò dicit Apostolus, *persequimini eam*. Hoc nos quoque faciamus, inquit idem Chrysostomus.

Observatio moralis.

Hoc ergo et nos quoque docet Apostolus: *Super omnia charitatem habete*, Coloss. 5. Charitas, virtutum regina, vos Deo conjungit, Deo similes efficit, Dei filios constituit; ob eam et per eam, omnia vobis proficiunt ad salutem; sine hâc, omnia nihil sunt. Charitatem ergo toto vitæ tempore persequamini, custodite, colite, perficite. Abscessit à vobis? toto nisu, totisque viribus currite post eam, nec desistite, donec apprehendatis. Assecuti estis illam? amplectimini, custodite diligenter, ne sitis ei rebelles unquàm, sed semper obtemperantes. Assiduè resilit à nobis, quia non ad id quod oportet, eâ utimur, sed omnia ei præferimus, ait D. Chrysostomus. Ut ergo non discedat, nec vos deserat unquàm, eam nusquàm deserite, sed semper colite, eam omnibus præferte; omnia vestra, juxta ejus motus et præscripta, facite. *Omnia vestra in cha-*

Vers. 1. — *Sectamini charitatem*. Quoniam, inquit, charitas tam excellens et necessaria virtus est, eam *sectamini*, vel, ut græcè est, *persequimini*. Significat ardens studium charitatis; ut eam insectemur, perinde ut venator feram insequitur.

Æmulamini spiritalia. Sensus: Non prohibeo quo-

ritate fiant. Custodistis illam? perficite. *Ambulate in dilectione*, ait Apostolus. Non sufficit in charitate esse, sed ambulandum in charitate; crescendum continuè per bona opera, in charitate et ex charitate facta, per passiones ob Deum toleratas. Hoc agere, est esse verò Christianum; est agere christianè; est perpetuò mereri, continuè ditescere, instantanea et inania in solidas et plenas æternitates convertere. Talibus enim convenit illud Apostoli: *Momentaneum et leve* (actionis et) *tribulationis nostræ, æternum gloriæ pondus operatur in nobis*.

2° Eosdem Corinthios docet spiritualia quidem charismata posse desiderari, non ex vanitate, sed ex charitate et ædificandi desiderio. Hinc utiliora magis appetenda.

Hinc prophetandi, seu docendi, donum magis appetendum, quàm donum linguis extraneis loquendi.

Quia verò Corinthii hoc linguarum donum pluris faciebant, et de illo maximè gloriabantur, ut erroneum eorum judicium corrigat Apostolus, eosque ab hâc inani jactantiâ purget, multis rationibus et similitudinibus probat prophetiam dono linguarum præcellere; ideòque præferendam et magis desiderandam.

Vers. 2. — Qui enim loquitur... Prima ratio sumitur à majori utilitate in proximo ædificando. *Qui* linguâ peregrinâ et ignotâ *loquitur*, Deo soli loquitur, seu Deum solum auditorem habet, qui non verba tantùm intelligit, sed et cordis affectum videt. Seu *Deo loquitur*, cujus laudes verbis peregrinis profert, quemque glorificat. Sed hominibus non loquitur, quia ipsum non intelligunt: supponitur enim quòd linguâ auditoribus ignotâ loquatur; illis ergo loquitur inutiliter.

Spiritu tamen loquitur mysteria, id est: Spiritu sancto tamen afflatus loquitur mysteria fidei, seu divina secreta, hincque non est contemnendus, quinimò reverendus. Quia hoc donum depressit Apostolus, ostendens non magnam ejus utilitatem esse, ideò rursùs extollit, ne videatur frustra datum, ait D. Chrysostomus.

Vers. 3. — Nam qui prophetat; Græc., *prophetans* minùs aspiretis ad charismata; quin studium ea consequendi facilè vobis permitto. Verùm id volo vos facere cum judicio et ex charitate; non excellendi studio, sed ædificandi. Uti est donum linguarum, gratia sanitatum, et alia.

Magis autem ut prophetetis; ut scilicet ex afflatu Spiritûs sancti doceatis, dicatis, vel canatis ea, quæ alios ad pietatem excitent. Hoc enim est hic *prophetare*.

Vers. 2. — *Qui enim loquitur linguâ* (aliâ et peregrinâ), *non hominibus loquitur, sed Deo*, qui non solùm intelligit verba loquentis, sed etiam inspicit affectum cordis. Quòd hominibus non loquatur, probat: *Nemo enim audit*, videlicet cum intellectu: id est, nullus intelligit ea quæ loquitur, licèt ipse Spiritu afflatus loquatur subinde alta mysteria: non est enim qui interpretetur.

Spiritu autem loquitur mysteria. Sed quæres, quo spiritu? Iterque Spiritum sanctum intelligunt. Alii tam ex antiquis quàm ex recentioribus, de spiritu hominis interpretantur: ut per spiritum intelligatur affectus animi, ad quem pertinet devotio. Quem spiritum à mente, id est, intelligentiâ, Paulus in sequentibus apertè distinguit. Ita sensus erit: Eum qui linguâ *verò*, id est, at qui prophetat, hominibus loquitur, et prodest ad ædificationem... Mysteria quippe fidei et veritates christianas sic explicat, ut auditores ædificet incipientes, hortetur proficientes, soletur afflictos, ait D. Thomas.

Hinc patet quid per prophetam intelligat Apostolus, doctorem scilicet et concionatorem, qui suis sermonibus fideles confirmat in fide, hortatur ad bonum, avertit à malo, solatur in afflictionibus. Equidem futuri prædictio ad prophetiam pertinet; sed et hæc etiam tria munia obierunt antiqui prophetæ. Hinc etiam patet quòd sit concionatoris munus: fidelium pietatem nutrire; eos ad bona opera hortari; in necessitatibus solari, hujusque vitæ miseriarum usum docere, ad æternam felicitatem promerendam.

Ratio his duobus versibus contenta, potest sic in formam redigi: Utilius est Deum simul glorificare, et proximum ædificare, quàm Deum glorificare tantùm; at qui linguis loquitur ignotis, Deum quidem glorificat; sed proximum non ædificat; qui verò prophetat, Deum glorificat, et proximum ædificat; ergo utilius est prophetare quàm linguis peregrinis loqui tantùm.

Vers. 4. — Qui loquitur lingua.... *Qui linguâ* ignotâ *loquitur*, sibi soli prodest devotione et affectu, quo loquitur; se solum ædificat eorum intelligentiâ quæ dicit. Loquitur hic Apostolus de iis qui sciunt quæ dicunt, sed aliis explicare non possunt, D. Chrysostomus.

Qui autem prophetat, fidelium conventus ædificat, illisque prodest. Quantùm autem interest inter unum et Ecclesiam, tanta est hujus et illius differentia, divus Chrysostomus. Hæc ratio quibusdam videtur eadem esse cum præcedenti, illiusque paucioribus resumptio; sed si benè attendatur, alia est, et primæ superaddit, quòd prophetia non tantùm sit hominibus utilis, sed et maximè utilis, toti scilicet hominum cœtui.

Vers 5. — Volo autem..... Obviat et occurrit falso præmissorum intellectui, quasi diceret: Ne puloquitur occulta quædam, ac sibi non intellecta, loqui cum pio devotionis affectu quo in Deum sustollitur.

Vers. 3. — *Nam qui prophetat*, etc. Ecce quod dixi, *prophetare* hic est loqui quæ alios ædificant, exhortantur et consolantur: ac proindè præstat prophetare quàm loqui linguis peregrinis, utpote quas nemo intelligit, ut proindè nemo iis instrui, ædificari, vel consolationem aliquam accipere possit.

Vers. 4. — *Qui loquitur linguâ, semetipsum ædificat*, id est, sibi ipsi proficit, uni sibi prodest. Quod si semetipsum ædificat is qui loquitur linguâ quam non intelligit; non igitur inutile est aut orare, aut laudare Deum verbis non intellectis.

Qui autem prophetat, Ecclesiam Dei ædificat. Qui prophetat, inquit, conventui fidelium proficit; per hoc nempe quòd loquitur ædificationem, exhortationem, consolationem.

Vers. 5. — *Volo autem* (hoc est, velim, optârim) *omnes vos loqui linguis; magis autem prophetare*, ut scilicet alios ad pietatem excitetis. *Nam major est qui prophetat, quàm qui loquitur linguis: nisi fortè interpretetur*, ex ignotâ linguâ in aliquam notam. *Ut Ec-*

tetis quòd hæc vobis scribens, linguarum donum improbem; quinimò magni facio, et quantùm ad me attinet, velim ego, si Deo placeret, vos omnes linguis loqui; sed hæc dico vobis, ut intelligatis quod magis optare debeatis, nimirùm prophetiæ donum, ut primo versu dixi.

NAM MAJOR EST..., id est, quia utilior, et ideò dignior est QUI PROPHETAT, ignarosque docet, QUAM QUI LINGUIS externis LOQUITUR; nisi qui linguarum donum habet, habeat et interpretandi donum, ad ædificationem Ecclesiæ. Ex hoc versu patet quòd aliquando separabantur hæc duo dona; aliquando etiam in eâdem personâ reperiebantur : id est, qui loquebatur linguis, quæ dixerat interpretabatur; et hic erat par prophetæ, ait D. Chrysostomus; et is erat propheta, ait D. Thomas, quia interpretatio cujuscumque ardui pertinet ad prophetiam. Imò, ut addit D. Thomas, donum linguarum cum interpretatione, melius est quàm prophetia, quia utrumque donum simul conjungitur.

VERS. 6. — NUNC AUTEM, FRATRES, SI VENERO.... A semetipso sumit exemplum ad supradictorum confirmationem, nempe prophetiam dono linguarum utiliorem esse, nisi dono linguarum juncta sit interpretatio. Semper in suî personâ, quæ sunt gravia et molesta agitat, ait D. Chrysostomus.

NUNC, id est, et sanè si ego ipse, etc. Ecce egomet, etc. At verò si ego ipse, vobis, fratres, linguis loquar ignotis, quid inde percipietis utilitatis?

NISI VOBIS LOQUAR, id est, nisi quæ dico, LINGUA VESTRA VOBIS EXPONAM.

AUT IN REVELATIONE, id est, aut per revelationem, veritates altas, sed obscuras vobis aperiendo dono sapientiæ.

AUT IN SCIENTIA, aut per scientiam, eas vobis sensibiles et quasi palpandas reddendo per rationes humanas et per similitudines et exempla, dono scientiæ.

AUT IN PROPHETIA, id est, aut per prophetiam difficiliora Scripturæ loca vobis explicando more concionatorio.

AUT IN DOCTRINA, id est, aut per doctrinam, veritates Evangelii modo simpliciori et catechistico vos docendo. Quatuor ista possunt ad duo reduci sic : Nisi vos instruam, aut per revelationem, seu per prophetiam, aut per scientiam, seu per doctrinam. Id est, nisi quod mihi revelatum est, vobis enuntiem prophetico seu concionatorio modo; vel nisi quod proprio studio didici, vobis communicem methodico et catechistico modo.

VERS. 7. — TAMEN QUÆ SINE ANIMA.....; Græc., *inanima*, Syr., *res quæ sunt inanimæ*. Eamdem rem eleganti illustrat similitudine, ductâ ab instrumentis, quæ sunt quædam artificiales et fictitiæ linguæ.

Tamen, id est, quin etiam. Nam et instrumenta, animâ sensuque carentia, quæ sonum tamen reddunt voci similem;

SIVE TIBIA, et alia quæ flatu pulsantur et sonant;

SIVE CYTHARA, et alia hujusmodi quæ tactu pulsantur et resonant; hæc, inquam, et alia, nisi distinctos sonos dederint, non agnoscetur id quod aut tibiâ aut cytharâ canitur.

VERS. 8. — ETENIM SI INCERTAM.... Similiter si tuba, quæ publica quædam vox est et lingua, sonitum confusum et indistinctum dederit, quis miles ad pugnam aut ad receptum se præparaverit? Alius quippe sonus ad pugnam excitat; alius de recessu monet.

VERS. 9. — ITA ET VOS...., linguâ scilicet peregrinâ loquentes, NISI MANIFESTUM SERMONEM..., id est, nisi per interpretationem, vestrum sermonem reddatis intelligibilem, quomodò ab aliis intelligemini? sanè vocem eritis in aera spargentes; inutiliter loquemini, nihilque proficietis.

Quot hodiè in aera loquentes! quia loquuntur, non ut ab hominibus intelligantur, cunctisque proficiant, sed ut docti, sublimes videantur, et ut tales, admirationi habeantur. Hi tempus terunt, otiosè loquuntur, pietatem lucrum putant; Dei donis et auditorum otio et patientiâ abutuntur : vanitatem suam æternæ suæ et auditorum saluti præferunt. Quot in uno facinore reatus! Ut illos vitet doctor, suamque multiplicem damnationem, loquatur ut auditoribus proficiat; ideòque studeat à cunctis intelligi, omnium captui sese accommodans, utilia, ædificatoria, familiariter et clarè loquatur.

VERS. 10. — TAM MULTA, UT PUTA.... Rationem dat ob quam inutiliter loquantur : *ut puta*, etenim, nempe, reverà. *Tam multa* SUNT LINGUARUM, seu idiomatum GENERA IN MUNDO, ET NIHIL, id est, nulla gens sine voce, sine suo idiomate proprio.

---

clesia ædificationem accipiat, ipso videlicet interpretante.

VERS. 6. — *Nunc autem, fratres, si venero ad vos linguis loquens : quid vobis prodero, nisi vobis loquar, aut in revelatione*, id est, nisi loquar revelationem, puta expositionem revelationis mihi factæ.

Aut in scientiâ, id est, ea quæ scio per scientiam, vel à Deo infusam, vel studio partam.

Aut in prophetiâ, id est, ea quæ scio per prophetiam, tum propriè dictam, tum impropriè : *prophetiam*, hoc est, occultorum et obscurorum, maximè sacræ Scripturæ, explicationem.

Aut in doctrinâ, scilicet per eam docendo et accommodando meum sermonem ad captum auditorum. Sic ferè D. Thom. et Theoph.

VERS. 7. — *Tamen quæ sine animâ sunt vocem dantia*, nam et instrumenta animæ expertia, quæ sonum reddunt voci similem. *Sive tibia*, etc., ac si dicat : Nullo modo id intelligi ac discerni poterit.

VERS. 8. — *Et enim si incertam vocem det tuba*, haud distinguens ipso sonitu ad quid vocet homines, aut quid agendum moneat. *Quis parabit se ad bellum*, id est, ad pugnam, ad prælium? Utique nemo, quia sonus tubæ indistinctus non hoc loquitur.

VERS. 9. — *Ita et vos per linguam, nisi manifestum sermonem dederitis*, id est, qui benè et clarè significet, sermonem vestrum interpretando feceritis intelligibilem;

Quomodò scietur id quod dicitur? id est, quomodò id quòd loquimini, ab aliis intelligetur? Lingua enim est character, imago, index et nuntius mentis. Nam voces sunt notæ earum affectionum, quæ in animâ delitescunt.

Eritis enim in aera loquentes; locutionem significans inutilem, ut quam nullus intelligit : sicut aerem verberare, pugnam significat inutilem, et quâ non læditur adversarius.

VERS. 10. — *Tam multa, utputa, genera linguarum*

VERS. 11. — SI ERGO NESCIERO... VIRTUTEM, id est, significationem seu vim, quam VOX, seu verbum habet significandi; ERGO EI, qui meam linguam non novit, BARBARUS; et ipse mihi BARBARUS erit; alter alterum reputabit barbarum. *Barbarus* à Græcis dictus est, qui Græcè loqui nesciebat; hìc autem *barbarus* est qui linguâ loquitur, quam alius non intelligit. Quot et in patriâ suâ et apud suos barbari! quia sublimiores, non familiares; quia alta, rara, curiosa, inintelligibilia dicunt, non simplicia, utilia et ædificatoria; quia modo sublimi, non simplici et auditoribus accommodato loquuntur. Hi recordentur finis prophetici sermonis, v. 3 indicati; hominibus loquuntur *ad ædificationem, exhortationem et solatium.* Hic est finis à Deo intentus; eumdem habeat Dei minister; ad eum suos sermones dirigat : ne si apud fideles barbarus fuerit, non intellectus et inutilis, ei aliquando dicenti : *In nomine tuo prophetavimus,* respondeatur : *Non novi vos.*

VERS. 12. — SIC ET VOS, supple, linguis ignotis loquentes, eritis ad invicem barbari; quod ut non sit, QUONIAM ÆMULATORES ESTIS SPIRITUUM, id est, spiritualium donorum, QUÆRITE, ut exuberetis ad ædificationem Ecclesiæ, seu appetite ea quæ vobis desunt, ut per ea perficiatis illa quæ habetis, et Ecclesia magis ædificetur. Vel simpliciùs, et fortè meliùs cum D. Chrysost. : *Sic et vos*, id est, propterea, cùm sitis charismatum æmulatores, optate, ut ea habeatis, unde major proveniat Ecclesiæ utilitas.

Ex dictis hucusque concludit intentum : nimirùm ut appetant utiliora ad ædificationem Ecclesiæ.

VERS. 13. — ET IDEO....., id est, ac proinde qui LINGUA LOQUITUR ignotâ petat à Deo gratiam interpretandi. Aliqui igitur donum habebant ignotis linguis loquendi, quas non intelligebant, aut quas saltem non poterant explicare, hocque à Spiritu sancto.

VERS. 14. — NAM SI OREM...; dat rationem ob quam debeant petere gratiam interpretandi, quæ interpretatio est actus prophetiæ, ut dictum est v. 5. Simulque novâ ratione probat prophetiam esse dono linguarum utiliorem, non tantùm ad exhortationem, ut hucusque probatum est, sed et ad orationem, ut hìc incipit ostendere.

Exhortatio et oratio per linguam exercentur, sed sine interpretatione, quæ est actus prophetiæ, utraque minùs utilis; cum interpretatione verò utilior est utraque; ergo petenda interpretatio. Quia autem oratio vel privata est, quando quis orat in seipso et pro se, vel publica, quando quis orat coram populo, et pro aliis, ut ait D. Thomas, de utrâque oratione agit successivè; de privatâ hìc, de publicâ v. 16. Itaque qui donum linguarum habet, petat et interpretandi donum, quia hæc interpretandi gratia ipsi habenti linguarum donum necessaria ad meliùs et utiliùs orandum.

NAM SI, ego, v. g., privatim OREM LINGUA mihi ignotâ, seu preces bonas quidem, sed linguâ mihi ignotâ proferam.

SPIRITUS MEUS ORAT, id est, affectus meus, cor meum, voluntas mea à Spiritu sancto mota, orat quidem seu anima mea ad Deum afficitur, Deo unitur, ad Deum elevatur per donum linguarum. Sumitur hìc *spiritus* ut Act. 18, 23, ubi Apollo dicitur spiritu fervens.

MENS AUTEM MEA, id est, intellectus meus, quia non intelligit, SINE FRUCTU EST, id est, sine fructu refectionis, ait D. Thomas, seu non ædificatur. Fructus mentis est intelligere, et intelligendo refici, ait Estius. Mereor quidem sic orans sed non reficior; melius est autem mereri et refici, quàm mereri tantùm. Seu melius est refici et quoad intellectum, veritatis intelligentiâ, et quoad voluntatem, devotionis affectu, quàm refici tantùm quoad voluntatem, pietatis motu. Uno verbo melius est orare mente et corde quàm corde tantùm.

VERS. 15. — QUID ERGO EST, supple faciendum? ORABO SPIRITU..., id est, dabo operam ut non affectu cordis tantùm orem, sed et mentis intelligentiâ; seu, ut non solùm devotionis instinctum in corde concipiam, sed et orationis sensum mente percipiam.

PSALLAM SPIRITU, id est, psalmos, cantica spiritualia, Dei laudes canam et devotionis affectu et mentis attentione. Orare, est necessitates à Deo petere; psallere, est laudes Dei canere; utrumque autem animo et intellectu faciendum.

sunt in hoc mundo; uti varias linguas audire contingit.

Et nihil sine voce est. Nihil, id est, nulla linguarum est sine voce, q. d. : Multæ sunt linguæ, et quæque suas habet voces.

VERS. 11. — *Si ergo nesciero virtutem,* hoc est vim et significationem, *vocis, ero ei, cui loquor :* etc. Frustra sanè quisque loquitur quàcumque linguâ, si non intelligatur : eritque alter alteri non intelligenti barbarus.

VERS. 12. — *Sic et vos, quoniam æmulatores estis spirituum*, donorum scilicet Spiritûs sancti et gratiarum, de quibus cap. 12.

Ad ædificationem Ecclesiæ quærite, ut abundetis, q. d. : Petite et poscite à Deo hæc dona abundè vobis donari; sed ita ut iis utamini, non ad ostentationem, sed ad ædificationem Ecclesiæ.

VERS. 13. — *Et ideò qui loquitur linguâ, oret ut interpretetur.* Quò ea quæ peregrinâ linguâ loquitur, ad aliorum intelligentiam proferre possit.

VERS. 14. — *Nam si orem linguâ, spiritus meus orat*, hoc est, spiritu meo reficior, *mens autem mea sine fructu est. Mens* hìc idem est quod sensus, Aristotel. inquit : Quis est horum verborum sensus? Apostolus opponit hìc linguam et mentem; sive verbum et sensum. *Sensus* autem hìc idem est quod intelligentia, non activa, quâ scilicet sentiam, hoc est intelligam : sed passiva, scilicet, quâ sentiar, id est, intelligar ab omnibus. Passivè enim hìc capitur *sensus.* Hæc ergò mens, id est, sensus, significatio et intelligentia linguarum mearum est sine fructu, quia nemo eam capit intelligitve, ut inde ad pietatem excitetur.

VERS. 15. — *Quid ergo est?* id est, quid igitur opus ut faciam? Sibi respondet verbis sequentibus.

Orabo spiritu, ut spiritus meus oratione meâ pascatur : *orabo et mente,* id est, orabo sensu et intelligentiâ, orabo intelligenter, ut alii me sentire, id est, intelligere, possint. *Psallam spiritu, psallam et mente.* Alludit Paulus ad illud Psalm. 46, v. 8 : *Psallite sapienter*, pro quo Hebraicè est, *in intelligentiâ*, quod Septuag. vertunt, *psallite intelligenter*, ut nimirùm vos ipsi intelligatis et sapiatis ea quæ psallitis, et ut alii qui vos audiunt, ea quæ psallitis intelligant.

Vers. 16. — Cæterum... ; Syr., *alioqui*. Idem nunc ostendit de oratione publicâ, quod de privatâ jam dixit : scilicet quòd utilior sit cum interpretatione; utilior, inquam, non tantùm ipsi oranti, sed etiam audienti. *Cæterùm*, id est, alioquin, nisi donum habeas interpretandi, si benedixeris, id est, si Deum publicè laudaveris, spiritu, id est, corde tantùm, scilicet linguâ tibi et aliis ignotâ laudes divinas proferens. Agitur hìc de canticis spiritualibus, quæ fideles à Spiritu sancto moti, in medium proferebant in linguâ alienâ, ait Estius, et fusè probat Cornelius à Lapide.

Qui supplet locum idiotæ, quomodo..., id est, quomodò qui rudis populi locum tenet, seu qui pro plebe respondet, ipseque rudis et illitteratus, seu laicus, aiunt D. Chrysost. et Theophylactus ; Quomodò, inquam, in fine precum tuarum, quas non intellexit, respondebit, Amen? *Amen*, fiat, verum est. Est approbatio et adoptatio precum ab episcopo seu sacerdote factarum.

Ab apostolorum temporibus, vel omnis populus, vel unus et singularis, populi locum tenens, dicebat, *Amen*, fiat, fiat. Verum est.

Quomodò preces approbabit et adoptabit, quas non intellexit?

Notat Cornelius à Lapide, quòd *Amen*, cùm orationi præponitur, est affirmantis ; cùm postponitur, est vel confirmantis, vel concedentis, vel optantis.

Vers. 17. — Nam tu quidem..., id est, tua Dei laus et benedictio bona quidem est et Deo grata, et tibi meritoria, quia pio voluntatis motu, Deo gratias agis.

Sed proximus ex eâ non ædificatur, quia eam non percipit. Melior autem esset, si qui eam audiunt, intelligerent, et ex eâ ædificarentur. Orandum ergo, ut cum dono linguarum, detur et interpretationis gratia.

Observatio dogmatica.

His præcedentibus versibus 14 et 16 abutuntur novantes ad damnandum Ecclesiæ morem, linguâ Latinâ, plerisque nunc ignotâ, publicum officium celebrandi ; sed immeritò : primò, quia nulla paritas est inter orationes et benedictiones, de quibus agit hìc D. Paulus, et publicum Ecclesiæ officium. Agit enim Apostolus de quibusdam orationibus, quas aliqui particulares, dono linguarum præditi, sive privatim recitabant, sive publicè proferebant; et quia hæ orationes erant novæ, et à privatis erant hominibus, ideò poterat eis error subesse : hincque idiota non poterat eis securè respondere : *Amen*. Publicum verò officium, ab Ecclesiâ approbatum et acceptum, et quod in nomine totius Ecclesiæ profertur, certissimè ab omni errore liberum est. Hinc etiam idiota potest ei cum securitate respondere : *Amen*. Secundò D. Paulus in toto hoc capite non vetat, imò formaliter et expressè permittit orari in linguâ peregrinâ, dummodò fiat interpretatio; at hoc observatur in Ecclesiâ, ubi vulgari sermone publica ab omnibus legi possunt officia; et ubi pastores ea publicè interpretantur.

Igitur immeritò objicitur nobis D. Pauli doctrina, quæ fideliter observatur in Ecclesiâ. Etenim et Biblia et officia divina in vulgari linguâ habentur traducta et interpretata.

Denique morem immeritò sectarii damnant, quem omnes prorsùs Ecclesiæ sequuntur, Syræ, Ægyptiacæ, Arabicæ, Grecæ, etc. Omnes enim linguâ vulgariter ignotâ publicum celebrant officium ; linguâ scilicet, antiquâ Græcâ, Syriacâ, Ægyptiacâ, et quæ non sunt ampliùs in usu apud plebem, ut probat auctor Historiæ criticæ novi Testamenti, tom. 1, cap. 1. Equidem Ecclesia primis temporibus officium linguâ vulgari celebravit, et adhuc celebraret, nisi linguæ Latinæ, per varias nationes Romanum imperium invadentes, multiplex facta fuisset immutatio; at nunc ob antiquitatis venerationem, et ob innumera vitanda incommoda, quæ ex infinitis propè nascerentur translationibus, primitivam linguam servat. Et in hoc omnes prorsùs Ecclesiæ sunt conformes, si Protestantes excipias, quæ in hoc, sicut et in multis aliis, verè fuerunt novantes. Idem fecère Judæi quod Ecclesia christiana; deperdito enim linguæ Hebraicæ in captivitate usu, semper tamen legerunt Hebraicè in synagogis. Hunc morem tempore Christi servabant, quem tamen Dominus nunquàm damnavit ; et hunc morem etiam nunc servant adhuc. De his videri potest Historia citata, loco citato.

Vers. 18. — Gratias ago Deo meo... Rursùs suam circa donum linguarum testatur existimationem, ob illud Deo gratias agens. *Gratias ago Deo meo*, quòd omnium vestrum linguis loqui noverim ; Græc. : *Plusquàm omnes linguis loquor*. Hoc Dei donum est, illudque pluris facio, tantùm abest ut contemnam.

Vers. 19. — Sed in ecclesia... Nihilominùs malo in fidelium conventu, quinque, id est, pauca verba, sensu meo, id est, sciens et intelligens quæ dico et ea valens interpretari; seu pauca verba, à me intellecta,

Vers. 16. — *Cæterùm si benedixeris spiritu*, etc. *Si benedixeris*, id est, si Deum laudâris tuâ linguâ et spiritu. Loquitur Paulus de benedictione psalmis et linguis, quas unusquisque ex spiritu proferebat ad communem fidelium ædificationem. *Idiota*, est indoctus, rudis, linguarum expers. Ita Chrysost., Syrus, Theophyl. *Amen*, dictio confirmantis et approbantis est apud Hebræos : Latinè *fiat*, verum, firmum ratumque sit. *Amen* in prece verò tantùm est optantis. Sic in oratione dominicâ subjungitur *Amen*, quasi signaculum orationis. Psal. 105. Et dicet omnis populus, fiat, fiat. Hebraicè, *Amen*.

Vers. 17. — *Nam tu quidem benè gratias agis*. Nimirùm quatenùs spiritu, id est, piâ animi devotione id facis, hoc est quod supra dixit eum qui loquitur linguâ, loqui Deo, et spiritu loqui mysteria, et semetipsum ædificare.

Sed alter non ædificatur, id est, proximus tuus nullum ex verbis tuis percipit fructum, non promovetur ad salutem.

Vers. 18. — *Gratias ago Deo meo*, etc. *Omnium vestrùm*, id est, omnium gentium, quæ vobiscum et inter vos versantur, *linguis loquar*. Quasi dicat Paulus : Non elevo, nec vitupero donum linguarum, nam et ipse eo utor, sed non eo modo, quo vos in Ecclesiâ ad ostentationem, sed ad ædificationem.

Vers. 19. — *Sed in Ecclesiâ volo*, id est, malo, *quinque* (paucissima) *verba sensu meo* (id est, intelli-

et aliis à me explicata, loqui ad illorum instructionem.

Quam decem millia, id est, innumera proferre in linguâ peregrinâ et ab auditoribus non intellectâ. Hoc exemplo suo docet eos quid debeant optare et facere. Docet et paucis rectum concionandi modum : primò sciat et intelligat doctor quæ vult docere; secundò studeat illud paucis et claris verbis exprimere.

Vers. 20. — Fratres, nolite pueri... Ut hoc suum exemplum, suumque sensum et judicium jam declaratum imitentur Corinthii, eos alloquens interpellat, eorumque circa dona judicium ita corrigit, ut et puerilem illorum ob ea jactantiam humiliet.

Nolite pueri effici... Puerorum est ex apparentiâ de rebus judicare; virorum verò prudentium, ex utilitate dijudicare; puerorum est de rebus speciosis, licèt inutilibus gloriari; virorum autem solida æstimare, appetere et de eis gloriari. Itaque cavete, fratres, ne pueriliter, seu imprudenter ex apparentiâ de rebus judicetis; linguas æstimantes, quia quamdam excitant admirationem.

Sed malitia parvuli..., Græc. : *Sed malitiâ puerascite*, id est, quantùm ad malitiam estote infantes. Quid est hoc? ne nôsse quidem quid sit vitium, ait D. Chrysostomus, quasi diceret : Opto quidem vos repuerascere, non quoad inopiam judicii, sed quoad innocentiam animi, seu ut sitis ita simplices, ut malitiam non sciatis. Ne ergo, sicut pueri ex apparentiâ moveamini ad pluris æstimanda, quæ minùs æstimanda sunt, et ad ardentiùs appetenda quæ minùs utilia.

Sensibus autem perfecti estote; Syr. : *Mentibus autem perfecti*, etc., id est, viri perfecti, seu perfectæ ætatis et prudentes. Itaque ut viri prudentes attendite quid melius et quid utilius sit; illud æstimate, appetite, præferte; et consequenter prophetiæ donum, utpote utilius dono linguarum, præferte, et illud magis appetite.

Vers. 21. — In lege scriptum est... Ut suo judicio conformes Corinthii, linguas minùs æstiment, ostendit ex Scripturarum testimonio, eas sæpè inutiles fuisse ad finem ad quem à Deo ordinatæ sunt; simulque suum supradictum sensum et judicium confirmat ipsius Dei testimonio.

In lege. Sub nomine legis comprehendit prophetas, sicut Christus Dominus, Joan. 15, 15, comprehendit et Psalmos. Itaque totum vetus Testamentum dicitur *Lex. In lege*, id est Isai. 28, 11 et 12, quem citat eodem sensu, sed non iisdem verbis. Hujus textûs sensum litteralem vide apud Cornelium à Lapide; allegoricus enim est is, quem D. Paulus exponit.

In aliis linguis...., id est, linguis peregrinis et diversis idiomatibus loquar eis, scilicet Judæis.

Et nec sic exaudient me, id est, nec tamen ad me convertentur, ait D. Chrysostomus. Hoc signum spiritualiter datum fuit ad Judæorum conversionem, scilicet in die Pentecostes; sed illi visis signis non crediderunt; ita D. Thomas. *Loquebantur variis linguis apostoli....*, Act. 2; eos audierunt Judæi, increduli tamen plerique permanserunt; ad Jesum non sunt conversi. Sed cur hoc fecit Deus, si non erant credituri? ut semper cerneretur facere quæ sua sunt, ait D. Chrysostomus.

Deus quæ sua sunt semper facit, et providentiam suam ostendit, etiamsi sciat eos non obtemperaturos, ut inexcusabiles sint. Theophylactus.

Vers. 22. — Itaque linguæ... Hinc concludit quòd linguæ datæ sint Ecclesiæ, præsertim ad convertendos infideles; qui tamen sæpè non convertuntur, ut visum est in Judæis, v. 21.

Prophetiæ autem... Prophetiæ verò donum, seu munus explicandi mysteria et veritates fidei, datum est præcipuè propter fideles confirmandos, promovendos, consolandos, omnimodo ædificandos. Hoc enim supponit fidem. Et hos effectus in plerisque semper habet prophetia. Hinc tale donum magis utile, hincque magis æstimandum et appetendum. Hincque verum quod v. 19, dixit : *Malo quinque verba...*

Vers. 23. — Si ergo conveniat... Hoc idem pro-

gentia, quâ intelligar) *loqui*, *ut et alios instruam*, *quàm decem millia verborum in linguâ* peregrinâ, quam audientes non intelligant.

Vers. 20.—*Fratres, nolite pueri effici sensibus*, q. d. : Mente, judicio ac ratione nolite effici pueri, ut pueriliter ostentetis donum vestrum linguarum.

Sed malitiâ parvuli estote, id est, in malitiâ estote simplices, ut illa sit vobis incognita quasi infantibus : infantes sitis in malitiâ. Infans qui fari non potest, multò minùs nosse malitiam. Sic et christianus in malo sit infans, ut illud non nôrit, nec de eo fari aut disserere possit. Verbi gratiâ, non sciat quid sit æmulatio, pollutio, fornicatio. Tertullianus : *Repuerascere*, inquit, *nos Apostolus jubet secundùm Deum, ut malitiâ infantes per simpliciatem, ita demùm sapientes sensibus simus.*

Sensibus autem perfecti estote. Sensibus, id est, mente, animo. Similes estote viris adultis et ætate perfectis, sensus habeatis exercitatos ad spiritualem boni malique discretionem.

Vers. 21. — *In lege scriptum est*, Isaiæ 28. Aliquando enim *lex* vocatur, non solus Pentateuchus, sed et Prophetæ, totumque vetus Testamentum. Ita Chrysostomus.

Quoniam in aliis linguis et labiis aliis loquar populo huic. Sensus : Ego Dominus loquar populo huic Judaico, variis et peregrinis linguis : scilicet per apostolos meos; quod quidem præcipuè fuit impletum in die Pentecostes, Act. 2, qui aliis linguis non ad irrisionem, sed ad ædificationem loquebantur. Nam qui loquuntur linguis aliis, quasi balbi sunt et barbari non intelligentibus, et deridere videntur auditores; et ipsi vicissim audientibus habentur ridiculi, imò et insani, vel etiam temulenti. Unde quidam eorum qui apostolos audiebant variis loquentes linguis, irridentes dicebant, quia musto pleni sunt isti, Act. 2.

Et nec sic exaudient me, dicit Dominus. Et nec sic quidem, id est, viso hujusmodi signo quod eis daturus sum, audient, sive exaudient me, id est, credent, obtemperabunt verbis meis quæ per apostolos loquar.

Vers. 22. — *Itaque linguæ in signum sunt non fidelibus*, qui jam credunt, *sed infidelibus*, ut credant.

Prophetiæ autem, id est, doctrinæ verbi Dei, et exhortationes, signum sunt *non fidelibus, sed infidelibus. Signum*, inquam, benedictionis, quâ Deus suos erudit et benedicit, id est, ad omne bonum incitat et promovet.

Vers. 23. — *Si ergo conveniat universa Ecclesia in unum, et omnes linguis loquantur* (simul, mixtim, confusè, et tumultuariè), *intrent autem idiotæ vel infideles,*

bat ab inconvenienti, quòd ex dono linguarum potest evenire, et quod ex prophetiâ non accidit; scilicet, non modò non prodest semper donum linguarum, sed aliquando nocet infidelibus et fidelibus, ut hoc pateat:

Si conveniat universa ecclesia. Supponamus quòd tota quædam particularis ecclesia, seu vestra, seu alia in eumdem locum conveniat; et quòd omnes linguis loquantur ignotis, nemine interpretante.

Intrent autem idiotæ aut infideles, id est, supponamus et quod tunc in hanc ecclesiam intrent idiotæ, linguarum ignari; vel etiam quòd aliquis infidelis, curiositatis gratiâ, hùc subrepat.

Nonne dicent quod insanitis, id est, nonne vos insanos reputabunt; quippe qui loquimini, quæ nullus intelligit. Quo casu, non modò non prosunt infidelibus, sed nocent linguæ infidelibus et fidelibus. Porrò sic suum probat intentum Apostolus, ut et Corinthios de dono linguarum gloriabundos humiliet, dicens: *Quia insanitis.*

Vers. 24. — Si autem omnes prophetent... Omninò contrarium eveniet, si soli prophetæ loquantur, et linguâ vulgari christianas veritates explicent: tunc enim non soli fideles ædificabuntur, ut dictum est in v. 22, sed et si quis infidelis intraverit, non vos arguet et condemnabit, ut supra; sed ipse arguetur, convincetur et condemnabitur; id est, damnabilis demonstrabitur à prophetantibus.

Si autem omnes, unus scilicet post alterum, *prophetent*, id est, linguâ vulgari concionentur. Intret autem, etc., convincitur ab omnibus; scilicet prophetantibus. Dijudicatur, id est, condemnatur, seu damnabilis demonstratur.

Vers. 25. — Occulta cordis ejus... Nam prophetantes, lumine verbi Dei peccata, quæ in corde suo tecta gerit, detegent; eique manifestabunt.

Et ita cadens..., id est, unde peccatorum suorum conscientiâ tactus, cadet pronus in faciem, seque peccatorem agnoscens, Deum prostrato corpore reverebitur et adorabit pro misericordiâ obtinendâ.

Pronuntians... Palàm affirmans quòd verè Deus est in vobis; cùm per vos mira et miranda operetur:

nonne dicent quòd insanitis?

Vers. 24. — *Si autem omnes prophetent. Prophetare* accipitur pro eo quod est ex inspiratione divinâ proferre quædam occulta, præsertim pertinentia ad explicationem Scripturarum; atque ex iis auditores instruere.

Intret autem quis infidelis, vel idiota, convincitur ab omnibus, dijudicatur ab omnibus, quia nimirùm ab omnibus prophetis, id est, doctoribus et concionatoribus, de suâ infidelitate, malis moribus et vitiis arguitur et increpatur.

Vers. 25. — *Occulta cordis ejus manifesta fiunt.* Dùm sic apud se per doctrinam prophetarum redarguitur et dijudicatur infidelis aut idiota; manifesta ei fiunt quæ priùs in corde ipsius ita latebant, ut nec ipse qualia essent, agnosceret.

Et ita cadens in faciem adorabit Deum, id est, totâ cordis et corporis humilitate verum Deum agnoscet, sibique deinceps colendum statuet.

Pronuntians quòd verè Deus in vobis sit, id est, profitens, palàm affirmans et testificans, apertè confitens *Digitus Dei est hìc.* Hinc sequitur quòd prophetia omni modo et omni casu sit utilior dono linguarum; hoc enim finem intentum sæpè non assequitur; scilicet, infidelium conversionem: imò è contra nocet aliquando fidelibus et infidelibus idiotis; prophetia verò non solùm nunquàm nocet, sed et ipsis infidelibus sæpè prodest. Ex his prophetiæ effectibus patet quid per prophetiam intelligat Apostolus. Sed et in iisdem effectibus videat evangelicus concionator finem, ad quem debet tendere; scilicet, per claram veritatum evangelicarum expositionem, ipsi peccatori secreta, quæ gerit in corde, peccata, reddere manifesta; eorumque enormitatem ita ipsius oculis exhibere, ut ob eam horreat, et contremiscat; horrens et tremens ad Dei judicis sui pedes corruat; misericordiam et veniam imploraturus; sicque commutatus, conversus, humiliatus ac contritus, Deum deinceps confiteatur, adoret atque colat.

Vers. 26. — Quid ergo est? Tot argumentis stabilità prophetiæ excellentiâ, jam statuit Apostolus, ordinis amator, quomodò in cœtibus ecclesiasticis utendum sit Spiritûs sancti donis.

Primò, statuit in genere, ut illis ad Ecclesiæ ædificationem utantur. Hæc enim est omnium charismatum finis. Vide hìc Christianismi fundamentum et regulam. Quomodò enim est artificis officium ædificare, ita etiam christiani proximis prodesse per omnia, divus Chrysostomus.

Quid ergo est, scilicet faciendum? interrogat, ut suis responsionibus instruat. Respondens ergo dicit: Cum convenitis ad cœtus publicos, unusquisque vestrum psalmum habet, id est, quicumque ex vobis divinitùs movetur vel ad edendum, vel ad canendum psalmum. Etenim, ait D. Chrysostomus, olim psalmos faciebant ex dono, et docebant ex dono. Per psalmum, intellige canticum spirituale ad Dei laudem.

Doctrinam habet, id est, vel movetur interiùs ad docendum, seu faciendam instructionem populo utilem.

Apocalypsim..., vel ad explicandas latentes veritates per revelationem aliquam sibi factam;

Linguam....., vel ad loquendum linguis peregrinis;

Deum christianorum esse verum Deum.

Vers. 26. — *Quid ergo* (faciendum) *est, fratres? Cùm convenitis* (in ecclesiâ) *unusquisque vestrùm psalmum habet.* Quisque vestrùm vel psalmum habet, id est, canticum aliquod spirituale quo Deum laudet. Ad hoc enim quidam peculiariter inspirabantur.

Doctrinam habet, Apocalypsim habet. Doctrina sermo scientiæ est, ideòque scientiam comprehendit: *Apocalypsis* verò, quæ revelatio est altiorum mysteriorum, comprehendit *prophetiam*, tanquàm sermonem sapientiæ per quem enuntianda est.

Linguam habet, interpretationem habet. Sensus est: Alius ex dono paratus est loqui peregrinâ linguâ; alius verò donum habet quo linguas interpretetur.

Omnia ad ædificationem fiant, id est, ad promovendam Ecclesiam Christi, et singula ejus membra, in vitâ spirituali. Charitas enim studium est, ubique ædificare, quatenùs adest ædificandi materia. Nam et si alius non est quem ædifices, te ipsum ædifica.

Vers. 27. — *Sive linguâ quis loquitur.* Quòd si, inquit, linguâ quis loquitur, unus aut plures.

INTERPRETATIONEM..., vel ad interpretandum :

OMNIA AD ÆDIFICATIONEM ; Hæc omnia decenti ordine, et ad publicam conventûs ædificationem fiant. Hic est finis omnium donorum et talentorum à Deo datorum; qui aliud intendit, infidelis minister est, prævaricator est, fur et sacrilegus; qui Dei dona sibi facit propria, eaque ad semetipsum, quasi ad finem dirigit.

VERS. 27. — SIVE LINGUA QUIS...; Syr. : *Quòd si quis linguâ loquatur.*

Secundò, statuit speciatim quomodò linguarum dono sit utendum in conventibus; scilicet, ut duo tantùm aut tres ad summum, successivè loquantur, et unus sit interpres, qui vulgari sermone fideliter explicet quæ linguâ peregrinâ dicta fuerint.

SECUNDUM DUOS, id est, per duos hoc fiat, AUT UT MULTUM TRES, id est, ad summum tres, PER PARTES, id est, successivè, unus post alterum. Multi tunc dona sancti Spiritûs habebant; Apostolus autem, ut vitetur confusio, vetat ne simul omnes loquantur; et ne plusquàm oportet prolongetur cœtus; vetat ne plusquàm duo aut tres in eodem cœtu loquantur.

VERS. 28. — SI AUTEM NON FUERIT INTERPRES. Si non sit quis interpretandi donum habens, TACEAT qui linguarum donum habet, tempus expectans quo possit utiliter et cum ædificatione loqui; interim SIBI SOLI ET DEO LOQUATUR, secretò, in corde, ne cæteros perturbet non intelligentes. Syr. : *Et inter semetipsum et Deum loquatur.*

VERS. 29. — PROPHETÆ AUTEM DUO.

Tertiò, statuit circa prophetas, ut duo vel tres successivè loquantur; cæteri verò, prophetæ scilicet, judicent an id quod à prophetantibus dicitur, sit utilis et sanæ doctrinæ.

VERS. 30. — QUOD SI ALII..., id est, si tunc temporis, seu uno prophetante, Deus alium ex prophetis sedentibus et audientibus afflaverit, et quid ei melius revelaverit, ille qui prior prophetabat, taceat et det huic locum prophetandi. Hoc enim velle videtur Spiritus sanctus, novam suggerens revelationem.

VERS. 31. — POTESTIS ENIM...; Syr. : *Siquidem vos omnes potestis singulatim prophetare, ut quisque discat, et quisque consolationem accipiat.* Quasi diceret : Hâc ratione, nimirùm si servetur modus et ordo quem præscribo, poterunt omnes prophetæ ordine suo prophetare, ut omnes instructionem et exhortationem accipiant.

EXHORTENTUR, passivè sumendum.

VERS. 32. — ET SPIRITUS PROPHETARUM... Occurrit objectioni quæ potest hic fieri, quasi diceret : Nec est quòd quis dicat : Sic moveor et divinitùs urgeor ut vel non possim tacere (hoc spectat ad actu prophetantem), vel non possim differre ; hoc pertinet ad alios prophetas inspiratos.

Et, id est, etenim; Syr. : *Siquidem spiritus prophetiæ subditus est prophetis.* Testis est Jonas, spiritui prophetico resistens. Non est ergo de Dei prophetis, sicut de fanaticis idolorum vatibus, seu pythonibus : hi enim à dæmonibus arrepti sic agebantur, ut suæ potestatis non essent; spiritus verò propheticus est in potestate prophetarum ; hinc tacere possunt, ubi voluerint, et consequenter sibi invicem cedere, et vices suas expectare. Lenis est Spiritus Dei, et leniter prophetas agit; hinc sic afflat eos, ut non cogat. Pacificus est Spiritus Dei : hinc pacem et ordinem amat; neutrum perturbat. Spiritus propheticus à Deo quidem est; homini tamen prophetæ subditur, quoad actum, ordinem et modum.

VERS. 33. — NON ENIM EST DISSENSIONIS DEUS... Deus est Spiritus pacis, non dissidii, Syr., *tumultûs.* Esset autem spiritus dissidii et tumultûs, si omnes impelleret ad loquendum simul. Unus ergo post alterum loquatur; SICUT ET IN OMNIBUS SANCTORUM ECCLESIIS DOCEO.

Secundum duos, aut ut multum tres. Duo aut ad summum tres loquantur, scilicet in uno conventu.

Et per partes, id est, quisque seorsùm, puta vicissim, ne fiat confusio.

Et unus interpretetur, hoc est, unus aliquis interpretandi dono præditus, statim interpretetur quod alius linguâ peregrinâ dixerit : videlicet ne fructu careat hujusmodi sermo à nemine intellectus.

VERS. 28. — *Si autem non fuerit interpres, taceat in ecclesiâ ;* quòd si, inquit, nullus adsit qui possit interpretari, publicè in ecclesiâ non loquatur is qui donum linguæ habet.

Sibi autem loquatur et Deo ; tacitus et in corde loquatur sibi ipsi, id est, ad suam privatam ædificationem ; quia jam alios ædificari non potest. Item loquatur Deo, spiritu et pio affectu, quo ad orandum aut laudandum Deum movetur : quem utique affectum Deus, qui dedit, inspicit. Quod si faciat, non erit ei prorsùs inutile donum hoc, etiamsi interprete destituatur.

VERS. 29. — *Prophetæ autem duo aut tres dicant*, suas prophetias scilicet, sua dogmata, lumina, monita sua à Deo aspirata.

Et cæteri, non vulgus, sed prophetæ, ut præcessit, *dijudicent*, ex dono sibi concesso, an id quod dicit propheta, sive doctor, sit verè prophetia, id est, doctrina sana et utilis, nec ne.

VERS. 30. — *Quòd si alii* aliquid melius *revelatum fuerit sedenti*, et audienti, surgat ille et loquatur, ac *prior* propheta *taceat* et sedeat. Mos enim erat, ut audientes sederent, loquentes starent.

VERS 31. — *Potestis enim omnes per singulos prophetare.* Non omnes fideles, quia jam dixerat c. 12 : Numquid omnes prophetæ? Sed omnes prophetiæ donum habentes; q. d. : Possunt omnes prophetæ sigillatim hâc ratione, si nimirùm servent modum et ordinem, quem jam præscripsi, exhortari, *ut omnes discant, et omnes exhortentur*, id est, exhortationem et consolationem accipiant.

VERS. 32. — *Et spiritus prophetarum*, etc. Ut possint prophetæ spiritum prophetiæ cohibere et tacere cùm volunt, aliisque prophetis dare locum dicendi. Non enim aguntur ad verba eo impetu, quo fanatici idololatræ; nam spiritus, vel donum prophetiæ, ait D. Thomas, non est habitus : sed partim est instinctus, et impressio lucis et veritatis, quâ Deus illuminat mentem prophetæ circa res futuras, obscuras, vel divinas : partim est vis, seu impetus, quo Deus cor tangit, movet et impellit ad prophetandum, sed liberè. Unde Jonas et Jeremias illi ad tempus restiterunt, uti et Moyses, Exodi 4.

VERS. 33. — *Non enim est dissensionis Deus*, ut cogat hos illosve simul prophetare, tumultuari, et invicem interturbare. *Dissensionis*, quæ dictio propriè confusionem denotat, hoc est, turbatum rerum ordinem, ut in tumultu aut seditione. *Sed pacis.* Vocatur

VERS. 34. — MULIERES IN ECCLESIIS...: ne de utroque sexu intelligatur quod dixit supra : *Potestis omnes prophetare*, silentium ita mulieribus indicit, ut nec interrogare permittat in ecclesiâ ; sed si quid non intellexerint, vult à viris suis petant. Debent ergo viri esse tam docti, ut suas uxores docere possint, ait Primasius ab Estio citatus.

SICUT ET LEX DICIT... Lex hìc, sicut et v. 21, sumitur pro Scripturâ veteris Testamenti. Scriptura ergo, Genes. 32, 16, ait : *Sub viri potestate eris.* Hanc autem subjectionem vult Apostolus, ut suo silentio testentur.

VERS. 35. — TURPE EST ENIM... Addit quòd et hoc contra verecundiam, sexui femineo naturaliter inditam, foret, scilicet LOQUI publicè.

VERS. 36. — AN A VOBIS VERBUM DEI PROCESSIT... Ex hoc versu, et ex præcedentibus 34, 35, fit valdè probabile quòd Corinthi mulieres, sicut aperto capite orabant in ecclesiis, sic et publicè loquebantur, sive prophetantes, sive saltem interrogantes ; et propterea D. Paulus Corinthios, ob hunc morem, omnium Ecclesiarum consuetudini contrarium, acriter objurgans, ait :

An à vobis, ô Corinthii, prodiit sermo Dei ? vosne aliorum doctores estis, ut mores et consuetudines stabiliatis ? AUT IN VOS SOLOS..., an ad vos solos PERVENIT, ut inconsultis aliis quidquam statuatis ? Nec primi credidistis, nec soli ; alios ergo consulere debueratis, et eis conformari.

Alii tamen hanc D. Pauli objurgationem intelligunt de quibusdam refractariis, qui ejus statutis acquiescere nolebant. Sed primus sensus naturalior videtur, et eum sequuntur divus Chrysostomus, Theophylactus.

VERS. 37. — SI QUIS VIDETUR... Si quis inter vos creditur esse indubitatus propheta, vel à Spiritu sancto afflatus, hic, per me licèt, COGNOSCAT QUÆ SCRIBO VOBIS. Quasi diceret : Cupio hoc ei ostendi, communicari ; certus scilicet quòd non contradicet, sed deprehendet quòd Christi DOMINI MANDATA SUNT, quia hæc non meo motu proprio, sed ex divinâ inspiratione dico et statuo.

VERS. 38. — SI QUIS AUTEM IGNORAT... Si quis autem hoc vult ignorare, aut de hoc dubitare, IGNORABITUR ; Græc. : *Ignotus esto ;* Syr. : *Ignoret*, seu, *ignorans esto ;* id est, ipse vicissim ignorabitur, improbabitur à Christo Domino. Spreta enim ejus in me, legato suo, auctoritas, Deum habebit vindicem. Dicenti: *Nonne in nomine tuo prophetavimus*, Christus Dominus respondebit : *Non novi vos.*

VERS. 39. — ITAQUE, FRATRES MEI... Redit ad id, unde tantisper divertit, et concludens, omnia ad tria reducit : primum, ut expetant præcipuè donum prophetiæ, quia melius et utilius : ÆMULAMINI PROPHETARE ; secundum, ut neminem dono linguarum præditum prohibeant loqui, eo quo dictum est ordine et modo : ET LOQUI LINGUIS NOLITE PROHIBERE.

VERS. 40. — OMNIA AUTEM HONESTÈ... Tertium, ut omnia cum honestate et ordine fiant in eorum cœtibus. Decorè autem et ordine fient, si ii qui linguis loquuntur, cum interpretatione loquantur, et non velut insanientes ; si prophetæ sibi mutuò cedant ; si feminæ conticescant, Theophylactus.

Deus pacis, quia nimirùm pacis auctor est.

VERS. 34. — *Mulieres in ecclesiis taceant.* Etiam prophetissæ, quia contra ordinem naturæ est et legis, Genes. 3, ut in conspectu virorum feminæ eis subditæ loquantur ; ita Ambros. Jure, ait Anselmus, tacere jubetur femina, quæ cùm loqueretur viro suo suasit peccatum, Genes. 2.

Non enim permittitur eis loqui, subaudi in aliis ecclesiis, aut in ecclesiis sanctorum.

Sed subditas esse, sicut et lex dicit. Legem accipit pro Scripturâ veteris Testamenti, Genes. 3 : *Sub viri potestate eris.*

VERS. 35. — *Si quid autem volunt discere, domi viros suos interrogent.* Hinc, ait Primasius, viri adeò docti esse deberent, ut uxores suas docere, et in rebus fidei instruere possent.

Turpe est enim mulieri loqui in ecclesiâ ; id enim est contra verecundiam illi sexui naturaliter inditam.

VERS. 36. — *An à vobis verbum Dei processit ?* q. d.: Nonne ante vos credidit ecclesia Judaica, Samaria, Palæstina, Cyprus, et Syria. Inspicite ergo ordinem et morem illarum ecclesiarum, an ita de suis donis contendant, an ita linguas suas jactitent, de iisque tam pueriliter glorientur sicuti vos facitis ? Ita Ambrosius et Anselmus.

Aut in vos solos pervenit ? Sensus : An vos soli credidistis ? Vestra ecclesia nec prima est nec sola, debetis ergo priores imitari, et aliis ecclesiis vos conformare.

VERS. 37. — *Si quis videtur propheta esse, aut spiritualis. Si quis*, inquit, eminet inter vos, et habetur tanquàm excellens propheta, aut homo spiritualis, *cognoscat quæ scribo vobis, quoniam Domini sunt mandata ;* Domini non per se, sed per me jubentis, ut hic ordo in vestris cœtibus et collationibus servetur. Nam sensus est : Ille propheta aut spiritualis judicet atque cognoscat, ea quæ scribo vobis, esse præcepta Christi Domini : propheta quidem, ex dono prophetico ; ac si diceret : Hæc per me vobis præcipit Christus : idque veri prophetæ et spirituales ignorare non debent.

VERS. 38. — *Si quis autem ignorat*, etc., q. d.: Qui non vult agnoscere has leges et potestatem meam, *ignorabitur*, id est, improbabitur à Deo, dicente : *Nescio vos :* nam *qui vos audit, me audit ; qui vos spernit, me spernit.* Sensus est : Si quis non agnoscit, hæc esse Domini mandata, nec meis verbis, nec judicio prophetæ, aut hominis spiritualis acquiescit, sed mavult ignorare ; vicissim ignorabitur à Domino, auditurus illud cum reprobis : *Nescio vos ;* id est, Dominus eum non agnoscet pro suo.

VERS. 39. — *Itaque, fratres, æmulamini prophetare*, quoniam, inquit, æmulatores estis spirituum, id consequi studete quod magis ædificat, id est, donum et actum prophetandi potiùs quàm loqui linguis.

Et loqui linguis nolite prohibere, id est, ne rejicite tanquàm malum aut inutile. Habet enim et illud suam utilitatem, modo quis in tempore utatur.

VERS. 40. — *Omnia autem honestè*, etc. Ad honestatem et decentiam pertinet, ne mulieres in ecclesiâ loquantur. Id enim turpe est, ut antè dixit. Ad ordinem, ne quibus loqui licet, plures simul loquantur, sed singuli, alius post alium. *In vobis*, id est, in publico vestro conventu.

Corollarium pietatis, seu in hoc capite ad pietatem maximè notanda, et ad praxim redigenda.

1° Discamus singuli quomodò charitatem cæteris omnibus præferre et super omnia desiderare debeamus. Illam toto vitæ tempore debemus persequi, si abscesserit à nobis; custodire, si adsit; et non custodire tantùm, sed et augere, colere, perficere. Vide dicta v. 1, et observationem moralem.

2° Notet divini verbi concionator tria sui ministerii munia : ædificare, hortari, solari; ædificare incipientes, hortari proficientes solari afflictos. Recordetur quòd hæc tria sint finis prophetici sermonis, à Deo intentus, et ab Apostolo nobis indicatus, v. 3. Ad hunc ergo finem suos sermones dirigat evangelicus propheta. Caveat autem vitia, v. 9 et 11 notata : ne vocem in aera spargat, v. 9; ne sit apud suos barbarus, v. 11; sed bonæ concionis effectus intendat, v. 25 indicatos. Quos ibi videat.

3° Omnis Dei et Ecclesiæ minister discat ex v. 26 quis sit omnium prorsùs ministeriorum, omniumque donorum et talentorum à Deo acceptorum finis, scilicet ædificare. Hunc ergo finem semper intendat; aliàs prævaricator, fur et sacrilegus erit. Vide v. 26.

CAPUT XV.

1. Notum autem vobis facio, fratres, Evangelium quod prædicavi vobis, quod et accepistis, in quo et statis.

2. Per quod et salvamini, quâ ratione prædicaverim vobis, si tenetis, nisi frustra credidistis.

3. Tradidi enim vobis inprimis quod et accepi : quoniam Christus mortuus est pro peccatis nostris secundùm Scripturas;

4. Et quia sepultus est, et quia resurrexit tertiâ die secundùm Scripturas;

5. Et quia visus est Cephæ, et post hoc undecim;

6. Deinde visus est plusquàm quingentis fratribus simul, ex quibus multi manent usque adhuc, quidam autem dormierunt;

7. Deinde visus est Jacobo, deinde apostolis omnibus;

8. Novissimè autem omnium tanquàm abortivo visus est et mihi.

9. Ego enim sum minimus apostolorum, qui non sum dignus vocari apostolus, quoniam persecutus sum Ecclesiam Dei.

10. Gratiâ autem Dei sum id quod sum, et gratia ejus in me vacua non fuit; sed abundantiùs illis omnibus laboravi; non ego autem, sed gratia Dei mecum.

11. Sive enim ego, sive illi, sic prædicamus, et sic credidistis.

12. Si autem Christus prædicatur quòd resurrexit à mortuis, quomodò quidam dicunt in vobis, quoniam resurrectio mortuorum non est?

13. Si autem resurrectio mortuorum non est, neque Christus resurrexit.

14. Si autem Christus non resurrexit, inanis est ergo prædicatio nostra, inanis est et fides vestra :

15. Invenimur autem et falsi testes Dei : quoniam testimonium diximus adversùs Deum, quòd suscitaverit Christum, quem non suscitavit, si mortui non resurgunt.

16. Nam si mortui non resurgunt, neque Christus resurrexit.

17. Quòd si Christus non resurrexit, vana est fides vestra, adhuc enim estis in peccatis vestris.

18. Ergo et qui dormierunt in Christo, perierunt.

CHAPITRE XV.

1. Il ne me reste plus maintenant, mes frères, qu'à vous faire souvenir de l'Evangile que je vous ai prêché, que vous avez reçu, dans lequel vous demeurez fermes,

2. Et par lequel vous êtes sauvés, pour que vous le reteniez comme je vous l'ai annoncé, puisque autrement ce serait en vain que vous auriez embrassé la foi.

3. Car, premièrement, je vous ai enseigné, et comme donné en dépôt ce que j'avais moi-même reçu, savoir : que Jésus-Christ est mort pour nos péchés, selon les Ecritures;

4. Qu'il a été enseveli, et qu'il est ressuscité le troisième jour, selon les Ecritures;

5. Qu'il s'est fait voir à Céphas, puis aux onze apôtres;

6. Qu'après il a été vu en une seule fois de plus de cinq cents frères, dont il y a plusieurs qui vivent encore aujourd'hui, et quelques-uns sont déjà morts;

7. Qu'ensuite il s'est fait voir à Jacques, puis à tous les apôtres;

8. Et qu'enfin, après tous les autres, il s'est fait voir à moi-même qui ne suis qu'un avorton.

9. Car je suis le moindre des apôtres, et même je ne suis pas digne d'être appelé apôtre, parce que j'ai persécuté l'Église de Dieu.

10. Mais c'est par la grâce de Dieu que je suis ce que je suis, et sa grâce n'a point été stérile en moi; mais j'ai travaillé plus que tous les autres, non pas moi toutefois, mais la grâce de Dieu avec moi.

11. Ainsi, soit que ce soit moi, soit que ce soient eux qui vous prêchent, voilà ce que nous vous prêchons tous, et voilà ce que vous avez cru.

12. Puis donc qu'on vous a prêché que Jésus-Christ est ressuscité d'entre les morts, comment se trouve-t-il parmi vous des personnes qui osent dire que les morts ne ressuscitent point?

13. Que si les morts ne ressuscitent point, Jésus-Christ n'est donc point ressuscité.

14. Et si Jésus-Christ n'est point ressuscité, notre prédication est vaine, et votre foi est vaine aussi.

15. Nous serons même convaincus d'avoir été de faux témoins à l'égard de Dieu, puisque nous avons rendu témoignage contre Dieu même, qu'il a ressuscité Jésus-Christ, qu'il n'aurait pas néanmoins ressuscité si les morts ne ressuscitent pas.

16. Car si les morts ne ressuscitent point, Jésus-Christ n'est point aussi ressuscité.

17. Que si Jésus-Christ n'est point ressuscité, votre foi est vaine; car vous êtes encore dans vos péchés.

18. Ceux qui sont morts en Jésus-Christ ont donc péri sans ressource.

19. Si in hâc vitâ tantùm in Christo sperantes sumus, miserabiliores sumus omnibus hominibus.

20. Nunc autem Christus resurrexit à mortuis primitiæ dormientium :

21. Quoniam quidem per hominem mors, et per hominem resurrectio mortuorum.

22. Et sicut in Adam omnes moriuntur, ita et in Christo omnes vivificabuntur,

23. Unusquisque autem in suo ordine : primitiæ Christus, deinde ii qui sunt Christi, qui in adventu ejus crediderunt.

24. Deinde finis, cùm tradiderit regnum Deo et Patri, cùm evacuaverit omnem principatum, et potestatem, et virtutem.

25. Oportet autem illum regnare, donec ponat omnes inimicos sub pedibus ejus.

26. Novissima autem inimica destruetur mors; omnia enim subjecit sub pedibus ejus. Cùm autem dicat :

27. Omnia subjecta sunt ei, sine dubio præter eum qui subjecit ei omnia.

28. Cùm autem subjecta fuerint illi omnia, tunc et ipse Filius subjectus erit ei qui subjecit sibi omnia, ut sit Deus omnia in omnibus.

29. Alioquin quid facient qui baptizantur pro mortuis, si omninò mortui non resurgunt? utquid et baptizantur pro illis?

30. Utquid et nos periclitamur omni horâ?

31. Quotidiè morior per vestram gloriam, fratres, quam habeo in Christo Jesu Domino nostro.

32. Si (secundùm hominem) ad bestias pugnavi Ephesi, quid mihi prodest, si mortui non resurgunt? Manducemus et bibamus, cras enim moriemur.

33. Nolite seduci : corrumpunt mores bonos colloquia mala.

34. Evigilate, justi, et nolite peccare; ignorantiam enim Dei quidam habent : ad reverentiam vobis loquor.

35. Sed dicet aliquis : Quomodò resurgunt mortui? qualive corpore venient?

36. Insipiens, tu quod seminas non vivificatur, nisi priùs moriatur.

37. Et quod seminas, non corpus quod futurum est, seminas, sed nudum granum, ut puta tritici, aut alicujus cæterorum.

38. Deus autem dat illi corpus sicut vult; et unicuique seminum proprium corpus.

39. Non omnis caro eadem caro; sed alia quidem hominum, alia verò pecorum, alia volucrum, alia autem piscium.

40. Et corpora cœlestia, et corpora terrestria; sed alia quidem cœlestium gloria, alia autem terrestrium.

41. Alia claritas solis, alia claritas lunæ, et alia claritas stellarum; stella enim à stellâ differt in claritate.

42. Sic et resurrectio mortuorum. Seminatur in corruptione, surget in incorruptione.

19. Si nous n'avions d'espérance en Jésus-Christ que pour cette vie, nous serions les plus misérables de tous les hommes.

20. Mais maintenant Jésus-Christ est ressuscité d'entre les morts; il est devenu les prémices de ceux qui dorment.

21. Car, comme la mort est venue par un homme, la résurrection des morts doit venir aussi par un homme.

22. Et comme tous meurent en Adam, tous revivront aussi en Jésus-Christ,

23. Et chacun en son rang : Jésus-Christ d'abord comme les prémices, puis ceux qui sont à lui, qui ont cru en son avénement.

24. Et alors viendra la consommation de toutes choses, lorsque Jésus-Christ aura remis son royaume à Dieu son Père, et qu'il aura détruit tout empire, toute domination et toute puissance.

25. Car Jésus-Christ doit régner jusqu'à ce que son Père lui ait mis tous ses ennemis sous ses pieds.

26. Or la mort, le dernier ennemi, sera détruite aussi; car l'Ecriture dit que Dieu lui a mis tout sous les pieds, et lui a tout assujetti. Mais quand elle dit :

27. Que tout lui est assujetti, il est indubitable qu'il en faut excepter celui qui lui a assujetti toutes choses.

28. Lors donc que toutes choses auront été assujetties au Fils, alors le Fils sera lui-même assujetti à celui qui lui aura assujetti toutes choses, afin que Dieu soit tout en tous.

29. Autrement, quelle raison auraient ceux qui sont baptisés pour les morts, s'il est vrai que les morts ne ressuscitent point? pourquoi sont-ils baptisés pour les morts?

30. Et pourquoi nous-mêmes nous exposons-nous à toute heure à tant de périls?

31. Car il n'y a point de jour que je ne meure, je vous en assure par votre gloire, mes frères, dont je puis me glorifier en Jésus-Christ notre Seigneur.

32. Si, pour parler selon l'homme, j'ai combattu à Ephèse contre des bêtes farouches, quel avantage en tirerai-je si les morts ne ressuscitent point? Ne pensons qu'à boire et à manger, puisque nous mourrons demain.

33. Ne vous laissez pas séduire; les mauvais entretiens corrompent les bonnes mœurs.

34. Réveillez-vous, justes; et ne vous laissez point aller aux péchés; car il y en a parmi vous quelques-uns qui ne connaissent point Dieu. Je vous le dis pour vous faire honte.

35. Mais, dira quelqu'un, comment les morts ressuscitent-ils? quel sera le corps dans lequel ils reviendront?

36. Insensé que vous êtes! ce que vous semez ne reprend point de vie, s'il ne meurt auparavant.

37. Et quand vous semez, vous ne semez pas le corps de la plante qui doit naître, mais la graine seulement, comme du blé ou de quelque autre chose.

38. Mais Dieu lui donne un corps tel qu'il lui plaît, et il donne à chaque semence le corps qui est propre à chaque plante.

39. Toute chair n'est pas la même chair; mais autre est la chair des hommes, autre est la chair des bêtes, autre est celle des oiseaux, autre celle des poissons.

40. Car il y a des corps célestes et des corps terrestres; mais les corps célestes ont un autre éclat que les corps terrestres.

41. Le soleil a son éclat, la lune le sien, et les étoiles le leur; et même entre les étoiles l'une est plus éclatante que l'autre.

42. Il en arrivera de même dans la résurrection des morts. Le corps maintenant, comme une semence, est semé plein de corruption, et il ressuscitera incorruptible.

43. Seminatur in ignobilitate, surget in gloriâ. Seminatur in infirmitate, surget in virtute.

44. Seminatur corpus animale, surget corpus spiritale. Si est corpus animale, est et spiritale, sicut scriptum est :

45. Factus est primus homo Adam in animam viventem, novissimus Adam in spiritum vivificantem.

46. Sed non priùs quod spiritale est, sed quod animale; deinde quod spiritale.

47. Primus homo de terrâ, terrenus; secundus homo de cœlo, cœlestis.

48. Qualis terrenus, tales et terreni; et qualis cœlestis, tales et cœlestes.

49. Igitur, sicut portavimus imaginem terreni, portemus et imaginem cœlestis.

50. Hoc autem dico, fratres, quia caro et sanguis regnum Dei possidere non possunt, neque corruptio incorruptelam possidebit.

51. Ecce mysterium vobis dico : Omnes quidem resurgemus, sed non omnes immutabimur.

52. In momento, in ictu oculi, in novissimâ tubâ (canet enim tuba), et mortui resurgent incorrupti, et nos immutabimur.

53. Oportet enim corruptibile hoc induere incorruptionem, et mortale hoc induere immortalitatem.

54. Cùm autem mortale hoc induerit immortalitatem, tunc fiet sermo qui scriptus est : Absorpta est mors in victoriâ.

55. Ubi est, mors, victoria tua? ubi est, mors, stimulus tuus?

56. Stimulus autem mortis peccatum est; virtus verò peccati, lex.

57. Deo autem gratias, qui dedit nobis victoriam per Dominum nostrum Jesum Christum.

58. Itaque, fratres mei dilecti, stabiles estote et immobiles, abundantes in opere Domini semper, scientes quod labor vester non est inanis in Domino.

43. Il est semé tout difforme, et il ressuscitera tout glorieux. Il est privé de mouvement, et il ressuscitera plein de vigueur.

44. Il est semé corps animal, et il ressuscitera corps spirituel. S'il y a un corps animal, il y a aussi un corps spirituel, selon qu'il est écrit :

45. Adam, le premier homme, a été créé avec une âme vivante, et le second Adam a été rempli d'un esprit vivifiant.

46. Mais ce n'est pas le corps spirituel qui a été formé le premier ; c'est le corps animal, et ensuite le spirituel;

47. Le premier homme est le terrestre formé de la terre, et le second homme est le céleste descendu du ciel.

48. Comme le premier homme a été terrestre, ses enfants aussi sont terrestres; et comme le second homme est céleste, ses enfants aussi sont célestes.

49. Comme donc nous avons porté l'image de l'homme terrestre, nous porterons aussi l'image de l'homme céleste.

50. Or, je vous dis ceci, mes frères, parce que la chair et le sang ne peuvent posséder le royaume de Dieu, et que la corruption ne possédera point cet héritage incorruptible.

51. Voici un mystère que je vais vous dire : nous ressusciterons tous, mais nous ne serons pas tous changés.

52. En un moment, en un clin d'œil, au son de la dernière trompette (car la trompette sonnera), et les morts ressusciteront en un état incorruptible, et alors nous serons changés.

53. Car il faut que ce corps corruptible soit revêtu de l'incorruptibilité, et que ce corps mortel soit revêtu de l'immortalité.

54. Et quand ce corps mortel aura été revêtu de l'immortalité, alors cette parole de l'Ecriture sera accomplie : La mort a été absorbée par une victoire.

55. O mort, où est ta victoire? ô mort, où est ton aiguillon?

56. Or, le péché est l'aiguillon de la mort, et la loi est la force du péché.

57. Mais rendons grâces à Dieu, qui nous donne la victoire par notre Seigneur Jésus-Christ.

58. Ainsi, mes chers frères, demeurez fermes et inébranlables, et travaillez sans cesse de plus en plus à l'œuvre de Dieu, sachant que votre travail ne sera pas sans récompense en notre Seigneur.

ANALYSIS.

Quidam Corinthii, paganæ philosophiæ opinionibus imbuti, et pseudoapostolorum erroribus impliciti, de futurâ mortuorum resurrectione dubitabant, aut illius dogma vertebant in allegoriam : et quia hoc erat religionem funditùs evertere; hæc enim mortuorum resurrectio, unum est è præcipuis christianæ religionis capitibus; hinc Apostolus hanc Evangelii veritatem sollicitè probat toto hoc decimo quinto capite. Quatuor primis versibus viam sibi sternit per refricatam Evangelii, Corinthiis à se prædicati, memoriam; cujus Evangelii tria præcipua capita sunt, Christi pro peccatis nostris mors, sepultura et resurrectio. Hanc Christi resurrectionem probat à quarto versu usque ad duodecimum, testimoniis prophetarum, apostolorum, et discipulorum plusquàm quingentorum.

ỳ 12. *Incipit ex Christi resurrectione probare et nostram : tanta quippe Christi resurrectionis connexio cum nostrâ; ut ex Christi resurrectionis veritate sequatur et nostra resurrectio; et ex negatione nostræ resurrectionis, sequatur et negatio resurrectionis Christi. Ex negatione autem resurrectionis Christi, horrenda sequuntur absurda, de quibus usque ad vigesimum versum.*

ỳ 20. *Ex tot horridis absurdis, et ex prophetarum et apostolorum, et discipulorum testimoniis superiùs relatis; concludit certissimam esse debere resurrectionem Christi : et ex hâc resurrectione certissimâ, pergit et nostram probare,* v. 21, 22.

ỳ 23. *Explicat quid nostræ resurrectioni connexum, scilicet ordinem, quo sancti resurgent.*

ỳ 24. *Exponit quid resurrectionem sanctorum sequens, nimirùm Ecclesiæ militantis finem, illius à Christo oblationem Deo faciendam; dæmonum tyrannidis absolutam destructionem.*

ỳ 25. *Transit ad aliud medium, quo nostram rursùs probet resurrectionem; scilicet promisit Deus Filio suo perfectam omnium hostium suorum debellationem et subjectionem : ergo mors, una ex inimicis Christi, destruetur per generalem resurrectionem.*

ỳ 27 et 28. *Explicat quod dixit de generali omnium*

subjectione sub pedibus Christi, ne quis malè interpretetur.

℣ 29. *Nova subnectit argumenta ad resurrectionis nostræ confirmationem usque ad* v. 33, *ubi Corinthiorum incredulitatis ostendit originem, scilicet cum impiis commercium : quod ut deinceps vitent, hortatur.*

℣ 35. *Objectiones philosophorum ita solvit, ut et nostræ resurrectionis veritatem confirmet, explicet, et illustret per varias similitudines, usque ad* 42.

℣ 43. *Dotes corporis gloriosi describit : surget spiritale; sicut ab Adamo, animali et terreno, nunc animales et terreni sumus; ita tunc à Christo spiritali et cœlesti, spiritales erimus et cœlestes, usque ad* v. 50.

℣ 51. *Modum docet, quo fiet resurrectio, scilicet in instanti*, etc. *Denique*, v. 58, *Corinthios hortatur, ut in fide stabiles sint, et in omni bono opere abundantes; cùm sciant quòd sit futura resurrectio, et æterna merces bonorum operum.*

PARAPHRASIS.

1. In memoriam vobis revoco, fratres, Evangelium quod vobis prædicavi, quod recepistis, in quo et perseveratis hactenùs.

2. In cujus fide et professione salutem consequemini, si tamen illius doctrinam servatis, talem qualem vobis prædicavi : aliàs frustra credidistis.

3. Inter præcipua autem fidei capita, sermone vobis tradidi quod et ego accepi, nimirùm quòd Christus Dominus pro peccatis nostris mortuus sit, ut in Scripturis prædictum erat.

4. Et quòd sepultus sit, in veræ mortis testimonium; et quòd tertiâ die revixerit, ut etiam in Scripturis prædictum, et præfiguratum est.

5. Præterea docui vos quòd visus sit redivivus, primùm Petro, et postea undecim apostolis.

6. Deinde visus est plusquàm quingentis fratribus simul congregatis, quorum plurimi vivunt usque in hunc diem, quidam verò mortui sunt.

7. Præterea visus est Jacobo, fratri Domini, primo Jerosolymorum episcopo, deinde et conspectus est discipulis omnibus.

8. Ultimò, et post omnes, visus est et mihi informi et imperfecto apostolo, quique aliorum respectu sum abortivum.

9. Etenim ego sum minimus (infimus) apostolus, qui nec sum dignus ut dicar apostolus, quia persecutus sum Ecclesiam Dei.

10. Merà autem Dei gratiâ et misericordiâ apostolico dignatus sum honore : hanc tamen Dei beneficentiam non passus sum in me otiosam; quin imò, licèt omnium minimus, copiosiùs tamen laboravi, quàm singuli omnes : hoc mihi non adscribo, sed Dei gratiæ, quæ mecum, seu (quâ feci quidquid feci.)

11. Ad rem redeo. Itaque sive ego, sive omnes alii apostoli, qui Christum vidimus; omnes idem, et eodem modo prædicamus, Christum scilicet realiter et verè resurrexisse, idem et vos credidistis.

12. Quòd si ab omnibus apostolis prædicatur quòd Christus verè surrexerit à mortuis; quomodò quidam apud vos audent dicere quòd non sit resurrectio mortuorum.

13. Si enim nulla mortuorum est resurrectio, sequitur quòd nec Christus resurrexit.

14. Quòd si autem Christus à mortuis non resurrexit, ergo inanis et falsa est prædicatio nostra; ergo inanis et falsa fides vestra.

15. Ac proinde nos apostoli sumus falsi testes Dei, et in Deum injurii; quandoquidem in ejus nomine, et velut ab eo missi diximus, quòd Christum suscitaverit, quem tamen non excitavit, si cæteri mortui non resurgunt.

16. Etenim si non est in gènere mortuorum resurrectio, nec est Christi resurrectio.

17. Quòd si Christus non resurrexit, vana fides vestra, quâ baptismum suscepistis : adhuc enim estis in peccatis vestris, nec per baptismum remissa sunt.

18. Quin etiam et illi qui in hâc fide, et pro hâc fide mortui sunt, prorsùs interierunt.

19. Quòd si in hâc tantùm vitâ, et ob hanc tantùm vitam speramus in Christo, et ultra spes nostra non porrigitur; sanè omnium hominum miserrimi sumus.

20. A talibus, et tantis absurdis unquàm credendis, avertat nos Deus : è contra certissimè credamus, quòd Christus à mortuis resurrexit, et quòd resurrexit, ut primus fructus è mortis sinu abstractus, ad immortalitatem Deo oblatus, et generalem suscitandorum messem consecrans et promittens.

21. Et sanè æquum erat; ut sicut per unum hominem peccantem mors intravit in mundum; sic per unum hominem sanctum mors destrueretur, et fieret resurrectio mortuorum.

22. Et sicut ob unius Adæ peccatum omnes morti sunt obnoxii; ita ob unius Christi innocentiam, immortalitati restituentur omnes.

23. Unusquisque autem sanctorum in ordine suo vivificabitur, plus aut minùs gloriosus, juxta sua merita. Christus primus omnium, tempore et dignitate jam surrexit; deinde qui Christo adhærent, seu membra capiti, in secundo ejus adventu resurgent in ordine suo.

24. Peractâ autem totius corporis resurrectione, finis erit regni, seu Ecclesiæ Christi super terram; tuncque Christus eam Deo Patri suo exhibebit, et offeret planè sanctam et pacatam, abolitâ scilicet omnium hostium tyrannide.

25. Interim autem oportet illum à dextris Dei sedentem regnare, eo quo cœpit modo, devictis quidem hostibus suis, sed nondùm planè subditis; usquedùm Pater æternus, suum adimplens promissum, ponat omnes inimicos sub pedibus ejus.

26. Tunc enim novissima, post peccatum, post diabolum, mors, una ex ejus inimicis, destruetur per generalem resurrectionem; scriptum est enim psal-

mo 8 : *Omnia subjecit*, etc., et consequenter ipsam mortem.

27. Cùm autem Scriptura dicit, omnia Filio subjicienda, sine dubio ab hâc expressione generali excipiendus est Deus ipse, qui omnia Filio suo subjicit.

28. Tantùm enim abest ut Christo subdatur Deus, quin imò, cùm omnia Filio subjecta fuerint, tunc et ipse Filius Christus, caput Ecclesiæ, cum omnibus suis membris, subjicietur Deo ; tuncque Deus erit omnia in omnibus.

29. Alioquin quid faciunt qui pro mortuis baptizantur? si mortui non resurgunt, quare pro illis baptizantur?

30. Quin et nos, Evangelii præcones, ut quid quotidiè de vitâ periclitamur, si non sit expectanda merces?

31. Non periclitor modò, sed et quodam modo morior quotidiè, novis semper periculis expositus, ut gloriari possim de vobis Jesu Christo, Domino nostro, per me conversis.

32. Si propter hominum gloriam Ephesi ad bestias pugnavi, quid hoc mihi prodest, si mortui non resurgunt? quin potiùs cùm Epicureis edamus et bibamus, cras enim moriemur.

33. Cavete ne pravâ cum talibus conversatione seducamini, memores quòd mores bonos mala colloquia corrumpunt.

34. Expergiscimini ab errore ad justitiam, et à peccato abstinete ; quidam enim inter vos cognitionem non habent ; hoc ad vestrum pudorem dicere cogor.

35. Sed stabilitâ resurrectione, quæret aliquis : Quomodò fieri potest ut mortui et putrefacti revocentur ad vitam? et qualia erunt resurgentium corpora?

36. Falsò sapiens vocaris, qui talia quæris : granum, quod tu in agro tuo seminas, corruptum reviviscit, et non reviviscit, nisi mortuum et corruptum fuerit : hoc vides quotidiè fieri naturaliter, et dubitas quòd Deus possit supernaturaliter corpora mortua et corrupta ressuscitare!

37. Et quod seminas, non id corpus est, quod nasciturum est ; seminas enim nudum granum, v. g., tritici, vel alterius speciei.

38. Huic autem grano putrefacto, Deus corpus pulchrius dat, ut illi visum est assignare ; et unicuique semini proprium et conveniens corpus assignat ; ita fiet de corporibus mortuis, et in terrâ seminatis ; per divinam omnipotentiam resurgent eadem numero quidem et substantiâ, sed in qualitatibus perfectiora ; et unusquisque sanctorum proprium corpus habebit specialiter renovatum, pro suis meritis.

39. Sicut omnium mortalium animalium caro differt pro diversitate animantium : alia siquidem est caro hominis, etc., ita caro immortalium differet pro diverso singulorum merito.

40. Et sicut alia est cœlestium corporum, v. g., astrorum pulchritudo ; et alia terrestrium, v. g., gemmarum, idque pro qualitatum diversitate, ita diversa erit suscitatorum gloria pro diversitate meritorum.

41. Et sicut astrorum ipsorum alia et diversa est claritas : alia enim claritas solis, alia lunæ, etc., ita uniuscujusque sancti diversa erit gloria ab alterius glorià.

42. Sic unicuique sua erit gloria propria in resurrectione mortuorum. Hoc autem quod sequitur, erit omnibus commune ; sepelitur in terrâ corruptibile, et ut corrumpatur, surget incorruptibile.

33. Sepelitur vile, abjectum et difforme ; resurget pulchrum et splendidum ; seminatur infirmum, invalidum, et sine motu ; surget potens, forte et agile.

44. Sepelitur tale quale est animalium corpus ; surget spiritale, subtile, leve, ab animalium indigentiis independens. Ne miremini quòd corpus spirituale dixerim : etenim sicut est corpus animale, quod habemus ab Adamo, ita et est corpus spirituale, quod habebimus à Christo.

45. De primo scriptum est : Factus est animal vivens, vitâ scilicet subditâ indigentiis animalium ; et hanc vitam tribuit nobis. Christus autem in suâ resurrectione factus est spiritus vivificans, carni suæ vitam tribuens, qualem habent spiritus ; et hanc vitam tribuet nobis.

46. Sed spirituale corpus non est in nobis priùs tempore ; sed priùs habemus animale corpus, quale Adamus ; deinde spirituale habebimus, quale Christus.

47. Primus homo, quia de terræ limo, ideò terrenus et animalis ; secundus, quia de cœlo natus, ideò cœlestis et spiritualis.

48. Qualis fuit terrenus ille parens, tales et nunc sumus, scilicet terreni, et animales ; qualis est Christus, Pater noster cœlestis, tales erimus cœlestes et spirituales,

49. Quemadmodùm igitur ante baptismum Adamo terreno et peccatori, improbis moribus nostris, similes fuimus, ita et nunc in Christo renati, sanctis moribus, Patris nostri cœlestis imaginem portemus.

50. De hoc autem, fratres, ideò vos moneo, quia carnis et sanguinis opera regnum Dei possidere non possunt ; neque vita vitiis corrupta immortalitatis hæreditate fruetur.

51. Ecce rem arcanam vobis aperio, ne vos lateat resurgendi modus : omnes quidem resurgemus, sed non omnes ad gloriam immutabimur.

52. Hæc autem resurrectio non fiet paulatim et cum morâ, sed in indivisibili temporis puncto, in ictu oculi ; ad sonum extremæ tubæ. Personabit enim tuba, et tunc mortui omnes, etiam reprobi, resurgent immortales ; Et nos justi, ad felicem statum reformabimur ; ex animalibus, spirituales fiemus.

53. Oportet enim ut hoc corpus corruptioni obnoxium, fiat incorruptibile ; et hoc mortale corpus quod habemus, immortale reddatur.

54. Cùm igitur hoc mortale corpus factum fuerit immortale, tunc adimplebitur Scriptura, quæ dicit :

Mors absorpta est, id est, in totum absumpta, et in æternum destructa, per victoriam, quà superata est à Christo.

55. Ubi est, mors, victoria tua? ubi stimulus quo soles homines perfodere? confractus est.

56. Porrò mortis aculeus est peccatum; hoc nos confodit: peccati robur lex, quæ peccandi libidinem irritat, et aliunde peccatum gravius reddit.

57. Deo autem agamus gratias, qui nobis dedit peccatum et mortem vincere per Dominum nostrum Jesum Christum.

58. Itaque, fratres mei charissimi, stabiles estote in resurrectionis fide, et in eâ ne vacilletis; sed estote semper progredientes in operibus bonis, quibus vos ad resurrectionem præparetis; cùm sciatis quòd labor vester non erit inanis, sed quòd magna futura sit ejus merces; etenim resurgemus: et in æternum beatè vivemus.

COMMENTARIA.

Vers. 1. — Notum autem vobis facio, id est, reminisci vos facio, seu in vestram memoriam revoco. Nihil vobis nunc trado novum.

Evangelium, id est, bonum de Christo Salvatore nuntium; cujus summa, quòd Deus factus sit homo, et cruci affixus fuerit et resurrexerit, divus Chrysostomus.

Quod prædicavi vobis, quod et ut verum recepistis, etc.; nihil vobis incognitum aut peregrinum trado, sed ad principium recurro.

In quo et statis, id est, in cujus etiam professione, saltem plerique, perseveratis. Promiscuis loquitur, ut et hi qui in fide fixi sunt, gaudeant; et qui nutant, corripi se doleant, ut corrigantur. Ambrosius.

Vers. 2. — Per quod et salvamini, id est, in cujus fide et professione salutem consequemini.

Qua ratione... Est hìc transpositio; sic ergo construendum: Si tamen servatis illius Evangelii doctrinam talem qualem vobis prædicavi. *Quâ ratione*, Græc., τίνι λόγῳ, *quo sermone*, id est, quomodò, seu talem, qualem vos eam docui. Hoc autem ideò dicit, quia resurrectionis dogma quidam apud Corinthios in allegoriam verterant, dicentes quòd per novitatem vitæ jam essent illius compotes. Vide dicta de Hymeneo et Phileto, 2 ad Tim. 2, v. 17. Hi ergo pseudodoctores per resurrectionem intelligebant spiritualem animæ resurrectionem, seu transitum à vitâ pravâ, quæ mors est, ad sanctitatem, quæ vita est; seu, ut eorum nomine D. Chrysostomus ait, resurrectio est animæ purgatio. Et hos doctores falsos statim ab initio percutit Apostolus, dicens Corinthiis: In fide resurrectionis salvabimini, si eam creditis talem qualem vobis prædicavi, scilicet realem et corporalem resurrectionem in fine mundi futuram.

Nisi frustra credidistis, id est, aliàs frustra credidistis. Ostendit quòd in capite fidei accepta sit plaga, ait D. Chrysostomus. Fides veræ et realis corporum resurrectionis est basis et fundamentum christianæ religionis; ergo et basis salutis æternæ; ergo nisi credatur, frustra quidvis aliud creditur.

Vers. 3. — Tradidi enim vobis... Scriptis itaque repeto quæ verbis astruxi,

In primis, id est, inter præcipua christianæ fidei capita; *Tradidi vobis*, verbis scilicet, quasi depositum, quod et accepi à Domino, pariter quasi depositum. Fidei doctrina depositum est, à Christo Domino datum apostolis; et per illos, eorumque in apostolatu successores ad nos transmissum, ad æternam nostram salutem. Hoc depositum fideliter servatum et observatum, salvabit nos in æternum; servemus ergo ut salvet. In his autem D. Pauli verbis duplicem nota traditionem sine scripto; tradidit verbis, quod verbo, sine Scripturâ recepit Apostolus. *Tradidi* quoniam Christus mortuus est, verè scilicet, et non apparenter tantùm; ideò mortis Christi historia tam accuratè in Evangeliis descripta, ut certò sciremus quòd verè mortuus sit pro peccatis nostris, non pro suis, quia innocens, impollutus et sanctus sanctorum; sed *pro nostris*, quasi Agnus Dei in Paschate immolatus.

Secundum Scripturas. Mortis Christi duritiem lenit auctoritate Scripturarum, ait Tertullianus. Nam et Apostolus non sine onere pronuntians Christum mortuum, adjecit, *secundùm Scripturas*, ut duritiam pronuntiationis Scripturarum auctoritate molliret, et scandalum auditori averteret, Tertullianus, lib. adv. Prax., cap. 29. Non citat Apostolus, quia Corinthiis notas supponit, Isai. 53, v. 8, de quo Tertullianus. Hoc et Isaias prior pronuntiavit: *Et Dominus tradidit eum pro delictis nostris.*

Vers. 4. — Et quia sepultus est, in veræ mortis testimonium; et quia resurrexit, Græc., *excitatus est*, quia mors somnus; hinc resurrectio dicitur excitatio. Verè autem resurrexit, sicut verè mortuus est. Quia autem Christi resurrectio est resurrectionis nostræ causa, ideò probat illam Apostolus, primò prophetarum testimoniis, dicens: *Secundùm Scripturas;* hoc enim in Jonâ præfiguratum, hoc ab Isaiâ prædictum: *Erit sepulcrum ejus gloriosum.* Hoc ab Oseâ, 6, v. 7: *Vivificabit nos post duos dies, in die tertiâ suscitabit nos*, ipse, scilicet tertiâ die resurgens; ipsius enim resurrectio nostræ causa est.

Vers. 5. — Et quia visus est Cephæ. Secundò probat apostolorum testimoniis. Fides nostra superædificata supra fundamenta prophetarum et apostolorum; hinc post prophetarum Scripturas, citat apostolorum visiones, seu testimonia. Incipit autem à

Vers. 1, 2. — *Notum autem vobis facio.... Per quod et salvamini: quâ ratione prædicaverim vobis, si tenetis*, id est, retinetis, firmiter tenetis, *nisi frustra credidistis.*

Vers. 3, 4. — *Tradidi enim vobis in primis, quod et accepi: quoniam Christus mortuus est pro peccatis nostris, secundùm Scripturas*, intellige propheticas et reliquas veteris Testamenti..... *Et quia sepultus est*, etc.

Vers. 5. — *Et quia visus est Cephæ*, Petro. Inter

principe apostolorum, de quo, Luc 24, 34, creditur hæc visio facta, cùm Petrus à monumento recessit ipso die resurrectionis. D. Paulus non refert omnes apparitiones de quibus evangelistæ; non loquitur enim de mulieribus quibus apparuit Christus, nec de Cleophâ, ejusque socio euntibus in Emmaus. Refert autem aliquas, quas non refert Evangelium, scilicet apparitionem D. Jacobo factam, et alteram PLUS QUAM QUINGENTIS FRATRIBUS.

ET POST HOC UNDECIM; Græc., *duodecim*. Sic vocabatur apostolorum collegium, quia duodenario numero institutum. Hæc visio facta est in Jerusalem bis, primò absente Thomâ in die resurrectionis; secundo præsente Thomâ post dies octo. De primâ D. Joannes, cap. 20, v. 19; de secundâ D. etiam Joan. 20, 26.

VERS. 6. — DEINDE VISUS EST PLUS QUAM QUINGENTIS..., Tertiò probat discipulorum testimoniis: *Visus est* in Galilæâ, ubi plures erant Christiani, *et ubi constituerat illis Jesus*, Matth. 28, 16. Traditio habet quòd in monte Thabor. *Plus quàm quingentis fratribus* simul congregatis; *Ex quibus*..... ita ut ab eis testimonium peti possit, si quis ex vobis dubitet. Primus ergo Petrus solus vidit, deinde Petrus cum aliis discipulis, tum et cum quamplurimis fidelibus, quorum multi vivant, aliqui mortui sunt.

VERS. 7. — DEINDE..., id est, præterea, VISUS EST JACOBO, fratri Domini, primo Jerosolymorum episcopo, et cujus magna erat apud fideles auctoritas. De hâc visione nihil refert Evangelium. Divus quidem Hieronymus de illâ loquitur ex evangelio Hebræorum, sed cùm sit apocryphum et apocrypha est ejus auctoritas, licèt res ipsa narrata vera sit. Certum est ergo quòd Christus D. Jacobo apparuit, quia de hoc D. Paulus; incertum verò quando apparuit, quia de hoc nihil D. Paulus.

DEINDE APOSTOLIS OMNIBUS. Per apostolos hìc intellige et septuaginta discipulos, seu omnes Christi discipulos, in ascensione, cùm *eduxit eos foràs in Bethaniâ*, Lucæ 25, 50.

VERS. 8. — NOVISSIMÈ AUTEM...., ultimò et mihi, informi et imperfecto apostolo, quales sunt fœtus abortivi; quasi diceret: Qui respectu apostolorum sum quasi abortivum. Hinc colligitur quod à D. Paulo Christus visus sit corporaliter, oculisque corporeis; aliàs male se conferret cum aliis, qui corporaliter eum conspexerunt; et malè ex hâc suâ visione corporalem probaret Christi resurrectionem. Vidit autem cùm in Damascum iret, Act. 9, post ascensionem. Ex Apostoli humilitate, abortivum se dicentis, disce quòd quò major in nobis est Dei gratia, eò major et profundior esse debet humilitas. Hæc humilitatis lucta, Deo grata et nobis utilis.

VERS. 9. — EGO ENIM SUM...; dat rationem cur se dixerit abortivum, scilicet ob vitæ prioris demeritum; quasi diceret: Indignus sum vocari apostolus, seu et re et nomine apostoli sum indignus.

QUIA PERSECUTUS SUM ECCLESIAM DEI. Apostolorum est Ecclesiam fundare, ego autem Ecclesiam persecutus sum. Ignota erat et deleta culpa, sed sufficit ad Pauli contritionem et humilitationem coram Deo et coram hominibus. Sic et nos semel peccâsse sufficit ad perpetuam humilitatem et pœnitentiam. *Et peccatum meum contra me est semper.*

VERS. 10. — GRATIA AUTEM DEI....; Dei autem merâ gratiâ et misericordiâ sum apostolus.

ET GRATIA EJUS...; hæc tamen Dei gratia in me non fuit inanis, VACUA, infructuosa, sine opere et fructu; vel, ut ait Ambrosius, pauper in me non fuit. Novit humiliari, novit et relevari; ita tamen ut humilitas humanæ sit infirmitatis, et sublimitas divinæ sit potestatis.

SED ABUNDANTIUS...., imò copiosiùs laboravi quàm singuli omnes, vel quàm unusquisque apostolorum. Nullus tot spatia percurrit, tot populis prædicavit, tot persecutiones pertulit; nullus labore manuum suarum prædicando vitam comparavit.

NON EGO AUTEM...., id est, ait D. August., non solus ego, sed gratiâ Dei mecum. Ac per hoc nec gratia Dei sola, nec ipse solus, sed gratia Dei cum illo, D. Aug., lib. de Gratiâ et libero Arbitrio, cap. 5.

SED GRATIA DEI MECUM....; Græc., *quæ mecum*, supple *laboravit;* cum enim præcesserit hoc verbum,

viros primus reverà fuerit Petrus cui Christus à morte redivivus apparuit.

Et post hoc undecim, scilicet in octavâ paschæ, præsente jam Thomâ, Christus apparuit undecim apostolis.

VERS. 6. —*Deindè visus est plus quàm quingentis fratribus simul.* Multi putant hanc esse celeberrimam, et toties à Christo ante promissam apparitionem in monte Galilææ. Unde præmoniti eò confluxerunt omnes christiani, fuitque non in ascensione, sed ante, nam Christus non in Galilæâ, sed in Judæâ ex monte Oliveti ascendit in cœlum. Ita Hieronymus.

Ex quibus multi manent usque adhuc, ut ab illis peti possit testimonium.

Quidam autem dormierunt, in hoc testimonio ad finem usque perseverârunt.

VERS. 7.—*Deindè visus est Jacobo.* Alphæi, qui frater Domini dicitur, fuitque primus episcopus Hierosolymitanus.

Deinde apostolis omnibus, et discipulis in ascensione ad cœlum. Ita Anselmus et alii.

VERS. 8. — *Novissimè autem omnium*, etc. *Abortivo*, id est, contempto, et abjectitio. Ita Theoph. et Theodor., quia abortivi fœtus, utpote imperfecti, tenuiores et graciliores esse solent. Hâc imperfecti ratione putandus est Paulus abortivum se vocare, tanquam apostolum cæteris imperfectiorem atque minorem, nec cum illis conferendum, adeòque et apostoli nomine indignum. Hanc enim rationem ipsemet allegat verbis consequentibus: eademque Græci tractatores attendunt. Nota: Facta est hæc Christi apparitio Paulo in ejus conversione, Act. 9, ubi Paulus vidit Christum, sed mox lumen cum excæcavit. Dominum vidit in maximâ illâ luminis claritate; qua perstricto et offensos oculos iterùm clausit et clausos tenuit usque dùm sermo Domini secum loquentis finiretur. Tùm surgens apertis oculis nihil vidit.

VERS. 9. —*Ego enim sum minimus apostolorum*, etc. *Dignus*, id est, idoneus. Respicit enim ad statum vitæ suæ præteritæ, quando persecutus fuit Ecclesiam Dei.

VERS. 10. — *Gratiâ autem Dei sum id quod sum.* Quòd sum apostolus, et doctor gentium.

Et gratia ejus in me vacua, Græcè *inanis, otiosa*, id est, sine opere et fructu, *non fuit.*

Sed abundantius illis omnibus laboravi, scilicet in eâ

laboravi, naturalius est ut hoc idem subaudiatur. Si tamen malis subintelligi, *est*, seu *quæ mecum est*, intellige quæ mihi fuit auxilio, mihi favit, et opitulata est. Itaque D. Paulus gratiæ Dei potissimam partem tribuit; sed non negat liberi arbitrii cooperationem; imò illam astruit, dicens: LABORAVI, *non ego* solus, sed Dei gratiâ ad jutus et confortatus. Auxilium autem non excludit, imò includit operationem illius qui adjuvatur.

Observatio moralis.

Hinc discamus cum Dei gratiâ cooperari; et juxta Apostoli monitum, gratiam Dei non in vacuum recipere. *Hortamur vos ne in vacuum gratiam Dei recipiatis.* Gratia nobis datur ad opus bonum, ad fructus pœnitentiæ dignos producendos. Attende ergo tibi, et vide num in te sint opera bona; num fructus pœnitentiæ dignos producas; heu! quàm pauper est in te gratia Dei! quàm vacua et infructuosa! Si Christus nunc ad te veniret fructum quærens, quid de te fieret? Contremisco, quoties recordor ficûs infructuosæ sortem; *nusquàm ex te fructus nascatur*, ait illi Christus; et statim *arida facta est*. Justior in me foret talis sententia. Etenim non erat tempus ficuum, ut notat Evangelista.

Et ecce venit finis, finis venit, tempus præcisionis meæ *pedalis*, tempus messis, tempus colligendi fructus; et in me non sunt fructus! Adjuva nos, Deus salutaris noster, et propter gloriam nominis tui libera nos. Da tandem facere fructus pœnitentiæ dignos.

VERS. 11. SIVE ENIM EGO... A v. 9, ob epithetum abortivi, digressus est ab incœpto sermone v. 4, nunc autem sermonem interruptum resumit.

Sive ego, SIVE ILLI, alii scilicet omnes apostoli, qui Christum vidimus, nos omnes eodem modo, realem scilicet, et corporalem Christi resurrectionem prædicamus, talem et vos credidistis. Constat itaque et ex Scripturis prophetarum, et ex variis apparitionibus factis apostolis et discipulis, et ex communi omnium apostolorum doctrinâ, quòd Christus verè et realiter à mortuis resurrexit. Et vos, ô Corinthii, talem fidem suscepistis. Veritas itaque est apud vos indubitata, fundata supra fundamenta prophetarum et apostolorum.

VERS. 12. — SI AUTEM CHRISTUS.... Hâc veritate sic stabilitâ, utitur nunc Apostolus tanquàm principio ad probandam nostram resurrectionem futuram. Cùm resurrexerit Christus, cùm hoc ab omnibus apostolis ubique prædicetur, cùm et hoc à vobis sit creditum, ut indubitatum, QUOMODO et quà fronte, QUIDAM apud vos audent dicere, QUOD NON SIT MORTUORUM RESURRECTIO. Sive possibilis: à facto enim ad posse valet consequentia. Christus resurrexit; ergo mortuorum resurrectio possibilis est. Sive futura: à capite ad membra valet ratio conformitatis. Christus, caput nostrum, surrexit; ergo et nos ejus membra resurgemus.

VERS. 13. — SI AUTEM RESURRECTIO...; quomodò, inquam, audent dicere quòd non est mortuorum resurrectio; si enim non est mortuorum resurrectio, ergo NEQUE CHRISTUS RESURREXIT. Sublato genere, tollitur et species. Tanta est connexio Christi resurrectionis cum nostrâ resurrectione, ut ex veritate resurrectionis Christi sequatur et veritas nostræ, et ex negatione nostræ resurrectionis sequatur negatio Christi resurrectionis. Ex negatione autem Christi resurrectionis sequuntur absurditates horrendæ; quas vide in sequentibus versibus.

VERS. 14. — SI AUTEM CHRISTUS...; si enim Christus non resurrexit, INANIS, vana et falsa est apostolorum PRÆDICATIO. Totum christianæ religionis ædificium fundatur in veritate resurrectionis Christi; hoc everso fundamento, ruit christiana religio et apostolorum prædicatio.

INANIS quoque et VANA EST FIDES VESTRA, ô Corinthii, quia in Christi resurrectione fundata. Tota Christianorum spes in fide resurrectionis Christi fundatur; hâc eversâ, ruit ædificium.

VERS. 15. — INVENIMUR..., et nos apostoli, mendaces et falsarii deprehendimur, idque in Dei ignominiam. Etenim in ejus nomine et tanquam ab eo missi prædicavimus quòd reverà Christum à mortuis suscitavit, si hoc falsum, ergo impii et sacrilegi sumus; nos qui Deo summè veraci, falsitatem imponimus, et qui ejus auctoritate et verbo abutimur ad errorem et mendacium apud homines inducendum.

gratiâ muneris apostolici. Neque tamen sensus est, abundantiùs seu copiosiùs quàm omnes illi simul, sed, quàm singuli, id est, unusquisque illorum. Igitur plus illis omnibus laboravit, quia nullus illorum tot loca percurrit, totque ac tantas tulit adversitates, ac molestias Evangelii causâ, atque Paulus.

Non ego (solus) *autem, sed gratia Dei mecum.* Intelligitur enim, *gratia quæ mihi in auxilium adest, et opem præstat*, mecumque operatur. Præsumens se non solùm operis esse ministrum per effectum, sed et operantis quodammodò socium per consensum. Ita Bernard., lib. de Grat. et Lib. Arbit.

VERS. 11. — *Sive enim ego*, etc.; q. d.: Tam ego, quàm alii apostoli, ita omnes prædicamus et asseveramus tanquàm oculati testes, scilicet Christum mortuum esse, et à mortuis resurrexisse, nobisque esse visum et apparuisse.

VERS. 12. — *Si autem Christus prædicatur*, etc. *Quidam*, hic fuit Cerinthus cum suis, qui primus post Simonem Magum hæresiarcha tempore S. Pauli negavit resurrectionem.

VERS. 13. — *Si autem resurrectio mortuorum non est*, etc. Tum quia Christus fuit unus ex mortuis, tum quia hæc primaria mortis et resurrectionis Christi causa fuit, scilicet plena abolitio mortis, vitæ reductio, fuitque Christi resurrectio exemplar nostræ, scilicet ut alii homines resurgant ad justitiam in hâc vitâ, et ad gloriam in alterâ. Est autem Christus resurgens, exemplar resurrectionis hominum electorum, quatenùs gloria resurrectionis ac beatæ immortalitatis in Christo tanquàm capite perfectissimè declarata, suo quodam modo et ordine delaranda est in omnibus ejus membris, id est, electis.

VERS. 14, 15. — *Si autem Christus non resurrexit... Invenimur autem et falsi testes Dei. Invenimur*, inquit, hoc est, arguimur, deprehendimur (quod in apostolo turpissimum est) *falsi testes Dei*. Nam testes Dei sunt, quorum est veritatem Dei nuntiare hominibus: falsi testes Dei, qui pro veritate Dei falsa prædicant. Injuriam Dei probatio sequens exaggerat.

Quoniam testimonium diximus adversùs Deum, quòd suscitaverit Christum. Quia quicumque falsum aliquid annuntiat tanquàm Dei verbum, facit Deum mendacem,

Vers. 16. — Nam si mortui... Etenim si non est in genere resurrectio, nec est Christi resurrectio, quia, ut dictum est, sublato genere, tollitur et species et individuum

Vers. 17. — Quod si Christus... Fides nostra inanis est, non tantùm per respectum ad futurum, ut dictum est v. 14; sed et per respectum ad præteritum, quia adhuc sumus in peccatis nostris, quæ per baptismum nobis remissa non sunt. Baptismus sepulturam et resurrectionem Christi repræsentat, ut Rom. 6: sepulturam quidem per immersionem; resurrectionem verò per emersionem et erectionem ex aquis; si autem Christus non surrexit, baptismus falsum repræsentat; ergo fides quâ baptismum suscepistis, vana et falsa est; ergo peccata vestra non sunt remissa; nec enim baptismus falsus et falsum repræsentans potest justificare.

Nostra justificatio est effectus resurrectionis Christi; resurrexit propter nostram justificationem. Si ergo non resurrexit Christus, justificati non sumus; sublatâ enim causâ, tollitur effectus.

Vers. 18. — Ergo et qui dormierunt.... Ergo qui in fide et pro fide resurrectionis mortui sunt, v. g., sanctus Stephanus, perierunt, quia sicut vana fuit eorum fides, ita et mors vana et sine fructu; sicut falsa fuit illorum justificatio, ita et nulla salus.

Vers. 19. — Si in hac vita tantum... Quòd si in hâc tantùm vitâ speramus, et aliam feliciorem non speramus, sanè nos christiani sumus omnium hominum miserrimi. Alii namque hujus vitæ commodis utcumque fruuntur; nos autem nunc affligimur et mortificatione christianâ, et persecutionibus ob Christum, et post hanc vitam nulla nobis merces erit. Ad quid mortificatio, jejunia, vigiliæ, castitas, justitia, misericordia, si pro his nulla merces sit in futuro? Ad quid cruces, mors propter Evangelium, si nullus in æternitate fructus?

Vers. 20. — Nunc autem... Ex tot horrendis absurdis supra memoratis, sicut etiam ex prophetarum et apostolorum testimoniis superiùs relatis à v. 4 hucusque, concludit Apostolus certissimam esse debere Christi resurrectionem à mortuis. Hanc autem certissimam conclusionem statim assumit tanquàm principium, quo nostram probet à mortuis resurrectionem futuram. Itaque ex resurrectione Christi hucusque probatâ, et ut certissimâ nunc assumptâ, probat quòd et nos Christi membra resurgemus. Et hoc medio, seu argumento utitur à v. 20 ad v. 24, ubi viam sibi sternit ad aliud medium, scilicet ad promissam Christo à Patre æterno perfectam hostium suorum subjectionem; ex quâ promissione, seu potiùs, ex cujus promissionis executione infert Apostolus mortem destruendam, per nostram scilicet resurrectionem.

Nota ad intelligentiam.

Itaque ad intelligentiam subsequentium versuum, ubi rerum copia et permixtio quamdam parit obscuritatem, adverte duo præsertim media, seu argumenta, quibus Apostolus suum probat intentum, nostram nimirùm resurrectionem futuram: Primum medium, quo hic incipit uti, est certissima Christi, ut primitiarum dormientium, resurrectio: *Christus, primitiæ dormientium, resurrexit;* ergo et nos et cæteri dormientes resurgemus. Secundum medium, quo v. 24 incipit uti, est perfecta rerum omnium inimicarum subjectio imperio Christi; ex quâ subjectione infert mortis destructionem, et nostram resurrectionem. Juxta Pátris æterni promissionem Filio suo factam, omnes Christi hostes Christo perfectè subdentur; ergo mors, una è Christi hostibus, aliquando subdetur per suî destructionem et per nostram resurrectionem; ergo et nos resurgemus.

Cætera his duobus mediis permixta, aut sunt horum duorum explicationes, aut sequelæ, aut quædam eis naturaliter connexa, ut concomitantia.

Hæc clariùs patebunt in suis locis. Itaque ad litteræ explicationem:

Nunc autem..., id est: Atqui Christus certissimè resurrexit; et resurrexit, ut primitiæ ex dormientibus suscitandis, seu quasi primus fructus, ex mortis sinu abstractus, ad immortalitatem Deo oblatus, et totam suscitandorum messem consecrans. Sicut primitiæ erant frugum priores tempore et excellentiâ, ita Christus omnium justorum suscitandorum ad æternam felicitatem, primus tempore et dignitate surrexit immortalis. Equidem aliqui sunt à prophetis et ab ipso Christo ad vitam suscitati; sed rursùs morituri; Christus primus omnium surrexit immortalis.

Hinc infer quòd vel per temporis anticipationem D. Matthæus, cap. 27, 52, dicit multos in passione Christi suscitatos; vel illi rursùs mortui sunt: Christus enim primus revixit immortalis, et velut primitiæ qui nobis christianis vocantur dormientes in Christo, ob spem certam resurrectionis. Porrò quia dicere quis poterat fidem Christi prodesse saltem ad bona hujus vitæ: consequenter id etiam removet dicens:

Vers. 16, 17. — *Quem non suscitavit..... Quòd si Christus non resurrexit, vana est fides vestra,* fides inanis et vana, sive fides inutilis ac nullius fructûs. Id enim declarant quæ sequuntur.

Adhuc enim estis in peccatis vestris; ac si dicat: Ideò vanam et inutilem arguo fidem vestram, si Christus non resurrexit, quia si non resurrexit, adhuc estis in peccatis vestris, nempe quoad reatum mortis æternæ: id est, nondùm accepistis remissionem peccatorum, quam fides promittit. Quia si Christus non resurrexit, nondùm estis justificati: cùm in fide resurrectionis Christi vobis sita sit justitia. Resurrexit enim propter justificationem nostram. Rom. 4.

Vers. 18. — *Ergo et qui dormierunt in Christo,* qui scilicet in spe, fide, gratiâ et charitate Christi mortui sunt, *perierunt.* Qui dormierunt in Christo, hoc est,

Vers. 19. — *Si in hâc vitâ tantùm in Christo speramus sumus,* etc.; id est, si non ab eo expectamus bona futuri seculi, sed præsentis tantùm, sumus ergo miserabiliores cæteris hominibus; puta, hominum stultissimi sumus, utpote qui falsâ et inani spe resurrectionis, quæ nunquàm contingit, jejunia, mortificationes, persecutiones, aliaque durissima patimur: mundi carnisque voluptates abdicamus, cùm alii iis indulgeant.

Vers. 20. — *Nunc autem Christus resurrexit à mortuis,* etc. Primus tempore inter resurgentes ad vitam immortalem fuit Christus. Christus verò primus qui

omnium, qui cum resurrectionis spe moriuntur. Vel ergo illi tum Christo resurgente surrexerunt, vel rursùs mortui sunt.

Sicut primitiæ Deo oblatæ, generalem omnium frugum messem brevi futuram prætendebant, quam et consecrabant, ita Christus, ut primitiæ resurgentium ad immortalitatem, generalem promittit omnium electorum, fratrum et membrorum suorum, felicem resurrectionem, eamque Deo dicat et consecrat.

Observatio moralis.

Resurrectionem Christus, caput nostrum, dux noster, princeps noster, primitiæ nostræ, auspicatus est; alii multi, ejus membra, fideles, sancti, cum eo surrexerunt, velut ejus resurrectionis comites et asseclæ; ergo et nos ejus membra, subditi, filii, resurgemus aliquando. Et de hâc fide sæpè formandi sunt actus: *Credo quòd redemptor meus vivit*, surrexit immortalis; *Credo quòd et in carne meâ videbo salvatorem meum*; resurgam immortalis, et in *hâc carne meâ, videbo salvatorem meum.* Hæc spes in sinu meo requiescet, etiam in pulverem redacto.

Christi resurrectio nostræ basis est, forma et exemplar.

Vers. 21.—Quoniam quidem per hominem mors. Probat Christum esse primitias resurrectionis, et suâ resurrectione nobis spem dare ad immortalitatem resurgendi; et hujus dat rationem, *quoniam*, etc. Etenim æquum erat ut sicut per unum hominem, seu unius hominis peccato, mors intravit in mundum, sic per unum hominem, seu unius hominis justitiâ, mors destrueretur, et fieret mortuorum resurrectio. Ut sicut per unum Adamum mors ad omnes ejus naturæ participes pertingit, ita, per unum hominem Christum, vita et resurrectio beata ad omnes ejus gratiæ participes pertingeret.

Vers. 22. — Et sicut in Adam..., et sicut in Adamo, seu per et propter Adamum moriuntur quicumque moriuntur, ita in Christo, per Christum et propter Christum vivant beati quicumque vivent in æternum.

In his versibus resurrectio et vita in bonam partem sumuntur, seu pro resurrectione gloriosâ et ad vitam beatam, ut patet ex præcedentibus, ubi Christus dicitur primitiæ suscitandorum; et ex sequenti versu, ubi D. Paulus suscitandos indicans, loquitur tantùm de iis qui sunt Christi. Itaque de solâ sanctorum resurrectione hic agitur, cæterorum resurrectione habitâ pro nihilo, quia non resurgent ad vitam. Christi tamen meritum omninò sufficiens est ut omnes per ipsum vitam beatam acquirant.

Vers. 23. — Unusquisque autem in ordine suo... Probatâ resurrectione nostrâ, ex resurrectione Christi principis, ducis ac capitis nostri, explicat hujus nostræ resurrectionis ordinem, tanquàm quid ei naturaliter annexum; de hoc autem agit, ut hanc sanctorum resurrectionem clariùs explanet. Quasi diceret: Christus itaque vitæ gloriosæ principium est, sicut Adamus mortis est principium; ne putetis tamen quòd omnes ad vitam suscitandi, in hâc vitâ gloriosâ futuri sint æquales, sicut omnes morientes nunc in morte sunt æquales. Equidem omnium nunc hominum unus est introitus et unus exitus; sed non erit omnium suscitandorum æqualis ad vitam gloriosam suscitatio. *Unusquisque in ordine suo* vivificabitur, id est, in suo gradu et dignitate secundùm suorum meritorum exigentiam; seu plùs aut minùs gloriosus, juxta uniuscujusque merita.

Duplex est ordo temporis, scilicet et dignitatis; in sanctorum suscitatione non erit ordo temporis, quia omnes sancti, ut dicetur v. 52, *in momento, in ictu oculi* suscitabuntur. Restat ergo dicendum quòd futurus sit ordo dignitatis et meritorum; seu quòd unusquisque eò gloriosior et in animâ et in corpore surrecturus sit, quò fuerit in hâc mortali vitâ Christo similior; seu quò magis gratiæ Christi fuerit particeps. Gratia Christi principium nobis est futuræ resurrectionis in gloriâ; ergo quò major fuerit in uno quoque hæc Christi gratiæ participatio, eò dignior et gloriosior erit uniuscujusque participantis resurrectio. Hic igitur erit ordo.

Primitiæ Christus, Christus Dominus, omnium omninò primus et tempore et dignitate, utpote auctor gratiæ, et fons vitæ. *Ego sum resurrectio et vita*, etc.; resurrexit ad vitam beatam, gloriosam, et æternam. Hoc enim propriè significat vox *primitiæ*. Sic dicitur Christus *primogenitus mortuorum*, id est, ante omnes resurgens, et quasi renascens ex mortuis. Nullus ante eum resurrexit; sed omnes alii post eum. Siquidem et illi, de quibus scribit Matth. 27: *Multa corpora sanctorum qui dormierant surrexerunt* (quos omninò verisimile est ad immortalem vitam resurrexisse), juxta sententiam multorum valdè probabilem, non ante, sed post Christum resurrexerunt, velut gloriosæ ejus resurrectionis comites et asseclæ.

Nota. *Primitiæ* dicuntur primus terræ fructus, qui olim in lege veteri Deo offerebatur. Sic Christus post resurrectionem quasi primitivus fructus è terrâ, in quam quasi granum frumenti ceciderat, repullulans et renatus per resurrectionem Deo oblatus est.

Vers. 21. — *Quoniam quidem per hominem* (Adamum) *mors* (inducta est in homines, sic) *et per hominem* (Christum, inducta est) *resurrectio mortuorum.* Vox *quoniam*, dat causam cur Christus sit primitiæ resurgentium, quia scilicet per Christum, quasi antesignanum, et mortis dominatorem, in orbem invecta est resurrectio mortuorum.

Vers. 22. — *Et sicut in*, id est, per et propter, *Adam omnes moriuntur*, etc.; omnes qui sunt Christi, id est, omnes electi qui sunt membra Christi. Igitur hi omnes et soli per Christum vivificabuntur, id est, excitabuntur ad vitam beatam. Hanc enim vivificationem electis propriam, non autem eam quæ reprobis communis erit, intelligit.

Vers. 23. — *Unusquique autem in suo ordine*, Græcè, *in proprio ordine*, subaudi vivificabuntur. *Ordinem* intellige dignitatis ac meritorum, ut benè exponit Tertullianus, non autem temporis. Certè constat non inter omnes resurgentes fore temporis ordinem.

Primitiæ Christus, hoc est, ante omnes in Christo vivificandos, ipse Christus tanquàm primitiæ dormientium, ideòque primus dignitate, jam vivificatus est.

Deinde ii qui sunt Christi, qui in adventu ejus crediderunt. In ejus adventu, supple, credentes, hi post ipsum resurgent: licèt Vatablus et alii simpliciter sic accipiant: *In ejus adventu*, supple *resurgent.*

sicut Pater habet vitam in semetipso, ita dedit et Filio, etc. Is jam resurrexit, ipse resurrectio et vita et aliorum resurrectionis exemplar; et alii multi cum eo surrexerunt ejus gloriosæ resurrectionis comites et assecæ, de quibus D. Matth., 27, 52, 53.

Deinde ii qui sunt Christi..., id est, justi omnes, Christi gratiæ participes, Christi fratres et membra, qui per fidem, spem et charitatem Christo colligati, Deoque fideles permanserunt; illi, inquam, in secundo Christi adventu, resurgent in instanti quidem omnes, *sed unusquisque in ordine suo*, martyr ut martyr, doctor ut doctor, etc. Et rursùs *unusquisque in ordine suo*, eò gloriosior, quò fuerit Christo similior et Deo fidelior.

Gratia semen est gloriæ. Charitas mensura beatitudinis. Utraque ergo nostrum sit desiderium, studium (avaritia et ambitio nostra). *Quid mihi est in cœlo, et à te quid volui super terram? Deus cordis mei et pars mea Deus in æternum.*

Græc. : *Qui Christi sunt, in adventu ejus.* Christi appellat non solùm eos qui post ejus Incarnationem in ipsum crediderunt, sed eos etiam qui in lege et ante legem, pietate et virtute insignes fuerunt, Theodoretus.

Vers. 24. — Deinde finis, id est, post hanc gloriosam sanctorum resurrectionem, finis erit regni, seu Ecclesiæ Christi super terram; et consequenter erit consummatio seculi.

Cum tradiderit regnum Deo et Patri... Adjungit hìc Apostolus id quod generalem sanctorum resurrectionem sequetur, scilicet oblationem Ecclesiæ Deo Patri à Christo. *Cùm tradiderit*, id est, obtulerit, repræsentaverit *regnum*, id est, Ecclesiam suo sanguine acquisitam, quam scilicet cum gratiarum actione et submissione *Deo Patri* suo, tunc Christus Dominus offeret, ut bonorum omnium auctori et fini.

Notanda ad intelligentiam.

Christus post suam resurrectionem semetipsum à mortuis suscitatum, ut primitias sanctorum suscitandorum obtulit Deo Patri. Idem Christus post generalem omnium sanctorum suscitationem, totam suam Ecclesiam, sanctos omnes, ut plenam messem offeret eidem Deo Patri. In suà resurrectione semetipsum caput Ecclesiæ obtulit; tunc semetipsum integrum, id est, caput et corpus, omniaque membra sua gloriosa offeret, dedicabit et subjiciet Deo, omnium bonorum principio et fini, ut eum laudet, adoret, amet in æternum. Vel etiam præsentabit Ecclesiam, id est, eam in Dei conspectu constituet, non ut eam Deus incipiat aspicere, sed ut Deum sancti intueantur, et ipso fruantur. Adimplebit quod promisit. *Venite, benedicti Patris mei*, videte, intuemini, videntes et intuentes *possidete paratum vobis regnum....*

Equidem Christus caput nostrum Ecclesiam suam Deo nunc offert continuè; at nondùm à morte et à mortalitatis miseriâ liberam; nondùm à dæmonum insidiis tutam, nondùm perfectè sanctam. Adhuc enim ex aliquâ parte, id est, in quibusdam ejus membris dominatur peccatum; adhuc in ejus membris grassatur diabolus; mors et mortis miseriæ sæviunt. Tunc autem offeret eam ab omni prorsùs hoste liberam, planè sanctam, omninò beatam et penitùs gloriosam exhibebit Deo.

Cum evacuaverit omnem principatum..., id est, cùm abolverit omnem potestatem dæmonum, qui ex his ordinibus ceciderunt et nunc fideles lacessunt; quasi diceret : Cùm sibi perfectè subjecerit omnes suos et Ecclesiæ suæ hostes. Hìc sibi viam parat ad aliud argumentum, quo nostram Apostolus resurrectionem probaturus est, nimirùm ex perfectâ omnium Christi hostium debellatione et subjectione.

Vers. 25. — Oportet autem illum regnare.... D. Paulus manifestè respicit psal. 109 : *Dixit Dominus Domino meo....*

Supponenda ad intelligentiam.

Supponit ergo et habet in mente omnia in hoc psalmi loco contenta; et eadem nobis in mente sunt habenda, ad plenam Paulinæ argumentationis intelligentiam.

Supponit primò quòd Christus à mortuis suscitatus et in cœlum exaltatus, sedet à dextris Dei, ibique gloriosus regnat, devictis quidem hostibus suis, morte, peccato, diabolo, sed nondùm planè subditis, quia diabolus, quem in semetipso triumphavit, Coloss. 2, 15, adhuc in suis membris mysticis sævit; peccatum, cujus chirographum tulit de medio, affigens illud cruci, ibid. 14, adhuc in multis fidelibus dominatur; mors, quam in semetipso devicit resurgens, adhuc in sanctis vincit et regnat. Supponit secundò quòd Christo sic à dextris Dei sedenti et sic regnanti, Pater æternus promittit perfectam omnium hostium suorum, diaboli, peccati et mortis victoriam et subjectio-

Vers. 24. — *Deinde finis*, supple erit, id est, consummationem fore omnium rerum : eò quòd nulla sit ampliùs in expectatione futura rerum mutatio nimirùm peracto judicio, et eo completo quod sequitur :

Cùm tradiderit regnum, id est, Ecclesiam fidelium et congregationem electorum, *Deo et Patri;* utique hoc Christus homo, significatus per illum hominem nobilem, qui *abiit in regionem longinquam, accipere sibi regnum et reverti*, Luc. 19. Hoc autem Christi regnum Ecclesia ejus est, *quam acquisivit sanguine suo*, Act. 20, et quæ dicit in omnibus sanctis agno Christo : *Fecisti nos Deo nostro regnum*, Apoc. 5. Hoc ipsum regnum suum tradet Christus *Deo et Patri*, ut in eâ gloriosè in æternum regnet, *et regni ejus non erit finis*, Luc. 1. Tradet regnum *Deo et Patri*, id est, cum subjectione et gratiarum actione gloriosum illud regnum suum Deo Patri suo offeret, profitens universam regni sui gloriam illi auctori se acceptam referre : eamque professionem suam omnibus tam angelis quàm hominibus, nec electis modò, verùm etiam reprobis, faciet manifestam : ut omnes agnoscant potentiam et gloriam esse solius Dei : denique ad eum ut principium, et in eum ut finem omnia esse conferenda, ut sit Deus omnia in omnibus.

Cùm evacuaverit omnem principatum, et potestatem, et virtutem; q. d. : Cùm aboleverit Christus omnem principatum dæmonum, qui sunt et vocantur principatus et virtutes, ne ampliùs fideles lacessant; tunc tradet regnum jam dictum Patri, critque omnium finis et consummatio.

Vers. 25. — *Oportet autem illum regnare*, hoc est, Christum oportet regere Ecclesiam, *donec ponat*

nem. His suppositis *oportet autem illum regnare*..., id est, oportet Christum à dextris Dei sedentem, regnare eo quo cœpit modo, et de quo in suppositione primâ; DONEC, seu usquequò Pater æternus suum adimplens promissum, PONET OMNES EJUS INIMICOS, SUB PEDIBUS EJUS, id est, usque ad finem mundi.

VERS. 26. — NOVISSIMA AUTEM... ; tunc enim novissima, id est, post diabolum victum, post peccatum destructum, mors una ex inimicis Christi, annihilabitur, per generalem scilicet, et gloriosam sanctorum resurrectionem. Illam equidem in semetipso devicit à mortuis ipse resurgens; at eam perfectè et omninò destruet, omnes electos suos, omniaque membra sua à morte suscitans, nusquàm morituros, sed in æternum gloriosè victuros. Non sine causâ mors destruitur novissima. Etenim, ut ait D. Chrysostomus, in initio mors intravit novissima; priùs enim diaboli consilium et inobedientia, et tunc mors. Hinc etiam novissima destruetur post peccatum, post diaboli tyrannidem abolitam, *cùm evacuaverit*..., ut versu superiori.

OMNIA ENIM SUBJECIT.... Hanc eamdem mortis destructionem et nostram consequenter resurrectionem confirmat ex alio psalmo, scilicet octavo, mysticè intellecto, est enim de Adamo, ut figurâ Christi. *Omnia subjecit*, præteritum pro futuro, subjiciet, prophetarum more ad majorem certitudinem. Hoc autem verum non foret, nisi et mors destrueretur et planè Christo subjiceretur, etiam in ejus mystico corpore.

VERS. 27. — CUM AUTEM DICAT, supple Scriptura vel Propheta : OMNIA SUBJECTA... ; ne quis aut Judæus, aut quivis alius malè interpretetur quod jam dixit de generali omnium subjectione Christo futurâ, explicat Scripturam, dicens quòd sine dubio ab hâc enuntiatione generali excipiendus sit Deus ipse, qui omnia Filio suo subjecit. At excepto Deo, omnia prorsùs ei subjicientur.

VERS. 28. — CUM AUTEM SUBJECTA.... ; tantùm enim abest, ut Deus Christo subdatur, quin imò, ubi mors destructa fuerit et omnia Filio fuerint subdita, TUNC ET IPSE FILIUS, ut homo, cum omnibus suis, id est, Christus caput Ecclesiæ, cum omnibus membris suis, subjicietur Deo, Deumque gratus adorabit, laudabit et glorificabit in æternum.

UT SIT DEUS OMNIA IN OMNIBUS. *Ut* eventum dicit; atque ita Deus omnium bonorum auctor et finis, Rexque sanctorum in Christo et in omnibus illius membris plenissimè regnabit et glorificabitur. Illos possidebit et ab illis possidebitur; Deusque sic à fidelibus possessus, erit illis omnia, eorum perfecta beatitudo, omniumque desideriorum finis et adimpletio. *Deus erit omnia in omnibus* sanctis; in illis plenissimè regnabit, ab illis perfectè glorificabitur. *Deus erit omnia in omnibus* sanctis illum glorificantibus, id est, perfecta illorum beatitudo. Deum sancti ex toto corde, totâ mente, totis viribus amabunt; sanctos Deus suâ fruitione replebit et summè beatificabit. Quæcumque ab hominibus honestè desiderantur, et vita, et salus, et victus, et copia, et gloria, et honor, et pax, et omnia bona, ipse finis erit desideriorum nostrorum, quia tunc nihil deerit satietati nostrorum desideriorum. D. Anselmus.

Observatio moralis.

Nota hìc et mirare beatum æternitatis commercium. Sancti subjiciuntur Deo ut Patri, Deum laudant, amant, glorificant ut omnium bonorum auctorem. Deus sanctos diligit ut filios, omnium suorum bonorum possessione replet et beatificat, ut sunt felicitatis hæredes. O beatum commercium! O felicem sanctorum Deo subjectionem! Ergo Deo subjici et servire, regnare est; nec est alia sanctorum beatitudo, aut aliud regnum æternum quàm Deo subjici, servire, Deum amare, adorare, laudare, etc. Ergo et nunc Deo subjici et servire, regnare est; nec est hìc alia beatitudo, aliud bonum optandum. *Nonne ergo Deo subjecta erit anima mea? ab ipso enim salutare.*

VERS. 29. — ALIOQUIN QUID FACIENT....? Probatâ mortuorum resurrectione, tum ex Christi ipsius re-

(Deus Pater) *omnes inimicos* (dæmones et omnes reprobos) *sub pedibus ejus.*

VERS. 26. — *Novissima autem inimica destruetur mors. Mors*, quæ scilicet adhuc aliquatenùs regnat in corporibus sanctorum, omninò abolebitur in resurrectione. Ita Anselmus ; q. d. : Inter hostes mors ultimò destructur. Primus enim inimicus Christi et Christianorum est diabolus, qui à Christo in cruce victus est ; secundus est peccatum, quod à Christianis per gratiam Christi in hâc vitâ vincitur ; tertius est mors, quæ in resurrectione ultimâ vincetur.

Omnia enim subjecit sub pedibus ejus ; q. d.: Omnes homines, et angelos, bonos et malos, in resurrectione plane subjiciet Deus Christo. Nota, propheticè *subjecit*, idem est quòd certissimò subjiciet, ac si jam subjecisset.

VERS. 27. — *Cùm autem dicat*, nempe Scriptura sive Psalmista, *omnia subjecta sunt ei ; sine dubio, præter eum qui subjecit ei omnia* ; id autem est, præter Deum Patrem. Hoc Apostolus addidit ad significandum universalem subjectionem omnium sub Christo, ut dùm solus excipitur Pater, intelligamus omnia cætera sine exceptione Christo fore subjecta : et proinde benè concludi, quòd etiam mors ipsa tandem ei subjicienda sit, et ab eo destruenda per universalem electorum resuscitationem. Eamdem subjectionis omnium generalitatem apertissimè expressit, Hebr. 2 : *In eo*, inquit, *quòd omnia ei subjecit, nihil dimisit non subjectum ei.*

VERS. 28 — *Cùm autem subjecta fuerint illi omnia*, nimirùm, morte destructa novissima, *tunc et ipse Filius subjectus erit ei, qui subjecit sibi omnia.* Christus ut homo subjectus erit, id est, subjiciet et offeret se cum electis suis ad æternam Dei laudem, et participationem divinæ bonitatis, dominii et gloriæ. Ita Anselmus.

Ut sit Deus omnia in omnibus. Tunc in omnibus Deus erit omnia, quia nihil in electis erit mali, sed omnia bona, ac proinde nihil quod non sit Dei, ut in omnibus laudetur et glorificetur solus Deus. Vel, ut Deus in electis sit omnia, id est, vice rerum omnium ; scilicet, ut sit ipse nostra vita, salus, virtus, copia, gloria, etc. Tunc omnia in omnibus erit, ut singuli sanctorum omnes virtutes habeant, ut sit Christus totus in cunctis. Ita Hieronymus, Epistolâ ad Amandum.

VERS. 29. *Alioquin quid facient, qui baptizantur pro mortuis, si omnino mortui non resurgunt?* Alioquin, id est, si omninò non est mortuorum resurrectio, quem fructum reportabunt qui baptizantur jamjam morituri, et per hoc profitentur se baptizari propter sta-

surrectione, tum ex perfectâ rerum omnium submissione imperio Christi, nova nunc argumenta subnectit, ad illius veritatis confirmationem. Ac primò argumentatur ab exemplo eorum qui pro mortuis baptizabantur. Quid sit autem pro mortuis baptizari, notum erat Corinthiis; hinc et eis clarus erat hic Apostoli locus; quia verò nobis id ignotum, hinc et locus obscurus.

Porrò loci obscuritatem indicat interpretationum diversitas, quæ vix alibi major, ut videre est apud Estium, Cornelium, etc. Omnes interpretationes vidi et expendi, nullamque sine difficultate reperi. Una è communioribus est quòd Apostolus loquatur de clinicis, seu iis, qui ægroti et jamjam morituri baptismum suscipiebant. Sed præter quam quòd textus apostolicus de mortuis loquitur, non de morituris, hic abusus nondùm erat introductus apostolorum tempore; de eo nihil legimus in Scripturis, imò vix in historiis, ante quartum seculum. Erat ergo Corinthiis ignotus. Altera etiam valdè communis interpretatio vult Apostolum loqui de baptismo metaphorico afflictionum pro mortuis toleratarum. Sed hæc acceptio baptismi in sacris Scripturis est valdè rara et pro afflictione tantùm gravissimâ, quale est martyrium; et quæ debet forinsecùs, seu ab aliis advenire, non autem voluntariè imponi. Aliæ multæ afferuntur expositiones, sed quæ baptismum spectant in genere; et ideò alienæ sunt à mente D. Pauli, qui de quorumdam tantùm baptismo, non de quolibet loquitur.

Itaque apostolicæ simpliciter hæreo litteræ, et baptismum et mortuos ad litteram intelligo.

Notandum ad intelligentiam.

Tunc temporis quidam pro suis consanguineis, aut amicis, sine baptismo defunctis, baptizabantur, putantes hoc mortuis prodesse. Narrat D. Chrystomus, irridens tamen, quomodò id faciebant. Errabant illi, quatenùs credebant unum pro aliis posse baptizari; in aliquo tamen commendari poterant, scilicet, in hoc quòd fidem resurrectionis videbantur habere, ait D. Thomas. Errorem illorum non probat Apostolus, sed eorum facto et fide utitur ad suum intentum. Igitur sicut Athenis, arâ Deo ignoto sacrâ, usus est ad notitiam veri Dei prædicandam Atheniensibus, ita hic quorumdam facto, licèt superstitioso, utitur, ad fidem resurrectionis apud Corinthios confirmandam.

Sensus ergo est: Nisi resurgant mortui, quid proficiunt illi, qui baptizantur pro mortuis amicis suis? quam utilitatem per baptismum conferent eis? Ita divus Anselmus, Ambrosium secutus; hic enim sic habet:

In tantùm ratam et stabilem vult ostendere resurrectionem mortuorum, ut exemplum eorum, qui tam securi erant de futurâ resurrectione, ut etiam pro mortuis baptizarentur, si quem fortè mors prævenisset; timentes ne aut malè, aut non resurgeret, qui baptizatus non fuerat, vivus nomine mortui tingebatur. Unde subjecit: *Ut quid baptizantur pro illis?* Exemplo hoc factum non probat, sed fixam fidem in resurrectione ostendit. Ambrosiaster.

Grotius, qui hunc sensum sequitur, sicut et Erasmus, ait: Mirari hunc ritum eò minùs debemus, quòd nonnullis in locis ipsa mortuorum corpora sint baptizata, ut apparet ex canone qui aliis est 18, aliis 19, concilii Carthaginensis. Nec minùs mortuis corporibus data Eucharistia, ut nos docet idem canon Carthaginensis, et octogesimus tertius synodi in Trullo habitæ.

Ut quid et nos....? Quin et nos ipsi apostoli et Evangelii præcones, si non sit resurrectio mortuorum, et merces exspectanda, ut quid omni tempore, mediis nos objicimus periculis?

Vers. 31. — Quotidie morior... Taceo de aliis, sed quod ad me spectat, non tantùm dico, sed et juro per sanctam, quam de vobis habeo gloriam, quòd quotidiè in variis et continuis vitæ periculis versor. Quis autem id faciat, nisi qui meliorem sperat vitam et exspectat resurrectionem?

Per vestram gloriam, supple juro. Hoc in Græco indicat particula νή: hinc Syrus: *Juro per gloriam vestram.* Divus tamen Chrysostomus, Theodoretus et Theophylactus juramentum hic non agnoscunt, sed simpliciter vertunt: *Propter vestrum profectum. Per gloriam*, Græc., *per gloriationem*, seu per materiam quam habeo de vobis gloriandi ob fidem et conversionem vestram.

Quam habeo in Christo...., non ex me, sed per gratiam Domini nostri Jesu Christi, qui me fecit idoneum ministrum, et qui vestra corda movit.

tum futurum post hanc vitam? Corpora baptizantur, ergo corpora resurgent: dùm enim Sacramentum Baptismi impenditur corpori, corpus consecratur immortalitati, ait Tertullianus. Frequens erat primis Ecclesiæ temporibus, quando multi Baptismum differebant usque ad extremum vitæ, ut in lecto baptizarentur, ut plenè Baptismo ab omni culpâ et pœnâ purgati evolent in cœlum, beatam resurrectionem adepturi. Unde et *Clinici* dicuntur, quasi dicas *Lecturalii*: de quibus à Baptismo non repellendis multi canones exstant. Hic sensus apertus ac simplicissimus est, et ad probandum id quod Apostolus instituit, aptissimus.

Ut quid et baptizantur pro illis? Quorsùm, inquam, aut quorsùm, quæso, etiam pro statu post mortem futuro baptizantur, si à morte non est reditus ad vitam? Ac si dicat: Si vana est expectatio resurrectionis, et spes nostra non extenditur ultra terminum hujus vitæ; soli ergo victuri deberent baptizari, non qui illicò morituri sunt.

Vers. 30. — *Ut quid et nos*, etc.; q. d.: Stultè nos objicimus tot periculis et persecutionibus ob spem resurrectionis, si non est resurrectio.

Vers. 31. — *Quotidiè morior*, id est, mortis periculis quotidiè pro Evangelio, et gentium conversione me objicio.

Per vestram gloriam, fratres. Sensus est: Quotidianis vitæ periculis expositus sum, et, ut ita dicam, quotidianas mortes patior; ita juro per gloriam seu gloriationem, quâ de vobis glorior tanquam meis in Christo filiis.

Quam habeo in Christo Jesu Domino nostro, id est, quâ glorior per Christum Dominum, ex cujus merito et passione mihi provenit omnis gloriandi materia, nempe secundùm illud Gal. 6: *Mihi absit gloriari, nisi in cruce Domini nostri Jesu Christi.*

Vers. 32. — Si secundum hominem..., si humano tantùm studio, spe et fine temporalis gloriæ, et non ob spem resurrectionis et mercedis æternæ.

Ad bestias pugnavi Ephesi. D. Chrysostomus, Ambrosius, Erasmus in paraphr., Cajetanus id ad litteram de veris bestiis intelligunt; et id Nicephorus refert Histor. eccles. lib. 2, cap. 25. Baronius et alii communiter per bestias intelligunt homines efferatos, et refellit Baronius, Annal., tom. 1, ad annum Christi 55, Historiam Nicephori, ex apocryphis desumptam.

De hâc pugnâ, sive cum feris, sive cum efferatis hominibus, non est locutus D. Lucas in Actis, ut ostendit Baronius, et post eum Estius.

Quid mihi prodest....? quid mihi proderunt tot labores et pericula? Quin potiùs cum Epicureis, edamus...., Isai. 22. Hoc verbum est irridentis, ait divus Chrysostomus. Sic eorum objurgat insaniam, qui vel in corde credunt non fore resurrectionem; ostenditque qualis hinc consequentia. Christianismus destruitur, ut Epicureismus stabiliatur.

Vers. 33. — Nolite seduci.... Seriò nunc illos admonet ut sibi caveant. *Nolite seduci*, pravâ scilicet cum ejusmodi hominibus conversatione.

Corrumpunt enim mores bonos colloquia mala. Hoc à Menandro poetâ sumptum. Periculosa cum impiis commercia.

Vers. 34. — Evigilate, justi; Græc., *justè*, id est, ad justitiam, seu in posterum justè victuri. Tanquàm ebriis et furentibus hoc dicit, ait divus Chrysostomus, aberrantibus et infidelitate ebriis, ait Theodoretus. Expergiscimini ab erroris et voluptatum ebrietate ut justi sitis.

Et nolite peccare, à peccato abstinete, à voluptatibus abstinete. Ostendit quòd hæc sint semina incredulitatis, D. Chrysostomus.

Ignorantiam enim..., id est, quidam enim inter vos Dei cognitionem non habent; ad reverentiam vobis loquor. Hoc ad vestrum pudorem dicere cogor, ut scilicet pudefacti redeant ad sapientiam; et ut vos erubescatis, quòd tales aliqui sint inter vos. Justis etiam erubescendum de malorum vitiis et erroribus, præsertim verò prælatis, in quos redundat inferiorum error et defectus.

Ex his Apostoli verbis inferri potest quòd quidam pravis impiorum colloquiis seducti fuerant; et ita hujus vitæ curis et studiis incumbebant, ut viderentur alterius vitæ spem abjecisse. Tunc quidam; nunc autem quot?

Vers. 35.— Sed dicet aliquis. Stabilitâ resurrectionis veritate, duas aut tres Apost. resolvit objectiones, seu quæstiones, quæ à philosophis fiebant contra resurrectionis dogma. Prima quæstio : Quomodo resurgunt mortui, id est, quomodò et quâ virtute fieri potest, ut homines mortui, putrefacti et in pulverem redacti, revocentur ad vitam? Secunda quæstio : Quali corpore venient ad vitam? id est, suppositâ illorum resurrectione possibili, qualia erunt resurgentium corpora? Hujus secundæ quæstionis duplex est sensus, juxta duplicem illius respectum. Primus : Qualia erunt hæc corpora considerata per respectum ad id quod fuerunt dùm viverent? an talia, qualia tunc? Secundus : Qualia erunt hæc corpora considerata per respectum ad se invicem in illo resurrectionis statu? seu, an omnia resurgentium corpora erunt inter se paria? His tribus quæstionibus successivè respondet Apostolus, et quia philosopho, seu physico quærenti respondet, hinc responsiones suas physicis exprimit et illustrat comparationibus.

Vers. 36. — Insipiens, tu, quod seminas... Primæ quæstioni, id est, quomodò fieri potest ut mortui resurgant? respondet Apostolus, et quia hoc quærit philosophus, sapiens et amator sapientiæ, hinc, ait illi, *insipiens*, id est, falsò sapiens diceris, sed veriùs insipiens, qui non reflectens ad ea quæ te ministro quotidiè fiunt, quæris quomodò resurgunt mortui? *Tu* hoc energiam et emphasim habet. Comparat enim, aut potiùs opponit quærentis personam, cum Deo omnipotente. *Tu*, qui mortalis es, et peris, resurrectionis tamen quotidiè es epifex, et de Dei potentiâ dubitans, quæris : *Quomodò...? Quod seminas....*, granum quod in agro tuo seminas, mortuum et corruptum reviviscit, et nisi priùs mortuum fuerit et corruptum, non reviviscit. Hoc vides quotidiè te ministro fieri naturaliter, et hoc videns dubitas tamen quin Deus per suam omnipotentiam possit corpora mortua et corrupta restituere et ad vitam revocare? Si granum mortuum et corruptum te ministro reviviscit naturaliter, quomodò sapiens es, et dubitas quòd Deus supernaturaliter possit corpora mortua et corrupta resuscitare?

Vers. 32. — *Si (secundùm hominem) ad bestias pugnavi Ephesi, quid mihi prodest, si mortui non resurgunt?* Quòd (ut hominum more loquar, qui libenter commemorare solent pugnas suas et pericula, è quibus gloriosè evaserunt) cum adversariis meis, velut cum feris congressus, depugnavi Ephesi, et impetum eorum sustinui : *quid mihi prodest?* Græcè, *quæ mihi utilitas*, scilicet ex eâ pugnâ, pressurâ, et tolerantiâ; si non est mortuorum resurrectio?

Manducemus, et bibamus, cras enim moriemur, ac si dicat : Si non est futura mortuorum resurrectio; reliquum est, ut omnes vitam ducant Epicuream, et deliciis ac voluptatibus sese expleant, dicantque : Ede, lude, bibe, post mortem nulla voluptas.

Vers. 33. — *Nolite seduci.* Nolite decipi, ne sinatis vos abduci in errorem.

Corrumpunt mores bonos colloquia prava, dicti, scilicet, erroris, puta colloquia cum atheis et incredulis, qui negant resurrectionem.

Vers. 34. — *Exigilate, justi*, expergiscimini à peccato, ut justi sitis. Sensus est : Ab erroris et voluptatum ebrietate experrecti, jam sapite, et ad ea quæ justa et recta sunt, animum applicate. *Et nolite peccare. Ignorantiam enim Dei quidam habent;* ita vivunt, ac si Deum ignorent, qui se totos immergunt voluptatibus, ut ne cogitent quidem de Deo.

Ad reverentiam vobis loquor, id est, ad pudorem vobis loquor; pudor enim est christiano, dubitare de resurrectione et potentiâ divinâ.

Vers. 35, 36. — *Sed dicet aliquis...: Insipiens, tu quod seminas non vivificatur*, etc. *Nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit*, Joan. 12; indicans, non nisi morte intercedente corpora nostra ad vitam

His ergo verbis tria exprimit Apostolus : Primò indicat id fieri per Dei omnipotentiam ; secundò id facilè fieri posse demonstrat exemplo grani, etc., argumento à minori ad majus : Si hoc fit naturaliter, etc., quid per omnipotentiam?

Denique demonstrat quòd tantùm abest ut mors et corruptio sint resurrectionis obstacula, quin imò sunt ad illam præparationes prærequisitæ : sicut granum propterea vivit, quia corruptum, sic excitabimur, quia mortui.

NISI GRANUM FRUMENTI CADENS IN TERRAM..... Mors ergo non timenda, sed ut præparatio ad æternitatem aspicienda.

VERS. 37. — ET QUOD SEMINAS, NON CORPUS, QUOD FUTURUM EST. Secundæ quæstioni per primum respectum consideratæ respondet, scilicet : *Quali corpore venient?* seu qualia erunt resurgentium corpora? an talia qualia priùs? Respondet igitur Apostolus quòd erunt perfectiora, et id per grani reviviscentis comparationem demonstrat. *Quod seminas* in agro tuo, non id corpus est, quod nasciturum est ; seminas enim purum granum, v. g., tritici, hordei, vel alterius speciei, et cum pulchris indumentis germinat, ait Theodoretus.

VERS. 38. — DEUS AUTEM DAT ILLI CORPUS SICUT VULT. Huic autem semini putrefacto Deus per elementorum ministerium dat corpus congruum et conveniens, prout illi placuit, unicuique semini proprium corpus assignare. Dei ergo virtute exsurgit corpus ornatu suo alterum, spica scilicet cum culmo et foliis, etc.; corpus grano seminato pulchrius et decentius. Supple : Ita per divinam omnipotentiam de corporibus mortuis et in terrâ seminatis ; resurgent eadem quidem quoad substantiam, sed in qualitatibus valdè diversa, multò pulchriora atque perfectiora. Sicut ergo corpus ex grano mortuo et putrefacto nascens, ipso grano pulchrius et perfectius est, ita et corpus resurgens pulchrius erit et in suis qualitatibus perfectius, ut explicabitur v. 42. Et in hoc tantùm fit comparatio, quæ aliàs claudicat, in eo quòd spica sit aliud numero et substantiâ corpus, quàm granum quod seminatum sit. Nostrum verò corpus resurgens erit idem numero et in substantiâ ; sed in qualitatibus perfectius, seu, ut ait Ambrosius, et post eum D. Anselmus, melioratâ substantiâ, non numero multiplicatâ. Hunc autem esse Apostoli sensum probat v. 42, 43, etc. Mortalia seminata sunt, resurgent immortalitate vestita, v. 53, 54, etc.

ET UNICUIQUE SEMINUM PROPRIUM CORPUS..... Sic respondet hic secundæ quæstioni per primum respectum consideratæ, ut et incipiat eidem quæstioni per secundum respectum consideratæ respondere : scilicet, an resurgentium corpora erunt inter se paria? Sicut unicuique seminis grano Deus dat novum corpus proprium, ita unicuique sancto Deus in resurrectione dabit corpus proprium, id est, specialiter renovatum pro suis meritis. Hanc specialem uniuscujusque sancti pulchritudinem clariùs aliis illustrabit similitudinibus, in sequentibus versibus.

Sed interim nota quomodò Apostolus physicum physicâ aggreditur ratione, et ex mundi sapientiâ, de quâ sibi blanditur philosophus, non sapientem, sed insipientem esse demonstrat. Id benè notavit Ambrosius, et post eum S. Anselmus.

Quot adhuc hujusmodi insipientes, qui opera naturæ vident, et aliùs non assurgunt, ad Creatoris scilicet ac ipsius gratiæ notitiam? Hinc ergo discamus sapienter philosophari ex operibus naturæ, gratiæ miracula agnoscere et revereri. Sicut ex naturali seminis corrupti reviviscentiâ, supernaturalem corporum nostrorum resurrectionem futuram agnovit Apostolus ; sicut in pulchritudine et decentiâ corporis ex grano corrupto nascentis, sanctorum resurgentium corpoream etiam pulchritudinem demonstrat ; sicut ex proprià unicuique grano plantâ, propriam unicuique sancto pulchritudinem, juxta merita singulorum.

VERS. 39. — NON OMNIS CARO, EADEM CARO.... Per alias multas comparationes clariùs adhuc manifestat corporum resurgentium inter se invicem differentiam. Licèt enim, ut ait D. Chrysostomus, etiam in seminibus non sit unus ordo, sed alia sint præstantiora et honestiora, alia verò deteriora ; licèt, inquam, inter spicas quædam sit differentia, et aliæ sint aliis præstantiores, hâc tamen differentiâ non contentus Apostolus, majorem et manifestiorem exhibet inter sanctorum corpora. Ne putaremus ergo quòd omnia resurgentium futura sint inter se ad invicem paria, sicut omnes spicæ ejusdem speciei ferè pares sunt et æquales ; sed sicut diversorum animalium caro differt pro diversitate animantium ; ALIA SIQUIDEM, id est, alterius conditionis et dispositionis est CARO HOMINIS, alia caro bovis, etc. : ita caro diversorum hominum immortalium differet in glorià, pro uniuscujusque diverso me-

esse resurrectura : quomodò semen non exsurgit in corpus vivens, nisi priùs moriatur.

VERS. 37. — *Et quod seminas*, etc.; q. d.: Dùm seminas, non seminas corpus ex semine nasciturum, puta arborem, aut spicam, sed nudum semen, et granum pomi, vel tritici ; et tamen Deus huic grano seminato, et è terrâ renascenti reddit non aliud granum, sed integrum et pulchrum corpus, puta arboris vel spicæ, quod suo culmo, floribus, aristis et granis insuper et ornatur. Ita corpus nostrum seminatur mortale ; resurget autem vestitum immortalitate et glorià.

VERS. 38. — *Deus autem dat illi* (semini et grano) *corpus sicut vult* : etc. *Proprium*, id est, propriæ naturæ et speciei, quia grano, verbi gratiâ, tritici, Deus spicam et corpus dat, non hordei, vel avenæ, sed tritici, et sic de cæteris.

VERS. 39. — *Non omnis caro, eadem caro.* Sensus est : Non omnis caro ejusdem est naturæ, consistentiæ et præstantiæ. *Carnem* non corpus nominat, ut insinuet in verâ carne mortuos resurrecturos, non in corpore quod vel aereæ vel æthereæ sit naturæ. Idque confirmatur in symbolo fidei, carnis resurrectionem.

Sed alia quidem hominum, alia verò pecorum, alia volucrum, alia autem piscium. Porrò sentit Apostolus, sicut diversorum animantium diversa caro est, ita diversorum hominum fore diversa in resurrectione corpora, quæ ad gradus gloriæ, respondentes gradibus meritorum : ut qui minus meritus est, minùs ; qui magis, magis gloriosum corpus recipiat.

rito, seu, ut ait Ambrosius, ita unius carnis homines diversi erunt dignitate, in resurrectione.

Vers. 40. — Et corpora cœlestia...; et sicut cœlestium corporum, v. g., astrorum pulchritudo, alia est quàm pulchritudo corporum terrestrium, v. g., gemmarum, lapidum pretiosorum et metallorum; idque pro diversitate locorum et qualitatum; ita diversa erit resurgentium corporum gloria, pro diversis sanctorum meritis.

Vers. 41. — Alia claritas solis.....; et sicut astrorum ipsorum alia et diversa est claritas; *alia* quippe *solis*, alia lunæ....; ita uniuscujusque sancti diversa erit gloria ab alterius sancti glorià; unicuique sua erit propria. Omnes lucebunt, sed diversè lucebunt. Illis omnibus cœlum est commune, sed unicuique splendor proprius.

Supradictorum applicatio.

Vers. 42. — Sic et resurrectio mortuorum. Est certissimè applicatio ultimarum saltem similitudinum ad resurrectionem: Sicut animalium diversa caro; sicut cœlestium et terrestrium corporum diversa pulchritudo; sicut solis, lunæ et stellarum diversa claritas: sic sanctorum corpora diversis qualitatibus dotata resurgent; ita ut magnum inter illa futurum sit gloriæ discrimen. Verùm puto et quòd sit omnium supradictarum à v. 36 comparationum applicatio; quarum nulla hactenùs facta est applicatio ab Apostolo; et idem sensisse videtur Theodoretus, qui citatis Apostoli verbis, addit: *Nempe sicut est comparatio seminum.*

Igitur, sicut granum mortuum et corruptum reviviscit naturaliter, quia mortuum et corruptum, ita corpora nostra mortua et corrupta resurgent per Dei omnipotentiam, quia mortua et corrupta; sicut corpus in grano corrupto nascens, pulchrius est et perfectius grano corrupto, ita corpus resurgentium, licèt idem numero et substantià, multò tamen erit pulchrius et perfectius in suis qualitatibus; et sicut unicuique grano Deus dat corpus proprium, ita unicuique corpori sancto Deus propriam et singularem pulchritudinem dabit pro uniuscujusque merito. Et hanc pulchritudinis singularitatem clariùs demonstrat Apostolus, allatis similitudinibus, v. 39, 40, 41.

Vers. 40. — *Et corpora cœlestia, et corpora terrestria;* cœlestia quidem quæ in cœlo sunt, ut sol, luna stellæ; terrestria verò, quæ in terrâ sunt, ut arbores ac cætera vegetabilia terræ infixa: quæ tamen omnia suam ac propriam habent formam, pulchritudinem et quasi gloriam.

Sed alia quidem cœlestium gloria, alia autem terrestrium. Significat pro meritorum diversitate, quæ inter homines fideles maxima est, permagnam quoque futuram in corporibus resurgentium gloriæ diversitatem: veut si gloriam cœlestium corporum conferas cum glorià terrestrium.

Vers. 41, 42. — *Alia claritas solis... Sic et resurrectio mortuorum*, supple, erit, aut sese habebit. Aptè sancti et beati comparantur stellis. Sicut una stella alteri, ita et unus beatus alteri, uti gratiâ et meriti, ita gloria et præmiis præfulget, atque micat inter omnes Virginis sidus, velut inter ignes luna minores.

Seminatur in corruptione, surget in corruptione. Seminatur corpus humanum, dùm scilicet sepelitur, et

Ex supradictis colligenda.

Quòd si corporum varia et diversa sit gloria, quantò major et magis diversus animarum splendor? quandoquidem ex beatitudinis animæ redundantiâ profluet hæc corporum gloria. Quò plus fuerit meriti, eò major erit et in animâ et in corpore, gloria; quò profundior fuerit cordis humilitas, et major demissio animæ, eò splendidior erit exaltatio in glorià. Ama ergo nesciri nunc et pro nihilo reputari.

Porrò in hâc diversâ corporis et animæ sanctorum gloriâ, intuere et diversa damnatorum supplicia, tum in animâ, tum in corpore. Nec enim, ut D. Chrysostomus ait, omnia in eodem igne eàdem supplicii crudelitate torquebuntur. Ignis ille sapiens sapienter et justè pro demeritis unumquemque torquebit. Sicut sancti omnes, licèt in cœlorum regno, non omnes eamdem consequentur gloriam, ita licèt peccatores omnes sint in gehennâ, non omnes tamen eadem sustinebunt, Chrysostomus.

Seminatur in corruptione, surget in incorruptione. Post D. Chrysostomum puto quòd Apostolus dimissâ oratione de differentiâ corporum gloriosorum, redit ad resurrectionis modum, quasi diceret Apostolus: Sua quidem in resurrectione mortuorum unicuique erit gloria propria, ut in superioribus versibus dixi; hoc autem quod sequitur erit omnibus beatis corporibus commune, et in hoc unumquodque illorum suscitatum differet à semeptiso mortali.

Primò quòd *seminatur*, id est, sepelitur, in terrâ (insistit in similitudine cœptâ de grano), *seminatur* ergo corruptibile, corruptioni obnoxium et ut corrumpatur, resurget incorruptibile et impassibile.

Vers. 43. — Seminatur in ignobilitate..... Secundò quod sepelitur vile, difforme, abjectum, fœtidum et vermibus scatens, resurget cum splendore, claritate et gloriâ. Seminatur in infirmitate. Tertiò, sepelitur infirmum, invalidum, sine sensu et motu; surget in virtute, cum potentiâ et summâ agilitate.

Vers. 44. — Seminatur corpus animale.... Quartò sepelitur tale quale est animalium corpus, crassum, durum, impenetrabile, indigens, aut quod indiguit cibo et potu et aliis ad animalium vitam necessariis;

quasi semen in terram abjicitur, ut corrumpatur in vermes et cineres. *Seminari* vocat mori instar seminis. Quia Deus sic ordinavit ut corpora nostra non reformentur ad vitam gloriosam, nisi per mortem. Moritur corpus corruptibile: resurget incorruptibile.

Vers. 43. — *Seminatur in ignobilitate, surget in glorià.* Gloriosum, clarum, fulgidum. *Ignobilitatem* pro ignominia posuit interpres. Moritur corpus multis ante mortem miseriis et fœditatibus obnoxium: suscitabitur idem corpus ex parte gloriosum. Ubi Thomas specialiter significari putat dotem claritatis. Surget in glorià splendoris sicut sol. Ita Primasius.

Vers. 43, 44. — *Seminatur in infirmitate, surget in virtute;* Græce, *in potentia;* id est, potens, celer, agile.

Seminatur corpus animale, id est, quod vivat, aut potius quod vixit vita vegetativâ et sensitivâ, ut animalia, egens cibo et potu: item crassum, durum, cedere nesciens et impenetrabile, *surget corpus spirituale*, id est, spiritui subditum omninò et conformatum; ut

SURGET SPIRITUALE, instar spiritûs, nec cibo nec potu indigens, subtile, leve, penetrabile; spiritui omninò subditum et conformatum.

COLLIGENDA.

Hinc sancti Patres colligunt quatuor corporis gloriosi dotes, impassibilitatem, claritatem, agilitatem et subtilitatem. Hinc etiam infertur quòd corpora nostra nec specie, nec numero different à semetipsis, sed tantùm in qualitatibus. Ex corruptibilibus fient incorruptibilia, ex difformibus et abjectis clara et splendida; ex gravibus et crassis et vix se movere valentibus, agilia; ex animalibus, subtilia et spiritualia. Porrò spiritualia erunt, non spiritus; sicut nunc animalia sunt, non anima, ait sanctus Anselmus. Idem dixit D. Thomas contra hæreticos, opinantes quòd caro nostra in spiritum convertetur. Sicut nunc corpus nostrum est animale, non anima, sic et tunc erit spirituale, non spiritus, D. Thomas.

SI EST CORPUS ANIMALE.....; in Græco non est *si*, nec in Syriaco. Explicat Apostolus quod dixit, *corpus spirituale*, quasi diceret : Ne miremini quòd *corpus spirituale* dixerim, etenim sicut est *animale corpus*, ita et CORPUS EST SPIRITUALE : unum quod habemus à primo parente nostro secundùm carnem; alterum quod habebimus à nostro secundùm spiritum parente, Christo Jesu, Domino nostro. *Corpus animale* vocat corpus obnoxium indigentiæ animalium, scilicet cibi et potûs et actionibus animalibus implicitum. *Corpus spirituale* vocat corpus spiritui perfectè subditum et ab indigentiis animalium independens, seu, ut benè et paucis Ambrosius : Animale corpus est dùm cibis sustentatur, ut vivat; spirituale autem cùm horum nihil indiget, conversum in vitam.

Probat igitur quod asseruit : *Surget spirituale;* seu quòd in resurrectione spirituales erimus; et id paritate probat : sicut nunc animales sumus, quia primus parens noster secundùm carnem animalis fuit, ita in resurrectione spirituales erimus, quia Christus, noster secundùm spiritum parens, fuit in suâ resurrectione spiritalis. Quòd primus noster pater fuerit animalis, probat ex Scripturis.

VERS. 45. — SICUT SCRIPTUM EST, id est, de primo scriptum est Genes. 2, 7 : FACTUS EST PRIMUS HOMO, Adam, IN ANIMAM VIVENTEM, id est, anima vivens, vel animal vivens, seu habuit animam viventem, et quæ suo corpori vitam tribueret vegetativam, quæ ad suî conservationem indigeret alimentis, sicut indigent animalia. De animalibus etiam scriptum est Genes. 1, 24 : *Producat terra animam viventem.* Talis fuit Adæ vita, animalium indigentiis subdita, et aliam nobis dare non potuit; hinc animales sumus.

NOVISSIMUS ADAM, id est, Christus Dominus. Christus dicitur *Adam*, quia sicut ex Adamo secundùm carnem nascuntur omnes, ita ex Christo secundùm spiritum renascuntur omnes. Dicitur *novissimus Adam*, quia post eum nemo succedet, qui sit caput et auctor fidelium. Dicitur etiam secundus, quia inter Adamum et Christum non fuit medius, qui sit hominum caput et principium.

IN SPIRITUM VIVIFICANTEM, id est, Christus Dominus in suâ resurrectione factus est spiritus, carnem suam ita vivificans, ut animalium indigentiis non sit ampliùs subdita. Seu anima gloriosa Christi tunc facta est spiritus carnem suam spiritualiter vivificans, id est, vitam ei tribuens immortalem, impassibilem, claram, agilem; vitam ab omnibus animalium indigentiis independentem, et talem qualem habent spiritus. Equidem sancti Patres Græci per spiritum vivificantem intelligunt Spiritum sanctum, Christo substantialiter unitum, per quem et propriam carnem vivificat, et nobis per ipsum incorruptibilitatem donavit, ut ait Theophylactus post divum Chrysostomum. Sed prior explicatio, quæ plerorumque Latinorum est, accuratior videtur, et apostolico textui conformior. Etenim, juxta divi Pauli mentem, sicut in versu præcedenti opponuntur *corpus animale* et *corpus spirituale*, ita hic opponuntur, fieri *in animam viventem*, et fieri *in spiritum vivificantem.* Sicut ergo *corpus animale* ab Apostolo dicitur corpus, quod ad sui conservationem indiget alimento, velut animalium corpora; *corpus* verò *spirituale* vocat illud cui spiritus ita dominatur, ut solus ei sufficiat ad perpetuam vitam, et ad omnem actionem, ita per *animam viventem*, à quâ corpus animale dicitur, intelligit animam humanam, quatenùs animat et vegetat; quæ vegetatio fit per nutritionem. Et *per spiritum vivificantem* intelligit ipsam animam humanam, quatenùs per se valet et sufficit ad conservandum, movendum et regendum corpus suum, independenter ab omni alimento. *Adamus* itaque *factus est in animam viventem*, id est, habuit animam, quæ corpori suo vitam tribuit per vegetationem; hinc corpus habuit animale, et hoc cor-

cibo et potu non egeat, non laboret, non fatigetur, sed quasi cœleste sit, et deificatum, atque, ut Tertullianus ait, quasi in angelicum habitum sit commutatum. *Spiritale*, id est, subtile; ut instar spiritûs omnia alia corpora penetret et pervadat. Ita Damasc., l. 4 de Fide, cap. 28.

Si est corpus animale, est et spiritale; nam utraque hæc differentia corporis reperitur atque existit.

Sicut scriptum est, id est, sicut innuit Scriptura, Genes. 2.

VERS. 45. — *Factus est primus homo Adam in animam viventem*, hoc est, Adam factus est anima, id est, animal vivens vitâ sensitivâ et vegetativâ; ac proinde cibo, potu, aliisque fomentis alendum, et in animali hâc vitâ conservandum.

Novissimus Adam, id est, Christus, factus est *in spiritum vivificantem;* ut scilicet haberet post resurrectionem animam gloriosam, quæ instar vivifici spiritûs corpus planè vivificaret, illudque redderet spirituale, id est, instar spiritûs gloriosum, cibi expers, impassibile et immortale : corpus, inquam, tum suum, tum nostrum. Unde Theophyl., Chrysost., Theod., notant non dici *spiritum viventem, sed spiritum vivificantem.* Anima enim sive spiritus Christi, non tantùm vivit gloriosè in se, sed etiam vivificat, et eâdem vitâ gloriosâ donat tam animas quàm corpora nostra.

pus nobis, suis secundùm carnem filiis, tribuit. Christus autem Dominus, qui in suo quidem conceptu, corpus recepit animale; factus enim fuit etiam *in animam viventem*, sicut Adamus, ex quo secundùm carnem natus est. In suâ resurrectione factus est *in spiritum vivificantem;* tunc illius anima gloriosa carnem suam incœpit spiritualiter vivificare, vitam ei tribuens impassibilem, etc. Et hanc carnis spiritualitatem, seu hanc vitam immortalem, impassibilem, ab animalium indigentiis independentem, corporibus nostris impertietur in nostrâ resurrectione. Tunc Christus suam et nostram carnem vivificabit, corpus nostrum, sicut et illius, erit spirituale, impassibile, clarum, agile, subtile. Sicut nunc ab Adamo corpus habemus animale, ita tunc à Christo et à Christi meritis habebimus corpus spirituale; nosipsi spiritum habebimus nostra corpora vivificantem.

In eumdem v. 45 animadversio.

Communiorem exposui explicationem, et quam primò secutus sum: unum tamen in eâ mihi semper displicuit, scilicet quòd de unaquâque animâ beatâ dici possit quod soli Deo Scriptura tribuit, *spiritus vivificans.* Hinc re attentiùs examinatâ, simpliciorem, ac D. Pauli et sanctarum Scripturarum stylo, imò et antiquorum Patrum, interpretationi conformiorem, puto hanc, quæ sequitur, interpretationem:

Factus est primus homo Adam in animam viventem. Duo in his verbis animadverto: primum, quòd Adamus per suam animam vixit ipse, et quidem solus; secundum, quòd vixit vitâ animalium, indigentiis obnoxiâ. *Factus est in animam viventem*, id est, animal vivens, seu habuit animam, quæ suo proprio corpori vitam tribueret; at vitam, quæ ad suî conservationem, alimentis indigebat sicut, aliorum animalium vita.

Novissimus Adam in spiritum vivificantem. Duo pariter in his verbis contenta reperio, et quidem duobus superioribus opposita: primum, in suâ resurrectione Christus spirituali vitâ vivit, non animalium, sicut Adamus; secundum, Christus vivit, non ipse solus, sed et alios vivificat, non item Adamus. *Factus est in spiritum*, seu quasi spiritus, vitâ vivens spiritali, immortali, impassibili, etc. *Factus est in spiritum vivificantem*, seu *in spiritum*, quo non tantùm vivit ipse, sed quo vivificet spiritualiter alios, seu quo vitam aliis tribuat spiritualem, immortalem, æternam. Potestatem habet alios vivificandi; reverà tunc multos secum spiritualiter vivificavit, sanctos omnes in fine mundi vivificaturus. Equidem ab instanti conceptionis suæ Christus fuit vita, fons vitæ, et, ut ait ipsemet, *resurrectio et vita;* potuit, imò connaturaliter debuit spiritualiter vivere; potuit et alios spiritualiter vivificare; at id actu, et in se, et in aliis præstitit in suâ resurrectione. Tunc ergo propriè factus est spiritus vivificans, semetipsum spiritualiter vivificavit, multos suæ resurrectionis comites spiritualiter vivificavit, nos omnes in fine seculorum spiritualiter vivificabit. Tunc ergo spirituales erimus, seu corpus à Christo habebimus spirituale, sicut nunc ab Adamo corpus habemus animale; et hoc probat Apostolus.

Notanda ad intelligentiam.

Pro pleniore hujus loci intelligentiâ, et pro præveniendis et explicandis omnibus difficultatibus quæ ex utrâque illius parte possunt oriri, notandum primò, cum D. Thomâ, quòd forma humana dicitur anima et spiritus. Anima, quatenùs animat et vegetat, seu, ut ait D. Thomas, in quantum intendit curæ corporis, vegetando, nutriendo, generando, spiritus dicitur, quatenùs intendit cognitioni, intelligendo, volendo, et alia spiritualia operando. Positâ hâc distinctione, quæ in ipsis Scripturæ verbis fundatur, divus Paulus hoc Genesis loco subtiliter utitur ad suum intentum, scilicet ad ostendendum discrimen vitæ quam nunc habemus ab Adamo, et vitæ quam in resurrectione habebimus à Christo Domino. Adamus in suâ creatione, seu per animæ suæ infusionem, vixit ipse, at vitâ dependente à cibo, potu, somno, sicut animalia; quæ etiam in Genesi dicuntur facta in animam viventem; et quia talis fuit Adæ vita, talis est et vita quam ab eo traximus. Christus autem Dominus in suâ resurrectione, quæ est illius quasi gloriosa nativitas, *factus est in spiritum vivificantem.* Primò factus est spiritus, seu vitâ vivit spiritali, impassibili, immortali, æternâ, etc.; secundò, factus est spiritus vivificans; hanc eamdem vitam spiritualem aliis communicare cœpit; et hanc eamdem vitam spiritualem nobis in resurrectione communicabit. Hinc spirituales erimus, corpus habebimus à Christo spirituale, sicut nunc ab Adamo corpus habemus animale.

Notandum secundò quòd D. Paulus his Genesis verbis, ad suum intentum utens, et dicens de Adamo quòd *factus est in animam viventem*, seu animal vivens, non propterea negat quòd Adæ anima sit spiritualis, seu spiritus, et consequenter ab animalium animabus valdè diversa, eisque longè superior; imò hoc supponit Apostolus, utpote in eodem Genesis loco contentum; unde hæc verba desumit. Ibi enim Moyses de creatione animæ Adami loquens, mirabili utitur metaphorâ, dicens: *Inspiravit in faciem ejus spiraculum vitæ*, ut indicaret eam non ex materiâ, sicut animas animalium, sed quasi ex divinis præcordiis eductam esse, et ideò divinam, spiritualem, et Deo similem.

De piscium creatione loquens Moyses, dixerat, Genes. 1, 20: *Producant aquæ reptile animæ viventis;* de animalium creatione dixit quoque Deus: *Producat terra animam viventem in genere suo*, ibidem 24, his verbis manifestè ostendens quòd hæ animalium animæ sint è materiâ eductæ: piscium scilicet ex aquis; animalium verò terrestrium è terrâ.

Atverò cùm de hominis agit creatione, longè aliter loquitur, Genes. 2, 7: *Formavit Deus hominem*, id est, corpus hominis, *de limo terræ*: ecce corporis humani formationem per Dei manus; *et inspiravit in faciem ejus spiraculum vitæ;* ecce infusionem animæ. Hanc Deus *inspiravit*, insufflavit, id est, non ex aquis, non è terrâ, non ex ullâ materiâ, sed ex suis præcordiis Deus eduxit. Quasi diceret: Divini cordis halitus

est anima hominis, et ideò divina, Deo similis, spiritualis. Et hoc divus Paulus, Scripturarum peritissimus, supponit, imò asserit, cùm alia verba his annexa citat : *Et factus et in animam viventem.*

Notandum tertiò quòd divus Paulus asserens de Christo quòd factus sit *in spiritum vivificantem*, non negat quòd in suo conceptu Christus animale corpus receperit, seu corpus animalium indigentiis subditum; tunc enim sicut Adamus, de quo secundùm carnem natus est, *factus est in animam viventem.* Sed de Christo resurgente debet intelligi divus Paulus, juxta quem Christi resurrectio est gloriosa illius nativitas, de quâ ipsemet, Act. 13, 33, intelligit quod in psalm. 2 : *Filius meus es tu, ego hodiè genui te;* resuscitans Jesum, dixit : *Filius meus es tu*, Act. 13, 33. In hâc ergo nativitate gloriosâ Christus *factus* est *spiritus vivificans :* spiritus quidem, quia vitam duxit spiritualem, beatam et divinam, seu, ut alibi idem Apostolus ait : *Nunc vivit ex virtute Dei;* vivificans autem, quia hanc vitam spiritualem, beatam et divinam dedit sanctis resurrectionis suæ comitibus, et hanc nobis vitam dabit aliquando.

Vers. 46. — Sed non prius quod spiritale..., supple corpus, id est : Sed spirituale corpus non est in nobis priùs tempore, sed corpus animale : hoc enim in illud convertetur. Seu priùs habemus animale corpus, quale habuit Adam, imò et ipse Christus, suæ vitæ mortalis tempore; postea verò, in resurrectione scilicet, spirituale corpus habebimus, quale nunc Christus habet. Ab imperfectioribus ad perfectiora fit progressus; sic priùs facti sumus pueri quàm viri.

Vers. 47. — Primus homo de terra terrenus; Græc., *limaceus*, seu de limo. Alteram assignat nostrorum principiorum differentiam, et istius differentiæ rationem congruitatis : *Primus homo*, quia de terrâ factus, ideò *terrenus* et animalis; secundus homo, quia *de* cœlo (etenim de sinu Patris, in Virginis sinum descendit), et quia origine cœlestis, ideò in suâ resurrectione factus est planè cœlestis, gloriosus, et incorruptibilis. Equidem Christo, Filio Dei, connaturaliter corpus gloriosum, ab instanti conceptionis suæ debebatur; sed quia passurus veniebat, et nos suâ passione redempturus, et quia aliunde hæc corporis gloria cum passionibus erat incompossibilis, ideò eam non admisit nisi in suâ resurrectione, ubi factus est planè cœlestis, et omninò gloriosus.

Vers. 46, 47. — *Sed non priùs quod spiritale est... Primus homo de terrâ*, etc. Christus dicitur *cœlestis*, id est, gloriosus et incorruptibilis, uti sunt corpora cœlestia. Hanc cœlestem gloriam Christus in animâ habuit reipsà à principio nativitatis et conceptionis suæ. Sensus est : Secundus homo Christus Dominus, qui de cœlo est, id est, divinam habens originem, utpote natus ex Deo; per resurrectionem factus est, etiam corpore cœlestis, id est, qualitates suæ dignitati congruentes etiam secundum corpus accepit, factus scilicet immortalis, impassibilis, et omni ex parte gloriosus.

Vers. 48. — *Qualis terrenus, tales et terreni;* sicut Adam è terrâ terrenus mortuus est, et in terram redibit, ita et omnes terreni ab eo nati in terram redibunt. *Et qualis cœlestis, tales et cœlestes;* ut sicut Christus per resurrectionem adeptus est corpus cœleste, id est, immortale et gloriosum, ita et ex eo renati sancti fiant cœlestes, id est, immortales et gloriosi.

Vers. 49. — *Igitur, sicut portavimus imaginem terreni*, etc. Sensus : Et sicut gestavimus in nobis imaginem terreni Adam; quatenùs etiam ipsi terreni facti sumus et per hoc ei similes : ita quoque gestabimus in nobis imaginem hominis cœlestis, scilicet Christi; quatenùs et ipsi secundùm corpora cœlestes erimus per beatam resurrectionem, proindèque futuri quædam illius imagines. Ita Theodor., Theophyl. et Œcumen.

Vers. 48. — Qualis terrenus, tales et terreni..., id est, quale corpus habuit pater noster terrenus, tale et nobis, suis secundùm carnem filiis, communicavit : hinc terreni sumus, animales, fragiles, mortales, etc.

Et qualis cœlestis, talis et cœlestes, id est, et quale corpus habet noster cœlestis Pater, tale et nobis, suis secundùm spiritum filiis, communicabit in resurrectione, corpus scilicet spirituale, cœleste, immortale, impassibile, dignum prorsùs habitaculo cœlesti. Corporis Christi gloria est exemplar futuræ gloriæ corporum nostrorum. *Reformabit corpus humilitatis nostræ, configuratum corpori claritatis suæ.* Circa corpus Adami, nota quòd in statu innocentiæ erat quidem, ratione suæ materiæ, in terram resolubile et mortale; sed ob gratiam erat immortale; mori poterat ex naturâ, ex gratiâ non erat moriturum, at post peccatum mori debuit.

Vers. 49. — Igitur sicut portavimus. A litterâ transit ad moralitatem, et modum docet quo nos ad hanc cum Christo glorioso conformitatem præparemus. Ut ergo cœlestes, sicut Christus, efficiamur quemadmodùm ante baptismum, nostris moribus improbis, Adamo terreno et peccatori similes fuimus, animales, terræ affixi, peccatores, inobedientes; ita nunc in Christo renati, et ad ejus gloriæ societatem vocati, sanctis moribus nostris, Christo Patri nostro cœlesti et divino similes simus, sancti, cœlestes et divini. Nunc ipsius imaginem in corde portemus, affectibus, moribus et operatione, ut illam aliquando portemus etiam in corpore. Et hic est hujus loci sensus, juxta nostram Vulgatam, qui juxta Græcum hodiernum paulò alius est; quia ubi legimus *portemus*, Græc. habet, *portabimus;* Syr. etiam in futuro, *induemus;* Theodoretus etiam, *portabimus;* prædicentis est, ait, non adhortantis, *portemus.* D. tamen Chrysostomus habet, *portemus;* Theophylactus utrumque. Juxta lectionem in futuro hic sensus est : Sicut habuimus corpus simile corpori Adæ terreni, id est, corpus miseriis et mortalitati obnoxium, ita et habebimus corpus simile corpori Adami cœlestis, gloriosum, spirituale, etc. Sive legas, *portabimus*, per modum prædicentis, sive, *portemus*, per modum adhortantis, in re parùm refert; utrumque enim verum est. Portabimus enim aliquando, si modò portemus. Hoc ergo ut realiter eveniat nobis, nunc moraliter portemus imaginem Christi, in corde, in ore, in opere.

Vers. 50. — Hoc autem dico..... Hic versus, sicut et præcedens, et physicè et moraliter potest intelligi, et in utroque verus est.

Si moraliter sumatur, explicat præcedentem versum, juxta nostram Vulgatam intellectum; quasi diceret : De hoc non frustra vos moneo, scilicet ut in mente et in corde portemus imaginem nostri parentis spiritualis et cœlestis.

Quia caro et sanguis, id est, opera carnis, homines carnales, carnis affectibus subditi, regnum Dei hæreditate possidere non possunt. Cœlo non potietur, qui non desierit secundùm desideria carnis et sanguinis vivere.

Neque corruptio.... Clariùs adhuc explicat quid per carnem et sanguinem intellexerit, scilicet opera carnis, libidinem, etc. Quisquis ergo desiderat ad incorruptionis gloriam pervenire, festinet opera carnis deponere, et cœlestis hominis imaginem, sanctè vivendo, portare, ait D. Anselmus.

Si sumatur physicè, explicat præcedentem versum juxta Græcum hodiernum, estque sensus : *Caro et sanguis*, naturalis, corruptibilis, seu corpus animale et terrenum, quale nunc habemus ab Adamo, regnum Dei possidere non possunt; cum illo gloriæ statu non conveniunt. *Neque corruptio....*, id est, caro animalis et corruptibilis, statum incorruptibilem et immortalem possidebit. In cœlo non erit animale corpus, sed spirituale, eo quo supra, v. 38 et 42, explicatum est sensu. Erit enim caro vera et eadem cum nostrâ, carlem, inquam, quoad substantiam, sed in qualitatibus meliorata et multò perfectior, ut dictum est v. 44, et ut rursùm dicetur v. 53.

Vers. 51. — Ecce mysterium vobis dico.... Post solutas philosophorum objectiones, Apostolus Corinthios alloquitur, et eos, ut nihil hâc in re lateat, docet modum quo fiet resurrectio. *Ecce.* Vult illos attentos, magnum quid et arcanum et hactenùs inauditum, eis dicturus, *mysterium.*

Omnes quidem resurgemus (boni scilicet et mali), sed non omnes immutabimur, ad gloriam, seu non omnes ex animalibus fiemus spirituales (eo quo supra-dictum est modo), sed tantùm justi. Græcus hodiernus habet omninò contrarium : *Omnes quidem non dormiemus, omnes autem immutabimur;* Syrus etiam : *Non omnes obdormiemus, omnes autem immutabimur.* Hanc litteram sequuntur et explicant D. Chrysostomus, Theodoretus, Theophylactus. Et propter hunc textum, et propter verba Apostoli primæ ad Thess., 4, v. 14, Græci putant quòd non omnes justi morituri sint, sed quòd illi quos adventus Domini vivos deprehenderit, sint, nullâ intercedente morte, induturi dotes gloriosi corporis, seu ex animalibus spirituales evasuri, ut ait Theophylactus, ex D. Chrysostomo. Hanc Græcorum opinionem sequitur Cajetanus, qui putat hoc esse magnum mysterium, quod Apostolus hìc docet : *Non dormiemus omnes, sed omnes tamen immutabimur.* Sequitur et Erasmus, imò Estius veriorem putat et fusè probat, putatque apostolico scopo convenientiorem.

Hæc igitur opinio propter auctorum gravitatem, nec erroris, nec temeritatis notari potest. Opposita tamen, quæ censet omnes morituros et resurrecturos, est probabilior, certior et aptiùs cohærens generalibus D. Pauli locutionibus, ad Heb. 9 : *Statutum est hominibus semel mori;* hìc, v. 12 : *Sicut in Adam omnes moriuntur*, etc. Vide dicta cap. 4 primæ Epist. ad Thess., v. 16.

Omnes ergo morientur, et omnes resurgent.

Vers. 52. — In momento... Explicat ergo mirabilem resurrectionis modum : ad tantum opus, scilicet, ad omnes prorsùs homines, qui usquàm fuerunt, suscitandos, non longa requiritur temporis mora; sed in momento; Græc., *in atomo*, id est, in indivisibili temporis puncto perficietur omnium omninò hominum resurrectio.

In ictu oculi; Syr.: *Quasi in ictu oculi*; Arab. : *In nictatione oculi*, seu motu, seu citiùs quàm fiat ictus oculi, summâ celeritate; ad ostendendam Dei omnipotentiam contra eos quibus supra, v. 35, impossibilis videbatur mortuorum resurrrectio, Ambrosius et post eum Anselmus.

Et hoc arcanum puto quod Corinthios hìc docet

Vers. 50. — *Hoc autem dico, fratres;* hoc est, inquit, quod volo dicere.

Quia caro et sanguis regnum Dei possidere non possunt : neque corruptio incorruptelam possidebit. Caro et sanguis accipitur pro homine mortali. *Caro et sanguis*, scilicet, naturalis et corruptibilis, qualis fuit terreni Adam, et qualem habemus in hâc vitâ, regnum Dei non possidebunt. Quod enim v. 46 et 47 Apostolus vocavit corpus animale et terrenum, hìc vocat *carnem et sanguinem.* Tantùm enim vult ostendere, in cœlo non fore corpus animale et carnale, quale hìc est : sed spirituale et cœleste. Unde explicans subdit : *Neque corruptio*, id est, caro animalis et corruptibilis, *incorruptionem possidebit.* Ita Theod., Theoph., Ambros.

Vers. 51. — *Ecce mysterium vobis dico.* Hisce verbis Apostolus excitat attentionem legentium, atque insinuat se quid magnum, tremendum, secretum de resurrectione dicturum. Ita Theophylactus.

Omnes quidem resurgemus, sed non omnes immutabimur, per gloriam scilicet.

Vers. 52. — *In momento.* Repentè resurgemus; Græcè, *in atomo*, id est, in indivisibili, uti est punctum temporis, et ictus sive nictus oculi, ut sequitur. *Atomus* (inquit S. Hieronym.) *est punctum temporis quod secari et dividi non potest.*

In ictu oculi. Hæc duo, *in momento et in ictu oculi*, Paulo summam celeritatem significant, hoc est, instantaneam. Sunt autem referenda ad verbum *immutabimur*, ut sensus sit, illam immutationem omnium electorum in statu incorruptibili, non exigere moram temporis, quo fiat ac perficiatur, proinde posse fieri, ut peragatur in puncto temporis, id est, in instanti.

In novissimâ tubâ. Dicitur tuba hæc novissima respectu omnium præcedentium : canente ultimâ tubâ, quam 1 Thessal. 4 vocat tubam Dei, et vocem archangeli, de quâ etiam Dominus, Matth. 24 : *Et mittet* (Filius hominis) *angelos suos cum tubâ et voce magnâ.* Et Joan. 5 : *Omnes qui in monumentis sunt, audient vocem ejus.*

Et mortui resurgent incorrupti; eos qui mortui erunt et in Christo dormientes, ad sonitum tubæ suscitandos ac resurrecturos esse incorruptibiles, hoc est, immortales et impassibiles. Nam significatur incorruptio perfecta, quam dotem impassibilitatis appellant

Apostolus, sicut et idem docuit Thessalonicenses. Vide ibi dicta cap. 4 primæ Epist., v. 14. Ipse D. Chrysostomus hoc putat esse arcanum quod docet hic Apostolus. Idem dicit et Theophylactus, licèt sentiant non omnes esse morituros.

In novissima tuba, id est, ad clangorem tubæ, quà dabitur ultimum signum. Solebant Judæi tubâ populum convocare. Vide Num. 10, v. 27.

Canet enim tuba, id est, personabit tuba extremi judicii prænuntiat, sive sit vera et realis tuba, sive sit vox archangeli sonora, potens et efficax, de quâ in Epist. ad Thess. 4, v. 15.

Et mortui...; tunc mortui omnes, etiam reprobi, resurgent immortales, ad corruptionis statum nunquàm reversuri. Etiam reprobi resurgent incorrupti integritate membrorum, sed tamen corrumpendi dolore pœnarum, ait Anselmus post D. Aug., Epist. 146. Totum quod pertinet ad ordinem naturæ, conferetur etiam reprobis, D. Thomas.

Et nos...., justi scilicet; exponit quod dixit : *Non omnes immutabimur*, sed nos justi tantùm ad felicem statum reformabimur, ex animalibus fiemus spirituales. Secundùm Græcos, *et nos justi*, qui tunc vivemus, in dotes gloriosas, sine morte, transformabimur. Non dicit de seipso, sed de iis qui invenientur vivi, D. Chysostomus.

Sed cur hoc in primâ personâ sæpè dicit, vide ad Thess. cap. 4, v. 15, ut nos exemplo suo doceat de incertâ et terribili die judicii cogitare, loqui, tremere, et ad illam nos continuè præparare.

Vers. 53. — Oportet enim corruptibile hoc.... *Oportet*, quia Deus decrevit, *corruptibile hoc*, manu palpans et nutu indicans corpus suum. Hoc idem numero corpus, carnem et corruptioni nunc obnoxium. corpus idem manet, mortalitas autem et corruptio aboletur et evanescit, Theophylactus.

Induere, tanquàm vestem pretiosam, incorruptionem, seu *incorruptibilitatem*, quæ morbum, dolorem et mortem prorsùs excludat.

Et mortale hoc...., hoc idem numero corpus, ob peccatum morti obnoxium, induere immortalitatem. Erit eadem caro, nunc mortalis, tunc immortalis, sicut idem est corpus vestitum, non vestitum.

Vers. 54. — Cum autem mortale hoc.... Cùm igitur hoc corpus factum fuerit, ex mortali et corruptibili, immortale et incorruptibile.

Tunc fiet, id est, tunc adimplebitur Scriptura, quæ dicit : Absorpta est mors in victoria. Aliqui volunt hoc ex Isaiæ 25, 8, sumi, ubi D. Hieronymus vertit, *præcipitabit mortem*. Alii volunt ex Oseâ, non ad verbum, sed ad sensum, cap. 13, 14 : *De manu mortis liberabo eos*, etc.; quod, inquiunt, idem est. Vide Cornel. à Lapide. *Absorpta est*, absumpta in totum et in æternum destructa; sicque nihil ab eâ timendum erit sanctis, *in victoriâ*, id est, per victoriam, quâ superata est à Christo.

Christus à mortuis resurgens vicit mortem; idem Christus sanctos suos in fine mundi suscitans à morte, mortem absorbebit in æternum, illam ad nihilum rediget (nusquàm comparebit, sicut aqua cùm absorpta fuerit, ait D. Anselmus).

Vers. 55. — Ubi est, mors, victoria....? Propheta et post eum Apostolus, in personâ justorum triumphum canit de morte et inferno, seu de statu mortuorum. Tanquàm Deo sacrificans pro victoriâ, ait D. Chrysostomus, et Deo afflatus, et futura videns quasi jam facta, jacenti morti insultat. *Ubi est, mors, victoria tua?* Victoria tua, quâ absorbueras corpora morientium, temporalis fuit; victoria nostra, quâ absorpta es in corporibus resurgentium, æterna constabit, D. Anselmus.

Ubi est, mors, stimulus tuus? Aculeus, quo solebas homines confodere, periit, confractus est.

Vers. 56. — Stimulus autem mortis peccatum est. Osee dictum explicat evangelico sensu. *Stimulus mortis*, quo nos confodit, *peccatum est;* sicut scorpio, mors in aculeo robur habet, Theophylactus. Peccatum est stimulus mortis; et consequenter illâ gravius, et ea in ipso vim habet, D. Chysostomus. Aculeus autem mortis dicitur, quo mors facta est, non quem mors fecit; peccato enim morimur, non morte peccamus. Aculeus mortis est peccatum originale, per cujus vulnus mors intravit, divus Anselmus.

Virtus verò peccati lex, id est, potentia, vis, robur peccati lex, quia per occasionem legis, peccatum vetantis, revixit et vires accepit peccatum.

Nitimur in vitium.

Deinde *virtus peccati lex*, quia peccatum eò gravius est, quò magis patet peccanti voluntas Dei peccatum vetantis; patet autem clarissimè per legem voluntas Dei. Sicut lex contulit ad cognoscendum peccatum, ita etiam ad augendum supplicium, D. Chrysostomus. Majus et fortius est peccatum per scientiam, D. Ambrosius, seu, ut creditur, Hilarius Diaconus. Ante legem peccatores erant homines, post legem prævaricatores, id est, graviùs peccaverunt, scilicet contra

theologi, id est, quæ omnem offensivam passionem excludat.

Vers. 53. — *Oportet enim corruptibile hoc induere incorruptionem*, etc. Pronomen *hoc* idem individuum corpus demonstrat.

Vers. 54. — *Cùm autem mortale hoc induerit immortalitatem, tunc fiet sermo, qui scriptus est. Tunc*, et eo ipso, *fiet*, implebitur hæc Scriptura : *Absorpta est mors in victoriâ*. Hæc sumpta est non ad verbum, sed quoad sensum ex Oseæ 13, ubi dicitur : *De manu mortis liberabo eos, de morte redimam eos*. Hoc enim in re idem est cum eo quod hic ait Apostolus : *Absorpta est mors in victoriâ*.

Vers. 55. — *Ubi est, mors, victoria tua?* etc. Citat Paulus Oseæ cap. 13, ubi noster vertit : *Ero mors tua, ò Mors; morsus tuus ero, inferne*. Sensus est : *Ubi est, Mors, victoria et stimulus tuus*, quo soles homines occidere eisque dominari? Q. d.: Periit, confractus est à Christo, qui est mors tua, ô mors, et morsu suo te, ô inferne, disrupit et absorpsit.

Vers. 56. — *Stimulus autem mortis peccatum est. Stimulus*, per quem scilicet mors nobis præcipuè nocet et pungit. Sicut enim scorpius licèt parvus sit, per aculeum, ita mors per peccatum omnes occidit, ait Theophyl., quæ sine peccato nihil poterat.

Virtus verò peccati lex; q. d : Peccatum maximè

legem ostendentem et damnantem peccatum, ut docet D. Aug., serm. 45 de Tempore. Si autem dùm vellet prohibere, id reddidit gravius, non est culpa in remedium conferenda, sed in eum qui malè usus est medicamento, divus Chrysostomus.

Vers. 57. — Deo autem gratias..... agamus, qui nobis dedit gratis et liberaliter vincere peccatum, et consequenter mortem, quæ est pœna peccati.

Per Dominum nostrum Jesum Christum, id est, per merita Domini nostri Jesu Christi, à quo nobis omnis gratia, quà peccatum vincimus. Sed Deo gratias agimus, qui dedit nobis victoriam de morte et aculeo ejus, ut vinceremus mortem per immortalem resurrectionem; et aculeum ejus, peccatum, per gratuitam justificationem. *Per Jesum Christum Dominum nostrum*, per quem mediatorem omnia bona quæ habemus, dantur nobis à Patre, S. Anselmus.

Vers. 58. — Itaque, fratres mei..., hortando concludit: Cùm sciatis quòd resurrectio futura sit, et consequenter merces bonorum et malorum; deinceps estote stabiles in fide resurrectionis, et immobiles, ita ut nemo vos de hoc statu fidei et spei futuræ dimovere possit. *Stabiles et immobiles* dicit, ut per hanc repetitionem firmitatis et constantiæ necessitatem ostendat, quasi diceret: Ne tantisper in hâc fide vacilletis. Fides resurrectionis est ædificii christiani fundamentum; hoc fundamento vacillante, nutat ædificium.

Abundantes...., Syr.: *Sed estote semper progredientes*, in opere Domini, id est, in bonis et sanctis operibus, quibus vos ad resurrectionem præparetis.

Scientes...., cùm per fidem sciatis laborem vestrum non fore vobis inanem et à mercede vacuum, sed magnam vobis fore mercedem in Domino. Etenim resurgemus et in æternum vivemus beati in Domino et cum Domino; hæredes Dei, cohæredes Christi; immensis Dei bonis fruemur in æternum. Hanc itaque mercedem possumus et debemus intueri, quâ nos ad laborem animemus. Si labor terret, merces invitet, ait divus Bernardus.

Nota cum D. Chrysostomo, non tantùm bona operantes, sed libenter et abundanter et quidem semper, quod fiet, si omnia in charitate fiant.

vires exerit per legem, id est, per occasionem legis vetantis: semper enim nitimur in vetitum, cupimusque negata. Ita Theodor., Theophyl., Ambros., Anselm.

Vers. 57. — *Deo autem gratias* agimus, *qui dedit nobis victoriam* (de peccato et morte) *per Dominum nostrum Jesum Christum*. Mors autem non destruitur nisi vita reddatur, et quidem perpetua: quod non contigit nisi per resurrectionem justis promissam.

Vers. 58. — *Itaque, fratres mei dilecti, stabiles estote et immobiles*, in fide scilicet resurrectionis, ut abundetis in operibus bonis, quæ Domino Deo placent, ad ea vos excitando per spem resurrectionis et præmii æterni: scientes quòd labor vester non erit inanis, nec mercedis expers apud Dominum. Hoc enim est *in Domino*.

Abundantes in opere Domini semper. Bona opera vocat *opus Domini*, vel quia Dominus ea diligit et exigit à nobis, ut exponit Theophylactus, astipulante Hervæo, qui interpretatur opus *mandatorum Domini*: vel quia Dominus ea in nobis operatur. *Deus est enim*, ait idem Apostolus, *qui operatur in vobis et velle et perficere*, Philip. 2. Generaliter intelligi potest opus Domini, quodcumque fit ad Christi Domini gloriam et honorem: quale esse debet omne opus hominis christiani.

Scientes quòd labor vester non est inanis in Domino, hoc est, certissimè persuasi, quòd opera vestra bona non erunt à mercede vacua apud Dominum. *Laborem* vocat opera bona, quòd non sine labore et molestiâ fiant. Labor vester propter Dominum susceptus non erit frustraneus. Ita Œcumenius.

Corollarium est resurrectio mortuorum.

Credo quòd Redemptor meus vivit, à mortuis surrexit, vivit, sedet, regnat beatus ad dexteram Dei, v. 3, 4, 5, etc. Credo quòd Redemptor meus, Spiritus vivificans, resurrectio ipsa, vita et fons vitæ, me vivificabit mortuum; à mortuis surrecturus sum, in æternum spiritualiter victurus, v. 12, 20, 23, 24. Credo quòd in hâc carne meâ vivificatus, sed et spiritualis, impassibilis, immortalis, clarus, agilis, subtilis factus, videbo Deum, Salvatorem meum, beatus, hæres Dei, cohæres Christi, v. 28, 42, 43, 44, 55. Hoc credens, hocque sperans, gemo, desidero, expecto, memetipsum præparare volo. Gemo, ob hujus vitæ miserias, ob hujus animalis et mortalis corporis aggravationes. *Quis me liberabit à corpore mortis hujus?* Desidero pacificum Cristi regnum, beatam societatem, perfectam cum Christo conformitatem, humilitatis corporis nostri reformationem, per configurationem cum corpore claritatis Christi, hocque desiderans, dico: *Adveniat regnum tuum*. Expecto Christi regnum; expecto igitur gaudens et lætus; utquid timeam mortem, quæ est transitus et præparatio ad vitam! interim Deo subjecta erit anima mea, quod et regnare est, v. 28. Ad æternum regnum me præparo imitatione Christi, mortificatione, patientiâ, humilitate, charitate. Utinam Salvatoris mei imaginem in animâ meâ modò portem, per gratiam ejus, per virtutes christianas, ut et ejus imaginem per gloriam in æternitate portem, v. 49, 50.

CAPUT XVI.

1. De collectis autem, quæ fiunt in sanctos, sicut ordinavi ecclesiis Galatiæ, ita et vos facite.

2. Per unam sabbati unusquisque vestrûm apud se seponat, recondens quod ei benè placuerit; ut non cùm venero, tunc collectæ fiant.

3. Cùm autem præsens fuero, quos probaveritis per epistolas, hos mittam perferre gratiam vestram in Jerusalem.

CHAPITRE XVI.

1. Quant aux aumônes qu'on recueille pour les saints, faites la même chose que j'ai ordonnée aux églises de Galatie.

2. Que chacun de vous mette quelque chose à part chez soi le premier jour de la semaine, l'amassant peu à peu selon sa bonne volonté, afin qu'on n'attende pas à mon arrivée à recueillir les aumônes.

3. Et lorsque je serai arrivé, j'enverrai, avec des lettres de recommandation, ceux que vous aurez jugés propres pour porter vos charités à Jérusalem.

4. Quòd si dignum fuerit ut et ego eam, mecum ibunt.

5. Veniam autem ad vos, cùm Macedoniam pertransiero; nam Macedoniam pertransibo.

6. Apud vos autem forsitan manebo, vel etiam hiemabo; ut vos me deducatis quòcumque iero.

7. Nolo enim vos modò in transitu videre, spero enim me aliquantulùm temporis manere apud vos, si Dominus permiserit.

8. Permanebo autem Ephesi, usque ad Pentecosten.

9. Ostium enim mihi apertum est magnum et evidens, et adversarii multi.

10. Si autem venerit Timotheus, videte ut sine timore sit apud vos; opus enim Domini operatur, sicut et ego.

11. Ne quis ergo illum spernat; deducite autem illum in pace, ut veniat ad me; expecto enim illum cum fratribus.

12. De Apollo autem fratre vobis notum facio, quoniam multùm rogavi eum ut veniret ad vos cum fratribus; et utique non fuit voluntas ut nunc veniret: veniet autem, cùm ei vacuum fuerit.

13. Vigilate, state in fide, viriliter agite, et confortamini.

14. Omnia vestra in charitate fiant.

15. Obsecro autem vos, fratres, nôstis domum Stephanæ, et Fortunati, et Achaici; quoniam sunt primitiæ Achaiæ, et in ministerium sanctorum ordinaverunt seipsos:

16. Ut et vos subditi sitis ejusmodi, et omni cooperanti et laboranti.

17. Gaudeo autem in præsentiâ Stephanæ, et Fortunati, et Achaici; quoniam id, quod vobis deerat, ipsi suppleverant:

18. Refecerunt enim et meum spiritum, et vestrum. Cognoscite ergo qui hujusmodi sunt.

19. Salutant vos ecclesiæ Asiæ. Salutant vos in Domino multùm Aquila et Priscilla, cum domesticâ suâ ecclesiâ; apud quos et hospitor.

20. Salutant vos omnes fratres. Salutate invicem in osculo sancto.

21. Salutatio meâ manu Pauli.

22. Si quis non amat Dominum nostrum Jesum Christum, sit anathema, Maran atha.

23. Gratia Domini nostri Jesu Christi vobiscum

24. Charitas mea cum omnibus vobis in Christo Jesu. Amen.

4. Si la chose mérite que j'y aille moi-même, ils viendront avec moi.

5. Or j'irai vous voir quand j'aurai passé par la Macédoine, car je passerai par cette province;

6. Il se peut-être que je m'arrêterai chez vous, et que même j'y passerai l'hiver, afin que vous me conduisiez à l'lieu où je pourrai aller.

7. Car je ne veux pas cette fois vous voir en passant, mais j'espère que je demeurerai assez longtemps chez vous, si le Seigneur le permet.

8. Je demeurerai à Ephèse jusqu'au jour de la Pentecote;

9. Car Dieu m'y ouvre visiblement une grande porte, et il s'y élève contre moi plusieurs ennemis.

10. Si Timothée va vous trouver, ayez soin qu'il soit en sûreté chez vous, parce qu'il travaille à l'œuvre du Seigneur aussi bien que moi.

11. Que personne donc ne le méprise; mais reconduisez-le en paix afin qu'il vienne me trouver, parce que je l'attends avec nos frères.

12. Pour ce qui est de mon frère Apollon, je vous assure que je l'ai fort prié d'aller vous voir avec quelques-uns de nos frères; mais enfin il n'a pas cru devoir le faire présentement. Il ira vous voir lorsqu'il en aura trouvé une occasion favorable.

13. Soyez vigilants; demeurez fermes dans la foi; agissez courageusement et soyez pleins de force;

14. Faites avec amour tout ce que vous faites.

15. Vous connaissez, mes frères, la famille de Stéphanas, de Fortunat et d'Achaïque : vous savez qu'ils ont été les prémices de l'Achaie, et qu'ils se sont consacrés au service des saints.

16. Je vous prie donc d'avoir pour eux la déférence qui leur est due, et pour tous ceux qui contribuent par leur peine et par leur travail à l'œuvre de Dieu.

17. Au reste, je me réjouis de l'arrivée de Stéphanas, de Fortunat et d'Achaïque, parce qu'ils ont suppléé à ce qui me manquait à cause de votre absence;

18. Car ils ont consolé mon esprit, aussi bien que le vôtre. Honorez donc de telles personnes.

19. Les églises d'Asie vous saluent. Aquilas et Priscille, chez qui je demeure, et l'église qui est dans leur maison, vous saluent avec beaucoup d'affection en Notre Seigneur.

20. Tous nos frères vous saluent. Saluez-vous les uns les autres par un saint baiser.

21. Je vous écris ce salut, moi Paul, de ma propre main.

22. Si quelqu'un n'aime point Notre-Seigneur Jésus-Christ, qu'il soit anathème : Maran atha.

23. Que la grâce de Notre-Seigneur Jésus-Christ soit avec vous.

24. J'ai pour vous tous une charité sincère en Jésus-Christ. Amen.

ANALYSIS.

Quatuor primis versiculis Corinthios monet de collectâ pro pauperibus Jerosolymitanis faciendâ, eisque modum prescribit hanc eleemosynam et colligendi, et mittendi.

℣ 5. *De seipso loquitur Apostolus Corinthiis, quasi eis, familiariter nuntians quæ sit facturus, quò iturus, quando ad eos venturus, et quamdiù apud eos permansurus.*

℣ 10. *Timotheum commendans, tria pro illo petit ab eis : ut sit apud eos securus, habeatur in honore, deducatur pacificè.*

℣ 12. *Sic excusat Apollo quòd nunc ad Corinthios non vadat, ut eos tamen solatur spe futuræ Apollo apud eos præsentiæ, ubi vacuum fuerit.*

Reliqua insinuit in commendationibus et salutationibus. Non diligentes Dominum nostrum Jesum Christum anathematizat; diligentes amplectitur.

1. Quod spectat ad collectionem pecuniarum pro eleemosynis, quæ fiunt pro sublevandis pauperibus christianis, habitantibus Jerusalem; idem vos facite quod ecclesiæ Galatiæ faciendum præcepi.

2. Die Dominicâ unusquisque vestrûm apud se reponat, ac recondat quod ei benè visum fuerit; et hoc moneo, ut in promptu sit pecunia, et non, cùm venero, tunc colligenda;

3. Cùm autem ad vos venero, quoscumque ex vobis elegeritis, ego hos cum meis litteris mittam Jerosolymam, ut vestram perferant beneficentiam.

4. Quòd si operæ pretium fuerit ut et ego illùc vadam, mecum ibunt.

5. Ad vos autem veniam, cùm pertransiero Macedoniam: siquidem Macedoniam obiter pertransibo.

6. Apud vos autem forsan permanebo, quin etiam foriassis hiemabo, ut post hiemem, vos me deducatis quòcumque proficiscar.

7. Nolo nunc obiter et viam transiturus vos invisere; spero etenim me aliquantulum tempus apud vos commorature, si Dominus id permiserit

8. Interim Ephesi commorabor usque ad Pentecosten.

9. Siquidem spes magna et evidens affulget fructûs uberis, sed non sine negotio, quia adversarii multi, qui conantur impedire.

10. Quòd si venerit ad vos Timotheus, videte ne quid illi contingat apud vos periculi; opus enim Domini in Evangelio promovendo mecum operatur, estque meus collega, et cooperarius.

11. Ne quis ergo illum, ut juvenem ætate spernat; sed ut apostolum illum honorate, abeuntem comitantes, et officiosè deducentes, ut ad me veniat; nam illum expecto cum fratribus.

12. Quod attinet ad Apollo, quem desideratis, notum vobis facio quòd illum vehementer hortatus sum ut ad vos iret cum aliquot fratribus; at certas ob causas non fuit illi voluntas ad vos nunc eundi; ibit autem cùm erit opportunitas et otium.

13. Interim, dùm ad vos venio, vigilate, vestræ saluti attenti, state in fide susceptâ, infracto sitis animo contra malè suadentes, et fortes vosmet præstate.

14. Omnia vestra fiant in charitate et cum charitate.

15. Nôstis, fratres, quæ et qualis sit domus Stephanæ, et Fortunati, et Achaici; scitis quia primi ex Achaiâ credidérunt Domino, et sese totos fidelium ministerio dederunt, solita in eos charitatis exhibentes officia; hinc ego vos obsecro

16. Ut illos revereamini, eisque et omnibus hujusmodi cooperantibus, et ad Evangelii propagationem laborantibus, honorem et obsequia præstetis.

17. Grata mihi fuit hìc præsentia Stephanæ, et Fortunati, et Achaici, quia præsentiæ vestræ defectum suppleverunt.

18. Suo contubernio et colloquio refocillàrunt spiritum meum, imò et vestrum, quia totus vester. Tales ergo peculiari honore prosequamini.

19. Salutant vos omnes Ecclesiæ, quæ sunt in Asiâ, Minori scilicet; salutant vos plurimùm in Domino Aquila et Priscilla, cum eâ quæ in domo eorum est, Ecclesiâ, apud quos et ego hospitor Ephesi.

20. Salutant vos omnes fideles; et vos salutate invicem in osculo pietatis, symbolo charitatis.

21. Saluto vos ego Paulus, atque id meâ propriâ manu subscribo.

22. Si quis non amat Dominum nostrum Jesum Christum, sit anathema: Maran Atha.

23. Gratia Domini nostri Jesu Christi sit vobiscum. Vos omnes sincerè diligo et amplector in Christo Jesu, Domino nostro; ita et vos invicem diligite in Christo Jesu. Amen.

COMMENTARIA.

Vers. 1. — De collectis autem...; Græc., *de collectâ*, seu de collectione pecuniarum pro eleemosynis.

Quæ fiunt in sanctos; Græc., *quæ in sanctos*. Verbum non exprimitur, sed subintelligitur, vel quæ fit, vel quæ facienda est; *in sanctos*, id est, pro sublevandis pauperibus christianis habitantibus Jerusalem, vel in Judæâ. Hi à suis contribulibus, ob Christi fidem, fuerant omnibus exuti bonis, Hebr. 10, 34, et eos apostoli in concilio Jerosolymitano commendàrunt Paulo et Barnabæ ad gentes missis, ad Galat. 2, 10; *tantùm ut pauperum memores essemus, quod sollicitus fui facere.*

Sicut ordinavi; Syr., *quemadmodùm præcepi*. Sensus ergo est: Quod spectat ad collectionem pecuniarum pro sanctis, seu fidelibus Jerosolymitanis sublevandis faciendam, vos idem facite, quod ecclesiis Galatiæ faciendum præcepi; seu eumdem servate modum, quem illis constituì. Modum præcipit, rem non præcipit, sed liberam relinquit.

Vers. 2. — Per unam sabbati...; Græc., *sabbatorum*. Duplex hìc hebraismus. Primus, *una*, pro, prima; apud Judæos numerus cardinalis ponebatur pro numerali, ut Gen. 1, v. 5: *Factumque est vespere et mane, dies unus*, id est, primus. Secundus hebraismus, *sabbati*, pro, hebdomadæ. Apud eosdem

Vers. 1. — *De collectis autem*, etc. *In sanctos*, hoc est, in christianos pauperes Hierosolymis agentes.

Vers. 2. — *Per unam sabbati*, id est, in primo die hebdomadæ, videlicet dominicâ, *unusquisque vestrùm apud se ponat, recondens quod ei benè placuerit*. Ut scilicet ante cœnam et agapen cuisque apud se seponat, quod mox veniens in Ecclesiam ad cœnam offerat in eleemosynam et collectam. *Recondens*, Græcè *thesaurizans*, quod de eo propriè dicitur, qui paulatim collecta reponit et cumulat. *Quod ei benè placuerit*, pro modo facultatum seu lucri hebdomadarii quisque seponat et cumulum faciat, tribuendum in collectam publicam.

Ut non, cùm venero, tunc collectæ fiant. Vult Apostolus collectas priùs fieri particulatim per dies dominicas: ut, cùm venerit, paratas eas inveniat, ita nimirùm, ut, summa ex iis confianda statim mitti possit Hierosolymam.

Judæos sabbatum erat septima dies, hæcque dies erat sacra et tota Deo devota. Ab hâc autem die, tanquàm à nobiliori parte, et ipsa hebdomada dicebatur sabbatum, ut : *Jejuno bis in sabbato*, id est, in hebdomadâ; et omnes alii dies dicebantur etiam sabbata, sed cum addito, prima sabbati, secunda sabbati, etc., id est, prima à sabbato, seu post sabbatum, etc., secunda post sabbatum. Itaque septima dies dicebatur absolutè sabbatum, cæteræ cum addito. *Per unam ergo sabbati*, id est, primâ die à sabbato, seu die dominicâ, primâ die hebdomadæ. *Per unam sabbatorum*, id est, primâ dierum hebdomadæ.

Unusquisque vestrum apud se seponat, recondens. Græc., *thesaurizans*, id est, paulatim accumulans, tribuendum postea in collectione publicâ.

Quod ei benè placuerit. Libera est eleemosyna. Græc., quod prosperatum fuerit, seu quod, Deo prospero, benè successerit. A Deo est prosperitas; hinc et ad Deum referenda; facultates à Deo suppeditantur; ideò in Deum refundendæ, seu quasi primitiæ, seu quasi decimæ.

Itaque sensus est: *Unusquisque vestrùm*, die Dominicâ apud se (in arculâ quâdam domesticâ, ait D. Chrysostomus) *seponat*, paulatim thesaurizans, seu cumulum faciens, tribuendum in collectione publicâ, quod ei benè visum fuerit, pro modo facultatum et lucri, prout Deus ei benedixerit; ut cùm venero, non fiant tunc collectæ, sed paratæ sint, tantùmque restet summam ex eis conflatam mittere Jerosolymam.

Nota doctrinalis.

Ex hoc loco benè colligitur quòd jam tum ab apostolis septimæ diei solemnitas translata fuerit in diem Dominicam; ideò enim Apostolus vult primâ die post sabbatum collectas fieri, quia eâ die, utpote Dominicâ, conveniebant fideles divina celebraturi mysteria, sicque opportunitas erat eleemosynas colligendi. Hinc etiam benè colligitur quòd non omnia scripta sint, quæ servari jusserunt apostoli; sed quædam vivâ voce tradita, quæ traditiones apostolicæ dicuntur.

Observatio moralis.

Ex hoc eodem loco et ex praxi quam in hâc die docet Apostolus, discat quilibet Christianus quod dies Dominica, dies orationis sit et eleemosynæ dies; et ideò eleemosynæ, quia dies orationis. Oraturus, et ideò quasi mendicus, accedis ad Deum, da mendicis ut exaudiaris; da, et dabitur tibi; quâ mensurâ mensus fueris, remetietur tibi. Eleemosynis redime peccata tua, ut dimissis peccatis tuis, gratus ores et exaudiaris. Eleemosyna diei Dominicæ erit redemptio peccatorum in hebdomadâ præteritâ commissorum; erit et præservatio à peccatis in hebdomadâ sequenti; sicque hæc eleemosyna redimet à præteritis, et præservabit à futuris. D. Chrysostomus hanc fidelibus oraturis dabat praxim.

Praxis christiana.

Pauperum arculam domi faciamus, et juxta locum in quo stas orans, sita sit, et quoties ad orandum fueris ingressus, depone primùm eleemosynam, et tunc emitte precationem, etc. Hanc habens arculam, habes arma adversùs diabolum; precationem reddis alatam; sanctam domum construis, quæ habet alimenta regis intùs recondita. Ideò et juxta lectum sita sit arcula, noxque nullis perturbabitur visis et insomniis; tantùm in eâ nihil injiciatur ex injustitiâ. Chrysostomus in Morali.

Superiùs dixerat : Domum tuam fac ecclesiam, arculam gazophylacium; esto custos sacræ pecuniæ, à te ipso ordinatus dispensator pauperum; benignitas et humanitas dat tibi hoc sacerdotium.

Vers. 3. — Cum autem præsens fuero; Græc., *cùm affuero;* Syr., *cùm advenero.*

Quos probaveritis..., seu quos ex vobis elegeritis, ut fideles, et ad hoc opus aptos, ego eos mittam cum litteris meis, quibus scilicet et vestram liberalitatem commendem, et de eorum fidelitate testimonium perhibeam.

Perferre gratiam vestram, id est, beneficentiam. Divus Chrysostomus notat quòd divus Paulus abstinet à nomine eleemosynæ; utitur autem nomine gratiæ, ut ostendat eos magna operari, ut ostendat eos lucrari.

Vers. 4. — Quòd si dignum fuerit... Quòd si collecta tanta sit, ut æquum sit me ire, eos comitabor. Corinthios paulò tenaciores excitat ad largitatem; sed nota quàm sollicitè Paulus vitet minima scandala, minimamque suspicionem.

Quos probaveritis. Liberam relinquit electionem.

Mecum ibunt, ne videatur aliquid sibi velle decerpere.

Vers. 5. — Veniam autem ad vos... Aperit illis, quasi amicis suis, quid sit facturus, etc. An hæc omnia inferiùs dicenda compleverit Apostolus, controvertitur. Sed noto quòd hæc et similia verba significant voluntatem et animi propositum; unde, licèt non succedat rei eventus, nihil propterea falsi in verbis, quia ex animo et bonâ fide dicta sunt.

Vers. 6. — Hiemabo, hibernabo, totam hiemem transigam.

Ut vos me... Fideles solebant apostolum suum à se discedentem deducere, in viâ comitari, et viatico juvare.

Vers. 7. — Nolo enim modò... Nolo nunc, id est,

Vers. 3, 4. — *Cùm autem præsens fuero?.... Quòd si dignum fuerit ut et ego eam*, etc. Hisce verbis, tacitè exstimulat eos ad largiorem collectam, videlicet tantam quæ apostoli perferentis ministerio non sit indigna.

Vers. 5, 6. — *Veniam autem ad vos..... Apud vos autem forsitan manebo*, ac si dicat: Adventus meus ad vos non erit transitus solùm, ut dixi de Macedoniâ, sed erit mora diuturnior. Apparet autem fuisse moram trium ferè mensium, ex loco Actorum 20. Addit, *forsitan*, propter rei incertitudinem.

Vel etiam hiemabo, id est, totam hiemem apud vos peragam, *ut vos me deducatis quòcumque iero.* Fideles honorificum sibi ducebant, si suum apostolum à se discedentem deducerent.

Vers. 7. — *Nolo enim... si Dominus permiserit*, id est, concesserit. Dominum Christum intelligere videtur, de quo dicitur Act. 16 ; *Et non permisit eos spiri-*

in hâc occasione, obiter tantùm, et aliò properans vos invisere.

Vers. 8. — Permanebo autem Ephesi... Hinc colligunt hanc Epistolam Ephesi scriptam esse.

Vers. 9. — Ostium enim magnum... Duas dat rationes cur Ephesi sit permansurus : prima, quia spes, occasio magna et evidens sese offert multos convertendi ; secunda, quia ibi adversarii multi, qui resistunt et conantur impedire. Nihil terret Apostolum; ideò permanet, quia adversarii multi.

Evidens, ἐνεργής. Nunc textus Græcus habet *efficax*, ἐνεργής, sed evidens magis convenit ostio; Syrus habet, *plenum operosis factis*.

Vers. 10. — Si autem venerit Timotheus... Paulus, qui sibi nihil timet, pro Timotheo discipulo suo timet. Timebat ne quis aut nobilitate, aut opibus, aut sapientiâ tumens, illum ut juvenem sperneret. Hinc rogat primò ut sit apud eos sine periculo, nullus sit ei molestus.

Opus enim Domini... Meus est in Evangelio promovendo cooperarius et collega. *Opus Domini*, Evangelii promotio, seu propagatio. Maximum hic habes Timothei elogium; D. Pauli fuit collega et cooperarius, sicut et ego.

Vers. 11. — Ne quis ergo... Hinc rogat secundò ne quis eum, ut ætate juvenem spernat; sed ut apostolum et Pauli collegam honoret; et in honoris testimonium, eum abeuntem deducant in pace, et lauto prosequantur viatico. Hoc confirmat quod v. 6 dictum est, scilicet fideles, Evangelii præconem deducebant honorificè, et viatico recreabant.

Vers. 12. — De Apollo autem fratre... Notus erat Corinthiis, et apud eos desideratus. Hinc Apostolus sese excusat quòd eum non miserit. Quod attinet ad Apollo : Notum vobis facio quoniam, etc.; hæc verba non sunt in Græco, nec in Syro, et putantur addita; multum rogavi illum, ut ad vos iret, sed certas ob causas non potuit; non fuit illi voluntas.

Veniet autem... Solatur Corinthios per spem.

Vers. 13. — Vigilate... Paucis multa. Dùm ad vos veniam, de vestrâ salute solliciti, *vigilate* contra diaboli astutias, et contra malè suadentium insidias. State; vigilantis enim situs est, et stanti difficilè somnus obrepit.

Viriliter agite. Syr., *probate vos viros*. Muliebrem fugite inconstantiam et levitatem. Et confortamini ; forti et infracto sitis animo.

Vers. 14. — Omnia vestra... Speciatim verò omnia facite, non ex contentione, aut ambitione ; sed ex charitate, sicque nulla erunt apud vos schismata.

Vers. 15. — Obsecro autem vos, fratres, nostis domum Stephanæ, Fortunati et Achaici. Græc. et Syr. solùm habet, *Stephanæ*. Nôstis familiam Stephanæ, quæ, et qualis sit, et quanti meriti. Prima est quæ in Ecclesiâ fidem suscepit, primitiæ.

Et in ministerium... Et præterea ex charitate sese ultrò sanctorum ministerio addixerunt, hospitalitatem et beneficentiam in illos exercentes. *Obsecro itaque*

Vers. 16. — Ut et vos subditi... Eos reverendo, honorando, eisque obsequendo. Et omni cooperanti... Idem præstate honoris et obsequii *omni* et cuilibet co-

tus Jesu. Hoc addit, quia nesciebat, an permissurus esset Dominus.

Vers. 8. — *Permanebo autem Ephesi*, etc.; quia scilicet Ephesi erat celeberrimum illud Dianæ templum, ibique residebant Asiæ Minoris primarii. Unde Ephesi habitabat proconsul Asiæ, et, ut Philostr., lib. 8 Vitæ Apollonii, testatur, plurimùm Ephesi vigebat sapientia : itaque major ibi messis erat S. Paulo : quæ causa fuit cur Ephesi morari et permanere statuerit.

Vers. 9. — *Ostium enim mihi apertum est magnum et evidens*. Magna scilicet Ephesi mihi se aperit occasio et aditus Evangelii seminandi, et convertendi multos. Ita Ambrosius.

Et adversarii multi. Verisimile est autem Judæos intelligi, qui in eâ civitate multi erant, iique more suo remoram Evangelio facturi : quemadmodùm et facere jam cœperant : bestiæ nimirùm illæ, cum quibus Ephesi pugnaverat. Ut dictum est capite superiori.

Vers. 10. — *Si autem venerit Timotheus, videte ut sine timore sit apud vos*, curate ut securè apud vos agat, id est, timendi causam non habeat ; nemo sit ei molestus.

Opus enim Domini operatur, sicut et ego. Opus Domini, Christi intellige, id est, spectans ad promovendum Christi Evangelium. Cujusmodi opus in primis est ipsa Evangelii prædicatio.

Vers. 11. *Ne quis ergo illum spernat*, Græcè, *vilipendat*, *nihili faciat*. Quod metuendum erat ob ætatem ejus adhuc juvenilem.

Deducite autem illum in pace, ut veniat ad me, scilicet, Ephesum, ubi nunc ago : *exspecto enim illum cum fratribus*.

Vers. 12. — *De Apollo autem fratre vobis notum facio, quoniam multum rogavi eum* sive hortatus sum eum, *ut veniret ad vos cum fratribus*, id est, ut ad vos iret, vosque inviseret, fratribus aliquot comitatus.

Et utique non fuit voluntas ut nunc veniret. Sensus est : Frustra eum hortatus sum ut ad vos iret. Nam ob certas causas non erat ei ullo pacto animus nunc eundi.

Veniet autem (ad vos, ô Corinthii, Apollo) *cùm ei vacuum*, id est, opportunum, *fuerit*. Ita Ambrosius.

Vers. 13.— *Vigilate, state in fide*, etc. *Vigilate*, id est, salutis vestræ curam gerite, scilicet adversùs malè suadentium insidias. *State* (qui situs est vigilantis), id est, persistite *in fide* Evangelii, quod à nobis didicistis. Estote virili et infracto fortique animo adversùs ea mala, quæ vobis ab hostibus et persecutoribus fidei, seu Judæis, seu gentilibus, inferuntur aut imminent.

Vers. 14. — *Omnia vestra in charitate fiant*, q. d. Paulus : O Corinthii, non in contentione, non cum ambitione et schismate, sed cum charitate christianâ, quæ virtus est divina à Christo vobis infusa, omnia vestra facite.

Vers. 15, 16. — *Obsecro autem vos, fratres..., ut et vos subditi sitis ejusmodi*, quod sic cum Theoph. ordinandum est : *Obsecro vos, fratres, ut subditi sitis Stephanæ, Fortunato, Achaico (et omni cooperanti et laboranti); nôstis enim domum*, id est, domos, puta familias *eorum, quoniam* (quòd) *primitiæ sunt Achaiæ*, primi scilicet qui in Achaiâ crediderunt Christo, *quique* se suaque *ordinaverunt et addixerunt ministerio sanctorum*, ut scilicet exercerent hospitalitatem in christianos egenos et peregrinos, maximè qui laborant in Evangelio. Nota *subditi sitis*, nimirùm honorando eos, eorum monita et exempla sequendo. *Et omni cooperanti et laboranti*, id est, non solùm illis subditi sitis, sed et omnibus quicumque vel cum illis vel mecum rem evangelicam adjuvant. Tales enim præ aliis digni sunt honore.

Vers. 17. — *Gaudeo autem in præsentiâ Stephanæ*,

operanti ad Evangelii propagationem, et ad fideles sublevandos allaboranti.

Vers. 17. — Gaudeo autem in præsentia Stephanæ, et Fortunati, et Achaici. Hi tres Corintho venerant Ephesum Pauli visendi gratiâ; testatur autem Apostolus quòd illorum præsentia fuerit sibi gratissima, quia scilicet suâ præsentiâ omnium Corinthiorum præsentiam, quam Paulus desiderabat, suppleverunt.

Vers. 18. — Refecerunt... Suâ enim præsentiâ et colloquio refocillârunt spiritum meum, qui et vester est, quia vobis sum totus, et charitate conjunctissimus, nihilque nisi vestrum bonum cogitans et volens.

Cognoscite... honorate, colite, etc. Illos commendat Apostolus, timens ne Corinthii infenso sint in eos animo, quia eorum vitia sibi manifestâssent.

Vers. 19. — Salutant vos Ecclesiæ Asiæ, scilicet minoris, in quâ erat Ephesus, unde hanc Epistolam misit.

Cum domestica sua Ecclesia. Id est, cum reliquis fidelibus, qui in eâdem familiâ vivunt.

Vers. 20. — In osculo sancto, id est, quod sanctos decet, estque sancti amoris symbolum.

Vers. 21. — Salutatio, mea manu, subauditur scripta. Hûcusque dictavit Apostolus, scripsitque amanuensis; hic verò calamum sumpsit Paulus, et propriâ manu scripsit quæ sequuntur.

Vers. 22. — Si quis non amat... Domini sui amore pressus, stylum erumpit ex quâdam animi commotione, et ante salutationem interjicit anathema in eos qui non amant Dominum nostrum Jesum Christum.

Sit anathema. Cum execratione separetur et abjiciatur exitio destitutus.

Maran atha. Vox Hebræo-Syriaca, significans Do-

minus noster venit. Supple, judex et vindex, ut talem puniat, quasi imprecatio, quâ peccatorem ad Dei judicium remittit. Sicut illis qui eum amant, redemptio venturus est Christus; ita iis, qui eum non amant, anathema sit, id est, ut illos abominetur et perdat; Ambrosius. Per unum hoc verbum omnes terruit; eos qui membra suâ faciebant membra meretricis; eos, qui fratres offendebant per immolata idolis; eos qui nominabantur ex hominibus; eos qui non credebant resurrectioni; D. Chrysostomus. Non solùm autem terruit, sed etiam ostendit viam virtutis; et fontem vitii: quomodò enim quæ vehemens fuerit charitas extinguit et expellit omnes peccatorum species; ita etiam quando [illegible] fac[illegible] ruminare. Id est Chrysostomus. Charitas Christi, omnis virtus, fons omnis virtutis, exstinctio omnis peccati. Non diligere Christum, mors omnis virtutis, fons, origo, vita omnis peccati. Attende tibi, et hoc terribili tonitru expergefactus: *Quisquis non amat Jesum, sit anathema*, etc., vide num eum verè et sincerè diligas; num ejus mandata ex amore serves; num illius Evangelii veritates diligas; num ejus membra, pauperes, in quibus habitat, et quos tibi, ut semetipsum, commendat, honores, diligas, adjuves; num Ecclesiam, ipsius corpus, reverearis; num crucem, Christi sponsam, honores, ames, cum reverentiâ suscipias. Quàm pauci Christum Dominum verè diligunt! Quot ergo perterrere debet hoc anathema: *Si quis non amat Dominum nostrum Jesum Christum*, etc.! Diligam te, Domine, fortitudo mea, firmamentum meum, et refugium meum; diligam te verè, sincerè, efficaciter; tuæ voluntati in omnibus cum affectu subditus; tuas veritates, tuos mores diligens et amplectens; temet-

et Fortunati, et Achaici: quia scilicet hi viri mihi Paulo præsentes sunt, *quoniam id quod vobis deerat* circa meum ministerium, *ipsi suppleverunt;* ut pro vobis mihi ministrarent, suisque opibus et facultatibus me, rem quæ christianam juvarent et promoverent.

Vers. 18. — *Refecerunt enim et meum spiritum, et vestrum*, quæque: quia mea refectio, vestra quoque refectio et recreatio est.

Cognoscite ergo qui hujusmodi sunt, id est, reverenmini, colite eos, honorifice habetote.

Vers. 19. — *Salutant vos ecclesiæ Asiæ.* Minorem Asiam intelligit, in quâ erat Ephesus, ubi scribitur hæc Epistola.

Salutant vos in Domino multùm Aquila et Priscilla, cum domesticâ suâ ecclesia; Græcè, *cum eâ quæ in domo eorum est ecclesiâ. Apud quos et hospitor.*

Vers. 20. — *Salutant vos omnes fratres*, id est, fideles, qui circa nos sunt. *Salutate invicem in osculo sancto*, hoc est, cum osculo quod sanctos decet, quodque symbolum est sancti et christiani amoris.

Vers. 21. — *Salutatio meâ, manu Pauli*, subaudi, scripta hæc est quæ sequitur. Hæc verba cum iis quæ sequuntur usque ad finem, affirmat Paulos suâ manu se scripsisse loco salutationis quâ claudi solet epistola. Nam reliquam Epistolam totam ipso dictante scriptam ab alio quopiam fuisse existimandum est. Priusquàm ipsa verba salutis adscribat, per hyperbaton interponit execrationem quamdam in eos, qui salute sunt indigni, dicens:

Vers. 22. — *Si quis non amat Dominum nostrum Jesum Christum, sit anathema. Maran Atha. Anathema* est res quæ cum execratione separatur, abjicitur, et destinatur ad extremum exitium; quod in hominibus est æterna damnatio. Non sunt ergo verba excommunicantis, sed execrantis et denuntiantis æternam damnationem iis qui Christum non amant, et infidelibus. Quales fortè erant inter Corinthios, qui seculari sapientiâ philosophorum imbuti, Christum ejusque doctrinam velut abjectum et humilem aspernari jam cœperant. Sanè B. Thomas sensum hunc indicat dùm sic exponit: *Si quis non amat Dominum Jesum Christum, id est, fidem Christi: et isti*, inquit, *sunt hæretici.* Iniquum referit ad Judæos, negantes Dominum, id est, Messiam, venisse: et Jesum, quem apostoli Messiam ac Dominum prædicabant, odio prosequentes, atque anathemate dicentes, ut supra, c. 12; quibus vicissim iniquissimè dicitur anathema. Generaliter hoc anathemate percelli ac terreri volunt omnes illos, quos Apostolus ob gravia peccata hâc Epistolâ castigavit: ut schismatum auctores, fornicarios, idolothyta cum fratrum offendiculo comedentes, sacra mysteria indignè participantes, resurrectionem mortuorum non credentes: quibus utique cunctis imminet certus interitus, nisi pœnitentiam agant.

Maran Atha idem est quod: Dominus noster venit. Dices: Quid facit *Maran Atha*, id est, *Dominus noster venit*, ad rem et scopum Apostoli? Subjicit itaque Paulus post *anathema Maran Atha*, quia Hebræi quempiam condemnantes solebant id facere sub comminatione et contestatione præsentis divini judicii, ut patet Dan. 17, Ps. 9, q. d.: *Maran Atha*, id est, Dominus noster venit, scilicet, vindex ad judicium: aut potiùs, *Maran Atha*, id est, veniat Dominus judex, ut eum qui Christum non amat, anathemate feriat, damnet, et [illegible] *Maran Atha* sicut et *anathema* vox execrantis et condemnantis.

ipsum in tuis ministris reverens, in pauperibus amans, in cruce adorans, te unum diligens, et omnia propter te.

Vers. 23. — Gratia Domini nostri Jesu Christi vobiscum. Hæc est salutatio quam propriâ manu, v. 21, dicit se scripsisse, estque quasi sigillum, quo suas Epistolas claudit Apostolus. Salutatio sanè tanto Apostolo digna.

Vers. 23. — *Gratia Domini nostri*, etc. Est autem hæc salutatio quam dixit manu suâ se subscribere, quâ nimirùm omne bonum salutare precatur à Deo per Christum iis ad quos scribit : quia, ut ait Thom., in gratiâ Domini nostri Jesu Christi continetur omne bonum.

Gratia... Omne bonum salutare illis à Deo precatur per Jesum Christum, vitam sanitatem, fortitudinem animæ, gratiam, gloriæ semen.

Charitas mea... Vos sincerâ charitate diligo in Christo Jesu ; affectu, licèt absens corpore, sum vobis conjunctissimus, affectu, inquam, non humano, aut carnali, sed toto spirituali, et christiano. Amen.

Vers. 24. — *Charitas mea*, quâ vos diligo, *cum omnibus vobis* sit, ut simili charitate sincerâ vicissim me et invicem diligatis *in Christo Jesu*, et propter Christum. Ita Ambr. et Ansel. *Amen.*

Corollarium pietatis, seu in hoc capite ad pietatem maximè notanda, et ad praxim redigenda.

1° Ex versu secundo nota quòd dies dominica sit dies orationis et eleemosynæ ; et ideò eleemosynæ dies, quia dies orationis. Vide ibi dicta in commentario. Hincque collige quòd hæc dies transigi debeat in orationibus et in operibus misericordiæ faciendis, quibus Deus glorificetur, et anima nostra sanctificetur. Attende ergo tibi, et vide quomodò hunc diem transigas, an in oratione ; in verbi divini meditatione ; in operibus misericordiæ, seu corporalibus, seu spiritualibus. Cave ab hodierno abusu, seu à perverso modo dies festos celebrandi : post missam particularem utcumque auditam, hi dies integri peraguntur in ludis, in deambulationibus, in potationibus, in choræis, in lasciviis. Heu sabbata mendacia, in quibus maximè offenditur Deus, qui maximè debebat honorari ; in quibus maximè conspurcatur christianus, qui debebat maximè sanctificari ! Cave et ab hodiernâ in pauperes duritiâ, et dominicis et aliis diebus assuetâ ; praxim autem disce à D. Chrysostomo omnibus fidelibus oraturis datam. Vide in commentario v. 2.

2° Audiens terribile tonitru ab ore divi Pauli prolatum : *Si quis non amat Dominum nostrum Jesum Christum, sit anathema*, v. 22, attende tibi, et vide num verè diligas ipsum ; habitu, mandata Dei servans ex amore ; actu, frequentes charitatis actus exercens. Sin autem sis in actu, vel in habitu peccati mortalis ; mandatorum Dei actualiter et habitualiter transgressor, freme, jam enim tua judicialis sententia prolata est : *Maran Atha* ; Dominus noster venit, judex et vindex tibi dicturus : *Discede à me, maledicte*, etc. Ad tam terribile tonitru, qui non expergiscitur, non dormit, sed mortuus est.

IN EPISTOLAM II AD CORINTHIOS Praefationes.

Plerosque Corinthiorum prima divi Pauli Epistola meliores effecerat ; hinc secunda hæc, priore lenior, benignior, et ferè ubique consolatoria. Et sanè par erat, ait divus Chrysostomus, ut quemadmodùm Corinthiis, cùm peccarent, succensebat ; sic etiam eos ad meliorem mentem reversos, comprobaret, ac laudibus afficeret. Quia verò pseudoapostoli, prioris Epistolæ monitis ac correctionibus irritati, pejoresque

Paulo apostolo suum ad Corinthios adventum quem promiserat, graves ob causas differente diutius, quam vel illi sperarent, vel ipse statuisset : interea temporis quidam ex circumcisione pseudoapostoli, quibus studium erat Evangelio legem Mosaicam admiscere, et ex Evangelio quæstum facere, Paulo absente, liberiùs apud Corinthios se suamque doctrinam insinuaverant, non sine ambitione, Paulique eorum apostoli contemptu, cujus et doctrinæ et personæ detrahebant. Porrò ea de quibus in priore Epistolâ Corinthios admonuerat, partim jam erant correcta, partim non erant. Nam fornicarius quidam ille famosus, excommunicationis ignominia ad pœnitentiam erat adductus, verùm alia quædam gentilitatis ac veteris hominis vitia apud eos residebant. Sed et de collecta faciendâ in fratres pauperes Hierosolymæ degentes, necdùm Apostoli præscripto satisfactum erat. Quibus intellectis, cùm statim ad eos accurrere non posset, hanc secundam scripsit Epistolam : in quâ primùm commemoratis afflictionibus in quas inciderat, excusat sese, causamque reddit cur juxta promissum non venerit. Deinde fornicarium jubet in gratiam recipi, condonatione punitionis reliquæ. Tertiò, munus suum apostolicum ex comparatione legis evangelicæ cum lege Mosaica, commendat et extollit : obiter taxans pseudoapostolorum hypocrisim, suamque in Evangelio prædicando sinceritatem asserens. Quartò, subnectit [illegible] : qua monet ut vitam ducant christianâ [illegible], atque infidelium mores et sometatem [illegible]. Quintò, consolatur eos, ac docet quan-

facti, adversùs veritatis Apostolum, absentem, audaciùs oblatrabant, eumque ut vanum et arrogantem, nulliusque pretii hominem, in odium et invidiam vocabant, ait idem divus Chrysostomus; hinc in hâc Epistolâ Paulus se, suamque doctrinam contra falsos criminatores impensiùs defendit : suos labores, persecutiones, revelationes, ac divinas prærogativas expressiùs enumerat; non honoris cupiditati serviens, sed eos qui Corinthios decipiebant, mendacii coargens, ait Theodoretus.

Hujus itaque Epistolæ summa, ut mihi videtur, consolatoria est et apologetica : Corinthiorum consolatoria; Pauli defensoria. Singula autem accuratè exhibebit uniuscujusque capitis analysis.

Scripta putatur è Macedoniâ, anno Christi 57; Philippis, aiunt Græca exemplaria, et Syriaca versio. Baronius tamen putat Nicopoli scriptam, post reditum è Macedoniâ, anno 58.

tam cœperint utilitatem ex tristitiâ quam eis peperierat objurgatio prioris Epistolæ. Sextò, provocat eos exemplo Macedonum ad largam pecuniæ collationem in pauperes Hierosolymitanos : additis et aliis argumentis quibus id persuadeat. Septimò, rursùs suum commendans ac stabiliens ministerium, apertiùs jam invehitur in pseudoapostolos, ac suis eos coloribus depingit. Et quoniam illi magnis titulis sese venditabant apud simpliciores : ipse contra de se recenset ea, propter quæ multò justiùs adversùs illos possit gloriari. Postremò, Corinthios monet, ut vitia quibus adhuc erant inquinati, corrigant; talesque sese præstent, quales ab ipso cum potestate venturo velint inveniri. Cæterùm, Epistolæ status in quo præcipuè moratur, est apostolatus ac personæ suæ defensio contra pseudoapostolos.

Quo loco fuerit scripta, non constat. Summarium epistolæ Latinis codicibus præfixum loquitur è Troade missam, cujus fit mentio cap. 2. Græcorum hypographe Philippos Macedoniæ nominat. Utriusque loci meminit Lucas, Act. 20, ubi ea Pauli profectio describitur, in quâ valdè probabile est eum hanc Epist. scripsisse. Verùm è Troade missam dici non potest. Jam enim inde Paulus discesserat in Macedoniam, ut ipse testatur, cap. 2, v. 12 et 13. Quare verisimilius est vel in Macedoniâ scriptam esse; vel, ut existimat card. Baron., in urbe Nicopoli post redditum Pauli è Macedoniâ. Nam illic hyematurum se scribit ad Titum 3. Est autem Nicopolis in Epiro sita, Græciæ vicina. Per quem aut per quos missa sit Epistola satis apertè ex eodem 8 cap. colligitur : nempe per Titum missam esse, perque duos alios quos una cum Tito mittere se dicit, tacitis eorum nominibus. Nec diversum tradunt annotationes Latinorum et Græcorum. Nec rationem video cur de Tito quidam neotericorum dissentiant. Qui mihi videntur parùm attentè considerâsse ea quæ Paulus scribit loco memorato de legatis à se missis Corinthum, causâ collectæ quam indixerat maturandæ. Nam de priore Titi ad Corinthios adventu ut id intelligatur, series sermonis ac res ipsa de quâ agit, omninò non patitur. Scriptam verò etiam hanc Epist. ante eam quæ est ad Rom. ex eo liquet, quòd in hâc urgetur adhuc negotium faciendæ collectæ : quam factam et paratam, ut à se perferatur Hierosolymam, ad Romanos scribens significat.

CAPUT PRIMUM.

1. Paulus apostolus Jesu Christi per voluntatem Dei, et Timotheus frater, ecclesiæ Dei, quæ est Corinthi, cum omnibus sanctis, qui sunt in universâ Achaiâ.

2. Gratia vobis et pax à Deo Patre nostro, et Domino Jesu Christo.

3. Benedictus Deus et Pater Domini nostri Jesu Christi, Pater misericordiarum, et Deus totius consolationis,

4. Qui consolatur nos in omni tribulatione nostrâ; ut possimus et ipsi consolari eos qui in omni pressurâ sunt, per exhortationem quâ exhortamur et ipsi à Deo.

5. Quoniam sicut abundant passiones Christi in nobis, ita et per Christum abundat consolatio nostra.

6. Sive autem tribulamur pro vestrâ exhortatione et salute, sive consolamur pro vestrâ consolatione, sive exhortamur pro vestrâ exhortatione et salute, quæ operatur tolerantiam earumdem passionum, quas et nos patimur :

7. Ut spes nostra firma sit pro vobis : scientes quòd sicut socii passionum estis, sic eritis et consolationis;

8. Non enim volumus ignorare, vos, fratres, de tribulatione nostrâ, quæ facta est in Asiâ, quoniam supra modum gravati sumus supra virtutem, ita ut tæderet nos etiam vivere.

9. Sed ipsi in nobismetipsis responsum mortis habuimus, ut non simus fidentes in nobis, sed in Deo, qui suscitat mortuos;

CHAPITRE PREMIER.

1. Paul, apôtre de Jésus-Christ, par la volonté de Dieu, et Timothée son frère, à l'église de Dieu qui est à Corinthe, et à tous les saints qui sont dans toute l'Achaïe.

2. Que Dieu notre Père et Notre-Seigneur Jésus-Christ vous donnent la grâce et la paix.

3. Béni soit le Dieu et le Père de Notre-Seigneur Jésus-Christ, le Père des miséricordes, et le Dieu de toute consolation,

4. Qui nous console dans tous nos maux, afin que nous puissions aussi consoler les autres dans tous leurs maux, par la même consolation dont nous sommes nous-mêmes consolés de Dieu.

5. Car à mesure que les souffrances de Jésus-Christ s'augmentent en nous, nos consolations aussi s'augmentent par Jésus-Christ.

6. Or, soit que nous soyons affligés, c'est pour votre instruction et pour votre salut. Soit que nous soyons consolés, c'est aussi pour votre consolation; soit que nous soyons encouragés, c'est encore pour votre instruction et pour votre salut, qui s'accomplit dans la souffrance des mêmes maux que nous souffrons.

7. C'est ce qui nous donne une ferme confiance pour vous, sachant qu'ainsi que vous avez part aux souffrances, vous aurez aussi part à la consolation;

8. Car je ne veux pas vous laisser ignorer, mes frères, l'affliction qui nous est survenue en Asie, qui a été telle, que les maux dont nous nous sommes trouvés accablés, ont été excessifs, et au-dessus de nos forces, jusqu'à nous rendre même la vie ennuyeuse.

9. Mais nous avons entendu prononcer en nous-mêmes l'arrêt de notre mort, afin que nous ne mettions point notre confiance en nous, mais en Dieu, qui ressuscite les morts.

10. Qui de tantis periculis nos eripuit et eruit; in quem speramus quoniam et adhuc eripiet,

11. Adjuvantibus et vobis in oratione pro nobis: ut ex multorum personis, ejus quæ in nobis est donationis, per multos gratiæ agantur pro nobis.

12. Nam gloria nostra hæc est: testimonium conscientiæ nostræ, quòd in simplicitate cordis et sinceritate Dei, et non in sapientiâ carnali, sed in gratiâ Dei, conversati sumus in hoc mundo; abundantiùs autem ad vos.

13. Non enim alia scribimus vobis, quàm quæ legistis et cognovistis; spero autem quòd usque in finem cognoscetis,

14. Sicut et cognovistis nos ex parte, quòd gloria vestra sumus, sicut et vos nostra, in die Domini nostri Jesu Christi.

15. Et hâc confidentiâ volui priùs venire ad vos, ut secundam gratiam haberetis;

16. Et per vos transire in Macedoniam, et iterùm à Macedoniâ venire ad vos, et à vobis deduci in Judæam.

17. Cùm ergo hoc voluissem, numquid levitate usus sum? aut quæ cogito, secundùm carnem cogito, ut sit apud me EST et NON?

18. Fidelis autem Deus, quia sermo noster, qui fuit apud vos, non est illo EST et NON.

19. Dei enim Filius Jesus Christus, qui in vobis per nos prædicatus est, per me et Sylvanum, et Timotheum, non fuit EST et NON, sed EST in illo fuit.

20. Quotquot enim promissiones Dei sunt in illo EST; ideò et per ipsum Amen Deo ad gloriam nostram.

21. Qui autem confirmat nos vobiscum in Christo, et qui unxit nos, Deus;

22. Qui et signavit nos, et dedit pignus Spiritûs in cordibus nostris.

23. Ego autem testem Deum invoco in animam meam, quòd parcens vobis, non veni ultra Corinthum. Non quia dominamur fidei vestræ, sed adjutores sumus gaudii vestri, nam fide statis.

10. Qui nous a délivrés d'un si grand péril; qui nous en délivre encore, et qui nous en délivrera à l'avenir, comme nous l'espérons de sa bonté.

11. Et les prières que vous ferez pour nous y contribueront aussi; afin que la grâce que nous avons reçue en considération de plusieurs, soit aussi reconnue par les actions de grâces que plusieurs en rendront pour nous.

12. Car nous avons cette gloire, et notre conscience nous rend ce témoignage, que nous nous sommes conduits dans ce monde, et surtout à votre égard, dans la simplicité de cœur, et dans la sincérité de Dieu, non avec la sagesse de la chair, mais dans la grâce de Dieu.

13. Je ne vous écris que des choses dont vous reconnaissez la vérité en les lisant, et j'espère qu'à l'avenir vous connaîtrez entièrement,

14. Ainsi que vous avez déjà reconnu en partie que nous sommes votre gloire, comme vous serez la nôtre au jour de Notre-Seigneur Jésus-Christ.

15. C'est dans cette confiance que j'avais résolu auparavant d'aller vous voir, afin que vous reçussiez une seconde grâce.

16. Je voulais passer par chez vous en allant en Macédoine, revenir ensuite de Macédoine chez vous, et de là me faire conduire par vous en Judée.

17. Ayant donc pour lors ce dessein, est-ce par inconstance que je ne l'ai point exécuté? Ou, quand je prends une résolution, cette résolution n'est-elle qu'humaine, et trouve-t-on ainsi en moi le OUI et le NON?

18. Mais Dieu qui est véritable m'est témoin qu'il n'y a point eu de OUI et de NON dans la parole que je vous ai annoncée.

19. Car Jésus-Christ, Fils de Dieu, qui vous a été prêché par nous, par moi, par Sylvain et par Timothée, n'est pas tel que le OUI et le NON se trouvent en lui; il est très-ferme.

20. Car c'est en lui que toutes les promesses de Dieu ont leur vérité; et c'est par lui aussi qu'elles s'accomplissent toutes à l'honneur de Dieu, et à notre gloire.

21. Or celui qui nous confirme et nous affermit avec vous dans la foi en Jésus-Christ, et qui nous a oints, c'est Dieu même.

22. Et c'est lui aussi qui nous a marqué de son sceau, et qui pour gage nous a donné le Saint-Esprit dans nos cœurs.

23. Pour moi donc je prends Dieu à témoin, au péril de mon âme, que c'est pour vous épargner, que je n'ai point encore été à Corinthe. Ce n'est pas que nous dominions sur votre foi, mais nous tâchons de contribuer à votre joie, puisque vous demeurez fermes dans la foi.

ANALYSIS.

Primò salutat, non Corinthios tantùm, sed et omnes universæ Achaiæ fideles, quibus gratiam et pacem exoptat,

℣ 3. *Deo, Patri Domini nostri Jesu Christi, Patri consequenter misericordiarum, et omnis perfectæ consolationis auctori, gratias agit, eò quòd illum in omnibus suis afflictionibus ita consoletur: ut sicut in eo abundant pro Christo passiones; sic et abundet per Christum consolatio. Hâcque gratiarum actione Paulus viam sibi parat ad excusandam sui apud Corinthios adventûs dilationem: sic enim indicat quòd magnis persecutionibus et periculis impeditus fuerit ac detentus.*

℣ 6. *Affirmat omnia sua et tribulationes, et consolationes, ad eorum utilitatem et salutem cedere, sicque eorum benevolentiam captat.*

℣ 8. *Specialiùs ipsis describit ingentem quam in Asiâ passus est persecutionem; sicque pergit et in eorum animis sibi concilianas, et in parandâ moræ suæ excusatione. Tanta fuit hæc persecutio, ut supra vires naturales fuerit, ipse de vitâ desperaverit, mori certus; at Deus illum à morte eripuit, eripit, et eripiet, per orationum auxilium, quas ab eis petit.*

℣ 12. *Hanc Dei protectionem, hasque Corinthiorum preces sperat Paulus, quia simpliciter et sincerè, coram Deo, ubique et maximè Corinthi conversatus est. Hæc propositio, Paulinæ simplicitatis et sinceritatis affirmativa, basis est ejusdem divi Pauli apologiæ: quia enim Corinthiis in Epistolâ primâ,* cap. 16, *promiserat se ad eos venturum, hocque promissum distulerat, hinc pseudo-apostoli Paulum calumniabantur quasi levem et inconstantem in promissis et, quod pejus erat, in suis prædicationibus. Suam ergo sinceritatem in omnibus affirmat Apostolus, et ut calumniam refellat: 1° Fatetur quòd sincerè coluit et promisit ire Corinthum, quod tamen non*

implevit; v. 15, 16. 2° Pseudoapostolorum calumniam inde illatam, sibimetipsi objicit per quæstionem. Numquid, etc., v. 17. 3° Suspensâ, et tantisper dilatâ suæ moræ ratione, suas nihilominùs prædicationes veras et constantes esse probat; quia, ut Dei summè veracis apostolus, prædicavit; quia Christum Filium Dei, æternam veritatem, et Dei promissionum adimpletionem prædicavit; quia Deus suas prædicationes confirmavit signis et prodigiis, eumque verum Dei apostolum authenticè declaravit Spiritûs sancti charismatibus. Stabilitâ sic v. 18, 19, 20, 21, 22, prædicationum suarum veritate; v. 23, reddit suæ moræ rationem.

PARAPHRASIS.

1. Paulus, per Dei voluntatem apostolus Jesu Christi, et Timotheus, tum propter fidem, tum propter dignitatem, frater; Ecclesiæ Dei, quæ est Corinthi, et omnibus sanctis, qui Christo serviunt in universâ Achaiâ, salutem dicunt.

2. Gratia et pax vobis detur, et multiplicetur à Deo Patre nostro, et à Domino nostro Jesu Christo.

3. Benedicatur ac laudetur Deus, qui et Pater est Domini nostri Jesu Christi, et ideò in nos pater summè misericors, et Deus omnis veræ atque perfectæ consolationis fons et auctor.

4. Qui nos in omni tribulatione nostrâ consolatur, ad hoc ut et nos ipsi possimus eos consolari, qui in quâcumque sunt angustiâ, per eam quam à Deo recipimus consolationem, illam in afflictorum corda refundentes.

5. Quia, sicut abundant tribulationes, quas pro Christo patimur; ita et abundat consolatio, quâ per Christum fruimur.

6. Sive autem affligimur, id vobis utile; id enim ad vestram exhortationem et salutem cedit, quatenùs nostro exemplo vos Deus hortatur ad tribulationes fortiter ferendas, quibus ad salutem perveniatis: sive consolationibus afficimur; id ad vestram etiam consolationem confert; quia, ut dixi v. 4, ideò nos consolatur Deus, ut consolationem nostram vobis refundamus: sive intùs excitamur à Deo, id pariter ad vestram salutem cedit; quia hinc aptiores reddimur ad vos exhortandos ad salutem. Quæ efficit in vobis tolerantiam earumdem tribulationum, quas et nos apostoli patimur.

7. Propter quod spes, quam de vestrâ salute concepimus, firmior redditur ac securior:

Quia scimus quòd sicut afflictionum nostrarum participes estis; ita eritis æterni solatii.

8. Nolo vos, fratres, ignorare tribulationem, quæ nobis in Asiâ contigit. Scitote ergo quoniam excessivè afflictionum pondere pressi sumus, et graviore quàm sustinerent vires humanæ; ita ut vita nobis esset tediosa.

9. Sed et tanta fuit periculi magnitudo, ut animus noster intùs judicaret nos certo morituros: et hoc ita permisit Deus, ut tantis erepti periculis, discamus non in nobis fidere, sed in Deo solo; qui cùm vult, non à mortis tantùm periculo liberat, sed et mortuos suscitat ad vitam.

10. Reverà ipse est, qui nos de tantis mortis periculis eripuit; ipse est qui et nunc eruit; spero autem quòd et adhuc eripiet in futuro.

11. Si per vestras ad Deum preces adjuvetis, idque peto ut donum Dei, scilicet salus mea, mihi per multos procurata, et ob multos collata, à multis etiam gratiarum actione, meâ vice recolatur.

12. Has preces vestras, hocque Dei per vestras preces auxilium spero; quia, quod mea gloriatio est, conscientia mea mihi testimonium reddit, quòd ubicumque, et maximè apud vos, animo simplici et sincero, quasi Deo spectante, me gessi; non in sapientiâ carnali, sed in sapientiâ quæ mihi per gratiam Spiritûs sancti data est.

13. Vos ipsi mihi testes estis: non enim alia nunc scribo vobis, quàm quæ vos ipsi legistis, et cognovistis in meâ apud vos conversatione: spero autem quòd eumdem me semper videbitis.

14. Sicut de facto pars, saltem aliqua, vestrûm jam cognovit me talem esse; ut de me, doctore vestro, gloriari possitis, sicut et ego de vobis, discipulis meis, gloriabor in die judicii.

15. Confisus de hoc vestro in me affectu, antehàc sincerè volui ad vos venire, ut geminatum à me beneficium haberetis.

16. Statueram enim per vos transire, iturus in Macedoniam, et iterùm à Macedoniâ ad vos redire, et apud vos permanere; à vobis postea in Judæam deducendus.

17. Cùm ergo id reverà voluerim, et tamen de facto non præstiterim; numquid propterea levis sum, et inconstans; aut numquid quæ facere cogito, ea animo carnali, et mea quærens delibero: hinceque unum dico, aliud facio?

18. Quidquid sit de me, de quo postea; fidelis tamen, et summè verax est Deus: ideò Evangelium ejus, quod apud vos prædicavimus, est verum, et constans, mutationi non obnoxium, aut falsitati.

19. Etenim Jesus Christus, quem ego, Sylas et Timotheus inter vos prædicavimus; Dei Filius est, et veritas ipsa; ideò ejus Evangelium contradictioni non obnoxium, sed constans veritas est.

20. Ita verus est Jesus Christus, Dei Filius, ut sit omnium Dei promissionum veritas et complementum. Ideò per ipsum Deo credimus, quòd nostra est gloria.

21. Deus autem est, qui nos inter vos confirmat suos apostolos et in Christo ministros; ipse est et qui nos unxit Spiritu suo;

22. Qui et nos signavit per sua charismata, et qui dedit in cordibus nostris Spiritum sanctum, arrhabonem promissionum suarum.

23. Jam ut dilationis meæ vobis reddam rationem, testem invoco Deum, volens ut me puniat, si fallo: ideò nondùm veni Corinthum, vestri causâ, ne severitate apostolicâ cogerer uti.

24. Non quòd ob fidem vestram velimus in vos dominari; sed quia volumus gaudio vestro cooperari, quippe qui statis in fide, et in eâ firmi estis.

COMMENTARIA.

Vers. 1. — Paulus apostolus Jesu Christi... Vide in hoc proœmium dicta initio primæ ad Corinthios, ac speciatim, quòd Dei voluntas debeat esse apostolatûs, et omnis ecclesiasticæ potestatis origo.

Et Timotheus frater. Recens Corintho redierat, quò miserat illum Apostolus, ut in primâ Epistolâ, cap. 16, v. 10. Hinc notus erat et charus Corinthiis, quibus virtutis suæ experientiam dederat, ait divus Chrysostomus et Theophylactus : et ideò Paulus illum sibi jungit in salutatione.

Ecclesiæ Dei, quæ est Corinthi, cum omnibus sanctis, id est, christianis. Cur autem sancti vocentur christiani, vide initio primæ Epistolæ ad Corinthios; qui sunt in universa Achaia. Corinthus erat Achaiæ metropolis; Achaia autem pars Græciæ. Quia omnibus illis communes erant morbi, communem illis scribit Epistolam, quâ omnibus medeatur.

Vers. 2. — Gratia vobis et pax... Supple detur et multiplicetur

Gratia, id est, principium omnium bonorum, *et pax*, æterna scilicet, omnium bonorum ultimum et finis, et consequenter cætera bona inter utrumque contenta. Ecce bona christiano desideranda, *gratia et pax*.

A Deo Patre nostro, id est, à totâ sanctissimâ Trinitate, quæ est Pater noster. Ecce bonorum omnium fontem, et causam efficientem, à quâ omne bonum procedit.

Et Domino Jesu Christo. Ecce Mediatorem, per quem omnia; causamque meritoriam gratiæ et pacis. Vide dicta in Epistolâ ad Rom., cap. 1, v. 7.

Vers. 3. — Benedictus Deus, id est, benedicatur et laudetur Deus, eique gratiæ agantur : nostrum enim, benedicere, est bonum recognoscere, ait divus Thomas.

Deus et Pater Domini nostri Jesu Christi. *Deus*, inquam, qui est *Pater Domini nostri Jesu Christi* et ideò Pater in nos misericordissimus.

Pater misericordiarum, id est, summè misericors, à quo miserationes, tanquàm à fonte profluunt, manatque misericordia, ait Theodoretus.

Deus totius consolationis, id est, omnis veræ et perfectæ consolationis auctor. Deus est verè Pater misericordiæ. Quare? quia de suo bonus, misericordiam in nos, quasi de suis visceribus effundit, et gratiam ex seipso parit. Secùs est de ultione et justitiâ, quæ ex nostro, id est, de peccatis nostris sumit originem. Hinc Deus non dicitur pater ultionis, pater justitiæ. Deus est *Pater misericordiarum*, quare? quia misericordiæ Domini multæ, infinitæ. Miseriæ nostræ multæ quidem; at misericordiæ Domini infinitæ. Hinc *misericordia superexaltat judicium*. Sed ab Apostolo disce, quòd Deus in nos sit summè misericors et *misericordiarum Pater, omnisque consolationis Deus;* quia *Deus et Pater est Domini nostri Jesu Christi;* qui pro nobis moriens lacrymis et clamore valido precatus est à Patre misericordiam. Hinc ergo disce, per Christum, et ob Christum, per Christi lacrymas, per Christi sanguinem pro te effusum, petere misericordiam.

Vers. 4. — Qui consolatur nos.... Græc., *consolans nos*. Lætetur, inquam, Deus omnis et integræ consolationis auctor; eò quòd nos omni verâ consolatione cumulat in omnibus nostris afflictionibus.

Ut possimus et ipsi... ad hoc ut et nos ipsi possimus eos consolari, qui in quâcumque sunt angustiâ.

Per exhortationem, id est, per consolationem; nomen Græcum, παρακλήσεις, exhortationem significat et consolationem. Hinc noster interpres vertit exhortationem, et benè, quia consolatio divina est et exhortatio. Ut possimus ergo quoscumque afflictos consolari per eam consolationem, quam à Deo recipimus, illam scilicet in afflictorum corda refundentes.

Observatio moralis.

Hic mirare 1° Apostoli humilitatem, qui nihil sibi à Deo, pro semetipso dari putat, sed pro aliis; quique propter alios, Deum sibi bonum et consolatorem esse credit. Omnia suæ refert ad Ecclesiæ utilitatem. Mirare 2° et sanctam Apostoli artem : promiserat Corinthiis ad eos se venturum; et quia distulit promissum, timet ne propterea doleant Corinthii, quasi fuerint aliis ab Apostolo postpositi; hinc mirâ arte hic sibi viam parat, ad excusandam adventûs sui moram. Siquidem hujusmodi divinæ gloriæ prædicatio, purgationis vice apud eum est....., ait D. Chrysostomus. Per hanc enim gratiarum actionem, indicat quòd magna fuerint pericula, quæ ipsum inhibuerint, et à quibus liberatus, gratias agit. Theophylactus. Hinc autem disce quòd Deus sanctos quidem suos non semper præservat, aut liberat à malis; sed eos in suis afflictionibus semper consolatur; eorum cor[illegible]

Vers. 1. — *Paulus apostolus Jesu Christi per voluntatem Dei, et Timotheus frater. Frater*, id est, coapostolus, uti Papa episcopos, episcopus canonicos, abbas monachos *fratres* vocant.

Ecclesiæ Dei, quæ est Corinthi, cum omnibus sanctis qui sunt in universâ Achaiâ; quia Corinthus Achaiæ metropolis erat, ad quam cæteri ejusdem provinciæ confluebant.

Vers. 2. — *Gratia vobis et pax à Deo Patre nostro*, etc., subaudi, multiplicetur.

Vers. 3. — *Benedictus Deus et Pater Domini nostri Jesu Christi.* Benedictus sit Deus, id est, laudetur à nobis Deus propter opera suæ bonitatis erga nos exhibita.

Pater misericordiarum (misericordissimus) *et Deus totius consolationis*, omnis consolationis.

Vers. 4. — *Qui consolatur nos in omni tribulatione nostrâ. Nos* intelligat seipsum et socios Evangelii [illegible], ac si diceret, consolator noster. Etenim proprium est [illegible], in æstu tribulationis non relinqui sine refrigerio consolationis divinæ.

Ut possimus et ipsi consolari eos, qui in omni pres

sic intùs roborando, ut et alios ipsi possint consolari.

Hæc omnia exprimit Apostolus, dicens, *qui consolatur nos*... Non dixit, qui non sinit nos affligi, hoc enim tum Dei potentiam declarat, tum eorum qui calamitatibus premuntur patientiam auget, et consequenter gloriam, ait D. Chrysostomus. Sed dixit, *qui consolatur nos* IN OMNI..., non in hâc aut illâ tantùm, sed in omni; idem D. Chrysostomus. Hæc est ergo novæ legis gratia, non à malis præservari, aut liberari; quod in veteri Testamento fiebat sæpè; sed in malis internâ consolatione, fortes reddi atque constantes.

Hoc discrimen nobis indicavit ipse Christus, in cruce pendens, et Patri suo per os prophetæ dicens: *In te speraverunt patres nostri, speraverunt et liberàsti eos; ad te clamaverunt et salvi facti sunt.* Ecce patriarcharum et antiquorum sanctorum à malis divinitùs liberationem. *Ego autem sum vermis et non homo, opprobrium hominum et abjectio plebis.* Ecce Christi derelictionem in doloribus et opprobriis. Sed ecce dolorum et opprobriorum sanctificationem, et quasi deificationem, in personâ Christi. Et ecce solidam christiani in doloribus et opprobriis consolationem. Christo Deo sum similis, sum conformis; communico Christi passionibus. Hinc gaudium; hinc vis, robur et consolatio interna. Dùm patior, sum quod fuit Christus. Sum vir dolorum, sicut et Christus. Opprobrium sum hominum sicut et Christus. *Communicantes ergo Christi passionibus, gaudete*, 1 Pet., v. 13. Ex quo Deus pro nobis passus est, honorificum est, lætum est pati pro Deo. Ex quo Deus pro nobis vir dolorum factus est, honorificum est, sanctum est, divinum est dolere, sentire, pro Deo pati. Dolores et opprobria Christus in suâ personâ consecravit, deificavit; sed et eis vim dedit sanctificandi, deificandi patientes christianos. Cùm itaque communicamus Christi passionibus, opprobriis et doloribus, gaudeamus; non liberationem à passione, non descensum à cruce petamus, sed gratiam christianam, quâ roborati libenter patiamur.

VERS. 5. — QUONIAM SICUT ABUNDANT PASSIONES CHRISTI, id est, quas pro Christo patimur; ITA ET PER CHRISTUM ABUNDAT CONSOLATIO NOSTRA. Qui pro Christo affligitur, per Christum roboratur et divino auxilio consolationem recipit, afflictioni proportionatam: quò major passio, eò major est consolatio. Hoc noverat, crucis amator B. Andreas, qui in cruce pendens Deum orabat, ne sineret eum à cruce separari; quia, inquiebat, virtutem sanctæ crucis agnovi. Sed heu! hoc ignoramus plerique, qui pati timemus, et nihil ardentiùs, quàm à cruce liberari petimus. O Deus bone! Deus misericors! Pater misericordiarum et Deus totius consolationis, da mihi virtutem sanctæ crucis agnoscere, ut eam diligam, eam desiderem, in eâ gaudeam. Veræ et cœlestis consolationis fons est, mater gloriæ, scala paradisi; initiatio ad æternam beatitudinem.

VERS. 6. — SIVE AUTEM TRIBULAMUR... In hoc textu notandum 1° quòd CONSOLAMUR ET EXHORTAMUR passivè sumi debeant, ut olim usurpabantur; quòd autem passiva sint, patet ex Græco. Notandum 2° quòd in Græco et in Syriaco duo tantùm sint membra, scilicet, *sive tribulamur... sive consolamur...* Deest autem, *sive exhortamur*: et cum fundamento; cùm unicum sit verbum in Græco significans *et consolamur et exhortamur*. Vel ergo, per scribas, unum alteri additum est; vel noster interpres voluit utramque verbi παρακλέω, significationem exprimere. Notandum 3° quòd paulò aliter construuntur hi duo versus sextus et septimus in Græco, et apud divum Chrysostomum, Theodoretum, Theophylactum. D. Chrysostomus sic legit: *Sive autem tribulamur, pro vestrâ consolatione et salute, quæ operatur in tolerantiâ earumdem passionum, quas et nos patimur; et spes nostra firma est pro vobis. Sive consolamur, pro vestrâ consolatione et salute, scientes quòd sicut estis socii passionum, ita eritis consolationis.* Sed melior est nostræ Vulgatæ constructio, quam servat etiam Syriaca et Arabica versio; sensusque est, qui in paraphrasi exprimitur: *Sive affligimur, id vobis utile*, etc. Vide paraphrasim. Magistrorum exempla sunt discipulorum hortamenta. *Sive consolationibus afficimur, id etiam ad vestram consolationem confert*, etc. Vide paraphrasim.

SIVE EXHORTAMUR, id est, sive intùs excitamur et confortamur à Deo, id pariter ad vestram salutem cedit; quia per hoc aptiores reddimur ad vos hortandos et excitandos ad salutem.

QUÆ OPERATUR... Græc., *effecta*, id est, quæ vestra salus efficitur per tolerantiam, etc. D. Chrysostomus *quæ efficitur in tolerantiâ*, etc. Notat expressè quòd D. Paulus non dixit, quæ efficit, sed *quæ efficitur*. Juxta nostram Vulgatam, *quæ operatur tolerantiam...*, quæ salus, à vobis sperata, vos animat ad ferendas tribulationes similes eis, quas nos apostoli patimur. Salus ergo efficit tolerantiam tribulationum, ut causa finalis, sicut, v. g., sanitas sperata efficit sumptionem amaræ medicinæ.

VERS. 7. — UT, Græc., καὶ, *et*. Syr., Arab., Æthiop., *et*.

surâ sunt, per exhortationem, quâ exhortamur et ipsi à Deo. Ut dicat S. Thomas: Qui non est consolatus, nescit consolari.

VERS. 5. — *Quoniam sicut abundant passiones Christi in nobis. Passiones Christi* vocat quas pro Christo patimur; ita Ambrosius; q. d.: Ne despondeas animum, quisquis pateris afflictiones et mala, quia quantùm exuberant mala, tantùm exuberant consolationes.

Ita et per Christum abundat consolatio nostra. Pro magnitudine passionum, etiam consolationis materiam et effectum subministrat.

VERS. 6. — *Sive autem tribulamur pro vestrâ exhortatione et salute*, q. d.: Tribulationes patimur, ut vos consolemur et salvemus, et ut patientiâ nostrâ, spe in Deum, ejusque consolatione vos animemus ad afflictiones nobiscum pro fide fortiter ferendas. Ita Ambrosius.

Sive consolamur pro vestrâ consolatione, sive exhortamur pro vestrâ exhortatione et salute. Quæ operatur tolerantiam earumdem passionum, quas et nos patimur. Quæ (scilicet salus, quasi finis exoptatus) *operatur tolerantiam.*

VERS. 7. — *Ut spes nostra firma sit pro vobis.* Spem, inquit, firmam et certam animo cepi pro vobis, id

Ut spes nostra firma... propter quòd, scilicet, quia sicut et nos patimini; ideò spes, quam de vestrâ salute concepimus, firmior ac securior redditur.

Scientes, id est, scimus enim quod sicut socii passionum estis, sic eritis et beatitudinis. Nota, *scientes*, scimus. Scientia est certa et evidens, quòd si passionum socii simus, et æternæ consolationis erimus socii.

Observatio moralis.

Quanta hinc animæ fideli afflictæ consolatio! Afflictio semen est beatitudinis, arrha gloriæ, certitudo est consolationis futuræ. Salus æterna per tribulationum tolerantiam efficitur. Tribulatio efficit salutem, rectàque ducit ad beatitudinem. Quid ergo animæ tribulatæ faciendum? Deo salutem illius operanti subdatur: sese sub Dei potenti manu humiliet: se duci sinat, licèt repugnante naturâ, quò Deus salvator illam post se ducit. Audiat illum intùs dicentem sibi, tolle crucem tuam, et veni, sequere me, si socius fueris passionum, socius eris et gloriæ. Crux ad beatitudinem recta et secura via. Firmiter ergo, securè et tranquillè beatitudinem speret anima christiana patiens christianè.

Vers. 8. — Non enim volumus... Specialiùs explicat mala, quæ recens passus est, et quæ Corinthiis nondùm erant nota; sicque et semetipsum Corinthiis explicat, et Corinthiorum animos sibi conciliat, hoc in eos charitatis indicio: signum enim amoris est sua aliis confidenter declarare. Nolo vos, fratres mei, ignorare tribulationem quæ nobis contigit in Asiâ, et, ut putatur, Ephesi. Creditur enim quòd loquatur de persecutione à Demetrio excitatâ, de quâ Act. 19.

Quoniam supra modum. Græc., καθ' ὑπερβολὴν, secundùm exsuperantiam, per excessum. Excessivè gravati sumus, pondere tribulationis, non secùs ac navis, quæ præ gravi quodam onere demergitur, ait D. Chrysostomus.

Supra virtutem, id est, humanam potentiam: seu nulla virtus humana tantum pondus ferre potest, in vitâ, nisi Dei gratiâ suffulciatur.

Ita ut tæderet nos... tanto pondere pressos, vivere. Idem dixit Job., c. 10: *Tædet animam meam vitæ meæ*. Græc., *ita ut perdubitare nos etiam vivere*, id est, ita ut valdè dubitaremus de vitâ. Syr., adeò ut vita nostra propè dissolveretur. Erasmus, ita ut desperaremus de salute nostrâ.

est, de consolatione et salute vestrâ: idque propter communicationem passionum.

Vers. 8. — *Non enim volumus ignorare vos, fratres, de tribulatione nostrâ, quæ* (tribulatio) *facta est in Asiâ.* Ephesi à Demetrio argentario Dianæ, qui seditionem populi contra Paulum excitavit, quâ penè oppressus fuit Paulus, Act. 19; ita S. Thomas.

Quoniam supra modum gravati sumus supra virtutem, hoc est, supra vires naturæ et corporis, non gratiæ et animi; nam ope gratiæ, invicto animo, tribulationem hanc Paulus pertulit et superavit. *Ita ut tæderet nos etiam vivere.* Non absurdè potest intelligi tædium vitæ passus Apostolus ob gravitatem afflictionis. Nam et beatus Job inter adversa dixit: *Tædet animam vitæ meæ*, cap. 10.

Vers. 9. — *Sed ipsi in nobismetipsis responsum*

Vers. 9. — Sed ipsi in nobismetipsis responsum. Græc., *decretum*. Syr., *sententiam*; D. Chrysostomus, sententiam, judicium, expectationem mortis..., id est, præ magnitudine periculi, animus noster, quasi respondendo, dictabat, seu judicabat nos certè morituros. Sicque in eodem statu eramus, ac illi, quibus mortis sententia pronuntiata est. Extremum expectabamus momentum.

Ut non simus fidentes in nobis, id est, ut tantis erepti periculis discamus non in nobis fidere; sed in Deo qui suscitat mortuos. Græc., *sed in Deo excitante mortuos*; sed in Deo solo, qui non à periculis tantùm mortis liberat, sed et ab ipsâ morte. Nos quasi suscitavit à mortuis.

Vers. 10. — Qui de tantis periculis. Græc., *qui de tantà morte*. Vide paraphrasim.

Vers. 11. — Adjuvantibus et vobis in oratione... id est, si per vestras ad Deum preces adjuvetis, ut ex multorum personis... Id à vobis peto ut donum Dei, Græc., *illa in nos donatio* (scilicet incolumitas) mihi per multos procurata; vel propter multos collatâ à multis gratiarum actione, meâ vice, meoque nomine recolatur: duplex ergo potest esse sensus. Primus, ut sicut fuit per multos procuratum donum; ita et per multos de eo gratiæ reddantur. Secundus, ut sicut propter multos mihi collatum est beneficium, ita per multos, meo nomine, recolatur, seu, ut ait Chrysostomus, ut multæ facies (seu personæ) gratias agant Deo, quandoquidem multæ quoque gratiam acceperunt. Et uterque sensus Paulini cordis humilitatem prodit. 1° in hoc quod nec à se, nec propter se, putat obtentum donum; 2° in eo quòd sicut nec ipse, nec propter se obtinuit; ita nec putat se dignum, qui gratiarum actionem reddat. Disce hinc, quisquis sis, quòd aliorum precibus indiges; cùm ipse Paulus Corinthiorum precibus indiguerit. Disce et hinc pro aliis humiliter orare; et pro beneficiis eis à Deo collatis, gratias agere. Utrumque D. Chrysostomus fusè docet; sic enim, inquit, et mandatum explemus, et ad charitatem incitamur.

Vers. 12. — Nam gloria nostra..., quasi diceret, hoc spero. Vide paraphrasim. Quia ubi conscientiam meam consulo, illa mihi testimonium reddit, quod est mea gloriatio, meumque gaudium.

Quod in simplicitate cordis et sinceritate Dei. Nimirùm, quòd animo simplici, recto et sincero me

mortis habuimus, adeò ut non sperarem me supervicturum. *Ut non simus fidentes in nobis, sed in Deo.* Et dicere cum prophetâ: *Oculi mei semper ad Dominum*, Psal. 24.

Vers. 10. — *Qui suscitat mortuos: qui* (Deus) *de tantis periculis nos eripuit et eruit*, ex tali tantâque morte, id est, mortis periculis tam patentibus et evidentibus. Ita Theophyl.

In quem speramus, quoniam et adhuc eripiet. In quo spem firmam collocatam habemus, quòd et deinceps erepturus sit, scilicet è malis adhuc obventuris.

Vers. 11. — *Adjuvantibus et vobis in oratione pro nobis*, etc., id est, pro dono in nos collato gratiæ agantur per multos pro nobis.

Vers. 12. — *Nam gloria nostra hæc est, testimonium conscientiæ nostræ.* Sensus: Id de quo glorior et in

gessi, quasi spectante Deo,

Non in sapientia carnali. Ferit obtrectatores suos, hypocritas, et eloquentiâ, seu seculari sapientiâ turgidos.

Sed in gratia, id est, cum Dei gratiâ et per Dei gratiam et per Spiritûs sancti charismata. In sapientiâ quæ mihi per Spiritum sanctum data est; in signis et prodigiis, quæ Dei gratia fuerunt, ait Theophylactus.

In hoc mundo, id est, ubicumque, abundantius apud vos... ; at maximè apud vos, ô Corinthii. Nam et signa et miracula apud vos edidimus, et curam, diligentiamque majorem adhibuimus; vitamque ab omni reprehensione alienam, ait D. Chrysost.

Vers. 13. — Non enim alia scribimus vobis, quam quæ legistis et cognovistis. Græc., *quàm quæ legistis aut et agnoscitis*. Syr., *quàm quæ scitis et agnoscitis*. Arab., *legistis vel cognovistis*. Quia de se magnificè locutus est, sibique ipsi testimonium dixit, ipsos testes producit; D. Chrysost. Non alia nunc vobis scribo, de meâ simplici et sincerâ ubicumque conversatione; quàm quæ vos ipsi legistis et cognovistis in meis apud vos actionibus. Notum est vobis et perspicuum, quàm simpliciter et sincerè apud vos fuerim conversatus : et de hoc vos ipsi mihi testes esse potestis.

Spero autem, quòd eumdem me semper videbitis, scilicet, cùm ad vos venero : dat spem eos videndi.

Vers. 14. — Sicut et cognovistis... sicut et de facto nunc cognovistis.

Ex parte, id est, saltem aliqui, si non omnes. Pungit eos, quia non omnes. Sicut ergo saltem pars aliqua vestrûm jam cognovit, me talem esse, ut de me doctore vestro, gloriari possitis; scilicet, quia talem habuistis apostolum, tam integrè, apud vos conversatum, tam sincerè de vestrâ salute sollicitum. Sicut et ego vicissim, de vobis discipulis meis, gloriabor in die judicii. Suos hic discipulos in eodem secum ordine collocat, ait Theodoretus. Ubique eos rerum omnium socios adhibet, consolationis, passionis salutis, supra, v. 6. Eodem modo hic et gloriæ; gloria vestra sumus, et vos nostra, divus Chrysostomus.

Vers. 15. — Et hac confidentia volui... hactenùs in plurali locutus est; nunc in singulari, quia moram, quasi culpam excusat. Hâc spe et confidentiâ fretus, scilicet confisus de vestro in me affectu, et de vestro in virtute proficiendi desiderio.

Prius... id est, antehàc, cùm priorem meam Epistolam scribierem, reverà et non ficte volui ad vos venire, ut secundam gratiam haberetis, id est, ut duplex à me beneficium haberetis. Primum, scilicet per meum ad vos transitum : secundum, per meum ad vos reditum. Hoc explicat versiculus sequens.

Vers. 16. — Et per vos transire ;... volui per vos transire iturus in Macedoniam. Hic transitus non fuisset sine aliquâ gratiæ spiritualis impertitione. Hoc vocat beneficium, gratiam, χάριν, vel secundùm alios χαρὰν, *gaudium*, ob præsentiam Apostoli.

Et iterum a Macedonia ;... et iterùm à Macedoniâ ad vos redire volui, et apud vos diutiùs permanere, et forsan hiemare, cap. 16. Primæ Epistolæ ecce iteratum et majus beneficium et gaudium.

Et a vobis deduci... et hinc, seu Corintho in Judæam ire volui, ab aliquibus è vobis, itineris mei comitibus, illuc deducendus.

Vers. 17. — Cum ergo hoc voluissem,... id est, cùm ergo hoc reverà et sincerè voluerim, et tamen de facto non adimpleverim.

quo confido coram Deo, testimonium est conscientiæ meæ; q. d. : Propterea spero me liberatum iri à Deo è pressuris quæ mihi adhuc instant; quia bene mihi conscius sum, ac de eo gloriari possum apud vos.

Quòd in simplicitate cordis, et sinceritate Dei. Dicit suam conscientiam sibi testari, quòd simplici, recto et sincero animo, qui Deo judice probetur, conversatus sit. Sinceritas autem ipsam intentionem rectificat.

Et non in sapientiâ carnali. Non humanâ philosophiâ aut eloquentiâ prædeavi, sed gratiâ, zelo, efficaciâ, ac spiritu divino. *Sapientiam carnalem* intelligit eam quam in priore Epistolâ vocavit *humanam*, et hujus mundi et seculi sapientiam, id est, humano studio atque ingenio comparatam, cujusmodi fuit sapientia philosophorum.

Sed in gratiâ Dei conversati sumus in hoc mundo. Gratiam Dei dicere videtur gratuitam ac potentem Dei operationem, tam in signis exterioribus miraculorum quæ per eum Deus faciebat, quàm in occulto tractu plurimorum ad credendum Evangelio per ipsum prædicato.

Abundantiùs autem ad vos, vel apud vos.

Vers. 13. — *Non enim alia scribimus vobis, quàm quæ legistis, et cognovistis.* Sensus: Non sunt vana quæ scribo de rectâ et sincerâ meâ apud vos conversatione : vos ipsi mihi testes estis.

Vers. 14. — *Sicut et cognovistis nos ex parte.* Addens *ex parte*, perstringit Corinthios, quòd plùs satis auscultantes æmulis et obtrectatoribus Pauli, minùs adhùc benè et honorificè de suo apostolo sentirent.

Quòd gloria vestra sumus. Quemadmodùm et jam ex parte de me cognovistis, et persuasum habetis, quòd sim gloria sive gloriatio vestra; hoc est, quòd ex me sit vobis gloriandi materia : nempè quòd nacti sitis talem apostolum tamque sincerum Evangelii prædicatorem, qui non sua quærat, sed tantùm ea quæ Jesu Christi sunt ac vestræ salutis.

Sicut et vos nostra, in die Domini nostri Jesu Christi. Et vos nostra, scilicet gloria seu gloriatio, estis.

Vers. 15. — *Et hâc confidentiâ volui priùs venire ad vos*, etc., hoc est : Ut ex secundo meo adventu secundam acciperetis gratiam, qui dudùm accepistis primam, quando primùm istuc veniens ad fidem vos converti. *Gratiam* intelligit spirituale beneficium ad veram pietatem pertinens, uti sunt fides, spes, charitas; cæteræque christianæ virtutes, et earum incrementa.

Vers. 16, 17. — *Et per vos transire in Macedoniam..... Cum ergo hoc* (venire scilicet ad vos) *voluissem* (nec tamen id præstiterim), *numquid levitate usus sum?* Numquid volens ac statuens illud facere, quod tamen postea non feci, leviter ac temerè illud volui?

Aut quæ cogito (quæ deliberо, statuo) *secundum carnem cogito.* Secundùm carnem cogitare est cogitare more hominum carnalium, id est, in cogitationibus suis ac studiis obsequi carnali cuipiam affectui, velut avaritiæ, ambitionis, aut consequendi cujuscumque commodi temporalis.

Ut sit apud me Est et Non? Ut in promissis instabilis sim et vanus, ut modò affirmem me ad vos venturum, modò revocem, et negem, uti pueri facere solent. Ita Anselmus.

Numquid levitate usus sum,... id est, numquid propterea dici potest quòd sim levis et inconstans et mendax?

Aut quæ cogito facere, ea animo carnali, et mea commoda quærens deliberо? Hinceque fiat quòd instabilis sim, idem modò volens, modò nolens; nunc affirmans, nunc negans, vel unum dicens et alterum faciens. Hoc de veritatis Apostolo calumniabantur pseudoapostoli, et, quod pejus et malitiosius erat, ex hàc prætensâ Pauli inconstantiâ, inferebant eum in suis prædicationibus constantiorem non esse, quàm in suis promissis. Ideò divinus Apostolus, dilatâ tantisper, ac suspensâ suæ moræ, ac mutationis excusatione, primùm refutat hanc adversariorum suorum calumniam de suis prædicationibus; quas veras et constantes esse paucis verbis probat, sed multis rationibus conglobatis.

Vers. 18. — Fidelis autem Deus...; quasi diceret, quidquid sit de me et de meâ mutatione, de quâ postea, fidelis tamen et summè verax est Deus.

Quia, id est, propterea, ideò, Evangelium ejus, quod ego, ut Dei apostolus apud vos prædicavi, verum est et constans; et non admittit est et non est, etiam et non: seu mutationi et contradictioni non est obnoxium. Ita D. Chrysostomus, etc.; adventûs mei pollicitatio, mea erat, etc., at prædicatio non mea erat, nec humana, sed Dei. Quod autem Dei est, in id mendacium cadere nequit; idem Chrysostomus. Quod deliberavi, ex me Paulo est, quod prædicavi, ex me apostolo; D. Thomas. Deus est verax qui per os meum loquitur; S. Anselmus. Prima ergo ratio, quâ Paulus probat prædicationes suas esse veras; quia Dei apostolus est, et sua prædicatio est Dei summè veracis verbum. Hanc rationem hic tantùm tangit, sed eam fusiùs explicat v. 21: *Qui autem confirmat nos*, ut suos, apud vos, apostolos, et in Christo ministros, Deus, etc. Vide ergo v. 21.

Vers. 19. — Dei enim Filius... Secundam hic dat rationem, ob quam vera est sua prædicatio et infallibilis. Quia scilicet, Jesus Christus, quem prædicavit, Dei Filius est, et veritas ipsa; et ideò non est varius et mutabilis, non fuit est et non, sed constans et invariabilis; sed est in illo fuit. Quasi diceret: Jesus Christus, quem ego et Sylas et Timotheus vobis prædicavimus, Dei Filius est, ipsa veritas est, quæ nec fallere, nec falli potest; quæ nec mutationi aut contradictioni subjacere potest; sed constans, invariabilis et æterna veritas est. Ergo nostra de Christo, æternà veritate, prædicatio, et quam, ut Christi legatus vobis annuntiavi, vera, constans, infallibilis est.

Vers. 20. — Quotquot enim promissiones... Tertia hic ratio continetur, quæ confirmat intentum; scilicet, veras esse suas de Christo prædicationes, et simul explicat secundam rationem allatam. Sed antea noto hunc versum variè legi. Græc., *quotquot enim promissiones Dei, in illo* etiam *et in illo* Amen, *Deo ad gloriam per nos;* id est, quotquot à Deo promissa sunt in veteri Testamento, hæc in Christo completa sunt. Etiam et Amen, idem significant. Itaque in illo sunt *etiam* et *Amen*, id est, vera sunt, impleta sunt. Deo ad gloriam, per nos, ut Deo sit gloria, per nostrum ministerium. Syrus.: *Omnes promissiones Dei, per Christum sunt etiam; ideò per ipsum damus Amen, ad gloriam Dei*, etc., id est, ideò per ipsum canimus, Amen, in Ecclesiâ, ad gloriam Dei. Juxta nostram Vulgatam, sensus est: Quotquot à Deo promissa sunt in veteri lege, hæc in Christo vera sunt et completa: ipse est omnium Dei promissionum veritas et adimpletio.

Ideò per ipsum, id est, Christum, Amen, id est, verum est; dicimus, Deo: seu ideò per Christum credimus Deo.

Ad gloriam nostram, id est, quod nostra gloria est, nostraque salus æterna. Credere enim Deo, et credere tot et tanta bona, à Deo promissa, et pro nobis, in Christo adimpleta, nostra gloria nunc est, et æternæ nostræ gloriæ radix. Fides radix æternæ gloriæ, et nostra temporalis seu actualis gloria. Ratiocinatio Apostoli his verbis inclusa, hæc est: Christus, filius Dei, ita veritas ipsa est, ut sit etiam omnium Dei promissionum complementum, adimpletio et veritas: ergo nostra, de Christo, veritate ipsâ, et promissionum Dei complemento, prædicatio vera est, nulli mutationi aut contradictioni obnoxia.

Vers. 21. — Qui autem confirmat nos... Alteram arbitror hic afferri rationem, ob quam vera sit, et falsitati non obnoxia D. Pauli prædicatio; putoque hanc rationem, esse prioris extensivam et explicativam, nimirùm fidelis et summè verax est Deus; ergo prædicatio, quam ut Dei summè veracis apostolus, vobis annuntiavi, vera est. Deus est qui nos confirmat in verâ Christi prædicatione, ut simus in eo stabiles et firmi, ne unquàm ad verbum falsitatis declinemus...,

Vers. 18. — *Fidelis autem Deus*, etc., q. d.: Deum veracem testor, vel novit Deus, qui fidelis et verax est testis, me vos dicendo non fefellisse, ac proinde nec jam non veniendo ad vos, uti statueram, fallere voluisse.

Vers. 19. — *Dei enim Filius Jesus Christus, qui in vobis per nos prædicatus est, per me, et Silvanum, et Timotheum.* Silam sive Silvanum apostolum et Timotheum fuisse Pauli cooperarios in prædicando Corinthiis Evangelio potest intelligi ex Act. 18.

Non fuit Est et Non, sed Est in illo fuit, q. d.: Doctrina et prædicatio mea de Christo Dei Filio *non fuit Est et Non*, id est, varia, inconstans, et sibi contraria. *Sed Est in illo fuit*, q. d.: Fuit constans asseveratio: quia idem semper de Christo affirmavi et docui.

Vers. 20. — *Quotquot enim promissiones Dei sunt, in illo Est.* Sensus est: Omnes Dei promissiones quascumque vobis annuntiavimus, per Christum sunt ratæ, validæ et immutabiles; quia per eum complentur.

Ideò et per ipsum Amen Deo ad gloriam nostram. Græca sic habent: *Et in ipso Amen Deo ad gloriam per nos*, id est, per ministerium nostrum.

Vers. 21, 22. — *Qui autem confirmat nos vobiscum in Christo.... Qui et signavit nos*, etc., id est, tanquàm sigillum quoddam nobis impressit Spiritum sanctum largiendo varia ejus charismata, quæ sigilli instar nos probent veros Dei nuntios ac ministros. Qui idem Deus dedit in cordibus nostris arrham suarum promissionum, ipsum Spiritum sanctum.

S. Anselmus. Quòd autem Dei sim apostolus, et verus Christi minister, Deus per effectus hic enumerandos manifestè indicavit.

Deus est, qui nos vobiscum, id est, apud vos, inter vos, suos confirmat apostolos et veros in Christo ministros manifestat. Ipse est, qui nos unxit, scilicet Spiritûs sancti unctione, seu infusione donorum Spiritûs sancti.

Vers. 22. — Qui et signavit nos... Ipse est qui per hæc sancti Spiritûs charismata, quasi per divina sigilla, nos obsignavit, et evidenter declaravit et authenticè probavit veros Dei ministros esse. Hæc enim fuerunt quasi sigilla divinæ auctoritatis nobis commissæ, sicut per sigilla regia, patefiunt litteræ regiæ, per quas datur regis auctoritas.

Et dedit pignus. Græc., arrhabonem, arrham Spiritûs sancti, id est, fuerunt et arrha promissionum Dei, seu Spiritûs sancti. Arrha, initium et portio quædam rerum nobis promissarum in Evangelio. Cùm ergo nos Deus suos apostolos authenticè declarârit, signis, prodigiis, et Spiritûs sancti donis, quis dubitet quin vera sit prædicatio tot obsignata sigillis divinæ auctoritatis et veritatis.

Observatio dogmatica et moralis.

Evangelii nobis per apostolos prædicati veritatem demonstrant : 1° Dei summè veracis, infallibilis auctoritas. Evangelium enim, ut Dei verbum, apostoli, ut Dei apostoli, et ab eo missi prædicârunt. Utrumque autem, id est, et Evangelium esse Dei verbum, et apostolos esse Dei apostolos, authenticè declarârunt signa et miracula. 2° Christi Filii Dei, æterna et invariabilis veritas. Evangelium enim, Christi, Filii Dei, veritatis æternæ, omnium Dei promissionum complementi, est prædicatio, bonusque nuntius : ergo verum est, cùm ipsam veritatem annuntiet. 3° Spiritûs sancti sanctitas ipsa. Evangelium enim, verbum Dei, bonum de Christo nuntium prædicaverunt apostoli, Spiritu sancto intùs uncti, Spiritûs sancti charismatibus exteriùs sigillati, et Spiritum sanctum, credentibus, ut Evangelii promissionum arrhabonem, communicantes. Ergo totius sanctissimæ Trinitatis testimonio authentico confirmata est Evangelii per apostolos prædicati veritas. Ergo Deo ipsi contradicit, qui Evangelio contradicit : Deo ipsi credit, qui credit Evangelio.

Vers. 23. — Ego autem testem Deum invoco... Stabilità suæ prædicationis veritate, jam accedit ad excusationem sui adventûs dilati ; et quia credi vult, in re gravissimâ, per Deum jurat. Deum obtestor, volens ut me puniat, si mentior, quasi diceret, perdat me Deus, si fallo. Deum ergo obtestor, quòd ideò nondùm veni Corinthum ; parcens vobis, quia volui vobiscum mitiùs agere ; seu ne cogerer apostolicâ auctoritate uti, ad punienda facinora, quibus multi vestrûm erant astricti.

Non quia dominamur... Quia dixit, *parcens vobis*... hocque verbum quoddam denotat imperium ; sese explicat, à se removens omnem dominationis suspicionem. Non quòd, ob fidem Christi, à me vobis prædicatam, et à vobis susceptam, velim herilem in vos exercere potestatem. Sed quia sumus gaudii vestri adjutores, ideò volens gaudium vobis et consolationem solidam procurare, meliorem expectavi occasionem, non castigandi, sed gratulandi.

Nam fide statis, seu perseveratis christianâ, propterea gaudium afferre malo, quàm supplicium.

Notanda ad mores.

Ex his duobus versibus, disce 1° juramentum in necessitate licitum, et ab Apostolo sæpè adhibitum. 2° Veri pastoris mirare et disce charitatem : sese justificat Paulus, ut animarum sibi subditarum amorem et fiduciam sibi servet, illarum utilitatis gratiâ. 3° Mirare et disce veri pastoris prudentiam, differt ne severiùs agat ; dat resipiscentiæ tempus, ne puniat ; gaudium mavult afferre, quàm supplicium. 4° Et disce quàm fugienda sit à vero pastore, etiam minima dominationis suspicio. Verus pastor non Dominus fidei, sed salutis et æterni gaudii minister ; ideò non debet herilem exercere potestatem ; sed in spiritu lenitatis regere et spirituale gaudium adjuvare ; quo, Dei gratiâ, subditorum animos exhilaret.

Vers. 23. — *Ego autem testem Deum invoco in animam meam*, ac si diceret : Perdat me Deus, nisi vera dixero. Si mentior, Deus vindex puniat et damnet animam meam.

Quòd parcens vobis, non veni ultra Corinthum ; ne scilicet uti cogerer auctoritate apostolicâ contra vitia, et delinquentes in vobis : sed parcens vobis abstinui, ne cum correctione ad vos veniens, vos contristarem. Ita Anselmus.

Non quia dominamur fidei vestræ ; non quòd dominemur vobis fide, id est, propter fidem vestram, quam nostro magisterio didicistis : quasi propter eam jus aliquod ac potestatem, qualis est dominorum, ego et consortes mei in vos usurpare velimus. Ita Theodoretus et Photius. Est autem dominari, præesse cum ostentatione potestatis, eâque abuti ad privata commoda.

Sed adjutores sumus gaudii vestri. Adjutores, Græcè, *cooperatores*, quin potiùs, inquit, ideò dixi *parcens vobis*, quòd unà studeamus procurare gaudium vestrum. *Nam fide statis*, quæ per dilectionem operatur, non per dominium cogitur, inquit Anselmus. Quasi dicat : In fide vestrâ non habeo quod corrigam, sed tantùm in moribus, quos, quia fideles estis, non imperiosè redarguam, sed leni monitione hâc Epistolâ reformabo, ut leniter emendati mecum unà omnes gaudeatis : quia enim verè fideles estis, hinc non dubito vos statim meis monitis obsequentes fore.

Corollarium pietatis, seu in hoc capite ad pietatem maximè notanda, et ad praxim redigenda.

1° Ad tuam ipsius consolationem disce, et recordare semper, quòd Deus sit Pater misericordiæ, imò Pater misericordiarum, omnisque consolationis Deus ; quia Deus et Pater est Domini nostri Jesu Christi, qui pro nobis in cruce lacrymas et sanguinem fundens, clamore valido precatus est misericordiam. Vide v. 3, in commentario. Hanc fidei nostræ veritatem penetra ; et de hâc plenè persuasus, in Domino confide sem-

per, et per Christi merita, misericordiam sperans implora.

2° Ad tuam doctrinam et consolationem disce, quæ sit gratia christianismi, et in quo differat à gratiâ veteris Testamenti. Vide v. 4. Disce quòd Christus cruces consecravit, et quasi deificavit, imò crucibus vim sanctificandi et deificandi dedit, ibidem. Disce quæ sit vera christiani patientis consolatio, v. 5 et 7. Disce quòd crux recta sit et secura ad beatitudinem via, v. 7. Et ideò quid christiano patienti et afflicto faciendum, ibidem v. 7. Oret præterea, ut sanctæ crucis virtutem agnoscat, v. 5.

3° Ad tuam fidem firmandam, nota quomodò Evangelium Christi fuit authentico sanctissimæ Trinitatis testimonio confirmatum, v. 22.

4° Pastores et prælati notent multa sibi ad mores et regimen convenientia, v. 23, 24.

CAPUT II.

1. Statui autem hoc ipsum apud me, ne iterùm in tristitiâ venirem ad vos.

2. Si enim ego contristo vos, et quis est qui me lætificet, nisi qui contristatur ex me?

3. Et hoc ipsum scripsi vobis, ut non, cùm venero, tristitiam super tristitiam habeam, de quibus oportuerat me gaudere; confidens in omnibus vobis, quia meum gaudium omnium vestrùm est.

4. Nam ex multâ tribulatione et angustiâ cordis scripsi vobis per multas lacrymas, non ut contristemini, sed ut sciatis quam charitatem habeam abundantiùs in vobis.

5. Si quis autem contristavit, non me contristavit, sed ex parte, ut non onerem omnes vos.

6. Sufficit illi, qui ejusmodi est, objurgatio hæc, quæ fit à pluribus:

7. Ita ut è contrario magis donetis, et consolemini, ne fortè abundantiori tristitiâ absorbeatur qui ejusmodi est.

8. Propter quod obsecro vos, ut confirmetis in illum charitatem.

9. Ideò enim et scripsi, ut cognoscam experimentum vestrum, an in omnibus obedientes sitis.

10. Cui autem aliquid donâstis, et ego; nam ego quod donavi, si quid donavi, propter vos in personâ Christi,

11. Ut non circumveniamur à Satanâ: non enim ignoramus cogitationes ejus.

12. Cùm venissem autem Troadem propter Evangelium Christi, et ostium mihi apertum esset in Domino,

13. Non habui requiem spiritui meo, eò quòd non invenerim Titum, fratrem meum; sed valefaciens eis, profectus sum in Macedoniam.

14. Deo autem gratias, qui semper triumphat nos in Christo Jesu, et odorem notitiæ suæ manifestat per nos in omni loco;

15. Quia Christi bonus odor sumus Deo, in iis qui salvi fiunt, et in iis qui pereunt;

16. Aliis quidem odor mortis in mortem; aliis autem odor vitæ in vitam. Et ad hæc quis tam idoneus?

17. Non enim sumus sicut plurimi adulterantes verbum Dei, sed ex sinceritate, sed sicut ex Deo, coram Deo, in Christo loquimur.

CHAPITRE II.

1. Je résolus donc en moi-même de ne point aller vous voir de nouveau, de peur de vous causer de la tristesse.

2. Car si je vous avais attristés, qui pourrait me réjouir, puisque vous qui devriez le faire, seriez vous-mêmes dans la tristesse que je vous aurais causée?

3. C'est aussi ce que je vous avais écrit, afin que, venant chez vous, je ne reçusse pas tristesse sur tristesse, de la part même de ceux qui devaient me donner de la joie: ayant cette confiance en vous tous que chacun de vous trouvera sa joie dans la mienne.

4. Il est vrai que je vous écrivis alors dans une extrême affliction, dans un serrement de cœur, et avec une grande abondance de larmes, non dans le dessein de vous attrister, mais pour vous faire connaître la charité toute particulière que j'ai pour vous.

5. Que si l'un de vous m'a attristé, il ne m'a pas attristé moi seul, mais vous tous aussi, au moins en quelque sorte; ce que je dis pour ne le point surcharger dans son affliction.

6. Pour ce qui est de celui qui a commis ce crime, c'est assez pour lui qu'il ait subi la correction et la peine qui lui a été imposée par votre assemblée.

7. Et vous devez le traiter maintenant avec indulgence et le consoler, de peur qu'il ne soit accablé par un excès de tristesse.

8. C'est pourquoi je vous prie de lui donner des preuves effectives de charité.

9. Et c'est pour cela même que je vous en écris, afin de vous éprouver, et de reconnaître si vous êtes obéissants en toutes choses.

10. Ce que vous accordez à quelqu'un par indulgence, je l'accorde aussi; et si j'use moi-même d'indulgence, j'en use à cause de vous au nom et en la personne de Jésus-Christ,

11. Afin que Satan n'emporte rien sur nous; car nous n'ignorons pas ses desseins.

12. Or étant venu à Troade pour prêcher l'Evangile de Jésus-Christ, quoique le Seigneur m'y eût ouvert une porte,

13. Je n'ai point eu l'esprit en repos, parce que je n'y avais point trouvé mon frère Tite: mais ayant pris congé d'eux, je m'en suis allé en Macédoine.

14. Au reste, je rends grâces à Dieu, qui nous fait toujours triompher en Jésus-Christ, et qui répand par nous en tous lieux l'odeur de la connaissance de son nom.

15. Car nous sommes devant Dieu la bonne odeur de Jésus-Christ, soit à l'égard de ceux qui se sauvent, soit à l'égard de ceux qui se perdent;

16. Aux uns une odeur de mort qui les fait mourir, et aux autres une odeur de vie qui les fait vivre. Et qui est capable d'un tel ministère?

17. Car nous ne sommes pas comme plusieurs qui altèrent la parole de Dieu; mais nous la prêchons avec une entière sincérité, comme de la part de Dieu, en la présence de Dieu, et dans la personne de Jésus-Christ.

ANALYSIS.

Pleniùs explicat itineris sui retardati causam: ideò non venit, ne rursùs contristaret eos, et ne pariter ipse, ob eorum tristitiam, tristaretur, v. 1, 2. Pari ratione excusat et prioris Epistolæ duritias, v. 3. Hisque versi-

bus, mirâ charitatis arte, insinuat quòd et ipsi sint ejus gaudium, et quòd eorum tristitia sit et sua; utrumque, vice versâ, Corinthiorum gaudium est etiam Pauli: et Pauli gaudium est et Corinthiorum; item de tristitiâ.

℣ 4. *Ejusdem prioris Epistolæ duritias excusat ob tristem statum in quo scripsit, et ob animum quo scripsit.*

℣ 5. *Transit ad præcipuum tristitiæ auctorem, quem tamen ob pœnitentiam non nominat, nec ejus crimen.*

℣ 6 *et* 7. *Eum vult absolvi, et in pristinum statum restitui; v.* 8, *id rogat ut patronus, v.* 9, *jubet ut apostolus.*

℣ 10. *Prior ipse condonat propter eos: ut lenitatis det eis exemplum, ne circumveniamur à Satanâ oo nimiam severitatem.*

℣ 12. *Redit ad suæ peregrinationis seriem; Epheso Troadem ivit: sed ibi non reperto Tito, profectus est in Macedoniam, expectaturus Titum, à quo Ecclesiæ Corinthiæ statum citiùs addisceret.*

℣ 14. *Ibi multa mala passus, sed Deo gratias agit, quia per Christum facit cum in persecutionibus victorem: et quia per suî ministerium diffundit quaquaversùm benefragrantem suî cognitionem.*

℣ 15. *Christi bonus odor est omnibus, salutaris credentibus, mortifer incredulis, v.* 16. *Ex hoc bono odore sumit occasionem, suam contra falsos doctores apologiam texendi. Non sicut illi, Evangelium cauponatur, sed sincerè prædicat, tanquàm à Deo, coram Deo, in Christi personâ, v.* 17.

PARAPHRASIS.

1. Decrevi apud memetipsum non redire ad vos, tristitiam rursùs daturus vobis.

2. Nam si ego, dùm apud vos ero, mœrore vos afficiam, ecquis est qui me exhilaret? Nullus: quia vos, ô charissimi mei, et gaudium meum, in tristitiâ essetis: tristis autem tristem non lætificat.

3. Ob hoc ipsum scripsi vobis, ut resipisceretis, ne veniens ad vos, et inemendatos inveniens, nimiam haberem tristitiam ex iis, de quibus, utpote charissimis filiis, oporteret me gaudere.

Scripsi, inquam, persuasus quòd gaudium meum existimetis vestrum, et ideò statim tolleretis à vobis quæ scireris mihi displicere, et tristitiam datura.

4. Hanc Epistolam scripsi vobis ex magnâ oppressione et anxietate cordis, non absque multis lacrymis; non ut vos contristarer, sed ut ex hâc meâ vos sanandi sollicitudine, cognosceretis singularem meum erga vos affectum.

5. Quòd si quis mœroris causam dedit, non me solùm tristitiâ affecit; sed etiam vos omnes, saltem aliquatenùs; adeò ut non vos accusem, ut criminis conscios et participes.

6. Sufficit tali, non nomino, objurgatio publica, et ejectio, quæ ei, à vobis congregatis, facta est.

7. Ita ut è contrario velim, ut ipsi jam pœnitenti condonetis, et illum consolemini, ne fortè immodico mœrore obruatur, et in barathrum desperationis cadat.

8. Quapropter obsecro vos, ut publico decreto ratam, firmamque faciatis vestram in eum charitatem.

9. Nam ideò hanc Epistolam scripsi vobis, ut experiar an in omnibus mihi obediatis; scilicet tam in gratiâ præstandâ, quàm in sententiâ pronuntiandâ.

10. Cui autem aliquid condonaveritis; et ego, vobis animo præsens, condono: nam et ego, quod donavi, si quid donavi, propter vos donavi, vice et auctoritate Christi.

11. Ne decipiamur à Satanâ, ob nimiam nostram severitatem: etenim illius astutias et dolos non ignoramus.

12. Cùm Epheso egressus, venissem Troadem, Evangelii prædicandi gratiâ; etsi magnus mihi patuit aditus ad Domini negotium;

13. Requiem tamen non habui in animo meo; eò quòd ibi non invenerim Titum, quem Corintho expectabam: hinc Troadensibus valedicens, profectus sum in Macedoniam, Titum expectaturus, et ab eo rerum vestrarum statum cognosciturus.

14. In Macedoniâ quidem multa passi sumus; sed Deo gratias, qui nos per Christum facit victores et semper triumphantes; et qui, per nos, quaquaversùm diffundit suî benefragrantem notitiam.

15. Quia ad Dei gloriam, sumus Christi bonus odor, et iis qui credentes salvi fiunt; et iis qui credere nolentes, pereunt.

16. Malis quidem hic odor est mortifer, et mortem afferens, sed suo vitio: bonis verò est odor vitalis et vitam donans. Ad id præstandum, quis, ut par est, idoneus?

17. Saltem, Dei gratiâ, non sumus sicut plurimi, qui, falsa veris miscentes, cauponantur verbum Dei; sed sincerè illud prædicamus, sicut à Deo processit; quasi nos spectante Deo, Christi nomine, velut ejus legati.

COMMENTARIA

Vers. 1. — Statui autem hoc ipsum... Græc., *judicavi autem mihi ipsi hoc, non iterùm venire in tristitiâ ad vos.* Itineris sui retardati causam clariùs reddit, et pleniùs explicat; quod in fine cap. 1, v. 23, jurans dixit: *Parcens vobis, non veni adhùc Corinthum.* Decrevi apud memetipsum *hoc*, scilicet non redire ad vos, tristitiam vobis daturus; seu ne vos nondùm emendatos inveniens, castigationibus rursùs contristarer; objurgans, ait divus Chrysostomus, excande-

Vers. 1. — *Statui autem hoc ipsum apud me*, etc., scilicet non venire ad vos, et parcere vobis vestrisque delictis, ut dixi v. 22.

scens, aversans. Quasi diceret : Per priorem Epistolam meam vos errantes contristavi, non volui rursùs contristare, ideò venire distuli, dedique tempus emendationi.

Vers. 2. — Si enim ego contristo vos..... nam si, ego, dùm apud vos ero mœrore, vos afficiam, ecquis est qui me lætificet ?

Nisi is qui contristatur ex me, id est, nisi fortè is, quem mœrore affecero, quasi diceret : Nemo ; cùm vos, ô charissimi mei, qui gaudium meum estis, in tristitiâ essetis : tristis autem tristem non lætificat. His verbis insinuat quòd ipsi sint ejus gaudium, et quòd illorum tristitia sit et sua ; hincque noluit eos contristare, quia contristaretur et ipse ; è contra vult illorum gaudio cooperari, sicut dixit v. 24, cap. 1, ut et ipsis congaudeat.

Observatio moralis.

O mirandam sanè cordis apostolici charitatem ! Quid non facit, ut filios suos ab erroribus, et à vitiis ereptos, sanctificet et Christo lucretur? Primò peccantes ipsos absens per Epistolam arguit, increpat ; et brevi se ad eos venturum minatur ; deinde parcens, tempusque donans emendationi, tardat venire, ne cogatur nondùm emendatos rursùs corrigere ; et ne hâc geminatâ correptione infirmos adhuc discipulos, et à falsis doctoribus obsessos, exasperet ; tempus ergo exspectat aptius. Interim rursùs scribit, et quia, plerosque saltem, novit emendatos, illos solatur, demulcet, prioris Epistolæ duritias excusat ; plùs doluit, quàm ipsi ; illorum omnium tristitia et sua est. Hinc non vult illorum tristitiæ auctor esse ; sese eorum gaudii adjutorem profitetur. O miras divinæ charitatis artes ! quid non apostolica corda cogis, animarum sacra, divinaque fames ? Has apostolicæ charitatis artes ita miretur ut et imitetur superior ecclesiasticus.

Vers. 3. — Et hoc ipsum scripsi vobis, ut non, cum venero, tristitiam habeam super tristitiam. Græc., *ne veniens tristitiam habeam*. Syr., *quod autem hoc ipsum scripsi vobis, inde est, ne cùm venerim, mœrore me afficiant ii, ex quibus oporteret me gaudio demulceri*. Nec textus Græcus, nec Syriaca, nec Arabica, nec Æthiopica versio habent hæc duo verba *super tristitiam*. Ambrosius etiam illa non addit, nec in textu, nec in explicatione. Erasmus suspicatur ex Epist. ad Philipp. c. 2, v. 27, hic addita fuisse. Multa tamen exemplaria citat P. Amelotte, in quibus illa legit. Excusat Apostolus hìc prioris Epistolæ duritias. Dixerat, v. g. : *Quid vultis, in virgâ veniam ?* cap. 4, v. 21, et alia dura alibi dixit : hæc nunc emollit ; eorum rationem reddens. Quasi diceret, propterea, *ob hoc ipsum*, scilicet, ut resipisceretis, sic scripsi vobis ; ne veniens ad vos, et vos inemendatos inveniens, geminatam, seu nimiam tristitiam haberem ex iis, de quibus, utpote meis charissimis filiis, oporteret me gaudere. Filius sapiens gaudium et gloria patris ; juxta illud Proverb. 10, v. 1 : *Filius sapiens lætificat patrem.*

Confidens in omnibus vobis... ; hoc, inquam, scripsi, confisus atque persuasus, quòd meum gaudium existimetis ut vestrum, sicut ego vestrum existimo meum ; et ideò quòd statim à vobis tolleretis, quæcumque sciretis mihi displicere, et tristitiam mihi creare. Ecce primam rationem, ob quam duriusculè vobis scripsi, scilicet, ut emendaremini, ne vos contristarem, et ego magis quàm vos ipsi, ex vestro mœrore contristarer ; sed ut sublatis omnibus tristitiæ et vestræ et meæ causis, simul in Domino gauderemus omnes : itaque non tam meâ, quàm vestrâ causâ feci.

Vers. 4. — Nam ex multa tribulatione... Syr., *ex magnâ oppressione et anxietate cordis*, etc. Pergit in emolliendis prioris Epistolæ asperitatibus. Propterea declarat eis tristem statum, in quo erat, cùm scripsit ; et animum eis aperit, quo scripsit. 1° Status. *Ex multâ tribulatione...* Omnia hìc verba ponderanda sunt cum D. Chrysostomo ; non dixit simpliciter, *ex tribulatione*, sed *ex multâ tribulatione*, nec per lacrymas solùm, sed per multas lacrymas et cordis angustiam : hoc est, mœrore præfocabar, ac strangulabar ; ac tristitiæ nubem non ferens, ad vos scripsi ; D. Chrysostomus. Itaque ostendit quòd multò magis doluerit, quàm ipsi. 2° Animus scribentis. Non ut contristemini, id est, non intendens tristitiæ vestræ malum, seu quasi me delectet tristitia vestra.

Sed ut sciatis... Syr., *sed ut cognosceretis charitatem vehementem quam habeo erga vos*, id est, sed ut ex hâc meâ sanandi vos sollicitudine, meum cognosceretis singularem erga vos affectum : seu, ut ait D. Anselmus, quàm magno dilectionis affectu vestram salutem quæram, cupiens vos à peccatis eripere, et Christo reddere. Non charitatem tantùm dixit, sed quàm abundantius..., ut indicet, quòd eos præ cæteris diligit, ut eximios et præcipuos discipulos ; D. Chysostomus. Ita-

Vers. 2. — *Si enim ego contristo vos*, hoc est, etsi contristavi vos per Epistolam primam objurgatricem, tamen jam lætificor vobiscum in fornicarii, et vestrâ pœnitentiâ et tristitiâ.

Et quis est qui me lætificet, nisi qui contristatur ex me? Q. d. : Maximè me lætificat is, qui ad meam objurgationem dolet et pœnitet, scilicet incestuosus ille fornicarius, quem excommunicavi, Epist. 1, c. 5. Ita Ambros.

Vers. 3. — *Et hoc ipsum scripsi vobis, ut non cùm venero tristitiam suprà tristitiam habeam, de quibus oportuerat me gaudere* ; q. d. : Volui per Epistolam præmissam vos objurgare et corripere, ne coram vobis cogerer objurgare, quod mihi valdè triste foret. *Confidens in omnibus vobis, quia meum gaudium omnium vestrùm est.* Omninò confisus sum fore ut quod mihi displicere intelligeretis, statim tolleretis, quia mea gaudia existimatis vobis esse communia, et consequenter dolores meos æstimatis esse vestros, ut quod mihi displicet, et vobis displiceat.

Vers. 4. — *Nam ex multâ tribulatione et angustiâ cordis scripsi vobis per multas lacrymas, non ut contristemini*, contristaremini. Scripsi, inquit, non intendens malum tristitiæ vestræ ; sed bonum aliquod ei conjunctum, scilicet emendationem vestram.

Sed ut sciatis quam charitatem habeam abundantiùs in vobis, erga vos ; ut intelligeretis quantùm vos diligam.

que si verba iracundiæ plena erant, hæc tamen animi concitatio ex ingenti charitate et dolore nascebatur; idem S. Chrysostomus, qui et D. Paulum comparat patri medico, charissimi filii sui ulcus secanti, aut urenti, et ideò dupliciter dolenti; et quòd filius sit æger; et quòd filium ægrum secare cogatur : utrumque autem amoris est argumentum. Talem se, et patrem et medicum, recordetur prælatus corrigens; doleat et se dolere testetur, et ex amore, non odio, non morositate filium suum corrigat et sanet.

Vers. 5. — Si quis autem contristavit.... Ubi sese excusavit, Deum ipsum imitatus, ut notat D. Chrysostomus. Deus enim, Mich. 6, ait : *Popule meus, quid feci tibi...?* transit ad præcipuum tristitiæ auctorem, scilicet, fornicarium; sed propter illius pœnitentiam, sermonem sic emollit, ut nec eum nominet, nec ejus crimen; nec de tristitiâ, quam suo crimine causavit, nisi sub conditione loquatur. *Si quis...*, quasi criminis illius oblitus sit Apostolus, ac de eo dubitet.

Si quis autem contristavit... Syr., *quod si quis tristitiâ affecit, non me tristitiâ affecit, sed propemodùm vos omnes.* Id est, si quis contristavit, non me solum, sed omnes vos contristavit, ex parte, id est aliquatenùs, in aliquo saltem gradu et modo; paululùm : vel cum Syro, *propemodùm, ferè vos omnes.*

Ut non onerem, supple, vos omnes. Syr., *ne onerosus sit vobis sermo.* In priori Epistolâ, cap. 5, v. 2, videbatur Apostolus omnes Corinthios culpâsse, quasi consentientes, aut dissimulantes : *Et vos*, inquit, *inflati estis, et non magis luctum habuistis.* Hoc ut leniat, hic dicit omnes eos propemodùm, vel eos omnes aliquatenùs, aliquo saltem gradu et modo fuisse doloris sui socios et participes. Adeò ut non vos omnes accusem, quasi criminis conscios et participes. Hujus itaque versûs constructio hæc est: *Si quis contristavit, non me solum contristavit, sed etiam vos omnes ex parte*, id est, saltem aliquatenùs, ita ut vos non accusem, quasi delicto consentientes. D. tamen Chrysostomus aliter hanc ultimam partem, *ut non onerem*, explicat, id est, dixi, *ex parte*, non quòd vos minorem inde mœrorem acceperitis, quàm ego, sed ne illum, qui stuprum perpetravit, nimiùm onerem. Ut indulgentiùs cum eo agerem, dixi, *ex parte.*

Vers. 6. — Sufficit illi, qui... Nec eum nominat, nec peccati illius mentionem facit, quia pœnitenti vult indulgentiam impertiri. A Corinthiis, Apostolo jubente, in primâ Epistolâ publicè correptus, damnatus et excommunicatus fuerat incestuosus ille; sed quia ad mentem rediit, et sincerâ pœnitentiâ crimen agnovit; eum pœnitentem vult Apostolus ab excommunicatione absolvi et in pristinum statum restitui.

Sufficit illi, qui vos et me contristavit; id est, incestuoso, sufficit ad pœnam pro delicto suo satisfactoriam, publica objurgatio, confusio, et ab Ecclesiâ ejectio, quæ à vobis congregatis facta est.

Sufficit, attentâ illius infirmitate; et spectatâ illius pœnitentiâ, quæ magna fuit; cùm timeat Apostolus, ne nimio mœrore absorbeatur. Hinc disce pœnitentias satisfactorias esse corporis et animæ viribus proportionandas. Animadverte et hic indulgentiarum originem. Sic enim sufficit incestuosi pœnitentia, ut fiat tamen ei condonatio : indulgentia et relaxatio conceditur, ut patet ex versu sequente.

Vers. 7. — Ita ut è contrario....; scilicet, velim ut ipsi jam pœnitenti et humiliato condonetis : scilicet impositam ei pœnam remittentes, eumque in pristinum statum restituentes.

Et consolemini, omnia ei amoris signa exhibentes : ne fortè immodico mœrore obruatur, demergatur, et in barathrum desperationis cadat, et à fide deficiat. Seu, ut ait Ambrosius, et post eum S. Anselmus, ne diutiùs videns se à cunctis sperni, desperans de se, det animum ad mundo fruendum, quasi qui locum, apud Deum, jam non habeat. Hoc est enim, à majori tristitiâ absorberi, desperantem de se, converti ad admittenda peccata, quibus gravatus absorbeatur morte secundâ.

Vers. 8. — Propter quod..., ne scilicet absorbeatur. Obsecro vos... non ut præceptor imperat, sed ut advocatus rogat, Corinthiis in judiciariâ sede positis, ait D. Chrysostomus. Illis ergo loquitur velut judicibus, quorum suffragio vult incestuosum excommunicatum, sed pœnitentem, publicè absolvi; eos rogat velut patronus.

Ut confirmetis; Græc., κυρῶσαι, *confirmare*, id est, publico decreto, et in publico Ecclesiæ vestræ cœtu, ratam, firmamque faciatis vestram in eum charitatem.

Vers. 5. — *Si quis autem contristavit, non me*, scilicet solum, *contristavit* fornicarius, de quo Epist. 1, c. 5, *sed ex parte;* quia mecum multos alios bonos contristavit, ait Anselmus : qui eum excommunicatum à me, è cœtu suo cum objurgatione ejecerunt.

Ut non onerem omnes vos, hâc infamiâ et suspicione, quasi putem non esse multos qui doleant propter illum incestum. Priori enim Epistolâ, cap. 5, videbatur omnes culpâsse quasi consentientes vel dissimulantes illum incestum : *Et vos*, ait, *inflati estis, et non magis luctum habuistis.*

Vers. 6.— *Sufficit illi qui hujusmodi est*, etc. *Hæc*, illa publica scilicet separatio et confusio, quâ à totâ Ecclesiâ ejectus est incestuosus. *Sufficit illi* tali, scilicet ei qui Ecclesiam contristavit. Sufficit, inquam, pro satisfactione sui delicti : ita nimirùm, ut, quamvis enormitas facinoris pœnam longè majorem ac diuturniorem meritò postulet, reliquum tamen pœnæ per indulgentiam ei condonetur. Hinc patet eum post excommunicationem pœnituisse. Unde laxat et absolvit eum Apostolus hic.

Vers. 7. — *Ita ut è contrario magis donetis, et consolemini. Donare* pro condonare, remittere, gratiam debiti facere. Sensus est : Ita ut è contrario, id est, loco severitatis quâ longiorem adhuc pœnam exigere possetis, potiùs uti vos oporteat lenitate et indulgentiâ, quâ condonetis ac remittatis quidquid ei pœnæ reliquum est.

Ne fortè abundantiori tristitiâ absorbeatur qui ejusmodi est. Ut ea prorsùs obruat hominem, pariatque in eo effectus ex immodico mœrore consequi solitos : uti sunt animum despondere, spem salutis abjicere, pietatis operibus renuntiare, totum se mundo dedere, etc.

Vers. 8. — *Propter quod obsecro vos*, etc., id est, ut publico Ecclesiæ consensu declaretis vos denuò il-

Κυρία sunt comitia, ait Erasmus. : hinc κύρωσαι hìc significat in publico Ecclesiæ cœtu declarare. Rogat itaque ut publico Ecclesiæ cœtu, eum ut fratrem declarent et suscipiant. Quasi diceret, unite membrum corpori, adjungite ovem gregi, vehementem animi affectum ei ostendite; Theodoretus.

Vers. 9. — Ideo enim scripsi vobis... hanc Epistolam, ut experimento cognoscam, an in omnibus obedientes sitis : non modò in amputando, sed etiam in adjungendo, ait D. Chrysostomus. Id est, ut probem an sitis tam alacres in gratiâ præstandâ, quàm fideles fuistis in sententiâ pronuntiandâ. Sic ergo obsecrat, ut et imperet : vult enim obedientiam. Præcipere poterat, velut apostolus, rogare maluit, sicut patronus; at sic rogat judices, tanquàm advocatus; ut à judicibus subalternis obediri velit, tanquàm apostolus et Christi vicarius. Docet prælatos auctoritate suâ uti moderatè. Docet subditos prælatorum precibus obedire, ut jussionibus.

Vers. 10. — Cui autem aliquid donastis... Græc., *donatis*, seu condonatis, pro condonabitis; seu, ut ait Tertullianus, donaveritis. Syr., *cui verò remittitis*. Arab., *et culpam quam condonabitis*.

Et ego, vobis animo præsens, condono; quasi diceret, sicut in priore Epistolâ, cap. 5 : *Congregatis vobis et spiritu meo*, illum excommunicavi; ita me vobis nunc adjungo, ut quod condonatis, ego condonem.

Nam et ego quod donavi, si quid donavi propter, vos, in persona Christi. Sicut auctor fui pœnæ, sic et promotor sum indulgentiæ. Et id quidem *propter vos*, ut exemplo meo discatis lenitate non minùs uti quàm severitate.

In persona Christi, auctoritate Christi, summi pontificis, cujus vices gero, quique dixit : *Quæcumque solveritis*... Itaque sicut in nomine Domini nostri Jesu Christi, etc., illum tradidi Satanæ, Epistolâ primâ, cap. 5, v. 4 et 5; sic in eodem nomine et auctoritate, vobis congregatis præsens, illi condono.

Vers. 11. — Ut non circumveniamur..., id est,

lum pro fratre complecti.

Vers. 9. — *Ideò enim scripsi*, scilicet hanc Epistolam, ut confirmetis in illum charitatem, ut præcessit.

Ut cognoscam experimentum vestrum, an in omnibus obedientes sitis, ut videam, utrùm, sicut obedistis in eo excommunicando, sic et obediatis in recipiendo.

Vers. 10. — *Cui autem aliquid donâstis, et ego*. Cui gratiam et remissionem fieri per Titum rogâstis, *et ego*, scilicet donari illi, et condonari rogo. Ita Theodoretus.

Nam et ego quod donavi, si quid donavi, propter vos, in personâ Christi. Hoc autem *in personâ Christi*, non est aliud quàm nomine, vice et auctoritate Christi : cujus scilicet personam Paulus gerebat; q. d. : Condono vice et auctoritate Christi, cujus personam gero, qui dixit : *Quidquid solveris super terram, erit solutum et in cœlo*.

Vers. 11. — *Ut non circumveniamur à Satanâ*; ne decipiamur, ut scilicet fornicarius ille ob nimium rigorem à Satanâ in desperationem impellatur.

Non enim ignoramus cogitationes ejus. Tertullianus, lib. de Pudicitiâ, cap. 13, legit : *Non enim ignoramus injectiones ejus*, puta rapinas ejus.

decipiamur à Satanâ, sub specie boni, nimirùm si ob nimiam nostram severitatem hunc impellat ad desperationem, et abducat à fide; et nos ipsos sic includat laqueis suis. Hoc benè et paucis Ambrosius, ne remedium nostrum fiat ejus triumphus. Dixit in præcedenti versu *donavi propter vos;* hinc videtur quòd dicere debuisset, ut non circumveniamini sed dicere maluit, *ut non circumveniamur*. Tùm ut modestiam servet, tùm ut præsentiam suam inter illos indicet.

Non enim ignoramus... hujus callidi serpentis astutias et dolos, quibus nos, tum prælatos, tum subditos à Deo conatur abducere. Variæ sunt et oppositæ ejus in nos machinationes, modò illecebris, modò desperatione; modò nimiâ lenitate, modò nimiâ severitate nos impugnat. Hoc benè D. Thomas expressit dicens : Diabolus enim multos decepit, quosdam, scilicet, trahendo ad peccatorum perpetrationem; quosdam verò ad nimiam contra peccantes rigiditatem; ut si non potest eos habere per perpetrationem facinorum, saltem perdat, quos jam habet, per prælatorum austeritatem, qui eos non misericorditer corrigentes, in desperationem inducunt; et sic nos perdit, et illos diaboli laqueus includit.

Vers. 12. — Cum venissem autem Troadem... Redit ad itineris sui narrationem, eisque declarat quò ierit, cùm decrevisset ad eos non ire. Epheso egressus ivit Troadem, Phrygiæ minoris urbem, in littore Hellesponti. An Troas, sit Troja famosa, multi affirmant. Fromondus, ex Act. 20, v. 6 et 15, colligit quòd Troas sit urbs littoralis, Troja verò aliquanto spatio distabat à terrâ; erat tamen, inquit, in eâdem Phrygiâ minore.

Propter Evangelium Christi, id est, prædicandi Evangelii gratiâ.

Et ostium, id est, etsi magnus patuerit aditus ad Evangelium propagandum; seu magna mihi spes affulgeret multos acquirendi Christo.

Vers. 13. — Non habui requiem spiritui..., id est, in animo meo.

Vers. 12. — *Cùm venissem autem Troadem, propter Evangelium Christi*, subaudi prædicandum, *et ostium* (aditus magnus) *mihi apertum esset in Domino*, in negotio Domini, scilicet ad propagandum ejus Evangelium. Ita Anselmus.

Vers. 13. — *Non habui requiem spiritui meo* (in spiritu, id est, in animo meo) *eo quòd non invenerim Titum fratrem meum*, in Evangelio prædicando adjutorem et socium. Primasius hanc affert causam, cur Tito non invento requiem Apostolus non habuerit : quia per Titum, quem Corinthum miserat, expectabat ut sibi nuntiaretur an Corinthii jam se correxissent. Requiem ergo spiritus Pauli non habebat, eo quòd Titum non invenisset, scilicet Corintho reversum : ut ejus relatu certior de rebus Corinthiorum fieret. Et hæc Apostolus scribit, ait Primasius, ut intelligant ipsum omnia propter charitatem fecisse. Ergo quod dicit tale est : Postquàm Epheso digressus veni Troadem Evangelii causâ, quamvis in eâ urbe spes copiosi fructûs appareret, adeò tamen rerum vestrarum curâ ac sollicitudine tenebar, ut illic non putaverim mihi subsistendum, eo quòd Titus quem à vobis expectabam, non advenisset.

Sed valefaciens eis, profectus sum in Macedoniam,

Eo quod non invenerim... ibi Titum, quem Corintho expectabam, et à quo sperabam me cognosciturum Ecclesiæ vestræ statum.

Sed valefaciens eis... Hinc rerum vestrarum sollicitus, fratribus Troade commorantibus valedixi. Nimirùm illis instructis, rebusque ad illos spectantibus ordinatis; vel fortè aliquibus discipulis ibi relictis, qui ostio illo aperto, pergerent, ait Fromondus.

Profectus sum in Macedoniam, Titum expectaturus, et ab eo Ecclesiæ vestræ statum citiùs agnosciturus. Hic omittit Apostolus, quod in cap. 7, v. 5, dicet; scilicet, quòd in Macedoniâ omnem passus sit intùs et foris tribulationem; sed de eâ, ejusque effectu, Deo gratias agit.

Vers. 14. — Deo autem gratias, qui semper triumphat nos... Hebraismus est, significans : Qui per Christum nos semper facit triumphare; seu, qui per Christum facit, non solùm ut omnia adversa superemus, simusque in persecutionibus victores, sed etiam post prælium et victoriam reddit illustriores.

Et odorem notitiæ suæ..., id est, et suavem seu benefragrantem suî cognitionem, id est, famam Evangelii sui.

Per nos, equidem concussos, sed nunquàm dejectos quaquaversùm diffundit, in omni loco. Quò magis conteruntur et concutiuntur aromata, eò majorem spirant fragrantiam; sic et nos, quò magis concutimur, et persecutionibus conterimur, eò suaviorem et abundantiorem Dei Evangeliique Christi spargimus odorem.

Colligenda.

Hinc collige quòd passio martyrum sit triumphus et martyrum, et Dei, et Christi. Quid enim est triumphus? Imperatoris victoris progressio in publicum cum trophæis, aliisque victoriæ signis. Ergo passio martyrum, triumphus est martyrum, quia per eam de carne, mundo et diabolo victores, martyrii sui instrumentis, quasi trophæis, illustres et conspicui, publicè coram omnibus triumphum agunt. Ergo passio martyrum, triumphus est Dei; quia per eam odor Dei benè olens, suavis et benè fragrans ejus notitia diffunditur. Ergo passio martyrum, est Christi triumphus; quia per eam Evangelium Christi disseminatur; fides perfidiam vincit et veritas mendacium. Deus ergo per passiones martyrum et ipsos martyres facit triumphantes, et ipse per eos triumphat.

Vers. 15. — Quia Christi bonus odor...., id est, bona fama, verbo, exemplo, patientiâ.

Deo, id est, ad Dei gloriam, vel Deo in odorem suavitatis, sicut hostiæ et thymiamata veteris legis dicebantur offerri Deo, *in odorem suavitatis.*

Iis qui salvi fiunt.... et iis qui credunt et salvi fiunt; et iis qui credere nolentes, in suâ infidelitate pereunt. Tanquàm thuribula incensa, spargimus, quòcumque incedimus, spiritualem fidei christianæ odorem, et credulis prædicamus et incredulis; quia, quantùm ad nos attinet, volumus, sicut et Deus, omnes salvos fieri. Hunc eumdem christianæ fidei odorem ubique et nostris passionibus spargimus. Quasi unguentorum ampullæ sumus : quantò magis frangimur, tantò ampliorem odorem Dei et Christi diffundimus ad omnes.

Vers. 16. — Aliis quidem odor mortis... malis quidem hic odor est mortifer et mortem afferens, sed occasionaliter, non nostro, sed eorum vitio. Bonis autem est odor vitæ; et vitam afferens, sicut fragrantia unguenti columbam vegetat, scarabæum necat, ait Œcumenius. Sicut odor florentium vinearum homines recreat, serpentes necat, ait D. Thomas. Sicut lumen solis oculos sanos recreat, debiles cruciat. Sicut ignis aurum purgat, stipulam absumit. Sic fama de Christo sparsa, bonis est odor vivificus, spiritualem vitam impertiens; malis est odor mortifer; non ex se, est enim *odor vitæ;* sed eorum vitio, quia vitam respuunt : seu, ut ait Christus, *quia dilexerunt magis tenebras, quàm lucem.*

Et ad hæc quis tam idoneus? Græc., *ad hæc quis idoneus?* Syr., *et ad hæc quis erit idoneus?* D. Chrysostomus, gratiæ profectò id est, hoc totum Christi est; nihil est quod nobis arrogemus; idem ait D. Chrysostomus.

Quis tam idoneus? Aliqui, *tam*, putant additum : alii volunt *quisnam*, in *quis tam* conversum. Sensus est : Quis sicut par est, idoneus est, ut ubique Christi bonus sit odor? quasi diceret : Quàm pauci reperiuntur tam idonei! vel juxta Vulgatam : *Quis tam idoneus*, quàm nos apostoli?

Vers. 17. — Non enim sumus sicut plurimi.... Ex

scilicet Titum illic exspectaturus, et ex eo de vobis aliquid certi cogniturus.

Vers. 14. — *Deo autem gratias, qui semper triumphat nos in Christo. Triumphat*, id est triumphare facit. Ita Ambros., Anselm. Videtur Apostolus in Macedoniâ acres persecutiones pertulisse. Unde c. 7 dicit se ibi omnem tribulationem passum : foris pugnas, intùs timores : sed Dei gratiâ hæc omnia superavit cum gloriâ et triumpho. Triumphus enim Dei est, inquit Hieron., passio martyrum pro Christi nomine, cruoris effusio, et inter tormenta lætitia.

Et odorem notitiæ suæ manifestat per nos in omni loco. Odor notitiæ Dei, id est, famæ ejus, à nobis quam longissimè diffunditur.

Vers. 15. — *Quia Christi bonus odor sumus Deo*, etc. Nominis Christi in omni loco bonus odor sumus Deo : et prædicationis nostræ longè latèque spirat fragrantia; ita Hier. Bonam Christi famam verbo et exemplo spargimus in honorem Dei, apud omnes, non eos solùm qui credunt et salvi fiunt, verùm etiam qui credere nolentes pereunt.

Vers. 16. — *Aliis quidem odor mortis in mortem, aliis autem odor vitæ in vitam.* Sicut fragrantia unguenti columbam vegetat, scarabeum necat, ut ait Œcum., sic et lumen solis oculos sanos recreat, debiles offendit : et ignis aurum purgat, stipulas absumit : et ipse Christus aliis in ruinam, aliis in resurrectionem positus est; Luc. 2.

Et ad hæc quis tam idoneus? Quasi dicat : Quàm pauci tam idonei ministri, qui ubique sunt bonus odor Christi! Ita Ambrosius.

Vers. 17. — *Non enim sumus sicut plurimi, adulterantes verbum Dei. Adulterantes*, id est, quod sincerum est, corrumpentes. Adulterat ergo verbum Dei, qui

bono Christi odore, de quo in versu præcedenti, occasionem sumit sese contra falsos doctores defendendi : suam ergo hìc resumit apologiam, quam usque ad cap. 8 texit.

Non enim sumus sicut plurimi adulterantes. Græcè, *cauponantes*. Syr., *qui miscent sermonem Dei*. Cauponari est, cùm quis vinum adulterat : cùm quis pecuniâ id vendit, quod gratis dare debebat, D. Chrysostomus. Ferit hìc falsos doctores, qui falsificabant Evangelium, et ad quæstum abutebantur verbo Dei.

Adulterantes, id est, falsificantes, vitiantes.

Cauponantes, id est, veris falsa miscentes, ut caupones qui vina corrumpunt per commixtiones. Ili falsi doctores christianismum judaismi admixtione adulterabant.

Sed ex sinceritate.... Illorum falsificationi suam opponit sinceritatem; sed sincerè, purè, sine admixtione.

Sicut ex Deo, seu à Deo accepi; seu sicut ex Deo processit.

Coram Deo. Deum præ oculis habentes, quasi spectante Deo.

In Christo loquimur, seu prædicamus. Non in sapientiâ, seu eloquentiâ seculari, ut dixit in primo capite, v. 12, sed in Dei gratiâ, *in Christo*, id est, Christi gratiæ innixus, et eloquentiæ, quam dat Spiritus sanctus. Non nostrâ sapientiâ, ait D. Chrysostomus, et eruditione, sed illius potentiâ afflati. Vel tanquàm in Christi personâ, et vice Christi.

Observatio moralis

Ex hoc versu disce bonum et malum concionandi modum. Ille verus apostolus est, et bonus præco, qui veritatem evangelicam purè et sine permixtione, sive falsitatis aut novitatis, ad placendum inventæ; sive eloquentiæ affectatæ; sive intentionis lucri temporalis. Sed sincerè, *sicut à Deo*, processit,

Coram Deo, quasi qui in conspectu Dei viventis, omnia videntis, cor et renes penetrantis, loquitur.

In Christo, Christi nomine, tanquàm ejus legatus ac vicarius. Ille autem est caupo, non apostolus, nec prædicator, qui falsa veris miscet, qui ad quæstum habet Evangelium; qui eloquentiâ seculari affectatâ, et ad placendum populo, prædicat. Qui de Deo loquitur, non quasi præsente, sed quasi absente; de Deo non cogitans, Deum non quærens, nec aspiciens; nec ejus oculos veritus. Qui non in Christo, de Christo loquitur; sed in semetipso, sibi confidens, sibiipsi complacens, semetipsum prædicans et quærens. Itaque recordetur concionator evangelicus : 1° se Dei legatum, à Deo missum, et in Dei nomine loqui : verbum ergo Dei prædicet, sicut à Deo processit, Dei voluntatem sincerè annuntiet, purè reddat et integrè quod à Deo profectum est, et accepit; 2° se coram Deo vivente loqui, Deo spectante, auscultante, tanquàm sub ejus oculis et auribus : vereatur ergo oculos Dei, nihil dicat quod non possit subire examen Dei; 3° se in Christo loqui, in ejus Spiritu; in ipso confidat, in ejus gratiâ imitatur; speretque sibi datum iri quid loquatur

veritati falsitatem conjungit. Unde S. Gregor., 22 Moral., c. 17 : Adulterari, inquit, verbum Dei, est aut aliter de illo sentire quàm est, aut ex eo non spirituales fructus, sed adulterinos fœtus quærere laudis humanæ : ex sinceritate verò loqui, est nil aliud in eloquio quàm oportet, scilicet auctoris et creatoris gloriam quærere.

Sed ex sinceritate, sed sicut ex Deo, coram Deo in Christo loquimur. Loquitur verbum Dei *ex sinceritate*, qui neque Dei verbum adulterat admixtione alienæ doctrinæ, neque eo abutitur ad quæstum aut gloriam humanam, *coram Deo*, vel in conspectu Dei. *In Christo*, pro, in Christi veritate, fidelitate, et sinceritate, scilicet loquor et prædico. Aliter S. Chrysostom. : *In Christo*, inquit, id est, per Christum et Christi gratiam.

Corollarium pietatis, seu in hoc capite ad pietatem maximè notanda, et ad praxim redigenda.

1° Omnis prælatus ex primis hujus secundi capitis versibus discat, et imitetur miras apostolicæ charitatis artes, quibus animas sibi commissas Christo lucretur. Vide v. 2, 3, 4, in commentario. Sit pater et medicus, v. 4. Diligat, et ex charitate agat, v. 4. Auctoritate suâ moderatè utatur, v. 9. Astutias diaboli varias caveat, v. 11.

2° Concionator apostolicus ex ultimis hujus capitis versibus discat verum concionandi modum. Ubique verbo, exemplo, præsertim verò patientiâ, spiritualem fidei christianæ fragrantiam diffundat, v. 14, 15, 16. Sit quasi aromata, v. 14. Sit quasi thuribulum incensum, v. 15. Sit quasi unguentaria ampulla, v. 16. Vitet pseudoapostolorum vitia; non sit caupo, v. 17. Sed verus sit apostolus : propterea trium sit semper memor; quæ videat in fine, v. 17.

CAPUT III.

1. Incipimus iterùm nosmetipsos commendare? aut numquid egemus (sicut quidam) commendatitiis epistolis ad vos, aut ex vobis?

2. Epistola nostra vos estis, scripta in cordibus nostris, quæ scitur et legitur ab omnibus hominibus :

3. Manifestati quòd epistola estis Christi, ministrata à nobis, et scripta non atramento, sed spiritu Dei vivi; non in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carnalibus.

CHAPITRE III.

1. Commencerons-nous de nouveau à nous relever nous-mêmes? et avons-nous besoin, comme quelques-uns, que d'autres nous donnent des lettres de recommandation envers vous, ou que vous nous en donniez envers les autres?

2. Vous êtes vous-mêmes notre lettre de recommandation qui est écrite dans notre cœur, qui est reconnue et lue de tous les hommes;

3. Car vous faites voir que vous êtes la lettre de Jésus Christ, dont nous avons été les secrétaires : et qui est écrite, non avec de l'encre, mais avec l'Esprit du Dieu vivant; non sur des tables de pierre, mais sur des tables de chair, qui sont vos cœurs.

4. Fiduciam autem talem habemus, per Christum ad Deum :

5. Non quòd sufficientes simus cogitare aliquid à nobis, quasi ex nobis; sed sufficientia nostra ex Deo est :

6. Qui et idoneos nos fecit ministros novi Testamenti, non litterâ, sed Spiritu : littera enim occidit, Spiritus autem vivificat.

7. Quòd si ministratio mortis, litteris deformata in lapidibus, fuit in gloriâ, ita ut non possent intendere filii Israel in faciem Moysi, propter gloriam vultûs ejus, quæ evacuatur:

8. Quomodo non magis ministratio Spiritûs erit in gloriâ !

9. Nam si ministratio damnationis gloria est, multò magis abundat ministerium justitiæ in gloriâ.

10. Nam nec glorificatum est, quod claruit in hâc parte, propter excellentem gloriam.

11. Si enim quod evacuatur, per gloriam est, multò magis quod manet, in gloriâ est.

12. Habentes igitur talem spem, multâ fiduciâ utimur.

13. Et non sicut Moyses ponebat velamen super faciem suam ut non intenderent filii Israel in faciem ejus, quod evacuatur;

14. Sed obtusi sunt sensus eorum. Usque in hodiernum enim diem idipsum velamen in lectione veteris Testamenti manet non revelatum (quoniam in Christo evacuatur);

15. Sed usque in hodiernum diem, cùm legitur Moyses, velamen positum est super cor eorum.

16. Cùm autem conversus fuerit ad Dominum, auferetur velamen.

17. Dominus autem Spiritus est; ubi autem Spiritus Domini, ibi libertas.

18. Nos verò omnes, revelatâ facie gloriam Domini speculantes, in eamdem imaginem transformamur à claritate in claritatem, tanquàm à Domini Spiritu.

4. Or c'est par Jésus-Christ que nous avons une si grande confiance en Dieu.

5. Car nous ne sommes pas capables de former de nous-mêmes aucune bonne pensée, comme de nous-mêmes; mais c'est Dieu qui nous en rend capables.

6. Et c'est lui aussi qui nous a rendus capables d'être les ministres de la nouvelle alliance, non par la lettre, mais par l'Esprit. Car la lettre tue; mais l'Esprit vivifie.

7. Que si le ministère de la lettre gravée sur des pierres, qui était un ministère de mort, a été accompagné d'une telle gloire, que les enfants d'Israel ne pouvaient regarder le visage de Moïse à cause de la gloire dont il éclatait, laquelle devait néanmoins finir,

8. Combien le ministère de l'Esprit doit-il être plus glorieux!

9. Car si le ministère de la condamnation a été accompagné de gloire, le ministère de la justice en aura incomparablement davantage.

10. Et cette gloire même n'est point une véritable gloire, si on la compare avec la sublimité de celle de l'Évangile.

11. Car si le ministère qui devait finir a été accompagné de gloire; celui qui durera toujours doit l'être beaucoup davantage.

12. Ayant donc une telle espérance, nous vous parlons avec une entière liberté;

13. Et nous ne faisons pas comme Moïse, qui mettait un voile sur son visage, parceque les enfants d'Israël ne pouvaient regarder fixement la clarté passagère de son visage.

14. Aussi leurs esprits sont demeurés endurcis et aveuglés; car jusqu'aujourd'hui même, lorsqu'ils lisent l'Ancien-Testament, ce voile demeure toujours sur leur cœur sans être levé, parcequ'il ne s'ôte que par Jésus-Christ.

15. Ainsi jusqu'à cette heure, lorsqu'on leur lit Moïse, ils ont un voile sur le cœur.

16. Mais lorsque ce peuple sera converti au Seigneur, le voile sera ôté.

17. Or le Seigneur est Esprit; et où est l'Esprit du Seigneur, là aussi est la liberté.

18. Ainsi nous tous, n'ayant point de voile qui nous couvre le visage, et contemplant la gloire du Seigneur, nous sommes transformés en la même image, et nous avançons de clarté en clarté par l'illumination de l'Esprit du Seigneur.

ANALYSIS.

Primo versu occurrit adversariorum suorum calumniæ, quam in illos retorqueat. An nosmetipsos, inquit, commendamus?

℣ 2. *Respondet quòd non; quia vos, ô Corinthii, nostra estis epistola commendatitia; vestra per me ad Christum conversio, omnibus nota, me satis ubique commendat.*

℣ 3. *Lenit et explicat hoc quod dixit* : Epistola nostra estis, *quin potiùs epistola estis Christi, nostro ministerio scripta, non atramento, sed Spiritu Dei; non in saxeis tabulis, sed in tabulis mollibus cordis vestri.*

℣ 4, 5. *Hujus rei gloriam totam in Deum refundit. Hoc equidem nobis valdè gloriosum est; sed hæc gloria, non à nobis, sed à Christo; non in nobis, sed in Deo, qui nos ex omninò insufficientibus, reddidit ad tantum ministerium idoneos.*

℣ 6. *Suum evangelicum ministerium confert cum Mosaico; hoc fuit ministerium litteræ occidentis; illud est ministerium Spiritûs vivificantis.*

℣ 7, 8, 9, 10, 11. *Sui ministerii gloriam præfert Mosaici ministerii gloriæ. Si ministerium litteræ, mortis, et damnationis, ita fuit Moysi gloriosum; quantò magis evangelicum spiritûs, justitiæ, et vitæ æternæ ministerium, apostolis erit gloriosum! Nulla inter utramque gloriam comparatio.*

℣ 12. *Confert usum sui ministerii cum modo quo Moyses suum exercebat, præfertque suum Mosaico. Hâc præcellentis gloriæ spe animati nos apostoli, longè apertiùs agimus ac loquimur quàm Moyses : hic Judæis loculurus, velum in faciem suam injiciebat; nos non ita, sed apertè loquimur.*

℣ 14. *Mysticè explicat Moysis velamen : figurabat hodiernam Judæorum cæcitatem, qui Christum in Moysi fulgore figuratum, etiam nunc non vident.*

℣ 15. *Velamen habent super cor, quod per illorum ad Christum conversionem auferetur.*

PARAPHRASIS.

1. Numquid hæc dicimus, quasi velimus nosmetipsos rursùs commendare, et nos in vestram gratiam insinuare; aut numquid fortè nos egemus, sicut pseudo-apostoli, ut ab aliis ad vos commendatitias epistolas impetremus, aut à vobis ad alios?

2. Talibus commendatitiis non egemus, quia vos, Corinthii, epistola nostra estis, cordibus nostris inscripta, omnium oculis exposita, quasi patentes litteræ, quæ nos ubique commendant.

3. Quin potiùs per fidem vestram manifestum est, quòd estis epistola Christi, nostro ministerio scripta, non atramento, sed Spiritu Dei viventis; non in tabulis lapideis insculpta, sed in tabulis mollibus, et vivis cordis vestri.

4. Magna quidem nostra fiducia dicendi talia, quia magna hinc nobis gloria; sed hanc gloriam et fiduciam habemus, non à nobis, sed Christi beneficio; non in nobis, sed in Deo, et apud Deum.

5. Hæc enim vobis dicimus, non quasi ex nobis, seu nostris viribus possimus quidquam ad animarum conversionem conferens cogitare, multò minùs facere; sed tota nostra sufficientia et virtus est à Deo,

6. Qui nos elegit, et idoneos fecit novi Testamenti ministros; non legem in tabulis lapideis scriptam nobis dando, aliis proponendam; sed Spiritum sanctum nobis largiendo, etiam aliis communicandum: quæ duo valdè diversa sunt: lex enim litteris tantùm scripta, occasio fuit mortis; Spiritus autem sanctus fons est vitæ in cordibus nostris.

7. Quòd si tamen ministerium legis, quæ mortem causabat, sed quæ digito Dei insculpta erat in lapidibus, ita Moysi gloriosum fuit, ut filii Israel non valerent fixis oculis intueri faciem ejus, propter gloriam vultûs illius, licèt transitoriam;

8. Quantò magis gloriosum erit ministerium legis, quæ credentibus dat Spiritum vivificantem?

9. Quòd si, inquam, ministerium legis, quæ damnationis æternæ erat occasio, res fuit gloriosa; quantò magis gloriosius erit ministerium legis quæ veram dat justitiam et sanctitatem?

10. Tantùm est in his rebus discriminis, ut si hanc gloriam cum illâ compares, nec gloria quidem est gloria veteris legis.

11. Si enim lex vetus, ejusque ministerium, quæ transitoria erant, gloriosa fuerunt, multò magis erunt gloriosa lex nova, et ministerium ejus, quæ usque ad finem mundi permanebunt.

12. Nos igitur apostoli, novæ legis ministri, spe gloriæ permanentis animati, liberè et intrepidè agimus et loquimur.

13. Nec prædicando facimus quod faciebat Moyses, cùm loqueretur Judæis: ipse enim velo faciem suam tegebat, ne in hanc radiantem Israelitæ defigerent oculos, quæ tamen Mosaicæ faciei gloria, citò fuit abolita.

14. Hoc velamen in facie Moysis significabat Judæorum mentis cæcitatem; qui usque in hodiernum diem, cùm vetus Testamentum legunt, quasi velo obtectas mentes habent, non intelligunt quod legunt, quia in Christum non credunt, per quem tollitur hoc velamen.

15. Et in hunc usque diem, cùm legitur in synagogis Moyses, cæcitate laborant, quasi velamen super cor eorum sit injectum.

16. At cùm ad Dominum conversi fuerint, auferetur ab eis hoc velamen.

17. Non ita de nobis, quos Deus ministros Spiritûs fecit; Spiritus enim ille Dominus est, summè liber, et spirans ubi vult; hinc ubi reperitur ille, qui et Jesu Christi Spiritus est, ibi et libertas spiritûs et cordis.

18. Tantùm abest ut velamen super faciem habeamus, imò verò revelatâ facie, gloriam Domini in nobis, quasi in speculis excipientes, per hujus gloriæ reflexionem, fimus illius luminis participes; de claritate ad claritatem progredientes per Domini Spiritum, per quem in soles quasi transformati, illuminamus alios.

COMMENTARIA.

Vers. 1. — Incipimus iterum... Quoniam in fine capitis præcedentis, v. 14 et 15, semetipsum laudare visus est Apostolus, hinc prævidens pseudo-apostolos de hâc Epistolâ dicturos quod de priore dixerant, scilicet quod Paulus laudibus affectatis semetipsum commendet; hoc, inquam, prævidens, ita diluit, ut in ipsos adversarios retorqueat quod ipsi D. Paulo objiciebant, nimirùm quòd semetipsos commendarent.

Interrogans ergo objicit sibi: An *incipimus iterùm*, id est, in hâc Epistolâ, sicut in primâ à quibusdam reprehensum est. Vide præfationem hujus Epistolæ. Vide et cap. 5, v. 12, hujus ejusdem Epistolæ.

Vers. 1. — *Incipimus iterùm nosmetipsos commendare?* Numquid hæc dicimus, tanquàm volentes nos vobis et aliis commendare?

Aut numquid egemus (*sicut quidam*) *commendatitiis epistolis ad vos, aut ex vobis? Ex*, id est, à vobis scriptis epistolis, quibus apud alios commender? *Sicut quidam*, supple, egent; seu potiùs, faciunt: id est, commendatitias undique studiosè conquirunt.

Nosmetipsos commendare. Numquid hæc dicimus quasi velimus nos jactare, ut vobis et aliis commendatiores simus, et in vestram benevolentiam et gratiam nos insinuemus?

Aut numquid egemus...? Aut numquid fortassè nos egemus commendatitiis epistolis, quas ab aliis ad vos præferamus, aut à vobis ad alios?

Sicut quidam. Ferit adversarios suos, et in eos retorquet quod objiciebant D. Paulo. Hincque colligitur quòd pseudo-apostoli, ut virtutis et doctrinæ nomen sibi compararent, commendatitias litteras circumferebant, quas aut finxerant, aut à civitatibus unde profi-

discebantur, emendicaverant, ad alias civitates, quò properabant.

Talibus artibus et hodiè multi virtutis et doctrinæ nomen quærunt, qui rem non habent; sed heu! quàm vani sunt tituli hominis, virtute vacui!

Vers. 2. — Epistola nostra vos estis. Respondet quòd talibus commendatitiis non egeat, quia ipsi Corinthii sunt Paulo vice commendatitiæ epistolæ, nec indiget aliâ. *Epistola nostra vos estis.* Ego, per Evangelii prædicationem, Christum in mentibus vestris inscripsi, vos ad ipsum converti; hæc vestra ad Christum per me conversio, vobis et omnibus nota, me satis commendat.

Scripta in cordibus nostris. Hanc epistolam in corde meo porto; vos ad Christum per me conversos, et ideò meos filios in Christo charissimos, cordi meo insculptos et impressos, ubique circumfero.

Nota Corinthios duplici titulo esse divi Pauli epistolam: primò, quia Paulus in eorum mentibus, quasi tabulis, Christum inscripsit; secundò, quia ipsos Corinthios, utpote suos in Christo filios, in corde suo, quasi tabulâ vivente, insculptos gerit Paulus. Primo modo Corinthii sunt quasi tabula; secundo modo sunt quasi characteres et litteræ.

Quæ scitur et legitur ab omnibus... Hæc epistola utroque modo considerata, *scitur et legitur ab omnibus hominibus.* Quòd Christum in mentibus vestris inscripserim per Evangelii prædicationem, hoc omnibus notum. Corinthus erat emporium celeberrimum; hinc ejus ad Christi fidem conversio fuit notissima et celeberrima. Quòd vos in corde meo insculptos gestem, hoc omnibus patet per eloquia mea, et per frequentem de vobis cum laude et affectu commemorationem. Itaque *scitur et legitur ab omnibus hominibus,* quòd ego vos per Evangelium in Christo genuerim; et quòd ego vos, meos in Christo filios charissimos in corde meo geram. Hinc estis mihi, vos ipsi, ô Corinthii, quasi meæ litteræ patentes, omnium oculis expositæ, et quas omnes homines inspicere possunt et legere. Hinc nec ab aliis ad vos, nec à vobis ad alios, commendatitiâ egeo epistolâ; non ad vos, quia vosipsi epistola mea; non à vobis ad alios, quia vestra conversio omnibus nota: et aliunde vos ut filios meos, in corde meo impressos, omnibus ostendo.

Observa hic duo apostoli, prælati, pastoris munia: primum, in mentibus populorum sibi subditorum Christum formare, inscribere, perficere; secundum, populos sibi subditos, in corde suo insculptos gerere, eos diligere, de eorum salute et perfectione quasi continuè cogitare, et sollicitum esse. Hoc in veteri lege significabat summus pontifex, portans nomina filiorum Israel coram Domino super utrumque humerum, Exod. 28, 12.

Vers. 2. — *Epistola nostra vos estis.* Vos, ô Corinthii, meâ operâ conversi, estis mihi instar epistolæ commendatitiæ ab omnibus lectæ et intellectæ, quam pro meâ commendatione exhibeo quibus volo. Omnes enim sciunt quales fueritis ante conversionem.

Scripta in cordibus nostris. Sensus: Eam epistolam, quæ vos estis, cordi meo inscriptam et impressam ubique circumfero. Inscriptionem intellige per memoriam et amorem.

Quæ scitur et legitur ab omnibus hominibus; quam epistolam omnibus in promptu est inspicere et legere, perinde ut litteras patentes omniumque oculis expositas.

Vers. 3. — Manifestati quòd epistola Christi... Explicat et quasi corrigit quod superiùs dixit: *Epistola nostra vos estis;* quasi diceret: Quin potiùs estis epistola Christi, nostro ministerio scripta. *Manifestati,* subaudi: vos estis manifestati, id est, manifestum est per fidem et opera vestra quòd estis epistola Christi, quasi principalis auctoris.

Ministrata a nobis, id est, nostro ministerio, quasi amanuensis, scripta;

Non atramento, sicut cæteræ hominum epistolæ;

Sed Spiritu Dei vivi, id est, afflatu Spiritûs sancti, qui, Christo largiente, vobis nostro ministerio fuit communicatus;

Non in tabulis lapideis, sicut lex Mosaica.

Sed in tabulis cordis carnalibus, id est, vivis, mollibus, sentientibus. Carneum hic non opponitur spirituali, ut alibi sæpè; sed lapideo, duro, et significat molle, ductile, obediens. Itaque per fidem et opera vestra patet quòd estis epistola quam Christus ipse scripsit, nostro ministerio utens, nostris vocibus, quasi instrumento suo; scripsit autem non atramento, sed efficacià et effusione Spiritûs sancti; non in tabulis duris et saxeis, sed in tabulis mollibus, obedientibus, id est, in cordibus vestris docilibus, et ad omnia promptis.

Nota hic indicatam utriusque Testamenti differentiam. Quanto intervallo spiritus ab atramento, et cor à lapide distat, tanto et novum Testamentum à lege discrepat, ait Theophylactus.

Observatio moralis.

Hinc et collige: Ergo cor meum charta Christi est; digitus, quo Christus in corde meo scribit, Spiritus sanctus est; atramentum quo utitur, gratia, inspiratio, illustratio, pia motio; quod scribitur, fides, spes, charitas.

Meum est non esse saxeum, durâ cervice non resistere Spiritui sancto; sed obedire huic digito Dei, in corde meo scribenti, id est, Spiritui sancto inspiranti. Quin et hoc, ô Deus, est tuæ gratiæ. Aufer igitur primùm à me, cor lapideum, saxeum, adamantinum; et da mihi cor carneum, vivum, sentiens, obediens. Etiam rebellem compelle voluntatem meam. Dele, destrue in corde meo, omnes falsos amores, vanos terrores, noxios errores, ut his omnibus deletis et destructis, verè dicam: *Paratum cor meum, Deus, paratum cor meum.* In eo scribe veritatem, imprime castum timorem, infunde sincerum tui amoris affectum, te super omnia, purè, et unicè diligam.

Vers. 3. — *Manifestati quòd epistola estis Christi. Manifestati,* id est, de quibus manifestum est, et palàm constat, quòd epistola estis Christi.

Ministrata à nobis, hoc est nostro ministerio conscripta. Christus, inquit, hujus epistolæ principalis est auctor, idemque nobis ministris ad eam scribendam usus est.

Et scripta non atramento, sed Spiritu Dei vivi; non

Vers. 4. — Fiduciam autem talem... Rursùs sese explicat, ita ut totam Deo gloriam reddat.

Fiduciam autem talem; quòd epistola nostra, seu nostro ministerio scripta, sitis Spiritu Dei vivi; hanc, inquam, fiduciam habemus, non à nobis, sed à Christo; hancque gloriam habemus non in nobis, sed in Deo et apud Deum; quasi diceret : Equidem magna est nostra fiducia dicendi talia de vobis : quia magna hinc nobis gloriationis et commendationis materia; sed hanc fiduciam, hancque gloriam apud Deum habemus, non nostro merito, sed Christi beneficio et merito.

Fiducia nostra, id est, gloriatio nostra per Christum est ad Deum : Christus enim nobis est causa, cur in Deo gloriemur; nihilque planè nostrum est, ne minimum quidem; Theophylactus. Non dixi, fiduciam habemus, tanquàm aliud nostrum sit, aliud Dei; sed totum Deo ascribo; D. Chrysostomus.

Vers. 5. — Non quod sufficientes simus... Hæc enim vobis dicimus, non quasi simus a nobis, quasi ex nobis, id est, nostris naturæ viribus, *sufficientes*, idonei, cogitare aliquid ad animarum conversionem et salutem conferens. Agitur enim de sufficientiâ et idoneitate ad apostolatûs ministerium, ut patet legenti. Primis versibus locutus est Paulus de conversione Corinthiorum suo ministerio factâ, et de eâ locutus est sub metaphorâ epistolæ à se scriptæ. Et quia hoc illi gloriosum videtur; hìc ut totam hujus conversionis gloriam Deo reddat, agnoscit et publicè fatetur, quòd ex semetipso sit insufficiens aliquid cogitare quod vel ad Corinthiorum, vel ad aliorum quorumcumque salutem conferat; et ideò multò minùs sufficiens est ex se, aliquid tale facere, aut exequi.

Sed sufficientia nostra. Syr., *virtus nostra* ex Deo est, per Christi merita, ut dixit v. præcedenti.

Observatio dogmatica et moralis.

Omnis nostra sufficientia ad benè cogitandum et ad benè agendum ex Deo est. Et hinc cognoscimus quia nihil sumus, nisi misericordiâ et gratiâ Dei regamur, ait D. Anselmus. Attendant hæc verba, qui putant ex nobis esse cœptum fidei, et ex Deo esse fidei supplementum : quis enim non videat priùs esse cogitare, quàm credere? nullus quippe credit aliquid, nisi priùs cogitaverit esse credendum. Si ergo non sufficimus cogitare boni aliquid à nobis; profectò nec credere sufficimus; quod sine cogitatione non possumus : sed sufficientia nostra, quâ et credere incipiamus, ex Deo est. Cogitantes credimus, cogitantes loquimur, cogitantes quidquid agimus, D. Anselmus. Hinc ergo magna nobis humilitatis occasio. Hinc omnimoda necessitas ad Deum semper recurrendi, et per Christum mediatorem nostrum, gratiam ad omnia petendi.

Vers. 6. — Qui et idoneos..., id est, qui nos et elegit et idoneos fecit novæ legis ministros : seu, ut ait D. Chrysostomus, fecit ut huic muneri pares esse possemus et ad illud obeundum appositi.

Non littera, sed Spiritu. Græc., *non litteræ, sed Spiritûs*. Syrus., *non litterâ, sed Spiritu*, sicut interpres noster.

Non littera, id est, non sicut Moysi litteram solam, seu legem in tabulis lapideis scriptam, nobis dando aliis proponendam et annuntiandam.

Sed Spiritu, id est, sed præterea Spiritum sanctum nobis largiendo, etiam aliis communicandum, quo hanc amoris legem diligant et impleant.

Littera enim occidit, id est, lex sola, lex litteris tantùm scripta, Spiritûs sancti gratiæ præsidio destituta, occidit animam occasionaliter. 1° Quia docet quid agendum, nec vires dat ad agendum; hincque peccatur scienter et cum prævaricatione; 2° quia concupiscentiam irritat ad contrarium faciendum : nitimur in vetitum. Vide dicta c. 7 ad Rom., v. 8, 10.

Spiritus autem vivificat, quia charitatem diffundit in cordibus nostris : charitas autem est animæ vita. Nota hìc collationem evangelici ministerii cum Mosaico, et istius præ hoc excellentiam. Solam litteram Judæis dedit Moyses. Spiritum sanctum Christianis dederunt apostoli. Ministerium ergo Mosaicum fuit litteræ occidentis; apostolicum verò ministerium est Spiritûs vivificantis. Spiritualis quidem erat lex, sed spiritum non præbebat; non enim Moyses spiritum, sed litteras attulit : at contra, hoc nostræ fidei commissum est, ut spiritum demus, D. Chrysostomus.

Lex bona est, sed in tantum bona, ut bona jubeat; gratia autem in tantum bona, ut bona conferat; D. Aug., lib. 2, cap. 1, contra adversarium legis. Citatur à Fromondo.

in tabulis lapideis, quomodò nimirùm scripta fuit lex vetus populo Judaico per Moysen data;

Sed in tabulis cordis carnalibus, id est, carneis, puta in corde molli, ductili, docili, id est, facilibus et promptis ad obediendum. Ipsi Corinthii fideles, scripta in tabulis cordis carneis, in quantum fides et charitas et cætera quæ lex nova præcipit, in eorum cordibus impressa erant per Spiritum sanctum.

Vers. 4. — *Fiduciam autem talem habemus*, etc., quia confidenter gloriamur in Deo, de hâc Dei nostrâque epistolâ, deque ministerii nostri dignitate et fructu præ ministerio Moysis et aliorum veteris Testamenti ministrorum. Ita Anselmus.

Vers. 5. — *Non quòd sufficientes simus cogitare aliquid à nobis, quasi ex nobis. Aliquid*, scilicet boni, quod spectet et ordinetur ad fidem, gratiam, meritum, et salutem æternam, ut quis idoneus sit minister novi Testamenti, ut præcessit. Quòd si ex se nemo potest cogitare tale aliquid, ergo multò minùs operari. Ita concilium Arausicanum, can. 7; et D. Augustinus, de Prædest. sanctorum, c. 2.

Sed sufficientia nostra ex Deo est. Quòd idonei sumus ad aliquid boni vel cogitandum vel agendum, et semel, quidquid boni possumus, id totum ex Deo est per Christum.

Vers. 6. — *Qui et idoneos nos fecit ministros novi Testamenti*. Qui Deus, inter alia bona quæ ex ipso habemus, etiam hoc nobis apostolis contulit, quòd aptaverit et idoneos reddiderit novi Testamenti ministros : idoneos autem, id est, non quæ nostra sunt quærentes, sed ea quæ Jesu Christi.

Non litterâ, sed Spiritu. Non lege, sed gratiâ; q. d.: Fecit nos idoneos ministros novi Testamenti : non, inquam, ministros litteræ, id est, legis scriptæ et datæ per Moysen, quæ est lex vetus : sed ministros Spiritûs, hoc est, ministros legis novæ, quâ Spiritus sanctus

Vers. 7. — Quod si ministratio mortis... Ex indicato discrimine colligit præcellentem evangelici ministerii gloriam, præ glorià Mosaici ministerii. Idque contra pseudo-apostolos, qui Judæi erant, quique legis Mosaicæ ministerium sibi arrogantes, legis observantias deprædicabant, et judaismum cum Evangelio miscere volebant. Tales ministros hic singula apostoli verba deprimunt; ministros *litteræ*, ministros *mortis*, ministros *damnationis*, dicens:

Quod si ministratio, seu ministerium, διακονία, *mortis*, id est, legis, quæ mortem occasionaliter causabat, ut dictum est versu præcedente,

Litteris deformata in lapidibus, id est, quæ digito Dei formata, scripta, insculpta erat in lapidibus, seu tabulis marmoreis; Græc. paulò aliter: *Si verò ministratio mortis in litteris, informata in lapidibus*, id est, si ministratio litteræ occidentis, seu legis scriptæ, quæ mortem causabat, etc.; constructio quidem paulò diversa, sed idem sensus;

Fuit in gloria, ita fuit Moysi gloriosa,

Ut filii Israel non possent intendere, id est, fixis oculis intueri faciem illius;

Propter gloriam, id est, propter radiorum splendorem. Vide Exod. 34, v. 29.

Quæ evacuatur. Græc., *abolendam;* refertur ad gloriam, id est, propter gloriam vultûs ejus, licèt transitoriam, sicut lex ipsa, quæ jam est abolita; itaque, si ministerium legis occidentis, quod consistebat in afferendis litteris, digito Dei formatis in tabulis lapideis, ita fuit Moysi gloriosum; ut Israelitæ non possent immotis oculis intueri vultum ejus, propter radiorum splendorem transitorium;

Vers. 8. — Quomodo non magis..., cur non magis, vel quantò magis.

Ministratio Spiritus, id est, ministerium legis quæ credentibus dat Spiritum vivificantem, et æternam eis promittit gloriam;

Erit in gloria? id est, erit gloriosum, seu res erit gloriosa, in cœlo scilicet, ubi præ cæteris sanctis, apostolorum gloria mirabilis erit. Quòd de hâc præsertim cœlesti glorià loquatur Apostolus, indicat verbum *erit*, et v. 12: *Habentes talem spem*, futuræ scilicet æternæ gloriæ, et ita intellexit D. Chrysostomus, Theophylactus. Licet ergo ministerium apostolorum fuerit valdè gloriosum propter dona et miracula; de hâc tamen glorià hic non agitur, sed de futurâ quam à minori ad majus probat Apostolus. Hinc discat evangelicus minister in suo ministerio nihil terrenum et transitorium quærere; sed cœlestem et æternam gloriam. In Dei cultu terrena quærere, Judæi est; Christiani verò Deum ipsum, et divina tantum quærere.

Vers. 9. — Nam si ministratio damnationis... Sub aliis verbis, sed æquivalentibus, confirmat, et repetit quod in versu præcedente dixit. Si ministerium legis, quæ erat occasio damnationis æternæ: reos enim reddebat et æterno supplicio obnoxios, ut dictum est v. 6.

Gloria est, id est, res gloriosa fuit;

Multò magis abundat in gloria, id est, excellit in glorià, ministerium justitiæ, id est, ministerium legis, quæ veram dat justitiam et animæ sanctitatem.

Vers. 10. — Nam nec glorificatum est... Græc., *etenim nec glorificatum est istud glorificatum in hâc*

datur ad legem implendam.

Littera enim occidit, Spiritus autem vivificat. Lex scripta, quam Deus per Moysen dedit, si sola sit, ac spiritu destituta (quod est lex vetus), occidit, hoc est, eos quibus data est, æternæ morti reddit obnoxios: non quidem per se suoque vitio (lex enim sancta, et mandatum sanctum et justum et bonum, Rom 9), sed ex occasione latentis in eis concupiscentiæ. De quâ sub nomine *peccati* ita scribit Apostolus eodem loco: *Occasione acceptâ*, etc., *littera occidit* per occasionem: occasionaliter enim lex acuit et incitat concupiscentiam et peccatum, quod occidit animam. Ita Augustinus et Anselmus.

Littera occidit, quia Moyses cùm legem dedit, nil nisi litteram dedit: Christus autem simul cum lege Spiritum dedit. Ita Augustinus, lib. de Spir. et Lit., cap. 4.

Spiritus vivificat. Primò, quia Spiritus gratiæ et charitatis vitam supernaturalem dat animæ. Secundò, quia impellit, et indit motum et agilitatem ad bona opera, et ad legem implendam. Tertiò, quia dirigit ad vitam æternam, quam suis observatoribus lex promittit. Hujus vitæ et Spiritûs ministri à Christo missi fuerunt apostoli.

Vers. 7. — *Quod si ministratio mortis, litteris deformata in lapidibus, fuit in glorià*, id est, si ministerium et promulgatio legis veteris mortem et damnationem comminantis et inferentis, *fuit in glorià*, id est, valdè gloriosa: scilicet cum tonitru, tubâ cœlesti, terræ motu montis Sina, splendore vultûs Moysi, gloriosè magnificèque lex vetus promulgata fuit. *Deformata;* Græcè, *impressa* et inscripta tabulis lapideis. Nota. Paulus hic legem veterem vocat mortis ministram, et quasi lictorem; eo quòd ipsius esset occidere quidem reos, non autem vivificare obsequentes.

Ita ut non possent intendere filii Israel in faciem Moysi propter gloriam vultûs ejus quæ evacuatur. Ita lucida erat facies ejus, ut radios luminis vibraret, ejusque quasi cornua emitteret. *Quæ evacuatur*, quæ scilicet gloria auferenda erat à Moyse: hi enim radii, et hic splendor, uti et vita, Moysen morientem deseruerunt.

Vers. 8. — *Quomodò non magis*, etc., id est, cur non magis ac potiùs ministerium novæ legis, quæ vivificantem Spiritum subministrat, glorificabitur? Scilicet eâ glorià quæ in futurum seculum promissa est. De quâ glorià loquitur expressiùs, Rom. 8, vocans eam gloriam adoptionis filiorum. Nam, licet illa sit futura communis omnibus electis, longè major tamen iis continget, qui se præbuerint idoneos novi Testamenti ministros: ut per quos cæteri fuerint ad gloriam adducti. Patet hæc gloria legis novæ in spiritu vehementi, ac linguis variis et igneis, quæ in Pentecoste, cùm lex nova est promulgata, apostolos omnibus gentibus gloriosos effecerunt, Act. 2.

Vers. 9. — *Nam si ministratio damnationis gloria est.* Quòd si ministerium legis, quæ reddit homines æternæ damnationi et morti obnoxios, gloria fuit, id est, res gloriosa; sequitur:

Multò magis abundat ministerium justitiæ in glorià. Abundat, idem quod *excellit.* Igitur, inquit, multò major et excellentior debetur gloria ministerio novæ legis, quæ justitiam confert, quâ damnatio mortis evaditur et vita acquiritur. Est autem observandum hoc loco, Paulum non comparare Moysen cum Christo, sed cum apostolis Christi.

Vers. 10. — *Nam nec glorificatum est*, etc.; q. d.: Atque adeò gloria Moysis in Sina non est dicenda gloria hâc in parte, si videlicet comparetur cum apo-

parte, id est, ne quidem claruit, quod claruit, si comparatio fiat. Syr., *perinde enim est ac si non esset gloriosum, id quod glorificatum est, in comparatione hujus excellentis gloriæ*. Si hanc cum illâ compares, ne gloria quidem est veteris legis gloria; D. Chrysostomus.

Ex parte, id est, in comparatione; Theophylactus. Quasi diceret : Quid comparo? offuscat novæ legis gloria veteris legis gloriam; sicut lumen majus obscurat minus : ita ut veteris legis ministerium, licet gloriosum, videatur inglorium, si comparetur cum novæ legis ministerio.

Vers. 11. — Si enim quod evacuatur... Si enim Moysis ministerium transitorium et quasi momentaneum suam habuit gloriam; multò magis ministerium, quod sempiternum est, solidiori et perpetuâ constabit glorià. Sicut lex vetus erat umbra tantùm transitoria novæ legis; ita gloria transitoria vultûs Moysis, erat umbra æternæ apostolorum gloriæ; et aliorum novæ legis ministrorum, ait Fromondus. Itaque quantum ministerium spiritûs, vitæ et salutis æternæ præcellit ministerium litteræ, mortis et damnationis æternæ; tantum novæ legis ministerium antecellit veteris legis ministerium. Hæc autem præcellentia spiritualis est, interior, æterna; non corporalis, exterior, temporalis. Caveat itaque minister evangelicus ab amore temporalium, exteriorum, corporalium; amet et aspiret ad spiritualia, interna, æterna.

Vers. 12. — Habentes igitur talem spem... Ostensâ evangelici ministerii præcellentiâ, nunc agit de illius usu, quem Mosaico liberiorem dicit. Nos igitur apostoli novæ legis ministri, talis ac tantæ gloriæ spe animati : sperantes scilicet, quòd per evangelicæ prædicationis ministerium, æternam et immensam obtinebimus gloriam.

Multa fiducia... liberè et intrepidè agimus et loquimur. Intrepidè verbum Dei ubique prædicamus. Nihil occultantes, nihil dissimulantes, nihil suspicantes, sed perspicuè loquimur. Divus Chrysostomus.

Vers. 13. — Et non sicut Moyses... ; nec prædicando facimus, quod fecit Moyses legem afferens Judæis et quoties illis loquebatur. Vide Exod. 34, v. 33, 35. Moyses velabat faciem suam; quia, ait D. Thomas, nondùm venerat tempus revelandi claritatem veritatis. Habemus nos fiduciam absque velamine loquendi.

Quod evacuatur. Aliqui, juxta v. 7, hanc partem referunt ad gloriam faciei Moysis, voluntque significari : quæ tamen Mosaicæ faciei gloria citò fuit abolita, extincta. Alii, inter quos divus Thomas, ad velamen referunt. Velamen istud erat obscuritas figurarum, quæ per Christum evacuata est, D. Thomas. Græcus textus hodiernus habet : *Ut non intenderent in finem aboliti*. Syr., *in finem ejus quod aboletur*. Arab., *finem*, et ita D. Chrysostomus, Theophylactus, Theodoretus, qui legerunt finem, non faciem. Juxta quos patres velamen super faciem Moysi duo mysticè significabat. Primum, quòd Judæi non erant visuri legem esse antiquandam, seu habituram finem. Secundum, quòd non erant visuri legem per Christum esse antiquandam : ipse enim finis legis; in veritate complevit, quod Moyses in figurâ tradidit. Neutrum viderunt, imò nec hodiè vident plerique Judæi; et hoc mysticè significabat velamen super faciem Moysi juxta Patres Græcos. Juxta nostram Vulgatam, quæ legit *in faciem*, τὸν πρόσωπον, idem sensus est ac in v. 7, scilicet, Moyses velabat faciem suam Judæis loquturus, ne illi fixis oculis intuerentur in radiantem ejus faciem.

Quod evacuatur, id est, quæ tamen Mosaicæ faciei gloria citò abolenda erat.

Vers. 14. Sed obtusi sunt... Græc., *obduruerunt cogitationes eorum*. Syr., *obcæcati sunt mentibus suis*. His versibus D. Paulus allegoricè explicat velamen Moysis. Hoc velamen, quod ad figuram erat in facie Moysis, manet adhuc et sedet in corde Judæorum ad ignorantiam.

Usque in hodiernum... Syr., *siquidem usque ad hodiernum diem*, cùm vetus Testamentum legitur, idem illud velamen perstat super eos; nec revelatur, quia per Christum oblitteratur. Tanta est mentis eorum cæcitas, tanta cordis carnalitas, ut non intelligant quod legunt.

Quoniam in Christo evacuatur, id est, quoniam per Christum solum tollitur hoc velamen; illi autem Christum recipere nolunt : ideò non vident, quia non credunt in Christum, per cujus fidem et gratiam tollitur hoc velamen.

stolici muneris gloriâ, propter ejus gloriam excellentem, quâ longè præcellit Moysi. Ita Chrysostomus.

Vers. 11. — *Si enim quod evacuatur* (Moyses scilicet et lex evacuanda et abolenda per Christum) *per gloriam est* (in glorià est, gloriosa est); *multò magis quod manet* (scilicet lex nova Christi) *in glorià est*.

Vers. 12. — *Habentes igitur talem spem*, quòd Dominus per nos apostolos spiritum gratiæ diffundat, nosque ita glorificabit deinceps præ Moyse, uti fecit hactenùs. Ita Chrysostomus.

Multâ fiduciâ utimur; confidenter evangelizamus, cum libertate, ingenuè, apertè. Ita Chrysostomus.

Vers. 13. — *Et non sicut Moyses ponebat velamen super faciem suam*; q. d.: Moyses velabat faciem suam; nos contra, non velamus faciem Christi, sed illum magnâ libertate omnibus proponimus. Non occultamus Evangelii lucem, sicuti Moyses in typo fecit occultans eam Israelitis.

Ut non intenderent filii Israel in faciem ejus quod evacuatur. Sensus est Moysen velo texisse faciem, ad significandum filios Israel non potuisse mentis oculos intendere in Christum, qui finis est ejus ministerii, quod abolendum erat.

Quod evacuatur, quod scilicet velamen Moysis abolendum erat per Christum. De velaminis enim hujus revelatione per lucem et legem novi Testamenti agit in sequentibus. Ita Anselmus. Nota cum Theod.: Splendor vultûs Moysi instar solis significabat claritatem et gloriam Christi et legis novæ; velamen verò significabat umbram, crassas cæremonias, obscuritatemque legis Moysis.

Vers. 14. — *Sed obtusi sunt sensus eorum*. Ut significetur filios Israel, ideò non intendisse animum in finem legis, quòd haberent sensus animi obtusos, obduratos et excæcatos.

Usque in hodiernum enim diem idipsum velamen in lectione veteris Testamenti manet non revelatum. Idem illud velamen quod olim super faciem Moysi positum

Vers. 15. — Sed usque in hodiernum diem... Idem repetit, ut rem hanc mirabilem notemus et de fidei gratiâ Deum laudemus, et hanc cæcitatem caveamus. Quot enim et Christiani in ipsâ Evangelii luce cæcutiunt, quia velamen habent super cor, scilicet malitiam, impuritatem! *Beati ergo mundo corde...*

Vers. 16. — Cum autem conversus fuerit... Syr. : *At cùm aliquis eorum convertetur.*

Auferetur; Græc., *circumauferetur velamen.* Ubi autem ad Christum Dominum sese converterit cor eorum; ubi in eum crediderint et fide respexerint, tunc *auferetur...*, veritatem in figuris significatam videbunt. Hujus conversionis typum exhibebat Moyses, qui cùm ad Dominum revertebatur in monte, velamen auferebat. Itaque Moyses figuram populi Judaici gerens, velamen ponebat, ad significandam incredulorum cæcitatem; illud ad Dominum reversus deponebat, ad designandam credentium fidem, seu ad designandum quid Judæo eventurum esset, cùm converteretur ad Christum Dominum.

Vers. 17. — Dominus autem Spiritus est. Non ita prohibebat ejus intuitum, remanet in præsens usque tempus, non retectum, sive non ablatum à cordibus Judæorum, quoties libros veteris Testamenti legunt.

Quoniam in Christo evacuatur; q. d. : Per gratiam et fidem Christi evacuatur et tollitur hoc velamen, ut clarè vetus Testamentum, Christumque eo significatum intelligamus et videamus.

Vers. 15. — *Sed usque in hodiernum diem, cùm legitur* (à Judæis in synagogâ) *Moyses* (lex et vetus Testamentum), *velamen positum est super cor eorum.* Hoc *velamen* est pertinax et crassa ac obstinata inhæsio, quâ Judæi mordicùs adhærent carnalibus sacrificiis, et ritibus legis veteris, itaque excæcantur ut non videant Christum per illos ritus adumbratum.

Vers. 16. — *Cùm autem conversus fuerit ad Dominum*, etc. Moyses aversus à Domino, et facie velatus significavit populum veterem Deo contrarium, et cor habentem obscuratum. Idem verò Moyses conversus ad Dominum, atque retectam habens faciem, typum gessit populi christiani ad Deum conversi, et revelatâ cordis facie salutis mysteria contemplantis.

Vers. 17. — *Dominus autem Spiritus est;* nimirùm ille Spiritus quem hoc capite jam aliquoties nominavit : id est, Spiritum Dei vivi, per quem novum Testamentum distinxit à veteri, et cujus suppeditandi ministrum se docuit : quem etiam statim Spiritum Domini nuncupat. Connexio talis est : Moyses ab Israele conversus ad Dominum, à litterâ ad spiritum. Nam Spiritus ille Dominus est. Hoc addit, ut volunt Chrysostomus, Theodoretus et Œcumenius, ne minùs aliquid nobis præstitum videatur, qui convertimur ad Spiritum, quàm Moysi, qui convertebatur ad Dominum; cùm Spiritus ipse sit Dominus. Hic enim Dominus ad quem convertentur est Spiritus, et Spiritus sanctus dabit eis legem spiritûs et libertatis; ut spiritualibus oculis et sensibus videant Christum in lege velatum et absconditum, illumque adorent et colant in spiritu et veritate.

Ubi autem Spiritus Domini, ibi libertas. Intendit hâc parte explicare mysticam significationem ablati velaminis. Ut enim velum impositum subjectionis ac servitutis cujusdam indicium est in eo cui imponitur : quemadmodùm docet Apostolus, 1 Cor. 11, v. 10, ita velaminis ablatio significationem habet donatæ libertatis, quæ donatio sit non per litteram, sed per spiritum. Ut sensus sit : Spiritus Domini, cùm ipse sit Dominus, ideòque liberrimus, de quo scriptum est, quod *ubi vult, spirat*, Joan. 3, et quòd *omnia operatur prout vult*, 1 Cor. 12, tanquàm velamine servitutis ablato, de nobis, Evangelii ministris, sicut de Moyse; nos apertè loquimur, libere agimus; quia Christus Dominus, utpote Deus, est Spiritus, hinc dat nobis spiritum legem spiritualiter intelligendi, seu veritatem in figuris videndi.

Ubi autem (hic) Spiritus Domini, ibi libertas, ἐλευθερία, ingenua, libera, clarè illuminata voluntas. Id est, ibi, ablato umbrarum, subjectionis, timoris servilis velamine, clarâ luce, et ultroneâ voluntate ambulamus secundùm legem Dei. Itaque duplex hìc notatur libertas : Prima intellectûs, per claram notitiam veræ religionis, ablatis scilicet umbris et figuris; secunda voluntatis, per amorem justitiæ, ablato timore servili. Judæi Deum verum colebant, sed carnali cultu; Christiani *adorant in spiritu et veritate.* Judæi timore vindictæ, Christiani amore justitiæ.

Vers. 18. — Nos vero omnes... In ministerio litteræ, solus Moyses illuminabatur. *Nos verò omnes* Christiani, ac præsertim nos apostoli, *primitias Spiritûs habentes.*

Revelata facie, interiori, scilicet intellectûs, id libertatem communicat iis quos inhabitat, id est, Christianis : libertatem utique spiritualem, quia Spiritus est à servitute legis et peccati eos liberans. Pro *libertas*, Græcè est *spontanea*, ingenua, *libera*, et clarè illuminata *voluntas*, ut scilicet, ablato legis Moysi velamento, clarâ et spontaneâ voluntate ambulemus secundùm legem Dei. Duplex est hæc libertas. Prima, ut Chrysostom., est intellectus, estque clara notitia mysterii Trinitatis, incarnationis, etc., quæ Judæis obscura erant. Item veræ religionis et divini cultûs, quem Judæi putabant consistere in mactatione boum et arietum, cùm Deus coli velit et adorari in spiritu et veritate. Ubi adverte : Sicut crassities, hebetudo, obscuratio, ignorantia intellectûs, quâ mens, quasi tenebris, vinculis et carcere constricta tenetur, rectè dicitur servitus et servilis conditio; ita è contra illuminatio, claritas, et clara intellectûs cognitio rectè dicitur libertas; quâ mens ignorantiâ, erroribus, crassisque rerum speciebus libera, liberæ veritati, Deo, rebusque divinis et spiritualibus vacat et intendit. Secunda libertas, ut docet S. August., est affectus, estque amor justitiæ, non timor vindictæ, ut scilicet sponte et liberè legem impleamus ex amore virtutis, non ex formidine pœnæ. Hæc enim libertas et spiritus amoris Christianorum opponitur servituti et timori servili Judæorum.

Vers. 18. — *Nos verò omnes revelatâ facie gloriam Domini speculantes.* Ac si dicat : Non facimus ut Moyses, velo faciem suam occultans : sed revelatâ facie gloriam Domini in eâ receptam exhibemus. Nam *speculantes*, idem est hoc loco quòd instar speculi suscipientes atque reddentes. A speculo, non autem à speculâ dixit speculantes, id est, per speculum videntes, non de speculâ prospicientes, inquit S. August., et patet ex Græco. Nam Græcè est : *Quasi in speculo intuentes.* Nota : Apostolus *speculum* hìc vocat Verbum carne vestitum, et spectabile factum, quodque in Evangelio et Ecclesiâ spectandum proponitur, et Moysi velato opponitur. Unde cap. seq. vocatur imago Dei; Christus enim, quà Deus, est Verbum et speculum Patris; quà homo, est speculum Deitatis, ejusque gratiæ et gloriæ; ac consequenter Evangelium Christi non est aliud, quàm speculum gloriæ Dei, idque clarissimum et lucidissimum. Potest per *speculum* hoc accipi fides, per quam quasi speculum, sed ænigmaticum et obscurum, Deum et divina contemplamur.

In eamdem imaginem transformamur; q. d. : Cùm Dei gloriam in Christo, ejusque Evangelio, quasi in speculo intuemur, per hoc, quasi in eamdem Dei glo-

est, ablato à nobis per Christum figurarum velamine, quod Judæi usque nunc habent super cor et oculos.

Gloriam Domini nostri Jesu Christi, incarnationem ejus, nostræ redemptionis opus, omnia fidei mysteria.

Speculantes, activè, id est, in Moyse et veteri Testamento, velut in speculo, intuentes. *Speculantes*, passivè, in intellectibus nostris, velut in speculo excipientes.

In eamdem imaginem transformamur, per illius solis, Christi scilicet, radiorum reflexionem, fimus et nos ejus claritatis participes; fimus quasi specula, jubar divinum in alios emittentia; seu quasi soles quidam alios illuminantes.

A claritate in claritatem, scilicet progredientes, seu clariùs et clariùs in dies.

Tanquam a Domini Spiritu, id est, idque per Domini Spiritum, per quem sic illuminamur et transformamur. Sicut argentum purum, ad radios solis positum, recipit in se fulgorem solis et eum remittit, sic et anima Christiani, ac præsertim apostolorum per Spiritum sanctum purificata, sanctificata, argento purior effecta, ab eodem Spiritu radios suscipit, quos remittit in alios. Theophylactus ex divo Chrysostomo. (*Alia v.* 17 *explicatio.*)

Dominus autem Spiritus est. Probabilis quidem est præcedens v. 17 explicatio, juxta quam, per *Dominum* intelligitur Dominus noster Jesus Christus, qui dicitur *Spiritus*, quia Deus. Et hujus intelligentiæ præcipuum fundamentum est, quòd in versu præcedenti 16, de Domino nostro Jesu Christo locutus credatur Apostolus ubi dixit : *Cùm conversus fuerit ad Dominum....* Attamen, re attentiùs consideratâ, probabiliorem puto sequentem D. Chrysostomi, Theodoreti et Theophylacti explicationem, qui per *Spiritum* intelligunt Spiritum sanctum, voluntque significari quòd Spiritus sanctus sit Dominus; in quâ propositione *Spiritus* sit subjectum, *Dominus* attributum. Hujus intellectionis primum fundamentum divus Chrysostomus desumit ex articulo; secundum ex eo quòd in hoc capite jam sæpè *Spiritum* nominavit Apostolus, et per *Spiritum* intellexit Spiritum sanctum. Unde Theodoretus ait, inscitiâ et impudentiâ plenum esse, Dominum Jesum Christum hoc loco Spiritum velle appellari. Reverà hi Patres Græci ita certum putant per *Spiritum* hìc intelligi Spiritum sanctum, ut hinc probent ipsum esse Deum. Denique benè notat Estius quòd non sit apostolica consuetudo Christum appellare *Spiritum;* et quòd hujus loci circumstantia diversum exigit.

Sit itaque hæc explicatio : *Dominus autem est Spiritus.* Non est autem de nobis Christianis, et præsertim de nobis apostolis, quos Deus idoneos fecit ministros Spiritûs, quemadmodùm erat de Moyse : nos enim apertè loquimur et agimus, quia *Spiritus* ille, cujus nos ministri sumus, *Dominus* est, nulli subjectus, summè liber, *spirans ubi et quando vult;* hinc

Ubi reperitur ille *Spiritus*, qui et Domini nostri Jesu Christi, Filii Dei, *Spiritus* est, *ibi libertas;* libertas intellectûs, per claram notitiam veræ religionis, ablatis scilicet umbris et figuris; libertas voluntatis, per amorem justitiæ, ablato timore servili. Igitur per Spiritum sanctum datâ nobis clarâ et spirituali legis intellectione, et à nobis ablato umbrarum velamine, et per eumdem Spiritum infusâ nostris cordibus charitate, et à nobis ablato servili timore, clarè loquimur, apertè et liberè agimus; quemadmodùm omnes clarâ luce et ultroneâ voluntate ambulamus, secundùm legem Dei

riam transformamur, eamque in nobis repræsentamus. Videtur autem hìc esse sensus : Ejusdem gloriæ imagine in nobis, ut in speculo receptâ, velut in eam transformamur. Nam imago in speculo quodammodò forma speculi est.

Transformamur, non essentialiter, quasi essentia nostra transformetur in essentiam divinam, sed *transformamur* accidentaliter, ut scilicet quasi per reflexionem radiorum lucis Christi quasi speculi in nos, fiamus lucidi luce fidei, et gratiæ Christi, adeòque fiamus quasi specula jubar divinum emittentes, et quasi soles quidam, alios illuminantes, inquit Chrysost.; imò fiamus quasi dii, divinæ consortes naturæ. *Quos*, ut ait Paulus, *præscivit et prædestinavit* (Deus), *conformes fieri imaginis Filii sui.*

A claritate in claritatem, vel, *à gloriâ in gloriam;* à claritate Christi in claritatem nostram, ut fiamus clari et lucidi sapientiâ, et gratiâ ad instar Christi.

Tanquàm à Domini Spiritu. Vox *tanquàm* significat causam congruam et dignam tantæ transformationis; q. d. : Tanquàm, id est, sicut decet Spiritum Dei nos transformare. Porrò tota sententia Paulina potest ad hunc modum explicari : Nos autem omnes novi Testamenti filii, quos Moyses revelatâ facie cum Domino loquens, eamque ex consortio sermonis Domini splendidam ac radiantem habens, significavit; itidem facie mentis revelatâ, gloriam Domini per fidem intuemur, ejusque splendorem in animis nostris velut speculis quibusdam recipientes, quodammodò transformamur ad eamdem imaginem, hoc est, ad similitudinem gloriæ Dei; idque à claritate Dei in claritatem nostram, id est, claritate seu gloriâ Dei in nobis expressâ ac repræsentatâ, perinde ut olim in facie Moysi. Transformamur, inquam, velut à *Domini Spiritu*, vel *à Domino Spiritu.* Dicit autem Apostolus, *nos omnes*, ut significet id quod uni Moysi quondam in figurâ ac mysterio contigit, nunc in veritate toti Ecclesiæ fidelium competere. Cajetanus, Gagnæus et alii nonnulli exponunt de solis Evangelii ministris.

Corollarium pietatis, seu in hoc capite ad pietatem maximè notanda, et ad praxim redigenda.

1° In praxi, ô Christiane, quisquis sis, recordare quòd cor tuum sit charta Dei, in quâ per Spiritum sanctum, quasi digitum suum, scribit, inspirando quod bonum est, v. 3. Hujus veritatis memor, dic : *Paratum cor meum, Deus;* ora itaque, ut scribat, inspiret : *Aspirando præveni;* tu verò aspiratus, audi, obedi, exequere quod inspiratur. At tuæ omnimodæ ad bonum insufficientiæ memor, qui ne bonum cogitare quidem vales, multò minùs illud exequi, humiliatus sub potenti manu Dei, orans adde : *Et adjuvando pro sequere;* da Deus, et lumen et robur; da cogitare, et velle, et facere, v. 5.

2° Et in praxi recordare, ô Dei minister, excellentiæ evangelici ministerii; per quod, non lapideas præfers

tabulas, oculis corporeis exponendas ; sed Spiritum sanctum cordibus fidelium communicas, eisque vitam ministras æternam ; vide v. 6, 7, 8, 9, 10. Hujus itaque memor excellentiæ, cave ab omni, in tanto ministerio, socordiâ, sed alacriter, liberè, intrepidè et dignè Deo, dignèque Spiritu sancto ministra, v. 11, 12. Cave in ministerio spirituali et divino, ab omni terrenorum et corporalium amore ; sed cœlestia, æterna, divina quære, intende, dilige, inspira, v. 8, 11. Cave in ministerio Spiritûs sancti, qui totus lux est et amor ; cave, inquam, ab omni malitiæ velamine super cor tuum. Ad hoc frequenter ad Dominum convertere, rogans : *Cor mundum crea in me, Deus*, etc. *Faciem tuam illumina super servum tuum*, etc. *Illumina vultum tuum super me, et miserere mei*, etc. Talibus ad Deum conversionibus, fies divini luminis particeps, ut in alios illud reflectere valeas, v. 15, 16, 17, 18.

CAPUT IV.

1. Ideò habentes administrationem, juxta quòd misericordiam consecuti sumus, non deficimus ;

2. Sed abdicamus occulta dedecoris, non ambulantes in astutiâ, neque adulterantes verbum Dei, sed in manifestatione veritatis commendantes nosmetipsos ad omnem conscientiam hominum coram Deo.

3. Quòd si etiam opertum est Evangelium nostrum, in iis qui pereunt est opertum.

4. In quibus Deus hujus seculi excæcavit mentes infidelium, ut non fulgeat illis illuminatio Evangelii gloriæ Christi, qui est imago Dei.

5. Non enim nosmetipsos prædicamus, sed Jesum Christum Dominum nostrum ; nos autem servos vestros per Jesum :

6. Quoniam Deus qui dixit de tenebris lucem splendescere, ipse illuxit in cordibus nostris, ad illuminationem scientiæ claritatis Dei, in facie Christi Jesu.

7. Habemus autem thesaurum istum in vasis fictilibus ; ut sublimitas sit virtutis Dei, et non ex nobis.

8. In omnibus tribulationem patimur, sed non angustiamur ; aporiamur, sed non destituimur :

9. Persecutionem patimur, sed non derelinquimur ; dejicimur, sed non perimus :

10. Semper mortificationem Jesu in corpore nostro circumferentes, ut et vita Jesu manifestetur in corporibus nostris.

11. Semper enim nos qui vivimus, in mortem tradimur propter Jesum : ut et vita Jesu manifestetur in carne nostrâ mortali.

12. Ergo mors in nobis operatur, vita autem in vobis.

13. Habentes autem eumdem spiritum fidei, sicut scriptum est : Credidi, propter quod locutus sum ; et nos credimus, propter quod et loquimur :

14. Scientes quoniam qui suscitavit Jesum, et nos cum Jesu suscitabit, et constituet vobiscum.

15. Omnia enim propter vos ; ut gratia abundans per multos in gratiarum actione, abundet in gloriam Dei.

16. Propter quod non deficimus ; sed licèt is qui foris est noster homo corrumpatur, tamen is qui intùs est renovatur de die in diem.

17. Id enim quod in præsenti est momentaneum et leve tribulationis nostræ, supra modum in sublimitate æternum gloriæ pondus operatur in nobis :

18. Non contemplantibus nobis quæ videntur, sed

CHAPITRE IV

1. C'est pourquoi ayant reçu un tel ministère selon la miséricorde qui nous a été faite, nous ne perdons point courage ;

2. Mais nous rejetons loin de nous les passions qui se cachent comme étant honteuses, ne nous conduisant point avec artifice, et n'altérant point la parole de Dieu, mais n'employant pour nous rendre recommandables envers tous les hommes, qui jugeront de nous selon le témoignage de leur conscience, que la sincérité avec laquelle nous prêchons devant Dieu la vérité de son Evangile.

3. Que si l'Evangile que nous prêchons est encore voilé, c'est pour ceux qui périssent qu'il est voilé ;

4. Pour ces infidèles dont le Dieu de ce siècle a aveuglé les esprits, afin qu'ils ne soient point éclairés par la lumière de l'Evangile de la gloire de Jésus-Christ, qui est l'image de Dieu.

5. Car nous ne nous prêchons pas nous-mêmes ; mais nous prêchons Jésus-Christ notre Seigneur : et quant à nous, nous nous regardons comme vos serviteurs par Jésus-Christ.

6. Parce que le même Dieu qui a commandé que la lumière sortît des ténèbres, a fait luire sa clarté dans nos cœurs afin que nous puissions éclairer les autres, et leur donner la connaissance de la gloire de Dieu, selon qu'elle paraît en Jésus-Christ.

7. Or nous portons ce trésor dans des vases de terre, afin que l'on reconnaisse que la grandeur de la puissance qui est en nous, est de Dieu, et non pas de nous.

8. Nous sommes pressés par toutes sortes d'afflictions, mais nous n'en sommes point accablés : nous nous trouvons dans des difficultés insurmontables, mais nous n'y succombons pas.

9. Nous sommes persécutés, mais non pas abandonnés ; nous sommes abattus, mais non pas entièrement perdus.

10. Portant toujours en notre corps la mort de Jésus, afin que la vie de Jésus paraisse aussi dans notre corps.

11. Car nous qui vivons, nous sommes à toute heure livrés à la mort pour Jésus, afin que la vie de Jésus paraisse aussi dans notre chair mortelle.

12. Ainsi sa mort opère en nous, et sa vie en vous.

13. Et parce que nous avons un même esprit de foi, selon qu'il est écrit : J'ai cru, c'est pourquoi j'ai parlé ; nous croyons aussi nous autres, et c'est aussi pourquoi nous parlons.

14. Sachant que celui qui a ressuscité Jésus, nous ressuscitera aussi avec Jésus, et nous placera avec vous en sa présence.

15. Car toutes choses sont pour vous, afin que la grâce de Dieu se répandant avec abondance, il en revienne aussi à Dieu plus de gloire, par les actions de grâces qui lui en seront rendues par plusieurs.

16. C'est pourquoi nous ne perdons point courage ; mais encore que dans nous l'homme extérieur se détruise, néanmoins l'homme intérieur se renouvelle de jour en jour.

17. Car le moment si court et si léger des afflictions que nous souffrons en cette vie, produit en nous le poids éternel d'une souveraine et incomparable gloire.

18. C'est pourquoi nous ne considérons point les

quæ non videntur. Quæ enim videntur, temporalia sunt : quæ autem non videntur, æterna sunt.

choses visibles, mais les invisibles, parce que les choses visibles sont temporelles, mais les invisibles sont éternelles.

ANALYSIS.

Suam, suorumque collegarum defensionem, contra pseudo-apostolorum calumnias, ita texit in hoc capite, ut et eos obliquè perculiat.

℣ 1, 2, 3 *et* 4. *Tam gloriosum ministerium, per Dei misericordiam consecuti, in eo fungendo non pigrescimus; nec quidquam eo indignum, aut turpe quid agimus etiam occultè; sed castè, sincerè et clarè Evangelium ubique prædicamus; ita ut, si quibusdam adhuc sit ignotum, malitiâ cæcis, et videre nolentibus, sit ignotum.*

℣ 5 *et* 6. *In hâc autem prædicatione, non nostram, sed Domini nostri Jesu Christi gloriam quærimus; non dominari fidelibus, sed eis ministrare ambimus; idque ut Dei in nos misericordiæ respondeamus; qui sicut olim è tenebris abyssi lucem eduxit, quæ mundum illuminaret, ita mentes nostras, priùs tenebrosas, per Spiritum suum illuminavit, ut alios scientiâ et cognitione gloriæ suæ in Christo visæ, illuminaremus.*

℣ 7. *Hunc autem cœlestis luminis et gratiæ thesaurum in nobis, vasis testaceis et fragilibus, inclusit, ut ei soli tribuatur omnis nostri ministerii gloria.*

℣ 8. *Quò fragiliores sumus, eò clariùs apparet in nobis ejus omnipotentia; hinc undique pressi, non angustiamur; aporiati, non destituimur.*

℣ 9, 10, 11. *Continuis agitati persecutionibus, evadimus; prostrati, non perimus; mortificati, non morimur : sicque divinâ nos conservante potentiâ, mortem simul et resurrectionem Domini nostri Jesu Christi quâdam similitudine repræsentamus, hâc nostrâ morte simul et vitâ.*

Itaque ob Evangelium continuè morimur; at nostrâ corporali morte spiritualiter vivitis, v. 12.

℣ 13. *Cæterùm, non obstantibus tot periculis et mortibus, liberè tamen et audacter prædicamus, quia verè credimus; sicut de David scriptum est: Credidi, ideò locutus sum et loquor.*

℣ 14. *Credimus, inquam, et fide certissimâ, quòd Deus, qui Dominum nostrum Jesum pro nobis occisum, suscitavit à morte; et nos propter Jesum occisos, suscitabit, nosque vobiscum, ad quos omnia nostra ordinantur ministeria, in suo regno collocabit.*

℣ 16. *Hinc non deficimus in adversis, sed mens nostra fit quotidiè vegetior; quia fide scimus quòd momentanea et levis tribulatio parat nobis gloriam infinitam et æternam.*

℣ 18. *Ideò ad præsentia et visibilia, quæ temporaria sunt, non spectamus; sed ad futura et invisibilia, quæ durabunt in æternum.*

PARAPHRASIS.

1. Proinde, cùm per Dei misericordiam, ad tantum ac tale ministerium fuerimus vocati, in eo fungendo non segnes sumus, nec ob adversa concidimus animo.

2. Nihil, nec occultè, tanto ministerio indignum agimus; sed à nobis longè rejicimus omnem etiam occultam vitæ turpitudinem; nec astutè conversamur inter homines, nec Dei verbum falsificamus; sed nudâ et apertâ vitæ et doctrinæ veritate, nos laude dignos efficimus, et apud homines rectè judicantes, et coram Deo, omnia intuente.

3. Quòd si post tam apertam Evangelii prædicationem, adhuc quibusdam velatum est, iis tantùm est velatum, qui perire volunt et non videre.

4. Iis, nimirùm infidelibus, quorum mentes diabolus excæcavit, ne fulgeat eis lux clarissima Evangelii; per quod manifestatur gloria Christi, qui est perfecta imago Dei Patris, lumen de lumine.

5. In hâc autem apertâ Evangelii prædicatione, non nostram, sed Domini nostri Jesu Christi gloriam quærimus; nec nostram, sed vestram utilitatem, nosque servos vestros propter Jesum et in Christo Jesu, profitemur.

6. Idque ut Dei in nos gratiæ respondeamus, qui sicut olim de tenebris abyssi lucem eduxit, quæ mundum illuminaret, ita mentes nostras, priùs tenebrosas, per Spiritum sanctum illuminavit; ut alios scientiâ et cognitione gloriæ Dei, in Christo, velut imagine suâ lucentis, illuminaremus.

7. Hunc autem cœlestis luminis thesaurum in nobis, testaceis et fragilibus vasis, haberi voluit, ut omnis ministerii nostri sublimitas et gloria ipsi tribuatur, et non nobis imputetur.

8. In hoc ejus divina virtus in nobis apparet, quòd undique et modis omnibus pressi, non opprimimur; anxii et perplexi, non destituimur, sed nobis adest Deus.

9. Continuis agitati persecutionibus, Deo protegente, evadimus; prostrati, non frangimur.

10. Indesinentibus mortis periculis, mortem Domini nostri Jesu Christi, quâdam similitudine, in corporibus nostris semper et ubique exprimimus; ut et ejusdem vita gloriosa in corporibus nostris aliquando reveletur.

11. Nos enim, quamdiù vivimus, morti propter Jesum exponimur, ut et vita immortalis Jesu appareat aliquando in nostrâ carne mortali, cùm immortalitatem induerit.

12. Itaque per Evangelii prædicationem mors corporalis in nobis efficitur, sed per nostram mortem vita spiritualis vobis procuratur.

13. Cæterùm, in mediis his mortibus et periculis, habentes eumdem fidei spiritum quem habuit David in suis tribulationibus, sicut de eo scriptum est: Credidi, ideò loquor; ita et nos apostoli, quia verè credimus, ideò et liberè et audacter prædicamus.

14. Certissimâ fide scientes quòd Deus, qui Jesum pro nobis occisum suscitavit à morte, nos propter Je-

sum occisos, à morte suscitabit, et vobiscum in regno suo collocabit.

15. Dixi vobiscum, nec temerè; omnia enim nostra ministeria ad vestram salutem ordinantur, ut quò latiùs et ad plures effunditur evangelica gratia, eò plures Deo reddant gratiarum actionem, quâ glorificetur Deus.

16. Hâc spe, hocque animo freti, non deficimus in adversis; sed licèt pars exterior nostra, caro scilicet, corrumpatur, seu attenuetur; pars tamen interior, animus noster, fit in dies vegetior,

17. Quia fide certâ scimus, quòd momentanea et levis afflictio corporis parit nobis ineffabile pondus gloriæ æternæ et infinitæ, seu gloriam sublimissimam, et quæ mirè supra modum superat omnes hujus temporis afflictiones;

18. Ideò ad hæc præsentia, quæ videntur, et temporaria sunt, non spectamus; sed ad invisibilia, et quæ sunt æterna.

COMMENTARIA.

Vers. 1. — Ideo habentes administrationem..., Græc., hanc. In superiori capite evangelici ministerii præcellentiam ostendit; nunc verò ad suam suorumque collegarum defensionem descendit, contra adversariorum suorum calumnias: sic autem suam texit apologiam, ut et suos adversarios tacitè percutiat. *Habentes administrationem* hanc, de quâ dixi.

Juxta quod, Græc., καθ' ὅς, *prout*, sicut. Id est, cùm per gratuitam Dei misericordiam vocati et electi fuerimus ad tantum et tale ministerium, et quod ad tantam nos gratiam promovet.

Ideo, id est, ut huic gratuitæ Dei super nos misericordiæ respondeamus, et hâc nobis promissâ gloriâ non simus indigni.

Non deficimus, id est, non segnescimus, ait Erasmus, in hoc scilicet munere fungendo; vel *non deficimus*, id est, non destituimur, nec deficimus ad pericula et ad afflictiones, ait Theophylactus. Uterque sensus bonus et verus, sed ultimus litteralior et juxta Græcum, et juxta nostram Vulgatam.

Vers. 2. — Sed abdicamus; Syr., *sed execrati sumus*, id est, rejicimus, longè repellimus à nobis.

Occulta dedecoris; Syr., *occultamenta dedecoris*, id est, ea facinora quæ ob pudorem solent à peccantibus occultari, ne per ea cadant in opprobrium.

Non ambulantes in astutia, id est, simulatè ac versutè non conversamur inter homines: unum palàm ostendentes, aliud occultè facientes.

Neque adulterantes...; Syr.: *Neque dolosè tractantes sermonem Dei*, id est, non falsificantes verbum Dei. Hic dolus, sicut et cauponatio, de quâ cap. 2, v. 17, opponitur sinceritati ac puritati quâ verbum Dei debet administrari. Vide ibi dicta.

Sed in manifestatione veritatis..., id est, sed nudâ et apertâ, tum vitæ nostræ, tum doctrinæ veritate, nos apud homines rectè, et secundùm conscientiam judicantes, commendatos et laude dignos efficimus, et coram Deo omnia videntes.

Notanda ad intelligentiam.

Ad pleniorem horum versuum, imò et ad totius ferè capitis hujus intelligentiam, recordare quòd hìc, ut jam dixi, duo simul agat Apostolus, scilicet adversarios suos tacitè perstringit, et se suosque collegas contra adversariorum suorum calumnias justificat. Intellige ergo quasi diceret: Pseudoapostoli, quia à Deo non sunt in ministerium vocati, sed spontè intrusi, et in eo se suaque commoda quærunt, ideò in adversis statim deficiunt. Quasi mercenarii, lupum vident et fugiunt. Nos apostoli, per Dei gratuitam voluntatem vocati, per Dei gratiam, in nostro munere fungendo, non segnescimus, nec ob adversa qualiacumque deficimus. *Bonus pastor vitam dat pro ovibus.* Pseudoapostoli, sanctitatis speciem præ se ferentes, occultè turpes sectantur voluptates. *Quæ in occulto fiunt* ab eis, *turpe est et dicere*. Nos apostoli omnem, etiam occultam, rejicimus vitæ turpitudinem. Nihil, nec occultè, nostro ministerio indignum agimus; sed vivimus dignè Deo, cujus sumus ministri. Pseudoapostoli, ut se apud homines commendent, versutè conversantur, ipso Dei verbo subdolè utuntur, illudque corrumpunt ad fines suos, ut homines decipiant, et fucatis operibus et falsis sermonibus, sese alios quàm sint demonstrant; semetipsos et opere et sermone mentiuntur. Nos apostoli, nihil per hypocrisim facimus nec loquimur; nec operibus, nec sermonibus mentimur, ut gratiores simus, sed ipsâ veritate et vitæ et doctrinæ nosmetipsos commendatos efficimus apud omnes homines, seu fideles, seu infideles, dummodò rectè sentiant, et secundùm conscientiam judicent; imò et coram Deo, cor et renes probante. Ipsâ

Vers. 1. — *Ideò habentes administrationem, juxta quod misericordiam consecuti sumus.* Cùm igitur, inquit, hoc tam excellenti ministerio fungamur, non nostris meritis, sed gratuitâ Dei benignitate et electione ad illud vocati.

Non deficimus. Non succumbimus malis et adversitatibus, quæ nobis accidunt hujus ministerii causâ; non concidimus animo.

Vers. 2. — *Sed abdicamus*, Græcè, *abnegamus*, renuntiamus. Syrus, *execramur*.

Occulta dedecoris, id est, occulta dedecorosa, quæ solent à peccantibus occultari, ne per ea in probrum et infamiam incidant. Hoc igitur est, quod dicit: Longè sumus ab omni, etiam occultâ, vitæ turpitudine.

Non ambulantes in astutiâ; ut aliud palàm ostendamus aliud occultè faciamus. Notat libidines pseudoapostolorum, et voluptates occultas. Nam, ut ait Ephes. 5: *Quæ in occulto fiunt ab ipsis, turpe est dicere.*

Neque adulterantes verbum Dei. Adulterant, id est, dolosè tractant Dei verbum, qui non dispensant illud quale traditum est, integrum, purum ac sincerum: sed permixtione sapientiæ secularis, aut Judaicæ doctrinæ corrumpunt et vitiant; aut certè in eo ministrando non Dei gratiam quærunt, sed suis commodis obsequuntur.

Sed in manifestatione veritatis commendantes nosmetipsos ad omnem conscientiam hominum coram Deo. Tam vitæ nostræ quàm doctrinæ sinceritas omnibus est manifesta, ac seipsam apud omnes commendat et probat: adeò ut nec ipsum Deum, qui cordium intuc-

veritate vitæ et doctrinæ manifestamus omnibus hominibus quid coram Deo ipso simus et quid sentiamus. Quales sumus coram Deo, tales apparemus hominibus; et quales apparemus, tales et sumus.

Notandum ad mores.

In his ergo verbis imaginem habes veri et falsi pastoris, doctoris, apostoli. Falsum execrare, bonum imitare. Ad exemplum divi Pauli et aliorum apostolorum, fidelis minister Christi attendat ad Dei misericordiam erga se, ad ministerii sui dignitatem, ad æternam gloriam sibi promissam; et his omnibus respondens, nec segnescat in prosperis, nec animo concidat in adversis. Nihil, nec occultè, suo ministerio indignum agat, sed omnem execretur etiam occultam vitæ turpitudinem; ambulet simpliciter, sincerè verbum Dei prædicet; solâ vitæ et doctrinæ veritate sese commendatione dignum reddat, et coram hominibus, et coram Deo, omnia intuente.

Vers. 3. — Quod si etiam opertum est... Ob dicta, tum proximè, tum in fine cap. 3, v. 18, potest objici: Si veritatem Evangelii ita manifestas, cur ergo tot hominibus adhuc est opertum? — Huic objectioni occurrens, respondet id fieri non ministrorum vitio, sed hominum illorum culpâ, qui, mente obcæcati, lumen non percipiunt. *Quòd si*, post tam apertam veritatis prædicationem adhuc velatum est Evangelium quod prædicamus, *iis* tantùm velatum est *qui pereunt* et perire volunt, quia vera videre nolunt, quæ vitiis ipsorum adversantur.

Vers. 4. — In quibus Deus hujus seculi..., id est, iis, scilicet infidelibus, quorum *Deus hujus seculi*, diabolus; *princeps mundi hujus*, Joan. 14, mentes excæcavit tenebris infidelitatis et vitiorum, ne fulgeat illis lux Evangelii.

Gloriæ Christi, id est, quod est gloria Christi, seu per quod manifestatur gloria Christi, ejus divinitas, resurrectio, etc.; seu Evangelii à nobis prædicati, ad declarandam gloriam Christi; vel adeò ut non fulgeat illis lux clarissima, et splendor gloriosus Evangelii Christi.

Qui est imago Dei, id est, *splendor gloriæ*, Hebr., 1; *candor lucis æternæ*, Sap. 7; *illuminat omnem hominem*, Joan. 1. His tamen noctuis non affulget, quia lucem fugiunt, tenebras amant magis quàm lucem. *Et hoc est judicium mundi* et mundanorum. Evangelium ergo nostrum perspicuum est prædicationis veritate; occultum depravatione cæcitatis, seu quia velamen est super cor eorum.

Observatio moralis.

In illis infidelibus, ab hujus seculi deo excæcatis, intuere infinitos propemodùm homines, qui se christianos dicunt; sed qui, amore hujus seculi obcæcati, clarissimam Evangelii lucem non vident; divitiarum, voluptatum et honorum amore captis, non affulget lux evangelica paupertatis, mortificationis et humilitatis Christi; obvelatum est illis hoc Evangelium; verum non credunt quod ipsorum cupiditatibus adversatur. Cupiditas velamen est super cor eorum. Christi gratiæ est hoc velamen tollere; hanc ergo gratiam continuò efflagitet Christianus, quà videat, quà amet, quà opere compleat veritates Evangelii Christi. *Da illuminatos oculos cordis nostri*, oculos, non mentis tantùm, sed et cordis; oculos, quibus sic videamus, ut et amemus.

Vers. 5. — Non enim nosmetipsos prædicamus... Dilutâ objectione, probat quod dixit, scilicet quòd sincerè prædicent, et se solâ veritatis manifestatione commendent. *Non enim* ad gloriam aut utilitatem nostram *prædicamus*, sed ad gloriam Jesu Christi Domini nostri, cui unicè incumbimus: omnis nostra prædicatio ad eum refertur, ut Dominum nostrum.

Nos autem servos vestros palàm profitemur, propter Jesum, nostrum et vestrum Dominum. Nosmetipsos ut servos totos impendimus utilitati vestræ

tur occulta, judicem refugiat.

Vers. 3. — *Quod si etiam opertum est Evangelium nostrum;* etc. *In iis*, id est, apud eos: nisi malis. Sensus est: Quòd si adhuc velatum et occultum est quibusdam Evangelium quod prædicamus, duntaxat iis qui pereunt, id est, reprobis, velatum est et occultum. Unde quod dixit capite præcedenti de Judæis Evangelio non credentibus, velamen esse positum super cor eorum, id nunc universè de reprobis significat.

Vers. 4. — *In quibus deus hujus seculi excæcavit mentes infidelium.* Œcumenius et S. Thomas: Deus, inquiunt, hujus seculi est diabolus, qui deus est secularitèr viventium, non creatione, sed sua perversitate, exemplo, imperio et suggestione: ideò enim non *Deum* vocat, sed alienando *deum hujus seculi*, id est, secularium, qui temporalia et caduca præferunt cœlestibus et æternis bonis, *Deus hujus seculi est* mammona, sive opes, et pompæ, in quibus seculares ultimum finem et omne bonum quasi in Deo constituunt. Sic ad Phil. 2, dicitur: *Quorum Deus venter est.* Significatur autem his verbis velum oppositum mentibus infidelium, ipsa nimirùm cæcitas inducta à diabolo.

Ut non fulgeat illis illuminatio Evangelii gloriæ Christi. Pro *fulgeat*, Græce, *irradiet*. Syrus, *oriatur*. Est sublustre quiddam, et ; argustus clarè lucis sive illuminationis et gloriæ divinæ, quæ revelabitur in cœlis. Sicut enim aurora et lucifer, sive stella Veneris præit et prælucet soli, sic fides in hâc vitâ quasi lucifer præit et prælucet clarissimæ gloriæ et visioni in cœlis. Textus Ambrosianus sensum magis quàm verba reddit: *Ut non pervideant lumen Evangelii majestatis Christi.*

Evangelii gloriæ Christi; Evangelium enim dicitur *gloria Christi*, quia illo glorificatur Christus, Christi redemptio, resurrectio, divinitas. Ita Anselmus.

Qui est imago Dei. Christus, cùm sit imago Dei, non qualiscumque, sicut homo, ad imaginem et similitudinem Dei factus, sed omnibus, ut ita dicam, numeris absoluta atque perfecta; non quidem illuminatur à Deo, quia lumen non accipit participativè, sed à Deo Patre emanat tanquàm lumen de lumine. Loquitur enim Apostolus de Christo secundùm naturam increatam, secundùm quam *imago Dei* dicitur, et hoc loco et Coloss. 1, quia natus ex Deo, perfectissimè Patrem Deum repræsentat: adeò ut rogatus ostendere Patrem, responderit: *Qui videt me, videt et Patrem*, Joan. 14. Qua ratione etiam Hebr. 1 vocatur *splendor gloriæ Dei, et figura substantiæ ejus.* Et Sap. 7: *Candor lucis æternæ, speculum sine maculâ Dei majestatis, et imago bonitatis illius.*

Vers. 5. — *Non enim nosmetipsos prædicamus, sed Jesum Christum Dominum nostrum;* hoc est, in Evangelio prædicando non nostram spectamus gloriam, nec nostræ studemus utilitati, quemadmodùm faciunt pseudoapostoli: sed prædicamus *Jesum Christum Do-*

ac saluti, PER JESUM, et propter Jesum, à quo hoc apostolatûs ministerium accepimus ad vestram salutem.

Observatio moralis.

In his quoque verbis pseudoapostolos cerne, se suaque quærentes in prædicatione, non quæ Jesu Christi; et fidelibus dominari volentes, non servire. Et hæc duo caveat verus Christi minister. Christi Domini minister es; Domino tuo sis ergo fidelis; ejus gloriam quære, non tuam: aliàs fur eris et latro. Fidelium minister es propter Jesum; illis ergo propter Jesum ministra cum charitate et zelo, cum humilitate et mansuetudine. Ab omni autem dominationis specie cave; aliàs herus eris, non minister et servus, contra Domini tui voluntatem. Sicque rursùs fur et latro: latro gloriæ, latro et dominationis; quod utrumque Christi est, non tuî.

Heu! quot in Ecclesiâ furcs!

VERS. 6. — QUONIAM DEUS, QUI DIXIT... Dat rationem ob quam se totos Domini Jesu gloriæ et proximorum saluti per prædicationem impendant. *Quoniam* idem *Deus*, *qui*, initio mundi jussit è TENEBRIS oriri lucem, quæ mundum illuminaret: *fiat lux*, Gen. 1; idem, inquam, Deus ILLUXIT in mentibus nostris, priùs tenebrosis, id est, nobis apostolis suis priùs ignaris infudit lumen fidei et cognitionis mysteriorum.

AD ILLUMINATIONEM..., id est, non solùm ut nos illuminemur, sed et ut alios illuminemus scientiâ et cognitione gloriæ Dei.

IN FACIE CHRISTI JESU, id est, quæ gloria Dei clarè in Filii sui facie, velut in imagine, lucet. *Qui videt me, videt et Patrem. In facie;* Syr., *in personâ Jesu Christi*, id est, quo officio fungimur in personâ Christi, vice et nomine Christi, seu ut legati Christi. Juxta nostram Vulgatam, quam sequuntur D. Chrysostomus et Theophylactus, *in facie...*, id est, ut illuminemus alios scientiâ gloriæ Dei, ut apparet in Christo; seu per Christum, ait Theophylactus, per quem lucet in nobis Pater. *Ego te clarificavi super terram.*

Observatio litteralis et moralis.

Sicut è tenebris abyssi lux educta fuit, ut Deum in suis creaturis videremus, ita è tenebris legis lux evangelica, seu lumen fidei, ut Deum in Christo, suâ consubstantiali imagine, videremus. Quò Christus creaturis perfectior est imago Dei, cò et perfectior est Dei in Christo cognitio quàm in creaturis.

Hujus autem lucis originem nota: Deus Pater luminum fonsque luminis est; Christus, lumen de lumine, à Patre luminum genitus, ut lumen; Christus lumen de lumine, suos discipulos et apostolos illuminavit, et per eos et illorum successores illuminavit, et pergit illuminare mundum. Sicut autem lux à Deo creata est ad lucendum, ita apostoli, omnesque apostolici, seu in apostolico munere successores, ad illuminandum.

Attendat ergo sibi vir apostolicus, et in se et in opera sua reflexus, videat quomodò huic divinæ erga se voluntati respondeat. An lucet in se? an alios illuminat doctrinæ et exemplorum suorum lumine? an Deum clarificat super terram? Recordetur se lucernam super candelabrum positam, ut luceat omnibus qui in domo Dei sunt. Caveat ne sit è contra titio fumans, suique fumi tenebris et fœtore obscurans et offendens.

VERS. 7. — HABEMUS AUTEM THESAURUM..., thesaurum scilicet cœlestis scientiæ mysteriorum Dei ad illuminationem aliorum; seu augustum illud evangelicæ prædicationis munus.

IN VASIS FICTILIBUS; Syr., *in vase testaceo*, id est, in corpore luteo, fragili et caduco; in animâ quidem spirituali et immortali, sed luteo corpore circumdatâ. Potes et optimè intelligere per vasa hæc, non solùm corpora, sed et apostolorum personas, quas vocat testaceas et fictiles, quia apostoli homines erant viles, rudes, illitterati, inopes, fragiles et contemptibiles.

UT SUBLIMITAS; Græc., ὑπερβολή, *excessus*, eminentia, excellentia.

VIRTUTIS, id est, potestatis nostræ, seu quæ in nobis est, seu quæ in nobis apparet.

SIT DEI, id est, Deo tribuatur, non nobis; seu ut eminentia virtutis nostræ sit Dei.

Sicut ex nihilo Deus creavit omnia, ita et vilibus et nihili instrumentis reparavit, ut soli Deo et creationis et reparationis tribuatur gloria. Cave tibi, vas testaceum, et vide ne quidquam in opere Dei tu tibi tri-

minum, id est, omnis prædicatio nostra ad eum refertur, ut Dominum nostrum, vel absolutè, ut Dominum totius creaturæ, etiam secundùm humanam naturam.

Nos autem servos vestros per Jesum, propter Jesum, supple exhibemus, palàm fatemur nos non aliud esse quàm servos vestros propter Jesum Dominum, à quo ministerium hoc nobis injunctum est.

VERS. 6. — *Quoniam Deus, qui dixit de tenebris lucem splendescere, ipse illuxit in cordibus nostris:* Quia Deus est, qui *dixit*, id est, jussit, suæ voluntatis imperio fecit, de tenebris, vel è tenebris, scilicet illis quæ priùs erant super faciem abyssi, lucem splendescere, dicendo: *Fiat lux*, Genesis cap. 1. Et idem est qui resplenduit in cordibus nostris, id est, lumen fidei et cognitionis mysteriorum Christi, mentibus nostris, id est, apostolorum, infudit ac superfudit.

Ad illuminationem scientiæ claritatis Dei. Sensus: Deus illuxit nobis, ut nos illuminaremus alios, refuso videlicet à nobis in illos eodem lumine cognitionis gloriæ ejus. *In facie Christi Jesu:* Ut illuminati illuminemus et alios *scientiâ*, et cognitione *claritatis*, hoc est, clarâ et gloriosâ: *Dei*, id est, quæ est de Deo, quæ resplendet *in facie Christi*, hoc est, in clarâ, vel per claram cognitionem Christi, et redemptionis ejus; vulgò enim clarè cognoscitur quisque per faciem. Hinc cognoscere in facie, significat cognoscere clarè et apertè. Persistit in allusione velaminis, et faciei Moysis velatæ, et Christi apertæ.

VERS. 7. — *Habemus autem thesaurum istum in vasis fictilibus.* Porrò *thesaurum* tanquàm rem valdè pretiosam, vocat munus sibi creditum à Deo, hoc est, ipsum ministerium Evangelii. Neque tamen aberrant qui thesaurum intelligunt illuminationis; velut Aquinas et alii: idque suffragante Tertulliano, qui thesaurum interpretatur de lumine. *In vasis fictilibus*, Græcè, *testaceis*, id est, in corpore luteo, fragili, caduco. Quasi dicat Paulus: Vas fictile corpus nostrum est. Ut sensus sit, apostolos gestare pretiosum ac lucentem evangelici ministerii thesaurum in seipsis tanquàm vasis fictilibus.

buas; sed humiliare sub omnipotenti manu Dei, eique totam tribue gloriam tui ministerii. *Soli Deo omnis honor et gloria.*

Vers. 8. — In omnibus tribulationem patimur. Horum testaceorum vasorum fragilitatem simul et sublimem in illis Dei virtutem demonstrat. *In omnibus tribulationem...* Græc., *in omni pressi, sed non coarctati;* Syr., *per omnia premimur, sed non suffocamur;* Ambrosius, *in omnibus pressuram passi, sed non coangustati.* Id est, rebus adversis undique premimur; sed divinâ nos protegente potentiâ, non coarctamur : imò in angustiis, mens nobis lata, libera et excelsa.

Aporiamur, equidem rerum egentes, et consilii inopes, hæremus anxii; seu omni humano auxilio, solatio et consilio destituti, nescimus quid agere debeamus. Aporia est inopia mentis et corporis, id est, penuria rerum et inopia consilii.

Sed non destituimur, in hâc aporiâ, quia divinum nobis adest auxilium, solatium et consilium, ubi desunt humana. Ambrosius habet : *Inopiam passi, sed non destituti*, id est, inquit, in inopiâ positis adfuit pastor Deus.

Vers. 9. — Persecutionem patimur, ab hominibus, sed non derelinquimur, à Deo.

Dejicimur in terram, humanâ malitiâ; sed non perimus, quia divinâ potentiâ erigimur. Vel ex alto præcipitamur, vasa fictilia et testacea; at Deo manum suam supponente, non frangimur, nec, qui in nobis reconditus est thesaurus, effunditur.

Vers. 10. — Semper mortificationem..., continuis periculis et mortibus expositi, passionem et mortem Domini nostri Jesu, in corporibus nostris semper et ubique circumferimus; Syr., *bajulamus*; Arab., *portamus*, id est, quâdam similitudine exprimimus.

Ut et ejusdem Domini Jesu vita gloriosa, quam nunc habet, in corporibus nostris aliquando reveletur, quando *reformabit corpus humilitatis nostræ configuratum corpori claritatis suæ.* Potest et dici : Nostris mortibus continuis mortem Domini Jesu repræsentamus; et nostro è mortis faucibus exitu ferè continuo, resurrectionis Christi speciem exhibemus. Ita D. Chrysostomus, Theophylactus, etc.

Vers. 11. — Semper enim nos, qui vivimus... Quamdiù enim vivimus, morti exponimur propter Jesum, ut aliquando vita Jesu æterna et immortalis appareat in nostrâ carne mortali quando scilicet immortalitatem induerimus. Vel ideò morti semper tradimur, et tamen vivimus, ut in nobis appareat quòd Christus surrexit et vivit; nec enim nos in tot mortibus vivos servaret, nisi viveret.

Observatio moralis.

Hinc, et tu, vas testaceum, disce christianum, apostolicum divinumque patiendi modum. Pressus undique malis, ne coarcteris, seu ne suffoceris; mentem in Deum eleva, Deum te videntem, primumque malorum tuorum auctorem adora, et corde fiduciâ pleno invoca. Experieris quod propheta expertus est, et dixit : *Cùm invocarem exaudivit me Deus justitiæ meæ, in tribulatione dilatâsti mihi.*

Aporiatus, inops rerum et consilii, in rebus arduis anxius et perplexus, ne desperes; sed in Deum erectus, ejusque Providentiæ confisus, inopiam tuam, curam et anxietatem tuam in Deum, ejusque providentiæ sinum projice. *Et ipse te enutriet*, ipse tibi aderit adjutor, consolator et consilium, ubi desunt humana.

Mortificatus, cruci affixus, Christum in te crucifixum intuere; ejus, in te stigmata venerare. Mortificatio, passio tua est passionis et mortis Christi

Ut sublimitas sit virtutis (id est, potentiæ et fortitudinis) *Dei, et non ex nobis.* Pro *ut sublimitas*, Ambros. legit : *Ut eminentia virtutis sit Dei*, q. d. : Idcò vult Deus me thesaurum istum habere in vase fictili, ut excellentia quæ in me est, et fructus quem facio in conversione tot gentium, non mihi, sed potentiæ et efficaciæ Dei, ac gratiæ Christi ascribatur. S. Hieronymus legit : *Ut abundantia fortitudinis nostræ sit ex Deo.*

Vers. 8. — *In omnibus tribulationem patimur, sed non angustiamur.* Sensus est : Quamvis undique premamur rebus adversis, non tamen ita redigimur in angustum, ut comprimamur et conteramur; sed Dei ope servamur in mediis pressuris. Pro *non angustiamur*, Græcè est, *non coarctati*, non anxii redditi. Alioqui necessarium est, ut qui premitur, is adigatur in angustum, et angustietur : sed Apostolo rebus in angustis mens erat læta, ampla et excelsa. Syrus vertit : *Premimur, sed non suffocamur.*

Aporiamur, sed non destituimur, hoc est, rerum omnium penuriâ premimur, at non opprimimur; ita Ambros., Theophyl.; egentes, sed egestati non succumbentes. Egestas enim in animo patienti, sapienti, tranquillo, et in Deum defixo, quietem, sufficientiam, imò et copiam parit. Est enim *aporia*, inopia non tantùm corporis, sed et animi, puta consilii inopia, dubitatio, et perplexitas; cùm mens, undique se malis obseptam videns, anxia hæret, nescitque quid consilii capere, quid agere debeat. Sed Deus apostolis, suisque in hâc aporiâ succurrit, suggeritque viam evadendi.

Vers. 9. — *Persecutionem patimur*, etc. Quamvis, inquit, in tam gravia pericula sæpè incidamus, ut videamur illicò perituri; tamen Deo opitulante custodimur, ne pereamus.

Vers. 10. — *Semper mortificationem Jesu in corpore nostro circumferentes.* Sensus est : Quotidianis periculis, et, ut ita dicam, mortibus expositi sumus; et per hoc passionem et mortem Domini Jesu nos illius ministri atque vicarii repræsentatione quâdam gestamus et circumferimus in nostris corporibus.

Ut et vita Jesu manifestetur in corporibus nostris. Vita, scilicet tum futura, ut nimirùm cum Christo resurgamus ad gloriam, ut sequitur versu 14, tum præsens, ut scilicet adinstar resurrectionis Christi corpora nostra, licèt afflicta, vegetiora fiant ex spiritu ob spem resurrectionis, et opem Dei, quâ nos à tot in dies periculis liberat et roborat.

Vers. 11. — *Semper enim nos, qui vivimus, in mortem tradimur propter Jesum*, q. d. : In mediâ hâc quali quali vitâ perpetuis mortis periculis et ærumnis exponimur. Ita Chrysostomus. Hoc est, ergo quod nos in omni tribulatione animat, consolatur et roborat, scilicet quòd cogitemus in eâ nos conformari Christo patienti et resurgenti.

Ut et vita Jesu manifestetur in carne nostrâ mortali, id est, ut in corporibus nostris mortalibus toties in mortem traditis, et tamen adhuc viventibus, manifestò appareat etiam Jesum, quem prædicamus, vivere.

participatio: opprobrium tuum ejus opprobriorum communicatio; in christiano patitur Christus. *Communicans ergo Christi passionibus gaude*, si compateris, et glorificaberis. Passio et mortificatio tua vitæ beatæ, gloriosæ et immortalis erit principium et semen. Sicut in te nunc mortificato et crucifixo repræsentatur mors et passio Christi sic in te resuscitato, glorioso, repræsentabitur aliquando resurrectio et gloria Christi.

VERS. 12.— ERGO MORS IN NOBIS OPERATUR...; Græc., ἐνεργεῖται, passivè. Ex dictis concludit: *Ergo* per Evangelii prædicationem, *mors* corporalis, scilicet, *efficitur in nobis*, seu ob Evangelium quotidiè morimur, quotidianis exponimur mortis periculis.

VITA AUTEM IN VOBIS, id est, at per nostram mortem, seu, per nostra mortis pericula quotidiana, procuratur vobis vita fidei, religio et religionis augmentum; ob quæ vitam vivetis sempiternam. Et hìc obliquè taxat pseudo-apostolos, in quibus nihil simile reperies; nec talem ob Evangelium mortificationem et passionem, nec talem eorum in periculis à Deo conservationem, nec per mortem illorum, salutis aliorum procurationem.

VERS. 13. — HABENTES AUTEM EUMDEM... Rationem dat ob quam, non obstantibus tot periculis et mortibus, continuè tamen et audacter apostoli suo fungantur officio; liberè scilicet et intrepidè prædicant, nimirùm quia verè credunt. Et hìc pseudo-apostolos intuere, tacentes in periculis, quia non credunt. *Canes muti, latrare non audentes.*

Habentes autem in his omnibus supradictis tribulationibus, *eumdem fidei* SPIRITUM quem habuit David tribulatus; SICUT de eo SCRIPTUM EST: CREDIDI, corde, PROPTER QUOD LOCUTUS SUM ore. Ita et nos apostoli, quia corde credimus, ideò et prædicamus audacter et liberè, mediis in mortibus.

VERS. 14. — SCIENTES QUONIAM QUI SUSCITAVIT JESUM... Quid creditis? fide certissimâ, quia Deus, qui Dominum Jesum pro nobis occisum, suscitavit à morte, et nos propter Jesum ejusque Evangelium occisos, suscitabit in die novissimo, nosque ad dexteram suam vobiscum constituet in regno vivorum.

VERS. 15. — OMNIA ENIM PROPTER VOS, quasi diceret: Nos dixi vobiscum, non vos nobiscum, et rectè, quia omnia ministeria nostra ad vestram salutem ordinantur; et quod agimus et quod patimur vestrum est.

UT GRATIA ABUNDANS..., ut in multos effusa gratia, per multos etiam PARIAT GRATIARUM ACTIONEM, quâ Deus glorificetur.

Multa ex præcedentibus notanda.

Nota primò, ex v 13, quòd tempora quidem variata sint, sed non fides; habemus eumdem fidei spiritum, quem sancti patriarchæ habuerunt; crediderunt venturum, quem nos venisse credimus. Nota secundò quòd non benè et perfectè credit, qui quod credit, loqui erubescit. *Corde creditur ad justitiam, ore autem confessio fit ad salutem*, Rom. 10, v. 10; *qui me erubuerit... et hunc Filius hominis erubescet*, Lucæ 9, 26. Benè crediderunt apostoli et martyres; qui, quia crediderunt, ideò confessi sunt; credendo vitam apprehenderunt; loquendo invenerunt mortem, sed mortem in quâ corpus corruptibile seminaretur, et incorruptio meteretur, ait D. Anselmus. Nota tertiò quòd fides, quæ in omnibus radix est salutis, et creaturæ novæ initium, in apostolis et martyribus fuit illorum et nostræ salutis principium. Quia crediderunt, justi facti sunt, vitam apprehenderunt; quia crediderunt locuti sunt, prædicaverunt, suisque verbis et prædicationibus alios ad fidem adduxerunt; *fides ex auditu*. Quia locuti sunt, mortem subierunt; at ex illorum morte salus nostra. Sanguis martyrum semen fuit Christianorum.

Nota, ex v. 15, quòd et Spiritûs sancti charismata et apostolorum omnia ministeria sint ad fidelium salutem ordinata; hæc autem salus ad Dei gloriam, tanquàm ad finem ultimum.

VERS. 12. — *Ergo mors in nobis operatur*, etc., q. d.: Vestra spiritualis vita per fidem et gratiam, id est, salus animæ vestræ nostrâ corporali morte procuratur. Ita Ambrosius. Nam apostolorum et martyrum passio et mors, vita est Ecclesiæ: sanguis martyrum semen est Christianorum.

VERS. 13. — *Habentes autem eumdem spiritum fidei, sicut scriptum est*: q. d: Sicut David tentationibus immersus, et à solo Deo ereptus, dixit: *Credidi*, id est, credo, quòd Deus juxta promissa sua me à meis malis liberabit semper. Unde et idem audacter *locutus sum*, et etiamnum proloquor; ita et nos credimus et speramus, ac animosè profitemur, opem, robur, liberationem ac resurrectionem nostram à Deo uti promissam, ita et certissimò præstandam, ita Theophylact., Chrysostom., Œcumen. *Spiritum fidei*, dicit auctorem, donatorem; vel metonymicè, *spiritum fidei*, id est, fidem à Spiritu donatam, quomodò legimus alibi spiritum mansuetudinis, pietatis, etc., pro ipsis hujusmodi donis Spiritûs sancti. Igitur eumdem spiritum fidei rectè intelligimus eamdem fidem ab eodem Spiritu profectam. Quasi dicat Apostolus: Cùm ad eadem credenda ab uno Spiritu sancto moveamur.

Credidi, vel credo, id est, credere pergo, *propter quod locutus sum.*

Et nos credimus, propter quod et loquimur, ac si dicat: Quemadmodùm David inter persecutiones et pericula credidit se perventurum ad regnum sibi à Deo promissum, et propterea de eo confidenter apud homines locutus est: ita nos quoque ministri novæ legis, licet persecutionibus pressi et periculis expositi, tandemque morituri, certissimè tamen credimus nos ad gloriam promissam perventuros. Propter quod et confidenter vobis de eâ loquimur.

VERS. 14. — *Scientes quoniam qui suscitavit Jesum*, etc. In glorià cum vobis resuscitatis. Nota. Ex modestiâ ait, non, vos nobiscum, sed, nos vobiscum, quia vos causa et objectum uti Evangelii mei, ita et gloriæ meæ estis.

VERS. 15. — *Omnia enim propter vos.* Benè dixi, inquit, quòd Deus nos constituet vobiscum, nam omnia nostra sunt aut fiunt propter vos: id est, universum ministerium nostrum ordinatur ad utilitatem et salutem vestram, ideòque nos æquum est fieri consortes salutis et gloriæ vestræ.

Ut gratia abundans, per multos in gratiarum actione, abundet in gloriam Dei, hoc est, ut in multos effusa gratia, per multas itidem personas gratiarum actionem pariat atque diffundat, quâ Deus glorificetur.

Vers. 16. — Propter quod non deficimus... *Propter quod*, superiora respicit : propter spem æternæ gloriæ, propter vestram salutem, et propter majorem Deo procurandam gloriam ; seu spem beatæ resurrectionis habentes, ut multorum salutem et majorem Dei gloriam procuremus. *Non deficimus* in adversis, nec fatigamur in nostro munere fungendo, sicut in v. 1.

Sed licet is qui foris est..., id est, pars exterior hominis, caro, corrumpatur pressuris, plagis, fame, siti, frigore, etc.

Tamen is qui intus est..., pars interior, spiritus renovatur, fit vegetior fide et spe futuri præmii. Vel *renovatur* per novas gratias, quibus reflorescit in Dei cognitione, et accenditur in Dei amore; hincque major de die in diem alacritas ad majora toleranda.

Vers. 17. — Id enim quod in præsenti est momentaneum... ; Græc. : *Nam momentanea levitas tribulationis nostræ*, id est, præsens, celerrimè transiens, et quasi momentanea et levis tribulatio.

Supra modum in sublimitate ; Græc. : *Secundùm excellentiam in excellentiam*, id est, excellenter excellentem, et sublimissimam gloriam operatur, seu parit in nobis. Itaque non deficimus, sed de die in diem renovamur, quia fide scimus quòd præsens hæc et celerrimè transiens, et quasi momentanea, et aliunde levis tribulatio, quam propter vestram salutem Deique gloriam patimur, producit in nobis, seu nobis meretur futuram gloriam, incomparabiliter majorem et excellentiorem, id est, æternum gloriæ pondus.

Apostolica verba perpende : *Præsens* et *momentaneum* cum *æterno*, *leve* cum *gravi*, *tribulationem* cum *gloriâ* componit ; et hoc non contentus, alteram vocem jungit, eamque duplicat, cùm ait : Supra modum in sublimitate, seu magnitudinem excellenter excellentem, ait Theophylactus ; *mirè supra modum*, ait Erasmus. Syrus autem sic habet : *Namque oppressio hujus temporis, licèt exigua et levissima sit, gloriam infinitam, in seculum seculorum parat nobis.*

Vers. 18. — Non contemplantibus nobis... Ideò ad hæc præsentia, quæ videntur, non spectamus ; sed ad futura, quæ non videntur. Quæ enim videntur, temporalia sunt et transitoria ; quæ autem non videntur, æterna sunt et permansura ; rei autem temporariæ ad æternam nulla durationis proportio.

Omnia quæ videntur, sive supplicium dicas, sive quietem ; quæ non videntur, sive regnum sit, sive cruciatus : ut illinc nos excitet et adhortetur, hinc terrorem nobis injiciat. D. Chrysostomus.

Observatio moralis.

Hi fuerunt in apostolis effectus fidei : fide pleni et animati, temporalia omnia sprevêre ; æterna sola dilexêre ; visibilia hæc, quia transitoria, nec aspexêre quidem ; ad invisibilia, quia æterna, ut ad scopum, spectavêre semper et continuè, v 17 et 18. Sed, ô felicem temporalium et visibilium contemptum ! Sed, ô feliciorem ad invisibilia et æterna, ut ad scopum, attentionem et intuitum continuum !

Hinc fortes facti sunt in bello, v. 16 ; hinc de die in diem vegetiores in passionibus, v. 17 ; hinc cum gaudio famem, sitim, verbera, carceres, mortem toleraverunt, 8, 9, 10, 11 : scientes et fide videntes quòd momentanea et levis tribulatio æternam et infinitam illis pariebat gloriam, 17.

Similia et nos faceremus, et similiter pateremur, si similem haberemus fidem. Hanc ergo indesinenter efflagitemus. *Domine, adauge nobis fidem. Da nobis illuminatos cordis oculos*, quibus temporalium et visibilium omnium inane et nihilum videamus, æternorum et invisibilium veritatem jugiter intueamur. Viso et attento temporalium nihilo, ab eis oculos sic avertemus, ut nec aspiciamus. Perspectâ æternorum solidâ et constanti veritate, ad hæc anhelabimus ; ad hæc, inter mundanas varietates, nostra fixa semper erunt corda ; ad hæc, ut ad scopum nostrum, omnia nostra dirigemus et opera et passiones ; propter hæc, temporalium jacturam, corporis ipsius destructionem libenter patiemur, quia momentum cum æterno, leve et modicum cum infinito et immenso commutabimus. O felicem momentaneæ tribulationis cum æternâ requie commutationem ! ô terque quaterque beatam vitæ miseræ cum divinâ vitâ commutationem !

Vers. 16. — *Propter quod non deficimus.* Propter spem, inquit, illius gloriæ quam ex resurrectione expectamus, non succumbimus malis quæ nobis Evangelii ministris plurima superveniunt.

Sed licèt is, qui foris est, noster homo corrumpatur : tamen is, qui intus est, renovatur de die in diem, id est, ut Theophyl., Ambros., Anselm., licèt externus homo, id est, corpus, corrumpatur pressuris, plagis, fame, siti, frigore, nuditate, flagellis et morbis ; tamen *qui intus est*, id est, anima et spiritus, renovatur et proficit fide, spe, charitate, animi alacritate, et fortior ac fulgidior, quasi aurum in igne evadit, ait Chrysostomus.

De die in diem, q. d.: Sicut externus homo, id est, corpus, in dies per tot plagas et ærumnas deficit et senescit : ita interior, hoc est, mens, in dies renovatur et juvenescit, idque ob spem resurrectionis.

Vers. 17. — *Id enim, quod in præsenti est momentaneum, et leve tribulationis nostræ. Momentaneum*, quod quasi momento transit ; q. d.: Omnis nostra tribulatio momentanea est et levis. Si cum æterno illo et gravissimo gloriæ pondere conferatur, perinde ac si plumam unam, vel favillam levissimam cum plumbo totius universi conferas.

Supra modum in sublimitate, q. d.: Incomparabiliter majus et excellentius est pondus gloriæ futuræ tribulatione quam hic patimur.

Æternum gloriæ pondus operatur in nobis : Opus patientiæ nostræ procreat ex se fructum æternæ et immensæ gloriæ ; nimirùm merendo, et meriti ratione tandem assequendo.

Vers. 18. — *Non contemplantibus nobis quæ videntur, sed quæ non videntur.* Dùm non spectamus ad hæc præsentia bona, quæ videmus, ut sunt opes, honores, dignitates, et omnis gloria hujus seculi : sed ad bona futura, quæ non videmus, sed credimus.

Quæ enim videntur, temporalia sunt, hoc est, quæ brevissimi sunt temporis.

Quæ autem non videntur, æterna sunt ; quæ, inquit, non videntur, sed creduntur à nobis, in æternum duratura sunt, ideòque meritò hæc præ illis spectanda nobis sunt et sperandа.

Corollarium pietatis, seu in hoc capite ad pietatem maximè notanda, et ad praxim redigenda.

1° Dei et Ecclesiæ minister in versibus 1, 2, 5, 6 notet veri apostoli, episcopi, pastoris virtutes, quas imitetur. Notet et pseudoapostoli, falsi pastoris, mercenarii vitia, quæ execretur et fugiat.

Utriusque imaginem habes in commentario v. 2. Vide præterea v. 5, 6, 7.

2° In versibus 8, 9, 10, 11, discamus omnes christianum, apostolicum, et divinum patiendi modum. Vide Observationem moralem in fine, v. 11.

3° Notemus quòd hanc christianam patientiam, apostolicamque fortitudinem det fides viva, quæ rerum omnium temporalium instantaneam vanitatem patefaciat; solidam et constantem æternorum veritatem demonstret. Vide v. 16, 17, 18.

Hæc ergo fides continuè petenda. Vide observationem moralem in fine v. 18.

CAPUT V.

1. Scimus enim quoniam si terrestris domus nostra hujus habitationis dissolvatur, quòd ædificationem ex Deo habemus, domum non manufactam, æternam in cœlis.

2. Nam et in hoc ingemiscimus, habitationem nostram, quæ de cœlo est, superindui cupientes;

3. Si tamen vestiti, non nudi inveniamur.

4. Nam qui sumus in hoc tabernaculo, ingemiscimus gravati, eò quòd nolumus expoliari, sed supervestiri, ut absorbeatur quod mortale est à vitâ.

5. Qui autem efficit nos in hoc ipsum, Deus, qui dedit nobis pignus Spiritûs.

6. Audentes igitur semper, scientes quoniam dùm sumus in corpore, peregrinamur à Domino

7. (Per fidem enim ambulamus, et non per speciem);

8. Audemus autem, et bonam voluntatem habemus magis peregrinari à corpore, et præsentes esse ad Dominum.

9. Et ideò contendimus, sive absentes, sive præsentes, placere illi.

10. Omnes enim nos manifestari oportet ante tribunal Christi, ut referat unusquisque propria corporis, prout gessit, sive bonum, sive malum.

11. Scientes ergo timorem Domini, hominibus suademus, Deo autem manifesti sumus. Spero autem et in conscientiis vestris manifestos nos esse.

12. Non iterùm commendamus nos vobis, sed occasionem damus vobis gloriandi pro nobis; ut habeatis ad eos qui in facie gloriantur, et non in corde.

13. Sive enim mente excedimus, Deo; sive sobrii sumus, vobis.

14. Charitas enim Christi urget nos; æstimantes hoc, quoniam si unus pro omnibus mortuus est, ergo omnes mortui sunt.

15. Et pro omnibus mortuus est Christus, ut et qui vivunt, jam non sibi vivant, sed ei qui pro ipsis mortuus est et resurrexit.

16. Itaque nos ex hoc neminem novimus secundùm carnem. Et si cognovimus secundùm carnem Christum, sed nunc jam non novimus.

CHAPITRE V.

1. Car nous savons que si cette maison de terre où nous habitons vient à se dissoudre, Dieu nous donnera dans le ciel une autre maison; une maison qui ne sera point faite par la main des hommes, et qui durera éternellement.

2. C'est ce qui nous fait gémir dans le désir que nous avons d'être revêtus de cette maison céleste.

3. Si toutefois nous sommes trouvés vêtus, et non pas nus.

4. Car pendant que nous sommes dans ce corps comme dans une tente, nous gémissons sous sa pesanteur; parce que nous ne voulons pas être dépouillés, mais être revêtus par dessus; en sorte que ce qu'il y a de mortel en nous soit absorbé par la vie.

5. Or c'est Dieu même qui nous a formés pour cet état, et qui nous a donné pour gage son Esprit.

6. Nous sommes donc toujours pleins de confiance: et, comme nous savons que pendant que nous habitons dans ce corps, nous sommes éloignés du Seigneur et hors de notre patrie,

7. Car ce n'est que par la foi que nous marchons vers lui sans en jouir encore par une claire vue;

8. Dans cette confiance que nous avons, nous aimons mieux sortir de ce corps, pour aller habiter avec le Seigneur.

9. C'est pourquoi toute notre ambition est de lui être agréables, soit que nous soyons éloignés de lui, soit que nous soyons en sa présence.

10. Car nous devons tous comparaître devant le tribunal de Jésus-Christ, afin que chacun reçoive ce qui est dû aux bonnes ou aux mauvaises actions qu'il aura faites pendant qu'il était revêtu de son corps.

11. Connaissant donc la crainte du Seigneur, nous tâchons de convaincre les hommes de notre innocence: Dieu connaît qui nous sommes; et je veux croire que nous sommes aussi connus de vous dans le secret de votre conscience.

12. Nous ne prétendons point nous relever encore ici nous-mêmes à votre égard; et nous voulons seulement vous donner occasion de vous glorifier à notre sujet, afin que vous puissiez répondre à ceux qui mettent leur gloire dans ce qui paraît, et non dans ce qui est dans le fond du cœur.

13. Car, soit que nous soyons emportés comme hors de nous-mêmes, c'est pour Dieu: soit que nous nous tempérions, c'est pour vous.

14. Parce que l'amour de Jésus-Christ nous presse; considérant que si un seul est mort pour tous, donc tous sont morts.

15. Et que Jésus-Christ est mort pour tous, afin que ceux qui vivent ne vivent plus pour eux-mêmes, mais pour celui qui est mort et qui est ressuscité pour eux.

16. C'est pourquoi nous ne connaissons plus personne selon la chair; et si nous avons connu Jésus-Christ selon la chair, nous ne le connaissons plus maintenant de cette sorte.

17. Si qua ergo in Christo, nova creatura, vetera transierunt: ecce facta sunt omnia nova;

18. Omnia autem ex Deo, qui nos reconciliavit sibi per Christum, et dedit nobis ministerium reconciliationis.

19. Quoniam quidem Deus erat in Christo mundum reconcilians sibi, non reputans illis delicta ipsorum; et posuit in nobis verbum reconciliationis.

20. Pro Christo ergo legatione fungimur, tanquàm Deo exhortante per nos. Obsecramus pro Christo, reconciliamini Deo.

21. Eum, qui non noverat peccatum, pro nobis peccatum fecit, ut nos efficeremur justitia Dei in ipso.

17. Si donc quelqu'un est en Jésus-Christ, il est devenu une nouvelle créature. Ce qui était vieux est passé; tout est devenu nouveau.

18. Et le tout vient de Dieu, qui nous a réconciliés avec lui-même par Jésus-Christ, et qui nous a confié le ministère de cette réconciliation.

19. Car Dieu a réconcilié le monde avec soi en Jésus-Christ, ne leur imputant point leurs péchés; et il a mis en nous la parole de cette réconciliation.

20. Nous faisons donc la charge d'ambassadeurs de Jésus-Christ; et c'est Dieu même qui vous exhorte par notre bouche. Ainsi nous vous conjurons, au nom de Jésus-Christ, de vous réconcilier avec Dieu,

21. Qui, pour l'amour de nous, a traité celui qui ne connaissait point le péché comme s'il eût été le péché même, afin qu'en lui nous devinssions justes de la justice.

ANALYSIS.

Primis versibus pergit rationem reddere eorum, quæ in fine cap. 4, v. 16, *dixit, scilicet cur ipse Paulus, et ejus collegæ non deficiant in tribulationibus; imò ubi eorum corpus pressuris corrumpitur, spiritus fit de die in diem vegetior.*

ỳ 1. *Quia scimus per fidem, quòd si corpus, terrena domus animæ, destruitur, in resurrectione corpus habebimus spirituale, immortale, gloriosum.*

ỳ 2, 3, 4. *Ad hanc gloriam anhelamus, non quidem exui corpore cupientes; sed immortalitatem supervestiri; mortem enim naturaliter formidamus.*

ỳ 5. *At considerantes et quòd Deus ad hanc nos gloriam creavit, et in ejus pignus, Spiritum sanctum nobis dedit; confidimus et optamus à corpore separari, et Domino præsentes esse, ipsoque frui,* v. 6, 7, 8.

ỳ 9. *Ut tanto bono fruamur, omni studio satagimus Deo placere: et tremendum ejus recogitantes judicium, sincerè coram eo ambulamus, nostramque sinceritatem hominibus suadere studemus; ne cuiquam simus offendiculo,* v. 10, 11.

ỳ 12. *Hìc à se removet omnem vanæ gloriæ suspicionem, et semetipsum justificat contra pseudo-apostolorum calumnias, explicans quo animo se laudet, et sese humiliet; neutrum suî causâ, utrumque propter Dei gloriam, et proximi salutem,* v. 13.

ỳ 14. *Ad sic agendum movet et urget Christi charitas et exemplum: pro omnibus mortuus est, ut nobis ipsis mortui, ipsi vivamus, non nobis,* v. 15.

ỳ 16. *Hinc nos apostoli, nobis mortui, Christo soli viventes, neminem, nec nos, nec alios, nec ipsum Christum, secundùm carnales et humanos affectus intuemur, aut diligimus; sed secundùm charitatis Christi spiritum, Dei gloriam, et proximorum salutem in omnibus nostris factis et verbis quærimus.*

ỳ 17. *Taliter agat quilibet Christianus, nova in Christo creatura factus, in novitate vitæ ambulet.*

ỳ 18. *Hujus novitatis principium ostendit Deum, qui nos per Christum sibi reconciliavit; et nos apostolos, hujus reconciliationis hominibus conferendæ, nuntios fecit et cooperarios,* v. 19.

ỳ 20. *Itaque sumus, Christi loco, Dei ad homines legati; et per nos Christus, et Deus ipse vos hortatur. Cum Deo redite in gratiam. Memores hujus in vos misericordiæ; ipsam justitiam, fecit peccatum; ut vos peccatores, et peccatum ipsum, essetis justitia Dei.*

PARAPHRASIS.

1. Novimus enim per fidem, quòd si corpus hoc terrenum, quod est animæ domicilium, adinstar tabernaculi, destruatur pro Christo, habebimus in resurrectione domicilium, seu corpus spirituale, æternum, cœleste, non humanitùs sed divinitùs factum.

2, 3. Nam in hoc luteo corpore gemimus, desiderantes incorruptibilitatem et dotes gloriosas cœlestis corporis, tanquàm indumentum superindui: quod quidem nobis continget, si nos corpore vestitos, et non nudos deprehendat dies Domini.

4. Quamdiù, inquam, in hoc luteo tabernaculo moramur, gemimus illius onere pressi, et ad incorruptibilitatem anhelamus; non quòd velimus per mortem hoc exui corpore: sed vellemus, per immutationem superindui immortalitate, ut per apprehensionem æternæ vitæ absorbeatur hujus corporis mortalitas.

5. Deus autem ipse est, qui nos ad hoc cœleste domicilium format et aptat; qui nobis illud promisit, qui et Spiritum sanctum nobis in arrham dedit.

6. Hâc igitur fide et spe freti, bono semper animo sumus; cùm sciamus quòd quamdiù in hoc corpore moramur, absumus à Domino.

7. (Nunc enim in viâ sumus, in fide versamur; nondùm propriam Dei pulchritudinem intuemur.)

8. Audemus, inquam, et bono ducimus potiùs abesse à corpore, et adesse Domino, ipsumque intueri.

9. Et ideò omni studio enitimur, ut sive nunc, sive tunc, Domino placeamus, sincerè illius voluntatem exsequentes.

10. Si quidem nos omnes, nullo excepto, oportet coram Christo, omnium judice supremo, stare, examinari, ac manifestari; ut unusquisque referat quod ipsi debitum est, præmium vel pœnam, convenienter vitæ bonæ vel malæ, quam duxit, quamdiù fuit in corpore.

11. Illud itaque tremendum judicium præ oculis

habentes, sincerè coram Deo agimus, et hanc nostram sinceritatem hominibus suadere studemus, ne cuiquam simus offendiculo.

Quod ad Deum spectat, ipsi patet nostra sinceritas; confido quòd et vobis in conscientiâ pateat, quidquid in contrarium vobis dicant malevoli.

12. Hæc vobis non dicimus, ut nos reddamus vobis commendatiores; sed ut vobis ansam præbeamus de nobis gloriandi : et habeatis in promptu unde nos tueamini adversùs eos, qui de rebus apparentibus extolluntur, sed non in cordis puritate.

13. Scitote ergo quòd nihil nostrî causâ facimus, aut loquimur : si enim magna de nobis loquentes, videmur insanire, Deo insanimus, cujus gloriam quærimus : si verò humilia de nobis loquentes, sani et sapientes sumus, vobis sapimus, quibus exempla modestiæ damus.

14. Ad sic agendum nos movet et urget Christi charitas, qui nihil suî causâ fecit : dùm enim perpendimus, quia ipse unus pro nobis omnibus mortuus est in cruce, nihil de vitâ, nihil de famâ suâ curans propter nos; hinc inferimus quòd omnes, et ideò nos ipsi sumus mortui, seu æternæ morti obnoxii.

15. Et dùm perpendimus quòd ideò pro omnibus mortuus est Christus; ut ii, qui vivunt naturali vitâ, jam non propter seipsos vivant, sed propter eum, qui pro ipsis mortuus est et resurrexit, hinc inferimus quòd non nobis, sed Christo Redemptori nostro vivere debemus.

16. Itaque nos apostoli, nobis ipsis mortui, Christo viventes, neminem secundùm carnales nostrî cordis affectus intuemur aut diligimus, sed secundùm charitatis Christi spiritum.

Imò si Christum ipsum aliquando propter humanas quasdam rationes cognovimus et dileximus, puriori nunc affectu, spirituali et divino eum reveremur et adoramus, illique servimus.

17. Si quis igitur nobiscum est in Christo regeneratus, hic sciat se novam creaturam : illi vetera transierunt; nova debent esse omnia. In novitate vitæ ambulet.

18. Omnis autem hæc novitas à Deo est, omnium bonorum auctore; qui nos, per peccatum inimicos suos, in amicitiam recepit per Christi merita, et nos fecit hujus reconciliationis hominibus conferendæ ministros.

19. Etenim Deus mundum sibi reconciliavit per Christum, gratis remittens illis eorum delicta, intuitu meritorum Christi, et hanc reconciliationis gratiam nos omnibus prædicare voluit.

20. Nos igitur apostoli, loco Christi, sumus Dei ad homines legati; et perinde est ac si Deus ipse vos per nos rogaret.

Vos et omnes homines obsecramus, vice Christi, Mediatoris Dei et hominum, reconciliamini Deo, memores infinitæ ejus in vos misericordiæ.

21. Filium suum, justitiam ipsam, à peccato sic alienum, ut illud ne nôsset quidem, fecit in cruce peccatum, et peccatorum nostrorum hostiam, ut nos peccatores, efficeremur, per hujus hostiæ meritum, justitia Dei; seu justi coram Deo, et divinæ participes justitiæ

COMMENTARIA.

Vers. 1. — Scimus enim... Hæc particula, *enim*, indicat quòd hæc cum præcedentibus in fine cap. 4 cohærent. Dat ergo rationem, cur ad visibilia et temporaria non spectent, et cur non deficiant in momentaneis tribulationibus; imò cur mens renovetur, ubi caro corrumpitur. Pergit itaque inculcare vitæ futuræ gloriam, et quantùm ad corpus, et quantùm ad animam.

1° Quantùm ad corpus, post resurrectionem, de quâ supra, v. 14, etc.

Scimus enim per fidem, sumusque persuasi, quoniam, id est, quòd si terrestris domus nostra, id est, caro, corpus nostrum, quod ex terrâ et in terrâ est; quodque quasi animæ nostræ domicilium;

Hujus habitationis, id est, in quo nunc habitat. Græc., *domus tabernaculi*, id est, in quâ domo habitat, quasi in tabernaculo, seu tentorio, ad parvum scilicet tempus, sicut milites in tentoriis.

Dissolvatur, id est, destruatur pro Christo;

Habemus, id est, habebimus citò in resurrectione; agitur enim de resurrectione, ut patet ex v. 14 cap. 4, et ideò sequentia sunt intelligenda de corpore glorioso, non simpliciter de gloriâ animæ.

Ædificationem, id est, ædificium à Deo factum, seu corpus spirituale, de quo primæ Cor. 15, v. 42, 43, etc.

Non manufactum. Perstat in metaphorâ, quâ cœpit de corpore loqui, per similitudinem ædificii; quod quidem solet hominum manibus fieri. Nostrum autem ædificium cœleste, seu corpus spirituale, fiet tale divinitùs, seu divinâ potentiâ. Corpus equidem animale factum est humanâ operatione; corpus verò spirituale fiet operatione divinâ, per Spiritum vivificantem, ut dictum est primæ Cor. c. 15.

Æternum in cœlis, immortale, incorruptibile, cœleste, et huic supremo conveniens loco. Pati ergo et mori non timemus, quia novimus quòd, si pro Christo destruatur hoc nostrum terrestre corpus, in quo anima

Vers. 1. — *Scimus enim, quoniam si terrestris domus nostra hujus habitationis dissolvatur;* id est, scimus, si corpus mortale, in quo, brevi tempore quasi in tabernaculo, tanquàm peregrini et viatores moramur, *dissolvatur, quòd ædificationem ex Deo habemus, domum non manufactam, æternam in cœlis*, habituri simus ædificium in cœlis, à Deo nobis præparatum, domicilium, inquam, non manufactum, id est, factum non opere humano, sed opere divino, supra omnem naturæ facultatem; corpus videlicet gloriosum, immortale, æternum. *Domum*, id est, corpus resurrectione glorificatum, *habemus*, id est, habebimus certò in resurrectione. Et tale corpus propriè domus est animæ beatæ, sicut corpus mortale domus est animæ hìc viventis et patientis. Ita Chrysost., Theodor., Theophyl., Ambrosius. Repromittit meliorem domum

nostra, quasi in tentorio, nunc habitat; habebimus in resurrectione domicilium, seu corpus, non terrenum, sed spirituale; non temporarium et corruptibile, sed æternum et immortale; non humanitùs factum, sed divinâ potentiâ, Deo scilicet, hoc nostrum terrenum et animale corpus reddente spirituale, cœleste, immortale, subtile, clarum, et gloriosum. Itaque nobis mori lucrum.

Ad hæc attende, anima christiana, hæc oculis fidei intuere, penetra, tibique continuè præsentia redde; corpus terrenum et animale spernes; pro Christo pati et mori non timebis.

Vers. 2. — Nam et in hoc... domicilio scilicet, seu corpore terreno. Syr., *etenim ad hoc gemimus, et expetimus indui domo nostrâ, quæ è cœlis est.*

Ingemiscimus in hoc luteo corpore, desiderantes habitationem nostram..., id est, incorruptibilitatem et dotes gloriosas, tanquàm indumentum, superindui, non deposito hoc terreno tabernaculo.

Duæ sunt in his verbis metaphoræ permixtæ; una à domo, altera à veste sumpta. Corpus nostrum et vestis et domicilium est animæ.

Vers. 3. — Si tamen vestiti..... Hoc quidem, supervestiri scilicet, nobis continget, si nos dies Domini vivos, seu corpore vestitos deprehendat, et non corpore jam exutos: qui enim vivi reperientur, aut sine morte aut saltem cum brevissimâ, immutabuntur, dotes gloriosi corporis, ut pallium, superinduentes.

Divus Paulus de fine mundi semper egit, ut proximo, et qui posset eodem secum tempore viventes deprehendere, ut visum est primæ Cor. 15, primæ ad Thessal. cap. 4, v, 15. Hic itaque sensus satis est litteralis. Multi tamen interpretantur: si vestiti gratiâ, charitate, bonis operibus, et non nudi inveniamur. Si tamen exeuntes è corpore, Christum induti, et non nudi inveniamur, id est, si in formâ baptismi, et traditione manserimus, ait Ambrosius; si Christum induti fuerimus, digni erimus superindui promissâ gloriâ: in illum enim decidet promissa claritas, quem viderit signum adoptionis habere. Idem Ambrosius.

Qui perseveraverit... salvus erit. Uterque sensus est bonus; sed quis de facto verus, et D. Pauli? Non sum persuasus, dubito.

Vers. 4. — Nam et qui sumus... Idem aliis verbis repetit, causam addens cur gemant sancti, et explicans modum, quo superindutionem cupiant. Nam quamdiù moramur in hoc mortali, caduco, et luteo corpore; gemimus illius onere pressi, et ad incorruptibilitatem suspiramus.

Eo quod nolumus, id est, non quòd velimus hoc exui, scilicet per mortem: id enim natura refugit; sed vellemus per immutationem superindui immortalitate et dotibus gloriosis.

Ut absorbeatur.... ita ut per apprehensionem æternæ vitæ, sine morte mediâ, absorbeatur hujus corporis mortalitas et corruptio.

Vers. 5. — Qui autem efficit nos in hoc ipsum... Græc., *at operatus nos*, seu qui effecit nos. Syr., *porrò qui disponit nos*, id est, qui nos formavit, paravit, format, parat, et aptat ad hoc immortalitatis indumentum, vel ad hoc cœleste domicilium; Deus est omnipotens.

Qui dedit nobis pignus spiritus, et ad hoc non tantùm nos effecit, sed et illud nobis promisit, et in promissionis suæ securitatem, Spiritum sanctum nobis pignus dedit.

Observatio litteralis.

Dei gratiæ ascribit Apostolus omne hujus nostræ immortalitatis meritum; nostramque hâc in re fidem et spem auget, tum ex omnipotentiâ Dei, tum ex sincerâ Dei voluntate et promissione, tum ex pignore nobis ad hujus voluntatis et promissionis securitatem dato. Quasi diceret: Ad hoc ipsum immortalitatis indumentum Deus omnipotens nos effecit; illud præterea in sacris Scripturis multoties nobis promisit, et ne verbis ipsius diffideremus, suæ promissionis implendæ pignus. Spiritum sanctum nobis dedit.

Ad hoc ipsum Deus omnipotens nos effecit, 1° in ipsâ creatione, *quâ creavit Deus hominem inexterminabilem*, et quâ nos ad imaginem suam creavit, ut ipsius beatitudinis essemus participes; 2° in nostrâ regeneratione,

per resurrectionem, ait Tertullianus.

Vers. 2. — *Nam et in hoc ingemiscimus*, etc. Propter hoc, scilicet mortem et dissolutionem, quæ intervenire debet, ut à vitâ hâc transeamus ad æternam, ingemiscimus: nam mors hæc contra naturam est. Optaremus enim superindui gloriâ, non spoliari vitâ. Porrò corpus immortale vocat Apostolus habitaculum quod de cœlo est, eodem sensu quo proximè vocavit ædificium quod ex Deo habemus, eò nempe quia solâ divinâ virtute nobis construetur.

Vers. 3. — *Si tamen vestiti*, etc., idque adeò reipsâ nobis continget, si in die Domini vestiti corpore, non autem nudi reperti fuerimus; id est, si tunc residui futuri sumus, et nondùm mortui. Ita Cajetanus.

Vers. 4. — *Nam et qui sumus in hoc tabernaculo* (corporis scilicet), *ingemiscimus gravati*, scilicet, ob ejus (corporis) onus et pondus; ita tamen ut cum Nazianzeno dicamus: Domine, aufer à me tunicam hanc ita gravem (corpus scilicet terrestre, ponderosum, ærumnosum), sed et da mihi leviorem. *Eo quòd nolumus expoliari*, exui, scilicet corpore, sed superindui, scilicet gloriâ; si tamen vestiti carne et corpore, non eâ nudati per mortem inveniamur. Apostolus enim ita loqui solet de resurrectione et die judicii, quasi ea instet, et quasi eam ipse cum aliis tunc viventibus sit visurus. Unde 1 Thess. 4: *Deinde*, inquit, *nos qui vivimus, qui relinquimur, simul rapiemur cum illis in nubibus obviam Christo in aera, et sic semper cum Domino erimus.*

Ut absorbeatur quod mortale est, à vitâ, mortalitas ab immortalitate, ne scilicet corpus ab animâ deseratur, sed, animâ habitante in corpore, fiat inclytum, quod ante ingloriosum fuit. Brevissimè Tertullianus illud, *nolentes exui, sed superindui*, sic exponit: *Nolentes mortem experiri, sed vitâ præveniri.*

Vers. 5. — *Qui autem efficit nos in hoc ipsum, Deus.* Sensus est: Qui nos Evangelii ministros paravit atque formavit, et quotidiè parat aptosque reddit ad hoc ipsum, id est, ad induendum vel superinduendum domicilium cœleste, Deus est.

Qui dedit nobis pignus Spiritûs. Ipse Spiritus sanctus, cujus multa dona magna et manifesta jam accepimus, ait Apostolus, est pignus, id est, arrha futuræ gloriæ nobis data à Deo; ut de gloriâ immortalitatis

quâ filii Dei facti sumus in Christo, ut illius immortalitatis essemus hæredes. Etenim, inquit Theophylactus, per baptisma Deus sanctificavit animam et corpus, et utraque diviniora reddidit, à peccato nos liberans, ex quo mors propagata erat.....A peccato verò postquàm nos liberavit, corruptionem etiam destruxit; ex peccato enim corruptio.

Hoc ipsum Deus omnipotens sæpissimè repromisit in Scripturis, ac tandem in promissionis suæ securitatem Spiritum sanctum pignus dedit. Qui nobis per baptisma Spiritum dedit, pignus quoque immortalitatis nobis impertiit, ait Theophylactus. Futuræ immortalitatis pignus est Spiritus; et aliter, qui dedit nobis in præsenti Spiritum ex parte, pignus quoddam dedit se totum quoque traditurum : quomodò autem dabit, nisi corpore et animo incorruptibiles futuri simus? Ubi igitur pusillum hìc acceperis, arrhabonem videlicet, confide quòd et totum tunc prorsùs sis habiturus; idem Theophylactus.

Observatio moralis.

Qui autem effecit nos..., qui dedit nobis pignus Spiritùs. Quantùm fidem, spem, fiduciamque nostram, his paucis verbis firmat Apostolus, æternamque corporis et animæ vitam nos docet certò sperare!

Ad hoc creatus sum ab Omnipotente : et quia per peccatum jus ad hanc vitam perdidi, factusque sum mortalis, et filius iræ; ideò per baptismum in Christi sanguine ad eam regeneratus fui; omne peccatum, unde mortalitas propagata erat, destructum fuit; mihique regenerato, et in Dei filium adoptato, Deus æternam vitam repromisit. Et ne verbis ipsius diffiderem, suæ promissionis implendæ pignus, Spiritum sanctum dedit. O charitas! Hanc cogita, recogita, et seriò perpende, ô anima mea, ut finis tui semper memor, et in Deum nunquàm ingrata, terrenis nequaquàm inhæreas; sed ad æterna, tanquàm ad finem tuum continuè tendas, fide, spe, religione, bonis operibus. In charitate semper ambulans et proficiens; nec pati, nec mori reformidans, ut ad immortalitatem, et incorruptionem, ad quam te Deus creavit, pervenias.

Vers. 6. — Audentes igitur semper. Supple, sumus. Nunc incipit et de animæ gloriâ agere, ut v. 8 clarè patebit. Hâc igitur fide et spe freti, bono semper animo sumus et in periculis et in passionibus, et in ipsâ morte.

Scientes quoniam dum sumus..., id est, quia scimus quòd quamdiù in hoc corpore habitamus, peregrinamur, et absentes sumus a Domino, id est, à conspectu Domini. Hic in alienâ patriâ, tanquàm peregrini sumus, absumus à Christo, absumus à patriâ, ad quam creati sumus : procul à visione Dei, quæ est felicitas nostra.

Vers. 7. — Per fidem enim... Nunc enim in viâ sumus, et *per fidem* ambulamus, id est, fide duce et prævià, tendimus ad patriam; seu gressus nostros, affectus nostros per obscurum fidei lumen dirigimus. *Lucerna pedibus meis verbum tuum.*

Et non per speciem..., id est, nondùm ad claram Dei in se visionem pervenimus; nondùm facie ad faciem, seu ut est, videmus; seu nondùm illius speciem, essentiam, propriam pulchritudinem intuemur, uno verbo nondùm fruimur.

Vers. 8. — Audemus autem... Repetit, ut perficiat quod versu sexto cœpit dicere, et quod per versùs septimi parenthesim fuit interruptum.

Audemus, inquam, hâc fide et spe freti, et optamus à corpore magis absentes esse, quàm in eo commorari;

Et præsentes esse ad Dominum, id est, ipsi in patriâ jungi, ipsum videre, ipsoque frui.

Ecce beatitudinem animæ, quâ fruuntur sancti, statim ac sunt à corpore separati; ob quam audent, confidunt, optant à corpore separari, ut Deo, summo bono, fruantur in animâ.

Syrus paucis et clarè hos tres versus exprimit : *Quoniam igitur scimus et persuasi sumus, quòd quamdiù in corpore habitamus, peregrinamur à Domino nostro* (per fidem enim ambulamus, et non per visum) : *propterea confidimus, et peroptamus peregrinari à corpore, et esse apud Dominum nostrum.*

Vers. 9. — Et ideò, id est, ut præsentes simus aliquando ad Dominum, eoque fruamur; contendimus, Græc., *satagimus*, id est, omni studio enitimur fideliter nostrum ministerium exequi, et sanctè vivere; ut

Sive absentes, sive præsentes. Syr., *sive peregrini, sive incolæ*, id est, sive vivi, sive mortui, vel sive nunc, sive tunc, illi placeamus, illius voluntatem adimplendo. *Quæ placita sunt ei, facio semper*, aiebat Christus Dominus. Et hic est modus placendi Deo, si voluntatem illius faciamus : *Qui fecerit voluntatem Patris mei..., hic est meus frater, soror et mater...* Si verè adipiscendâ non dubitemus, imò certissimi simus, si arrham suo tempore repræsentemus. Eumdem spiritum vocavit pignus datum in cordibus, supra, cap. 1.

Vers. 6. — *Audentes*, confidentes, id est, audemus, confidimus, audacter et fidenter pericula et mortem pro Christo et Evangelio suscipimus, imò optamus. *Igitur*, quia scilicet hanc gloriam et vitam æternam quasi hæreditatem speramus ejusque pignus Spiritum sanctum accepimus, ideò audemus quævis ardua et agere et pati *semper*, *scientes quoniam dùm sumus in corpore, peregrinamur à Domino*; q. d. : Hic peregrini sumus, quia conscripti sumus cives cœli, et hæredes Dei; festinamus ergo ex peregrinatione hâc tendere, et consequi patriam nostram cœlestem, Deique Patris nostri hæreditatem adire.

Vers. 7. — *Per fidem enim ambulamus*, etc. Hoc est, fide duce ac prævià tendimus ad cœlestem patriam; nec adhuc ad speciem pertigimus, quia scilicet necdùm ipsam speciem, id est, naturam et pulchritudinem Dei, in se contemplamur facie ad faciem.

Vers. 8.— *Audemus autem, et bonam voluntatem habemus.* Græcè, *benè volumus;* Syrus, *peroptamus*, omnibus votis cupimus, *magis*, id est, malentes, *peregrinari à corpore, et præsentes esse ad Dominum*, id est, eligentes potiùs abesse à corpore, ut liceat adesse Deo, ejusque præsentiâ, specie et facie perfrui. Græcè, *et domi agere ad Dominum*, sive *apud Dominum*, id est, tanquàm in patriâ præsentes apud Dominum morari. Tertullianus *immorari* dixit.

Vers. 9. — *Et ideò contendimus*, certatim, omni studio, ministerio, conatu et nisu nostro contendimus, certamus et ambimus Deo placere, ut in hoc

credimus, si verè speramus, contendamus, ambiamus, omni studio enitamur ejus voluntatem in omnibus exequi; hinc pendet nostra salus; ut enim ait Theodoretus, non sufficit fides ad salutem, sed convenit benefactorem in omnibus colere et observare.

Vers. 10. — Omnes enim nos manifestari..., dat rationem ob quam nobis omni studio semper contendendum sit, ut Domino placeamus. Quia *nos omnes*, nemine excepto, oportet coram Christo, omnium tam vivorum, quàm mortuorum judice supremo, stare, examinari, denique *manifestari*, omnibus et angelis et hominibus.

Ut unusquisque referat, quod ipsi debitum est, præmium vel pœnam, convenienter vitæ, vel bonæ, vel malæ, quam duxit, quamdiù fuit in corpore.

Quinque tremenda exprimuntur in hoc judicio. Universale erit, *omnes nos;* nullus mortalium excipitur. Necessarium et inevitabile, *oportet*. Clarum, certum et evidens... *manifestari;* non exteriora tantùm, sed et interiora. Clara fiet, evidens et publica manifestatio etiam cordium, id est, intentionum, coram Deo, angelis et hominibus; hinc pudor et confusio. Irrevocabile, quia ante tribunal Christi, coram supremo omnium judice. Æquissimum, *ut referat unusquisque*, etc., juxta facta, volita, et cogitata à se, quamdiù vixit in corpore. Heu! quid cogito, dùm hæc terribilia non cogito?

Vers. 11. — Scientes ergo timorem Domini. Timor ibi per metonymiam ponitur, pro timoris objecto, scilicet pro tremendo Christi judicio. Illud ergo tremendum judicium scientes, et præ oculis habentes, sincerè et fideliter coram Deo agimus.

Hominibus suademus, id est, et nostram in agendo sinceritatem studemus hominibus suadere; scilicet ne cuiquam simus scandalo; vel illius actionis malæ suspicionem adversùm nos præbeamus. Ita omnes Patres Græci, divus Chrysostomus, Theophylactus, Theodoretus, divus Athanasius, plerique Latini recentes, Estius, Erasmus in paraphrasi.

Hominibus suademus, hoc est, offendiculis medemur, ait Theophylactus.

Hinc divus Chrysostomus infert, quòd ad evitandam nostram in Dei judicio reprehensionem, non sufficit nihil agere mali; non sufficit coram Deo benè agere: sed præterea nobis enitendum est, ne pravâ apud homines suspicione laboremus; aut quisquam per nos, etiam innocenter offendatur. Tanta debet esse nostra erga proximum charitas! Hinc quis hoc oculatissimum Dei judicium reformidans, non dicat: *Ab occultis meis munda me, Domine, et ab alienis parce servo tuo?*

Deo autem manifesti sumus. Quod ad Deum spectat, ipsi nostra sinceritas patet, quem nihil latet.

Spero autem et in conscientiis.... Confido quòd et vobis in conscientiâ pateat, quidquid aliqui dicant vobis in contrarium. Testatur ipsorum conscientias, contra pseudo-apostolorum maledicta.

Vers. 12. — Non iterum commendamus... Qui versu præcedente studuit omnem de se ullius actionis, aut intentionis pravæ suspicionem à proximo suo avertere; hìc ab eodem proximo studet omnem vanæ gloriæ suspicionem de se amovere. Hoc ut meliùs intelligas, recordare quòd in præfatione hujus Epistolæ dictum est ex divo Chrysostomo: pseudo-apostoli Paulum traducebant ut vanum et arrogantem, ob quædam ab illo dicta in priore Epistolâ, quibus sese laudare videbatur. Ad hanc calumniam transit Apostolus, illam deleturus. Hæc, inquit, vobis non dico, ut me, meosque in Evangelio prædicando socios, præconiis attollam, vobisque reddam commendatos.

Iterum, id est, sicut jam in primâ Epistolâ quibusdam visus sum facere. Vide cap. 9, v. 1.

Sed occasionem... Sed hæc dicimus, ut vobis de nobis apud pseudo-apostolos, qui nos contumeliis dilacerant, gloriandi ansam præbeamus; Theophylactus.

Ut habeatis..., in promptu, unde causam nostram tueamini adversùs eos, qui gloriantur in facie, id est, in iis quæ sub aspectum cadunt; in exterioribus, v. g., eruditione, divitiis, vel in quibusdam bonis apparentibus operibus, quæ faciunt, hincque gloriantur.

Non in corde, in quo non habent unde gloriantur; propriâ enim revincuntur conscientiâ, ob occulta dedecora, de quibus c. 4, v. 2. Vel non in cordis puritate gloriantur, sicut nos apostoli, unde vera et solida coram Deo gloria. *Beati mundo corde.*

studio non patiamur nos à quoquam superari. *Sive absentes, sive præsentes placere illi.* Quoniam ergo tanta præmia nobis proposita sunt ac promissa, propterea contendimus, certatim atque omni studio connitimur, fideliter ac sincerè coram Deo ministerium nostrum exequendo; ut sive degentes in hoc domicilio corporis, sive ab eo per mortem peregrinantes, id est, seu vivi, seu mortui, Christo Domino placeamus, acceptique simus.

Vers. 10. — *Omnes enim nos manifestari oportet ante tribunal Christi*, q. d.: Contendimus placere Deo in omni opere nostro, ut in tribunali Christi, cui sistendi sumus, donemur glorià corporis, et beatâ Dei præsentiâ ac visione; non autem eâ privemur cum illis qui Deo per opera mala displicuerunt.

Ut referat unusquisque propria corporis, scilicet gesta et facta, *prout gessit.*

Vers. 11. — *Scientes ergo timorem Domini*, id est, quia scimus timendum esse Dominum judicem et vindicem, hinc eumdem hunc timorem *hominibus suademus*, ut eo Dominum timeant.

Deo autem manifesti sumus, q. d.: Deus scit me sincerè Deum timere, et timorem hunc aliis suadere. Significatur enim manifesta Dei de nobis notitia sic præsens, ut semper fuerit. Interim observa quòd si Deo jam manifesti sumus, non ergo Christo nos manifestandos esse demùm in extremo judicio, sed hominibus coram Christo.

Spero autem, et in conscientiis vestris manifestos nos esse. Spero et confido sinceritatem nostram quâ in evangelico munere versamur, ita vobis jamdiù manifestam et probatam esse, ut benè rectèque de nobis sentiatis.

Vers. 12. — *Non iterùm commendamus nos vobis*, ac si dicat Apostolus: Ideòque non hæc scribo, quòd magnoperè studeam me meosque Evangelii socios iterùm vobis commendare; ut quorum in conscientiis satis manifesti sumus.

Sed occasionem damus vobis gloriandi pro nobis; ut præbeamus vobis materiam gloriandi de nobis; idque

Quid proderit hypocritis fallax et inanis apud homines gloria, quibus interna, vera et solida deest apud Deum gloria? Id verè sum, quod sum apud Deum. Cætera, quidquid appareant hominibus, vana sunt, et nihil.

Vers. 13. — Sive enim excedimus... Hic ad suam, circa prædictam in versu præcedenti calumniam, justificationem descendit Apostolus; explicans cur, et quo animo semetipsum aliquando laudet, aliquando humiliet; neutrum sine necessitate; neutrum sui causâ, sed utrumque propter Dei gloriam, et proximorum salutem.

Sive enim excedimus... Syr., *nam sive insani sumus, Deo; sive temperantes, vobis.* Mentis excessum hic vocat quod alibi vocat insaniam, scilicet de se gloriosè loqui. Itaque si, quasi rationis limites egressi, magni aliquid de nobis loquimur;

Deo, supple, insani sumus; id est, Dei causâ id facimus, ne dùm de nobis, ut vilibus homunculis existimatis, contemptui nos et nostram doctrinam habeatis, et propterea pereatis, ait D. Chrysostomus. Hic enim apostolorum, et evangelicæ doctrinæ contemptus, in Dei contemptum, cujus sunt apostoli, cederet, et ad vestram perditionem.

Sive sobrii..., id est, sanæ mentis: humiliter, et modestè de nobis sentimus et loquimur. Sobrietatem seu temperantiam hoc loco vocavit humilitatem, mentis excessum, narrationem eorum quæ rectè gesserat; Theodoretus.

Vobis, supple, sapimus; id vestrî gratiâ facimus, ut modestiæ exemplum vobis præbeamus; seu, ut ait divus Chrysostomus, ut à nobis modestè et submissè de vobis sentire discatis. Si desipimus ergo, Deo desipimus; si sapimus, vobis sapimus. Hâc in re nil propter nos, sed omnia propter Dei gloriam et vestram salutem.

Vers. 14. — Charitas enim Christi urget... Græc., *cohibet.* Syr., *constringit.*

adversùs æmulos gloriæ nostræ pseudo-apostolos qui nobis obtrectant.

Ut habeatis occasionem scilicet gloriandi de me, *ad eos*, contra eos, *qui in facie gloriantur*, qui externâ se specie jactant, cùm sibi non sint in conscientiâ benè conscii, sintque hypocritæ et pseudo-apostoli, *et non in corde*, id est, non ex cordis ac conscientiæ testimonio; et non ita sentiunt corde, uti foris de se prædicant; non tales intùs se vident, quales exteriùs videri volunt; conscientia non respondet externæ speciei.

Vers. 13. — *Sive enim mente excedimus, Deo;* quasi dicat: Si nostri obliti vehementiâ aliquâ aut zelo abripimur quem mundani putant insaniam, ut scilicet quasi insani abripiamur in laudes ministerii nostri, ac gloriosiùs diviniùsque de nobis loquamur (superbia enim et jactantia videtur, et est insania, ait Ambrosius, seipsum laudare), *Deo*, hoc est, ad Dei honorem id facimus. *Sive sobrii sumus*, in sermone scilicet laudibusque nostris, *vobis* id fit, ut nimirùm vos modestiam doceamus. Ita Chrysost., S. August., Anselm., Theoph. et alii sic explicant, quasi dicat: Si rapimur in excessum vel exstasin divini amoris, contemplationis et locutionis, dicentes: Nos autem revelatâ facie gloriam Domini speculantes; et: Contendimus, sive absentes, sive præsentes placere illi; et: Bonam voluntatem habemus magis peregrinari à corpore, et

Particula, *enim*, hunc versiculum cum præcedente jungit, indicatque hic rationem prædictorum reddi: scilicet, cur, sive insaniat, Deo insanit; sive sapiat, proximo sapit; et cur nihil sui causâ faciat; sed omnia ob Dei gloriam et proximi salutem, quasi diceret: Ad sic agendum urget nos Christi charitas, qui omnia propter Dei gloriam et nostram salutem fecit, et ejus exemplum nos cohibet aliter agere.

Æstimantes hoc..., id est, dùm enim apud nos seriò perpendimus *hoc*, scilicet, quoniam si unus, id est, quòd, quandoquidem ipse *unus* pro omnibus mortuus est.

Ergo omnes mortui sunt. Hinc inferimus quòd *omnes mortui sunt* et consequenter nos ipsi mortui sumus, id est, æternæ morti obnoxii. Pro omnibus hominibus ab æternâ morte redimendis Christus mortuus est: ergo et pro nobis ipsis mortuus est. Mortui eramus; et pro nobis ab æternâ morte liberandis mortuus est Christus. O immensa! ò nimia et nimis urgens charitas!

Hic locus illustrandus et explicandus ex eo, qui est, Ephes. 2, v. 3, 4, 5; videtur enim quòd apud se perpendebat, quod ibi dixit Apostolus: *Eramus naturâ filii iræ, sicut et cæteri. Deus autem, qui dives est in misericordiâ propter nimiam charitatem suam, quâ dilexit nos, et cùm essemus mortui peccatis, convivificavit nos in Christo, cujus gratiâ salvati estis, et conresuscitavit*, etc. Confer hæc loca, et videbis quòd hic breviter exprimit, sed reverâ idem apud se cogitat et sentit; quod ibi fusiùs explicat. Meditans, perpendens et penetrans Paulus immensam charitatem, quâ Christus pro Paulo à morte liberando mortuus est; Paulus ardebat, et urgebatur hâc nimiâ Christi charitate.

Vers. 15. — Et pro omnibus mortuus est..., supple, et *æstimantes quoniam pro omnibus mortuus*.., seu et dùm præterea apud nos seriò perpendimus quòd ideò pro omnibus à morte liberandis et spiritualiter vivificandis mortuus est: ut et qui vivunt, jam non

præsentes esse ad Dominum. Quâ in re gloriari et nos laudâsse visi sumus. Vel, ut vertit Chrys., *si insanimus*, hoc est, si videmur quandoque amore et contemplatione ebrii et insani, uti apostoli, Act. 2 et 26, *Deo*, id est, ad Dei gloriam id facimus. Excessus mentis est intentio ad superna, inquit Anselmus, ita ut quasi de memoria labamur infirma. *Sobrii sumus vobis*, q. d.: Licèt alta contemplemur, sobriè tamen de iis loquimur, ut vos ea capere possitis.

Vers. 14. — *Charitas enim Christi urget nos*, compellit nos, ut et nos Christi exemplo et amore idem faciamus, nosque totos hominibus impendamus, ut eos faciamus salvos à morte; ideòque, prout eis expedit, nunc mente excedamus, nunc sobrii simus.

Æstimantes hoc, quoniam si unus pro omnibus mortuus est, ergo omnes mortui sunt, q. d.: Tanta fuit Christi charitas, ut pro omnibus moreretur. Unde sequitur nos fuisse mortuos; ideò enim mortuus est, ut nos à morte et corporis et animæ liberaret. Ex quo magis patet Christi miseratio et charitas, quòd scilicet è tanta mortis miseriâ, eam in se suspiciens, nos eripuerit, quæ profectò *urget nos*, ut Christum redamemus, ejusque amore in proximi salutem modis omnibus incumbamus.

Vers. 15. — *Et pro omnibus mortuus est Christus, ut et qui vivunt, jam non sibi*, non suæ gloriæ, voluntati, voluptati, *vivant: sed ei, qui pro ipsis mortuus*

SIBI VIVANT, SED EI, QUI..., id est, ut ii, qui per ipsum sunt à morte liberati; et vitam gratiæ possident; *non sibi vivant*, sed Christo redemptori suo, QUI PRO EIS MORTUUS EST ET RESURREXIT : seu, qui eos et à morte liberavit suâ proprià morte; et eos suâ resurrectione resuscitavit. Confer citatum locum supra, *convivificavit et conresuscitavit...*

Hinc inferimus quòd nos, et omnes, qui hâc immensâ Christi charitate, ab æternâ morte sumus liberati, et divinâ gratiæ vitâ sumus resuscitati; non nobis, sed Christo debeamus vivere; non propter nos agere, sed propter ipsum; non nostra curare, sed quæ Dei; ita ut omnia propter Deum et proximi salutem faciamus. Hanc consequentiam in mente Apostolum habuisse testatur sequens versiculus, qui est hujus consequentiæ fœtus; imò hæc ipsamet consequentia.

VERS. 16. — ITAQUE NOS...; hinc fit quòd nos apostoli, hâc ineffabili charitate pressi,

EX HOC, scilicet tempore, Græc., *ex tunc*, id est, ex quo cœpimus esse Christi, seu nobis mori, et Christo vivere, ex quo cœpimus esse christiani.

NEMINEM, id est, nihil, nec nos, nec alios carnaliter, seu propter nos; aut propter aliquas rationes humanas, aut cognoscimus, aut diligimus : sed omnia spiritualiter in Christo et propter Christum, cui vivimus.

Hæc pars, *secundùm carnem*, potest vel ad ipsum cognoscentem referri; vel ad cognitum : et puto quòd per utrumque respectum vera sit. Per primum, nos nobis mortui, Christo viventes, non cognoscimus, nec judicamus, nec diligimus, secundùm carnales, seu humanos nostri cordis affectus; sed secundùm Christi spiritum. Qualis vita, talis et operatio : quia ergo carni mortui sumus; secundùm carnem non agimus : quia verò vivimus Christi spiritu, hinc et secundùm eumdem Christi spiritum agimus, cogitamus et loquimur. Per secundum etiam respectum. Nos nobis mortui, cum Christo viventes et resuscitati, carnales in aliis hominibus circumstantias non attendimus, v. g., quòd Judæi sint vel gentiles, divites vel pauperes, cognati aut alieni, etc., hæc non consideramus; nec quemquam propter has carnales et humanas rationes diligimus; sed secundùm charitatis spiritum omnes diligimus in Christo, propter Deum. Nec nosmetipsos carnali affectu, aut propter carnalia diligimus; utpote nobis et carni mortui, Christo soli viventes. Imò nec Christum ipsum, cui soli vivimus, secundùm carnem, id est, aut carnali affectu, aut propter humanos respectus, diligimus.

ET SI COGNOVIMUS SECUNDUM CARNEM CHRISTUM.... id est, primò, si Christum nobis præsentem cognovimus, dileximus, eique adhæsimus, secundùm carnales, seu humanos nostri cordis affectus; sicut amicus amicum diligit : at jam talis affectus per Spiritum sanctum cessavit in nobis. Hoc Apostolus in aliorum discipulorum personâ dicit, ait D. Thomas; carnales erant, et ipsi Christo apud eos præsenti, secundùm carnalem affectum adhærebant. Vide D. Thomam, qui et D. Augustinum citat. Secundò, si Christum aliquando secundùm carnales et humanos respectus cognovimus et dileximus, v. g., quòd Judæus, noster affinis et cognatus, vel per alias temporales rationes et circumstantias : at jam talibus mortui, cum affectu puriori, utpote spirituali et divino æstimamus, reveremur et adoramus, ut hominem Deum, redemptorem mundi, Deum et Dominum nostrum; eique ut tali vivimus, servimus; et ei soli vivendum et serviendum ubique prædicamus.

Quale est esse, tale est et vivere; et quale est vivere, tale est et operari : seu, ut dicitur, modum essendi sequitur modus operandi. Quia ergo apostoli sibi mortui, Christo convivificati, spirituales effecti sunt; ideò et spirituales fuerunt in vitâ et in operationibus : spiritualiter vixerunt, cogitaverunt, dilexerunt, et omnia sua operati sunt. Hinc nihil propter se, propter sua commoda, propter suum honorem proprium; sed affectu supra omnia creata elevati, et toti in Deum absorpti, per ipsum, propter ipsum, et in ipso omnia sua operabantur. Hinc itaque verum est et concludendum restat, *si mente excedimus*, id est, si insanimus magnificè loquentes de nobis; *Deo*, et propter Deum insanimus : illius gloriæ cupidi, cui vivimus; non nostræ, cui mortui sumus. *Si sobrii sumus*, *vobis*, si

est et resurrexit; id est, omnes suæ vitæ actiones instituant ad nutum et voluntatem et honorem sui Domini, qui ipsos suâ morte redemit, eoque redemptionis jure servos effecit.

VERS. 16. — *Itaque nos ex hoc neminem novimus secundùm carnem. Ex hoc,* scilicet tempore, nam Græcè est, *ex tunc*, id est, deinceps, q. d. : Quia Christi tanta in nos est charitas, nosque urget, idcircò nihili æstimamus carnalia, id est, externa et præsentia extra Christum, puta famam, valetudinem, amicitias, cognationes. Ita Chrysost., ut sit persona pro re; *nemnem*, hoc est, nihil, ait Vatabl. Apostolus opponit carni sive homini carnali novam creaturam, quæ in hâc vitâ est, et vivit per fidem et gratiam in Christo; ait enim : *Si qua ergo in Christo nova creatura.* Quare sic magis vicinè et propriè explices : *Ex hoc*, id est, amplius, *neminem novimus secundum carnem*, id est, speciem externam, scilicet quòd nobis sit cognatus, amicus, Judæus, nobilis, elegans, doctus; his affectibus naturalibus mortuus sum, quia in Christo regeneratus illi soli vivo, ipsum solum, et omnes in ipso secundùm charitatis spiritum, non secundùm carnem amo; q. d. : Ego non quæro placere hominibus, aut laudes et gloriam hominum, sed Dei.

Neminem novimus secundum carnem, notitiâ videlicet amoris et propensioris affectûs, id est, in nemine gloriamur carnalis propinquitatis causâ, ne quidem in ipso Abraham patre nostro secundùm carnem, quia laus omnis nostra et gloriatio est Christus.

Et si cognovimus secundum carnem Christum, hoc est, si aliquando Christum æstimavimus et vidimus (si non ego Paulus, certè alii apostoli nostri) præsentem, mortalem, carnis passionibus, fami, frigori obnoxium, hominem nobis similem, nunc non novimus nisi immortalem et impassibilem. Ita Chrys., Theodor.

Sed nunc jam non novimus. Etsi aliquando magnum et gloriosum putavimus, gentilem et consanguineum esse Christi secundum carnem, et nos esse Hebræos Christi cognatos, aut etiam familiariter conversati sumus, jam illis terrestribus affectibus mortui sumus, et per Christum recreati augustiùs de eo sentimus, et

sapimus, modestè loquentes; *vobis* sapimus, propter vestram salutem, cui intendimus, nulla in vobis carnalia spectantes; nihil carnale à vobis sperantes, sed vos spiritualiter secundùm Deum diligentes. Itaque nobis mortui, non nostra curamus, nec nosmetipsos prædicamus. Carni mortui, neminem secundùm carnem cognoscimus aut diligimus; nec quærimus vobis carnaliter placere; nec nos vobis carnaliter commendatos reddere. Sed Deo viventes, Dei gloriam in omnibus quærimus: Christum, mundi salvatorem, spiritualiter et divinè diligentes; salutem per Christum mundo datam, et vobis et omnibus, quos in charitate Christi diligimus, omni studio procurare satagimus. Et hæc est vera Apostoli contra pseudo-apostolorum calumnias defensio et justificatio. Nec semetipsum commendavit, nec Corinthiis aut aliis hominibus carnaliter placere studuit; sed Dei gloriam et proximorum salutem in omnibus suis operibus et verbis quæsivit.

O divinum agendi modum! Deum in omnibus spectare, diligere, intendere; propter Deum, salutem proximi omni studio procurare! Talis fuit apostolorum agendi modus. Talis et tuus esse debet, et de hoc moneris in versu sequenti.

VERS. 17. — SI QUA ERGO IN CHRISTO NOVA CREATURA: VETERA.... Græc., *si quis in Christo, nova creatura: vetera*, etc. Syr., *quisquis igitur in Christo est; factus est nova creatura.* Concludit Apostolus, unumquemque Christianum monens de suo statu, et eum ad novitatem vitæ et morum exhortans.

Nota ad intelligentiam.

Ut autem hanc conclusionem meliùs percipias, et textûs connexionem, adverte, in superiora reflectens, quòd duo asseruit Apostolus, et inde duo jam conclusit.

ỳ 14. Asseruit quòd *Christus pro omnibus mortuus est;* hincque collegit: *Ergo omnes mortui sunt*, et consequenter et nos mortui eramus; sicque pro me à morte liberando mortuus est Christus. ỳ 15. Asseruit: Ideò *pro omnibus mortuus est Christus, ut ii* qui per ipsum à morte sunt liberati, et vitam gratiæ possident, jam *non sibi vivant*, sed Christo Redemptori suo, qui pro eis mortuus est et resurrexit. Hincque, ỳ 16, collegit hoc sibi et suis collegis applicans: Ideò nos apostoli nobis mortui sumus; Christo soli vivimus; ita ut nihil, nec nos nec alios homines, nec Christum ipsum, nisi spiritualiter cognoscamus aut diligâmus. Hìc autem, ỳ 17, hoc idem omnibus baptizatis applicans, et ad omnes Christianos extendens, infert: Si quis ergo nobiscum est in Christo regeneratus, in Christum credens, Christumque professus, hic sciat se novam creaturam. Illi

Christum tantùm novimus secundùm spiritum, id est, ut hominem divinum, orbis redemptorem, doctorem, auctorem gratiæ et salutis, atque ut tali vivimus et servimus, talemque orbe toto prædicamus.

VERS. 17. — *Si qua ergo in Christo nova creatura.* Quare si quis est in Christo, nova creatura est, q. d.: Si quis ergo mecum est in Christo regeneratus, et quasi in alium hominem et novam creaturam est re-

VETERA TRANSIERUNT, id est, veteris et carnalis hominis affectus, cupiditates non ei dominentur: sciat se carni mortuum, nihilque secundùm carnem cognoscat aut diligat.

ECCE FACTA SUNT OMNIA NOVA. Sicut illi novum esse, spirituale scilicet et divinum, in baptismo collatum est, ita sit illi vita nova, novus vivendi modus, spirituales sint illi sensus et affectus. Carni mortuus et sibi, Christo vivus, secundùm Christi spiritum vivat: sicut Christus surrexit à mortuis, ita et in novitate vitæ ambulet.

Observationes morales.

Hinc discamus 1° quòd christianismus, seu Ecclesia, mundus est novus; quilibet verò Christianus nova per Baptismum factus est creatura. Ante Baptismum erat in nihilo peccati: ut enim ait divus Augustinus, peccatum nihil est, et nihil fiunt homines cùm peccant; per Baptismum autem ex illo peccati nihilo transiit ad esse supernaturale et divinum gratiæ; ex nihilo, seu homine nihili, factus est filius Dei, divinæ naturæ consors. Ecce nova creatio, et nova creatura.

Discamus 2° quòd sicut novum esse in Baptismo recepimus, esse scilicet spirituale, supernaturale et divinum, ita et novum agendi modum, spiritualem et divinum, per charitatem nobis in Baptismo infusam. Nova debet esse novæ creaturæ operatio: sicut spiritualis et divina est creatura, ita spiritualiter et divinè debet agere. Vetera nobis transierunt. Carni mortui, non secundùm carnem debemus vivere; Christo convivificati et conresuscitati, secundùm Christi Spiritum debemus agere. Utrumque promisimus in Baptismo. Primum, renuntiantes Satanæ et operibus ejus, peccatis scilicet; secundum, Deo obedientiam promittentes.

Discamus 3° quòd in quantum quis proficit in hoc spirituali agendi modo, in tantum proficit in christianismo. Tuum ergo consule modum agendi, et ex eo infer an sis, et quantùm sis christianus. An carnaliter, an spiritualiter agis. Tunc verè christianus eris, cùm tu tibi planè mortuus, Christo penitùs vixeris, in novitate vitæ ambulans. Hoc autem ut in te fiat, immensam in te Christi charitatem frequenter et seriò meditare.

1° Cum divo Paulo cogita et perpende, pro me, naturâ iræ filio, et æternæ morti obnoxio, Christus mortuus est. Attende, pro me nihilo: imò qui nihilo sum minor et pejor; Christus, Filius Dei, et Deus, mortuus est: suâ propriâ morte me redemit à morte. O charitas urgens! ô charitas nimia! Pro bono vix quis audeat mori, et pro me pessimo, mortuus est optimus Filius Dei! pretioso sanguine suo factus est Redemptor meus copiosissimus, et ego ineffabili pre-

creatus et transmutatus; in hoc *vetera transierunt*, veteres scilicet, tum Judaismi ritus, tum potiùs affectus et judicia, quale est novisse aliquem secundùm carnem, quod præcessit. Ecce enim in tali facta sunt omnia nova, ut novos habeat affectus, nova judicia de re et spe christianâ, novam vitam, novam spem resurrectionis, novam gratiam, sanctitatem, justitiam.

tio sum ab eo redemptus. Emptitius ergo sum Christi servus, mancipium sum Christi, totus Christi sum. Servus non est suus, sed domini sui servus. Emptus non est suus, sed redemptoris sui. Totum ergo me debeo Christo, Domino meo, Redemptori meo ; omnia ergo mea non sunt mea; meum esse, meum vivere, meum operari, non sunt mea; sed sunt Christi, Domini mei, Redemptoris mei. Hæc omnia, et vitam, et honorem, et opera, et me totum debeo et debui in illius gloriam et honorem impendere, illi esse, illi vivere, illi operari debeo et debui. Quot ergo furta, imò sacrilegia hactenùs commisi, ô piissime Redemptor meus ! Toties fur et sacrilegus fui, quoties propter me, propter homines vixi, aut egi, et non propter te. Etenim

2° Perpende : Ideò pro me mortuus est Christus, ut non mihi vivam, sed ei qui pro me mortuus est et resurrexit. Nota duo in his verbis; et quòd pro te mortuus est Christus, et quòd pro te resurrexit. Nota et quòd hinc duo à te Christus exigit, ait D. Thomas. Quia pro te mortuus est, et tu debes tibi ipsi mori, id est, pro Christo temetipsum abnegare. Quia verò pro te Christus resurrexit; et tu debes ita peccato, veteri vitæ, et tibi ipsi mori, ut resurgas ad novam Christi vitam; seu, ut Rom. 6 : *Quomodò Christus surrexit à mortuis per gloriam Patris; ita et nos in novitate vitæ ambulemus.* Tunc ergo verè christianus ero, cùm mihi ipsi planè mortuus, Christo penitùs vixero, in novitate vitæ ambulavero.

Hic tuæ gratiæ effectus est, ô Spiritus Dei! Veni itaque, veni sancte Spiritus ! operare in me, quod in apostolis; da mihi cor novum, mihi mortuum, Christo vivum, Deum solum amans, et proximum in Deo, et propter Deum diligens; per te sim nova in Christo creatura, ei vivens qui pro me mortuus est et resurrexit.

Vers. 18. — Omnia autem ex Deo. Syrus hæc jungit cum præcedentibus : et facta sunt omnia nova à Deo ipso. Apostolus primum hujus novitatis principium ostendit Deum, ut ei gratias habeamus. *Omnia autem* hæc nova, jam dicta, *à Deo sunt*, omnium bonorum auctore.

Qui nos reconciliavit..., qui nos, per peccatum inimicos suos, in amicitiam recepit, nobisque gratiam contulit per Christum; seu per Christi, mediatoris nostri satisfactionem et merita.

Et dedit nobis ministerium...., et nos apostolos suos, fecit hujus reconciliationis hominibus conferendæ, nuntios et cooperarios : seu nobis apostolis suis commisit officium hujus reconciliationis hominum cum Deo (quam Christus nobis in suâ passione promeruit), verbo promulgandæ et Sacramentorum administratione procurandæ. Ad hoc enim reconciliationis ministerium pertinet, non tantùm prædicandi munus, sed et potestas baptizandi, peccata remittendi, quam Christus in Evangelio suis apostolis dedit : hæc autem potestas, quam Christus suis delegavit apostolis, est à Deo, *Data est mihi omnis potestas.... euntes ergo docete.... baptizantes....* Matth. 28, 18. *Sicut misit me Pater, et ego mitto vos;* Joan. 20. Deus itaque nostræ reconciliationis auctor; Christus mediator; apostoli verò ministri; idem intellige et de apostolorum successoribus. Et hanc subordinationem hic nobis indicat Apostolus.

Vers. 19. — Quoniam quidem Deus erat in Christo... Clariùs explicat duo, quæ in versiculo præcedenti dixit, scilicet, et quòd Deus nostræ reconciliationis sit auctor, quam Christus nobis promeruit; et quòd Deus sit fons et origo potestatis, quam Christus suis dedit apostolis.

Quoniam quidem; Græc., *ut quia Deus;* Syr., *quandoquidem Deus est, qui per Christum reconciliavit mundum cum majestate suâ.* D. Chrysostomus et cæteri Patres Græci post eum, vertunt sicut et Syrus : *Deus erat reconcilians*, seu reconciliabat per Christum, et hunc sensum Estius putat magis congruum. Multi tamen Latini, tum antiqui, tum recentiores intellexerunt : *Deus erat in Christo*, scilicet, per unitatem essentiæ : seu, ut ait Ambrosius, pater per id intelligitur esse in Filio, quòd una eorum sit substantia : ibi enim est unitas, ubi nulla est differentia. Hocque textu probant unitatem Filii cum Patre. Deus ergo nostræ salutis auctor erat in Christo Filio suo, per unitatem essentiæ; erat et in illo, velut in propitiatorio; ibique intuitu meritorum Christi, Filii sui, mediatoris nostri, ad singulos ejus actus et ad singulas passiones, erat reconcilians sibi mundum.

Non reputans.... id est, non imputans hominibus delicta ipsorum, sed gratis remittens et condonans propter hæc Christi merita; quibus ad singula momenta, gratiæ justificantis infusionem nobis promeruit.

Et posuit in nobis..., et idem Deus misericors, et hominibus reconciliari volens, ob dilectum Filium suum, nobis apostolis suis commisit Evangelium remissionis peccatorum et reconciliationis ubique prædicandum.

O profunditatem clementiæ divinæ ! cùm enim Pater Filium suum legatum misisset, eumque occisum conspicatus esset ab iis qui reconciliatione indigerent, neque sic tamen neglexit homines, verùm *ministerium reconciliationis*, inquit, nobis apostolis suis dedit, ut

Ecce facta sunt omnia nova, hoc est, omnis vetustas in novitatem commutata est.

Vers. 18. — *Omnia autem* nova jam dicta *ex Deo*, ex Dei donatione et gratiâ facta et data sunt, *qui nos reconciliavit sibi per Christum*, etc., ut per nostram prædicationem persuadeamus hominibus Christi fidem et pœnitentiam, novam et christianam vitam, itaque ipsos Deo reconciliemus.

Vers. 19. — *Quoniam quidem Deus erat in Christo*, id est, per Christum, *mundum reconcilians sibi.* Mundus hoc loco genus humanum significat.

Non reputans illis delicta ipsorum. Deus erat in Christo *non imputans*, hoc est, per Christum remittens, *illis*, id est, mundo sive hominibus, *delicta ipsorum;* adeòque eos sibi gratificans in dilecto Filio suo.

circumeuntes legatione fungamur ad eos qui à Deo defecerunt, eosque ad eum perducamus. Theophylactus, v. 18.

Vers. 20. — Pro Christo ergo legatione fungimur. Ex dictis immediatè in versiculo præcedente, concludit hìc ad apostolici ministerii gloriam. Nos igitur apostoli, vice et loco Christi absentis, in ejusque munus substituti, legati sumus Dei ad homines; et quod Deus Pater per Christum hominem antea fecit, nunc per nos, Christi vicarios, pergit facere; ita ex D. Chrysostomo Theophylactus. Tanto nimirùm in pretio est apud Deum hominum genus, ut et Filium dederit, idque cùm eum mactatum iri exploratum haberet, et vestrâ causâ nos apostolos creârit; itaque non abs re, omnia propter vos, dixit supra.

Tanquam Deo exhortante...; Syr. : *Et perinde est ac si Deus rogaret vos per nos.* Ne existimetis vos à nobis rogari; Christus ipse vos rogat; Pater ipse per nos vos orat atque obsecrat. D. Chrysostomus. Quemadmodùm per Christum adhortabatur nos Pater, sic et nunc per nos adhortatur, ut ipsi reconciliemini. Theophylactus.

Obsecramus pro Christo. Vos et omnes homines rogamus et obsecramus vice et loco Christi, cui in hâc legatione successimus.

Reconciliamini Deo; hoc est quod et Christus, et Pater ipse per nos vos obsecrat : *Reconciliamini Deo.* O miram pietatis et indulgentiæ, sive humilitatis magnitudinem! ait Theophylactus; ipse est per nos offensus, et, quasi deliquerit in nos, per legatos intercedit ut condonent Deo, id est, ut cum ipso redeamus in gratiam. Redite cum Deo in gratiam. *Credite, pœnitemini*, et, per Christi merita Deo reconciliabimini. Christi passio meruit nobis reconciliationem; hæc verò per fidem, per pœnitentiam, per Sacramenta nobis applicatur. Sicque conciliantur quod v. 19 : *Reconciliavit nos sibi*, et quod hìc : *Reconciliamini Deo.*

Vers. 21. — Eum qui...; Græc., *eum enim*; Syr., idem. Rationem affert quæ nos moveat ad sperandam et quærendam cum fiduciâ nostram cum Deo reconciliationem. Tanta fuit in nos misericordia Dei, ut Filium suum, *qui peccatum non noverat*, qui ipsa justitia erat, D. Chrysostomus et Theophylactus. Qui nulli unquàm peccato fuit obnoxius, imò sic alienus à peccato, ac si illud prorsùs ignoraret. Quod alienum est à conscientiâ, videtur alienum et à scientiâ, ait ex D. Augustino Fromondus.

Pro nobis peccatum fecit, id est, ut peccatorem et sceleratissimum hominem pro nobis morti tradidit, D. Chrysostomus; seu nostri causâ mulctavit, quasi ipsum peccatum esset; seu quasi esset omnium peccatorum reus, et quasi peccatum universale. *Posuit in eo iniquitatem omnium nostrùm*, Isai. 53, 6. *Agnus Dei qui tollit peccata mundi. Peccatum* ergo *fecit*, id est, hostiam pro peccatis nostris. Christus, ipsamet justitia, omnium hominum peccatis onustus, verè dicitur *peccatum*, et veriùs quàm vel hircus emissarius, vel aliæ victimæ Judaicæ, quæ umbræ tantùm Christi erant.

Ut nos efficeremur justitia Dei, id est, justi ex gratiâ Dei; valdè, perfectè justi, justi coram Deo; participes justitiæ Dei.

In ipso, ut ejus membra, vel per ipsius merita; ut peccatores justificarentur apud Deum in Christo, Ambrosius. Nota cum divo Anselmo : Ipse ergo peccatum, ut nos justitia, non nostra, sed Dei; non in nobis, sed in illo; sicut ipse peccatum, non suum, sed nostrum; nec in se, sed in nobis, similitudine carnis peccati, in quâ crucifixus est.

Et posuit in nobis verbum reconciliationis; ut reconciliatio mundi, quam Deus in Christo paravit, effectui demandetur, nobis Apostolis injunxit munus evangelizandi mundo gratiam hanc reconciliationis; nos elegit ac fecit ministros annuntiandi tanti beneficii.

Vers. 20. — *Pro Christo ergo legatione fungimur. Pro Christo*, id est, vice et loco Christi, et, ut alibi loquitur, *in personâ Christi*, cujus apostoli sumus.

Tanquàm Deo exhortante per nos. Obsecramus pro Christo, reconciliamini Deo; q. d.: Obsecramus vice Christi, quasi legati Christi, et quasi Christus per nos vos obsecret, ut velitis Deo reconciliari. Eu quâ industriâ, efficaciâ, zelo utitur Apostolus ut Corinthios convertat.

Vers. 21. — *Eum, qui non noverat peccatum*, scilicet per experientiam, qui tamen noverat illud per simplicem notitiam, ait D. Thomas, id est, Christum, qui peccatum nunquàm fecerat.

Pro nobis peccatum fecit, id est, hostiam pro peccato nostro fecit Deus Christum pro nobis, ne nos quasi victimæ piaculares, illud æternâ morte et igne lueremus. Ac si dicat Apostolus : Nostrî causâ tractavit eum tanquàm ipsum peccatum, ipsum scelus, id est, tanquàm hominem insigniter sceleratum, ut *in quo posuerit iniquitatem omnium nostrùm*, Isaiæ 53. Sic alibi Christus dicitur *factus pro nobis maledictum*, quia scriptum est : *Maledictus omnis qui pendet in ligno*, Gal. 3, et Deut. 21.

Ut nos efficeremur justitia Dei in ipso, id est, per ipsum Christum, hoc est, per Christi meritum; q. d.: Ut nos efficeremur justi apud Deum, justitiâ à Deo infusâ per merita Christi. Dicit *justitia*, non justi, ait Theoph., ut excellentiam gratiæ significet, quâ fit ut nullus in justo sit nævus, nulla peccati macula, sed omnis et tota gratia ac justitia. Dei justitiam nobis attributam B. Augustinus passim exponit, eam quæ in nobis est, non à nobis, sed in Deo; id est, quam nobis internam et inhærentem, ex Dei gratiâ habemus, lib. de Spir. et Litt., c. 9 et 18; tract. 26 super Joan., serm. 15 de Verbis Apost., c. 1; Psal. 98; et lib. 3 contra Pelag., c. 7; quibus locis disertè explicat quemadmodùm eadem vocetur justitia Dei et nostra : *Dei*, quia à Deo est; *nostra* verò, quia in nobis; *Dei*, quia Deus eam donat; *nostra*, quia nos eam recipimus. Nam ea demùm coram Deo, id est, vera justitia nostra est, quam in nobis Deus ipse facit; cui nihil placere potest, nisi quod suum est. Itaque sentit Apostolus Christum pro nobis factum esse peccatum, ut nos per eum verè justi efficeremur, eâ nempe justitiâ, quæ Deo probata sit. *Justitia Dei*, quia Deus debet non nobis, sed Christo, et Christi meritis, ut justitiam nobis infundat, et peccata remittat. Ita August., Enchir. 41.

Corollarium pietatis, seu in hoc capite ad pietatem maximè notanda, et ad praxim redigenda.

1° Nota quinque in Dei judicio terribilia, v. 10, et hinc sequelam, nimirùm coram Deo et hominibus agere sincerè. Vide v. 11, in commentario.

2° Immensam Christi erga nos omnes charitatem seriò et sæpè perpende, de quâ vide v. 14 et 15, et hinc sequelam, scilicet ut non nobis ipsis, sed Christo vivamus. Vide commentarium.

3° Nota, et in praxim redige christianum agendi modum, de quo versibus 16 et 17, in commentario.

4° Notet Dei minister versus 18, 19, 20, 21, et dùm sacrum exercet ministerium, seu verbum Dei annuntiando, seu Sacramenta conferendo, recordetur infinitæ Dei misericordiæ, in suâ cum hominibus reconciliatione. Attendat ergo tunc quid sit, et quid agat. Dei minister est; sub Deo et cum Deo cooperatur in reconciliandis cum eo hominibus. Christi legatus est, Christi vicem et locum tenet. Loquatur et agat igitur ut talis, id est, ut Dei cooperarius, ut Christi legatus, in Spiritu Dei, in Spiritu Christi, majori quâ potest misericordiâ et charitate.

CAPUT VI.

1. Adjuvantes autem exhortamur, ne in vacuum gratiam Dei recipiatis.

2. Ait enim: Tempore accepto exaudivite et in die salutis adjuvi te. Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis.

3. Nemini dantes ullam offensionem, ut non vituperetur ministerium nostrum;

4. Sed in omnibus exhibeamus nosmetipsos, sicut Dei ministros, in multâ patientiâ, in tribulationibus, in necessitatibus, in angustiis,

5. In plagis, in carceribus, in seditionibus, in laboribus, in vigiliis, in jejuniis,

6. In castitate, in scientiâ, in longanimitate, in suavitate, in Spiritu sancto, in charitate non ficta,

7. In verbo veritatis, in virtute Dei, per arma justitiæ à dextris et à sinistris;

8. Per gloriam et ignobilitatem, per infamiam et bonam famam; ut seductores, et veraces: sicut qui ignoti et cogniti:

9. Quasi morientes, et ecce vivimus; ut castigati, et non mortificati:

10. Quasi tristes, semper autem gaudentes; sicut egentes, multos autem locupletantes; tanquàm nihil habentes, et omnia possidentes.

11. Os nostrum patet ad vos, ô Corinthii; cor nostrum dilatatum est.

12. Non angustiamini in nobis; angustiamini autem in visceribus vestris.

13. Eamdem autem habentes remunerationem, tanquàm filiis dico, dilatamini et vos.

14. Nolite jugum ducere cum infidelibus. Quæ enim participatio justitiæ cum iniquitate? aut quæ societas luci ad tenebras?

15. Quæ autem conventio Christi ad Belial? aut quæ pars fideli cum infideli?

16. Qui autem consensus templo Dei cum idolis? Vos enim estis templum Dei vivi, sicut dicit Deus: Quoniam inhabitabo in illis, et inambulabo inter eos, et ero illorum Deus, et ipsi erunt mihi populus.

17. Propter quod exite de medio eorum, et separamini, dicit Dominus, immundum ne tetigeritis;

18. Et ego recipiam vos: et ero vobis in patrem, et vos eritis mihi in filios et filias, dicit Dominus omnipotens.

CHAPITRE VI.

1. Étant donc les coopérateurs de Dieu, nous vous exhortons à ne pas recevoir en vain la grâce de Dieu.

2. Car il dit lui-même: Je vous ai exaucé au temps favorable, et je vous ai aidé au jour du salut. Voici maintenant le temps favorable; voici maintenant le jour du salut.

3. Nous prenons garde aussi de ne donner à personne aucun sujet de scandale, afin que notre ministère ne soit point déshonoré.

4. Mais, agissant en toutes choses comme des ministres de Dieu, nous nous rendons recommandables par une grande patience dans les maux, dans les nécessités pressantes, et dans les extrêmes afflictions,

5. Dans les plaies, dans les prisons, dans les séditions, dans les travaux, dans les veilles, dans les jeûnes;

6. Par la pureté, par la science, par une douceur persévérante, par la bonté, par les fruits du Saint-Esprit, par une charité sincère,

7. Par la parole de vérité, par la force de Dieu, par les armes de la justice pour combattre à droite et à gauche;

8. Parmi l'honneur et l'ignominie; parmi la mauvaise et la bonne réputation; comme des séducteurs, quoique sincères et véritables; comme inconnus, quoique très-connus;

9. Comme toujours mourants, et vivant néanmoins; comme châtiés, mais non jusqu'à être tués;

10. Comme tristes et toujours dans la joie; comme pauvres et enrichissant plusieurs; comme n'ayant rien, et possédant tout.

11. O Corinthiens! ma bouche s'ouvre, et mon cœur s'étend par l'affection que je vous porte.

12. Mes entrailles ne sont point resserrées pour vous; mais les vôtres le sont pour moi.

13. Rendez-moi donc amour pour amour; je vous parle comme à mes enfants; étendez aussi pour moi votre cœur.

14. Ne vous attachez point à un même joug avec les infidèles, car quelle union peut-il y avoir entre la justice et l'iniquité? quel commerce entre la lumière et les ténèbres?

15. Quel accord entre Jésus-Christ et Belial? quelle société entre le fidèle et l'infidèle?

16. Quel rapport entre le temple de Dieu et les idoles? car vous êtes le temple du Dieu vivant, comme Dieu dit lui-même: J'habiterai en eux, et je m'y promenerai; je serai leur Dieu, et ils seront mon peuple.

17. C'est pourquoi sortez du milieu de ces personnes, dit le Seigneur: séparez-vous d'eux, et ne touchez point à ce qui est impur;

18. Et je vous recevrai; je serai votre père, et vous serez mes fils et mes filles, dit le Seigneur tout-puissant.

ANALYSIS.

Tanquàm Dei legatus, et humanæ cum Deo reconciliationis minister, hortatur Corinthios ut Dei gratiæ, suo ministerio eis collatæ, fideliter respondeant; utque pressiùs ipsos ad id urgeat, monet opportunum eis salutis tempus, à prophetâ prædictum et optatum, adesse, v. 1 et 2.

A v. 3 ad 11 describit qualiter ipse et ejus socii hoc suo Dei legatorum munere fungantur, quâ vitæ integritate, quâ patientiâ, etc.; sicque suam pingit vitam verè apostolicam, ut se suosque collegas, contra obtrectantium calumnias justificans, simul et pseudoapostolorum mollem vitam tacitè carpens, omnibus Evangelii ministris vitæ apostolicæ præbeat exemplar.

ỳ 11. Vitæ suæ peractâ imagine, hanc de se loquendi libertatem excusaturus, alloquitur Corinthios, aiens os suum ad eos patere, quia cor suum in eos dilatatum est; seu ideò eis se liberè loqui, quia eos effuse diligit.

ỳ 12. Amicè objurgat, quod ab illis ipse minùs diligatur.

ỳ 13. Parem postulat amoris vicem.

ỳ 14. Resumens legati personam et munus, hortatur Corinthios, ut omnem cum infidelibus fugiant periculosam affinitatem, hujusque multiplicem reddit rationem, usque ad hujus capitis finem.

Quod denique concludit, allegans Dei promissionem: Quod si feceritis, ero vobis Pater, et vos mihi filii.

PARAPHRASIS.

1. Dei itaque voluntatem exsequentes, simul et vestræ saluti consulentes, hortamur vos, ne gratiam Dei, in vos nostro ministerio collatam, reddatis inutilem.

2. Ait enim Deus apud Isaiam 49, 8: In tempore acceptabili exaudivi te, et in die salutis succurri tibi. En adest vobis tempus illud amabile à Deo promissum; en adest dies ille acceptissimus salutis: ne sinatis frustra vobis elabi, sed vestram salutem sedulò operemini.

3. Sic autem hoc nostro fungimur officio, ut sollicitè curemus, ne cui simus in ullâ re offendiculi occasio; ne ullam ministerio nostro suscitemus calumniam.

4. Sed potiùs, ut in quâvis re exhibeamus nos tales, quales par est Dei ministros esse, multùm patientes, in afflictionibus, in necessitatibus, in anxietatibus.

5. In plagis ferendis, in carceribus, in seditionibus tolerandis, in laboribus sustinendis, in vigiliis, in jejuniis.

6. Exhibemus et nos, ut decet Dei ministros, castitate, scientiâ, animi lenitate, benignitate, Spiritûs sancti donis, charitate verâ, et non fucatâ.

7. Sincerâ evangelicæ veritatis prædicatione, illiusque per miracula confirmatione; armis justitiæ, quibus à dextris et à sinistris ita cingimur, ut semper et ubique Deo fideles, semperque justi simus,

8. Sive cùm honor nobis redditur, sive cùm contemnimur; sive cùm benè, sive cùm malè de nobis loquuntur: habemur ut impostores, et tamen veraces: videmur viles et obscuri; et de facto sumus cogniti et clari.

9. Credimur jamjam morituri, et ope Dei servati vivimus; sæpè corripimur, at, Deo servante, non occidimur.

10. Ob tot mala quæ patimur, tristes videmur; et tamen in Domino semper gaudemus interiùs; pauperes putamur, et tamen multos locupletamus; nihil habere videmur, et omnia in Christo possidemus.

11. Ore libero et patenti, vobis, ò Corinthii, loquor, quia cor nostrum erga vos dilatatum et expansum est.

12. Et quia cor nostrum in vos dilatatum est; hinc non exiguum, sed spatiosum in nobis locum possidetis. E contra cor vestrum erga nos angustum est; ideò et vester erga nos affectus est tenuis.

13. Vicissim et vos, tanquàm filiis loquor, dilatate corda vestra, ut parem nobis reddatis affectum.

14. Ne eodem cum infidelibus jugo jungamini: quæ enim convenientia justitiæ cum iniquitate? Quid commune habet lux cum tenebris?

15. Quæ concordia Christo cum Belial? Quid commune habent fidelis et infidelis?

16. Quæ congruentia templo Dei cum idolis dæmoniorum? Vos enim estis templum Dei viventis, sicut testatur ipse Deus in Scripturis, dicens: Inhabitabo in illis, et in illis inambulabo; et ero illorum Deus, et ipsi vicissim erunt populus mihi dicatus.

17. Quapropter exite de medio profanorum, et vos ab illorum commercio separate; et illorum immunditiis non inquinemini, dicit Dominus.

18. Quod si feceritis, ego vos recipiam, et ero vobis Pater, et vos mihi filii et filiæ eritis, dicit Dominus omnipotens.

COMMENTARIA.

Vers. 1. — Adjuvantes autem... Græc., *cooperantes*. Deo scilicet, cujus ministri, legatique sumus, ut in fine cap. 5 dictum est.

Exhortamur. Syr., *obsecramus vos, ne inanis fiat in vobis gratia Dei, quam recepistis.*

Vers. 1. — *Adjuvantes autem exhortamur*, etc. *Adjuvantes*, Græcè, *cooperantes* Deo, ut propositam reconciliationem assequamini.

Gratia Dei, hic generale est beneficium reconciliationis mundi per Christum, de quo in fine cap. 5. Sed sub illo comprehenduntur gratiæ particulares, quas Christus nobis promeruit, et quas Deus nobis dat ad hoc generale beneficium assequendum; seu ut

In vacuum gratiam recipit, qui cum eâ non laborat, ait Anselm., nec ei suum studium adjungit, quique per desidiam facit ut in se gratia sit otiosa, dum eam

illius fiamus participes. Hic igitur Apostolus suo legati munere fungens apud Corinthios, ait : Nos Dei legati, ut cum Deo ad vestræ reconciliationis opus perficiendum, nostræ prædicationis ministerio cooperemur; *hortamur* vos et obsecramus, NE GRATIAM DEI, in vos, nostro ministerio collatam, reddatis inutilem. Gratia Dei est remissio peccatorum, quam in vacuum recipit quisquis in bonis operibus se postea non exercet, ait D. Anselmus. Gratia Dei est facultas benè operandi, concessa divinitùs homini, de quâ dicitur, *sine me nihil potestis facere;* quam in vacuum recipit, qui cum Dei gratiâ non laborat, nec adjungit studium suum, ut possit Dei præcepta, ipso adjutore, implere; idem divus Anselmus. Inutilis ergo redditur nostra cum Deo reconciliatio, si in reconciliationis statu non perseveramus, sed post justificationem nostram placatum Deum offendimus. Inutilis redditur nostra ad fidem vocatio, si à fide susceptâ recedimus; aut si juxta fidem non vivimus, nostraque fides per dilectionem non operatur. *Fides sine operibus mortua est;* inutilis ergo et vacua. Inutilis redditur et quælibet Dei gratia, si cum eâ non laboramus, si ad opus non redigitur. Heu quot christianis et gratia Christi, et Christus ipse, substantialis Dei gratia, redditur inutilis! Quot ergo quibus dici potest : *Hortamur vos* NE IN VACUUM *gratiam Dei* RECIPIATIS.

VERS. 2. — AIT ENIM... Deus apud Isaiam prophetam 49, 8. Ut Corinthios urgeat ad fideliter divinæ gratiæ respondendum, et ad suæ salutis opus, cum Dei adjutorio, attentè et sedulò perficiendum; monet eos, quòd adsit illis tempus opportunum gratiæ, à prophetis optatum et prædictum; et hortatur consequenter, ut eo utantur benè.

Ait Pater æternus Filio suo, in cruce pro salute hominum patienti, et deprecanti : TEMPORE acceptabili, placabili, EXAUDIVI TE; ET IN DIE SALUTIS, seu quâ salutem hominum operabaris, ADJUVI TE. Christus in cruce anxiatus est pro nobis, flevit, oravit, Deus illum exaudivit *pro suâ reverentiâ*, eique promisit pro nobis auxilia gratiæ. Hoc prævidit, et prædixit Isaias citatis verbis, ubi præteritum ponitur pro futuro, more prophetico, ob eventûs certitudinem. Adest ergo prædictio temporis et gratiæ ob Christi merita futuri, ab Isaiâ facta. Hanc autem prædictionem D. Paulus dicit nunc impletam. *Ecce nunc tempus acceptabile :* adest nobis tempus illud amabile, et cum omni gaudio et exultatione acceptandum. *Ecce nunc dies salutis.* Syr., *dies vitæ.*

Jam illucescit vobis dies ille acceptissimus salutis, diesque vitæ. Ne sinatis ergo frustra vobis elabi, sed eo salutem sedulò operamini. Tempus ante Christum, non fuit dies, sed nox, ait D. Thomas : quia tunc umbræ tantùm et tenebræ. Tempus autem Christi dies est, ob luminis abundantiam. Ante Christum non erat salus, quia nullus ad finem salutis, seu ad visionem Dei perveniebat, ait D. Thomas. Tempus autem Christi dies est, et dies salutis; quia ex quo nata est salus in mundo, homo salutem assequitur. Tempus ergo gratiæ, quod incœpit à passione Domini, dies est, ob lumen; et dies salutis, quia ad salutem pervenitur.

Perpende hic et penetra hanc Dei in te misericordiam, quòd in tempore Christi, in tempore gratiæ, et in die salutis et vitæ, et in medio christianismo, natus sis : *Non fecit taliter omni nationi.* Huic ergo inæstimabili misericordiæ responde; animi tui continuâ in Deum gratitudine; cordis tui erga divinam gratiam assiduâ fidelitate; hujus pretiosi temporis usu sancto et legitimo. Ora, lege, vigila, labora, tempus sic imple, ut nulla dies in te reperiatur vacua. Tempus est exauditionis, era : tempus est auxilii, labora, bonis operibus vaca, divino fretus auxilio. Dùm dies est, operare. *Venit enim nox, quando nemo potest operari;* Joan. 9, 4. *Adhuc modicum.... lumen in vobis est; ambulate dùm lucem habetis,* ut *non vos tenebræ comprehendant;* Joan. 12, 35.

VERS. 3. — NEMINI DANTES ULLAM OFFENSIONEM... Græc., *nullam in ullo dantes offensionem.* Refertur hic versus ad primum, *exhortamur, nemini dantes.* Itaque versus secundus per parenthesim legendus, et sensus est : *Exhortamur vos*, Deo quidem cooperantes, sed et sollicitè curantes, ne cui hominum simus in ullâ re offendiculi occasio. UT NON VITUPERETUR... Syr., *ne sit nævus in ministerio nostro.* Seu, ut nullam in ullâ re suscitemus ministerio nostro calumniam. Ministrorum vitia in ipsum ministerium redundant. Nam, ut ait S. Gregorius, cujus vita despicitur, restat ut prædicatio ejus contemnatur. Hinc famosus et pu-

bonis explere operibus non satagit; q. d.: Ne putetis quòd sola fides sit reconciliatio, quia ad eam bona vita et opera sunt necessaria. Ita Theophyl. ex Chrysost.

Nota. *Gratiam* vocat generale beneficium reconciliationis mundi et redemptionis Christi; de illo enim egit in fine capitis præcedentis; sub illo tamen intelligit gratiam particularem, quam cuique meruit Christus, et quam cuique dat Deus, ut hujus generalis Christi redemptionis quisque particeps fiat.

VERS. 2. — *Ait enim* (Deus per Isaiam, c. 49) : *Tempore accepto exaudivi te, et in die salutis adjuvi te.* Sunt autem apud prophetam verba Dei Patris ad Christum, quibus testatur se eum exaudisse orantem pro electorum salute, eorum qui ex gentibus erant colligendi, proque eâdem causâ laboranti auxiliatum fuisse; idque in tempore accepto seu placito, hoc est, meritò omnibus acceptabili, et in quo gentes ad salutem vocare constituit.

Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis. En, inquit Apostolus, tempus illud acceptabile et salutiferum, de quo Deus Pater verbis prophetæ memoratis locutus est ad Filium, nunc est, nunc advenit, jamque vobis annuntiatum est; et propterea vos exhortamur, ne committatis ut gratiam hanc in vacuum receperitis. Tempus illud vocatur hominibus acceptum, id est, dignum quod cum plausu et exultatione ab omnibus acceptetur ac suscipiatur, utpote mundo salutem adferens, quomodò Christus vocatur *Expectatio gentium*, Gen. 49, et *Desideratus cunctis.*

VERS. 3. — *Nemini dantes ullam offensionem.* Officium nostræ legationis exercemus, sedulò caventes ne cuiquam in ullâ re simus offendiculo, ne quem verbo aut facto scandalisemus. *Ut non vituperetur ministerium nostrum*, ut ministerium evangelicæ prædicationis non reprehendatur, non infametur, non malè au-

blicus peccator prædicando peccat, ait D. Thomas.

Notanda ad intelligentiam.

Ad clariorem horum et sequentium versuum intelligentiam, nota quòd ab hoc tertio versiculo usque ad undecimum describit Apostolus qualiter ipse et ejus collegæ suo legati munere fungantur, quâ vitæ integritate, quo exemplo, quantâ patientiâ, etc. Vivam ergo nobis dat imaginem vitæ verè apostolicæ, et hâc suæ vitæ imagine tria simul præstat. 1° Se, suosque collegas tacitè laudat et defendit contra calumnias pseudo-apostolorum. 2° Horum mollitiem, et alia vitia apostolorum virtutibus opposita, tacitè et indirectè notat. 3° Omnes quidem fideles, at præsertim omnes Evangelii præcones hortatur ad suî et ad suorum sociorum imitationem. Docet ergo omnes Evangelii ministros modum, quo suum debeant officium peragere.

1° Vita præconis Evangelici sit in omnibus irreprehensibilis, nullam in ullo det offensionem, *ne vituperetur ministerium.*

Vers. 4. — Sed in omnibus, id est, sed potiùs in quàvis re.

Exhibeamus. Græc., *exhibentes*, vel commendantes, nosmetipsos sicut Dei ministros..., id est, tales, quales decet esse Dei ministros.

2° Omnium virtutum sit exemplar.

In multa patientia, non unius, aut alterius, sed in multâ plurimorum malorum patientiâ. Bonorum omnium fundamentum in patientiâ posuit, ait D. Chrysostomus. Apostolicæ præsertim vitæ fundamentum, patientia.

3° Sint multùm patientes.

In tribulationibus. Quod in genere dixit *in multâ patientiâ;* nunc exponit in specie; seu mala quæ tolerat in novem classes distribuit; *in tribulationibus*, seu pressuris vulgaribus; in necessitatibus, gravibus, urgentibus; in angustiis, difficillimis, seu gravissimis.

Vers. 4. — In plagis, verberibus per flagella, per lapides, de quibus cap. 11.

Carceribus, vincula, custodiæ, loci tenebrosi et fœtentes.

In seditionibus, seu tumultibus populorum in nos, D. Chrysostomus in instabilitatibus; sic exagitati ut nullibi consistendi sit nobis potestas.

In laboribus. Intellige labores, quos hùc et illùc Evangelii causâ cursando sustinuit; et eos labores, quos ad victum sibi comparandum, etiam voluntariè assumpsit.

Vigiliis, in docendo et laborando.

Jejuniis, tùm necessariis, ob rerum inopiam; tùm voluntariis, mortificationis gratiâ: sic enim ea sustinebat, quæ publici erant onera ministerii, ut non omitteret privatæ abstinentiæ opera. Hæc sunt mala, quæ Paulus Evangelii causâ pertulit; et in quibus Evangelicus præco debet multâ patientiâ se dignum Dei ministrum exhibere.

Vers. 6. — In castitate... Subsequuntur bona, quæ Paulus in suo officio peragendo exercuit; seu virtutes, quibus suum ornavit apostolatum. Hicque docet apostolicum virum, quòd sicut omnium malorum debet esse patiens, sic et omnium bonorum debet esse ferax.

In castitate, mentis et corporis. Castitas est præcipuum sacerdotis et evangelici ministri ornamentum, ait S. Bernardus, epist. 42; quod eum dilectum Deo et hominibus facit. E contra impuritas reddit illum contemptibilem. Virginitas et castitas est veræ Ecclesiæ nota, ait Cornelius à Lapide; solis catholicis, Dei gratiâ, possibilis; hæreticis impossibilis, apud quos non est invenire virgines, nec ministros cælibes.

In scientia, scilicet fidei et sacræ Scripturæ.

In longanimitate, seu animi lenitate adversùs eos qui ipsum offendebant.

In suavitate, seu benignitate erga omnes.

In Spiritu sancto, donis Spiritûs sancti instructi.

In charitate non ficta, sed verâ et effectivâ, id est, non solùm verbis et vultu, affectum exhibentes, sed et factis diligentes proximum. Hæ sunt virtutes hominem apostolicum commendantes, et quas Paulus suo nos docet exemplo.

Vers. 7. — In verbo veritatis.... Hic nobis indicat modum, quo suas exercebat functiones evangelicas; et se Dei ministrum exhibebat.

In verbo.... Sincerè evangelicas veritates prædicando.

In virtute Dei; miraculis, potentiâ Dei factis, illas confirmando.

Per arma justitiæ et sanctitatis, a dextris et a

diat apud homines.

Vers. 4. — *Sed in omnibus exhibeamus nosmetipsos sicut Dei ministros*, id est, uti facere convenit Dei ministros, quorum est non suam, sed Dei gloriam, cujus ministri sunt, et cujus in conspectu versantur, in omnibus spectare.

In multâ patientiâ, q. d.: Exhibeamus nos quasi Dei ministros patientes *in* multis *tribulationibus*, *in necessitatibus*, *in angustiis*, aliisque quæ sequuntur.

Vers. 5. — *In plagis*, id est, in verberibus quibus corpus læditur, ferendis. *In carceribus*, *in seditionibus*, id est, in sustinendis tumultibus populi passim adversum nos seditiosè concitatis. *In laboribus*, *in vigiliis*, *in jejuniis*, scilicet Evangelii causâ toleratis, aut etiam sponte susceptis, ut exponunt Chrysostomus, Theophylactus et alii.

Vers. 6. — *In castitate*, Græcè, *in puritate*, scilicet omnibus in rebus. *In castitate;* pura enim et plena ... stitas, ut scilicet omni libidinis usu abstineas, et castitatem angelicam colas, ut fecit Paulus et apostoli; signum est hominem esse divinum. Deique ministrum.

In scientiâ, ad docendum imperitos et imperfectos. Anselmus per scientiam intelligit cognitionem sacræ Scripturæ. *In longanimitate*, id est, animi lenitate. *In suavitate*, ne per rancorem iis qui nos vexant simus asperi, sed per suavitatem mentis, verborum et operum iis simus dulces, benigni, benefici.

In Spiritu sancto, q. d.: Omnia tam pio, benigno, sincero, incenso spiritu agamus, ut pateat nos non vanitate, aut superbiâ agi, sed à Spiritu sancto. Ita Anselm., Theoph., Chrysost.

In charitate non fictâ, Græcè, non simulatâ. Non solis verbis charitatem ostendimus; sed ipsis factis eam præstamus, salutem hominum unicè quærentes.

Vers. 7. — *In verbo veritatis*, ut veritatem evangelicam verè et sincerè prædicemus.

SINISTRIS. Græc., *dextris et sinistris*. Syr., *tam in dexterâ, quàm in sinistrâ*, id est, quibus tam à dextris quàm à sinistris cingimur, et utrâque manu pugnamus et vincimus, in prosperis et in adversis : ita ut nec his frangamur, nec extollamur in illis. Quasi diceret : Semper idem, semper et ubique Deo fideles et justi, et in glorià et in contemptu, et in maledictis et in laudibus.

VERS. 8. — PER GLORIAM ET IGNOBILITATEM.... PER INFAMIAM..., seu cùm nobis honor redditur : seu cùm contemnimur : sive benè, sive malè de nobis loquantur. Dextra justorum sunt gloria, bona fama, quòd veraces habeantur, quòd cognoscantur, etc. Sinistra verò quòd ignobiles et infames habentur, quòd seductores putantur, quòd ignorantur, etc. Sed milites Christi, per arma justitiæ à dextris et à sinistris muniti, debent incedere, ut hinc et inde diabolum expugnantes, et in prosperis timeant, et in adversis confidant. S. Anselmus. In glorià non superbiant ; in infamià non sint pusillanimes, ut justitiam derelinquant, ex D. Thomâ. Omnibus itaque ad Dei gloriam et proximi salutem utatur homo evangelicus.

UT SEDUCTORES, id est, habemur impostores ; et tamen reverà sumus veraces, seu veridici.

SICUT QUI IGNOTI, id est, multis videmur ignoti, viles, obscuri et contemptibiles : et tamen de facto sumus ubique cogniti, et in pretio habiti apud fideles et probos.

VERS. 9. — QUASI MORIENTES, id est, credimur jamjam morituri, et Dei ope servati vivimus.

UT CASTIGATI, id est, sæpè à magistratibus correpti, flagellis cæsi, at, Deo moderante, non occidimur.

VERS. 10. — QUASI TRISTES, id est, ob tot mala, quæ patimur, mœrore videmur affecti ; et tamen in Domino semper gaudemus : quia noster interior homo renovatur, cap. 4, v. 16, propter spem retributionis æternæ. Hæc est apostolicæ patientiæ perfectio, gaudere in adversis : *Ibant gaudentes à conspectu....*

SICUT EGENTES... Pauperes putamur, et reverà nihil habemus : omnibus enim renuntiavimus : et tamen alios locupletamus, non spiritualibus tantùm divitiis, sed et temporalibus, per eleemosynas, quas eis procuramus.

TANQUAM NIHIL HABENTES. Omnia quippe propter Christum, cum ipso etiam habendi desiderio dimiserant, ut ait S. Gregorius, hom. 5 in Evangel. Omnibus ergo temporalibus bonis, quibus renuntiavimus, videmur exuti ; et reverà sumus exuti, quoad dominium.

ET OMNIA POSSIDENTES, et divinâ providentiâ nobis ubique necessaria suppeditante ; quoad usum, quasi omnia possidemus, et quasi omnia forent nostra. Necessaria, Deo suppeditante, ubique reperimus ; nec plura volumus ; hinc perinde contenti sumus, et magis, quàm si de facto omnia possideremus.

Hæc est evangelicæ paupertatis prærogativa, nihil habere, nihil velle, omnia contemnere propter Christum. Et in Christo omnia possidere, 1° per interiorem cordis magnitudinem, ait D. Thomas : quâ scilicet evangelicus pauper omnibus terrenis major et superior, omnium verè dominus est. 2° Per divinam providentiam, quæ centuplum à Christo promissum, pauperi evangelico suppeditans, ipsum quoad usum facit ditiorem, quàm si omnia sua possideret ; imò et intùs facit hilariorem et pacatiorem, quàm si reverà omnia omninò possideret. Hoc experiebatur pauperrimus Franciscus cùm noctes integras insumeret, repetendo et interiùs gustando : Deus et omnia : Deus meus et omnia. Deum ipsum, omne bonum, et omnium rerum Dominum, possidebat.

Observatio moralis.

Hæc omnia supradicta de se, suisque similibus locutus est Apostolus, ut omnes fideles ad ea toleranda, vel agenda exhortetur, ait D. Anselmus. At præsertim ut viris evangelicis apostolicæ vitæ normam præbeat et exemplar. Sint multùm patientes in tribulationibus, v. 4 ; sint omnium virtutum cultores, casti, benigni, v. 6 ; prædicent sincerè, Dei virtute freti, v. 7. Armis justitiæ hinc et hinc cingantur, quibus pugnent et vincant et in prosperis et in adversis ; Deique regnum in omnibus et per omnia promoveant ; v. 7, 8, etc. Talibus se Dei ministros exhibebunt.

VERS. 11. — OS NOSTRUM PATET AD VOS... Factâ enumeratione malorum, quæ in suo legati munere peragendo patitur, et bonorum, quæ in eâdem functione exercet, Corinthios alloquitur, sese apud eos excusaturus de hâc suâ loquendi et cor suum aperiendi fiducià.

In virtute Dei, in potentià Dei ; nihil horum quæ dixi meum est ; sed hæc omnia in virtute et potentià Dei facta sunt. Significat ergo quòd verbum veritatis in quo laborat, sit efficax et fructuosum per virtutem Dei.

Per arma justitiæ à dextris et à sinistris, hoc est, tam in prosperis quàm in adversis, ubique justitiæ, id est, justæ ac sanctæ vitæ, virtutumque actionibus tanquàm armis utamur, ut ne prosperis elevemur, nec turbemur adversis, aut desperemus. Ita Anselmus.

VERS. 8. — *Per gloriam et ignobilitatem*, q. d. : Sive honoremur et laudemur, sive inhonoremur et vituperemur, ut cùm Lycaonii voluerunt Paulum ut Deum adorare, et mox ut impostorem lapidare, Act. 10.

Per infamiam et bonam famam. Sive honore, sive ignominià nos afficiant homines ; sive hæc de nobis loquantur, sive malè, semper tenemus rectum justitiæ cursum, ab integritate et sinceritate ministerii nostri præstandâ non discedimus.

Ut seductores et veraces, at falsò tales reputati, ut qui reverà veraces simus, veritatem prædicantes divinitùs acceptam, id est, ipsum Dei verbum.

Sicut qui ignoti et cogniti, quasi qui infidelibus et improbis habemur ignoti et obscuri, cùm noti simus Deo et conscientiis vestris. Ita Ambrosius.

VERS. 9. — *Quasi morientes, et ecce vivimus*, quasi qui videmur propter quotidiana pericula, flagella et ærumnas semper mori, cùm Deus ecce nos vivos conservet illæsos et vegetos.

Ut castigati et non mortificati, ut qui castigamur, sed non occidimur.

VERS. 10. — *Quasi tristes, semper autem gaudentes*. Propter mala quæ patimur, sumus quasi dolentes et mœrore affecti ; sed reverà semper in Domino gaudemus.

Os NOSTRUM.... Apertè et liberè vobis loquor, quia scilicet cor nostrum erga vos expansum est et dilatatum ; quasi diceret : Quia vos ardentissimè diligo, ideò et vobis apertissimè loquor : seu ut cap. 7, v. 4, dicet : *Multa mihi fiducia.*

VERS. 12. — NON ANGUSTIAMINI.... Hoc sequitur ex proximè dictis : quia cor nostrum dilatatum est; ideò non exiguum, sed spatiosum locum habetis in nobis. Loquitur de corde, quasi de domicilio. Spatiosè habitatis in cordibus nostris.

ANGUSTIAMINI AUTEM IN VISCERIBUS VESTRIS, id est, in corde vestro. Amanter objurgat eos, quòd non ita redament eum ; quasi diceret : Cor vestrum angustum est erga nos, et non dilatatum : ideò non spatiosum, sed exiguum locum habemus in eo : seu tenuis est vester affectus in nos. Non est de corde vestro, sicut de nostro ; nec de vestro in nos affectu, sicut de nostro in vos.

VERS. 13. — EAMDEM AUTEM HABENTES.... Græc., *at eamdem compensationem* (ut natis dico) *dilatamini et vos*.... Subauditur κατὰ, *secundùm* eamdem compensationem, amoris, scilicet. Syr., *cæterùm, tanquàm filiis dico, compensate mihi usuras meas, quæ sunt apud vos, et dilatate charitatem vestram erga me.* Id est, parem nobis amoris vicem reddentes, loquor ut filiis, dilatate et vos corda vestra ; seu nos effusè diligite, sicut et vos effusè diligimus.

Sic amet prælatus et studeat amari. Amet, non dominetur : ametur, non timeatur.

Sicut egentes, multos autem locupletantes, tum divinis et cœlestibus, tum terrenis bonis ; colligebat enim Paulus eleemosynas pro pauperibus, maximè Hierosolymitanis.

Tanquàm nihil habentes, et omnia possidentes, quia postquàm reliquerant omnia propter Evangelium, similes erant iis qui nihil habent ; et tamen reverà possidebant omnia, quia omnium piorum ædes eis patebant, omniumque possessiones ad usum eis cedebant. Qui propter regni spem inopiâ laborant, et propter inopiam regnant.

VERS. 11. — *Os nostrum patet ad vos, ô Corinthii*, scilicet ad loquendum liberè vobiscum, et plenè vos instituendos ; q. d.: Non possum silere, et pro salute vestrâ vos non commonefacere ; et quia ex abundantiâ cordis os loquitur, ideò subdit :

Cor nostrum dilatatum est, amore erga vos ; q. d. : Vehementissimè vos amo.

VERS. 12. — *Non angustiamini in nobis*, sed plenè et spatiosè in corde meo habitatis, latissimâ vos cordis charitate complector. Loquitur de corde et animo, quasi domicilio. *Sed angustiamini in visceribus vestris.* Præcordia vestra angusta sunt, ut parùm in eis loci habeam ; q. d. : In amore et benevolentiâ mihi non respondetis ; parùm amoris mihi rependitis.

VERS. 13. — *Eamdem autem habentes remunerationem*, etc., id est, secundùm eamdem remunerationem charitatis dilatamini et vos ; q. d. : Eamdem charitatis mensuram et latitudinem mihi reddite et reponite ; pari mensurâ cor et charitatem vestram in me extendite et dilatate.

VERS. 14. — *Nolite jugum ducere*, participationem et commercium habere *cum infidelibus*, ne sitis jugo copulati cum infidelibus. Jugum ducunt cum infidelibus, qui talem cum illis ineunt societatem, quâ fiat ut in partem illorum declinent, mores eorum et vitia sequentes, juxta illud Psalmi 105 : *Commixti sunt inter gentes, et didicerunt opera eorum.* Hujusmodi verò societas maximè est conjugium.

VERS. 14. — NOLITE JUGUM.... factâ hâc charitatis digressione, quâ primò Corinthiis dixit quòd de se loquatur, non ex philautiâ, seu amore suî, sed ex amicitiâ, seu illorum amore ; secundò, summam erga eos indicavit charitatem suam, ut eos tanquàm sui parùm studiosos, amanter objurgaret ; ubi eorum corda reaccendit, transit ad aliam rem, sed eis, non sibi necessariam. Resumens erga personam et munus legati divini, monet eos omnem cum infidelibus affinitatem fugere.

Ne jungamini eodem jugo cum infidelibus. Hic prohibetur omnis arcta cum infidelibus societas, ex quâ oritur periculum communicandi cum eorum infidelitate, vitiis et moribus : at præsertim prohibetur cum eis matrimonium, quæ est intima et arctissima societas. In primis tamen sex Ecclesiæ seculis tolerata sunt Christianorum cum infidelibus matrimonia, et in concilio Toletano 4, anno 634. Imparitas cultûs facta est impedimentum dirimens. Hujus prohibitionis duas affert rationes. Primam desumit ex inæqualitate et incompatibilitate partium ; quarum una, justitia, lux, Christus, fidelis, templum Dei : altera iniquitas, tenebræ, Belial, infidelis, idolium : res inter se incompatibiles.

VERS. 16. — QUI AUTEM CONSENSUS. Probat quòd christiani sint templum Dei : idque probat ex Levit. 26, 12. Ad litteram hic locus est de tabernaculo, seu templo portatili ; sed allegoricè intelligitur de animâ justi, quæ est quoddam Dei mobile templum.

Quæ enim participatio justitiæ cum iniquitate? id est, justis cum iniquis, puta fidelibus cum infidelibus.

Aut quæ societas luci ad tenebras? q. d. : Lux et tenebræ in eumdem locum aut subjectum convenire simul nequeunt. *Lucem* ergo vocat fideles ; *tenebras* verò infideles.

VERS. 15. — *Quæ autem conventio Christi ad Belial?* id est, consonantia, consensus, concordia. Quod conjugium Christi, qui est omnis disciplinæ, obedientiæ, justitiæ pater, cum *Belial*, id est, diabolo, ejusque asseclis infidelibus ?

Aut quæ pars fideli cum infideli? Pars, id est, participatio seu communio. Quid commune habet fidelis, quòd participet cum infideli ?

VERS. 16. — *Quis autem consensus templo Dei cum idolis?* Quæ consensio seu confœderatio vobis, qui estis templum Dei, cum infidelibus, qui sunt templa idolorum, id est, diaboli, qui in idolis colendum se ingerit? Vult enim dicere non convenire ut fidelis jungatur infideli, sicut non convenit justitiam iniquitati, lucem tenebris, Christum Belial, templum Dei idolis jungi et sociari.

Vos enim estis templum Dei vivi, per fidem, gratiam, sanctitatem. Dicit ipsos fideles Dei veri ac vivi templum esse. Nec ait templa, sed *templum*, ut significet ita singulos esse Dei templa, ut tamen omnes unum Dei templum constituant ; sicut constituunt unum corpus et unam Ecclesiam.

Sicut dicit Deus. Ipsius, inquit, Dei testimonio probamus vos esse Dei templum.

Quoniam inhabitabo in illis, et inambulabo inter eos, et ero illorum Deus, et ipsi erunt mihi populus. Locus est Levit. 26, Ezech. 37. *Inhabitabo in eis*, per gratiam, quâ faciam ut me colant ; *et ambulabo in eis*, varias virtutum actiones quibus me colant, in eis excitando atque operando. *Et ero illorum Deus, et ipsi erunt mihi populus ;* ego me Deum illis præstabo ; et

Vers. 17. — Propter quod exite.... Secundam rationem desumit ex præcepto apud Isai. 52, 11, de fugiendis Babyloniis et eorum immunditiis; quòd hìc ut populum meum eos diligam, protegam, beneficiisque fovebo.

Vers. 17. — *Propter quod exite de medio eorum*, etc.; Isaiæ 52 : *Recedite, recedite, exite inde; pollutum nolite tangere; exite de medio ejus*, scilicet Babylonis. Fidelibus jubet ut infidelium nimia commercia vitent, et *immundum*, id est, immundos infideles non tangant, hoc est, cum eis non conversentur, malis non consentientes.

Vers. 18. — *Et ego recipiam vos*, scilicet de medio infidelium exeuntes; q. d. : Non eritis desolati, si malam infidelium societatem reliqueritis; nam ego vos, ut dilectos et amicos meos beneficiis fovebo; relictâ adaptat. Si hoc Deus Judæis præcepit; quantò magis et christianis, qui sunt Judæis multò sanctiores.

Vers. 18. — Et ego recipiam vos; Jeremiæ 31, 1 et 9; in paternam amicitiam.

seculi consolatione, transibitis in amicitiam meam, et bonorum meorum participationem.

Et ero vobis in patrem, et vos eritis mihi in filios et filias. Promissio est adoptionis filiorum novi Testamenti, quâ Deus sic aliquos in suam recipit amicitiam et gratiam, ut per eam efficiantur divinæ consortes naturæ, et per hoc cœlestium bonorum hæredes ac participes. Id enim est esse Dei filium per adoptionem.

Dicit Dominus omnipotens. Addit Domino epitheton omnipotentiæ, ne de promissione ejus adimplendâ quis dubitet.

Corollarium pietatis, seu in hoc capite ad pietatem maximè notanda, et ad praxim redigenda.

1° Omnis et quilibet christianus attendat ad infinitam Dei in illum misericordiam, quâ res ab æterno sic ordinavit, ut in tempore Christi, et in medio christianismi nasceretur.

Tempus Christi, christianismus, tempus est gratiæ, dies est salutis et æternæ vitæ. In hoc ergo tempore nasci, quanta gratia! Vide v. 2. Quomodò huic gratiæ debeamus respondere; vide ibidem. Caveamus ne in vacuum tantam gratiam receperimus, v. 1. Quis in vacuum eam recipiat, v. 1.

2° Omnis Dei minister à D. Paulo discat qualis esse debeat. Quæ vitia fugere, v. 3. Quas virtutes sectari, v. 4, 5, 6. Qualiter suum peragere ministerium, v. 7, 8, 9. Apostolicum autem vivendi modum ita legat in versibus 3, 4, 5, 6, 7, 8, 9, 10, ut suum cum illo comparans, pudore afficiatur, suumque corrigat.

3° Omnis prælatus et pastor discat à divo Paulo paterna in suos subditos habere viscera; illos diligant ut filios, et ab eis amari velint ut patres, v. 11, 12, 13.

CAPUT VII.

1. Has ergo habentes promissiones, charissimi, mundemus nos ab omni inquinamento carnis et spiritûs, perficientes sanctificationem in timore Dei.

2. Capite nos. Neminem læsimus, neminem corrupimus, neminem circumvenimus.

3. Non ad condemnationem vestram dico : prædiximus enim, quod in cordibus nostris estis, ad commoriendum et ad convivendum.

4. Multa mihi fiducia est apud vos, multa mihi gloriatio pro vobis; repletus sum consolatione, superabundo gaudio in omni tribulatione nostrâ.

5. Nam et cùm venissemus in Macedoniam, nullam requiem habuit caro nostra, sed omnem tribulationem passi sumus : foris pugnæ, intùs timores.

6. Sed qui consolatur humiles, consolatus est nos Deus in adventu Titi.

7. Non solùm autem in adventu ejus, sed etiam in consolatione, quâ consolatus est in vobis, referens nobis vestrum desiderium, vestrum fletum, vestram emulationem pro me, ita ut magis gauderem.

8. Quoniam etsi contristavi vos in epistolâ, non me pœnitet; etsi pœniteret, videns quòd epistolâ illa (etsi ad horam) vos constristavit;

9. Nunc gaudeo : non quia contristati estis, sed quia contristati estis ad pœnitentiam. Contristati enim estis secundùm Deum, ut in nullo detrimentum patiamini ex nobis.

10. Quæ enim secundùm Deum tristitia est, pœnitentiam in salutem stabilem operatur; seculi autem tristitia mortem operatur.

CHAPITRE VII.

1. Ayant donc reçu de telles promesses, mes très-chers frères, purifions nous de tout ce qui souille le corps et l'esprit, achevant l'œuvre de notre sanctification dans la crainte de Dieu.

2. Donnez-nous une place dans votre cœur. Nous n'avons fait tort à personne; nous n'avons corrompu personne; nous n'avons pris le bien de personne.

3. Je ne vous dis pas ceci pour vous condamner, puisque je vous ai déjà dit que vous êtes dans mon cœur à la mort et à la vie.

4. Mais je vous parle avec une grande liberté. J'ai grand sujet de me glorifier de vous; je suis rempli de consolation, je suis comblé de joie parmi toutes mes souffrances.

5. Car étant venus en Macédoine, nous n'avons eu aucun relâche selon la chair, mais nous avons toujours eu à souffrir, combats au dehors, frayeurs au dedans.

6. Mais Dieu, qui console les humbles et affligés, nous a consolés par l'arrivée de Tite;

7. Et non seulement par son arrivée, mais encore par la consolation qu'il a lui-même reçue de vous, m'ayant rapporté l'extrême désir que vous avez de me revoir, la douleur que vous avez ressentie, l'ardente affection que vous me portez, ce qui m'a été une augmentation de joie.

8. Car encore que je vous aie attristés par ma lettre, néanmoins je n'en suis point fâché, quoique je l'aie été auparavant, en voyant qu'elle vous avait attristés pour un peu de temps;

9. Maintenant j'ai de la joie, non de ce que vous avez eu de la tristesse, mais de ce que votre tristesse vous a portés à la pénitence. La tristesse que vous avez eue a été selon Dieu; et ainsi la peine que nous vous avons causée ne vous a été nullement désavantageuse.

10. Car la tristesse qui est selon Dieu, produit pour le salut une pénitence stable; mais la tristesse de ce monde produit la mort.

11. Ecce enim hoc ipsum, secundùm Deum contristari vos, quantam in vobis operatur sollicitudinem; sed defensionem, sed indignationem, sed timorem, sed desiderium, sed æmulationem, sed vindictam; in omnibus exhibuistis vos incontaminatos esse negotio.

12. Igitur, etsi scripsi vobis, non propter eum qui fecit injuriam, nec propter eum qui passus est; sed ad manifestandam sollicitudinem nostram, quam habemus pro vobis

13. Coram Deo; ideò consolati sumus: in consolatione autem nostrâ, abundantiùs magis gavisi sumus super gaudio Titi, quia refectus est spiritus ejus ab omnibus vobis.

14. Et si quod apud illum de vobis gloriatus sum, non sum confusus; sed sicut omnia vobis in veritate locuti sumus, ita et gloriatio nostra, quæ fuit ad Titum, veritas facta est.

15. Et viscera ejus abundantiùs in vobis sunt: reminiscentis omnium vestrùm obedientiam; quomodò cum timore et tremore excepistis illum.

16. Gaudeo quòd in omnibus confido in vobis.

11. Considérez donc combien cette tristesse selon Dieu, que vous avez ressentie, a produit en vous, non seulement de soin et de vigilance sur vous-mêmes, mais de satisfaction envers nous, d'indignation contre cet incestueux, de crainte de la colère de Dieu, de désir de nous revoir, de zèle pour vous défendre, d'ardeur à venger ce crime; vous avez fait voir, par toute votre conduite que vous étiez purs et irréprochables dans cette affaire.

12. Car lorsque nous vous avons écrit, ce n'est ni à cause de celui qui a fait l'injure, ni à cause de celui qui l'a soufferte; mais pour vous faire connaître le soin que nous avons de vous

13. Devant Dieu. C'est pourquoi nous avons été consolés: et outre la consolation que nous en avons reçue, notre joie s'est encore beaucoup augmentée par celle de Tite, voyant que vous avez tous contribué au repos de son esprit;

14. Et que si je me suis loué de vous, en lui parlant, je n'ai point eu sujet d'en rougir; mais qu'ainsi que nous ne vous avions rien dit que dans la vérité, aussi le témoignage avantageux que nous avions rendu de vous à Tite, s'est trouvé conforme à la vérité.

15. C'est pourquoi il ressent dans son cœur un redoublement d'affection envers vous, lorsqu'il se souvient de l'obéissance que vous lui avez tous rendue, et comment vous l'avez reçu avec crainte et tremblement.

16. Je me réjouis donc de ce que je puis me promettre tout de vous.

ANALYSIS.

℣ 1. *Ex Dei promissione nobis in fine capitis sexti factâ, quòd Dei templa, imò filii simus; concludit Apostolus quòd omnem debemus horrere corporis et animæ immunditiam: et è contra debemus omni studere sanctitati, nostram sanctificationem in Baptismo inchoatam perficientes per bona opera, in filiali timore Dei facta.*

℣ 2. *Paucis multa conficit: ad suam enim apologiam rediens, Corinthios rogat, ut eum in suo corde collocent, seu in amicitiam recipiant. Modestè autem supprimens ingentia quæ in eos contulit beneficia, ob quæ meritò posset eorum amicitiam exigere; ipsis tantùm allegat, quòd nulli eorum fecerit injuriam, neminem corruperit, neminem fraudaverit: quibus verbis pseudoapostolorum vitia notans, indicat Corinthiis, quòd se potiùs quàm illos debeant diligere.*

℣ 3 *et* 4. *Mirâ charitatis arte, tria simul præstat.* 1° *tenit quod v.* 2 *dixit;* 2° *sibi conciliat amicitiam, quam postulat, cordis sui in Corinthios effusione;* 3° *sibi transitum parat ad id quod dicturus est de gaudio, quod ex eorum emendatione percepit.*

℣ 5. *Antequàm hoc suum gaudium explicet; exaggerat mala quæ recens in Macedoniâ passus est, intùs et foris. Magna fuit tribulatio: at majus gaudium.* 1° *ob adventum Titi, Paulo charissimi, v.* 6; 2° *ob consolationem, quam Titus habuit apud Corinthios ex eorum pœnitentiâ, et quam Paulo communicavit, hanc eorum illi referens pœnitentiam, v.* 7. *Hinc v.* 8 *et* 9, *Paulum non pœnitet scripsisse; imò Paulus gaudet, non de Corinthiorum tristitiâ, sed de eorum pœnitentiâ, quia secundùm Deum.*

℣ 10, 11, etc. *Hujus salutaris pœnitentiæ signa et effectus refert: propter quæ consolatur Paulus; ipsius consolatio augetur Titi consolatione.*

℣ 15 *et* 16. *Titus Corinthios teneriùs diligit; et de ipsis gaudet Paulus, quòd optima quæque potest in posterum ab illis expectare.*

PARAPHRASIS.

1. Igitur, ut tam præclaris digni simus promissionibus, mundemus nos ab omni sorde carnis, ab omni labe mentis: sanctitatem in Baptismo acceptam, per castum Dei timorem, in nobis perficientes.

2. Amate nos, et in vestris cordibus collocate.

Neminem læsimus, neminem falsâ doctrinâ corrupimus, nihil à quopiam extorsimus; vestrâ ergo amicitiâ non sumus indigniores; quàm qui talia perpetrant apud vos.

3. Hæc non dico, vos condemnans, sed vos diligens; etenim, ut jam dixi vobis, vos estis in cordibus nostris, sicque vos diligimus, ut æquè parati simus pro vobis et vobiscum mori, ac vivere.

4. Vobis liberè loquor, quia magna mihi fiducia in vobis, magna mihi et frequens apud alios de vobis, tanquàm mihi addictis, gloriatio: repletus sum ob vos consolatione; imò abundo et superabundo gaudio; ita ut omnium tribulationum nostrarum molestiam superet, illiusque sensum in nobis exstinguat hoc de vobis gaudium.

5. Non sine causâ tribulationes commemoro. Etenim cùm in Macedoniam venissemus, nulla corpori nostro data est à laboribus relaxatio: sed undique pressi sumus: foris, apertis persecutionibus, intùs, timoribus malorum, quibus erat præcavendum.

6. Sed Deus, afflictorum et maximè humilium consolator, nos consolatus est per adventum Titi nobis charissimi, et tamdiù à nobis expectati.

7. Non solùm autem per adventum Titi nos Deus consolatus est, sed etiam per consolationem, quam Titus ipse à vobis recepit, et quam in nos refudit, referens nobis vestrum vos emendandi desiderium; vestrum de peccatis vestris fletum et dolorem; ferventem vestrum erga me amorem, zelumque me tuendi contra obtrectatores : ita ut, his auditis, magis gavisus sim, quàm antea fueram contristatus de vestrâ mœstitudine.

8. Certè etsi vos contristavi per priorem Epistolam meam, cognito nunc hujus tristitiæ fructu, non me pœnitet, quanquàm antea pœnituerit; quia videbam quòd Epistola illa magnam vobis intulerat tristitiam, licèt ad horam tantùm duraturam.

9. Nunc gaudeo, non quia mœsti fuistis, sed quia per mœstitiam illam pervenistis ad pœnitentiam : contristati enim estis ob offensam Dei, unde meliores effecti estis; tantùm abest ut ullum à nobis detrimentum passi sitis.

10. Illa enim tristitia quæ ex amore Dei est, et Deo placita, parit pœnitentiam stabilem et salutarem; tristitia verò quæ ex amore seculi est, mortem gignit æternam.

11. Ecce hoc ipsum in vobis videre est; etenim hæc vestra secundùm Deum tristitia, quantam in vobis peperit sollicitudinem, non solùm, sed et satisfactionem, quâ vosmetipsos purgâstis; non solùm, sed et indignationem adversùs incestuosum; non solùm, sed et timorem, ne quid tale deinceps contingat; non solùm, sed et desiderium Deo satisfaciendi; non solùm, sed et zelum et ardorem in flagitiosos; non solùm, sed et vindictam, quâ punistis sceleratum? Uno verbo, his omnibus declaràstis vos puros et insontes esse in hoc negotio.

12. Proinde quod vobis hâc de re scripsi, non scripsi ejus tantùm gratiâ, qui peccaverat, ut ejus saluti consulerem; nec propter eum in quem peccatum est, ut satisfactionem illi providerem : sed etiam et præcipuè, ut meam erga vos omnes coram Deo pastoralem sollicitudinem manifestarem; ne scilicet unius aut alterius lues totam Ecclesiam inficeret.

13. Idcircò, cognito successu, consolationem accepimus; at hæc nostra consolatio accrevit, fuitque multò uberior ob gaudium Titi; seu quod à vobis Titus secum attulit, mihique communicavit; ex eo quòd per vos omnes recreatus fuerit animus ejus.

14. Unde fit, ut si quid Tito, de vestro in me affectu glorians dixi; non sim pudefactus : sed sicut quæcumque vobis dixi, vera comperistis; sic et Titus vera comperit, quæ ipsi dixeram gloríans de vobis.

15. Hinc et amor illius in vos major et tenerior est, dùm recordatur quâ promptitudine illi, mandata mea perferenti, obedivistis; quantâ cum reverentiâ ac timore illum ad vos venientem excepistis.

16. Gaudeo certè vos tales mihi compertos esse, ut nihil sit boni quod à vobis non possim expectare.

COMMENTARIA.

Vers. 1. — Has ergo... Conclusio sequens ex dictis in fine cap. 6, v. 16, 17, 18.

Habentes promissiones, scilicet, nos fore templa Dei, et Deum in nobis habitaturum; nos fore Dei filios et filias, et Deum nobis fore Patrem.

Mundemus nos, scilicet, per pœnitentiam et per fugam peccati.

Ab omni inquinamento carnis et spiritus, id est, ab omnibus sordibus peccati, seu carnalis, v. g., gulæ, luxuriæ, etc.; seu spiritualis, v. g., superbiæ, invidiæ, etc. Templum Dei sumus, cap. 6, v. 16, templum autem Dei decet munditiis et sanctitudo. Itaque videte ne Dei templum quocumque peccato profanetis : è contra templum Dei ornate, munditiâ et sanctitate. Filii Dei sumus : sancti ergo sitis, sicut et Pater noster sanctus est.

Perficientes, scilicet, per bona opera, sanctificationem nostram. In Baptismo sanctificati fuimus : et corpus nostrum et anima nostra sanctificata sunt. Hæc autem sanctificatio, quæ in Baptismo inchoata est, toto vitæ tempore perficienda est bonis operibus.

In timore Dei, filiali, scilicet, seu in amore, et cum amore factis. Timor filialis, non tantùm initium, sed et perfectio veræ sanctitatis. Omnis ergo christianus, quia Dei templum et Dei filius, debet omne, seu carnale, seu spiritale peccatum horrere, fugere, detestari : sed hoc ei non sufficit. Debet præterea toto vitæ tempore sanctitati vacare, inchoatam in Baptismo sanctificationem suam, bonis operibus in charitate et ex charitate factis perficere. Quantò magis sacerdos christianus, qui per consecrationem est quasi Christi pater, et in quo quotidiè Christus per Sacramentum habitat etiam corporaliter; quantò magis, inquam, debet quodlibet horrere peccatum, et eminentiori studere sanctitati! *Mundamini qui fertis vasa Domini;* Isai. 52.

Vers. 2. — Capite nos. Hâc conclusione ex proximè dictis deductâ, Apostolus ad suam apologiam redit;

Vers. 1. — *Has ergo habentes promissiones, charissimi*, nimirùm, Christianos fore templa Dei, ejusque filios et filias, atque habituros Deum in se habitantem et inambulantem, uti præcessit.

Mundemus nos ab omni inquinamento carnis et spiritûs. Hinc theologi sumunt divisionem peccati in *carnale*, quod versatur circa objectum carnale, facitque hominem quasi bestiam, uti est gula, libido, ebrietas; et *spirituale*, quod versatur circa objectum spiritale, facitque hominem quasi dæmonem, ut est ira, superbia, invidia.

Perficientes sanctificationem in timore Dei, perficientes quotidiano profectu sanctitatem in baptismo inchoatam; quia nimirùm sanctitas consistit in munditiâ carnis et spiritûs, inquinamento utriusque jam dicto contrariâ. *Perficientes*, inquam, in timore, id est, per timorem Dei, cujus scilicet templum sumus.

Vers. 2. — *Capite nos*, id est, amplexamini nos lætis visceribus charitatis, sicut ego vicissim toto vos animo complector. Ita Theoph. S. Thomas exponit *capite nos* per imitationem.

Neminem læsimus, injuriâ affecimus. *Neminem corrupimus*, quod fit per malæ vitæ exempla. *Corrumpunt bonos mores colloquia prava.*

Neminem circumvenimus, neminem fraudavimus, nullius rem extorsimus, vel vi aut fraude occupavimus.

et alludens ad id quod v. 12 dixit : *Dilatamini et vos*, ait :

Capite nos, id est, recipite nos in cordibus vestris : seu, ut ait Ambrosius, capaces estote nostri. Verbum Græcum significat receptionem locati in loco, quasi diceret : Locate nos in cordibus vestris; concedite nobis locum in eis non arctum, sed amplum : ideò, *dilatamini et vos*.

Capite nos, id est, amate nos ; quanquàm non dixit, amate, sed quod miserationem redolebat : *Capite*. Quisnam nos, inquit, à vestris mentibus abegit ? quis ejecit ? quid causæ est, quamobrem in vobis coarctemur? *Capite nos ;* atque hâc rursùs ratione ipsos ad se pertrahit ; D. Chrysostomus.

Neminem læsimus... Vidisti charitatis Paulinæ flammam et ardorem in verbo ; Capite nos, amate nos. Hic observa modestiam et prudentiam ejus. Non enarrat sua in eos beneficia, ob quæ deberent eum amare ; sed his, modestiæ causâ, suppressis *neminem*, inquit, *læsimus*, id est, nihil fecimus ob quod à vobis minùs amemur. Hoc quidem modestè dicit, sed et prudenter ; ut et minùs molestiæ habeat oratio, et acriùs tamen feriat, ait D. Chrysostomus. Quasi diceret : Si neminem læsi, cur ergo à multis minùs diligor, et minùs diligor, quàm qui vos lædunt. Notat hic pseudoapostolos, suosque mores innocuos vitiosis illorum moribus opponit.

Neminem læsimus. Græc., *injuriâa ffecimus*. Syr., *in neminem injiquè egimus*.

Neminem corrupimus, falsâ doctrina, aut malo exemplo.

Neminem circumvenimus, id est, neminem fraudavimus, res illius dolo, vel arte extorquentes. *Neminem deprædati sumus*, ait Arab. versio. Cur ergo minùs à vobis diligimur, quàm qui talia perpetrant apud vos ? Hoc Corinthios arguit injustitiæ; qui falsos doctores, corruptores et dolosos raptores, pluris faciebant quàm apostolos, veritatis doctores, et sanctitatis magistros et exempla. Et hanc dicti asperitatem, licèt non apertam, sentiens Apostolus, sermonem suum temperat.

Vers. 3. — Non ad condemnationem... Ne exacerbet eos, quos vult demulcere, corrigit, aut saltem lenit, quod dixit. Non averso animo, vobis hæc dico, et ut condemnem ; sed ex charitate, et quia diligo : etenim jam pluries dixi vobis : *Vos estis in cordibus nostris*, cap. 6, v. 11 ; cap. 3, v. 32 ; vosque ita diligo, ut vobiscum, et pro vobis æquè paratus sim et mori et vivere. Vide cap. 12, v. 15 : *Libentissimè impendar et superimpendar*.

Vers. 3. — *Non ad condemnationem vestram dico*, quasi damnem, culpem et arguam vos talia de me suspicari, quòd scilicet aliquem læserim, aut circumvenerim. Ita Anselmus.

Prædiximus enim quòd in cordibus nostris estis, ad commoriendum, et ad convivendum ; q. d. : Ita vos amo, ut vobiscum et pro vobis mori et vivere paratus sim.

Vers. 4. — *Multa mihi fiducia est apud vos*, id est, ita benè de vobis sentio, ut cum magnâ fiduciâ et sermonis libertate vobiscum agam, vosque etiam admoneam, confidens vos benignè ac placidè meas admonitiones et increpationes accepturos.

Vers. 4. — Multa mihi fiducia... Hæc dicit, tum ut excuset suam cum eis loquendi libertatem, tum et ut hâc sui cordis apertione et effusione, eorum corda dilatet ; sibique eorum amicitiam conciliet, quam ab eis postulat : tum denique ut molliorem transitum sibi faciat ad gaudium, de quo v. 6 dicturus est ob eorum emendationem. Sanctà ergo et mirâ arte tria simul præstat : excusat, dilatat, transit.

Magna mihi fiducia in vobis. De vestrâ amicitiâ multùm confido ; hinc vobis liberè loquor.

Multa mihi gloriatio pro vobis, id est, de vobis : seu multùm et sæpè de vobis apud alios glorior.

Repletus sum consolatione, à vobis emanante, ob vestram emendationem, de quâ brevì.

Superabundo gaudio ; non tantùm plenus sum, sed abundo ; non tantùm abundo, sed superabundo gaudio : ita ut gaudium super omnem tribulationum nostrarum tristitiam, licèt magnam, prævaleat, illiusque sensum exstinguat in me.

Notanda ad intelligentiam.

Hæc apostolica verba miram mihi redolent charitatem, quâ Paulus Corinthiorum pater, inexplicabili filiorum suorum salutis siti flagrans ; eorum sibi benevolentiam, amicitiam, fiduciam, sollicitè et ardenter curat ; ut illorum sanationem perficiat ; et sanctificationem absolvat. *Multa mihi fiducia...* suum eis cor aperit ut et ipsi suum aperiant ; confidit, ut confidant. *Multa mihi gloriatio...* existimat, pluris facit illos ; gloriatur de illis, sicut pater de filiis sapientibus : ut et ipsi suum patrem æstiment, venerentur, eique obediant. *Repletus sum... superabundo gaudio...* Ob illorum emendationem exuberat gaudio ; ut alacriùs et constantiùs in pœnitentiâ perseverent ; suâque in bono perseverantiâ, patrem et apostolum suum, sibi charissimum, lætitiâ perfundant.

Notandum ad mores.

Ab hoc apostolicæ charitatis exemplo discat omnis ecclesiasticus superior, summam erga suos inferiores exhibere charitatem ; multam illis fiduciam testari ; suam de eorum virtutibus existimationem, ubi opus est, manifestare. Caveat maximè ne subditi putent se non diligi, non curari, non æstimari ; hinc enim schismata. Curet è contra ut sciant se suo superiori esse cordi, curæ, existimationi ; hinc unio, pax. Propterea Pauli secutus exemplum, confidat ; ut et ipsi confidant. *Multa mihi fiducia.* Glorietur, ut et ipsi glorientur. *Multa mihi...* Gaudeat de eorum virtutibus, ut in bono perseverent. At hæc, sicut in Apostolo, sincera sint, non hypocritica ; ex charitate nascantur, non ex

Multa mihi gloriatio pro vobis, de vobis : id est, multùm ac sæpè apud alios de vobis ac vestri nomine glorior, prædicans obedientiam vestram erga me apostolum et patrem vestrum.

Repletus sum consolatione, id est, maximum solatium super malis quæ passus sum, attulit mihi vestra correctio, per Titum annuntiata.

Superabundo gaudio in omni tribulatione nostrâ, id est, in omnibus afflictionibus et pressuris quæ mihi tristitiam afferunt, tam exuberanti gaudio à vobis profecto perfusus sum, ut omnem tristitiam exstinxerit.

cupiditate, seu ex philautiâ. His sinceræ charitatis indiciis, superior suos inferiores sibi devinciet, illorum sibi fiduciam conciliabit; sibi autem fidentes, et fiduciaiter secum agentes, pacificè reget, in charitate perficiet et sanctificabit.

Vers. 5. — Nam et cum venissemus... Antequàm suum eis explicet gaudium, exponit quæ et quanta fuerit tribulatio, quam recens passus est, et quam tetigit in v. 4. Narrat ergo adversa quæ in Macedoniâ recenter passus est, eaque exaggerat; ut clariùs pateat quantum sit illud gaudium, quod tot et tantorum malorum tristitiæ prævalet. Nam post acerbam tribulationem, quæ nobis in Asiâ facta est, de quâ cap. 1, v. 8, cùm hinc Epheso pulsi venimus in Macedoniam.

Nullam requiem, aut relaxationem habuit caro nostra, seu corpus nostrum. Caro requiem non habuit, sed habuit spiritus. Spiritus enim requievit in spe futuræ retributionis, dùm caro laboraret in dolore præsentis afflictionis, ait S. Anselmus. Anima Pauli invincibilis erat, ait Theophylactus. Renovatur de die in diem, ut dixit ipse Paulus, cap. 4, v. 16.

Sed omnem tribulationem... Græc., *sed in omnibus afflicti*, supple fuimus, sed potiùs omne genus afflictionum experti sumus.

Foris pugnæ, extra nos, apertas sustinuimus ab infidelibus persecutiones.

Intus timores, in corde timores novarum et secretarum persecutionum, quibus præcavendum erat et hic sensus videtur naturalior. Vel timores, ne fides impedimentum, aut scandalum pateretur, ait Primasius à Fromondo citatus. Vel ne qui nuper erant conversi, deficerent, ait S. Anselmus, qui etiam sic interpretatur : Foris pugnæ, ab apertis inimicis. Intùs timores, à falsis fratribus. Sic et Ecclesia, addit idem sanctus, semper habet inimicos et quos ferat foris, et quos gemat intùs ; foris faciliùs evitabiles, intùs difficiliùs tolerabiles. Sunt enim falsi fratres, sunt mali filii, et tamen filii ; qui non contra nos blasphemant Christum : sed nobiscum adorant Christum, et in nobis persequuntur Christum, sicut Absalon patrem suum. De his est timor in Ecclesiâ, ne cæteros ad imitationem suî pertrahant : valdè enim periculosum est infirmis habitare cum talibus; hùcusque D. Anselmus. Nota quòd Lucas, in Act. apost., cap. 20, meminit quidem hujus itineris in Macedoniam, sed nullam hujus tribulationis facit mentionem ; unde colligitur quòd multa fecit et passus est D. Paulus, quæ D. Lucas non retulit.

Vers. 5. — *Nam et cùm venissemus in Macedoniam, nullam requiem habuit caro nostra.* Tanta mala repentè nobis excitata sunt ab adversariis, ut carni, id est, corpori nostro, quod sine fomentis et requiete diù subsistere nequit, nulla daretur relaxatio, nulla requies.

Sed omnem tribulationem passi sumus ; undique tribulationes irruebant in nos.

Foris pugnæ, intùs timores. Exteriùs erat nobis pugnandum cum hostibus Evangelii ; interiùs verò, id est, in animo patiebamur timores novarum persecutionum.

Vers. 6. — Sed qui consolatur humiles... Grande quidem fuit illud malum, quod et foris et intùs passi sumus, sed prævaluit gaudium. Nam Deus afflictorum, et maximè humilium consolator, nos consolatus est per adventum Titi, à vobis ad me reversi, et mihi de vobis bona et gratissima nuntiantis. Titum D. Paulus miserat ad Corinthios, ut per eum cognosceret quid apud eos operata esset prior Epistola, quam ad eos scripserat ; hinc cap. 2, v. 13, Titum Paulus Troade quæsierat ; et eo ibi non reperto, transiit in Macedoniam, nolens ire Corinthum, antequàm hujus Ecclesiæ statum cognovisset. Titus ergo D. Paulo charissimus, et ab eo diù et sollicitè expectatus, Corintho tandem advenit ad Paulum, eique Corinthiorum emendationem narrat. Hinc Apostolo magna consolatio, et quòd Titus redierit, et quòd Corinthii resipiscant.

Vers. 7. — Non solum autem ..., id est, non solùm autem per adventum Titi, quem vehementer optabam, nos Deus consolatus est ; sed etiam per consolationem, quam ipse Titus de vobis accepit, et quam in nos refudit.

Referens nobis vestrum desiderium. Syr., *vestram charitatem erga nos.* Ipse enim nobis annuntiavit vestrum mei videndi desiderium ; seu quanto ardore nos videre cupiebatis. S. Anselmus ait, *vestrum de emendatione desiderium.* D. Thomas : *Vestrum desiderium de proficiendo in meliùs.*

Vestrum fletum, ob peccata vestra, vel ob meam in vos stomachationem, ait D. Chrysostomus.

Vestram æmulationem pro me, id est, ferventem erga me amorem vestrum, zelum me et collegas meos tuendi contra obtrectatores.

Ita ut magis gauderem. Syr., *quæ cùm audirem, gaudii plurimùm habui.* Juxta hanc versionem, quam multi sequuntur, *magis*, ponitur pro *maximè ;* et explicatio hæc simplicior videtur. Qui verò sumunt *magis*, comparativè ; hi secundùm diversos respectus comparationis, diversimodè explicant. Vel per respectum ad superiora. Ita ut magis gauderem de vestrâ correctione quam dolebam de nostrâ tribulatione, ita D. Anselmus. Vel ita ut consolatio Titi auxerit meum de ejus adventu gaudium : ex præsentiâ Titi exhilaratus, magis gavisus sum, quia talia mihi de vobis nuntiavit, ait Theophylactus.

Per respectum ad sequentia ; ita ut his auditis magis gavisus sim, quàm antea fueram ob vestra delicta contristatus. (*Et si pœniteret.*)

Vel ita ut ex auditis majus perciperem gaudium quàm fuerat dolor, senseram ex eo quòd vos in Epi-

Vers. 6. — *Sed qui consolatur humiles*, etc., quia Titus Corintho reversus, bona de statu Corinthiorum annuntiabat.

Vers. 7. — *Non solùm autem in adventu ejus*, vestram correctionem annuntiantis.

Sed etiam in consolatione, quâ consolatus est in vobis, consolationem accepit Titus in vobis. *Referens nobis vestrum desiderium*, emendationis.

Vestrum fletum, pro peccatis pœnitentiam. *Vestram æmulationem pro me*, quâ scilicet me, meumque honorem et apostolatum zelatis contra obtrectatores tueri et propugnare. *Ita ut magis gauderem.* Apostolus,

stolâ contristâssem. (*Quoniam etsi contristavi.*)

Vers. 8. — Quoniam etsi contristavi vos..... Hinc occasionem accipit excusandi se, quòd in Epistolâ suâ graviùs eos increpaverit; et tristitiæ, quam illis causavit, utilitatem ostendit. Certè, etsi vos, per priorem meam Epistolam, contristavi, vos in eâ duriùs increpans, nunc cognito hujus tristitiæ fructu, non me pœnitet.

Etsi pœniteret, id est, etsi pœnituerit aliquantulùm, ante adventum Titi, cùm adhùc incertus essem de operato Epistolæ meæ successu, pœnitebat me vos contristâsse. Non pœnituit Paulum scripsisse : quia et Dei spiritu afflatus scripsit; et id postulabat Ecclesiæ Corinthiacæ status. Sed ipsum pœnituit de aliquo Epistolæ suæ effectu, scilicet de tristitiâ, quam causavit filiis suis. Non secùs ac pater condolet dolori, quem filio, per reprehensionem aut castigationem causavit. Hoc explicat sequentibus verbis.

Videns quod epistola illa..... Pœnituit; quia patebat quòd Epistola illa magnam vobis intulerat tristitiam, licèt ad tempus tantùm duraturam.

Nota quòd in nostrâ Vulgatâ, hæc verba, *videns quòd Epistola illa*...jungantur immediatè præcedentibus, ita ut causam significent, cur Paulum pœnituerit; quia patebat *quòd Epistola illa*..... In Græco autem, ubi post hæc verba; *etsi pœnitebat*, finitur periodus; et nova inchoatur, per hæc verba, *videns*, seu, video quòd, datur ratio cur Paulum non pœniteat : *Non me pœnitet, quia video* quòd ad breve tempus vos contristavit.

Vers. 9. — Nunc gaudeo..., non quia mœsti fuistis, licèt ad horam tantùm; sed quia per mœstitiam illam pervenistis ad pœnitentiam. Non vestra tristitia, sed pœnitentia vestræ tristitiæ fructus, mihi gaudium peperit. Sicut medicus non gaudet de amaritudine, sed de effectu, scilicet de sanitate, ait D. Thomas.

Contristati enim estis secundum Deum, id est, juxta Dei voluntatem et beneplacitum : scilicet ob offensam Dei.

Ut in nullo... ita ut nullum ex nobis detrimentum passi sitis, seu ob nostram correctionem; quinimò lucrum maximum feceritis; meliores enim effecti estis; Deique gratiam recuperâstis.

auditis iis quæ Titus referebat, majus gaudium ex eis cœpit, quàm fuerat dolor quem perceperat ex eo quòd Corinthios suâ Epistolâ contristâsset.

Vers. 8. — *Quoniam et si contristavi vos in Epistolâ, non me pœnitet :* non doleo me ea scripsisse quæ vos contristarent, postquàm Titus à vobis reversus annuntiavit quem fructum peperit in vobis illa nostra severior objurgatio.

Etsi pœniteret, videns quòd Epistola illa (*etsi ad horam*) *vos contristavit*, tamen profuit vobis, vosque commovit ad agendam pœnitentiam, quæ vobis jugem conscientiæ pacem et lætitiam conciliavit.

Vers. 9.—*Nunc gaudeo, non quia contristati estis, sed quia constristati estis ad pœnitentiam;* q. d.: Non gaudeo de tristitiâ vestrâ, sed de fructu tristitiæ, qui est pœnitentia seu correctio vestra. *Contristati enim estis secundùm Deum*, id est, tristitiâ procedenti ex amore Dei et justitiæ quam Deus præcipit; non autem ex amore seculi, quam statim post vocat *seculi tristitiam*. Etenim qualis amor est, talis et tristitia.

Vers. 10. — Quæ enim secundum Deum... Nota cum D. Thomâ, quòd omnis tristitia ex amore causatur; tristatur enim quis, quia caret eo quod amat. Qualis ergo amor, talis et tristitia. Est autem duplex amor; unus, quo Deus diligitur; et ex hoc oritur tristitia secundùm Deum : alius, quo seculum amatur; et ex hoc causatur tristitia seculi. Tristitia ergo secundùm Deum, est tristitia ex amore Dei orta, ob Deum offensum. Et hæc tristitia parit pœnitentiam. Est quidem pœnitentia, quia dolor de peccato ob Deum sicque contritio est. Et parit pœnitentiam, scilicet actus satisfactorios pœnitentiæ, quos versiculo sequenti refert Apostolus.

In salutem stabilem. Græc., *haud pœnitendam*, id est, quæ pœnitentia est causa salutis æternæ et nunquam pœnitendæ. Vel parit pœnitentiam stabilem et salutarem. Seculi autem tristitia, seu de secularibus amissis, de opibus, honoribus, et ex cupiditate orta, mortem parit æternam. Supponitur amor immodicus et mortalis. Charitas, animæ vita, vitam parit æternam. Cupiditas, mors animæ, mortem parit æternam. Itaque per seculi tristitiam, eam intelligit quæ mœrentibus detrimentum affert, ait D. Chrysostomus; nam mœror ad peccata duxtaxat utilis est. Quod hinc liquidò perspici potest : etenim qui ob amissas opes in mœrore est, incommodum acceptum, hâc ratione non resarcit : qui ob alicujus mortem, ob morbum, etc., mœrore discruciatur; jacentem non excitat, morbum non repellit, imò auget, etc. Atqui ob peccata in mœrore est, is solus è mœrore fructum capit : peccata enim absumit ac delet. Quoniam enim medicamentum istud ad hoc tantùm comparatum est : idcircò hic etiam duntaxat vim habet, utilitatemque suam exerit; in aliis rebus non modò non juvat, sed etiam obest, divus Chrysostomus. Hùcusque :

Vers. 11. — Ecce enim hoc ipsum....., hoc ipsum, scilicet, quod tristitia secundùm Deum, pœnitentiam pariat salutarem, in vobismetipsis videte.

Quantam enim hæc vestra secundùm Deum tristitia, peperit in vobis sollicitudinem ! Græc., *studium*. Syr., *sedulitatem;* scilicet vos emendandi, Deum placandi, scandalosos corrigendi.

Sed, subintellige, non solùm; *sed*, vel imò.

Ut in nullo detrimentum patiamini ex nobis, qui vobis causa tristitiæ fuimus, cùm ea tristitia vobis fuerit admodùm salutaris.

Vers. 10.— *Quæ enim secundùm Deum tristitia est, pœnitentiam in salutem stabilem operatur*, id est, efficit pœnitentiam esse salutarem; velut si dicam : Homo studiosus efficit hominem doctum; et sobrius, sanum : ut perspicuus sensus sit, tristitiam, quæ est secundùm Deum, causam esse salutis.

Seculi autem tristitia mortem operatur. Tristitia seculi seu mundi, tristitia est secundùm seculum, quæ nascitur ex amore seculi; quam patiuntur homines ex omissione vel impeditâ perceptione eorum quæ carnaliter diliguntur. Tale est quod dicit : Justum est me gaudere de hâc tristitiâ vestrâ quæ secundùm Deum est, quia longè alius est effectus illius tristitiæ, quàm tristitiæ seculi. Nam illa salutem et vitam gignit perpetuam; hæc verò mortem æternam conciliat.

Vers. 11. — *Ecce enim hoc ipsum, secundùm Deum contristari vos, quantam in vobis operatur sollicitudinem;*

Defensionem. Græc., ἀπολογίαν, *excusationem*, quâ vos circa factum incestuosi, excusâstis apud Titum.

Sed, subintellige, non solùm, vel imò, indignationem, adversùs hunc et alios flagitiosos.

Sed, id est, non solùm, vel imò, timorem, ne talia crimina deinceps apud vos perpetrentur.

Sed, id est, non solùm, vel imò desiderium Deo satisfaciendi, vel nos videndi.

Sed, id est, non solùm, *sed*, vel imò, æmulationem, seu studium et zelum boni, vel zelum pro me adversùs peccatores, ait Fromondus.

Sed, id est, non solùm, *sed*, vel imò, vindictam, quâ incæstuosum et alios punivistis. Septem hìc enumerantur effectus pœnitentiæ gradatim ascendentes.

In omnibus exhibuistis..... Tot argumentis manifestâstis vos insontes esse et puros à participatione criminis in hoc incæstuosi negotio.

Igitur etsi scripsi... Igitur quod vobis hâc de re scripsi, scripsi non tantùm ut ejus, qui peccaverat, saluti consulerem, scilicet incestuosi: nec etiam propter eum qui passus est injuriam, seu patris illius, ut ei satisfactionem providerem.

Hinc inferunt quòd viveret adhuc ille pater, cujus uxorem filius acceperat.

Sed, etiam et præcipuè ut meam erga vos pastoralem sollicitudinem coram Deo, et circa vestram salutem manifestarem. Græc., *studium vestrum pro nobis;* Syr., *ut innotescat coram Deo diligentia vestra propter nos*, id est, ut appareat quantùm me ametis coram Deo.

Vers. 13. — Ideo consolati sumus, ob hæc hactenùs dicta consolationem accepimus.

In consolatione autem nostra..... At hæc nostra consolatio multùm accrevit, fuit uberior ob gaudium Titi: eò quòd spiritus ejus ab omnibus vobis fuerit refocillatus, recreatus.

Vers. 14. — Etsi quid apud illum...; ita ut si quid ei, cùm illum ad vos mitterem, magnificè dixi de vobis, scilicet, de vobis glorians, ut pater de filiis sapientibus; non erubescam de hâc meâ gloriatione: sed sicut quæcumque vobis de Tito dixi, per experientiam versa comperistis; sic et Titus vera comperit, quæ ipsi dixeram de vobis. Imò tam vera, ut ipsa appareat veritas.

Vero simile est quòd illis de Titi laudibus multa dixerit, ait D. Chrysostomus.

Vers. 15. — Et viscera ejus.....; hinc teneriùs in vos affectus est, dùm recordatur quâ promptitudine, etc. Vide paraphrasim.

Vers. 16. — Gaudeo quod..., quòd tales sitis, ut possim in omnibus optima quæque de vobis pollicerî. Confidenter et liberè possum vos monere, arguere, corrigere, optima proponere, v. g., elemosynam, seu bonorum vestrorum in pauperes largitionem, de quâ cap. 8.

Sicut sapiens medicus jam penè sanata vulnera lenissimis medicamentis curat, ut prioris increpationis ustura sanetur; D. Anselmus.

sed defensionem, sed indignationem, sed timorem, sed desiderium, sed æmulationem, sed vindictam; q. d.: Tristitia hæc de Deo offenso non tantùm induxit sollicitudinem reconciliationis, sed et defensionem Pauli; imò indignationem contra peccatum, insuper timorem sanctum cavendi deinceps peccata, quinimò desiderium satisfactionis, imò verò æmulationem et zelum contra peccatores, adeòque tandem vindictam et castigationem peccatorum, qui summus est pœnitentiæ gradus et fructus.

In omnibus exhibuistis vos incontaminatos esse negotio; Syrus: *Ostendistis quòd puri sitis in illo negotio;* id est, à fornicarii peccato alieni et immunes; licèt enim id initio punire neglexeritis, jam tamen displicentiam ejus ostendistis illud vindicando et pœnitendo. Ita Anselmus et Theophylactus.

Vers. 12. — *Igitur, etsi scripsi vobis non propter eum qui fecit injuriam*, non propter fornicarium, *nec propter eum qui passus est*, id est, qui injuriâ affectus est, nimirùm pater, cujus uxore, suâ scilicet novercâ, ille incestuosus abusus est.

Sed ad manifestandam sollicitudinem nostram, q. d.: Cùm priori Epistolâ acriùs scripsi, non particulares incestuosi, vel parentis ejus injurias persequi volui; sed ostendere sollicitudinem quam pro communi Ecclesiæ vestræ salute gero, ut scilicet ab eâ commune hoc scandalum et publicam infamiam depellerem.

Quam habemus pro vobis coram Deo. Significat sollicitudinem suam fuisse sinceram et ex charitate profectam, qualem velit probari coram Deo judice.

Vers. 13. — *Ideò consolati sumus. In consolatione autem nostrâ, abundantiùs magis gavisi sumus super gaudio Titi.* Id est, ideircò consolationem accepimus ex consolatione vestri; quin uberiùs insuper gavisi fuimus ob gaudium Titi, quòd recreatus sit spiritus illius ab omnibus vobis.

Quia refectus est spiritus ejus ab omnibus vobis, recreatus fuit vestrâ correctione, fletu, zelo.

Vers. 14. — *Et si quid apud illum de vobis gloriatus sum, non sum confusus*, tanquàm inaniter et falso gloriatus.

Sed sicut omnia vobis in veritate locuti sumus, id est, sicut quæcumque vobis tanquàm apostolus prædicavi vera fuerunt, quia sermo noster qui fuit apud vos, non est in illo *Est et Non*, sed *Est* in illo fuit.

Ita et gloriatio nostra quæ fuit ad Titum, veritas facta est, hoc est, ita et verba mea quibus apud Titum de vobis fueram gloriatus, comperta sunt esse vera. Titus enim tales vos invenit, quales ego vos apud eum descripsi.

Vers. 15. — *Et viscera ejus abundantiùs in vobis sunt.* Viscera vocat intimos affectus. Cor et viscera ejus magis jam in vos propendent quàm ante; plus jam vos diligit Titus quàm ante.

Reminiscentis omnium vestrùm obedientiam; dùm recordatur et secum recolit quantâ cum obedientiâ susceperitis nostra monita, quæ ad vos detulit.

Quomodò cum timore et tremore excepistis illum; hoc est, dùm iterùm recordatur quantâ cum sollicitudine eum à nobis missum susceperitis, metuentes ne quid in vobis esset quòd eum offenderet.

Vers. 16. — *Gaudeo quòd in omnibus*, etc. Gaudeo me tantùm fiduciæ invenisse apud vos, ut absque periculo offensionis possim liberè vobiscum agere, monendo, corripiendo, increpando, atque etiam petendo quippiam à vobis. Adnotat enim Œcumenius hoc dicere Apostolum ut viam præstruat orationi subsequenti de eleemosynâ.

Corollarium pietatis, seu in hoc capite ad pietatem maxime notanda, et ad praxim redigenda.

1° Notet omnis christianus rationes, ob quas toto vitæ tempore debet horrere peccatum, sanctitati verò continuè studere, v. 1.

2° Notet omnis superior ecclesiasticus sanctam et mirandam artem, quâ divi Pauli charitas erga Corinthios utitur, v. 4. Ut eam in suos subditos imitetur suo modo, ibid., v. 4. Notet tamen in Corinthiis effectus tristitiæ, quæ secundùm Deum est, seu veræ pœnitentiæ; ut eam in suis subditis, ubi opus fuerit, non vereatur suis correctionibus procurare, v. 10.

CAPUT VIII.

1. Notam autem facimus vobis, fratres, gratiam Dei, quæ data est in Ecclesiis Macedoniæ,

2. Quòd in multo experimento tribulationis, abundantia gaudii ipsorum fuit : et altissima paupertas eorum abundavit in divitias simplicitatis eorum.

3. Quia secundùm virtutem, testimonium illis reddo, et supra virtutem voluntarii fuerunt,

4. Cum multâ exhortatione obsecrantes nos gratiam et communicationem ministerii quod fit in sanctos.

5. Et non sicut speravimus, sed semetipsos dederunt primùm Domino, deinde nobis per voluntatem Dei.

6. Ita ut rogaremus Titum, ut quemadmodùm cœpit, ita et perficiat in vobis etiam gratiam istam;

7. Sed sicut in omnibus abundatis fide, et sermone, et scientiâ et omni sollicitudine, insuper et charitate vestrâ in nos, ut et in hâc gratiâ abundetis.

8. Non quasi imperans dico; sed per aliorum sollicitudinem, etiam vestræ charitatis ingenium bonum comprobans.

9. Scitis enim gratiam Domini nostri Jesu Christi, quoniam propter vos egenus factus est, cùm esset dives, ut illius inopiâ vos divites essetis.

10. Et consilium in hoc do : hoc enim vobis utile est, qui non solùm facere, sed et velle cœpistis ab anno priore :

11. Nunc verò et facto perficite : ut quemadmodùm promptus est animus voluntatis, ita sit et perficiendi ex eo quod habetis.

2. Si enim voluntas prompta est, secundùm id quod habet, accepta est, non secundùm id quod non habet.

13. Non enim ut aliis sit remissio, vobis autem tribulatio, sed ex æqualitate.

14. In præsenti tempore vestra abundantia illorum inopiam suppleat; ut et illorum abundantia vestræ inopiæ sit supplementum, ut fiat æqualitas, sicut scriptum est :

15. Qui multum, non abundavit; et qui modicum, non minoravit.

16. Gratias autem Deo, qui dedit eamdem sollicitudinem pro vobis in corde Titi.

17. Quoniam exhortationem quidem suscepit : sed cùm sollicitior esset, suâ voluntate profectus est ad vos.

18. Misimus etiam cum illo fratrem, cujus laus est in Evangelio per omnes Ecclesias :

CHAPITRE VIII.

1. Il faut maintenant, mes frères, que je vous fasse savoir la grâce que Dieu a faite aux Eglises de Macédoine,

2. C'est que leur joie s'est d'autant plus redoublée, qu'ils ont été éprouvés par de plus grandes afflictions; et que leur profonde pauvreté a répandu avec abondance les richesses de leur charité sincère.

3. Car il est vrai, et il faut que je leur rende ce témoignage, qu'ils se sont portés d'eux-mêmes à donner autant qu'ils pouvaient; et même au-delà de ce qu'ils pouvaient;

4. Nous conjurant avec beaucoup de prières de recevoir leurs aumônes, et de souffrir qu'ils eussent part à la charité qu'on fait aux saints.

5. Et ils n'ont pas fait seulement en cela ce que nous avions espéré d'eux; mais ils se sont donnés eux-mêmes, premièrement au Seigneur, et puis à nous par la volonté de Dieu;

6. C'est pourquoi nous avons prié Tite, que, comme il a déjà commencé, il achève de vous rendre parfaits en cette grâce :

7. Et que, comme vous êtes riches en toutes choses, en foi, en paroles, en sciences, en toutes sortes de soins, et dans l'affection que vous nous portez, vous le soyez aussi en cette grâce.

8. Ce que je ne vous dis pas néanmoins pour vous imposer une loi, mais seulement pour vous porter, par l'exemple de l'ardeur des autres, à donner des preuves de votre charité sincère.

9. Car vous savez quelle a été la bonté de notre Seigneur Jésus-Christ, qui, étant riche s'est rendu pauvre pour l'amour de vous, afin que vous devinssiez riches par sa pauvreté.

10. C'est donc ici un conseil que je vous donne, parce qu'il vous est utile, et que vous n'avez pas seulement commencé les premiers à faire cette charité, mais que vous en avez de vous mêmes formé le dessein dès l'année passée.

11. Achevez donc maintenant ce que vous avez commencé dès lors, afin que, comme vous avez une prompte volonté d'assister vos frères, vous les assistiez aussi effectivement de ce que vous avez.

12. Car lorsqu'un homme a une grande volonté de donner, Dieu la reçoit, ne demandant de lui que ce qu'il peut, et non ce qu'il ne peut pas.

13. Et ainsi je n'entends pas que les autres soient soulagés, et que vous soyez surchargés; mais que, pour ôter l'inégalité,

14. Votre abondance supplée maintenant à leur pauvreté, afin que votre pauvreté soit soulagée par leur abondance, et qu'ainsi tout soit réduit à l'égalité, selon qu'il est écrit.

15. Celui qui en recueillit beaucoup n'en eut pas plus que les autres; et celui qui en recueillit peu, n'en eut pas moins.

16. Or, je rends grâces à Dieu de ce qu'il a donné au cœur de Tite la même sollicitude que j'ai pour vous.

17. Car non seulement il a bien reçu la prière que je lui ai faite; mais s'y étant porté de lui-même avec encore plus d'affection, il est parti de son propre mouvement pour aller vous voir.

18. Nous avons envoyé aussi avec lui notre frère, qui est devenu célèbre, par l'Evangile, dans toutes les Eglises.

19. Non solùm autem, sed et ordinatus est ab Ecclesiis comes peregrinationis nostræ in hanc gratiam, quæ ministratur à nobis ad Domini gloriam, et destinatam voluntatem nostram :

20. Devitantes hoc, ne quis nos vituperet in hâc plenitudine, quæ ministratur à nobis.

21. Providemus enim bona non solùm coram Deo, sed etiam coram hominibus.

22. Misimus autem cum illis et fratrem nostrum, quem probavimus in multis sæpè sollicitum esse, nunc autem multò sollicitiorem, confidentiâ multâ in vos.

23. Sive pro Tito, qui est socius meus et in vos adjutor, sive fratres nostri, apostoli ecclesiarum, gloria Christi.

24. Ostensionem ergo, quæ est charitatis vestræ, et nostræ gloriæ pro vobis, in illos ostendite in faciem ecclesiarum.

19. Et de plus, c'est aussi lui qui a été choisi par les églises pour nous accompagner dans nos voyages, et prendre part au soin que nous avons de procurer cette assistance à nos frères, pour la gloire du Seigneur, et pour seconder notre bonne volonté.

20. Notre dessein a été d'éviter que personne ne puisse rien nous reprocher sur le sujet de cette aumône abondante, dont nous sommes les dispensateurs ;

21. Car nous tâchons de faire le bien avec tant de circonspection, qu'il soit approuvé, non seulement de Dieu, mais aussi des hommes.

22. Nous avons envoyé encore avec eux notre frère, que nous avons reconnu zélé et vigilant en plusieurs rencontres, et qui l'est encore beaucoup plus en celle-ci, à cause de la grande confiance qu'il a en vous.

23. Soit à cause de Tite, qui est uni avec moi, et qui travaille comme moi pour votre salut, et nos autres frères qui sont les apôtres des églises, et la gloire de Jésus-Christ.

24. Donnez-leur donc devant les églises des preuves de votre charité ; et faites voir que c'est avec sujet que nous nous sommes loués de vous

ANALYSIS.

In hoc capite Corinthios hortatur ad eleemosynam pauperibus Jerosolymitanis faciendam. Hujus autem exhortationis exordium ducit ab exemplo Macedonum, quos ex omni parte commendat, ut Corinthios ad imitationem pressiùs excitet.

ỳ 1, 2, 3, 4, 5. *Quamvis pauperes sint, et exhausti, fuerunt tamen liberales, pro viribus et supra vires ; voluntariè, imò cum precibus, non sua tantùm dederunt ; sed et semetipsos, paratos ad omnem Dei voluntatem et nostram.*

ỳ 6. *Hoc eorum exemplo motus, Paulus Titum rogat, ut ad Corinthios redeat, eos ad eamdem beneficentiam hortaturus ; imò eò abundantiorem, quò Corinthii sunt in omnibus ditiores*, v. 7.

ỳ 8. *Hâc in re nihil imperat Apostolus, ne Corinthios tenaciores lædat ; sed eos hortatur* 1° *exemplo Macedonum ;* 2° *et præcipuè exemplo Christi Domini, qui dives existens ut Deus, mendicavit ut homo, ut nos illius inopiâ ditaremur*, v. 9 ; 3° *ex ipsorum proposito et voluntate, ut qui sponte suâ et voluerunt et primi cœperunt hoc idem facere : quod ergo ab anno præterito, et spontè voluistis et cœpistis, nunc perficite pro viribus*, v. 10, 11.

ỳ 12. *Nihil exigit supra vires : nec vult ab eis in tantâ copiâ dari, ut ipsis sit rei familiaris angustia, dùm pauperes Jerosolymitani, ab eis ditati, erunt in abundantiâ*, v. 13. *Sed optat, hoc charitatis commercio, quamdam inter divites et pauperes æqualitatem fieri : nunc in hâc vitâ divites ex abundantiâ suâ dent pauperibus ; ut in futuro, ex spirituali pauperum abundantiâ recipiant, sicque neutri in neutro deficiant*, v. 14, 15.

ỳ 16, 17, 18, 19, 22. *Laudat Titum et alios duos celebres, quos Corinthum mittit ad hanc eleemosynarum collectionem.*

ỳ 20 *et* 21. *Tales ac tantos viros mittit, ne vel minima sit de eis suspicio.*

ỳ 23 *et* 24. *Ex tantorum virorum gravitate urget Corinthios, ad tantum et tale charitatis specimen exhibendum, ut de eis ipse meritò possit gloriari.*

PARAPHRASIS.

1. Scire vos volo, fratres, gratiam admirandam, quam Deus contulit ecclesiis Macedoniæ.

2. Primùm ergo notum vobis facio, quòd per multas tribulationes probati, non modò constantes fuerunt, sed et lætati sunt, et valdè lætati : notum quoque vobis facio, quòd licèt extremè pauperes, fuêre tamen liberalissimi ; abundanter et sincero corde in usus pauperum contulerunt.

3. Fuêre, inquam, liberalissimi ; quia pro viribus, et supra vires (testor ego, qui adsum), non rogati, sed spontè et ultrò sua largiti sunt.

4. Instanter à nobis obsecrantes gratiam communicandi ministerio, quod fit in sanctos.

5. Et non hoc tantùm fecerunt quod sperabamus, sed et semetipsos totos obtulerunt Christo Domino, et nobis, ejus ministris, ad omnem Dei voluntatem.

6. Et hâc Macedonum beneficentiâ motus, Titum rogavi, ut ad vos redeat, suis exhortationibus peracturus hanc quoque beneficentiam, quam incœpit, cùm esset apud vos.

7. Imò ut sicut in omnibus donis excellitis, in fidei dono, in dono linguarum, dono scientiæ, dono diligentiæ in administrando, dono charitatis, quam erga nos declarâstis ; ita et in hâc quoque dote sitis eximii.

8. Non id vobis præcipio, sed per Macedonum diligentiam et fervorem, charitatis vestræ sinceritatem, et bonam indolem aliis probatam et exploratam reddere volo.

9. Recordamini Dominum Jesum : nôstis enim eximiam illius in nos gratiam et charitatem ; qui dives existens, ut Deus, propter vos in assumptâ naturâ egenus factus est, ut vos illius inopiâ in spiritualibus essetis divites. Ipsum imitamini, pauperes ditate.

10. Et hâc in re consilium vobis do, non impero. id autem vobis consulo, quia vobis utile ; vobis, inquam, qui non solùm id cœpistis, sed et spontè vo-

luistis ab anno præterito ; sicque Macedonas prævenistis et facto et voto.

11. Nunc ergo absolvite quod cœpistis ; ut quemadmodum prompti fuistis ad volendum, ita prompti sitis ad perficiendum, unusquisque juxta suas facultates.

12. Si enim bona voluntas adsit, et faciat secundùm id quod habet et potest; Deo accepta est : non postulat id quod non habetur.

13. Non enim exigo tantam à vobis conferri copiam, ut alii beneficentiâ vestrâ ditati, vivant remissiùs, et in otio; vobis autem sit rei familiaris angustia : sed velim quamdam inter vos æqualitatem fieri.

14. Nunc in hâc vitâ, vestra in temporalibus abundantia pauperum inopiam sublevet; ut et illorum in spiritualibus abundantia vestræ spirituali inopiæ suppleat in futuro : sicque quædam fiet æqualitas, quatenùs neutri in neutro deficient.

15. Sicut scriptum est Exod. 16, 18 : Qui multùm de mannâ collegit, non plus habuit ; et qui modicum collegit, non minùs reperit : hanc paritatem faciat apud vos charitas.

16. Gratias autem ago Deo, qui Tito eamdem ac mihi dedit sollicitudinem pro vobis.

17. Etenim nostram ad vos eundi exhortationem suscepit quidem : sed sanè stimulis non egut ; quia enim vestri multùm studiosus est et amans, sponte suâ, et alacriter ad vos profectus est.

18. Misimus etiam unà cum illo fratrem illum, qui passim per omnes ecclesias laudatur et celebratur propter Evangelium à se scriptum et prædicatum.

19. Nec id solùm, sed et publico ecclesiarum suffragio ordinatus est comes peregrinationis nostræ ; tum ut mecum prædicet ; tum ut mecum hanc vestrarum eleemosynarum gratiam pauperibus procuret : quod charitatis officium administramus ad Domini gloriam, et ad animi nostri promptitudinem, in pauperum obsequio declarandam.

20. Tales ac tantos viros misimus ad vos, ne quis suspicetur nos quidquam ex hâc pecuniarum copiâ, quas colligimus et perferimus, in usus nostros sublegere.

21. Etenim sollicitè curamus bona operari, non solùm coram Deo, cordis inspectore, sed etiam coram hominibus, exteriora tantùm spectantibus, et omni modo curamus ne eos scandalizemus.

22. Cum autem duobus viris vobis spectatissimis, misimus alium fratrem nostrum, quem in multis et sæpenumerò diligentem et sedulum expertus sum ; sed quem in hoc negotio diligentiorem futurum confido, ob multam fidem et existimationem ejus de vobis.

23. Sive ergo propter Titum, qui meus collega est et particeps laborum, quos vestrî causâ suscipio; sive ob alios duos fratres nostros, qui ab ecclesiis delecti, et missi sunt, et gloria Christi dici possunt.

24. Ostendite quanta sit vestra charitas, et quàm meritò de vobis apud alios glorior : id autem talibus viris exhibentes, et ecclesiis à quibus missi sunt, ostendetis.

COMMENTARIA.

Vers. 1. — Notam autem facimus... quasi diceret: Notam vobis feci tribulationem, quam in Macedoniâ passus sum. Cap. 7, v. 5, dixi vobis et gaudium, quo in omni nostrâ tribulatione superabundavi. Nunc autem et vos scire volo gratiam admirandam, quam Deus contulit ecclesiis Macedoniæ, tribulationis meæ consortibus.

Gratiam Dei. Omne bonum à Deo est, et Dei gratiâ. Duplex autem bonum Deus contulit Macedonibus : bonum beneficentiæ, bonum patientiæ; et utrumque perfectum et eminens : in tribulatione enim non tantùm fuère patientes, sed et alacres, et præ gaudio exultantes. In paupertate summâ fuerunt non tantùm liberales, sed et magnifici; hæc singularis gratia Dei.

Vers. 2. — Quod in multo experimento tribulationis abundantia gaudii ipsorum fuit. Fuit non est in Græc., sed ab interprete additum. Syr., *quoniam per probationem multam afflictionis illorum, uberius fuit ipsorum gaudium.* Ambrosius, *quòd in multâ probatione pressuræ, abundat gaudium ipsorum.*

Primùm ergo vobis notum facio quòd per multas afflictiones et persecutiones probati, non eas tantùm constanter passi sunt; sed et ex eis magnum perceperunt gaudium.

In multo experimento... Quænam fuerunt illæ Macedonum persecutiones? Primùm probabile est quòd participes fuerint tribulationis, de quâ D. Paulus cap. 7, v. 5. Secundò certum est quòd alias antea graves passi sunt, de quibus primæ Thess. cap. 2, v. 14; et cap. 1, v. 6 : *Et vos imitatores nostri facti estis et Domini, excipientes verbum in tribulatione multâ, cum gaudio Spiritûs sancti.* Multis ergo persecutionibus, et tribulationibus probati, lætati sunt, et valdè lætati.

Abundantia gaudii, quasi diceret : Quò major tribulatio, eò majus gaudium : multiplicatio tribulationis fuit et gaudii multiplicatio. *Abundantia gaudii*, id est, ingens et quæ verbis non potest explicari lætitia in ipsis nata est, ait D. Chrysostomus.

Unde tale et tantum in tribulatione gaudium? Ex spe retributionis æternæ à Christo promissæ : *Beati*

Vers. 1. — *Notam autem facimus vobis*, etc., puta patientiam magnam, liberalitatem et misericordiam quam Deus dedit christianis Macedoniæ.

Vers. 2. — *Quòd in multo experimento tribulationis, abundantia gaudii ipsorum fuit*, q. d. : Cùm in variis tribulationibus quasi experimentis probarentur, erant in magno gaudio, eoque abundabant.

Et altissima, id est, profundissima, et quasi ad fundum usque exhausta, *paupertas eorum, abundavit in divitias simplicitatis eorum ;* hoc est, in copiam et abundantiam benignitatis et eleemosynæ eorum ; q. d. : Macedones copiosissimè et benignissimè sua elargiti sunt, cùm essent pauperes. Notat. *Simplicitas* hic significat candidam, liberalem et alacrem elargiendi voluntatem : non enim ex donorum multitudine, sed ex animi promptitudine liberalitas æstimatur, ait Chrysostomus et Theophylactus.

critis... Gaudete in illâ die et exultate, ecce enim merces vestra multa est in cœlo, Luc. 6, 23. Constanter mala pati, virtus quidem est patientiæ; at in passionibus gaudere, patientiæ perfectio est : apostolica patientia est : *Ibant gaudentes*, etc.; christiana patientia est : *Omne gaudium existimate, fratres mei, cùm in tentationes varias incideritis;* Jacobi 1, v. 2.

Et altissima paupertas eorum. Græc., *et secundùm profundum paupertas eorum.* Syr., *et profunditas egestatis eorum exundavit per divitias simplicitatis eorum.* Ambrosius, *et quòd profunda paupertas eorum.*

Notum quoque vobis facimus quòd summa, profunda et infima paupertas eorum exundavit in opulentam sinceri cordis liberalitatem. Licèt spoliati et ad fundum usque exhausti (nam à suis contribulibus talia passi sunt, qualia fideles Judæi à suis, primæ Thess. 2, v. 14), largè tamen et abundanter, simplici et sincero corde contulerunt in usus pauperum : licèt extremè pauperes, tamen liberalissimi.

Simplicitas hìc significat sinceritatem, seu candidam et alacrem largiendi voluntatem. Tribulatio læta, et valdè læta : paupertas liberalis, imò magnifica; effectus sunt admirandæ Dei gratiæ, signa sunt omnipotentiæ Dei in humanâ fragilitate operantis. Hanc Dei gratiam miremur in sanctis : illam et humiliter æmulemur; saltem cum ordinariâ Dei gratiâ, simus in tribulatione patientes; in abundantiâ liberales.

Vers. 3. — Quia secundùm virtutem... Explicat et probat hanc Macedonum simplicitatis abundantiam, quasi diceret : Verè abundavit eorum paupertas; quia pro viribus et supra vires.

Testimonium... Græc., *testor*, id est, testis ego sum, qui præsens adsum.

Voluntarii... non rogati, sed sponte et ultrò liberales fuerunt.

Vers. 4. — Cum multa exhortatione... In Græc. additur, *suscipere nos.* Syr., *efflagitârunt à nobis multâ cum obsecratione, ut in partem venirent beneficentiæ ministerii sanctorum.* Theodoretus, *ipsi nos rogârunt ut sanctorum subventionis curam gererent.* Hanc subventionem vocat gratiam et communicationem, quia per utrumque fit lucrum ejus qui impertit, ex eodem Theodoreto.

Erasmus, *multâ cum obtestatione rogantes nos, ut gratiam et communionem ministerii, quod est in sanctos, susciperemus.* Fortè litteraliùs, quia sine addito, instanter à nobis rogaverunt gratiam communicandi ministerio, quod fit in sanctos.

Sensus itaque est : Cum precibus multis et instantibus nos obsecrantes, ut susciperemus donum, quod gratuitò offerebant : et ipsis permitteremus aliquid in subsidium sanctorum conferre.

Vers. 5. — Et non sicut speravimus... Et non hoc tantùm fecerunt, quod sperabamus, id est, non sua tantùm bona dederunt, sed et semetipsos totos Christo Domino, et nobis ejus ministris obtulerunt, ad Dei voluntatem, per nos indicatam, faciendam. *Qui vos audit, me audit;* Lucæ 10, 16. Probabile est, quòd aliquos è suis obtulerint, qui colligerent eleemosynas et eas deferrent in Jerusalem, et facerent quæcumque juxta Dei voluntatem præciperet Apostolus : sicque omni modo venirent in partem ministerii, quod fit in sanctos, et suis bonis et suis personis; seu et eleemosynâ et obsequio.

Observatio moralis.

Collige hìc Macedonum laudes in præcedentibus versibus sparsas. In tribulatione læti; in paupertate liberales, pro viribus, supra vires; voluntarii, cum precibus, non sua tantùm dederunt; sed et semetipsos, paratos ad omnem Dei voluntatem. Et in hoc eorum facto perfectam observa charitatem, quam coneris imitari. Cor tuum, personam tuam, vitam tuam, omnia tua, Deo, Ecclesiæ, pauperibus offerens et consecrans voluntariè. Disce et ex hoc Macedonum exemplo, cùm eleemosynam es facturus, cor tuum Deo primùm offerre; hoc deinde donum confirma eleemosynæ tuæ in pauperem largitione. Eleemosynam tuam considera quasi tributum, quo Deum, tuî et tuorum omnium Dominum protestaris; humiliter ergo et reverenter dona. Sic et tu, et tua munera Deo accepta erunt : sicut de Abel scriptum est : *Respexit Deus* primò *ad Abel*, deinde et *ad munera ejus;* Gen. 4. Deus primò respicit cor dantis, deinde ejus donum; ante omnia igitur cor offerendum.

Vers. 6. — Ita ut rogaremus... Facto Macedonum encomio, quasi præludio, nunc ad suum intentum accedit, suamque mentem Corinthiis explicat. Et hâc Macedonum beneficentiâ adductus rogavi Titum, à vobis ad me reversum, et consequenter mihi præsentem, ut ad vos redeat, hasque meas perferat litteras, et apud vos perficiat : hanc quoque gratiam, id est, eleemosynarum in Jerusalem mittendarum collectionem, quam incœpit.

Perficiat, vos hortando et eleemosynas colligendo.

Quemadmodum incœpit, cùm esset apud vos.

Etiam gratiam istam, seu, ut ait Syrus, *hanc quoque beneficentiam.* Quam scilicet cæteris vestris virtutibus addatis.

Vers. 7. — Sed sicut in omnibus...; laudans hor-

Vers. 3. — *Quia secundùm virtutem*, secundùm vires et opes suas, *testimonium illis reddo*, etc. Non rogati, non provocati, motu proprio, spontè et ultrò tam liberales fuerunt, ut supra vires facultates contribuerent.

Vers. 4. — *Cum multâ exhortatione obsecrantes nos*, ut susciperemus *gratiam*, *et communicationem ministerii*, etc.; suscipere nos.

Vers. 5. — *Et non sicut speravimus*, supple, fecerunt, q. d. : Multò ampliùs dederunt quàm speraveramus; suâ largitate spem nostram superârunt.

Sed semetipsos dederunt primùm Domino, *deinde nobis;* q. d. : Macedones resignârunt se primò Domini voluntati, deinde nostræ, parati facere et dare quidquid voluissem. *Per voluntatem Dei*, id est, Deo tam pium affectum subjectionis et beneficentiæ in eorum cordibus operante.

Vers. 6. — *Ita ut rogaremus Titum*, etc., q. d. : Rogavimus Titum, ut sicut nos in Macedonia, ita ipse colligeret Corinthi eleemosynas. Stimulat exemplo Macedonum Corinthios, ut largi sint in contribuendo.

Vers. 7. — *Sed sicut in omnibus abundatis fide*, *et sermone, et scientiâ et omni sollicitudine*, Græcè *diligi-*

tatur, imò ut, *sicut in omnibus* rebus ABUNDATIS; in FIDE, quâ abundè imbuti estis; in dicendi facultate, quâ præcellitis; in SCIENTIA rerum divinarum; et in OMNI SOLLICITUDINE, circa fratrum salutem; INSUPER et in eximiâ erga nos CHARITATE. Sic et in hoc dono; scilicet, in illâ gratiâ eleemosynariâ excellatis, liberaliter et promptè largiendo.

VERS. 8. — NON QUASI IMPERANS DICO.... Græc.; *non secundùm imperium dico*, id est, non præcipio vobis, nec utor jure quo possum.

SED PER ALIORUM, scilicet, Macedonum SOLLICITUDINEM et diligentiam, in dando et colligendo eleemosynas, quam narravi, VESTRÆ CHARITATIS bonam indolem, et ingenitam inclinationem, aliis probatam et exploratam reddere volo.

VESTRÆ CHARITATIS INGENIUM BONUM. Græc., γνήσιον, *ingenuum*, id est, ingenuitatem, germanitatem, sinceritatem, bonam indolem. COMPROBANS, id est, probatiorem et fulgentiorem reddere volens; Theophylactus. Laudat ingenuum charitatis animum, seu genium liberalitatis; ut excitet.

VERS. 9. — SCITIS ENIM GRATIAM... Excitat exemplo charitatis Christi.

SCITIS eximiam in nos *Christi gratiam* et charitatem.

QUONIAM CUM DIVES ESSET, nimirùm, ut Deus, habens omnium bonorum plenitudinem, omne bonum.

Nota, *cùm dives esset;* non verò cùm fuisset. Græc., *dives existens*. Fuit enim semper dives, ut Deus: paupertatem nostram assumens, divitias suas non amisit: sed, ut ait D. Augustinus, fuit intùs dives, foris pauper; latens Deus in divitiis; apparens homo in paupertate.

DIVES ergo EXISTENS, ut Deus.

PROPTER VOS EGENUS, FACTUS EST. Græc.; *mendicavit*. Ait Erasmus: *Caruit omnibus bonis temporalibus, quorum Dominus erat, ut pote cœli et terræ Dominus.*

Natus in stabulo, in præsepio positus: quia *non erat ei locus in diversorio*. Vivens non habuit ubi caput reclinaret. Moriens nudus; sepultus in sepulcro alieno. Et hoc quare?

UT ILLIUS INOPIA, in temporalibus, vos, in spiritualibus ESSETIS DIVITES; in fide, pietate, justitiâ, gratiâ, gloriâ, æternis et permanentibus divitiis. Hæc seriò cogitate et apud vos expendite; et nulli rei parcetis, ut fratres vestros, ad exemplum Christi, vestris ditetis eleemosynis. Si enim omnium creator et Dominus *propter vos egenus factus est:* quidni pro ejus amore aliquam saltem divitiarum vestrarum partem donabitis, ut pauperibus, vestris et Christi fratribus, succurratis.

VERS. 10. — ET CONSILIUM IN HOC, id est, hâc in re, seu ut, ad exemplum Christi, eleemosynam largiamini, do vobis.

HOC ENIM VOBIS UTILE EST, quia meritorium vitæ æternæ. Eleemosyna plus prodest facientibus, quàm accipientibus. Hinc D. Joan. Chrysostomus. Nisi pauperes essent, salus nostra magnâ ex parte profligata ac eversa esset; ut qui ubi pecunias serere possemus, non haberemus.

VOBIS ERGO UTILE EST, QUI NON SOLUM FACERE, sed et VELLE PRIMUM CŒPISTIS A SUPERIORI ANNO, ita Græc.

Stimulat eos suâ propriâ promptitudine; ut qui primi facere cœperunt, et sponte suâ primi voluerunt ab anno præterito.

NON SOLUM FACERE, seu largiri primi cœpistis, seu et ultrò, sponte vestrâ, nullo vos ad id hortante, voluistis ab anno superiore.

Sicque Macedonas prævenistis et voto et facto, et primi fecistis et primi voluistis.

VERS. 11. — NUNC VERÒ ET PERFICITE..., id est, nunc ergo absolvite quod cœpistis.

UT QUEMADMODUM affuit vobis promptitudo voluntatis, sic et adsit plenitudo facti, secundùm suam quisque substantiam et facultatem. Seu, sicut prompti fuistis ad volendum, ita prompti sitis ad perficiendum secundùm facultates vestras. Syr.: *Ut sicut incessit vobis cupido hujus voluntatis, sic et facto exsequamini,*

Ut illius inopiâ vos divites essetis; ut illius paupertate in temporalibus vos efficeremini divites in spiritualibus; q. d.: Ergo et vos, ô Corinthii christiani, exemplo Christi eleemosynâ vestrâ pauperes ditate, imò vos depauperate, ut alios ditetis, si Christo esse velitis simillimi.

VERS. 10. — *Et consilium in hoc do*, id est, in hâc re. *Hoc enim vobis utile est.* Rationem dat consilii. Nam, inquit, hoc quod consulo, id est, opus eleemosynæ, vobis conducit et utile est ad bonum spirituale, scilicet ad Deum promerendum; *talibus enim hostiis promeretur Deus*, ait Hebr. 13, de beneficentiâ et communione loquens.

Qui non solùm facere, sed et velle cœpistis ab anno priore. Velle, ultrò scilicet, ac nemine impellente; hoc enim, ut insinuat Paulus, plus est quàm *facere*, scilicet rogatum. Ita Anselmus.

VERS. 11. — *Nunc verò et facto perficite.* Quod facere cœpistis, perficite. Ita enim facere incœperant, Tito hortante, de quo paulò ante dixit se eum rogâsse ut, quemadmodùm cœperat, ita et perficeret in illis hanc gratiam.

Ut quemadmodùm promptus est animus voluntatis, quâ velletis scilicet ab anno superiore, *ita sit et perficiendi*, ita vobis adsit et perficere, id est, ita et perficiatis, *ex eo quod habetis*, et possidetis, id est, pro facultate vestrâ et opibus.

gentiâ, quam habebant pro salute fratrum. *Insuper et charitate vestrâ in nos*, id est, eâ quæ procedit ex vobis, diligentibus, in nos, dilectos.

Ut et in hâc gratiâ abundetis, q. d.: Curate ut sicut fide, sollicitudine, charitate erga me abundatis, ita pariter et eleemosynâ in pauperes abundetis. Ita Anselmus.

VERS. 8. — *Non quasi imperans dico, sed per aliorum sollicitudinem*, scilicet per exemplum Macedonum, qui tam solliciti fuerunt subvenire pauperibus. *Etiam vestræ charitatis ingenium bonum comprobans;* q. d.: Ut comprobem et ostendam vestram charitatem habere bonum ingenium, cùm sine jussu meo, suâ sponte, facit quod bonum illi ingenium suggerit, dictat et suadet.

VERS. 9. — *Scitis enim gratiam Domini nostri Jesu Christi.* Cognoscitis enim, inquit, à nobis edocti, quod et quantum beneficium in vos gratuitò contulerit Dominus noster Jesus Christus.

Quoniam propter vos egenus factus est, id est, quòd vestri causâ pauper factus sit et indigens rerum temporalium, videlicet in assumptâ naturâ. *Cùm dives esset*, intellige in naturâ divinâ. Græcè, *dives existens;* neque enim dives esse desiit, quando pauper factus est, quia non desiit esse Deus, quando factus est homo.

EX EO QUOD HABETIS, id est, pro facultate et opibus vestris.

VERS. 12. — SI ENIM VOLUNTAS PROMPTA EST... Græc., « si enim promptitudo animi priùs adsit, secundùm id quod habet quis, benè acceptus est; non secundùm id quod non habet. » Syr., *si enim adsit voluntas, juxta id quod habet planè accepta est, non juxta id quod non habet.* Id est, si adsit bona voluntas, et faciat secundùm id quod habet, id est, potest, seu si det juxta suas facultates, Deo accepta est; quasi diceret : Bono animo date quod potestis.

NON SECUNDUM ID QUOD NON HABETUR. Subaudi exigitur; id est, supra facultates non exigitur. Quia dixit versu tertio, quòd Macedones supra vires dederunt, ne videatur idem à Corinthiis exigere, monet ut unusquisque, juxta vires suas, bono animo donet. Non postulat Deus id quod non habetur. Non quantitatem, sed mentis qualitatem respicit Deus, ait Theodoretus.

Hinc D. Augustinus in Psal. 103 : Si potes dare, da, si non potes, affabilem te fac; coronat Deus bonitatem, ubi non invenit facultatem; nemo dicat, non habeo : charitas de sacculo non erogatur. Hinc Tobias filio suo dicit, Tob. cap. 4 : *Quantùm potueris, esto misericors : si multùm tibi fuerit, abundanter tribue; si exiguum tibi fuerit, etiam exiguum libenter impertire stude.*

Nota quòd voluntatem quidem Deus præcipuè attendit; sed quòd hæc voluntas, ut vera sit et seria, et Dei conspectu et approbatione digna, debet in actum exire secundùm id quod potest, id est, dare pro viribus, aliàs esset tantùm velleitas.

VERS. 13. — NON ENIM UT ALIIS SIT REMISSIO... Syr., *non quidem ut aliis sit relaxatio, vobis autem angustia.* Vide paraphrasim. Laudo quidem Thessalonicenses, qui supra vires largiti sunt, vos ad id non adigo; D. Chrysostomus, qui addit : Non quòd nollet, sed quia erant imbecilliores.

Pecuniæ contemptus, voluntaria paupertas, perfectio quidem est; et hanc non ignorat divinus Apostolus; hanc tamen hic non imperat : quia, ait Theodoretus, imbecillitate animi leges metitur.

SED EX ÆQUALITATE, id est, sed velim hoc charitatis commercio, quamdam inter vos æqualitatem fieri.

VERS. 14. — IN PRÆSENTI TEMPORE VESTRA ABUNDANTIA... *Vestra* in temporalibus *abundantia;* seu divitiæ temporales, quibus abundatis, pauperum inopiam sublevent, illis necessaria dando.

ET ILLORUM in spiritualibus ABUNDANTIA, seu spirituales illorum divitiæ, vestræ in spiritualibus inopiæ suppleant, per orationem, et per communionem meritorum; quasi diceret : Abundatis opibus, quibus sancti carent; abundant illi apud Deum sanctitatis et justitiæ meritis, quibus fortè non ita divites estis; date illis nunc de vestrâ abundantiâ, ut aliquando de illorum recipiatis abundantiâ, UT FIAT ÆQUALITAS. Sic quædam fiet ex utrâque parte æqualitas, quatenùs neutri in neutro deficient. Pauperes per vestram abundantiam sublevati, habebunt sibi sufficientia; contenti erunt; sicque vobis quodammodò æquales. Vos autem eorum orationibus adjuti, et divitiis spiritualibus ditati, et quamdam meritorum communionem cum illis habentes; eis secundùm justam proportionem eritis æquales.

VERS. 15. — SICUT SCRIPTUM EST, Exod. 16, 18. In hujus rei figuram, qui multùm de mannâ collegit, non plus habuit; et qui modicum collegit, non minùs reperit, sed uterque mensuram gomor. Charitas ergo inter vos faciat quod Deus per suam omnipotentiam operatus est apud Judæos, ad nostram doctrinam et instructionem. Per charitatem fiat quædam inter vos bonorum et temporalium et spiritualium paritas. Fiet autem, si ex charitate pauperibus multùm dent divites; si ex eàdem charitate pauperes multùm orent pro divitibus.

Hinc, ait Cajetanus, religiosi et ecclesiastici monentur, ut eleemosynæ, quas accipiunt, non pariant ipsis relaxationem spiritualium; sed foveant potiùs, ut habeant bona spiritualia, non tantùm pro seipsis; sed etiam pro largientibus eleemosynas.

VERS. 16. — GRATIAS AUTEM DEO, subaudi ago. QUI TITO DEDIT EAMDEM AC MIHI SOLLICITUDINEM PRO VOBIS. Laudat hìc et in sequentibus ministros, per quos eleemosyna erat colligenda, ut eis libentiùs confidant.

VERS. 17. — QUONIAM EXHORTATIONEM... Vide paraphrasim.

SED CUM SOLLICITIOR ESSET. Græc., *studiosior existens*, id est, cùm à seipso sit vestrî valdè studiosus et amans.

SUA VOLUNTATE... sponte suâ, libenter et alacriter

VERS. 12. — *Si enim voluntas prompta est*, etc. Sensus est : Quòd si suppetit prompta animi voluntas ad dandum, ea meritò acceptanda est, si quisque det juxta modum suarum facultatum, sive multum illud sit, sive parum; ita ut non exigatur à quoquam ampliùs, quàm pro ratione ejus quod habet ac possidet.

VERS. 13. — *Non enim ut aliis sit remissio*, etc. Non enim ut aliis relaxatio sit, vobis autem angustia.

VERS. 14. — *Sed ex æqualitate. In præsenti tempore vestra abundantia illorum inopiam suppleat.* Sensus est : Sed hoc volo et exigo, ut vos qui bonis temporalibus abundatis, de vestrâ copiâ illorum inopiæ temporali succurratis.

Ut et illorum abundantia vestræ inopiæ sit supplementum; q. d. : In hoc seculo vestra temporalis abundantia suppleat illorum temporalem inopiam, ut vicissim aliquando, nimirùm in futuro seculo, spiritualis illorum abundantia vestræ spiritualis inopiæ supplementum fiat.

Ut fiat æqualitas, tam in remuneratione et eleemosynâ spirituali, quàm temporali.

VERS. 15. — *Sicut scriptum est*, Exodi 16 : *Qui multum, non abundavit; et qui modicum, non minoravit.* Ex quo loco probat Paulus, per exemplum collectionis et comestionis manna, Deum velle ut homines communione bonorum quamdam colant æqualitatem. Sensus enim est : Non plus habuit qui plus collegit; neque minus habuit qui minus collegit, sed omnes æquè multum.

VERS. 16. — *Gratias autem Deo*, etc., ut scilicet Titus sollicitus pro vobis vestroque profectu ac lucro spirituali vos exhortaretur ad beneficentiam in pauperes.

VERS. 17. — *Quoniam exhortationem quidem suscepit*, puta munus exhortandi vos ad eleemosynam Titus suscepit. Ita Anselmus.

Sed cùm sollicitior esset, suâ voluntate profectus est ad vos, sponte suâ, non me jubente aut rogante, profectus est ad vos, ut ad hoc opus tam pium vos ex-

PROFECTUS EST AD VOS. Cum istis meis litteris, per quas hoc scietis. Hoc refertur ad tempus, quo Corinthii has litteras erant lecturi : nondùm enim Titus erat profectus, cùm hæc scriberentur. Profectum tamen putat D. Chrysostomus.

VERS. 18. — MISIMUS ETIAM... Vide paraphrasim. Licèt eximiæ et probatæ virtutis fuerit Titus, duos tamen ei alios testes et socios dat irreprehensos ob rationem dandam v. 20, ne minima sit suspicio.

VERS. 19.—NON SOLUM AUTEM... Vide paraphrasim.

IN HANC GRATIAM, id est, ad hanc eleemosynarum vestrarum gratiam pauperibus Jerosolymitanis procurandam; scilicet, exhortando, colligendo, deferendo.

QUÆ MINISTRATUR..., id est, quod charitatis officium administramus, ad Domini gloriam, qui in pauperibus colitur et pascitur. *Quod uni ex minimis... mihi fecistis.*

ET DESTINATAM VOLUNTATEM NOSTRAM. Græc., προθυμίαν, *promptitudinem*, id est, ad promptam animi nostri voluntatem in pauperes, Christi membra, declarandam, Græc., *et ad promptitudinem animi vestri;* scilicet excitandam, seu ut sitis ad erogandum promptiores.

Observationes litterales.

Quoquo modo legatur, patet ubique D. Pauli prudentia. 1° Non eligit ipse, sed ab ecclesiis vult eligi ministros ad eleemosynarum collectionem et delationem destinatos; idque ob rationem v. 20 dicendam. 2° Hoc ministerium cum aliis subire non recusat, ut suam in pauperes promptam et alacrem voluntatem declaret. 3° Graves viros eligi curat, ut fideles promptiùs et securiùs excitentur ad largiendum, tum ob exhortantium auctoritatem, tum ob custodientium et ob deferentium sanctitatem probatam et nemini suspectam.

Quis autem sit frater ille, *cujus laus in Evangelio*, et qui socius et collega D. Pauli dubitatur apud interpretes. Theodoretus Barnabam fuisse putat; sed Barnabas jam abierat à Paulo, qui Silam in ejus locum assumpserat. Act. 15, v. 39, 40. Baronius, Estius et alii multi volunt esse Silam, qui in Barnabæ locum assumptus est. D. Hieronymus et alii quamplurimi putant fuisse D. Lucam, individuum D. Pauli comitem, et qui scripsit Evangelium, ob quod celebris in ecclesiis. Fromondus enim probabilius putat quòd tunc scriptum fuerit; licèt alii dubitent : sed licèt non fuerit scriptum, ea res non obstat, quin de D. Lucâ intelligatur, ob munus Evangelistæ quod fideliter gessit. Et hæc D. Hieronymi opinio confirmatur testimonio D. Ignatii, qui ad Ephes. scribens, hoc idem elogium divo Lucæ tribuit, dicens, ut testatur Paulus : *Cujus laus est in Evangelio.*

VERS. 20.—DEVITANTES HOC. Vide paraphrasim.

PLENITUDO, hìc copiam significat, et quia facilius est è magnâ copiâ aliquid furtim et occultè subtrahere, ideò D. Paulus ut omnem vitet suspicionem, multos secum graves et probatæ virtutis assumit socios.

VERS. 21. — PROVIDEMUS ENIM BONA... Vide paraphrasim. Conscientia nostra nobis; fama proximo nostro est necessaria, ait D. Augustinus.

VERS. 22.—MISIMUS AUTEM CUM ILLIS, Tito et Lucâ, etiam FRATREM NOSTRUM, vobis fortè incognitum, at quem IN MULTIS ET SÆPÈ experti sumus diligentem et sedulum.

NUNC AUTEM MULTÒ SOLLICITIOREM, id est, in hoc autem negotio diligentior et sollicitior erit.

CONFIDENTIA MULTA IN VOBIS. Græc., *confidentiâ multâ quæ in vos.* Syr., *ob multam fiduciam erga vos.* Arab., *ob ingentem fiduciam suam erga vos.* Æthiop., *quia multùm diligit vos.* Ambrosius, *multâ fiduciâ vestrâ.*

Sensus itaque est : Ob multam confidentiam et existimationem, quam habet de vobis; seu quia de vobis optima quæque sperat. Alii referunt hæc verba, *multâ fiduciâ*, *ad misimus*, quasi diceret, hos misimus confidentes omninò quòd eos, quo par est, honore et amore suscipietis. Sed litteralius arbitror quod omnes versiones sequuntur.

VERS. 23. — SIVE PRO TITO... Syr. : *Sive ergo consideretur Titus, meus est socius et adjutor in re vestrâ*, etc. Arab., *quòd autem ad Titum, est collega meus et portans mecum onus vestrum.* Æthiop., *et si de Tito quæstio sit, socius meus*, etc. Resumit quæ de his tribus illustribus commendabilia dixit, ut in ultimo versu concludat : Titus meus est collega, in Evangelio prædicando, et in vestrâ salute promovendâ cooperarius.

Alii duo fratres sunt ECCLESIARUM APOSTOLI, ab

hortaretur.

VERS. 18. — *Misimus etiam cum illo fratrem, cujus laus est in Evangelio*, prædicando; cum Baronio Silam accipe, aut simpliciter cum Anselmo et Hieronymo, Lucam, *per omnes ecclesias.*

VERS. 19. — *Non solùm autem*, supple, laudem habet in evangelio. *Sed et ordinatus est ab ecclesiis comes peregrinationis nostræ, in hanc gratiam quæ ministratur à nobis*, hoc est, ad gratuitum hoc ministerium colligendi eleemosynas. *Ad Domini gloriam, et destinatam voluntatem nostram*, hoc est, ad alacritatem animi nostri declarandam in hoc tam pio Dei et pauperum obsequio.

VERS. 20. — *Devitantes hoc, ne quis nos vituperet in hâc plenitudine*, eleemosynarum et pecuniæ collectæ, *quæ ministratur à nobis.*

VERS. 21. — *Providemus enim bona.* Græcè, *providentes;* seu procurantes *bona*, honesta. *Non solùm coram Deo*, etc., q. d. : Procuro et satago honestè agere non tantùm coram Deo, sed et coram hominibus.

VERS. 22, 23. — *Misimus autem cum illis et fratrem nostrum, quem probavimus in multis sæpè sollicitum esse*, seu diligentem esse; id est, cujus sollicitudo ac diligentia multis argumentis nobis explorata est. *Nunc autem multò sollicitiorem*, sive diligentiorem.

Confidentiâ multâ in vos, q. d. : Confidens multùm, et sperans illos, uti par est, à vobis honestè et amanter excipiendos, idque, *sive pro Tito*, id est, partim ob amorem et venerationem Titi. *Qui est socius meus, et in vos adjutor*, in Evangelii negotio, quòdque suus adjutor seu cooperator erga Corinthios, id est, ad promovendam eorum salutem.

Sive fratres nostri, nempe reliquorum duorum quos mittimus, sive pro aliis duobus, scilicet confisi; quippe qui fratres nostri sunt, id est, Judæi sunt, quos alibi vocat suos cognatos secundùm carnem. Hoc peculiare dicit de istis duobus, nam Titus gentilis erat, Gal. 2.

Apostoli ecclesiarum, hoc est, ait Theophylactus,

eis missi; sunt et GLORIA CHRISTI, quam procurant.

VERS. 24.—OSTENSIONEM ERGO, QUÆ EST... Ex tantorum virorum gravitate, urget Corinthios ad charitatis exhibitionem, seipsis dignam, dignam et ipsius Pauli gloriatione; dignam denique ecclesiarum exspectatione.

OSTENSIONEM ERGO, QUÆ EST CHARITATIS, id est, tantum ac tale charitatis specimen illis exhibete; quantum vos decet et liberalem animum vestrum. Hoc indicat pronomen, *quæ ostensionem, quæ*, id est, ostensionem, exhibitionem, vestrâ charitate dignam,

ET NOSTRÆ GLORIÆ PRO VOBIS. Græc., *de vobis*, id est, ab ecclesiis missi et electi, videlicet ad hoc munus colligendæ et perferendæ pecuniæ.

Gloria Christi, q. d. : Qui apostoli sunt gloria Christi, id est, promovent et illustrant gloriam Christi. Quòd tales essent vitâ et moribus, ut in iis Christus glorificaretur.

VERS. 24. — *Ostensionem ergo, quæ est charitatis* et quæ decet nostram de vobis gloriationem. Intellige tum de gloriatione, quâ sæpè de vobis gloriatus sum; tum de gloriatione futurâ, ut possim de vobis gloriari.

IN ILLOS, tales ac tantos, quos dixi OSTENDITE, *ostensionem ostendite;* sicut *expectans expectavi;* exhibete.

IN FACIEM ECCLESIARUM, id est, palàm et in conspectu ecclesiarum : vel tale specimen charitatis, quod ædificet omnes ecclesias : seu quod ad aliorum ædificationem eat in conspectum omnium ecclesiarum, dignam ergo quam spectent, mirentur et laudent omnes ecclesiæ.

vestræ, et nostræ gloriæ pro vobis, in illos ostendite, q. d. : Charitatem ostendite insignem in Titum et socios, scilicet eam quæ decet vos, vestramque tam liberalem charitatem pariter et gloriam, id est, gloriationem nostram de vobis.

In faciem ecclesiarum, in conspectu scilicet omnium ecclesiarum. Ita Anselmus.

Corollarium pietatis, seu in hoc capite ad pietatem maximè notanda, et ad praxim redigenda.

1° Omnis quidem christianus, at præsertim qui christianæ perfectioni student, duo notent miranda patientiæ et charitatis exempla in Macedonibus. In tribulatione multâ læti fuerunt et alacres. In paupertate summâ largi fuerunt et magnifici. Hæc autem duo gratiæ miracula sic miremur, ut et pro nostro modulo conemur imitari; læti patiamur, gaudeamus in passionibus; in paupertate nostrâ benefici simus et liberales. Vide v. 1, 2, 3, 4, 5. Ad utrumque conferet exemplum Christi Domini; qui dives cùm esset, pro nobis egenus factus est; beatus cùm esset, pro nobis et pati, et mori voluit. *Aspicientes ergo in auctorem et consummatorem fidei nostræ Jesum, curramus per patientiam* et charitatem. Vide v. 9.

2° Notent divites ordinem, quem eleemosynam facturi servare debent. Primò cor suum donent Deo. Deinde bona sua pauperi largiantur : Deus enim cor dantis primariò respicit, secundariò munera, v. 5. Notent et modum eleemosynam faciendi, seu sua bona Deo dandi; humiliter scilicet et reverenter, v. 5. Notent fructum eleemosynæ; plùs prodest facienti, quàm recipienti, v. 10. Omnes denique notent facilitatem faciendi eleemosynam; ob quam facilitatem nullus excusatur, cùm ad eleemosynam faciendam sufficiat voluntas, dummodò vera sit et seria, v. 12.

3° Notent pauperes modum eleemosynam recipiendi, humiliter et gratè Deum pro benefactoribus suis multùm et assiduè deprecantes, v. 14, 15. Notent et ipsi pauperes, quod ab eleemosynâ suo modo faciendâ non sint immunes : quandoquidem sufficit voluntas ut v. 12. Velint ergo, compatiantur, obsequantur, verbis et officiis consolentur. Alia multa de eleemosynâ vide in capite sequenti in commentario, et in corollario pietatis.

CAPUT IX.

1. Nam de ministerio, quod fit in sanctos, ex abundanti est mihi scribere vobis.

2. Scio enim promptum animum vestrum; pro quo de vobis glorior apud Macedones, quoniam et Achaia parata est ab anno præterito, et vestra æmulatio provocavit plurimos.

3. Misi autem fratres, ut ne quod gloriamur de vobis evacuetur in hâc parte, ut (quemadmodùm dixi) parati sitis :

4. Ne cùm venerint Macedones mecum, et invenerint vos imparatos, erubescamus nos (ut non dicamus vos) in hâc substantiâ.

5. Necessarium ergo existimavi rogare fratres, ut præveniant ad vos, et præparent repromissam benedictionem hanc paratam esse, sic quasi benedictionem, non tanquàm avaritiam.

6. Hoc autem dico : Qui parcè seminat, parcè et

CHAPITRE IX.

1. Car il serait superflu de vous écrire davantage touchant cette assistance qui se prépare pour les saints.

2. Parce que je sais avec quelle affection vous vous y portez, ce dont je me glorifie aussi devant les Macédoniens, leur disant que la province d'Achaie a été disposée à faire cette charité dès l'année passée : et notre exemple a excité le même zèle dans l'esprit de plusieurs.

3. C'est pourquoi j'ai envoyé nos frères vers vous, afin que ce ne soit pas en vain que je me sois loué de vous en ce point, et qu'on vous trouve tout prêts, selon l'assurance que j'en ai donnée;

4. De peur que si ceux de Macédoine, qui viendront avec moi, trouvaient que vous n'eussiez rien préparé, ce ne fût à nous, pour ne pas dire à vous-mêmes, un sujet de confusion dans cette conjoncture.

5. C'est ce qui m'a fait juger nécessaire de prier nos frères d'aller vous trouver avant moi, afin qu'ils aient soin que la charité que vous avez promis de faire soit prête avant notre arrivée; mais de telle sorte que ce soit un don offert par la charité, et non arraché à l'avarice.

6. Or je vous avertis que celui qui sème peu, mois-

metet; et qui seminat in benedictionibus, de benedictionibus et mete.

7. Unusquisque prout destinavit in corde suo, non ex tristitiâ, aut ex necessitate; hilarem enim datorem diligit Deus.

8. Potens est autem Deus omnem gratiam abundare facere in vobis; ut in omnibus semper omnem sufficientiam habentes, abundetis in omne opus bonum,

9. Sicut scriptum est: Dispersit, dedit pauperibus: justitia ejus manet in seculum seculi.

10. Qui autem administrat semen seminanti, et panem ad manducandum præstabit, et multiplicabit semen vestrum, et augebit incrementa frugum justitiæ vestræ:

11. Ut in omnibus locupletati abundetis in omnem simplicitatem, quæ operatur per nos gratiarum actionem Deo.

12. Quoniam ministerium hujus officii, non solùm supplet ea quæ desunt sanctis, sed etiam abundat per multas gratiarum actiones in Domino,

13. Per probationem ministerii hujus, glorificantes Deum in obedientiâ confessionis vestræ, in Evangelium Christi, et simplicitate communicationis in illos et in omnes.

14. Et in ipsorum obsecratione pro vobis, desiderantium vos propter eminentem gratiam Dei in vobis.

15. Gratias Deo super inenarrabili dono ejus.

sonnera peu; et que celui qui sème avec abondance, moissonnera aussi avec abondance.

7. Que chacun donne ce qu'il aura résolu en lui, même de donner, non avec tristesse, ni comme par force; car Dieu aime celui qui donne avec joie.

8. Et Dieu est assez puissant pour vous combler de toute grâce, afin qu'ayant en tout temps et en toutes choses tout ce qui suffit pour votre subsistance, vous ayez abondamment de quoi exercer toutes sortes de bonnes œuvres,

9. Selon qu'il est écrit: Il distribue son bien; il donne aux pauvres; sa justice demeure éternellement.

10. Dieu donc, qui donne la semence à celui qui sème, vous donnera le pain dont vous avez besoin pour vivre; et il multipliera ce que vous avez semé et fera croître de plus en plus les fruits de votre justice,

11. Afin que vous soyez riches en tout, pour exercer avec un cœur simple toutes sortes de charités: ce qui nous donne sujet de rendre à Dieu de grandes actions de grâces.

12. Car cette oblation, dont nous sommes les ministres, ne supplée pas seulement aux besoins des saints, mais elle est abondante envers Dieu, par le grand nombre d'actions de grâces qu'elle lui fait rendre.

13. Parce que ces saints, recevant ces preuves de votre libéralité par notre ministère, se portent à glorifier Dieu de la soumission que vous témoignez à l'Évangile de Jésus-Christ, et de la bonté avec laquelle vous faites part de vos biens, soit à eux, soit à tous les autres.

14. Et à témoigner l'amour qu'ils vous portent, par les prières qu'ils font pour vous, et par le grand désir qu'ils ont de vous voir, à cause de l'excellente grâce que vous avez reçue de Dieu.

15. Dieu soit loué de son ineffable don.

ANALYSIS.

A v. 16 capitis octavi usque ad finem, suos commendat legatos; nunc redit ad negotium cui sunt destinati; de quo tamen superfluum est, ait, vobis scribere, ut ad illud excitem animos vestros; quia scio ad illud promptam et paratam voluntatem vestram. Reverà rem ipsam hìc minùs tangit, quàm tres ejus circumstantias, scilicet in dando promptitudinem, abundantiam, hilaritatem: et hoc tantâ dexteritate simul et honestate tangit, ut quasi supponat potiùs quàm persuadeat.

ỳ 2, 3, 4. Mirâ charitatis arte promptitudinem insinuat.

ỳ 5, 6. Abundantiam egregiâ seminantis comparatione

ỳ 7. Hilaritatem, Scripturæ testimonio.

ỳ 8. Occurrit difficultati, quâ in his exsequendis possent retardari; vult eos in Deum omnipotentem confidere et sperare. Dabit eis Deus et sufficientia sibi, et unde tribuant aliis.

ỳ 10. Hoc illustrat comparatione Dei cum hero temporali, et comparatione eleemosynarii cum colono.

ỳ 12. Usque ad finem, varias hujus eleemosynæ refert utilitates, quibus ultimum hùcusque de eâ dictis dat pondus.

PARAPHRASIS.

1. Hos igitur vobis commendo legatos: nam de ipso subsidio pauperibus subministrando, propter quod veniunt ad vos, superfluum est vobis plura scribere, quibus excitem animos vestros.

2. Siquidem novi promptam esse ad illud voluntatem vestram; et de hâc animi vestri promptitudine glorior apud Macedones, dicens quoniam non Corinthus tantùm, sed et tota Achaia, jam ab anno superiore parata est sanctis eleemosynam largiri: et hoc vestræ promptitudinis exemplum multos provocavit ad imitationem.

3. Præmisi autem Titum, et duos alios fratres nostros, ne hæc nostra de vestrâ promptitudine gloriatio, vana sit et falsa, in hoc eleemosynarum negotio; eos, inquam, ideò misi, ut quemadmodùm Macedonibus dixi vos esse paratos; ita de facto parati sitis, seu vestra eleemosyna sit parata, cùm advenero.

4. Ne fortè, si mecum venerint Macedones, et vos, quos ab anno præterito paratos esse dixi, inveniant nondùm paratos; erubescamus nos, ut non dicam vos, in hoc nostræ gloriationis argumento: nos, quia mendaces; vos, quia negligentes, et in sublevandis pauperibus pigri.

5. Hàc ergo de causâ necessarium duxi rogare hos fratres nostros, ut priùs ad vos vadant, quàm ego cum Macedonibus adveniam, et procurent ut hæc vestra largitas, ante promissa, sit parata et collecta; sic autem, ut appareat quòd sit charitatis donum, non avaritiæ tributum.

6. Intelligite quod dico: qui parcè seminat, et minùs liberaliter largitur, parcè metet, seu exiguum referet fructum: et qui copiosè seminat, seu largitur, copiosè metet, seu uberem referet fructum.

7. Unusquisque tamen donet juxta voluntatem suam, at det hilariter, non tristis; det et libenter, non quasi

coactus : Deus enim hilarem datorem diligit, ac remunerat.

8. Ne timeatis autem ne, si copiosiùs tribuatis, vos ipsi fortè indigeatis : potest enim Deus tantam omnium bonorum abundantiam vobis dare; ut in omni re, in omni tempore, omnem et plenam sufficientiam habentes, exerceatis abundè omnia pietatis opera.

9. Sicut in Psalm. 111 de viro justo scriptum est : More seminantis sparsit opes suas, et eas in pauperes liberaliter distribuit; ob hoc justitia ejus manet in seculum seculi.

10. Ne timeatis itaque, imò confidite : Deus, qui nunc dat vobis facultatem eleemosynam largiendi, et aliorum inopiæ succurrendi; ipse vobis necessaria dabit, nec patietur vobis necessaria deesse; imò multiplicabit bona temporalia, quæ in pauperes seminatis, et augebit spirituales proventus sanctitatis, et justitiæ vestræ.

11. Ut in omnibus bonis divites facti, possitis in posterum corde simplici, et sincero affectu, omne charitatis genus exercere; quod nobis materiam præbeat Deo gratias agendi.

12. Quoniam harum eleemosynarum administratio, non solùm supplet ea quæ sanctis desunt ad sustentationem : sed præterea facit, ut ob id plurimæ à multis Deo reddantur gratiarum actiones.

13. Qui vestram, per nostrum ministerium, pietatem experti, Deum glorificant ob vestram evangelicæ confessioni obedientiam, et ob sinceram liberalitatem, quâ illos, et alios omnes bonorum vestrorum facitis participes.

14. Deum etiam glorificant precibus et obsecrationibus, quas pro vobis fundunt, quos optant videre, ob eminentem pietatem, quam vobis à Deo collatam inferunt ex vestrâ liberalitate.

15. Gratias agimus Deo pro dono ipsius ineffabili.

COMMENTARIA.

Vers. 1. — Nam de ministerio... Hæc cum præcedentibus jungenda, ut in paraphrasi. In hoc igitur capite non tam excitat ad dandum, quàm docet modum dandi promptè, largè, hilariter, ac primò de promptitudine dandi.

Vers. 2. — Scio enim... Syr., *siquidem novi promptitudinem voluntatis*, etc., quia novi promptam esse vestram voluntatem ad hanc largitionem faciendam, et de hâc animi vestri promptitudine sæpè gloriatus sum apud Macedones, dicens illis : quoniam Achaia, cujus caput est Corinthus, jam ab anno præterito parata est sanctis eleemosynam largiri.

Artem mirare et honestum cum Corinthiis agendi modum. Promptitudinem illorum supponit et laudat, ut eos promptitudinem doceat. De Corinthiorum promptitudine gloriatur apud Macedones; ut Corinthios pudeat, si coram Macedonibus appareant minùs ad dandum prompti. Sicque mirâ sapientiâ Paulus discipulos et filios suos urget ad bonum.

Et vestra æmulatio. Græc., *et quæ ex vobis est æmulatio*, id est, et vestræ promptitudinis exemplum fecit, ut alii multi fuerint promptiores; seu vestrum exemplum multos ad imitationem provocavit.

Supra laudavit Macedones ob largitatem; quia, inquit, *supra vires*, cap. 8, v. 3; hic Achæos laudat ob voluntatis promptitudinem, ab anno præterito.

Vide, quomodò et illos per hos excitat, hosque per illos, ait Theophylactus post Chrysostomum. In quo patet spiritualis sapientia Pauli; ait Theodoretus.

Vers. 1 — *Nam de ministerio*, etc., id est, subministratio hujus eleemosynæ, quæ fit in sanctos, id est, pauperes christianos, ex abundanti est, id est, superfluum est scribere vobis, cùm ad illam prompti sponte vestrâ procuratis. Ita Anselmus.

Vers. 2. — *Scio enim promptum animum vestrum*, ad contribuendam eleemosynam.

Pro quo de vobis glorior apud Macedones (de promptitudine), *quoniam et Achaia parata est ab anno præterito, et vestra æmulatio*, id est, zelus misericordiæ vestræ, quem apud alios prædico et de quo glorior, *provocavit plurimos*, ad imitationem.

Vers. 3. — Misi autem fratres... Titum et alios duos illustres socios, de quibus in cap. 8; ne quod gloriamur de vobis, id est, ne nostra de vestrâ promptitudine gloriatio

Evacuetur, id est, inanis sit et falsa.

In hac parte, hâc in re, in hoc eleemosynarum negotio. Circa alia multa, de quibus etiam pro vobis glorior, nihil timeo.

Pressiùs urget ad promptitudinem, ob illorum honorem sollicitus. Eos ergo præmisi, ut quemadmodùm Macedonibus dixi vos esse paratos, ita sitis reverà parati, vestraque pecuniarum collectio facta et parata, cùm ad vos venero.

Vers. 4. — Ne cum venerint... Græc. ne fortè si venerint, etc. Multis ex locis patet quòd discipuli suos apostolos deducebant, et itineris impensas præbebant; 1 Cor. 16, 6; Rom. 15, 24; Act. 16, 3, etc.

Erubescamus. Nos, quasi mendaces, qui falsò de vestrâ promptitudine gloriati sumus.

Ne dicam vos, ad quos is pudor maximè pertinebit, quia vestra erit culpa.

In hac substantia. Græc., ὑπόστασι; Græc., addit *gloriationis*, id est, in hoc nostræ gloriationis fundamento, argumento, subjecto. Syr., *in gloriatione illâ, quâ gloriati sumus*, affirmantes scilicet et gloriantes vos esse paratos.

Mirâ charitatis arte, seipsum Corinthiorum partem facit, certatque pro ipsis; ait Theophylactus. Sicque eò pressiùs illos ad promptitudinem urget, quò majus sibi et illis imminet commune dedecus, si non inve-

Vers. 3. — *Misi autem fratres*, Titum et alios duos, *ut ne quod gloriamur de vobis*, *evacuetur in hâc parte*, ne scilicet falsa appareat, ne inaniter videar gloriatus et falsò, vos esse tam promptos et liberales; si parcos et imparatos vos inveniant Macedones.

Ut (*quemadmodùm dixi*) *parati sitis*, in adventum meum.

Vers. 4. — *Ne cùm venerint Macedones mecum*, scilicet apud quos de vobis tam magnificè gloriatus

niantur parati. Vide quomodò infirmos, non tantùm spiritualibus, sed humanis etiam urget rationibus; ait divus Chrysostomus.

Vers. 5. — Necessarium ergo.... Ne ergo nos et vos coram Macedonibus erubescamus; necessarium duxi tres illos spectabiles viros præmittere.

Ut præveniant ad vos, id est, priùs ad vos veniant, quàm ego cum Macedonibus adveniam.

Et præparent repromissam. Græc., *prænuntiatam*, seu ante promissam, id est, quam de vobis promisimus et diximus paratam.

Benedictionem, beneficentiam, largitionem, eleemosynam. Paratam esse, id est, curent ut hæc vestra benedictio, quam de vobis promisimus, et quam gloriati sumus esse paratam, reverà sit parata et collecta.

Sic quasi benedictionem..., sic autem sit parata et collecta, ut palàm appareat quòd sit liberalis et spontanea beneficentia. Sit charitatis et liberalitatis donum, libenter, hilariter et largè datum.

Non tanquam avaritiam, non sit avaritiæ tributum, tardè, invitè, parcè, et cum verbis malè ominantibus datum.

Transit Apostolus ad abundantiam et alacritatem; et has conditiones ex ipso nomine Græco deducit; sit de facto, εὐλογία. Derivatur ab εὖ, id est, *benè*, et λέγω, id est, *dico*, vel *colligo*; εὐλογία ergo significat et benedictionem, et bonam collectionem. Sit reverà benedictio, εὐλογία, benedictionis nomen mereatur; sit bona, uber collatio, celeriter, spontaneè, et hilariter data.

Docet modum eleemosynam faciendi; scilicet, animo et vultu læto, cum verbis gratiosis, quasi qui lucrum facit: et tunc est benedictio; et causa benedictionis æternæ à Deo et ab hominibus. Qui autem eleemosynam tristis, invitus dat, hic avaritiam dat, non benedictionem, ait S. Chrysostomus.

Vers. 6. — Hoc autem dico; in Græc., *hoc autem* (non est dico). Explico quod dixi, *tanquàm benedictionem et non avaritiam.*

Qui parcè seminat, parcè et metet... Eleemosyna semen est, quod in manu pauperis, quasi in agro Dei seritur; et cujus messis in sinu Dei colligitur. Sicut agricola, qui *parcè seminat, parcè et metit;* ita et qui parvam facit eleemosynam; parvam recipiet à Deo mercedem. Intellige parvam in comparatione multùm seminantis: erit enim semper magna merces in comparatione seminis, seu eleemosynæ datæ

Sicut agricola, qui multùm et copiosè seminat, multùm et copiosè metet; ita

Qui seminat in benedictionibus. Vide v. 5 quid significat εὐλογία; largè, copiosè, in beneficentiis, valdè beneficè largitur pauperibus; qui multas benedictiones, beneficentias, uberes collationes, quasi semina effundit in pauperes; amplam, uberem, copiosam mercedem à Deo recipiet.

Cùm facis eleemosynam recordare quòd seminas et consequenter quòd plus recepturus es, quàm seminas; sed eâ proportione, quâ plus aut minùs dederis; plus aut minùs libenter et hilariter dederis. Pro modo largitionis erit et modus præmii. Qui dat liberaliter, à Deo recipiet liberaliter. Hæc tamen liberalitas ex animo, potiùs quàm ex dono æstimatur, ut patet in viduâ, quæ duo tantùm minuta dedit. In tuâ ergo liberalitate sita est messis abundantia. Si multùm habes, da multùm; si parùm habes, da libenter et gratiosè.

Vers. 7. — Unusquisque prout... Hoc tamen non dico, ut quemquam invitum cogam; etenim non tam donum exigo quàm animum. *Unusquisque* donet quod voluerit: sicut in corde suo proposuit, at det hilariter. Tertiam expressiùs assignat eleemosynæ conditionem.

Non ex tristitia, quam parit animus avarus, qui dat parum et tristis: sed hilariter, animo et vultu læto.

Non ex necessitate, quasi per vim, quasi coactus, vel petentium auctoritate; vel aliorum dantium exemplo; ut suo consulat honori; sed sponte et libenter.

Hilarem enim datorem Deus diligit, id est, approbat et remunerat. Eleemosyna charitatis fructus est, à corde ergo procedat per charitatem aperto, dilatato: detur cum gaudio et libenter. *In omni dato hilarem fac vultum tuum.* Ecclesiastici 35, v. 11. Si panem dederis tristis, et panem et meritum perdidisti; Aug., in Psal. 42. Apud homines qui apparentia tantùm vident, sufficit quòd quis operetur actum virtutis: apud Deum, qui cor intuetur, non sufficit quòd solum operetur actum virtutis secundùm speciem, nisi etiam secundùm debitum modum operetur; scilicet, delectabiliter et cum gaudio; et ideò non datorem tantùm, sed hilarem datorem diligit Deus; et non tristem et remurmurantem; D. Thomas.

Vers. 8. — Potens est autem Deus. Stabilitis bonæ eleemosynæ conditionibus, occurrit timidæ cuidam cogitationi, quâ possent ab eleemosynâ promptè,

sum. *Et invenerint vos imparatos*, etc.; in hâc materiâ laudis et vituperii circa eleemosynas, et tenacem avaritiam.

Vers. 5. — *Necessarium ergo existimavi rogare fratres, ut præveniant ad vos.* Græcè, *ut præcederent ad vos;* præcederent, inquam, priusquàm ego veniam cum Macedonibus.

Et præparent repromissam benedictionem, beneficentiam et eleemosynam vestram.

Hanc paratam esse, sic quasi benedictionem, ut videatur spontanea et liberalis beneficentia; *non tanquàm avaritiam*, non verò ab avaris extorta. Ita Anselmus.

Vers. 6. — *Hoc autem dico*, q. d.: Hoc est quod volo dicere, aut quod volo vos scire.

Qui parcè seminat, parcè et metet; et qui seminat in benedictionibus, de benedictionibus et metet. Ostendit hâc sententiâ, ab exemplo eorum qui seminant, largè tribuendum esse, ut larga sit retributio.

Vers. 7. — *Unusquisque prout destinavit in corde suo, non ex tristitiâ*, quam parit avarus animus, *aut ex necessitate*, consulendi suæ famæ et pudori; q. d.: Volo bonum vestrum, etiamsi exiguum sit, esse voluntarium, ne mercede privetur apud Deum.

Hilarem enim datorem diligit Deus. Hilarem datorem vocat eum qui libenter et ex animo dat.

Vers. 8. — *Potens est autem Deus omnem gratiam abundare facere in vobis*, etc.; ut scilicet assiduè, continuè et abundè facere possitis eleemosynas, amisque et aliis benefacere.

largè, hilariter faciendâ averti; scilicet, si sic largiamur, fortè nos ipsi indigebimus. Quibus respondet, id ne timeatis. *Potens est Deus*... Syr., *facultas siquidem est in manibus Dei omnem beneficentiam augendi in vos.* Quasi diceret : Deus, qui cum liberalibus liberalis est, potest facere, ut pro vestrâ eleemosynâ, omne genus bonorum abundet in vobis : seu potest omnium bonorum abundantiam vobis dare.

Ut in omnibus..., ita ut in omni re, in omni tempore, omnem et plenam sufficientiam habeatis : seu quæ vobis sufficiant ad honestè vivendum.

Abundetis..., et præterea habeatis abundè ad omnia pietatis opera exercenda. Qui paucis contentus, sibi sufficientia tantùm tribuit; is multùm poterit aliis dare. Sibi parcus, in pauperes magnificus. In carnalibus, quantùm sat sit, ipsis petit; at in spiritualibus, ut etiam abundent, postulat; D. Chrysostomus.

Vers. 9. — Sicut scriptum est... Auctoritate Scripturæ et exemplo ex eâ deducto confirmat fiduciam in Dei potentiam; seu confirmat quod in versiculo præcedente dixit : *Potens est Deus... Sicut scriptum est...*, quasi diceret : Ita ut quid simile vobis contingat, quod de viro justo *scriptum est* in psal. 111.

Dispersit, id est, more seminantis sparsit opes suas; et eas in pauperes liberaliter et largè distribuit.

Justitia ejus, id est, eleemosyna ejus : quâ justus fit justior; et quâ peccator ad justitiam disponitur. Justos quippe homines efficit, ait D. Chrysostomus, peccata in modum ignis absumens et conficiens, cùm largissimè profunditur. Eleemosyna igitur, seu opera misericordiæ, hic *justitia* dicuntur, sicut Matth. 6, 1 : *Attendite ne justitiam vestram faciatis coram hominibus. Justitia* itaque, seu eleemosyna ejus, licèt dispersa, non periit, sed manet et fructificat. Sicut semina in terram projecta non pereunt, sed uberiore fructu succrescunt : ita eleemosyna justi in pauperes sparsa non perit, sed permanet et fructificat.

In seculum seculi, id est, in seculum tum præsens, tum futurum; ait Theophylactus : seu in tempore et in æternitate. Permanet et fructificat in tempore quidem, per benedictionem Dei sæpè multiplicantis bona temporalia justi eleemosynarii, quibus possit ampliores rursùs eleemosynas facere; seu, ut ait D. Paulus, *abundare in omne opus bonum.* In æternitate verò permanet et fructificat; quia præmia continuè parit æterna.

Observatio litteralis.

Ex præcedentibus in v. 8, et ex sequentibus v. 10, mihi videtur quòd hæc sit mens D. Pauli, in citatione hujus Psalmistæ versiculi, scilicet, quòd eleemosyna justi maneat in tempore et in æternitate, ita ut largiter tribuendo non deficiat in tempore. In his enim versibus ita vult Apostolus Corinthios ad amplam eleemosynam, per intuitum mercedis æternæ, inducere; ut et per intuitum divinæ omnipotentiæ, ab eorum cordibus omnem repellat diffidentiam, ne ob eleemosynæ largitionem, ipsis necessaria desint. Imò vult ut credant et sperent quòd Deus eis et sibi sufficientia dabit, et abundè ad omnia pietatis opera in alios exercenda. Hanc in Deum fiduciam illis inspirat,

1° allegatione divinæ omnipotentiæ;

2° auctoritate Scripturæ, et exemplo viri justi, de quo Psalmista loquitur;

3° promissione et similitudine de quibus v. 10; sed ante :

Observatio moralis.

Hic cum D. Chrysostomo mirare, quòd quæ asservata pereunt, eadem cùm disperguntur, manent et quidem in perpetuum. Quocirca, inquit, plenâ, confertâque manu seramus.

Hinc divus Basilius opes puteis comparat, in Lucam 12. Putei continuò exhausti et copiosiore et pulchriore fluunt aquâ; dimissi verò et quieti facilè putrent : sic et opes reconditæ inutiles sunt, translatæ in pauperes fructum pariunt.

Clemens Alexandrinus, lib. 3 Pædag., cap. 7, eâdem utitur similitudine; et alteram addit. Sicut ad ubera quæ suguntur, lac confluere solet; ita et opes confluunt ad eos qui erogant illas.

Vers. 10. — Qui autem administrat... panem præstabit... Hic nostra Vulgata differt ab hodierno Græco; quod juxta Græcum optat Apostolus : *Suppeditet, multiplicet, augeat;* optativo modo, juxta nostram Vulgatam Apostolus promittit : *Præstabit, multiplicabit, augebit.* D. Chrysostomus, Theodoretus, Theophylactus votum et orationem esse dicunt. Arabica versio in optativo; Syriaca versio sicut et noster interpres in futuro loquitur : *Largietur, multiplicabit, nutriet*... Item Æthiopica versio.

Quò longiùs omnem Corinthiorum diffidentiam repellat Apostolus, illis hæc duo promittit, quæ in v. 8 Deo possibilia dixit; et quæ in v. 9 justis ordinariè contingere probavit ex Scripturis; scilicet, sufficientiam ad honestè vivendum; et abundantiam ad dandum pauperibus. Hæc autem ita promittit ut et rem eleganti similitudine illustret et suadeat. Deum comparat hero temporali; eleemosynarium, colono; eleemosynam, semini. Sicut herus, qui suo colono semen administrat, quod in agro suo seminet; eidem colono dat panem et omnia victui necessaria, et præterea in tempore messis, facit illum suæ messis participem; quâ participatione, multiplicatis ejus seminibus, longè plura in anno sequenti potest seminare et metere : et sic deinceps in annis sequentibus; ita ut crescat quotannis seminum multiplicatio : ita Deus, qui eleemosynario, quasi suo colono, semen, id est, bona temporalia dedit quod in pauperibus, agro suo, sereret : eidem et victui neces-

Vers. 9. — *Sicut scriptum est* (in psal. 111) : *Dispersit, dedit pauperibus*, id est, more seminantis spargit opes suas, ac distribuit eas in pauperes. *Justitia ejus manet in seculum seculi;* manet scilicet in Dei memoriâ, et æternâ mercede, quasi segete et messe.

Vers. 10. — *Qui autem administrat semen seminanti*, ut suum agrum seminet, *et panem ad manducandum præstabit*, multiplicabit, augebit, q. d. : Potens est Deus præstare, multiplicare, augere semen vestrum. *Et multiplicabit semen vestrum, et augebit incrementa frugum justitiæ vestræ.* Augebit proventus justitiæ et charitatis vestræ, scilicet dabit incrementum gratiæ

saria PRÆSTABIT; et ejus facultates MULTIPLICABIT, quas rursùs in plures possit pauperes dispergere: sicque magis ac magis mereri. Hæc est similitudo; illiusque sensus. Jam ad verba.

QUI AUTEM ADMINISTRAT, id est, Deus, qui vobis, servis suis, suppeditat bona, quæ distribuatis: seu qui dat vobis facultatem eleemosynam faciendi, et aliorum inopiam sublevandi.

ET PANEM..., id est, victum et omnia alia vobis necessaria dabit.

ET MULTIPLICABIT..., et insuper multiplicabit hæc bona temporalia, quæ seminatis in pauperes: sicut multiplicat semina in terram jacta. Ecce carnalem eleemosynæ mercedem; ait D. Chrysostomus.

ET AUGEBIT INCREMENTA FRUGUM. Græc., *fructus genitos*, seu germina JUSTITIÆ VESTRÆ, id est, et quod præcipuum est *augebit* spirituales proventus *justitiæ vestræ;* scilicet dabit hìc incrementum gratiæ, et in cœlo gloriæ. Ecce spiritualem remunerationem.

Incrementum gratiæ, majoris gloriæ meritum, fructus sunt et soboles justitiæ, seu charitatis quæ per eleemosynam exercetur. Triplicem itaque observa messem pro uno eleemosynæ semine, temporalem, spiritualem, æternam. Bona temporalia per eleemosynam multiplicantur. Gratia et sanctitas interna augetur. Continuò crescit gloriæ meritum. Itaque quàm meritò Christus dixit, Act. 20, 35 : *Beatius est magis dare, quàm accipere.* Multò majus enim est dantis, quàm recipientis emolumentum. Dans crescit in gratiâ; crescit in gloriæ merito: ordinariè ditatur et temporaliter. Ordinariè dixi, quia plerùmque plus abundant eleemosynarii, quàm avari. Hic tamen providentiæ modus non est perpetuus, ut notat Estius; quia Deus ad suorum probationem et majorem gloriam, de rebus aliter disponit.

VERS. 11. — UT IN OMNIBUS..., id est, ut in temporalibus et spiritualibus bonis divites facti.

ABUNDETIS IN OMNEM SIMPLICITATEM..., id est, possitis in posterum corde simplici et affectu sincero omne charitatis genus abundanter exercere.

SIMPLICITAS; hìc, munificentia, aiunt D. Chrysostomus, Theodoretus; candida liberalitas, candida et liberalis largiendi voluntas, ait Gagnæus.

hìc, et gloriæ in cœlo. Ita Theophylactus. Fruges enim intelligit divinæ et æternæ remunerationis, ait Anselmus.

VERS. 11. — *Ut in omnibus locupletati, abundetis in omnem simplicitatem.* Deus ea quæ dixi vobis præstabit (aut præstet), utpote qui sitis per omnia divites perfectæ simplicitatis, id est, virtute sinceræ liberalitatis.

Quæ operatur per nos gratiarum actionem Deo, id est, quæ vestra simplicitas efficit, ut per nos gratiæ agantur Deo.

VERS. 12. — *Quoniam ministerium hujus officii*, administratio scilicet hujus collectæ eleemosynarum, *non solùm supplet ea quæ desunt sanctis*, etc., ut per multos, ac præsertim eos qui vestræ liberalitatis fiunt participes, gratiæ Deo agantur.

VERS. 13. — *Per probationem ministerii hujus glorificantes Deum*, dùm per nostrum ministerium, probatâ illis vestrâ liberalitate, Deum glorificant.

In obedientiâ confessionis vestræ, *in Evangelium* Docet hìc divitiarum finem et usum. Non sunt defodiendæ; non sunt in vanis aut voluptuosis expendendæ; sed *ad omnem simplicitatem* habendæ, id est, ad omne bonum opus simplici et sincero charitatis affectu exercendum.

QUÆ OPERATUR.... quæ vestra simplicitas et munificentia, materiam nobis præbet Deo gratias agendi. Eleemosyna semen est gratiarum actionis. A Deo procedit bonum quod datis, et bona voluntas, quâ datis; ad Deum redit utrumque per nostram gratiarum actionem.

VERS. 12. — QUONIAM MINISTERIUM... Græc., ἡ διακονία τῆς λειτουργίας, *diaconia hujus liturgiæ*. Syr., *quia functio ministerii hujus...*

Probat propter eorum eleemosynam Deo gratias agi, et alias recenset eleemosynæ utilitates, quibus hanc rem conficit. Quoniam collectio et administratio harum eleemosynarum, non solùm supplet sanctorum inopiæ, eis necessaria suppeditando; sed præterea facit, ut ob id plurimæ à multis Deo reddantur gratiarum actiones.

VERS. 13. — PER PROBATIONEM...., id est, per experientiam, explorationem, id est, vestram quippe beneficentiam, per nostrum ministerium experti, Deum glorificant.

IN OBEDIENTIA CONFESSIONIS... Syr. : *Quòd subjecti sitis confessioni Evangelii Christi.* 1° Deum glorificant quòd per opera vestra appareat quòd verè christiani sitis et Evangelii sequaces. Seu ob vestram obedientiam fidei christianæ et Evangelio Christi: quam profitemini. Charitas in pauperes præcipitur ab Evangelio. Reddunt ergo Deo gratias ob vestram fidem et obedientiam Evangelio; seu ob vestram fidem veram, vivam et operantem.

ET SIMPLICITATE... 2° Ob candidam et sinceram liberalitatem, quâ illos et alios omnes vestrorum bonorum participes effecistis.

VERS. 14. — ET IN IPSORUM OBSECRATIONE... 3° Et glorificant Deum per orationes quas fundunt pro vobis, quos et optant videre, ob excellentem gratiam vobis à Deo collatam : fidem et charitatem, ex quibus orta est beneficentia vestra.

VERS. 15. — GRATIAS DEO SUPER INENARRABILI

Christi. Glorificant Deum in obedientiâ vestrâ, quâ confitemini, et profitemini Evangelium Christi. Unde Syrus : Glorificant Christum quòd subditi sitis confessioni Evangelii Christi. *In Evangelium*, id est, erga Evangelium, vel Evangelii.

Et simplicitate communicationis in illos et in omnes, id est, et super liberalitate vestrâ, quâ simplici animo puràque intentione participes bonorum vestrorum temporalium feceritis ipsos ac cæteros Christi pauperes.

VERS. 14. — *Et in ipsorum obsecratione pro vobis*, q. d. : Pauperes Hierosolymitani, qui vestram eleemosynam recipiunt, dùm pro vobis orant et obsecrant, glorificant etiam Deum.

Desiderantium vos propter eminentem gratiam Dei in vobis; id est, qui magno vestrî videndorum desiderio tenentur, idque propter eminentem Dei gratiam, quam vobis inesse cognoscunt; gratiam, inquam, fidei, ac beneficentiæ ex fide profectæ.

VERS. 15. — *Gratias Deo super*, etc., *dono*, scilicet

DONO EJUS. Paulus quasi pro pauperibus gratias agit Deo, pro *dono ineffabili*, beneficentiæ, cujus fructus charitatis et eleemosynæ vestræ, ex quo tam multa bona, totque Dei laudes undequàque redundant, ut verbis non possunt enarrari; ob æternam gloriam, *quam nec oculus vidit...* meritò dicatur inenarrabile. Vide Chrysostomum.

Corollarium pietatis, seu in hoc capite ad pietatem maximè notanda, et ad praxim redigenda.

In capite præcedenti ordinem vidisti servandum in eleemosynâ benè et sanctè faciendâ. Cor primò dandum Deo; deinde danda pauperi substantia. Hoc Apostolus docuit in capite præcedenti. Vide corollarium pietatis : in hoc autem capite :

1° Nota modum quo danda sit hæc pauperi substantia, nimirùm promptè, largè, hilariter. Promptè danda est eleemosyna; bonæ voluntatis fructus est, et charitatis donum : sit ergo prompta, detur celeriter. Nescit enim tarda molimina Spiritûs sancti gratia. Largè et abundanter danda; semen est gloriæ, in paupere, quasi in agro Dei sata, et cujus messis in sinu Dei colligetur eò abundantior, quò copiosius fuerit semen : sit ergo larga, multa, abundans. *Qui parcè seminat, parcè et metet;* et qui copiosè seminat, metet copiosè. Hilariter et lætè danda; æterni regni emptio et acquisitio est : quis æternum Dei regnum acquirat tristis? Fiat ergo hilariter, corde aperto, vultu læto, cum verbis honestis et gratiosis, quasi qui lucrum facit maximum. Ad hæc vide v. 1, 2, 3, 4, 5, 6, 7.

2° Nota duo verba quibus utitur Apostolus, et quorum uno has tres eleemosynæ conditiones exprimit; altero autem tria vitia illis opposita rejicit. Eleemosyna, inquit, non sit avaritia, seu non sit avaritiæ donum; quod invitè, et ideò tardè, parcè, et cum tristitiâ datur. Eleemosyna sit benedictio, quæ datur ex animo, et ideò promptè, largè, hilariter. Vide v. 5.

3° Nota v. 8, 9, 10, 11, quomodò sic omnem diffidentiam à fidelium cordibus repellat, ut eos ad has tres eleemosynæ conditiones adimplendas efficaciter excitet, intuitu multiplicis utilitatis et temporalis et æternæ. Vide in commentario triplicem messem, temporalem, spiritualem et æternam, pro uno eleemosynæ semine; v. 10.

4° Nota v. 12 apostolicam D. Pauli praxim in hâc suâ functione eleemosynas pauperibus Jerosolymitanis à Corinthiis fidelibus procurandi. Hanc eleemosynarum oblationem Apostolus aspiciebat ut sacrificium; cujus sacerdotes erant Corinthii offerentes; diaconi autem ministrantes, ipse Paulus, Titus, et alii ejus comites; victima, ipsa eleemosyna; altare, pauperes Jerosolymitani; fumus et fragrans odor, gratiarum actio, et gloria Dei. Et hinc disce apostolicis oculis eleemosynam aspicere. *Liturgia est.* Mysticum sacrificium, cujus es sacerdos, et quod ubique Deo potes et debes offerre.

PRAXIS.

Cùm itaque pauperem fide præditum cernis eleemosynam à te petentem, altare statim cogita; existima te aram Christi videre, ait D. Chrysostomus : hoc igitur altare reverere, et super illud sacrifica. Super hoc altare mysticum, *honora Dominum de tuâ substantiâ*, Prov. 3, 9. Da de tuis divitiis, offer sacrificium, ex quo gloria et gratiarum actio, quasi fumus, ascendat ad Dominum. Da itaque, si potes, et da promptè, largè, hilariter, animo et vultu læto, et cum verbis gratiosis. Recordare quòd sacrifices et offeras ipsi Deo, omnium bonorum auctori. Si nihil habes de bonis externis, da *de tuâ substantiâ* internâ, da affectum, da compassionem, verbum consolatorium, da vel lacrymulam. Discas viscera aperire indigentibus; da pro magno promptitudinem, si nihil aliud habes, da vel lacrymulam : magnum enim remedium est afflicto misericordia; D. Gregor. Nazian., orat. de Curâ pauperum. Alia multa de eleemosynâ vide in capite octavo in commentario, et in corollario pietatis.

CAPUT X.

1. Ipse autem ego Paulus obsecro vos, per mansuetudinem et modestiam Christi, qui in facie quidem humilis sum inter vos, absens autem confido in vobis.

2. Rogo autem vos ne præsens audeam, per eam confidentiam quâ existimor audere in quosdam, qui arbitrantur nos tanquàm secundùm carnem ambulemus.

3. In carne enim ambulantes, non secundùm carnem militamus.

4. Nam arma militiæ nostræ non carnalia sunt, sed potentia Deo ad destructionem munitionum, consilia destruentes,

5. Et omnem altitudinem extollentem se adversùs scientiam Dei, et in captivitatem redigentes omnem intellectum in obsequium Christi,

CHAPITRE X.

1. Mais moi-même Paul, je vous conjure par la douceur et la modestie de Jésus-Christ, moi qui, étant présent, parais bas et méprisable parmi vous, au lieu qu'étant absent, j'agis envers vous avec hardiesse;

2. Je vous prie qu'étant présent, je ne sois point obligé d'user avec confiance de cette hardiesse avec laquelle on m'accuse d'agir envers quelques-uns, qui s'imaginent que nous vivons selon la chair :

3. Car, encore que nous vivions dans la chair, nous ne combattons pas selon la chair.

4. Les armes de notre milice ne sont point charnelles; mais elles sont puissantes en Dieu, pour renverser les remparts ennemis; et c'est par ces armes que nous détruisons les raisonnements humains;

5. Et tout ce qui s'élève avec hauteur contre la science de Dieu; et que nous réduisons en servitude tous les esprits, pour les soumettre à l'obéissance de Jésus-Christ;

6. Et in promptu habentes ulcisci omnem inobedientiam, cùm impleta fuerit vestra obedientia.

7. Quæ secundùm faciem sunt, videte. Si quis confidit sibi Christi se esse, hoc cogitet iterùm apud se, quia sicut ipse Christi est, ita et nos.

8. Nam et si ampliùs aliquid gloriatus fuero de potestate nostrâ, quam dedit nobis Dominus in ædificationem, et non in destructionem vestram, non erubescam.

9. Ut autem non existimer tanquàm terrere vos per epistolas

10. (Quoniam quidem epistolæ, inquiunt, graves sunt et fortes; præsentia autem corporis infirma, et sermo contemptibilis);

11. Hoc cogitet qui ejusmodi est, quia quales sumus verbo per epistolas, absentes, tales et præsentes in facto.

12. Non enim audemus inserere, aut comparare nos quibusdam qui seipsos commendant; sed ipsi in nobis nosmetipsos metientes, et comparantes nosmetipsos nobis.

13. Nos autem non in immensum gloriabimur, sed secundùm mensuram regulæ quâ mensus est nobis Deus mensuram pertingendi usque ad vos.

14. Non enim quasi non pertingentes ad vos, superextendimus nos; usque ad vos enim pervenimus in Evangelio Christi:

15. Non in immensum gloriantes in alienis laboribus: spem autem habentes crescentis fidei vestræ, in vobis magnificari secundùm regulam nostram in abundantiam,

16. Etiam in illa, quæ ultra vos sunt, evangelizare, non in alienâ regulâ in iis quæ præparata sunt gloriari.

17. Qui autem gloriatur, in Domino glorietur.

18. Non enim qui seipsum commendat, ille probatus est, sed quem Deus commendat.

6. Ayant en notre main le pouvoir de punir tous les désobéissants, lorsque vous aurez satisfait à tout ce que l'obéissance demande de vous.

7. Jugez au moins des choses selon qu'elles paraissent. Si quelqu'un se persuade en lui-même qu'il est à Jésus-Christ, il doit aussi considérer en lui-même que, comme il est à Jésus-Christ, nous sommes aussi à Jésus-Christ.

8. Car quand je me glorifierais un peu davantage de la puissance que le Seigneur m'a donnée pour votre édification, et non pour votre destruction; je n'aurais pas sujet d'en rougir.

9. Mais afin qu'il ne semble pas que je veuille vous étonner par des lettres

10. (Parce qu'à la vérité, disent-ils, les lettres sont graves et fortes; mais lorsqu'il est présent, il paraît bas en sa personne et méprisable en son discours);

11. Que celui donc qui est dans ce sentiment, considère qu'étant présents, nous nous conduisons dans nos actions de la même maniere que nous parlons dans nos lettres, étant absents.

12. Car nous n'osons pas nous mettre au rang de quelques-uns, qui se relèvent eux-mêmes, ni nous comparer à eux; mais nous nous mesurons sur ce que nous sommes véritablement en nous, et nous ne nous comparons qu'avec nous-mêmes.

13. Or nous, nous ne nous glorifierons point démesurément, mais nous renfermant dans les bornes du partage que Dieu nous a donné, nous nous glorifierons d'être parvenus jusqu'à vous.

14. Car nous ne nous étendons pas au delà de ce que nous devons, comme si nous n'étions pas parvenus jusqu'à vous, puisque nous sommes arrivés jusqu'à vous, en prêchant l'Évangile de Jésus-Christ.

15. Nous ne nous relevons donc point démesurément, en nous attribuant les travaux des autres, mais nous espérons que votre foi croissant toujours en vous de plus en plus, nous étendrons notre partage beaucoup plus loin,

16. En prêchant l'Évangile aux nations qui sont au delà de vous, sans entreprendre sur le partage d'un autre, en nous glorifiant d'avoir bâti sur ce qu'il aurait déjà préparé.

17. Que celui donc qui se glorifie, ne se glorifie que dans le Seigneur.

18. Car ce n'est pas celui qui se rend témoignage à lui-même, qui est vraiment estimable; mais c'est celui à qui Dieu rend témoignage.

ANALYSIS.

In hoc, et duobus sequentibus capitibus suam propriam apologiam texit Apostolus contra pseudo-apostolos, et quosdam ab eis deceptos, qui ob priorem epistolam irritati, Paulum dicebant, in præsentiâ timidum et humilem, in absentiâ verò audacem et per litteras fulminantem; hincque traducebant eum ut hominem vanum, carnalem, seu in Evangelii ministerio, astutiâ, simulatione, aliisque mediis carnalibus utentem.

Primo itaque et secundo versu auctoritatem apostolicam cum humilitate christianâ commiscens, obsecrat per Christi mansuetudinem, ne cogant ipsum suâ in eos auctoritate uti.

℣ 3. *In carne vivit quidem, sed non secundùm carnem militat: arma quippe ejus spiritualia, eaque Dei virtute potentissima; tum ad omnes, quoscumque infidelium intellectus debellandos et captivandos in obsequium Christi; tum ad omnem fidelium inobedientiam puniendam. Hâc apostolicâ puniendi auctoritate se tandem usurum minatur, v. 6.*

Interim, v. 7, Corinthiis suæ ipsius causæ judicium committit: ex factis ergo evidentibus et notis judicent, an sibi Paulo præferri debeant pseudo-apostoli: si enim illi Christi ministri sunt, patet quòd et ego: in hoc ergo saltem par sum illis.

Modestè supprimit v. 8 facta Corinthiis nota, quibus suam posset extollere potestatem, ne illam ostentans, videatur velle metum per epistolas incutere: aiunt enim, inquit, quòd epistolæ meæ graves sunt et fortes; præsentia verò infirma et contemptibilis.

℣ 11. *At ipsos scire volo, quòd qualis sum absens verbo; talis et facto præsens ero.*

℣ 12. *Et sequentibus sic se justificat, ut ubique taxet pseudo-apostolorum vanitatem, quâ semetipsos aliis præferunt; quâ se falsò jactant, quasi totum terrarum orbem prædicando percurrerint; quâ de aliorum laboribus gloriantur. Paulus è contra, suo se pede metiens, non audet se talibus comparare; non jactat se super id quod est, et fecit: reverà autem et de facto Corinthiis Evangelium primus prædicavit; de suo, non de alieno labore gloriatur, imò in Deo solo gloriandum esse scit et prædicat.*

PARAPHRASIS.

1. Ego autem ipse Paulus, vester apostolus, obsecro vos per Christi mansuetudinem ac benignitatem; ego, inquam, qui, ut aiunt obtrectatores mei, et quod mihi vertunt vitio, cùm apud vos sum præsens, humiliter me gero, et cùm absum à vobis, audacter et cum auctoritate in vos ago:

2. Rogo autem vos, ne cogar, cùm apud vos ero, eâ fiducià uti, quâ absens existimor audere; seu ne cogar meam potestatem audacter exercere in quosdam è vobis, qui à pseudo-apostolis seducti, existimant nos secundùm carnem vivere.

3. Etenim licèt aliis hominibus similes, in carne vivamus infirmâ; non tamen secundùm carnem, aut carnales affectus militamus, seu evangelicum exercemus ministerium:

4. Nam hujus militiæ nostræ arma sunt, non carnalia, sed spiritualia; eaque, Dei virtute, potentissima ad evertendas adversariorum nostrorum munitiones; quibus armati destruimus philosophorum fidem oppugnantium ratiocinationes.

5. Et omnem altitudinem scientiæ humanæ et sermonis, quæ sese contra Evangelium effert; et quodcumque ingenium, quantumlibet excellens, et studiis excultum, ducimus captivum ad obediendum Christo Domino, per voluntariam fidei humilitatem.

6. Et eisdem armis ad manum habemus potestatem puniendi omnem inobedientem: quam quidem potestatem exercebo in contumaces, cùm impletus fuerit obedientium numerus.

7. Interim ex factorum evidentià videte an pseudo-apostolis minor sim. Si quis illorum gloriatur se Christi ministrum esse; hic apud semetipsum etiam perpendat, quòd et ego quoque sum Christi minister, et in hoc illi non impar.

8. Dico non imparem, nam si quid ampliùs addidero de potestate, quam mihi Christus ipse dedit, ut saluti vestræ prosim, non ut ei noceam, non erubescam quasi mendax aut vanus: quia veritatem dicam, ad Dei gloriam, et ad salutem vestram.

9. Verùm non faciam, ne videar velle meam ostentare potentiam et metum per epistolas incutere.

10. Etenim, inquiunt obtrectatores mei, epistolæ ejus pondus et vim habent; ejus verò præsentia corporalis humilis et demissa; ejusque sermo contemptibilis, sine vi, sine pondere.

11. Quicumque sit ille, qui talia loquitur; sciat, et persuasum habeat, quia quales sumus, verbo, cùm absumus; tales de facto erimus, cùm vobis præsentes fuerimus.

12. Non enim audemus in quorumdam numerum nos ingerere, aut nos cum eis comparare, qui semetipsos commendant et extollunt, nos verò despiciunt; sed nosmetipsos nostro quasi pede metimur, nosque nobiscum, non cum aliis, comparamus; multò minùs nos illis præferimus.

13. Nos autem non gloriabimur supra modum, ut quidam, sed manebimus intra limites, quos nobis Deus assignavit; juxta quam regulam apostolatus meus à Judæâ ad Corinthum usque pervenit.

14. Neque enim hâc in re nos ultra quàm par est jactamus; aut gloriam nostram ultra terminos extendimus; quandoquidem reverà et de facto primi ad vos pervenimus, primi Evangelium Christi prædicavimus.

15. Neque sicut quidam, sine fine et modo gloriamur de laboribus alienis: speramus autem quòd fide vestrâ crescente, per hunc vestrum profectum in melius, augebitur in vobis gloria nostra, secundùm mensuram laboris nostri in vobis excolendis.

16. Et præterea speramus quòd ad alias ultra Corinthum provincias progrediemur evangelizando, non in locis per alios præparatis, neque in alienis laboribus gloriantes; imò nec in nostris, sed in Deosolo.

17. Quisquis vult in aliquo gloriari, glorietur in Domino, ex quo, per quem, et ad quem omnia.

18. Non enim qui semetipsum laudibus effert, ille verè probatus est, sed ille quem Deus commendat, seu laude dignum demonstrat per opera.

COMMENTARIA.

Vers. 1. — Ipse autem ego Paulus... In superioribus capitibus loquens, plurali numero usus est, quia non tam se, quàm suos collegas, suumque in genere evangelicum ministerium tueri visus est: Hic autem tribus vocibus singularibus exorditur: *Ipse Ego Paulus*, quia suam singularem apologiam contra suos æmulos Judæos aggreditur. Dico Judæos, hoc enim patet ex cap. 11, v. 22; Judæos autem ad Christum conversos, ut patet ex hujus capitis v. 7, sed judaizantes, seu legem cum Evangelio permiscentes; et ideò Paulum odio singulari prosequentes, quia legem per Evangelium abrogatam apertiùs prædicabat. Contra tales æmulos, hìc suam elevat vocem: *Ipse ego Paulus.*

Magna his verbis emphasis, magna gravitas inest, ait D. Chrysostomus. Dignitatem et auctoritatem indicant hæc verba, ait Theophylactus; hunc enim præ se ferunt sensum: Obsecro vos ipse ego Paulus, terrarum orbis doctor. Humilitatem è contra in his eisdem verbis agnovit D. Thomas, qui putat Apostolum ad sui nominis etymologiam alludere. Paulus autem interpretatur humilis et quietus, ait D. Tho-

Vers. 1. — *Ipse autem ego Paulus obsecro vos per mansuetudinem et modestiam Christi*, q. d.: Oro vos per Christi mansuetudinem, ne me cogatis irasci.

Qui in facie quidem humilis sum inter vos; quando præsens sum, facie et specie externâ humilis et abjectus videor.

Absens autem confido in vobis. Sensus est: Ego Paulus, inquam, qui (quod mihi vitio vertitur ab adversariis), cùm apud vos sum, humiliter et submissè me gero; cùm absens sum, audaciam et confidentiam cum auctoritate erga vos ostendo in epistolis quas scribo. Hæc enim ab Apostolo sic de seipso dicuntur,

mas. Ad quod alludens Apostolus : *Ipse ego Paulus*, id est, verè *Paulus*, id est, verè humilis, parvus et minimus, *obsecro vos.*

Uterque sensus et Patrum Græcorum, et D. Thomæ verus et optimus est. Græcorum quidem, quia reverà suam hìc vocem Apostolus attollit in pseudo-apostolos, de se magnificè sentientes, Paulum verò ut nullius pretii hominem, nihil sani docentem, traducentes. Talium autem calumniatorum superbiam suâ tandem auctoritate vult compescere ; ne sua vilipendatur prædicatio, et proximi salus destruatur, quam ædificavit. Hinc cum emphasi, cum acerbitate et auctoritate loquitur : *Ipse ego Paulus.* D. Thomæ verò, quia de facto Paulus, Christi humilitatis amator et imitator, etiam dùm minatur, dùmque territat, suam ostentans potentiam, humilitatem tamen præ se fert : obsecrans loquitur, non imperans ; quia superbos vult Christi et suo exemplo humilitatem docere, et humilitate ad salutem adducere. Hinc licèt minax, humiliter tamen obsecrat, ut à malo desistant, ad meliorem mentem redeant, et ipsum ad puniendum non cogant. Auctoritatem ergo suam Paulus hìc demonstrat minarum in contumaces intentatione. Humilitatem verò suam exhibet, suâ ipsorum obsecratione, et per Christi mansuetudinem obsecratione, ne ad punitionem cogant. Ita superior ecclesiasticus, qui quos arguit vult corrigere, ædificare, salvare ; suam semper auctoritatem debet cum humilitate contemperare.

Per mansuetudinem et modestiam., Græc., ἐπιείκειαν, *comitatem*, facilitatem, humilitatem. Hinc Jurisconsulti benignam legis interpretationem vocant epicheiam.

Mansuetudo spectat ad animum, comitas ad conversationem.

Admiranda sanè fuit in omnes mansuetudo et comitas Christi : at hanc non mirandam modò, sed et omnibus imitandam proposuit : *Discite à me quia mitis sum*, etc.

Ostendit his verbis D. Paulus quantùm hæc Christi virtus sibi sit cordi, quàm cara, cùm per eam obsecret. Ostendit et simul quàm verè sit illius sectator, et quàm sincerè velit ignoscere, non punire ; sed omnes ad pœnitentiam venire : ideò rogat per Christi mansuetudinem, ne cogant eum contra hanc mansuetudinem, irasci, punire, etc. Quasi diceret : Ne cogatis me deficere ab hâc mansuetudine, quam adeò cupio, ut et intercessionis loco eam vobis objiciam ; ait Theophylactus. Sic invitus irascatur, et puniat superior, Christi mansuetudinis semper memor.

Qui in facie quidem... Pseudo-apostoli Paulum contemnentes, dicebant quòd quidem præsens et in conspectu humilis erat et timidus, absens verò audax erat et minax ; hincque calumniabantur eum quasi carnalem, ut in v. 2. Hæc autem eorum verba hìc repetit, ut calumniam refellat. *Ego igitur Paulus ille, qui...* Vide paraphrasim.

Confido. Græc. θαρρῶ, *liber sum et audax.*

Vers. 2. — Rogo autem vos... Explicat et perficit quod in primo versu incœpit. Vide paraphrasim.

Existimor. Græc., *cogito*, id est, delibero, quasi nondùm determinatus, ut locum det pœnitentiæ.

Dicebant obtrectatores, Paulum præsentem mitiùs agere, captandæ gratiæ causâ, et improborum offensæ metu : absentem verò duriùs agere, suî timoris et reverentiæ incutiendæ gratiâ. Hincque inferebant quòd in Evangelii ministerio mediis uteretur carnalibus, astutiâ, et prudentiâ seculari et politicâ. Hanc calumniam refellit v. 3.

Hinc disce quòd carnalibus omnia carnalia ; et ideò spiritualis homo semper ab aliquo spernetur et reputabitur ut carnalis. Hinc discat et superior spiritualis, quòd quoquo modo se gerat, ab aliquo damnabitur : si humiliter se gerat, ignavus et blandiens ; si cum auctoritate agat et loquatur, superbus reputabitur. Hæc una è ministerii persecutionibus est ; agat coram Deo quod suum est ; patiatur ab hominibus quod Deo benè visum fuerit ; ad utrumque, exemplo divi Pauli, imò exemplo ipsius Christi, pastorum pastoris, animetur.

Vers. 3. — In carne enim ambulantes... Illatam refellit calumniam, quia contra ministerii sui gloriam. Equidem, aliis hominibus similis, corpus gero carneum, et in carneinfirmâ vivo. At secundum carnem, aut carnales affectus, non militamus adversùs infidelitatem et peccatum. *Vita hominis militia est*, ait Job. 7 ; at apostoli vita speciatim est militia, quâ sub imperatore Christo militatur adversùs mundum et dæmonem, mundi seu seculi principem. At militia non carnalis, sed spiritualis ; non secundùm carnis affectus, aut prudentiam secularem, regulasque mundi.

Vers. 4. — Nam arma militiæ..., id est, apostolici ministerii nostri arma non sunt carnalia, scilicet opes, gloria, astutia, simulatio, facundia, vires et alia quibus homines carnales et politici ad fines suos utuntur : hæc enim omnia invalida.

Sed potentia Deo..., id est, sed spiritualia, eaque

velut in vituperium ipsius ab aliis objecta.

Vers. 2. — *Rogo autem vos ne præsens audeam, per eam confidentiam quâ existimor audere in quosdam.* Rogo vos, inquam, ne vestrâ culpâ contingat, ut qui præsens apud vos humiliter hactenùs me gessi, posthàc cum eâ fiduciâ quâ absens audere *existimor*, etiam præsens audeam ; hoc est, audacter et intrepidè potestatem meam exerceam in quosdam ex vobis.

Qui arbitrantur nos tanquàm secundùm carnem ambulemus, tanquàm carnalibus mediis, carnali scilicet, humanâque ac politicâ prudentiâ, industriâ, astutiâ utar, ut cùm non ausim præsens comparere, vel imperare, absens id faciam per audaces et minaces litteras.

Vers. 3. — *In carne enim ambulantes*, etc. Apostolus secundùm carnem ambulare, militare, gloriari dicit eos, qui carnalium et politicorum hominum more animaliter vivunt, ambulant, gloriantur in specie et apparentiâ externâ, in rebus et dotibus externis, videlicet in nobilitate, prosapiâ, eloquentiâ, gratiâ, prudentiâ, iisque quasi armis nituntur ad favorem et plausum hominum, ut omnes sibi concilient ac subjiciant.

Vers. 4. — *Nam arma militiæ nostræ non carnalia sunt*, ut sunt artes, scientiæ, rationes, praxes humanæ, facundia, adulationes, jactantia, simulationes,

Dei virtute, valida, fortia, efficacia. *Potentia Deo*, id est, per Deum. Syr., *virtus Dei.*

Nota cum divo Chrysostomo quòd totam potentiam Deo adscribit : ideò non dicit, nos potentes sumus; sed *arma* : et hæc non in se, aut per se potentia, sed per Deum. Non nos ea talia fecimus, sed Deus ipse; gestamus ea quidem, at Deus ipse per ea dimicat et operatur. Quæ sunt hæc arma apostolica? Verbum Dei, patientia, mansuetudo, humilitas, oratio, charitas. Hæc in se quidem infirma; at per Deum, per Dei potentiam, per dona Spiritûs S., per miracula.

Potentia sunt ad destructionem munitionum, id est, ad evertendas omnes adversariorum *munitiones*, seu omnia munimenta, quibus suos tuentur errores, et quæ objiciunt contra Evangelium.

Consilia destruentes, pro *destruimus.* Quibus destruimus ratiocinationes, syllogismos, per quos fidem oppugnant. Explicat, inquit divus Chrysostomus, quid per munitionem intelligat, scilicet fastum gentilium, vim argumentorum, et captiones dialecticas.

Vers. 5. — Et omnem altitudinem... Persistit in metaphorâ munimentorum, quorum alia quidem artificio, alia verò sublimitate sunt inexpugnabilia. De prioribus in v. 4; hìc de posterioribus seu de turribus. Si turrita fuerit munitio, vel propugnaculum resistens scientiæ Dei, seu Evangelio, id quoque demolimur; Theophylactus. Sensus ergo est : Quibus et destruimus omnem elationem, quæ sese effert adversùs cognitionem Dei, id est, quidquid in scientiâ humanâ et sermone seculari altum et sublime est, et quod Evangelio Dei opponitur.

Et in captivitatem... Græc., *captivantes.* Syr., *et captivos ducimus omnes intellectus ad obedientiam Christi;* id est, et omne seu quolibet ingenium, quantumcumque sit excellens et studiis excultum, ducimus captivum ad obediendum humiliter Christo Domino. Hoc in Dionysio Areopagitâ, in Paulo proconsule, in Clemente Romano, et aliis effecerunt arma apostolica; hoc et in omnibus operari sufficientia erant. Animo revolve eos, qui magicæ artis libros combusserunt, et videbis quomodò Paulus captivos duxerit; Theophylactus. Vide Act. 19, 19.

In obsequium. Græc., *in obedientiam*, id est, ad obediendum Christo. His verbis emollit captivitatis durum nomen. Captivi gemunt sub jugo : at felices captivi, qui obediunt Christo. Ut enim divus Chrysostomus ait, à servitute ad libertatem, à morte ad vitam, ab exitio ad salutem transierunt.

Vers. 6. — Et in promptu. Græc., in parato, habentes. Syr., *ac parati sumus ad faciendam vindictam de iis qui non obediunt*, cum impleta fuerit obedientia vestra, id est, ad manum habemus potestatem animadvertendi in fideles qui non obediunt; scilicet per censuras ecclesiasticas, quarum præcipua est excommunicatio.

Cum impleta fuerit vestra obedientia, id est, quam potestatem in contumaces exercebo; cùm completus fuerit numerus eorum, qui volunt obedire.

Multi adhuc erant Corinthii ab impostoribus decepti, qui divo Paulo non obediebant; et qui magnis erant peccatis onerati, quibus dat emendationis tempus. Terrefacit eos, ut emendentur; minatur et sæpè minatur, et neminem vult ferire, nisi quidam perstiterint contumaces. Medicus est præstantissimus, pater communis, patronus, procurator, ait divus Chrysostomus, omnes vult sanare, salvare, tueri, protegere, neminem vult perire. Talia viscera induat prælatus, etiam minax et puniens. Patrem, medicum, patronum se cogitet, salutem intendat et quærat.

Vers. 7. — Quæ secundum faciem sunt videte. Græc., *quæ secundùm faciem aspicitis?* Syr., *faciem intuemini?* Chrysostomus, *videtis.* Legendum est per interrogationem, ait Theodoretus. Videtis? Hoc inter utramque lectionem discrimen interest, quod juxta Græcos, D. Paulus Corinthios objurgat quòd ea tantùm quæ parent, aspiciant, quasi diceret : Ita ne externam tantùm hominis personam consideratis? Juxta nostram Vulgatam Apostolus monet, ut saltem ex rebus apparentibus et notis judicent, an minor sit pseudo-apostolis : seu, ut ait D. Thomas, committit affectata gravitas et prudentia, quibus mundi homines utuntur.

Sed potentia Deo, fortia Deo, valida et efficacia per Deum, id est, virtus sunt Dei, quia Deus per ea potenter operatur in animis audientium, eosque ad fidem convertit, etc. Hæc arma, ait Anselmus, sunt vehementia spiritûs et zeli, efficacia prædicationis, ut Deus videatur verbis nostris pondus et energiam indere et inflare, sapientia, sanctitas, miracula, crebra oratio, pura intentio, patientia, charitas.

Ad destructionem munitionum. Munitiones vocat omnes rationes, syllogismos, sophismata, eloquentiam, virtutes philosophicas, secularem potentiam, gratiam, amicitiam, et quidquid gentiles ac dæmones objecerunt et opposuerunt apostolis et Evangelio. Ita Chrysost., Anselm. et alii.

Consilia destruentes, q. d. : Nostris armis destruimus omnia prudentium hujus seculi consilia, quibus Evangelium nostrum evertere, suum gentilismum, suos doctores et philosophos statuere et stabilire, Christoque et nobis præferre moliuntur.

Vers. 5. — *Et omnem altitudinem*, quidquid in sermone vel scientiâ seculari grande et sublime est, et apud homines admirationem excitat.

Extollentem se adversùs scientiam Dei. Quod totum *destruendum* dicit, quatenùs extollitur adversùs scientiam Dei, quâ nimirùm Deus cognoscitur.

Et in captivitatem redigentes omnem intellectum in obsequium Christi, q. d. : Hâc militiâ nostrâ vincimus et captivamus omnes hostes nostros. Captivum ducimus omne ingenium humanum, quantùmcumque excellens et scientiis excultum, ad obediendum et humiliter submittendum se Christo per fidem.

Vers. 6. — *Et in promptu habentes ulcisci omnem inobedientiam*, q. d. : Promptum quoque mihi est et facile ulcisci rebellium et pseudo-apostolorum, qui mihi detrahunt inobedientiam, eos scilicet excommunicando. *Cùm impleta fuerit vestra obedientia*, q. d. : Tunc eâ potestate utemur, cùm vestra obedientia fuerit impleta, id est, cùm vos plenè ad obedientiam reductos videro.

Vers. 7. — *Quæ secundùm faciem sunt videte*, q. d. : Secundùm faciem, ut aiunt, humilis sum; ergo quæ secundùm faciem sunt videte, et ex iis de me et illis judicate.

Si quis confidit sibi Christi se esse, id est, si quis de seipso confidit, vel sibi persuasum habet se Christi fidelem esse, aut potiùs Christi ministrum.

eis judicium causæ suæ; quasi diceret: Rem expendite ex iis, quæ manifesta sunt, et ex iis litem componite.

Si quis confidit..., id est, gloriatur se Christi ministrum esse.

Hoc cogitet iterum apud se. Syr., *is sciat ex se ipso;* id est, hic, etiam me non monente, apud semetipsum perpendat, quòd et ego quoque sum minister Christi; hoc enim omnibus apparet, tum ex vitâ meâ, tum ex actionibus: et ideò in hoc non sum inferior illo.

Pseudo-apostoli, licèt Judæi, se christianos esse gloriabantur. Legem autem cum Evangelio miscebant.

Vers. 8. — Nam etsi amplius... dixi me in hoc illi non imparem; nam si quid ampliùs addidero, seu si quid plus dixero de nostrâ potestate, quàm illi possint de suâ dicere.

Non erubescam, quasi mendax; aut vanus, quia veritatem dicam, non ad meam, sed ad Dei gloriam et salutem vestram.

Quam dedit nobis dominus in ædificationem..... Ostendit legitimum Ecclesiasticæ potestatis usum, ædificare, prodesse: simul et suis æmulis improperat quòd ipsi destruerent in Corinthiis, quæ Paulus in illis ædificaverat: quia legalia observanda prædicabant, quæ Paulus abrogata docebat.

Si quid igitur ampliùs dixero de potestate, quam mihi Christus ipse Dominus dedit, ut in vobis extruam spirituale salutis ædificium; cujus basis est fides, spes quasi paries, charitas culmen; non verò ut hoc ædificium destruam, falsâ doctrinâ aut exemplo pravo: *Non erubescam* quasi quid aut falsò, aut vanè dixerim.

A Domino datur potestas ecclesiastica. Hinc à fidelibus honorandi, colendi sunt omnes hâc potestate à Domino honorati. A Domino datur potestas ecclesiastica in ædificationem, non in destructionem. Hinc prælatus inferiorum saluti tenetur semper prodesse, nunquàm nocere. Hinc pastor falsa docens, contra fidem, aut bonos mores; destructor est, non pastor.

Hoc cogitet iterùm apud se, id est, hoc etiam atque etiam perpendat apud se, scilicet ut non opus habeat à nobis doceri; res enim per se manifesta est.

Quia sicut ipse Christi est, ita et nos. Hâc parte non sumus eo inferiores.

Vers. 8. — *Nam etsi amplius aliquid gloriatus fuero de potestate nostrâ*, apostolicâ, quâ non tantùm prædicare Evangelium, sed etiam corripere et punire delinquentes possum.

Quam dedit nobis Dominus, Christus ipse, non homo quispiam, sicut ait Gal. 1.

In ædificationem, et non in destructionem vestram. Ad hoc, inquit, potestatem mihi dedit, ut vos et alios homines ædificem spiritualiter, id est, ad salutem promoveam; non autem ut destruam, id est, à salute aut profectu salutis impediam.

Non erubescam, non pudefiam tanquàm arrogans; quia jure et cum honestate id facere possum.

Vers. 9. — *Ut autem non existimer*, etc.; ut autem non videar terrere vos velle, et metum incutere per epistolas, quasi præsens nihil audeam.

Vers. 9. — Ut autem non existimer... Syr., *verùm conniveo, ne existimer tanquàm is, qui perterrefaciendo perterrefacit vos per Epistolas meas.* Possem, inquam, de majori potestate gloriari, sed non faciam, ne videar velle meam ostentare potentiam et metum vobis per Epistolam incutere.

Vers. 10. — Quoniam quidem Epistolæ..., etenim, inquiunt obtrectatores mei, *epistolæ* ejus graves sunt sententiarum pondere, et fortes rationum argumentis; seu pondus et vim habent; in eis et per eas tonat, fulminat, terrefacit.

Præsentia autem corporis vilis, pusilla, infirma vultûs et corporis habitus nihil habens magnificum. Et sermo dejectus, humilis, contemptibilis. Græc., *nihilifactus;* quasi diceret: Sine vi, sine pondere. Quasi diceret: Tonat et terrefacit absens: ubi adest, homunculus apparet, cujus sermo contemnitur.

D. Paulus corpore parvus erat, hinc à D. Chrysostomo tricubitalis appellatur. Paulus tricubitalis est et cœlos transcendit, D. Chrysostomus citatus à Cornelio à Lapide, qui et Nicephorum citat.

Vers. 11. — Hoc cogitet... ac persuasum habeat quisquis ille sit, qui talia de me dicit; quia quales sumus verbo per Epistolas, cùm absumus; tales et de facto crimus, cùm ad vos advenerimus.

Alii, tales et de facto sumus præsentes: seu sumus nobis semper similes, sive cùm adsumus, sive cùm absumus.

Vers. 12. — Non enim audemus..., dico quòd mihi semper sim similis. *Non enim audemus* nos in eorum numerum inserere, aut nos comparare quibusdam, scilicet, pseudo-apostolis, qui sese extollunt, nosque deprimunt. Tales ac tanti sunt, ut nec audeamus, ob nimiam inæqualitatem nos cum illis conferre.

Ironiam hic agnosce, quâ illos arrogantiæ insimulat; quia falsò se jactabant et aliis præferebant.

Sed ipsi in nobis nosmetipsos metientes, id est, metimur et comparamus, nosmetipsos nobis; id est, nulli nos comparamus, multò minùs aliis nos præferimus; sed nosmetipsos secundùm ea, quæ sunt in nobis, quasi nostro pede, et nostrâ mensurâ metimur; non me majorem facio quàm sim.

Vers. 10. — *Quoniam quidem,... inquiunt*, mei obtrectatores et pseudo-apostoli, *epistolæ*, quas ad vos scribit Paulus, ò Corinthii, *graves sunt et fortes*, hoc est, duræ et acres, severæ et minaces; *præsentia autem corporis infirma*, vilis, abjecta, pusilla, contracta. *Et sermo contemptibilis*, rudis, inconcinnus, inelegans.

Vers. 11. — *Hoc cogitet qui ejusmodi est*, obtrectator, qui jactat de me, cogitet hoc, *quia*, id est, quòd, *quales sumus verbo per epistolas absentes, tales et præsentes in facto*, sermone transmisso per epistolam, nempe potestatem nostram ac severitatem ostendentes; tales etiam sumus præsentes; nec solùm sermone, sed et opere, scilicet cùm opus est.

Vers. 12. — *Non enim audemus inserere*, id est, annumerare, *aut comparare nos quibusdam qui se ipsos commendant*; q. d.: Illi tam magnos se faciunt, ut non audeamus nos censere cum talibus pseudo-apostolis qui se suaque supra veritatem extollunt; q. d.: Non ea jacto, quæ non habeo, ut ipsi; *sed ipsi in nobis nosmetipsos metientes, et comparantes nosmetipsos*

Græci legunt : *Sed ipsi in seipsis semetipsos metientes, et conferentes seipsos semetipsis non intelligunt.* Syr., *sed quia isti semet sibi comparant, non intelligunt.* D. Augustinus ita legit etiam. Juxta hanc lectionem sensus est : Sed ipsi pseudo-apostoli semetipsos secundùm proprium affectum, qui in ipsis est, metientes, non secundùm aliquam certam regulam; nec secundùm operum à se factorum veritatem; et ideò in suâ mensurâ, seu in suo judicio errantes, et se majores quàm sint, arbitrantes; non intelligunt, seu non sapiunt : hoc enim stultum est suo se judicio metiri.

Vers. 13. — Nos autem non in immensum. Græc., non in immensuratâ, gloriabimur. Syr., *Nos non gloriamur supra mensuram nostram, sed juxta mensuram termini, quem distribuit nobis Deus, ut et pertingamus usque ad vos.*

Taxat pseudo-apostolos, qui se jactabant, quasi totum terrarum orbem prædicando percurrissent, ait D. Chrysostomus, et post ipsum Theophylactus.

Nos autem non gloriabimur supra modum, ut quidam.

Sed secundum mensuram regulæ..., id est, sed manebimus intra limites quos Deus nobis assignavit.

Mensuram pertingendi ad vos usque. Juxta quos, apostolatus meus ad vos usque pervenit.

Alludit ad regulam, seu funiculum distributionis, per quam agri mensores partes terrarum cuique possessori suas assignant. Juxta quam metaphoram Deus vineæ dominus, singulis servis suis partem assignat, quam suis laboribus excolant. Deus autem inter alias provincias, et Achaiam Paulo dedit excolendam. Sicque Paulus jure potest gloriari de Corinthiis, quasi de vineâ quam plantavit et coluit : seu quòd primus illis Evangelium prædicavit, illosque in Christo Jesu, per Evangelium genuit.

Vers. 14. — Non enim, quasi non pertingentes ad vos, superextendimus nos. *Non superextendimus nos*, id est, neque hâc in re, nos ultra quàm par est, jactamus; seu gloriam nostram extra suos terminos extendimus.

Quasi non pertingentes ad vos..., id est, equidem illam superextenderem, si ad vos reverà non pervenissem.

Usque ad vos enim pervenimus in Evangelio Christi, id est, at de facto ad vos perveni et primus perveni; primus Evangelium Christi vobis prædicavi. De vobis ergo filiis meis, vineâ meâ, opere meo, possum meritò gloriari.

Retundit pseudo-apostolorum vanitatem, verbis se jactantium et superextendentium : sed de facto nullam urbem à se conversam ostendentium : sicque de alienis, et non de suis laboribus gloriantium.

Vers. 15. — Non in immensum gloriantes... Græc., *non in immensurata gloriantes...* Syr., *neque gloriamur præter mensuram nostram in labore alieno;* id est, non eximus è limitibus nostris, gloriantes de laboribus alienis, sicut obtrectatores mei, qui gloriantur de Ecclesiis, quas fundaverunt alii, earumque se apostolos falsò jactant; quasi diceret : Cùm de vobis glorior, non glorior supra modum, de labore alieno, sicut pseudo-apostoli, *in Christo enim Jesu per Evangelium ego vos genui;* 1 Cor. 4. *Nonne opus meum vos estis?* 9.

Spem autem habentes, id est, habemus; seu, ut ait Syrus, *sed est nobis spes.*

Crescentis fidei, id est, augescente fide vestrâ, Syr., *crescente fide vestrâ.* Græci per genitivos exprimunt, quæ Latini per ablativos absolutos.

In vobis magnificari. Syr., *nos in vobis magnificatum iri*, id est, spero quod per hujus fidei vestræ profectum, magnificabimur in vobis : seu in vobis augebitur gloria nostra, propter vestrum in melius profectum.

Secundum regulam nostram in abundantiam, id est, augebitur, inquam, *secundùm mensuram* laboris nostri in vobis excolendis, perficiendis et promovendis *in abundantiam*, seu ad perfectionem. Potest etiam, *in abundantiam*, verti abundanter et jungi verbo, *magnificabimur.*

Vers. 16. — Etiam in illa quæ ultra vos sunt, evangelizare. Syr., *quin et ultra vos progrediemur evangelizando*; id est, et præterea spero, quòd ad alias,

nobis; id est, metior me meo pede, meis dotibus, et Dei donis, rebusque à me per Dei gratiam gestis, ait Photius. Sed ipsi arrogantiâ et ambitione excæcati, non intelligunt se metiri et comparare semetipsos magnosque facere ex suo ipsorum judicio; q. d. : Ineptè ipsi se attollunt, et gigantes faciunt.

Vers. 13. — *Nos autem non in immensum gloriabimur*, id est, ultra modum, seu potiùs ultra terminum ac metas laboris nostri in Evangelio. Videntur enim pseudo-apostoli sese mendaciter jactitâsse quòd usque ad fines orbis terræ propagâssent Evangelium Christi; quod erat in immensum gloriari. Nos autem, inquit, non ita gloriari volumus.

Sed secundum mensuram regulæ quâ mensus est nobis Deus; id est, ego me verâ mensurâ ac regulâ metior, donorum videlicet et provinciarum, quam mihi suâ designatione quasi mensoriâ regulâ admensus est, et attribuit Deus.

Mensuram pertingendi usque ad vos, id est, evangelizandi à Judæâ per interjacentes omnes provincias, Corinthum usque; q. d. : Glorior, et verè glorior de meâ mensurâ ac magnitudine, id est, multitudine provinciarum, quas Christo et Ecclesiæ adjeci.

Vers. 14. — *Non enim quasi non pertingentes ad vos*, etc., propagando. Ut proinde veraciter possim de vobis, ut filiis dicere : In Christo Jesu per Evangelium ego vos genui, etc. *Opus meum estis in Domino*, 1 Cor. 4 et 9.

Vers. 15. — *Non in immensum gloriantes in alienis laboribus.* Nam gloriamur extra mensuram nostram, ac super alienis laboribus, uti faciunt emuli nostri; qui Corinthi, ubi Apostolus fundamenta fidei jecerat, subintrârunt in ejus labores.

Spem autem habentes crescentis fidei vestræ. Spero quòd, cùm fides vestra crescet, me ulteriùs non egebitis, quodque per vos aditus mihi fiet ad vicinas gentes, ut possim ulteriùs evangelizare, et superextendere me meamque prædicationem. Ita Chrysostomus.

In vobis magnificari secundùm regulam nostram in abundantiam. Nam fides crescens, id est, in plures dilatata, argumentum erat etiam ampliatæ regulæ.

Vers. 16. — *Etiam in illa quæ ultra vos sunt evangelizare*, id est, longiùs, ulteriùs in alias gentes ac

ultra Corinthum, regiones, progrediemur, Evangelii prædicandi gratiâ.

NON IN ALIENA REGULA, IN IIS QUÆ PER PARATA SUNT, GLORIARI. Græc., *in parata gloriari*, id est, non gloriantes, seu gloriam nostram non quærentes. *In alienâ regulâ*, id est, in alienis terminis, seu in provinciâ aliis à Deo assignatâ. *In iis quæ præparata sunt*, id est, seu non in locis per aliorum labores præparatis.

Sciendum est, ait D. Thomas, quòd prædicator potest habere duplex argumentum gloriæ de prædicatione suâ : unum est ut conversi ad prædicationem suam proficiant in melius : aliud ut per ipsos conversos alii convertantur. Et quantùm ad ista duo sperat Apostolus augeri gloriam suam de Corinthiis : 1° de profectu eorum in melius : 2° in conversione aliorum, ad quos fama fidei Corinthiorum pervenerit; quosque propterea faciliùs convertet Apostolus. D. Thomas.

populos evangelizare spero. *Non in alienâ regulâ, in iis quæ præparata sunt gloriari;* q. d. : Nolo aliorum novalia excolere, sed priùs mea ipse novalia facio, deinde excolo, ipse primus ubique fidem planto et prædico, Rom. 15.

VERS. 17. — *Qui autem gloriatur*, etc., id est, cùm illa gloria illi fuerit à Domino delata et approbata, glorietur in Domino Christo, id est, de iis tantùm glorietur, quæ à Deo per Christum accepit, atque ab eo se accepisse agnoscat; et totum quod cedit ad gloriam suam, referat in Deum.

Notat D. Chrysostomus, quòd regulæ ac mensuræ vocabulis usus sit Apostolus; 1° velut ad orbis terrarum possessionem, præstantissimamque hæreditatem profectus; 2° ut ostendat totius hujus negotii summam divini beneficii esse; ideòque nihil nobis ascribendum, sed totam gloriam Deo reddendam. Hinc

VERS. 17. — QUI AUTEM GLORIATUR... Græc., *at glorians, in Domino glorietur;* quasi diceret : Quid de gloriâ loquor; qui vult in aliquo gloriari, GLORIETUR IN DOMINO, à quo accepit omnia, et ad quem omnia referre debet; *glorietur et in Domino*, quòd sit ejus.

NON ENIM QUI SEIPSUM COMMENDAT, id est, laudibus effert, ILLE PROBATUS EST; seu, nostra propria laus non verè nos laude dignos efficit.

SED QUEM DEUS COMMENDAT, id est, sed ille verè laude dignus est, quem Deus ipse commendat, seu talem demonstrat per opera, quæ per eum efficit. Non oportet, ait Theodoretus, nobis ipsis tribuere virtutis testimonium, sed divinam expectare sententiam.

VERS. 18.—*Non enim qui seipsum commendat*, etc.; id est, commendabilem, ex iis quæ verè per eum operatur, ostendit. Nam Deus, ut adnotat Thomas, est causa totius boni operis per homines facti. Vel, *quem Deus commendat*, id est, cui Christus per meritum suum verè communicat ea per quæ commendetur. Opponit hæc duo, gloriari in se, et gloriari in Domino : gloriari in se, est seipsum commendare; in Domino autem gloriari, est à Domino commendari, et in Domini commendatione gloriari.

Corollarium, pietatis, seu in hoc capite ad pietatem maximè notanda, et ad praxim redigenda.

Plurima et varia superior ecclesiasticus habet in toto hoc capite notanda sancti regiminis exempla et documenta.

Primum. Auctoritas cum humilitate semper miscenda; hoc superiorem docet exemplum D. Pauli, minacis simul et humilis, v. 1. Vide in commentario.

Secundum. Invitus puniat prælatus, Christi Domini, prælatorum prælati, mansuetudinis semper memor. Hoc et docet D. Pauli exemplum, v. 1.

Tertium. Quocumque modo se gerat superior, sive ignoscat, sive puniat, sciat et expectet ab aliquo se improbandum. Quid tunc prælato faciendum? Agat coram Deo quod suum est; patiatur ab hominibus quod Deo benè visum fuerit. Hoc docetur doctrinâ et exemplo S. Pauli, v. 2, 3.

Quartum. Quid sit superior ecclesiasticus? Dux militiæ spiritualis sub imperatore Christo. Quæ sunt arma quibus in hâc sacrâ militiâ uti debet prælatus? Verbum Dei, patientia, mansuetudo, humilitas, oratio, charitas. Vide v. 3 et 4. His armis Apostoli, per Dei potentiam, fortes facti sunt, vicerunt regna, mundum universum ad obedientiam Christi redegerunt, v. 4, 5, 6. Speret superior iisdem armis utens, quòd illi non deerit virtus Spiritûs sancti, ad subditos suos in obedientiâ Christi continendos.

Quintum. Ad quid instituta est potestas ecclesiastica? Ad ædificationem, non ad destructionem, v. 8. Quid ergo continuè debet intendere prælatus? Subditos ædificare, sanctificare, salvare, ad hoc eis semper prodesse, nunquàm nocere. Hujus ergo finis semper memor, ad eum omnia sua referat, etiam minax et puniens. Se medicum, se patronum, se patrem esse perpetuò recordetur, v. 6.

Sextum. Intra limites suæ jurisdictionis sese contineat, v. 12, 13, 14.

Septimum. Expectet à Domino commendari, non ab hominibus, v. 17.

CAPUT XI.

1. Utinam sustineretis modicum quid insipientiæ meæ! sed et supportate me :

2. Æmulor enim vos Dei æmulatione. Despondi enim vos uni viro virginem castam exhibere Christo.

3. Timeo autem ne sicut serpens Evam seduxit astutiâ suâ, ita corrumpantur sensus vestri, et excidant à simplicitate quæ est in Christo.

4. Nam si is qui venit, alium Christum prædicat,

CHAPITRE XI.

1. Plût à Dieu que vous voulussiez un peu supporter mon imprudence! et supportez-la, je vous prie.

2. Car j'ai pour vous un amour de jalousie, et d'une jalousie de Dieu, parce que je vous ai fiancés à cet unique époux, qui est Jésus-Christ, pour vous présenter à lui comme une vierge toute pure.

3. Mais j'appréhende qu'ainsi que le serpent séduisit Eve par ses artifices, vos esprits ne se corrompent, et ne dégénèrent de la simplicité chrétienne.

4. Car si celui qui vient vous prêcher vous annon-

quem non prædicavimus, aut alium Spiritum accipitis, quem non accepistis, aut aliud Evangelium, quod non recepistis, rectè pateremini.

5. Existimo enim nihil me minus fecisse à magnis apostolis.

6. Nam etsi imperitus sermone, sed non scientiâ : in omnibus autem manifestati sumus vobis.

7. Aut numquid peccatum feci, me ipsum humilians ut vos exaltemini : quoniam gratis Evangelium Dei evangelizavi vobis ?

8. Alias Ecclesias exspoliavi, accipiens stipendium ad ministerium vestrum.

9. Et cùm essem apud vos, et egerem, nulli onerosus fui ; nam quod mihi deerat, suppleverunt fratres, qui venerunt à Macedoniâ : et in omnibus sine onere me vobis servavi, et servabo.

10. Est veritas Christi in me, quoniam hæc gloriatio non infringetur in me in regionibus Achaiæ.

11. Quare ? Quia non diligo vos? Deus scit.

12. Quod autem facio, et faciam ; ut amputem occasionem eorum qui volunt occasionem, ut in quo gloriantur, inveniantur sicut et nos.

13. Nam ejusmodi pseudo-apostoli sunt operarii subdoli, transfigurantes se in apostolos Christi.

14. Et non mirum : ipse enim Satanas transfigurat se in angelum lucis.

15. Non est ergo magnum, si ministri ejus transfigurentur velut ministri justitiæ, quorum finis erit secundùm opera ipsorum.

16. Iterùm dico (ne quis me putet insipientem esse, alioquin velut insipientem accipite me, ut et ego modicum quid glorier);

17. Quod loquor, non loquor secundùm Deum, sed quasi in insipientiâ, in hâc substantiâ gloriæ.

18. Quoniam multi gloriantur secundùm carnem : et ego gloriabor.

19. Libenter enim suffertis insipientes, cùm sitis ipsi sapientes.

20. Sustinetis enim si quis vos in servitutem redigit, si quis devorat, si quis accipit, si quis extollitur, si quis in faciem vos cædit.

21. Secundùm ignobilitatem dico, quasi nos infirmi fuerimus in hâc parte. In quo quis audet (in insipientiâ dico), audeo et ego :

22. Hebræi sunt, et ego : Israelitæ sunt, et ego ; semen Abrahæ sunt, et ego :

23. Ministri Christi sunt (ut minùs sapiens dico), plus ego ; in laboribus plurimis, in carceribus abundantiùs, in plagis supra modum, in mortibus frequenter ;

24. A Judæis quinquies, quadragenas, unâ minùs, accepi.

25. Ter virgis cæsus sum, semel lapidatus sum, ter naufragium feci ; nocte et die in profundo maris fui.

26. In itineribus sæpè, periculis fluminum, periculis latronum, periculis ex genere, periculis ex genti-

çait un autre Jésus-Christ que celui que nous vous avons annoncé, ou s'il vous faisait recevoir un autre Esprit que celui que vous avez reçu, ou s'il vous prêchait un autre Evangile que celui que vous avez embrassé, vous auriez raison de le souffrir.

5. Mais je ne pense pas avoir été inférieur en rien aux plus grands d'entre les apôtres.

6. Car si je suis grossier et peu instruit pour la parole, il n'en est pas de même pour la science. Mais nous nous sommes fait assez connaître parmi vous en toutes choses.

7. Est-ce donc que j'ai fait une faute lorsque, afin de vous élever, je me suis rabaissé moi-même en vous prêchant gratuitement l'Evangile de Dieu.

8. J'ai dépouillé les autres Eglises, en recevant d'elles l'assistance dont j'avais besoin pour vous servir ;

9. Et lorsque je demeurais parmi vous, et que j'étais dans la necessité, je n'ai été à charge à personne : mais nos frères, qui étaient venus de Macédoine, ont suppléé aux besoins que je pouvais avoir ; et j'ai pris garde à ne vous être à charge en quoi que ce fût, comme je le ferai encore à l'avenir.

10. La vérité de Jésus-Christ est en moi, qu'on ne me ravira point cette gloire dans toute l'Achaïe.

11. Et pourquoi ? Est-ce à cause que je ne vous aime pas ? Dieu le sait.

12. Mais je fais cela et je le ferai encore afin de retrancher une occasion de se glorifier à ceux qui la cherchent, en voulant paraître tout-à-fait semblables à nous pour trouver en cela un sujet de gloire.

13. Car ces personnes sont de faux apôtres, des ouvriers trompeurs qui se transforment en apôtres de Jésus-Christ.

14. Et on ne doit pas s'en étonner, puisque Satan même se transforme en ange de lumière.

15. Il n'est donc pas étrange que ses ministres aussi se transforment en ministres de la justice ; mais leur fin sera conforme à leurs œuvres.

16. Je vous le dis encore une fois, que personne ne me juge imprudent : ou au moins, souffrez-moi comme imprudent, et permettez-moi de me glorifier aussi un peu.

17. Croyez, si vous voulez, que ce que je dis, je ne le dis pas selon Dieu ; mais que je fais paraître de l'imprudence dans ce que je prends pour un sujet de me glorifier.

18. Puisque plusieurs se glorifient selon la chair, je puis bien aussi me glorifier comme eux.

19. Car étant sages comme vous êtes, vous souffrez sans peine les imprudents.

20. Vous souffrez même qu'on vous asservisse, qu'on vous dévore, qu'on prenne votre bien, qu'on vous traite avec hauteur, qu'on vous frappe au visage.

21. C'est à ma confusion que je le dis ; car je reconnais que nous avons été faibles en ce point. Mais pour ce qui est des autres avantages qu'ils osent s'attribuer eux-mêmes, je veux bien faire une imprudence en me rendant en cela aussi hardi qu'eux.

22. Sont-ils Hébreux ? je le suis aussi. Sont-ils Israélites ? je le suis aussi. Sont-ils de la race d'Abraham ? j'en suis aussi.

23. Sont-ils ministres de Jésus-Christ ? quand je devrais passer pour imprudent, j'ose dire que je le suis encore plus qu'eux. J'ai plus souffert de travaux, plus reçu de coups, plus enduré de prison ; je me suis souvent vu tout près de la mort ;

24. J'ai reçu des Juifs en cinq différentes fois quarante coups moins un.

25. J'ai été battu de verges par trois fois ; j'ai été lapidé une fois, j'ai fait naufrage trois fois ; j'ai passé un jour et une nuit au fond de la mer ;

26. J'ai été souvent dans les voyages, dans les périls sur les fleuves, dans les périls des voleurs, dans les périls de la part de ceux de ma nation, dans les périls de la part des païens, dans les périls au milieu des villes, dans les périls au milieu des déserts, dans

bus, periculis in civitate, periculis in solitudine, periculis in mari, periculis in falsis fratribus.

27. In labore et ærumnâ, in vigiliis multis, in fame et siti, in jejuniis multis, in frigore et nuditate :

28. Præter illa quæ extrinsecùs sunt, instantia mea quotidiana, sollicitudo omnium Ecclesiarum.

29. Quis infirmatur, et ego non infirmor? quis scandalizatur, et ego non uror?

30. Si gloriari oportet, quæ infirmitatis meæ sunt, gloriabor.

31. Deus et Pater Domini nostri Jesu Christi, qui est benedictus in secula, scit quòd non mentior.

32. Damasci præpositus gentis Aretæ regis, custodiebat civitatem Damascenorum, ut me comprehenderet :

33. Et per fenestram in sportâ dimissus sum per murum, et sic effugi manus ejus.

les périls sur la mer, dans les périls entre les faux frères.

27. J'ai souffert toute sorte de travaux et de fatigues, les veilles fréquentes, la faim, la soif, les jeunes réitérés, le froid et la nudité.

28. Outre ces maux extérieurs, le soin que j'ai des Églises attire sur moi une foule d'affaires qui m'assiègent tous les jours.

29. Qui est faible, sans que je m'affaiblisse avec lui? Qui est scandalisé, sans que je brûle?

30. S'il faut se glorifier de quelque chose, je me glorifierai de mes peines et de mes souffrances.

31. Dieu, qui est le Père de Notre-Seigneur Jésus-Christ, et qui est béni dans tous les siècles, sait que je ne mens point.

32. Étant à Damas, celui qui était gouverneur de la province pour le roi Arétas faisait faire garde dans la ville pour m'arrêter prisonnier ;

33. Mais on me descendit dans une corbeille par une fenêtre le long de la muraille, et je me sauvai ainsi de ses mains.

ANALYSIS.

In hoc capite Apostolus, sancto Dei zelo pulsus, et verâ necessitate coactus, totus est in semetipso, ut ministro Christi commendando, et in pseudo-apostolis, ut Satanæ ministris acprimendis. Laudes ergo suas dicere coactus, v. 1 veniam sibi precatur, si quasi insipienter agat. Ad hoc, inquit, adigor sanctâ zelotypiâ, quâ pro Christo erga vestras animas laboro.

ỳ 2 et 3. Explicat hanc zelotypiam. Ex unâ parte, ego velut paranymphus, vos omnes, seu vestram Ecclesiam, per fidem, Christo Domino despondi, eamque ipsi virginem castam exhibere volo. Ex alterâ parte, vereor ne Satanas, per hos pseudo-apostolos, mentes vestras corrumpat errore, sicut Evam per serpentem seduxit astutiâ. Hinc meus pro Christo, et pro salute vestrâ zelus. Et hinc me, apostolum vestrum commendare cogor: hos verò pseudo-apostolos, Satanæ ministros, deprimere, ne cum salutis vestræ periculo, illos mihi apostolo Christi præferatis. Et hinc insipientiam meam, si quæ sit, patienter tolerare debetis, quia vestram ago causam, non meam.

Sic quasi præfatus; v. 4, Corinthiis improperat, quòd immeritò tales pseudo-apostolos, sibi Paulo, præponunt: cùm vos nihil doceant illi, quod ego Paulus priùs non docuerim.

ỳ 5. Imò verò vos non minùs perfecta docui, quàm, non dico pseudo-apostoli, sed veri, et primarii apostoli, Petrus, Joannes et Jacobus doceant.

ỳ 6. Esto pseudo-apostoli sint nobis verborum pompâ inflatiores, sed non sunt in rebus divinis doctiores; et aliunde in omnibus omninò apertè vobiscum ago, non astutè et dolosè, sicut illi.

ỳ 7. Corinthios acriter pungit, interrogans eos, an in hoc apud eos peccaverit, et ideò postponant illum, quia humilis factus est apud eos, ut illos exaltaret apud Deum, et quia gratis Evangelium eis prædicavit?

ỳ 8 et 9. Hoc exaggerat, apud vos existens, pro vobis laborans, omnibus indigens, nihil à quoquam vestrùm recepi, sed necessaria à Macedonibus habui, licèt pauperibus.

ỳ 10. Ne putent autem hoc ab eo dici, ut nunc saltem donent; asseverat etiam sub juramento, quòd in Achaiâ nusquàm quid accipiet, ut pseudo-apostolis os obturet.

ỳ 13. Vivis eos depingit coloribus; fallaces et dolosi sunt operarii; apostolorum quidem Christi larvam circumferunt: at veri sunt Satanæ ministri, quorum finis erit miser et malus.

ỳ 16. Iterùm veniam petit, si quid ad laudem suam dixerit; hancque eò faciliùs sperat ab illis, quòd et pseudo-apostolos patiantur, non verbis tantùm jactabundos, sed et operibus onerosos; scilicet rapaces, devoratores, contumeliatores.

ỳ 21. Per ironiam, et profectò gratam, fatetur quòd in hoc quidem sit pseudo-apostolis inferior: at in nullo alio, sive naturæ, sive gratiæ dono.

ỳ 22. Quoad naturam, si Hebræi sunt, et ego; *quoad gratiam, si* Christi ministri sunt: *cum verecundiâ quidem, at cum veritate dico, quòd* plus ego.

Hanc veritatem in reliquo capite probat per labores plurimos, quos pro Christo suscepit; per passiones plures, quas toleravit in corpore; per sollicitudines animi sui pro omnibus Ecclesiis; per charitatis suæ condescensum pro infirmis; per dolores suos pro scandalizatis.

PARAPHRASIS.

1. Insanum quidem est semetipsum laudare: utinam verò hanc in me insipientiam tantisper patiamini; ad id cogor: itaque, quæso, me tolleretis.

2. Ad hoc, inquam, adigor, non philautiâ, sed divinâ zelotypiâ, quâ erga vestras animas laboro: ego enim tanquàm pronubus vos, seu vestram Ecclesiam, uni viro, Christo scilicet, despondi; et eam volo virginem castam illi, velut marito exhibere.

3. Vereor autem ne sicut Satanas, sub figurâ serpentis latens, Evam seduxit astutiâ suâ; ita per hos pseudo-apostolos, ministros suos, mentes vestras erroribus corrumpat, et excidatis ab illâ fidei simpli-

citate, quæ Christianum decet : et hinc mea in tales ministros zelotypia.

4. Etenim si novus ille doctor superveniens, et in labores nostros sese ingerens, alium Salvatorem prædicaret, verè alium Salvatorem quàm ille, quem nos vobis prædicavimus; si tali magistro prædicante, alium reciperetis Spiritum, quem per nos non acceperitis; si doctor ille aliud et præstantius doceret Evangelium, quàm quod vobis tradidimus ; rectè et meritò talem jactabundum, et sese nobis anteponentem pateremini.

5. At sanè non ita se res habet : arbitror enim quòd nec doctrinâ, nec operibus inferior sim, non dico istis falsis apostolis, sed et ipsis veris et primoribus apostolis.

6. Esto pseudo-apostoli sint nobis sermone Græco peritiores, sed non sunt in rebus divinis doctiores. Hanc divinorum scientiam, quæ apostolum decet, calleo; vosipsi scitis, quia in omnibus manifesti fuimus apud vos, et dictis et factis.

7. Aut fortè culpam commisi, et propterea me minùs æstimatis, quia apud vos memetipsum humiliavi, ut vos hâc meâ humilitate exaltarem in fide : aut fortè peccavi, quia gratis omninò Evangelium Dei vobis annuntiavi?

8. Alias Ecclesias pauperes feci, ab eis necessaria recipiens, ut vobis sine sumptu inservirem.

9. Et vobis præsens, vobisque serviens, et rebus necessariis destitutus, nulli vestrûm molestus fui; quia quod mihi deerat ad vitæ necessitates, et labore manuum lucrari non potui, suppleverunt fratres, qui venerunt à Macedoniâ : sicut autem in omnibus hactenùs cavi, ne forem ulli onerosus ; ita et in posterum cavebo.

10. Verum dico, testis est mihi Veritas ipsa Christus; non Corinthi solùm, sed et in totius Achaiæ regionibus, hæc mea Evangelii vobis prædicandi gratuitò gloria non abrumpetur.

11. Cur id apud vos ago? an quia vos non diligo ; ideò et dona respuo? Deum mei cordis inspectorem testor, quia vos diligo, imò et depereo, v. 2.

12. Id igitur facio, et faciam, seu in totâ Achaiâ et gratis prædico, et prædicabo, ut pseudo-apostolis amputem occasionem, quam quærunt nobis pares esse, de quo gloriantur; aut sanè sicut et nos nihil à vobis accipiant.

13. Quærunt, inquam, nobis esse similes : nam hujusmodi homines falso titulo, et nomine tantùm Apostoli, sunt operarii dolosi, qui apostolorum Christi larvam circumferunt, cùm sint Satanæ ministri.

14. Et non mirum quòd isti personas assumant apostolorum, cùm ipse Satanas, eorum doctor, et tenebrarum angelus, sese præstigio transfiguret in angelum lucis.

15. Non est ergo quòd velut magnum miremur si Satanæ ministri induant figuram apostolorum, qui veritatis et justitiæ sunt ministri : at larvam tandem detrahet Deus, eisque pœnas dabit factis iniquis debitas.

16. Repeto quod initio dixi, ut me patiamini, si quid ad meam laudem dixero ; nec quis me propterea putet insipientem : nec enim id ago sine ratione ; quòd si tamen id à vobis non valeam obtinere, ut insipientem me accipite ; et ferte ut tantisper glorier.

17. Quod in hâc gloriationis materiâ loquor, si verba spectetis, non loquor secundùm Deum, habent enim stultitiæ speciem ; sed si animum et charitatem spectetis, secundùm Deum loquor, ne scilicet Christi ministro contempto, adhæreatis Satanæ ministris :

18. Quandoquidem tot alii de rebus carnalibus et externis gloriantur, et illos fertis patienter ; et ego illorum insipientiam secutus, tantisper gloriabor, sperans quòd et patienter feretis.

19. Sapientes enim cùm sitis, libenter tamen insipientes, me multò molestiores toleratis.

20. Suffertis enim si quis illorum imperioso dominatu vos in servitutem redigit ; si quis bona vestra sumptibus consumit ; si quis muneribus acceptis, vestras facultates extenuat et exhaurit; si quis fastu sese extollit, ut vos deprimat; si quis palmâ vos in faciem cædat, seu habeat ludibrio.

21. Per modum contumeliæ et exprobrationis hoc dico vobis : hæc enim cùm vobis faciant illi, eos tamen me pluris facitis. Quasi nos in hâc parte simus illis infirmiores seu inferiores, et ideò minùs æstimandi à vobis. Hanc illis cedo præcellentiam, sed non aliam. In quàcumque aliâ re quis eorum audeat gloriari, ut minùs sapiens loquor, et ego audebo gloriari.

22. Si gloriantur quòd Hebræi sunt, et ego sum Hebræus ; quòd Israelitæ sunt, sum et ego ; quòd posteri sunt Abrahæ, et ego quoque.

23. Quòd ministri Christi sunt, aut saltem se dicunt; stultè, sed verè loquar; ego plus quàm illi ; pro Christi Evangelio plures sustinui labores quàm illi ; sæpiùs et diutiùs in vinculis fui quàm illi ; in verberibus longè frequentiùs quàm illi ; sæpiùs in mortis periculis quàm illi.

24. A Judæis quinquies cæsus fui, et quadragenas plagas, unâ minùs, accepi.

25. A gentilibus ter virgis cæsus sum ; semel lapidatus sum ; ter naufragium feci ; noctem et diem exegi in profundo mari, jactatus undis, cum summâ vitæ desperatione.

26. Pro eodem Christi Evangelio sæpè, non longa tantùm et molesta, sed et periculosa suscepi itinera ; sæpè fui in periculis fluminum, in periculis sicariorum, in periculis ex persecutione Judæorum ; in periculis ex persecutione gentilium ; in periculis in civitate obortis, periculis in deserto, periculis in mari, ex parte Judæorum ; Act. 20, 3 ; ex parte nautarum trucidare volentium ; periculis à simulatis, et falso nomine fratribus.

27. Quot alii labores pro Christo suscepti? Quot molestiæ et fatigationes perpessæ? vigiliæ multæ ; fames et sitis sæpè tolerata defectu esculentorum ; jejunia crebra spontè suscepta ; frigoris et nuditatis molestia sæpè perpessa.

28. Præter hæc, quæ extrinseca sunt, et corpus

tangunt, alia sunt quæ angunt animum, nimirùm moles negotiorum mihi quotidiè, quasi agmine facto, incumbentium; sollicitudo quam pro tot Ecclesiis gero.

29. Quis fidelium infirmatur, et ego per intimum cordis affectum non infirmor? Quis offenditur, cujus offendiculo non urar, seu animo discrucier?

30. Si gloriandum mihi sit; de his gloriabor passionibus et humiliationibus pro Christo toleratis; non de iis magnitudinibus, de quibus gloriantur pseudo-apostoli.

31. Deus omniscius, et Pater Domini nostri Jesu Christi, qui est in omnem æternitatem laudabilis, scit quòd verum dico, nec quidquam addo.

32. Cùm essem Damasci, is quem rex Aretas præposuerat illi genti, dispositis ad portas die ac nocte militaribus excubiis, civitatem Damascenam custodiebat, modis omnibus agens, ut me comprehenderet, ut in gratiam Judæorum occideret:

33. Et per fenestram è mœnibus nocte à discipulis, fune demissus sum, in sportâ inclusus, et hoc modo evasi præfecti manus.

COMMENTARIA.

Vers. 1. — Utinam sustineretis modicum quid.... Græc., *utinam toleraretis meam paulisper insipientiam.* Syr., *utinam verò toleraretis me paulisper, ut loquerer insipienter.* Græc. et Syr. *parùm*, seu paulisper jungunt verbo *toleraretis*. Nostra Vulgata nomini *insipientiæ* jungit; *modicum quid* insipientiæ meæ, id est, quamdam insipientiæ meæ particulam. Quod majorem exprimit humilitatem; quasi hæc non sit tota Pauli insipientia, sed tantùm particula. *Insipientiam* autem hìc vocat, gloriari, suas laudes dicere; quia reverà insanum est se laudare, nisi gravis causa subsit, ut hìc suberat: et tunc quidem hanc causam ignorantibus, hoc videtur insipientia. Vocat ergo insipientiam, quod insipientiæ speciem præ se ferebat; et quod aliquibus ut insipiens videri poterat. Sensus ergo est: Utinam vos patiamini memetipsum laudare. Paulumque à Paulo commendari: hoc equidem insanum foret, nisi ad id cogerer.

Sed et supportate me; sed ad illud cogor; itaque, quæso, me toleretis.

Observatio moralis.

Humilitas est vera christiani sapientia, quam nos Christus, Dei Sapientia, docuit factis et verbis: *Discite à me quia humilis*, etc. Seipsum ergo laudare vera insipientia christiano videri debet. Hinc nunquàm sine magnâ humilitate prævià debet christianus, etiam ubi necessitas est, semetipsum laudare. Hoc Paulus suo nos docet exemplo; qui coactus suas hìc laudes dicere: hìc, inquam, ubi agitur de apostolatûs sui tuitione, de præcationum suarum fructu, de animarum salute, quas per Evangelium Christo genuerat: veniam tamen sibi multoties precatur; insipientem se pluries dicit, humilitatemque maximam præ se fert, contra ordinarias humilitatis regulas agere coactus.

Vers. 2. — Æmulor enim vos.... Græc., *zelo vos.* Syr., *nam zelotypus sum erga vos.*

Dat rationem et cur desipiat, et cur insipientiam ejus debeant tolerare Corinthii. Ad hanc enim ineptiam deducit me, non mei proprius amor, sed Dei et vestri vehemens et purus amor. *Ardenter vos in Deum depereo.* Gagnæus. Zelotypus sum erga vos, zelotypiâ laboro; eo vos amore diligo, qui corrivalem non patitur.

Dei æmulatione. At zelo Dei erga vos zelotypus sum. Non meî causâ, sed Dei causâ, et salutis vestræ zelo. Erga vos sum zelotypus, sicut et Deus erga nos dicitur zelotes, non ut ipse quæstum hinc faciat, sed ut salutem nobis afferat.

Despondi enim vos.... Syr., *Despondi enim vos viro unico, virginem castam, quam offeram Christo.* Explicat cur et quomodò erga illos sit Dei zelo zelotypus. Ex unâ parte, ego tanquàm spiritualium nuptiarum pronubus et conciliator, per fidem *vos*, id est, Ecclesiam vestram, *despondi* uni viro, scilicet Christo; et eam volo, virginem castam, et integram illi tanquàm marito exhibere.

Vers. 3. — Timeo autem.... Ex aliâ parte vereor ne sicut Satanas, sub serpentis figurâ latens, Evam seduxit astutiâ suâ; sic et per hos pseudo-apostolos, Satanæ ministros, mentes vestræ corrumpantur erroribus;

Et excidatis a simplicitate, quæ est in Christo, id est, et excidant ab illâ fidei, et morum simplicitate, quæ christianum decet. Græc., *ita corrumpantur mentes vestræ à simplicitate illâ in Christum.* Syr., *quæ est erga Christum*, id est, quâ creditur in Jesum Christum. Verbum *excidatis* additum est ab interprete nostro, majoris claritatis gratiâ.

Et hinc zelus meus, meaque zelotypia. Vos ardenter in Deum depereo, vos despondi Christo, vos illi volo servare castos et puros in fide. Aliunde verò vos ambiunt Satanæ lenones, qui fidem vestram corrumpere student. Hinc mea zelotypia. Hinc illos ferre non valeo, hinc insipientia mea, seu hinc me laudare

Vers. 1. — *Utinam sustineretis modicum quid insipientiæ meæ!* id est, gloriationis, quæ videtur esse insipientia; ego tamen sapientissimè eam usurpo ex zelo, ut Evangelium meum et fidem apud vos tucar contra pseudo-apostolos. Ita Anselm., Chrysost.

Sed et supportate me; quod opto ut meam insipientiam toleretis, id etiam peto ut faciatis.

Vers. 2. — *Æmulor enim vos Dei æmulatione.* Zelotypus sum erga vos zelo Dei, q. d.: Non ambio mihi hanc sponsam, sed Christo et Deo, non meæ gloriæ, commodis, lucris, sed Christi, omnia hæc adorno: Christus enim sponsus est, ego tantùm sponsæ ductor et paranymphus.

Despondi enim vos uni viro virginem castam exhibere Christo. Dicitur autem *virgo*, propter integritatem fidei charitate informatæ. Desponsatio hæc fit per fidem, spem, aliasque virtutes. Nam, ut ait S. Augustinus, tract. 13. in Joan., virginitas mentis et integra fides, solida spes, sincera charitas.

Vers. 3. — *Timeo autem ne.... excidant à simplicitate*, etc., id est à simplici, purâ et incorruptâ fide, quam habetis in Christum.

cogor, ut mihi apostolo Christi credatis; et hos animarum corruptores deprimere, ut ab illis caveatis. Insipientia itaque mea non est insipientia, sed sapientia, seu Dei gloriæ, et salutis vestræ zelus : tolerate igitur me taliter insipientem, seu me memetipsum commendantem, ad vestrum profectum magis quàm ad laudem meam.

Observationes morales.

Ex secundo versu collige 1° quòd quælibet anima fidelis per baptismum Christo despondetur, seu fit per fidem sponsa Christi : Annulo suo subarrhavit me Dominus meus, dicere potest omnis anima christiana; 2° quòd plures animæ, una Ecclesia particularis, imò et tota universalis Ecclesia, sint una sponsa, sicut et Christus est unus sponsus; una, inquam, per unitatem fidei, et vinculum charitatis. 3° hujus sponsæ virginitas est fides incorrupta : hinc rem novam! exclamat divus Chrysostomus, in mundo post nuptias non manent virgines, quæ virgines erant; hic post nuptias fiunt virgines, quæ non erant virgines; 4° hujus sponsæ dos, regnum cœlorum, ait divus Chrysostomus, sicut sponsus Christus rex, ita sponsa regina. Hujus sponsæ nuptiæ in hoc seculo præparantur, in futuro consummantur. Præparantur per fidem, spem et charitatem. At consummantur per speciem et visionem, quando indissolubili vinculo copulabitur Christo. Hæc quidem omnibus christianis animabus conveniunt, at specialiùs animabus religiosis, quæ Christo etiam in hâc vitâ perfectiùs uniuntur. Vide Cornelium à Lapide.

Vers. 4. — Nam si is qui venit.... His quasi præfatis, ostendit Corinthiis, quòd immeritò tales magistros pluris faciant, cùm nihil eos doceant, quod priùs non docuerit. Etenim si novus ille apostolus superveniens, et in labores nostros sese ingerens, alium Jesum, seu Salvatorem, prædicaret, et qui verè sit alius et excellentior, quàm ille, quem vobis prædicavi; si tali magistro prædicante, alium reciperetis Spiritum, et qui præstantiora vobis dona conferret, quàm quæ recepistis me prædicante; si magister ille aliud Evangelium, præstantius et meliora promittens, vobis prædicaret; quàm quod vos docui; rectè et meritò pateremini talem magistrum jactabundum et sese nobis præferentem; at sanè non ita se res habet.

Vers. 5.—Existimo enim nihil me minus fecisse.... Arbitror enim quòd nec doctrinâ, nec operibus sim inferior; non dico, istis pseudo-apostolis; sed et ipsis magnis et excellentissimis apostolis, Petro, Joanne, Jacobo; ita D. Chrysostomus, et omnes antiqui. Quanquàm recentiores multi putant per ironiam hìc pseudo-apostolos vocari supra modum apostolos, seu, ut est in Græco, *super valdè apostolos*. Et juxta hunc sensum meliùs cohærent omnia et præcedentia et sequentia. Sed nihil cogit antiquos Patres deserere.

Observa quòd qui, 1 Cor. 15, 9, dixit : *Non sum dignus vocari apostolus;* nunc ubi necessitas postulat, dicit : *Existimo nihil me minùs fecisse à magnis apostolis.* Non erubescit se excellentioribus apostolis æquiparare; quia id postulat charitas et animarum salus. Omnia ad aliorum utilitatem, et Dei gloriam.

Vers. 6. — Nam etsi imperitus.... Græc., *idiota*, id est, indoctus sermone. Syr., *incultus sermone*. Vide paraphrasim. Juxta antiquos hæc non referuntur ad versiculum præcedentem, sed est responsio novæ adversariorum objectioni, Paulo sermonis ruditatem improperantium.

Fateor quòd sermone sum rudis; at rerum divinarum scientiam calleo, quæ divinum præconem decet.

Non curat secularem sapientiam, quæ, ut 1 Cor. dixit, evacuat crucis Christi gloriam; sed scientiam Dei, veram sapientiam habere gloriatur. Talis sit homo verè apostolicus. Indirectè sermonis nitorem et peritiam concedit pseudo-apostolis, at eis negat scientiam; sermone sunt periti, sed scientiâ Dei indocti. Quot et hodiè hujusmodi homines! In omnibus autem manifestati sumus vobis. Græc. : *Sed in omni manifestati in omnibus in vos.* Syr. : *Verùm in omnibus manifesti fuimus apud vos.* Hìc quoque falsos perstringit apostolos, utpote in versutiâ ambulantes, quasi diceret : Non sicut illi aliud sumus, et aliud apparemus : sed in omnibus et omninò apertè vobiscum agimus, ita ut et dictis et factis simus vobis manifesti.

An D. Paulus reverà fuerit sermone imperitus? — Resp. 1° quòd sine fundamento ex hoc versiculo collegerint aliqui D. Paulum fuisse balbum, seu impeditæ linguæ : dicitur enim hìc imperitus, idiota, incultus, non impeditus. Resp. 2° quòd D. Paulo non adfuerit sermonis perspicuitas; nec Græci sermonis elegantia; ut patet legenti : sed in rudi sermone fuit illi nervosa eloquentia, et ubi voluit, divinum dicendi artificium. Hinc aliqui dicunt illum eloquentissimum, ut D. Augustinus, alii negant, ut Origenes, et D. Hieronymus.

Vers. 4. — *Nam si is qui venit, alium Christum, prædicat, quem non prædicavimus;* q. d. : Si pseudo-apostoli aliam doctrinam perfectiorem de Christo vel Christi prædicarent, quam ego non prædicavi; quasi prædicatio mea ad salutem et Christianismi perfectionem non sufficiat.

Aut alium spiritum accipitis quem non accepistis, q. d. : Si alia dona Spiritûs sancti, quæ per me non accepistis, acciperetis à pseudo-apostolis istis. *Aut aliud Evangelium quod non recepistis, rectè pateremini*, vel sustineretis, q. d. : Ubi est ille alius spiritus, alia dona, quæ jactant? Sanè nusquàm comparent. Testes vos appello, qui nihil aliud quàm ventosa verba ab eis accepistis.

Vers. 5. — *Existimo enim nihil me minus fecisse à magnis apostolis.* Vocat *magnos* eos qui inter apostolos eximii erant et summi, quales Petrus, Jacobus et Joannes.

Vers. 6. — *Nam etsi imperitus sermone, sed non scientiâ;* Etsi, quod ad sermonem attinet quo vobiscum loquor aut scribo, sim imperitus ac velut idiota, non tamen quoad scientiam earum rerum quas docere me profiteor, scilicet divinarum, et ad vestram salutem spectantium. Nam utique sine hujus modi scientiâ, verus Christi apostolus ac doctor gentium esse non possem.

In omnibus autem manifestati sumus vobis, id est, nihil apud vos dissimulanter egi; totus et per omnia vobis manifestatus sum.

Vers. 7. — Aut numquid peccatum feci?.. Græc. *an peccatum feci*... Syr., *aut fortè culpam commisi*...

His verbis Corinthios acriter pungit, simul et magnum suî et pseudo-apostolorum discrimen ostendit, quòd humiliter et gratis Evangelium prædicaverit, quòd ipsi cum fastu et pro lucro. Numquid fortè peccavi, et ideò me minùs æstimatis, quia humilis apud vos factus sum; vile opificium exercens, et labore manuum mearum victum mihi comparans? Non superbè me gessi, nec meo fastu vos oppressi, sicut illi; et hoc mihi peccatum,

Ut vos exaltemini; id est, ut hâc meâ humilitate vos exaltarem in fide: seu ut vos faciliùs Christo lucrarer; ad ejus gratiam attraherem, per quam evehereminiad gloriam,

Quoniam gratis Evangelium Dei evangelizavi vobis? An mihi imputatis ad culpam, quòd gratis omninò, et sine lucro, et sine stipendio vobis prædicaverim?

Nota in hoc versiculo duplicem apostolicam D. Pauli prædicantis virtutem: humilitatem in suâ conversatione; paupertatem in corde et in praxi, seu in usu. Nec pretium aut lucrum vult, aut recipit pro prædicatione; nec stipendium ad sustentationem necessarium suscipit. Talibus virtutibus proximi promovetur salus, humilitas cordis, etc., paupertas spiritûs, virtutes veræ apostolicæ, sed heu! quàm pauci sectantur eas!

Vers. 8. — Alias Ecclesias expoliavi. Quod in versu præcedente dixit, hìc et in versiculo sequente exaggerat, prætensumque peccatum quasi aggravat. Vide paraphrasim.

Stipendium. Græc., ὀψώνιον, *modicum quid*, quale datur militi.

Vers. 9. — Et cum essem apud vos... Et apud vos præsens et existens; pro vobis diù noctuque laborans, et omnibus indigens: seu vobis præsens, vobis serviens, rebus necessariis destitutus.

Nulli onerosus fui, id est, nulli vestrûm molestus fui: nec ideò segnior fui in ministerio vestro. Græc., *non obtorpui cuiquam*. D. Hieron. ad Algas., quæst. 10, dicit hanc dictionem esse Cilicibus peculiarem.

Nam quod mihi deerat, ad vitæ necessitates, supplleverunt, supra id quod labore manuum lucrabar. Act. 18, v. 3.

Fratres, qui venerunt a Macedonia. Act., 18, v. 5.

Et in omnibus sine onere me servavi et servabo. Ne quis autem putet hæc ab eo dici, ut ab illis in posterum accipiat; addit quòd sicut hactenùs in nullo fuit onerosus, sic nec erit in futuro: gratis ministravi, gratis ministrabo, et cavebo ne cuiquam sim oneri. Timuit Apostolus ne ipsa vitæ necessaria recipiens, foret onerosus. Hinc saltem timeamus superflua recipere.

Vers. 10. — Est veritas in me... Jurat quòd idem observabit semper, seu nihil à quopiam recipiet in Achaiâ.

Verum dico, Christus Veritas, est mihi testis; quòd hæc gloriatio, Evangelii vobis prædicandi gratis, per me non abrumpetur apud vos et in totâ Achaiâ.

Non infringetur. Græc., non obturabitur. Metaphora ab amnibus sumpta, aiunt Patres Græci Chrysostomus, Theophylactus; quasi diceret: Donis vestris non obturabitis, aut obstructis cursum hujus meæ gloriæ, sed fluet indesinenter per omnes Achaiæ regiones, cujus metropolis erat Corinthus. Idem hìc significat Apostolus quod in 1 Cor., cap. 9, v. 15: *Bonum est mihi magis mori, quàm ut gloriam meam quis evacuet.*

Vers. 11. — Quare? quia non diligo vos?

Cur ita facis apud nos? An quia nos non diligis, ideò dona nostra respuis? Solemus enim eorum, quos non diligimus, dona contemnere.

Iterùm jurat, Deum cordium inspectorem testem adhibens, quia eos diligit. Dona quidem sunt respuenda, sed sine contemptu, imò cum gratitudine, et cum affectu.

Vers. 12. — Quod autem facio, et faciam.., id est, id facio et faciam, seu gratis evangelizo, et evangelizabo non solùm Corinthi; sed in totâ Achaiâ, ut pseudo-apostolis amputem occasionem, quam quærunt nobis esse similes et pares, de quo gloriantur.

Optabant pseudo-apostoli ut aliquid reciperet Apostolus; sicque dicere possent quòd, ad ejus exemplum

Vers. 7. — *Aut numquid peccatum feci, meipsum humilians, ut vos exaltemini?* An peccatum feci meipsum humilians, dejiciens ad scenopegiam, et labores manuum, quibus victum mihi pararem, humiliter nempe et tenuiter, sumptu meo victitans; ne vobis essem oneri, sed vos potius exaltarem et honorarem hâc meâ humiliatione; q. d.: An hoc ipsum quod gloriæ est et beneficentiæ, improperatis mihi?

Quoniam gratis Evangelium Dei evangelizavi vobis, q. d.: Usque adeò non peccavi in vos, ut et singulari beneficio vos affecerim, gratis Evangelium prædicans, quod apud alios non feci.

Vers. 8. — *Alias Ecclesias expoliavi*, etc. Sensus est: Ab aliis Ecclesiis, quamvis essent vobis pauperiores, ut proinde spoliari ac denudari viderentur, accepi stipendium ac sumptum necessarium, ut vobis Evangelium ministrarem.

Vers. 9. — *Et cum essem apud vos, et egerem; nulli onerosus fui.* Sed strenuè meis manibus laboravi; nec tamen in prædicatione obtorpui, sed æquè diligenter omnibus et singulis docendo, monendo, consulendo, me impendi; atque si nihil aliud, nulla vitæ sustentandæ necessitas curave mihi incubuisset.

Nam quod mihi deerat, suppleverunt fratres, qui venerunt à Macedoniâ; et in omnibus sine onere me vobis servavi, et servabo. Addit autem de futuro tempore, ne commemorando præteritam abstinentiam, videatur admonere Corinthios quid in posterum erga se facere debeant.

Vers. 10. — *Est veritas Christi in me*, in veritate Christi loquor, testor Christi veritatem; vobis ego per Christum (Ambros., *sub Christi testimonio*) verè sanctèque affirmo ac juro me nihil pro sumptu à vobis accepturum. Ita Theoph.

Quoniam hæc gloriatio, quòd gratis vobis evangelizaverim, *non infringetur in me in regionibus Achaiæ.*

Quare? Quia non diligo vos? *Deus scit*, an vos non diligam.

Vers. 12. *Quod autem facio, et faciam*, id est, sed quod hactenùs facio, gratis per Achaiam prædicans

ipsi reciperent; et consequenter gloriari quòd in hoc ipsi similes et pares forent; quem aliunde se superare jactabant, scilicet in eloquentiâ. Ut hanc eis gloriandi occasionem amputet Apostolus, nihil recipit, nec vult recipere; ut pateat omnibus quòd in hoc saltem sint illo inferiores. Aliter Græci, qui supponunt quòd pseudo-apostoli gratis quoque prædicare gloriabantur. Hoc saltem simulabant, ait D. Chrysostomus, sed furtim et occultè recipiebant. Illis, inquit, Paulus præcidit occasionem gloriandi, quam quærebant inde; quia hâc in re, non habebant quòd gloriarentur, cùm Paulo forent tantùm pares. Sed probabilius est quòd palàm accipiebant pseudo-apostoli, cùm de eis loquens, v. 20: *Sustinetis... si quis devorat, si quis accipit.*

Vers 13. — Nam ejusmodi... Hos falsos apostolos vivis hìc pingit coloribus; simul et explicat quod dixit, quærunt nobis esse similes. Nam hujusmodi homines falso titulo et nomine tenùs apostoli sunt, à Christo non missi, nec à Christi veris apostolis.

Operarii dolosi, fallaces, qui omnia ficto faciunt animo et ut fallant; D. Chrysostomus.

Transfigurantes se... assumunt Christi apostolorum personas, cùm reverà sint ministri Satanæ. Larvam apostolorum circumferunt, non autem vim ac facultatem; Chrysostomus.

Vers. 14. — Et non mirum... Et hâc in re nihil novum. Nam Satanas, ipse angelus tenebrarum, transformatur in angelum lucis; malus in bonum.

Vers. 15. — Non est ergo magnum...; non est ergo quòd miremur tanquàm magnum, si ejus ministri figuram ac personam induant apostolorum, veritatem, pietatem ac veram justitiam annuntiantium.

Quorum finis erit... at tandem larvam eis detrahet Deus, pœnamque dabit factis iniquis debitam. *Finis eorum erit* secundum opera illorum, id est, malus.

Ab ipso Ecclesiæ exordio fuêre falsi doctores, hypocritæ, apostolorum Christi larvam circumferentes; ut fideles deciperent. Ab ipso mundi exordio Satanas, humanæ salutis adversarius, tenebrarum angelus, sese in lucis angelum transformat, ut faciliùs decipiat.

Hinc discamus timere, cavere, rogare, *et ne nos inducas.... sed libera nos à malo*, à malo spiritu in bonum transformato: à malo doctore, apostoli larvam circumferente. Et hinc discamus nec in nobis, nec in homine, nec in angelo spem ponere; sed in solo Deo.

Vers. 16. — Iterum dico....; repeto quod ab initio dixi, rursùsque vos rogo, ut me patienter sustineatis, si quid ad laudem meam dixero.

Ne quis me putet..., nec propterea quis me putet insipientem, nec enim id ago sine ratione, sed ob causam. Stulta quidem res est gloriari; ego verò non ut stolidus hoc facio, sed coactus; D. Chrysostomus.

Alioquin velut insipientem...; quòd si tamen id, quod à vobis peto, non possim obtinere; ut insipientem accipite me, et patienter sustinete; tantùm ut mihi tantisper liceat gloriari. Hic sensus naturalis est, nec primo hujus capitis versui contradicit, ut putat auctor neotericus, qui vult hìc ab Apostolo retractari, quod ab initio dixit. Hincque particulam πάλιν, ipse solus, contradicentibus omnibus omninò versionibus, et interpretibus Græcis et Latinis, vult non significare, iterùm, *de nouveau;* sed è contra, seu *tout au contraire, je me retracte.* Quidquid sit de hâc πάλιν significatione in genere, sanè illa huic loco non convenit; idem enim in re nunc dicit Apostolus, quod in primo versu dixit. Ibi insipientiam vocavit gloriari, quia speciem habet insipientiæ, et insipiens videtur iis, qui causam ignorant. Hìc autem rogat, ut propter hanc insipientiæ speciem, non putetur insipiens, id est, verè insipiens; quia id non agit insipienter et sine ratione. Quòd si tamen ab eis non potest obtinere id quod rogat; concedit ut velut insipientem ipsum accipiant, dummodò gloriari permittant: idque concedit sapientissimè, proximi sui salutem suæ propriæ famæ anteponendo. In his ergo verbis patet et humilitas et charitas apostoli. Humilitas; excusatione toties iteratâ, ostendit sanè quàm invitus et coactus glorietur. Charitas; hanc internam confusionem suam, imò et externum Corinthiorum propterea contemptum, animarum saluti sacrificando.

Vers. 17. — Quod loquor... Fatetur quod specie tenùs et apparenter non agat secundùm Christi doctri-

Evangelium, idem et facturus sum deinceps.

Ut amputem occasionem eorum qui volunt occasionem, ut in quo gloriantur inveniantur sicut et nos. Gloriantur in prædicatione se esse mihi pares, cùm sint inferiores; ego enim gratis, ipsi lucri causâ evangelizant. Ita Anselm., Chrysost. et Theoph.

Vers. 13. — *Nam ejusmodi pseudo-apostoli, sunt operarii subdoli,* seu dolosi. Ingerebant seipsos, mentientes se missos esse. *Transfigurantes se in apostolos Christi*, scilicet à seipsis, id est assumentes personam apostolorum Christi, dicentes se esse Christi apostolos, sed falsò.

Vers. 14. — *Et non mirum*, quòd audeant se transfigurare in apostolos Christi.

Ipse enim Satanas transfigurat se in angelum lucis. Dicit *lucis;* solent enim angeli boni, utpote beati, lucidi et gloriosi apparere, cùm se ostendunt hominibus. Secundò *lucis*, id est, veritatis, justitiæ, pietatis; hæc præ se fert Satanas, hæc promittit hominibus quorum vel oculis visibiliter apparet, vel phantasiæ se suaque consilia insinuat, ostendit, imprimit, cùm verè sit angelus tenebrarum; quia nonnisi peccata, errores, dolos suggerit.

Vers. 15. — *Non est ergo magnum*, id est, mirandum tanquàm res magna. *Si ministri ejus transfigurentur velut ministri justitiæ*, id est, figuram ac personam assumant ministrorum justitiæ.

Quorum finis erit secundùm opera ipsorum, q. d.: Etsi fallant homines, Deum fallere non poterunt, à quo tandem recipient mercedem operibus suis debitam, hoc est, interitum et mortem æternam.

Vers. 16. — *Iterùm dico ne quis me putet insipientem esse*, scilicet ob id quia meipsum prædico. Nam justa causa est cur id faciam. *Alioquin velut insipientem accipite me*, q. d.: Quòd si aliud impetrare non possum, accipite me velut insipientem, tantùm ut mihi paululùm gloriari liceat. Nota. Valdè præmollit, ut ostendat quàm invitus, et non nisi coactus descendat ad laudes suas. Ita Chrysost.

Ut et ego modicum quid glorier, id est, ut cùm illos æmulos nostros toleretis tam multa de se jactitantes, mihi quoque concedatis vel paulùm de me ipso gloriari.

Vers. 17.—*Quod loquor, non loquor secundùm Deum:* quod loqui propono et intendo, meas scilicet laudes.

nam, qui nos humilitatem factis et verbis docuit, ut jam dictum est in commentario, v. 1. *Quod* in hoc gloriationis argumento *loquor*, si verba spectetis tantùm externa, NON LOQUOR SECUNDUM DEUM, speciem enim habent insipientiæ; si verò animum spectetis et verborum scopum, *secundùm Deum loquor*. Ex charitate enim loquor; et ex necessitate me laudo; ne me Christi ministro contempto, credatis et adhæreatis Satanæ ministris. Ago apparenter contra humilitatem, quæ est vera sapientia, quam nos Deus, per Christum docuit; hinc *non secundùm Deum loquor*. Sed id invitus ago et ex charitate: hinc non insipienter, sed quasi insipienter, SEU QUASI IN INSIPIENTIA, mea laus speciem habet insipientiæ quidem, sed est vera et secundùm Deum sapientia.

IN HAC SUBSTANTIA GLORIÆ. Græc., ἐν ταύτῃ τῇ ὑποστάσει; idem verbum in eodem sensu usurpatum reperies cap. 9, v. 4, scilicet in hâc materiâ, seu in hoc argumento gloriationis. *In hâc parte gloriationis*, ait Theophylactus post D. Chrysostomum.

VERS. 18. — QUONIAM MULTI GLORIANTUR... quandoquidem pseudo-apostoli, æmuli mei, gloriantur in rebus carnalibus et externis et ad apostolatum non pertinentibus; et illos sic gloriantes, imò ad nauseam usque jactabundos toleratis.

ET EGO illorum secutus insipientiam, tantisper GLORIABOR; sperans quòd et patienter feretis me utiliter gloriantem.

VERS. 19. — LIBENTER ENIM SUFFERTIS... Syr., *pacifici enim estis ad obtemperandum rationis expertibus, cùm vos sitis sapientes*. Quasi diceret : Id eò faciliùs spero, quòd vos cùm sitis sapientes, alios tamen suffertis insipientes, me multò molestiores. Insipientia mea vobis multò minùs erit onerosa, quàm pseudo-apostolorum : mea ad summum erit verbosa, illorum verò est effectiva et effectibus molesta; vos enim tyrannicè regunt, vos devorant...

VERS. 20. — SUSTINETIS ENIM SI QUIS..., id est, si quis illorum duro et imperìoso dominatu vos IN SERVITUTEM REDIGIT; seu regit ut servos.

SI QUIS DEVORAT, id est, bona vestra consumit et exhaurit sumptibus.

SI QUIS ACCIPIT, à vobis munera, quibus vestras extenuat facultates.

SI QUIS EXTOLLITUR, fastu tumens, ut vos deprimat, et quamdam in vos tyrannidem exerceat.

SI QUIS IN FACIEM VOS CÆDIT, id est, habet ludibrio, seu contumeliam quasi alapam vobis impingit.

Ita quidem explicatur communiter hæc ultima pars; unde plerique verba sequentia, *secundùm ignobilitatem dico*, explicant quasi dent sensum sequentem : Hoc intelligo, quantùm ad contumeliam; non quòd de facto vos cædant in faciem, sed quòd contumeliâ, vos quasi viles afficiant.

Sed nonne fieri posset, ut quisquam pseudo-apostolorum ad hanc devenerit violentiam, ut palmâ quemquam Corinthiorum cæciderit; et hoc eis exprobret Apostolus? Cùm omnia alia ad litteram sint vera, cur non et hæc pars? An minus est crimen, tyrannidem exercere, devorare, accipere, etc., quàm aliquo fortè primo motu cædere? Hâc in re nihil affirmo; sed meum dubium expono.

VERS. 21. — SECUNDUM IGNOBILITATEM DICO... QUASI... obscurum est quod ait; nam quoniam molestum ac grave erat, idcircò hoc ita collocavit, ut acerbitatem obscuritate falleret; D. Chrysostomus.

Notanda ad intelligentiam.

Obscuritatem hujus loci probat explicationum varietas, omnes legi, omnes expendi, nullam penitùs satisfacientem inveni. Hinc textum attentiùs legi; omnes versiones contuli; et lux major affulsit. Græc. : *secundùm contumeliam dico*. Syr., *quasi cum contumeliâ dico*. Arab., *per modum contumeliæ et exprobrationis hoc dico; ac si nos infirmati essemus*. Ex textu et ex his ejus versionibus concipio quòd D. Paulus superiora, in versibus 19 et 20 contenta, dixit per modum exprobrationis. Sed quibus? Ex ipso contextu patet quòd ipsis Corinthiis, quos in his versiculis alloquitur. Quid ergo Corinthiis exprobrat? Intellige ex ipso contextu et ex eo, de quo hìc agitur; scilicet : Hæc et alia, cùm vobis pseudo-apostoli faciant; illos tamen æstimatis, diligitis et pluris quàm me facitis.

QUASI NOS HAC IN PARTE INFIRMI, seu illis inferiores SIMUS, id est, quasi verò nos propter infirmitatem idem vobis non fecerimus; et non propter humilitatem, modestiam et charitatem. Quasi verò non potuerimus, sicut et illi, iisdem titulis abutentes, opprimere vos. Quasi verò talia, quæ dixi, facere, sit in illis vir-

Sed quasi in insipientiâ in hâc substantiâ gloriæ, in hoc subjecto, in hâc materiâ *gloriæ* quâ gloriari de meis laboribus in sequentibus intendo.

VERS. 18 — *Quoniam multi gloriantur secundùm carnem*, in rebus carnalibus et externis, puta in nobilitate, divitiis, sapientiâ, circumcisione, parentibus Hebræis gloriantur pseudo-apostoli, hinc *et ego* in iisdem *gloriabor*. Ita Chrysost.

VERS. 19. — *Libenter enim suffertis insipientes*, etc. Est ironia. Quasi dicat : Sustinuistis insipienter jactantes se gloriabundos illos pseudo-apostolos, sustinebitis, spero, et me apud sapientes sapienter et utiliter gloriantem.

VERS. — 20. *Sustinetis enim si quis vos in servitutem redigit*, qui imperiosè vobis utuntur ut mancipiis. Significat imperiosam pseudo-apostolorum in Corinthios fideles dominationem, quâ eos propemodùm ut servos premebant. Nam ad ejusmodi subjectionem pertinent quæ sequuntur.

Si quis devorat, id est, bona vestra extorquent. Significat inexplebilem aviditatem quantùm ad sumptus vitæ, quos identidem exigebant.

Si quis accipit, scilicet à vobis.

Si quis extollitur, id est, extollunt se supra vos, potestatem sibi vendicant in vos, seipsos laudant, se suaque magni faciunt et deprædicant, dicendo se esse populum Dei, illos, ex gentibus peccatores.

Si quis in faciem vos cædit, non alapis, sed contumeliis, in faciem exprobrantes quòd fueritis idololatræ, peccatores, immundi, quòd sitis præputium.

VERS. 21. — *Secundùm ignobilitatem dico*, q. d. : Cùm dico pseudo-apostolos in faciem vos cædere, non simpliciter dico, sed quoad ignominiam et convicia quæ in vos jactant, et in faciem exprobrant.

Quasi nos infirmi fuerimus in hâc parte, q. d. : Sustinetis fortes, audaces, minaces et imperiosos pseudo-apostolos, me verò non sustinetis, sed contemnitis tanquàm infirmum, pusillanimem et timidum, quasi

tus et perfectio æstimatione digna; et talia non facere, sit in nobis infirmitas et peccatum vestro contemptu dignum.

Ironia similis, imò eadem ac ea quæ v. 7; quasi diceret : An peccatum feci, quia humilis, pauper et modestus apud vos fui? quia ex charitate, et gratis omninò, vobis evangelizavi? quia vos non devoravi, non oppressi, contumeliâ non affeci? Et hæc eadem exprobratio tangit obliquè falsos apostolos : qui talia facientes, sese jactabant quasi magnos; et D. Paulum, ut infirmum et homuncionem deprimebant; hincque sese anteponebant illi. Quasi verò nos illis hâc in parte simus inferiores; quasi talia facere sit virtus et perfectio; non facere peccatum. Hìc itaque D. Paulus indignatione tactus, et plura cogitans atque sentiens, quàm verbis exprimat, tacitus in corde, hanc egregiam concedit pseudo-apostolis superioritatem ac præcellentiam. Esto, simus illis, hâc in parte inferiores; sintque nobis in eâ superiores; at sanè in nullâ aliâ re præcellentiam illis concedo.

In quo quis audet? id est, in quâcumque re quis eorum audeat gloriari.

In insipientia dico, id est, quasi insipiens loquor, et ego gloriari audebo.

Observatio moralis.

D. Paulus, totius terrarum orbis doctor, speciatim verò Corinthiorum amantissimus pater, et apostolus, tot eximiis virtutibus et præclaris dotibus insignitus; ab ipsis tamen Corinthiis, suis in Christo filiis, postpositus hypocritis, falsis operariis et veris Satanæ ministris; qualis et quanta injustitia! At quantum solamen omni prælato ecclesiastico, sua munia ritè peragenti, et à suis tamen inferioribus, in honore minùs habito! Hæc fuit semper consuetudo mundi, et erit usque in finem; ait Cornelius à Lapide, post Salmeronem quem citat; contumaciter resistere Dei servis, ad minimas occasiones obstrepere, et obmurmurare, de severitate moderatâ conqueri; abhorrere ab omni disciplinâ; impostoribus autem et pseudo-apostolis serviliter se subdere, omnia illis permittere; quidquid oneris imponere ipsis libuerit, patienter sustinere : ita Israelitæ, contempto Samuele sancto, ac modesto, maluerunt ferre jugum fastuosi et tyranni regis, 1 Reg. 8.

Hoc in casu, superior gnavus et attentus, et ob id à suis despectus, cogitet D. Paulum pseudo-apostolis postpositum à suis; et ob hunc iniquum suî despectum, dejectiori non erit animo. E contra superior officii sui negligens, et à suis tamen honoratus; cogitet pseudo-apostolos honoratos; attendat sibi et caveat, ne sicut honoris illorum, ita et vitiorum sit particeps; saltem non superbiat ob honorem sibi et satanæ ministris communem.

Vers. 22. — Hebræi sunt, scilicet, origine et linguâ, et ego sum Hebræus origine et linguam Hebraicam calleo.

Israelitæ sunt, id est, ex posteris Jacob, non ex posteris Esau : et ego, sum Israelita.

Semen Abrahæ sunt, id est, naturales filii, non proselyti. Hæc erat summa Judæorum gloria, de quâ jactabant : Semen Abrahæ, filii Abrahæ sumus, qui fuit specialiter amicus Dei; cui factæ sunt repromissiones à Deo, etc.

Et ego sum Abrahæ filius. In hoc ergo pares sumus.

Vers. 23. — Ministri Christi sunt; tales saltem se dicunt, licèt de facto satanæ sint ministri, v. 13. Esto sint, ut volunt, ministri Christi.

Ut minus sapiens loquor; sed tamen verè loquor, ego sum plus quàm illi. Syr., *et ego illis præstantior.* D. Chrysostomus, *et ego his melior sum et præstantior.*

Observatio litteralis et moralis.

Hoc probat in sequentibus; non miracula proferens, quæ fecit; non per excellentiora charismata quæ recepit; non per tot urbium, provinciarum et regnorum admirandam conversionem, quam, Deo dante, operatus est : sed per labores, plagas, carceres, fustigationes, quas pro Christo passus est; ut omnes Christi ministros doceat media, quibus possint præstantiùs sacro Christi apostolatui et ministerio communicare; nimirùm si plurimùm patiantur et laborent pro Christo.

Communicantes igitur Christi passionibus, gaudete, ò Christi ministri! quia sic et divino ejus apostolatui, cum D. Paulo, communicatis excellentiùs. Sicut oportuit laborare et pati Christum, et per labores et passiones suum salvatoris exercere ministerium, sicque in suam gloriam intrare. Ita et oportet pati et laborare Christi ministrum; per labores assiduos et passiones quamplurimas suum peragere ministerium, sicque gloriam æternam promereri. Hoc nos docet exemplum D. Pauli, per antonomasiam apostoli.

In laboribus plurimis. Græc., *in laboribus abundantiùs*, id est, pluribus quàm illi. Syr., *in labore plus quàm illi; in verberibus plus quàm illi; in vinculis plus quàm illi, in mortibus pluries.*

qui imperiosiùs agere non potuerim quàm feci; q. d. Paulus : Potui sanè eâdem licentiâ et imperio in vos uti, quo pseudo-apostoli usi sunt, sed nolui ex humilitate, modestiâ et charitate eximiâ. Ita Chrys.

In quo quis audet, supple gloriari (*in insipientiâ*, id est, quasi insipiens, vel insipienter *dico*), *audeo et ego*, scilicet gloriari. Sensus est : Quæcumque illi sibi arrogant tanquàm gloriosa, ego quoque mihi arrogabo.

Vers. 22. — *Hebræi sunt, et ego*, etc. Gloriosius erat *Israelitam* dici quàm *Hebræum*; et *semen Abrahæ* dici, quàm *Israelitam*.

Vers. 23. — *Ministri Christi sunt*, per concessionem hoc dicit; esto vocent se Christi ministros, et *ego* sum, imò *plus* quàm ipsi, *ut minùs sapiens dico*, hoc est, quasi insipiens delirans loquor. Tanquàm dicat Apostolus : Ministri Christi sunt (stultè loquor, stultitiæ meæ ignoscite), plus et excellentiùs ego sum.

In laboribus plurimis, id est, pluribus quàm pseudo-apostoli.

In carceribus abundantiùs, *in plagis supra modum*, id est, in verberibus insolenter, et, ut ita dicam, excessivè mihi illatis, supra quàm dici vel credi potest.

In mortibus frequenter. Mortis periculis, ubi comites mei, aut alii vel à latronibus, vel à seditiosis cædebantur aut jugulabantur.

In plagis supra modum. Græc., *excessivè*, id est, plus quàm dici potest.

In mortibus, id est, in vitæ periculis; frequenter.

Vers. 24. — A Judæis quinquies quadragenas, scilicet, plagas, una minus, id est, 39. Lex, Deuter. 25, 3, vetabat ne quadragenarius plagarum numerus excederetur. Hinc Judæi, ne excederent, sicque legem certiùs observarent; triginta novem dabant tantùm. Porrò de his flagellationibus D. Pauli nihil in Act. Apost.

Vers. 25. — Ter virgis cæsus... à gentilibus, hinc colligitur quòd Judæi non virgis cæderent, sed fidibus seu nervis. De unâ tantùm fustigatione in Actis, 16, 22.

Semel lapidatus sum. Lystris, Act. 14, 18.

Ter naufragium feci. De hoc nihil D. Lucas; illud enim naufragium, de quo Act. 27, 18, post hanc Epistolam scriptam evenit.

Nocte et die... in profundo maris... Græc., non est, maris, sed tantùm, βυθῷ, *profundo*, quod de omni profundo, seu carcere, seu puteo potest intelligi. Reverà Baronius intelligit profundissimum carcerem Cyzicenum, in quem D. Paulus sit injectus. Sed de carceribus jam dictum est, v. 23. Hìc autem agitur de naufragio, et de ærumnâ naufragium consequente. Hinc benè noster interpres addidit : *In profundo maris fui*, id est, juxta Theodoretum, scaphâ dissolutâ, totam noctem, diemque hùc et illùc à fluctibus impulsus transegi. Syr. pariter, *ter in naufragio fui, die et nocte in medio mari, sine navigio fui.* Ex his versibus patet quòd multa de D. Paulo prætermiserit D. Lucas in Actis apostolorum.

Observatio moralis.

Sed quale spectaculum nobis, in his versibus, exhibetur! Christi legatum video fustibus et virgis cæsum, quasi vile et pessimum aliquod foret mancipium : Evangelii Dei præconem video lapidibus obrutum, quasi blasphemus homo foret; Dei ministrum et servum fidelissimum video naufragum, et undis hùc et illùc pulsum et exagitatum, quasi foret impius ab ipso Deo derelictus. Heu spectaculum scandalosum, si carneis oculis cernatur! *Si est scientia in excelso?* At spectaculum ædificatorium, si fidei cernatur oculo! Hinc enim doceor, ærumnas, passiones, humiliationes non horrere, quasi vera mala, sed æstimare quasi Dei dona servis suis præparata : *Vobis donatum est pro Christo, ut non tantum credatis in eum, sed et ut pro eo patiamini.* Hinc et doceor hæc mundi mala non fugere; sed amare, desiderare, ut bonorum æternorum radices; in eisque gloriari, quasi in veræ gloriæ mediis et quasi principiis. Afflictio mater gloriæ. Per hæc Christus et apostoli intrârunt in gloriam. Hæc sunt Christi et apostolorum ejus insignia. Hæc sunt quibus prædestinavit Deus nos *facere conformes imaginis Filii sui; ut sit ipse primogenitus in multis fratribus.* Da mihi, ô Deus! hæc penetrare; hæc semper oculis fidei videre; ut crucem æstimem, diligam, reverear.

Vers. 26. — In itineribus sæpè... pro Evangelio Christi prædicando et promovendo, longa, molesta et periculosa sæpè suscepi itinera. Ubique sparsa pericula : pericula in fluminibus navigandis et trajiciendis : pericula ex parte latronum; ex parte Judæorum, ex parte gentilium; nunc in civitate, nunc in deserto, nunc terrâ, nunc mari. Ubique insidiæ : pericula denique à falsis fratribus : seu simulatis fidelibus. A principio enim diabolus injecit zizania; Theodoretus.

Vers. 27. — In labore et ærumna. Græc., *in fatigatione et miseriâ.* Quot labores graves et defatigantes eâdem de causâ suscepti! Quot molestiæ perpessæ!

In vigiliis multis, ad orandum, prædicandum, laborandum.

In fame et siti, ex necessitate, defectu esculentorum in longis itineribus, per loca arida; æstatis tempore.

In jejuniis multis, spontè et ex religione susceptis.

In frigore et nuditate, ob vestitûs tenuitatem, qui non sufficiebat ad frigus arcendum. Heu! quantum et quale discrimen apostolicæ vitæ cum nostrâ; vitæ laboriosæ, cum otiosâ; vitæ patientis, cum molli et delicatâ; vitæ pauperis, abjectæ, contemptæ, cum divite, honoratâ, superbâ! Erubescamus ita differre ab eis, quos gloriantur habere patres in fide. Erubescamus nihil pro nobis ipsis pati velle, pro quibus tot et tanta passi sunt apostoli.

Vers. 24. — *A Judæis quinquies, quadragenas unâ minùs accepi.* Jusserat Dominus, Deut. 25, ut plagarum numerus quadragenarium non excederet, cui ut certiùs et pleniùs satisfacerent Judæi, non quadraginta, sed unâ minùs, scilicet triginta novem reis infligebant. Ita Talmudici.

Vers. 25. — *Ter virgis cæsus sum*, à gentilibus.

Semel lapidatus sum. Id passus est Lystris Lycaoniæ, potissimùm à Judæis, adeòque graviter ut mortuus putaretur, quemadmodùm refertur Act. 14.

Ter naufragium feci, naufragatus sum, naufragium passus sum.

Nocte et die in profundo maris fui, id est, alto et medio mari diem noctemque undis jactatus egi. Ita Theophyl.

Vers. 26. — *In itineribus sæpè*, non solùm molestis, sed et periculosis.

Periculis fluminum, quæ interdùm non minùs periculosa sunt navigantibus quàm mare.

Periculis latronum, in quos inciderat iter faciens.

Periculis ex genere, ex gente meâ. Insidias intelligit, quas sæpè ipsi Judæi struxerunt.

Periculis ex gentibus, id est, à gentilibus; sed iis plerùmque à Judæis in ipsum concitatis, ut ex Actis liquet.

Periculis in civitate, velut Damasci, Hierosolymis, Ephesi, atque alibi.

Periculis in solitudine, id est, in desertis locis, in quibus ei ab adversariis collocabantur insidiæ.

Periculis in mari. Hìc peculiariter loquitur de periculis sibi mare navigantì paratis ex insidiis hostium, maximè Judæorum, cujus exemplum habemus Act. 20, ubi scribitur factas illi fuisse insidias à Judæis navigaturo in Syriam.

Periculis in falsis fratribus, id est, periculis quæ passus sum à simulatis et falso nomine Christianis.

Vers. 27. — *In labore et ærumnâ.* Significat vox Græca laborem cum difficultate ac fatigatione conjunctum.

In vigiliis multis, in fame et siti. Inediam et penuriam passus est, gratìs Evangelium prædicans.

In jejuniis multis. Jejunia ad purificandam mentem,

Vers. 28. — Præter illa... instantia mea. Græc., ἐπισύστασις; significat conspiratio, oppugnatio, concursus. Hinc D. Chrysostomus hoc intelligit de factiosis conspirationibus, seu seditionibus populi in Paulum; sed præterquàm quod de eis actum est, v. 26, verba sequentia, sollicitudo Ecclesiarum, determinant sensum ad negotia. *Instantia* igitur, hìc, est concursus, conspiratio curarum, moles negotiorum, mihi quasi globo facto, quotidiè instans; seu, ut ait Erasmus, incumbens mihi quotidiana sollicitudo pro Ecclesiis.

Vers. 29. — Et ego non uror. Græc., *ignesco*, vehementissimè discrucior, quasi in igne arderem.

Vers. 30. — Quæ infirmitatis...., gloriabor et edomandam carnem, spontè assumpta, quo fructuosiùs Evangelium prædicaret. Sic enim ait 1 Cor. 9: *Castigo corpus meum, et in servitutem redigo, ne fortè*, etc.

Vers. 28. — *Præter illa quæ extrinsecùs sunt, instantia mea quotidiana. Instantia*, hoc est, negotiorum moles mihi instans, circumstans et incumbens. Jam verò præter illa quæ foris et extrinsecùs mihi accidunt, id est, corporis afflictiones et pericula, cujusmodi sunt quæ hactenùs recensui, sunt et peculiares animi dolores atque afflictiones, quibus excrucior Evangelii causâ. Nam quotidiè ad me, tanquàm apostolum Ecclesiarum, concurritur undique à fidelibus, ob varias difficultates circa negotium evangelicum emergentes; quæ res animum meum inquietat majorem in modum.

Sollicitudo omnium Ecclesiarum, id est, plurimarum, scilicet earum quas ipse fundaverat, aut quibus per se vel per discipulos suos Evangelium prædicaverat.

Vers. 29. — *Quis infirmatur*, dolet, affligitur, *et ego non infirmor?* non doleo, non affligor? Quis fidelium infirmatur animo, propendet ad lapsum, pronus est ad peccandum levi occasione, et ego non infirmor per intimum affectum commiserationis, metuens ac sollicitè cavens ne frater infirmus cadat? in afflictionibus, flagellis, carceribus, passionibus et reliquiis enumeratis, ob quæ apud homines videor abjectus, infirmus et contemptibilis.

Vers. 31. — Deus.... scit quod non mentior. Jurat in re gravissimâ, et ad Deum pertinente. D. Chrysostomus ad sequentia refert hoc juramentum, plerique recentiores et ad præcedentia.

Vers. 32. — Damasci..., urbs capitalis Syriæ, non longè à monte Libano. Aretas, rex Arabiæ Petrææ, socer Herodis Antipæ, qui Herodes Aretæ filiam dimisit, ut Herodiadem, fratris sui Philippi uxorem duceret, hic Aretas Damascum tenebat, eique præfectum imposuerat.

Quis scandalizatur, et ego non uror? hoc est, ignesco, incendor, ardeo tum dolore, quasi meum esset malum, quod subit proximus cùm scandalizatur; tum zelo, ut illum curem, et scandalum tollam.

Vers. 30. — *Si gloriari oportet, quæ infirmitatis meæ sunt*, id est, de afflictionibus, flagellis, persecutionibus et passionibus pro Christo susceptis *gloriabor*, ob quæ videor infirmus, hoc est, abjectus, afflictus, imbecillis et contemptibilis. Ita Chrysostomus.

Vers. 31. — *Deus et Pater Domini nostri Jesu Christi*, etc. Deus horum omnium testis est, qui novit me non mentiri, sed vera dicere; q. d.: Absit ut abutar ejus testimonio, cui omnis laus et honor debetur in omnem æternitatem.

Vers. 32. — *Damasci præpositus gentis Aretæ regis* (satrapa Aretæ regis; fuit hic socer Herodis, ait Theoph. Herodes enim Antipas qui Joannem Baptistam occidit, filiam Aretæ uxorem duxerat, teste Josepho), *custodiebat civitatem Damascenorum, ut me comprehenderet*, scilicet Judæis adversariis meis tradendum. Nam Judæorum operâ qui Paulum interficere cupiebant, factum esse quod hìc scribit, Lucas in Actis Apost. disertè exposuit.

Vers. 33. — *Et per fenestram in sportâ dimissus sum per murum*, id est, per mœnia civitatis, idque nocte, et à discipulis, id est, Christianis, ut refert Actorum historia.

Corollarium pietatis, seu in hoc copite ad pietatem maximè notanda, et ad praxim redigenda.

1° Nota quòd humilitas est vera christiani sapientia, quam Christus Dominus, æterna Dei sapientia, nos factis docuit et verbis. Ideò Filius Dei factus est homo, aiebat humilis et verè seraphicus sanctus Pater noster Franciscus, ut homines doceret humilitatem. Intùs ergo superbire, vera est insipientia; et, ut ait Ecclesiasticus, 10, 15, *initium omnis peccati*, et propterea semper malum. Verbis autem semetipsum extollere, apparens saltem est insipientia, quæ sine verâ necessitate, imò et sine prævià magnâ humilitatis exhibitione, nunquàm est licita. Hinc divus Paulus semetipsum laudare coactus, toties veniam petit, toties semetipsum insipientem dicit. A Christo Domino, humilitatis Doctore, veram discamus sapientiam, cordis humilitatem, quam semper et ubique servemus. A divo Paulo, Christi imitatore fidelissimo, discamus quantâ modestiâ et humilitate nobis sit utendum, etiam quando verâ necessitate coacti, ordinarias humilitatis externæ leges, nostris propriis laudibus infringimus. Vide commentarium v. 1, 3, 16.

2° Nota quanta sit animæ christianæ nobilitas. Per fidem in Baptismo facta est sponsa Christi, Filii Dei. Hujus sponsæ virginitas, est fidei incorruptio. Hujus sponsæ dos est regnum cœlorum. Hujus sponsæ nuptiæ præparantur quidem in hoc seculo per fidem, spem et charitatem; at consummantur in cœlo per claram Dei visionem, et amorem beatificum. Vide v. 3, in commentario.

3° Ab exemplo D. Pauli discat Christi minister quòd apostolici viri duæ sunt præcipuè virtutes, humilitas cordis, et paupertas spiritûs. In suâ conversatione sit humilis; in usu et in praxi sit pauper. Lucrum non quærat; imò dona respuat: sic tamen ut gratitudinem et affectum offerentibus testetur. Vide commentarium v. 7, 10, 11.

4° Ab exemplo divi Pauli, pseudo-apostolis postpositi, solamen habeant zelantiores prælati, si à suis subditis minùs honorentur. E contra verò negligentiores à suis inferioribus honorati, timeant ne pseudo-apostolis sint etiam in aliis rebus similes. Vide commentarium, v. 21.

5° Omnis Christi et Ecclesiæ minister discat media,

quibus sacro Christi ministerio dignè communicet, per laborem scilicet et passiones. Quò plus pro Christo, et animarum salute laborabit et patietur; eò dignius Christo animarum Salvatori communicabit, et dignior erit ejus minister. Vide commentarium, v. 23.

6° Hinc et nos omnes Christi fideles discamus quomodò passiones aspicere debeamus, non ut mala, sed ut æternorum bonorum radices et principia. Vide commentarium, v. 25. Ex versu autem 27, erubescamus nostram mollem, et otiosam vitam cum durâ et laboriosâ Apostoli vitâ conferentes.

CAPUT XII.

1. Si gloriari oportet (non expedit quidem), veniam autem ad visiones et revelationes Domini.

2. Scio hominem in Christo ante annos quatuordecim (sive in corpore nescio, sive extra corpus nescio, Deus scit), raptum hujusmodi usque ad tertium cœlum.

3. Et scio hujusmodi hominem (sive in corpore, sive extra corpus nescio, Deus scit),

4. Quoniam raptus est in paradisum; et audivit arcana verba quæ non licet homini loqui.

5. Pro hujusmodi gloriabor; pro me autem nihil gloriabor nisi in infirmitatibus meis.

6. Nam, etsi voluero gloriari, non ero insipiens: veritatem enim dicam: parco autem, ne quis me existimet supra id quod videt in me, aut aliquid audit ex me.

7. Et ne magnitudo revelationum extollat me, datus est mihi stimulus carnis meæ, angelus Satanæ, qui me colaphizet.

8. Propter quod ter Dominum rogavi ut discederet à me;

9. Et dixit mihi: Sufficit tibi gratia mea, nam virtus in infirmitate perficitur. Libenter igitur gloriabor in infirmitatibus meis, ut inhabitet in me virtus Christi.

10. Propter quod placeo mihi in infirmitatibus meis, in contumeliis, in necessitatibus, in persecutionibus, in angustiis pro Christo; cùm enim infirmor, tunc potens sum.

11. Factus sum insipiens; vos me coegistis. Ego enim à vobis debui commendari: nihil enim minùs fui ab iis qui sunt supra modum apostoli, tametsi nihil sum;

12. Signa tamen apostolatûs mei facta sunt super vos, in omni patientiâ, in signis, et prodigiis, et virtutibus.

13. Quid est enim quòd minus habuistis præ cæteris Ecclesiis, nisi quòd ego ipse non gravavi vos? Donate mihi hanc injuriam.

14. Ecce tertiò hoc paratus sum venire ad vos; et non ero gravis vobis. Non enim quæro quæ vestra sunt: sed vos. Nec enim debent filii parentibus thesaurizare, sed parentes filiis.

15. Ego autem libentissimè impendam, et superimpendar ipse pro animabus vestris; licet plus vos diligens, minùs diligar.

16. Sed esto, ego vos non gravavi; sed cùm essem astutus, dolo vos cepi.

17. Numquid per aliquem eorum quos misi ad vos, circumveni vos?

CHAPITRE XII.

1. S'il faut se glorifier, quoiqu'il ne soit pas avantageux de le faire, je viendrai maintenant aux visions et aux révélations du Seigneur;

2. Je connais un homme en Jésus-Christ, qui fut ravi il y a quatorze ans au troisième ciel (si ce fut avec son corps, ou sans son corps, je ne sais, Dieu le sait).

3. Et je sais que cet homme (si ce fut avec son corps, ou sans son corps, je ne sais, Dieu le sait),

4. Fut ravi dans le paradis, et qu'il y entendit des paroles ineffables, qu'il n'est pas permis à un homme de rapporter.

5. Je pourrais me glorifier, en parlant d'un tel homme: mais pour moi, je ne veux me glorifier que dans mes faiblesses.

6. Car quand je voudrais m'en glorifier, je pourrais le faire sans être imprudent, puisque je dirais la vérité: mais je me retiens, de peur que quelqu'un ne m'estime au-dessus de ce qu'il voit en moi, ou de ce qu'il entend dire de moi.

7. Aussi de peur que la grandeur de mes révélations ne me causât de l'orgueil, Dieu a permis que je ressentisse dans ma chair un aiguillon, qui est l'ange de Satan, pour me donner des soufflets.

8. C'est pourquoi j'ai prié trois fois le Seigneur, afin que cet ange de Satan se retirât de moi:

9. Et le Seigneur m'a répondu: Ma grâce vous suffit, car ma puissance se perfectionne dans la faiblesse. Je prendrai donc plaisir à me glorifier dans mes faiblesses, afin que la puissance de Jésus-Christ habite en moi.

10. Et ainsi je sens de la satisfaction dans les faiblesses, dans les outrages, dans les nécessités, dans les persécutions, dans les afflictions pressantes que je souffre pour Jésus-Christ; car lorsque je suis faible, c'est alors que je suis fort.

11. J'ai été imprudent, mais c'est vous qui m'y avez contraint, car c'était à vous à parler avantageusement de moi, puisque je n'ai été en rien inférieur aux plus éminents d'entre les apôtres, quoique je ne sois rien par moi-même.

12. En effet les marques de mon apostolat ont paru parmi vous dans toute sorte de patience, dans les miracles, dans les prodiges, et dans les effets extraordinaires de la puissance divine.

13. Car en quoi avez-vous été inférieurs aux autres Eglises, si ce n'est en ce que je n'ai point voulu vous être à charge? Pardonnez-moi cette injure que je vous ai faite.

14. Voici la troisième fois que je me prépare pour aller vous voir: et ce sera encore sans vous être à charge, parce que c'est vous que je cherche, et non pas votre bien, puisque ce n'est pas aux enfants à amasser des trésors pour leurs pères, mais aux pères à en amasser pour leurs enfants.

15. Aussi, pour ce qui est de moi, je donnerai très-volontiers tout ce que j'ai, et je me donnerai encore moi-même pour le salut de vos âmes, quoique ayant tant d'affection pour vous, vous n'en ayez pas autant pour moi.

16. On dira peut-être qu'il est vrai que je ne vous ai point été à charge, mais qu'étant artificieux, j'ai usé d'adresse pour vous surprendre.

17. Mais me suis-je servi de quelqu'un de ceux que je vous ai envoyés, pour tirer quelque chose de vous?

18. Rogavi Titum, et misi cum illo fratrem. Numquid Titus vos circumvenit? nonne eodem spiritu ambulavimus? nonne iisdem vestigiis?

19. Olim putatis quòd excusemus nos apud vos? Coram Deo in Christo loquimur; omnia autem, charissimi, propter ædificationem vestram.

20. Timeo enim ne fortè cùm venero, non quales volo, inveniam vos, et ego inveniar à vobis qualem non vultis: ne fortè contentiones, æmulationes, animo sitates, dissensiones, detractiones, susurrationes, inflationes, seditiones sint inter vos:

21. Ne iterùm cùm venero, humiliet me Deus apud vos, et lugeam multos ex iis qui ante peccaverunt, et non egerunt pœnitentiam super immunditiâ, et fornicatione, et impudicitiâ, quam gesserunt.

18. J'ai prié Tite d'aller vous trouver, et j'ai envoyé encore avec lui un de nos frères. Tite a-t-il tiré quelque chose de vous? n'avons-nous pas suivi le même esprit? n'avons-nous pas marché sur les mêmes traces?

19. Pensez-vous que ce soit ici encore notre dessein de nous justifier devant vous? nous vous parlons devant Dieu en Jésus-Christ; et tout ce que nous disons, mes très-chers frères, est pour votre édification.

20. Car j'appréhende qu'arrivant vers vous, je ne vous trouve pas tels que je voudrais, et que vous ne me trouviez pas aussi tel que vous voudriez. J'appréhende que je ne rencontre parmi vous des dissensions, des jalousies, des animosités, des querelles, des médisances, de faux rapports, de l'orgueil, des troubles et des tumultes;

21. Et qu'ainsi Dieu ne m'humilie lorsque je serai revenu chez vous, et que je ne sois obligé d'en pleurer plusieurs, qui étant déjà tombés dans des impuretés, des fornications et des déréglements infâmes, n'en ont point fait pénitence.

ANALYSIS.

Ampliat gloriam suam Apostolus, et qui in capite præcedenti se ut Christi ministrum, præ pseudo-apostolis commendavit ob labores et passiones, quæ abundantiùs Evangelii causâ, præ illis toleravit, in hoc capite sese præ eisdem commendat, ob Dei dona sibi excellentiùs collata, ob visiones scilicet et revelationes.

ỳ ergo 2, 3, 4, *suum narrat raptum in tertium cœlum: quem tamen modestiæ causâ exprimit, non in suo nomine, sed in tertiâ personâ; nec enim gloriari vult, nisi in infirmitatibus, v.* 5.

ỳ 6. *Posset plura hujusmodi dicere, sed supprimit, ne major videatur quàm sit.*

ỳ 7. *Narrat quomodò, ne ob revelationes extolleretur, datus est illi stimulus carnis, angelus Satanæ, eum continuè colaphizans; quomodò rogavit, ut tolleretur; Christi responsum, quia virtus in infirmitate perficitur: hincque mavult Paulus in suis infirmitatibus gloriari, quàm in Domini revelationibus, v.* 8, 9, 10.

ỳ 11. *Excusat suam semetipsum laudandi licentiam, culpamque rejicit in Corinthios, qui apostoli sui apologiam texere debuissent; cùm non fuerit apud eos præcipuis apostolis inferior; cùm ejus viderint apostolatûs signa; cùm ab eo non minora receperint dona, quàm quæ receperunt cæteræ ecclesiæ ab aliis apostolis, nisi quòd illis evangelizavit gratis, v.* 12, 13.

Hujus injuriæ, si quæ sit, veniam ita petit, ut v. 14 *testetur quòd in suo persistet instituto, nihilque sit ab eis recepturus.*

Hujus rei tres dat rationes affectu plenas. 1° *Illorum quærit salutem, non eorum dona.* 2° *Ut eorum pater, juxta naturæ legem, vult filiis suis dare, non ab eis accipere.* 3° *Non sua tantùm, ut pater, paratus est eis dare; sed et semetipsum pro eorum salute, v.* 15.

ỳ 16. *Refutat calumniam sibi ab adversariis illatam, quòd dolosè, non per se, sed per discipulos suos à Corinthiis pecunias extorserit, v.* 17, 18.

ỳ 19. *Affirmat quòd quæcumque dixit; non ad sui commendationem dixit, sed ad eorum ædificationem.*

ỳ 20. *Timet ne ad eos veniens, inveniat aliquos quales non optat; et ne propterea cogatur apud eos esse qualem ipsi non desiderant, v.* 21, 22.

PARAPHRASIS.

1. Si gloriandum sit; hoc equidem in se, et sine necessitate non expedit: sed cùm ad id cogar, referam visiones et revelationes mihi à Christo Domino factas.

2. Novi quemdam christianum, qui ante annos quatuordecim raptus fuit (an in corpore, an extra corpus nescio, Deus scit); sed raptus est in tertium usque cœlum.

3. Et novi quòd ille homo (sive in corpore, sive extra corpus nescio, Deus scit)

4. Raptus est in paradisum, et ibi audivit ineffabilia verba, quæ mortalis homo non potest eloqui.

5. Pro tali homine, in cœlum sic rapto, gloriabor; pro me autem non gloriabor, nisi in meis infirmitatibus, quæ me vilem reddunt et abjectum.

6. Quanquàm etsi in divinis etiam revelationibus gloriari voluero, non ero insipiens; siquidem eas referendo, veritatem dicam; et non sine necessitate; sed abstineo, nec de iis plura dicam; ne quis me majorem existimet, quàm facta et verba mea declarant.

7. Et ne fortè revelationum sublimitate efferar in superbiam, datus est mihi, impactusque carnis meæ stimulus, Satanæ minister, qui me colaphis cædat, seu ignominiâ afficiat.

8. Ob cujus molestiam ter Dominum rogavi, ut à me discederet ille Satanæ minister.

9. Et mihi respondit interiùs; nec est necesse, nec expedit tibi ut discedat; sufficit tibi gratiæ meæ auxilium. Nam potentia mea in humanâ infirmitate illustrior apparet.

Hinc post tale responsum in nullâ aliâ re libentiùs gloriabor, quàm in meis infirmitatibus, ut immoretur et perficiatur in me virtus Christi.

10. Quam ob rem mihi potissimùm complaceo ac condelector in infirmitatibus meis, in contumeliis, in egestatibus, in persecutionibus, in angustiis pro Christo toleratis. Cùm enim hæc pro eo patior, tunc verè Christi virtute, in me habitante, potens sum.

11. Factus sum velut insipiens, memetipsum laudando : at vos in causâ, qui me ad id adegistis, auditum præbentes obtrectatoribus meis : contra quos me, apostolum vestrum, defendere debuistis. In eo enim quod ad apostolicum munus spectat, non fui minor, non dicam his pseudo-apostolis, sed apostolorum præcipuis; quamvis ex me nihil sum.

12. Signa tamen et miracula apud vos, vobisque spectantibus, edidi, per quæ meus vobis pateret apostolatus; per omnimodam patientiam, per omnia miraculorum genera, sive signa, sive prodigia, sive virtutes dicantur.

13. Quid est enim, sive in doctrinâ, sive in miraculis, quod minùs habuistis præ cæteris ecclesiis, seu ab aliis apostolis, seu à me fundatis? Hoc unum; quòd ad aliorum apostolorum exemplum, non gravavi vos sumptibus : si hoc sit injuria, condonate mihi, licèt non pœnitenti.

14. Ecce jam tertiò paratus sum ad vos ire; et hâc vice nulli onerosus ero sicut nec fui. Non enim in hoc Evangelii ministerio meam quæro utilitatem, vestrasque propterea pecunias; sed vos ipsos, vestramque salutem. Non enim patrum est à filiis accipere, sed potiùs filiis dare; et partum assignare patrimonium.

15. Ego autem pater vester, libentissimè, non mea tantùm omnia, in vestros usus impendam; sed et memetipsum pro salute vestrâ impendam : licèt vicem mihi non rependatis, et vos ardenter amantem frigidè diligatis.

16. Sed esto, inquies, hoc verum sit, ego ipse nihil accepi, nullique fui onerosus; sed cùm sim homo versutus; quod ipsemet non feci palàm; fortè per alios subornatos dolo et arte clanculùm feci.

17. Sed hoc quomodò dicas? Quomodò probes? Numquid per aliquem eorum, quos ad vos misi, quidquam à vobis extorsi?

18. Hortatus sum Titum, ut ad vos iret; et alium fratrem illi addidi in socium : num Titus minimum quid à vobis exegit? Nonne eodem animo Titus et ego apud vos conversati sumus? Nonne iisdem vestigiis institimus?

19. Jam dudùm à pseudo-apostolis decepti, putatis quòd non simpliciter agamus vobiscum; hæcque dicamus ad excusationem nostrî : Credite mihi, teste Deo, et in Christi spiritu loquor, id est, verè et sincerè. Quæcumque hactenùs, quasi in meî commendationem, dixi; ea dixi ad vestram ædificationem et salutem, pro quâ sum sollicitus.

20. Metuo enim, ne cùm ad vos venero, sicut ire paratus sum, fortè contingat ne vos inveniam non quales volo; à vitiis, scilicet, correctos; et ideò me sentiatis qualem non vultis; judicem severum, non patrem benignum.

21. Timeo ne fortè reperiam inter vos ea quæ in priore Epistolâ jam correxi vitia; pugnas verborum, livores, iras, detractiones, rixas, discordias, superbias, tumultus et seditiones.

22. Hoc, inquàm, timeo, ne cùm iterùm ad vos venero, Deus me contristet apud vos, et cogar cum luctu castigare multos, qui jam pridem peccaverunt, impudicè vivendo, et nondùm pœnitentiam egerunt de suis impudicitiis.

COMMENTARIA.

Vers. 1. — Si gloriari oportet (non expedit quidem). Sublime quid de se dicturus, rursùs modestiæ causâ, præfatione utitur; quâ paucissimis verbis duo simul præstat; et necessitatem indicat, quâ semetipsum commendare cogitur; et idipsum, scilicet semetipsum laudare, docet extra casum necessitatis non expedire. *Si gloriari oportet*, id est, si sit gloriandi necessitas, ut reverà nunc ad id cogor propter vos. *Non expedit quidem*, id est, licèt alioquin, et extra talem necessitatis casum non expediat. Syrus nostro interpreti conformis est : *Gloriari oportet, sed non expedit.* Græcus textus differt : *Gloriari sanè non confert mihi.* Juxta Patres Græcos : *Mihi quidem utilis non est horum narratio, sed vobis commoda;* Theodoretus.

Veniam autem ad visiones... commemorandas, seu referam visiones et revelationes mihi à Christo Domino factas. Græc., *veniam enim*, etc.; dans hic rationem cur ei non expediat hâc in re gloriari.

Datur aliquando visio sine revelatione; cùm scilicet res visa non intelligitur, ut contigit Pharaoni, Genes. 41, 17; Nabuchodonosori, Daniel. 2, 31. Datur autem visio, et revelatio simul, cùm res visa intelligitur : revelatio igitur addit visioni rei visæ intelligentiam. Divo Paulo factæ sunt non visiones tantùm, sed et revelationes; seu data est visionum intelligentia. Idque à Domino (Domini) non à diabolo, qui potest etiam visiones et revelationes immittere, ut ait D. Thomas.

Vers. 2. — Scio hominem in Christo... Modestiæ causâ de se, quasi de alio homine loquitur. Ex quo loquendi modo, sicut et ex superiori v. 1 præfatiunculâ, patet quantùm divo Paulo humilitas esset cordi; et quantam sibi vim intulerit, ut hæc Dei dona sibi collata proferret, etiam coactus, et ad necessariam aliorum utilitatem. Cogitur loqui; loquitur ergo; sed et loquens tacet, seque sic explicat, ut sese tegat :

Vers. 1. — *Si gloriari oportet, non expedit quidem*, id est, quamvis propter vos oporteat me gloriari, ut dignitatem ministerii mei tuear adversùs obtrectatores, mihi tamen id non expedit.

Veniam autem ad visiones et revelationes Domini, scilicet commemorandas. Cùm aliquid videtur, cujus intelligentia sive significatio videntem latet, *visio* solùm est; quando autem aperitur intelligentia rei visæ, *revelatio* est. Conjungit ergo Apostolus visiones et revelationes, quia quæ vidit, etiam perfectè intellexit. vocat autem eas *visiones et revelationes Domini*, id est, à Christo Domino sibi factas.

Vers. 2. — *Scio hominem in Christo*, id est, novi hominem quemdam christianum, Christo per sacramentum fidei incorporatum.

Ante annos quatuordecim. Hinc deducitur, raptum hunc Pauli contigisse octennio post ipsius conversionem, scilicet anno Domini 44, Claudii imperatoris 2,

unicam è multis revelationibus refert, et hanc ipsam alii personæ attribuit. De semetipso loqui timeat humilis; Dei dona silentio tegat, etiam loquens, et ea proferre coactus.

Novi hominem in Christo, id est, christianum, Christo unitum, incorporatum.

Ante annos 14.... raptum. Ad raptum enim hoc omnes referunt.

Qui per tot annos siluit; procul dubio usque ad finem vitæ siluisset, nisi inevitabili necessitate ad loquendum cogeretur, ne scilicet seducti perirent Corinthii. Si autem tantâ gratiâ à quatuordecim jam annis à Deo donatus est; quot aliis abhinc fuit cumulatus, post tot et tanta pro Christo et facta et tolerata? D. Thomas putat id contigisse in ipsâ divi Pauli conversione; seu in triduo illo, quo fuit *neque videns, neque manducans.* Sed re accuratiùs examinatâ, Baronius et alii post eum recentiores, putant id evenisse anno à Pauli conversione circiter octavo, cùm missus fuit Antiochiam cum Barnabâ, Evangelium gentibus prædicaturus, ut est in Act. 13; Baron., an. 44 et 58. Vide Estium.

Sive in corpore nescio... An id ei evenerit *in corpore*, id est, corpore etiam translato: an extra corpus; id est, in animâ solâ, sine ullo corporis motu, *nescio.* Ita antiquiores plerique, imò et multi recentiores. Vel cum plerisque recentioribus: An illius hominis anima tunc à corpore separata fuerit, an non, *nescio,* quia anima in Deum rapta ad hoc non attendit; sed tota fuit intenta iis quæ spectanda offerebantur.

Deus scit. Non jurat hìc, ut supra v. 32; sed hujus rei, quam ipse nescit, Deo omniscio cognitionem committit.

Raptum hujusmodi... Nescio, inquam, quomodò raptus sit ille homo: sed scio quòd raptus est usque ad tertium, id est, supremum cœlum, seu empyreum.

Triplex in Scripturis agnoscitur cœlum. Aereum, seu nubiferum, in quo nubes et volucres cœli. Sidereum, seu astriferum, in quo stellæ et planetæ, eorumque orbes, si qui sint. Empyreum, seu angeliferum, in quo angeli, et omnes beati. In hoc raptus est divus Paulus, sed quomodò?

Quomodò divus Paulus in cœlum raptus.

D. Chrysostomus, Ambrosius, hæc divi Pauli verba: *sive in corpore, sive extra corpus...* sic intelligunt, ut illis divus Paulus dubitare videatur, an verè et realiter cum corpore et animâ simul raptus fuerit in cœlum; an verò sola anima sua, corpore in terris relicto, sic rapta fuerit. Inter recentiores, Grotius eodem modo hæc eadem verba intelligit. Dicit Paulus nescire se utro modo ei, de quo agit, id evenerit; ἐν σώματι, id est, corpore translato; *extra corpus*, id est, in animâ, sine ullâ corporis motione. Fromondus ait, posse defendi divi Chrysostomi sententiam, quòd anima ejus cum, vel sine corpore rapta fuerit motu locali usque in cœlum; ne videretur Paulus inferior aliis apostolis, etc. Imò Cornelius à Lapide censet, et probat ut probabilius, quòd D. Paulus verè et realiter motu locali, cum corpore et animâ raptus fuerit in cœlum Empyreum. Videri potest hìc quomodò probet. Pater Georgius Ambianus sentit etiam Paulum totum et integrum, animâ et corpore raptum esse usque ad tertium cœlum, parte tertiâ de conditione raptûs. Communior tamen est recentiorum opinio, quòd divi Pauli raptus fuerit intellectualis, seu extasis fuerit; non verò raptus physicus, seu corporis, seu animæ. Sed dubitatur ab illis, an in illâ extasi, seu raptu intellectuali, anima D. Pauli fuerit à corpore separata, an verò corpori remanserit unita. De quâ dubitatione nihil, inquiunt, certò statui potest; cùm nec ipse divus Paulus quidquam hâc de re certum habuerit. Communiter tamen post divum Thomam creditur quòd anima D. Pauli corpori remanserit unita; non verò fuerit ab eo realiter separata: tunc enim non fuisset raptus, aut extasis, sed mors et occisio: mors enim est animæ à corpore separatio.

In corpore ergo mansit anima Pauli, sed à sensibus alienata, et independenter à phantasmatibus videns, ac intelligens ea quæ divinitùs ei revelabantur. In quâ opinione raptus fuit homo ille, raptu scilicet intellectuali, seu extasi, id est, ejus anima à sensibus alienata, divinitùs elevata est ad cognitionem supernaturalem sublimium Dei mysteriorum, independenter à phantasmatibus, eo modo quo angeli et animæ beatæ in Empyreo. Sicut corpus grave rapi dicitur, ait Fromondus, cùm sursùm elevatur extra locum naturalem, ita anima, quando extra phantasmata, à quibus naturalis ejus cognitio dependet, elevatur, ut modo angelico intelligat independenter à phantasmatibus.

De hâc utrâque versûs secundi intellectione et ex-

cùm ejus conversio in annum Domini 36 inciderit. Constat enim scriptam fuisse hanc Epistolam anno Domini 58, Neronis autem 2, à quo si retrorsùm computes annos 14, ut ipsemet hic ait, incides in annum Christi 44. Non ergo hic raptus contigit anno quo conversus fuit, sed quo prædicandi in gentibus Evangelii munus unà cum Barnabâ accepit, secundùm ea quæ Actorum 13 scribuntur.

Sive in corpore, nescio, sive extra corpus, nescio. Licèt Apostolus asserat se hâc de re nihil certò scire, probabiliter tamen D. Thom., 2-2, q. 175, art. 5, et alii, opinantur Pauli animam quasi formam mansisse unitam corpori; alioqui enim Paulus mortuus fuisset, et mox resurrexisset; Deum autem non decet, ut cùm homines in extasin rapit, eos occidat: imò sic non fuisset hìc raptus et extasis, sed occisio et mors, multaque hìc intervenissent miracula, quæ frustra multiplicamus, cùm sine iis suaviùs et naturaliùs manens in corpore rapi potuerit, uti alii sancti rapti sunt.

Deus scit, quemadmodùm solemus de rebus incognitis et occultis aut alioqui incertis, dicere, Deus novit an ita sit.

Raptum hujusmodi usque ad tertium cœlum. Raptus, ait D. Thom., est ab eo quod est secundùm naturam, in id quod est supra naturam; ex vi superioris naturæ elevatio. In raptu alienatur et abstrahitur anima à sensibus et phantasmatibus, et sic ab iis abstractus fuit Paulus. Cœlum primum est aereum, secundum sidereum, tertium cœlum est quod theologi *empyreum* vocant, sedes beatorum, de quo dicitur: *Angeli eorum in cœlis semper vident faciem Patris*, Matth. 18. 11 e

plicatione quid sentiendum?

Quid sentiendum.

1° Quòd ultima sit sufficiens et bona; 2° quòd prima videatur magis ad litteram; sensus enim horum verborum obvius hic est : Scio hominem qui in tertium usque cœlum raptus, seu abreptus est, hoc enim significat ἡρπαγη, non verò raptus in extasim, seu ἔξεστη· sed nescio an mente et animâ solùm raptus sit, an verò mente simul cum corpore.

Non dubitat Paulus an mente saltem et animâ raptus fuerit, hoc enim ad minimum asseruit dicens : *Scio hominem raptum...*, sed dubitat an animâ simul cum corpore raptus fuerit.

Sed circa hoc dubium quid dicendum? Nihil certò : quid saltem probabilius conjiciendum? Non videtur probabile quòd anima D. Pauli, corpore relicto, fuerit in cœlum rapta, quia tunc Paulus verè fuisset mortuus, et postmodùm à mortuis suscitatus. Probabilius ergo videtur quòd D. Paulus animâ et corpore, seu totus fuerit raptus. Tum quia hoc æquè possibile et facile Deo, tum quia hoc D. Paulo conveniens, ne reliquis apostolis videretur inferior, ait D. Chrysostomus. Nam quia illi cum Christo consuetudinem habuerant, idcircò eum, ut gloriam ipsi conciliaret, in paradisum rapuit, Chrysostomus. Sicut Petrus in monte Thabor vidit gloriam Christi, ita Paulus in tertio cœlo. Sicut Moyses, populum Israeliticum docturus, cum Deo in monte conversatus; sic et conveniebat ut Paulus, omnes gentes docturus, à Christo doceretur in cœlo, et è cœlo prodiret nationum doctor.

Sed plus quàm satis de re, quam Deus voluit nobis incertam, et quam nec ipse Paulus certò cognovit.

Vers. 3. — Et scio hujusmodi hominem... Vide jam dicta v. 2.

Vers. 4. — Quoniam raptus est in paradisum... Multi antiqui, Ambrosius, S. Anselmus, Theophylactus, volunt quòd hic sit alius raptus, à primo distinctus : fuit enim, inquiunt, primò raptus à terrâ in tertium cœlum, deinde à tertio cœlo in paradisum. Sed multò probabilius est quòd sit idem raptus, qui sub paradisi nomine hìc exprimitur, ut ejus significe-

igitur est tertium cœlum, ad quod raptum se dicit Paulus. Ibi reverà audivit arcana, ut scilicet orbis jam doctor futurus è cœlo prodire videretur, ibique visa et audita, quæ volebat Deus illum hominibus communicare, enarraret, cœlestemque sapientiam quasi è cœlo hominibus afferret.

Vers. 3. — *Et scio hujusmodi hominem*, etc.; humiliter scire se negans quod nescit; ut fidem mereatur in eo quod scire se affirmat.

Vers. 4. — *Quoniam raptus est in paradisum.* De cœlesti paradiso Paulus loquitur, id est, de loco beatorum, ut proinde paradisus à tertio cœlo non videatur esse diversus : in cœlo empyreo vastissimo separatus est paradisus, id est, locus beatorum, quasi pars cœli nobilior et eminentior; utque innuat se non tantùm intellectu raptum altissima vidisse mysteria, sed et voluntate ineffabilem inde voluptatem hausisse. Unde hìc tertium cœlum vocatur *paradisus.*

Et audivit arcana verba, quæ non licet homini loqui, ineffabilia vel non dicenda. Hoc enim dici solet ineffabile quod homini non est possibile eloqui, seu verbis tur amœnitas; seu ut denotetur quòd in illo raptu, non tantùm intellectus fuit clarâ sublimium mysteriorum veritate illustratus, sed et cor fuit mirâ voluptatis dulcedine perfusum. Tertium ergo cœlum denotat altitudinem et perfectionem cognitionis : paradisus verò divinam cordis voluptatem.

Et audivit, auditu spirituali, id est, intellexit; etenim intellectio est animæ visus et auditus. Dixit autem *audivit*, potiùs quàm vidit, quia de arcanis fuit instructus ab alio, instructio autem fit per auditum, ait D. Thomas.

Arcana verba. Græc., *ineffabilia verba*, id est, res inexplicabiles.

Quæ non licet..., quæ non possunt ab homine explicari, quia rei magnitudo superat omnem eloquii facultatem.

An D. Paulus divinam viderit essentiam? Affirmat D. Augustinus, lib. 12, cap. 28 de Genes., et refertur à Fromondo. Affirmant et D. Chrysostomus, D. Thomas, D. Anselmus. Negant tamen plerique recentiores. Vide Estium.

Vers. 5. — Pro hujusmodi, scilicet homine, id est, pro tali homine, sic à Deo in cœlum rapto, gloriabor, id est, possem gloriari.

Pro me autem non gloriabor nisi in infirmitatibus, et passionibus meis, quæ me vilem reddunt, et hominibus contemptibilem.

Pergit de illo homine loqui, quasi de alio à se. Reverà homo Dei donis cumulatus, est alius ab homine in se considerato, et ut infirmitatibus circumdato. Hæc ergo duo in se distinguens Apostolus, ait : Possem de tali homine, Dei gratiis cumulato, gloriari, in Domino scilicet, seu Dominum ob sua dona laudando, omnemque ei gloriam referendo. At malo ad meas attendere infirmitates, et de eis gloriari, in quo minùs est periculi, quia, ut ait Ambrosius, id non videtur gloriosum, sed flebile. Homini christiano nihil tam periculosum quàm cordis elatio. Id patebit ex v. 7. Hinc homini christiano præstat ad suas infirmitates attendere, quàm ad suas excellentias; humiliari, dolere, flere præstat hìc, quàm gloriari, gaudere, ridere. *Beati qui lugent*, etc. *Væ vobis qui ridetis.*

explicare. Augustinus, Beda, Anselmus, et Thomas in suis Commentariis existimant Paulum in hoc raptu divinam essentiam vidisse, quomodò videtur à beatis; eo solùm discrimine, quòd Paulo contigerit duntaxat in transitu videre, quod beati vident permanenter.

Audire verba; nullà parte videtur accommoda per quam significetur visio Dei per essentiam. Propriè enim audire etiam animæ separatæ, non significat clarè rem intueri, sed Dei, angeli, aut hominis locutionem excipere; alioqui enim clarè dixisset : Vidi ineffabilia, vidi Deum; quia de Deo dicit : *Quem nemo unquàm vidit*, 1 Timoth. 6; quia si Deum vidit, vidit et statum suum, an in corpore esset, necne; quod tamen hìc negat. Ambrosius et Gregorius nominatim ac discrètè à Paulo removent essentiæ divinæ visionem. Cæterùm plurimi, ac penè omnes, universè negant quemquam hominem in hâc mortali vitâ Deum vidisse aut videre posse eâ visione quæ beatis servatur in futurum.

Vers. 5. — *Pro hujusmodi*, pro tali scilicet homine à Deo rapto, *gloriabor*, etc., calamitatibus,

VERS. 6. — NAM ET SI VOLUERO... *Non gloriabor*, inquam, *nisi in infirmitatibus meis*. Quanquàm *si voluero* in divinis revelationibus, et aliis Dei donis gloriari, NON ERO INSIPIENS, siquidem veritatem dicam, eas referendo, ex aliunde necessitate compulsus, et ad vestram utilitatem. Hæc supponuntur ex prædictis.

PARCO AUTEM... Sed abstineo ab ampliori talium donorum manifestatione, nec plura dicam de meis revelationibus, aut aliis gratiis mihi divinitùs collatis.

NE QUIS ME EXISTIMET... Vide paraphrasim. Id est, ne quis me putet angelum aut Deum, ut Lystrenses, Act. 14, 10; et Melitenses, Act. ultimo.

Nam si tauros mactare voluerunt propter miracula, quid non fecissent si etiam revelationes manifestâsset, ait Theophylactus? Paulus, verus humilitatis amator, timet ne nimis ab hominibus æstimetur, ideò suas tegit et tacet prærogativas. Plerique hominum, vanitatis dilectores, cupiunt plus quàm decet æstimari, ideòque sibi fingunt, et aliis mentiuntur excellentias, quas non habent. Paulum venerare et imitare. Dei dona per 14 annos siluit; loqui coactus, pauca tantùm refert, obscurâ, quantùm potest, oratione, vixque locutus est et unum è multis perspiciendum permisit, statim ad humiliationis argumentum confugit : *Et ne magnitudo...*

Dei dona sile; coactus vix loquere; locutus, ad tuum nihilum recurre.

VERS. 7. — ET NE MAGNITUDO... Græc. : *Et excellentiâ revelationum ut ne efferar*. Syr. : *Et ne efferar excellentiâ revelationum*. Et ne excellentia revelationum, quarum unam tantùm è multis enarravi, in superbiam me extollat. Ne vanè gloriosus sim; homo enim et ipse erat, ait Theophylactus. Aperit manifestè quod de seipso locutus sit, cùm dixit : *Scio hominem*, etc.

DATUS EST MIHI, à Deo scilicet permittente, seu qui, diabolo tentare semper parato, permisit ad meam humiliationem et salutem.

STIMULUS. Græc., σκόλοψ, quod propriè *palum peracutum* significat, ait Erasmus et post eum Estius, et quod noster interpres vocavit stimulum, quia repetitis quasi ictibus, ut stimulus bovis, carnem stimulat; ait Fromondus. Juxta Grotium σκόλοψ est spina.

CARNIS MEÆ. Græc., *carni meæ*, seu in carne meâ.

ANGELUS SATANÆ, id est, nuntius, minister diaboli, seu quo, velut ministro, diabolus utitur, ut me ad peccatum excitet.

QUI ME COLAPHIZET, colaphis cædat, seu ignominiâ et pudore me afficiat. Græcus textus addit, *ut ne efferar*, id est, ut hâc ignominiâ suffusus, humilier, et non efferar.

Duo videntur hic certa et clara. Primum, quòd ad humiliationem D. Pauli, à Deo permissa sit quædam in eum dæmonis vexatio; secundum, quòd hæc vexatio in ejus carne, velut stimulus, seu aculeus, seu spina erat infixa.

Sed quis fuit ille stimulus?

An quædam corporis ægritudo, sive acutus auriculæ, vel capitis dolor? Ita P. Georgius Ambianas (Grotius); sive iliacus, viscerum morbus, apud D. Thomam; sive stomachi infirmitas, sive alius aliquis morbus D. Paulo, sicut S. Jobo, immissus à dæmone; ita aliqui apud Cornelium à Lapide. An dæmon aliquis Paulum pugnis et verberibus cædens, sicut D. Antonium, et alios talibus impetivit aliquando? apud eumdem Cornelium; an persecutorum, seu adversariorum à Satanâ excitatorum insectatio continua? ut volunt Patres Græci, D. Chrysostomus, Theodoretus, Theophylactus; inter Latinos Ambrosius, Erasmus; an motus concupiscentiæ in carne D. Pauli à dæmone excitati? ut volunt plerique recentiores. Res est dubia et obscura, de quâ nihil ut certum statui potest; sed aliquid tantùm, ut probabilius, ex attentâ textûs et circumstantiarum consideratione, colligo.

Itaque textum legens et relegens, attendo primò quòd rem hanc, quasi pudendam, metaphorico tantùm, non proprio nomine designat, *stimulus*; secundò, quòd in carne sit, *stimulus carnis*, carni infixus; tertiò, quòd *angelus*, seu minister *Satanæ*. Quartò, attendo ad hujus rei effectum : *ut colaphizet*, qui ruboris plus causat, quàm doloris. Quintò, attendo ad finem intentum à Deo : *ne efferar*. Sextò, ad instantem Pauli orationem : ut ab eâ molestiâ liberaretur. Denique recordor aliorum D. Pauli textuum huic conformium, præsertim Rom. 7.

Conjectura probabilior.

Et ex his omnibus simul collectis conjicio, ut probabilius, quòd ille *stimulus carnis*, etc., fuerit motus concupiscentiæ, in carne, et à carne quidem Pauli, sed à dæmone magis excitatæ et accensæ, quatenùs diabolus D. Pauli phantasiæ turpia objiciens, interim

passionibus. *Infirmitas* ponitur pro dolore.

VERS. 6. — *Nam, et si voluero gloriari, non ero insipiens*. Nam etsi de meipso voluero gloriari in his quæ gloriosa videntur hominibus, ut sunt visiones et revelationes, reverà non ero insipiens, licèt aliquo modo futurus similis insipientibus.

Veritatem enim dicam : parco autem, ne quis me existimet supra id quod videt in me, aut aliquid audit ex me; ne quis propter illa plus mihi tribuat, ac majorem æstimet, quam mea facta quæ videt, et meus sermo quem audit, me esse declarant.

Et ne magnitudo revelationum extollat me. Hinc patet Paulum quasi cœlestem orbis doctorem multas et magnas habuisse revelationes, iisque quasi assuetum et innutritum fuisse. Illarum nonnullas describit Lucas : Prima, quâ conversus est Paulus, Act. 9; secunda, quâ vocatus est in Macedoniam, Act. 16; tertia, quâ Corinthi contra Judæos jussus est constanter evangelizare, Act. 18; quarta, quâ didicit se cum suis naufragium evasurum, Act. 27; unde S. August. illud psal. 67 : *Ibi* (scilicet inter apostolos) *Benjamin in mentis excessu*, de Paulo intelligit qui fuit ex tribu Benjamin. Itaque hic locus ostendit Apostolum non ita fuisse confirmatum in virtute, quin adhuc extolli posset in superbiam.

Datus est mihi stimulus carnis meæ angelus Satanæ, qui me colaphizet. Datus est, non à diabolo, sed à Deo; non quòd Deus tentationis sit auctor, sed quia diabolo tentare Paulum parato, id permisit, idque tantùm in specie et materiâ libidinis, ad eum humiliandum. Ita Augustin., de Nat. et Grat., 27. Accepit Apostolus stimulum carnis, à quo colaphizaretur.

sanguinem et humores excitabat ad turpia repræsentata. Hoc autem ut probabilius conjicio, quia talibus concupiscentiæ motibus, in carne Pauli à dæmone excitatis, meliùs quàm cuicumque alii ex supradictis, conveniunt omnes textûs notatæ circumstantiæ. Primò, hoc pudendum, nec nisi metaphoricè nominandum, quod nulli alii convenit, potuisset enim omnia alia honeste nominare; secundò, hoc in carne, quod persecutori non convenit. Hoc verè *stimulus*, carnem quasi repetitis ictibus stimulans et excitans. Hoc unum ex telis igneis nequissimi spiritûs, de quibus Ephes. 6, 16. Tertiò, hoc *angelus*, seu minister *Satanæ*, per quem ad peccatum impellit, quod de morbis dici non potest;

Quartò, hoc *colaphizat*, seu plus pudoris causat, quàm doloris, quod etiam nulli alii convenit;

Quintò, hoc summè humiliat animam coram Deo, juxta finem intentum; quod non ita præstant omnia alia. Non persecutio, quia pro Deo pati, gloriosum. Non ægritudo, quæ corpus cruciat, non animum. At concupiscentia in carne sancti excitata, vera et intima est cordis illius coram Deo annihilatio; peccatum in corde suo sentit, et ignorat an de facto non consentiat: hinc timor, humiliatio coram Deo, annihilatio: *ne fortè reprobus efficiar*. Sextò, ab hâc molestiâ ut liberemur, convenit, imò docuit Christus nos orare: *et ne nos inducas in tentationem*.

Non ita de aliis, maximè de persecutionibus, quas Paulus sciebat apostolo Christi inevitabiles, sibi et aliis omnibus apostolis communes, sibi et aliis gloriosas. Non conveniebat ergo ut tam instanter oraret ab eis liberari, sed ut patientiam et fortitudinem peteret. Denique patet ex aliis textibus quòd talia passus sit Paulus, Rom. 7, 25, ubi luget et gemit ob concupiscentiam legi Dei in se repugnantem, et ibidem agnoscit quòd solâ Dei gratiâ per Jesum Christum sit ab eâ liberandus, quod Christi Domini responso conforme: *sufficit tibi gratia mea*.

Nec est quòd quis cum Erasmo dicat hoc tanto viro et sene indignum. Resp. enim primò quòd quò magis indignum et humilians, eò magis intento fini conveniens. Secundò, non ita senex erat, sed circiter quinquagenarius: quot autem sancti, multò seniores, de concupiscentiâ carnis conquesti sunt. Audiatur D. Gregorius Nazianzenus, epist. 96. Tertiò quòd voluptas est vitæ nostræ contemporanea, ut ait Aristoteles; quartò, à dæmone erat excitata. Paulus ergo, totius terrarum orbis doctor, Paulus in tertium usque cœlum raptus, ne ob revelationes efferatur animo, à dæmone vexatur in carne per vivam turpium repræsentationem in phantasiâ et per humorum commotionem et excitationem ad turpia repræsentata.

Observatio moralis.

Sed, ô bone Deus, quale hinc spectaculum! mens Pauli in cœlum rapta, caro Pauli in cœnum devoluta! Quale monstrum! Miram sanè et stupendam talium et ita oppositorum conjunctionem. Sed quod mirabilius, ideò Paulus in cœno, quia in cœlo, ideò Paulus quasi peccator et reprobus in infernali luto infixus, quia quasi angelus in paradiso, et ne fiat reprobus. *Ne magnitudo revelationum...*, id est, ne fiam quasi diabolus et Lucifer. O mirum artem, quâ Deus sanctos suos conservat, et amplificat! Mirabilis sanè Deus in sanctis suis. Mirabiliter illos cruciat, humiliat, ut in sanctitate conservet.

Sed hinc disce quantum malum sit elatio cordis, quæ tali remedio curatur et in tanto apostolo. Hinc disce quantùm illam debeas timere, quantâ curâ vitare, ideò frequenter ad tuas infirmitates attendere, et in eis humiliari. Hic monitor Paulo datus est ad premendam superbiam, ut in curru triumphali triumphanti datur monitor suggerens: Hominem te esse memento, D. Hieronymus, epist. 25, ad Pal.

Vers. 8. — Propter quod..., Græc. et Syr., *super hoc*, id est, super hâc molestiâ, seu quia res hæc erat mihi valdè molesta. Ter, id est, *sæpè*, ait Chrysostomus; vel *ter* tantùm, quia tertiâ vice orans, accepi à Domino responsum.

Ut discederet a me, scilicet ille Satanæ angelus, qui me sic vexabat; erat ergo aliquid extrinsecùs assistens, non aliquid internum, ut morbus.

Vers. 9. — Et dixit mihi, scilicet interiùs. Ecce obiter alteram revelationem D. Paulo factam à Domino.

Sufficit tibi... Necesse non est, nec expedit tibi ut à te discedat, quia sufficit tibi gratiæ meæ auxilium, actuale scilicet, ad ei resistendum, imò et ad vincendam omnem, etiam cum profectu, tentationem.

Ter Dominum deprecatus est, et non impetravit; non quasi despectus fuerit, sed quia inscius contra se petebat ut cessarent ab eo tentationes per quas profectior fiebat, Ambrosius. Fuit ergo auditus, et non auditus; auditus quoad sanitatem, non auditus quoad voluntatem: vel fuit auditus secundùm id quod implicitè volebat, non auditus secundùm id quod explicitè volebat, nesciens sibi non expedire. Ita sæpè justi non audiuntur et audiuntur; non audiuntur ad votum, audiuntur ad profectum. Bonus Dominus, qui sæpè non tribuit quod volumus ut tribuat quod mallemus, D. Hieronymus citatus à D. Thomâ. Sic æger uritur, secatur, clamat, nec audit medicus ad ejus voluntatem, sed audit ad sanitatem. D. Augustinus à Fromondo citatus.

Quis nostrùm hoc dicere auderet, nisi ille confiteri non erubesceret? Ita Augustinus in psal. 58, Hieronymus, Salvianus, Haymo, Theoph., Beda, S. Thom., Lyran., et alii; videturque communis fidelium sensus, qui hinc libidinis tentationem *stimulum carnis* vocant. Hanc expositionem probat Bellarminus, lib. de Monachis, cap. 30. Apostolus dicit stimulum carnis sibi datum ad humilitatis custodiam. *Ut me colaphizet*, id est, ignominiâ afficiat, vilemque reddat et contemptibilem. Maximè enim ad ignominiam et puderem hominis pertinet, pati in carne suâ turpes ac bestiales motus libidinis.

Vers. 8. — *Propter quod ter Dominum rogavi*, etc. *Ter*, *id est*, frequenter. Contra has tam instanter et toties rogat obsecratque ut iis liberetur; in aliis, non liberationem, sed fortitudinem et constantiam petiisset; hæ enim solæ non tam fortiter patiendo, quàm fugiendo vincuntur.

NAM VIRTUS...Græc., *potentia mea*, δύναμις μου, potentia, quâ hominem infirmum corroboro, IN INFIRMITATE PERFICITUR, id est, pleniùs et perfectiùs sese exerit et illustrior apparet. Quò major est hominis infirmitas et ad malum pronitas, et tentatio fortior, eò majus ei suggeritur auxilium et illustrior obtinget victoria.

Duo hìc notanda. Primum, quòd *virtus* hìc non opponitur vitio, sed infirmitati, estque *virtus*, seu potentia Christi hìc loquentis, non virtus Pauli, aut nostra, δύναμις non ἀρετή. Secundum, quòd hæc Christi virtus, seu potentia *perficitur in infirmitate*. Primò, quìa magis illustratur; secundò, *perficitur in infirmitate* occasionaliter et quasi per antiperistasim contrarii, ait Fromondus, quia homo tentatus ad malum, ne succumbat, acriùs vires exerit, in Deum se projicit, et novam gratiam impetrat, quâ Christi virtus in ipso perficitur, ita Fromondus.

Itaque in tentatione infirmitatem tuam agnosce, humilia animam tuam coram Deo, ad ejus auxilium recurre; tunc virtutem accipies, cùm infirmitatem agnosces.

LIBENTER. Græc., *libentissimè*. Ambrosius, *libentissimè*. Libentissimè igitur GLORIABOR. Græc., *magis gloriabor*, id est, quia Christi *virtus in infirmitate perficitur*, sicque mihi prodest quod nocere putabam: *Hinc libentissimè magis gloriabor*, vel *gloriabor* potiùs in infirmitatibus meis quibuscumque, sive sint à naturâ, sive Deo permittente sint ab extrinseco, quàm in revelationibus, aliisque rebus in se gloriosis.

UT INHABITET. Syr.: *Ut obtegat me virtus Christi*, ut Christi potentia pleniùs et perfectiùs *inhabitet*, seu fixam et stabilem in me sedem habeat.

VERS. 10. — PROPTER QUOD..., id est, propter has insignes infirmitatis utilitates, seu quia per illas *perficitur virtus Christi*, et quia per et propter illas *inhabitat*, immoratur magisque confirmatur *Christi virtus* in homine infirmo. Propterea non patienter tantùm tolero, sed et mihi complaceo et condelector in infirmitatibus, in ignominiâ, in oppressionibus, in persecutionibus, in carceribus pro Christo. Etiam stimulum carnis intellige hìc comprehensum.

CUM ENIM INFIRMOR, id est, has infirmitates pro Christo patior.

TUNC POTENS SUM, Christi virtute, quæ in me inhabitat, perficitur et augetur, et me potentem reddit et omnibus infirmitatibus et tentationibus superiorem.

Sed gloriarine licet aut complacere sibi in tentationibus carnis? Non licet in se consideratis, quatenùs ad malum excitant, sed licet quatenùs afflictiones sunt à Deo permissæ, et quatenùs in iis et per eas perficitur virtus Christi, seu ratione boni, quod ex eis nascitur. *Beatus vir qui suffert tentationem, quoniam cùm probatus fuerit, accipiet coronam vitæ*, Jac. 1, 12.

VERS. 11. — FACTUS SUM INSIPIENS... Græc. addit *glorians*. Syr., *in gloriatione meâ*. Absolutâ de suis laudibus oratione, sese rursùs excusat culpamque rejicit in Corinthios. *Factus sum* quasi *insipiens*, memetipsum laudando Deique dona mihi concessa revelando, *sed ad id* VOS ME COEGISTIS, EGO ENIM A VOBIS DEBUI... Probat quòd coegerunt: cùm enim vos, filii mei, me patrem et apostolum vestrum, quem nôstis, et de quo nemo meliùs quàm vos potest testimonium dare: cùm, inquam, debuissetis me commendare et contra obtrectatores meos vindicare, è contra calumniatores audistis, ipsis credidistis, de me malè sensistis, et pseudo-apostolos mihi apostolo vestro prætulistis, sicque me invitum ad laudes meas coegistis, non meî causâ, sed salutis vestræ gratiâ, ne me Christi ministro neglecto falsos doctores Satanæ ministros secuti periretis.

NIHIL ENIM MINUS FUI... Probat quod ipsum debuerant commendare.

Quia quamvis ex me nihil sim, tamen in eo quod spectat ad apostolicum munus et dona ei connexa, non fui minor iis QUI SUNT SUPRA MODUM APOSTOLI, id est, apostolorum præcipui. Syr., *admodùm præstan-*

VERS. 9. — *Et dixit mihi* Dominus, *sufficit tibi gratia mea*; ut in te, licèt debilis, in me tamen sis fortis ad hanc tentationem superandam. Hinc patet Paulum non fuisse in suâ prece exauditum, nec hoc stimulo liberatum.

Nam virtus in infirmitate perficitur. Non expedit tibi stimulum illum carnis à te auferri, quia potentia gratiæ meæ maximè declaratur in infirmitate, dùm per eam fit ut tentatio carnis superetur à te, aut ne noceat, toleretur, et per hoc magis illustrem fortemque te reddat. *Virtus*, Græcè est, *potentia*, fortitudo mea, quam scilicet ego Deus tibi, ò Paule, aliisque sanctis communico et indo. Hæc in infirmitate perficitur, quia quò major est infirmitas, id est, carnis tentatio, eò major à Christo fortitudo contra eam suggeritur.

Libenter igitur gloriabor in infirmitatibus meis; id est, magis ac potiùs quàm in ullâ re quâ videar excellere.

Ut inhabitet in me virtus Christi, ut fixam in me sedem habeat, magisque in dies super me confirmetur potentia Christi; quia nimirùm potens sum in Christo ad superandas omnes infirmitates. Ex humilitate gloriatur, non in fortitudine suâ, sed in infirmitate, ut sic provocet in se virtutem ac fortitudinem Christi. Hinc per infirmitatem significat omnem passionem, tribulationem, tentationem, humiliationem.

VERS. 10. — *Propter quod placeo mihi in infirmitatibus; propter quod*, id est, propter insignem earum utilitatem quam dixi; non tanquàm per se expetendis, sed quatenùs per illas in me perficitur atque inhabitat virtus Christi.

In contumeliis, in necessitatibus, in persecutionibus, in angustiis pro Christo, scilicet illatis ac toleratis.

Cùm enim infirmor, cùm affligor, eaque quæ jam dixi patior, *tunc potens sum*, non meâ, sed Christi virtute, quæ me facit omnibus illis superiorem.

VERS. 11. — *Factus sum insipiens*; gloriando ac meipsum laudando factus sum quasi insipiens.

Vos me coegistis, ad hanc laudem, ut scilicet per illam opinionem et auctoritatem meam apud vos reciperem.

Ego enim à vobis debui commendari, nam vestrarum partium erat, me doctorem et apostolum vestrum commendare, meamque dignitatem adversùs obtrectatores tueri.

Nihil enim minus fui ab iis qui sunt supra modum apostoli; id est, apostolorum primi atque præcipui. Nihilo inferior fui in apostolatu, scilicet apostolicis laboribus, gratiis, passionibus.

tes apostoli. Non fui in actione minor quàm Petrus, Joannes, Jacobus; ita Anselmus Ambrosium secutus.

Pseudo-apostoli Paulum deprimebant quasi apostolis longè inferiorem; hinc ait: Non fui minor, etc.

VERS. 12. — SIGNA TAMEN... Græc., *signa quidem apostoli.* Syr, : *Signa apostolorum edidi inter vos. Signa* siquidem, seu miracula inter vos vobisque spectantibus edidi, per quæ meus à vobis apostolatus evidenter agnosceretur.

IN OMNI PATIENTIA, id est, cum omnimodâ patientiâ, Hoc uno verbo *omni*, comprehendit omnes, quas passus est passiones et persecutiones apud eos.

IN SIGNIS, ET PRODIGIIS, ET VIRTUTIBUS, id est, per omnia miraculorum genera, majora, minora, communia. Primus character apostoli est omnimoda patientia; secundus est miracula humiliter patrare.

VERS. 13. — QUID EST ENIM... Rursùs probat et quòd eum commendare debuerint et quòd aliis apostolis non sit inferior, eosque ideò interpellat. *Quid est*, sive in doctrinâ, sive in miraculis, QUOD MINUS HABUISTIS? An minora per me dona recepistis quàm cæteræ ecclesiæ per alios apostolos? Quâ in re fuistis aliis ecclesiis inferiores,

PRÆ CÆTERIS ECCLESIIS, sive ab aliis apostolis, sive à me fundatis,

NISI QUOD EGO IPSE NON GRAVAVI? Græc., *non obtorpui vobis.* : « Syr. Nisi in hoc quòd non fuerim vobis oneri. » Vide cap. 11, v. 9. Nisi quòd gratis evangelizavi vobis, nihil à vobis accepi. *Cæteras ecclesias expoliavi* vobis serviens, cap. 11, v. 8.

DONATE MIHI... Si sit injuria, hanc mihi condonate. Ironia valdè pungens. Utinam multi possent eâ uti, et in hoc unicè peccent quòd gratis evangelizent et Ecclesiæ suis sumptibus serviant!

VERS. 14. — ECCE TERTIO HOC. Græc., non est *hoc.* Syr. : *Ecce jam tertiò paratus sum venire*, etc. Dicit quòd tertiò paratus sit, etc., non dicit quòd tertiò ierit; hinc controversia an de facto ierit tertiò.

Ratio controversiæ, hìc et cap. 13, v. 1, dicit: *Ecce tertiò*, etc. D. tamen Lucas duos tantùm Pauli adventus Corinthum scribit. Primum Act. 18, v. 1; secundum Act. 20, v. 2, implicitè tantùm exprimit; de tertio nullibi. Affirmat Baronius quem sequitur Fromondus et alii multi. Baron., an. 58. Negat D. Thomas quem sequitur Estius et alii, etc.

ET NON ERO GRAVIS... Ne putent quòd saltem aliquando sit ab eis quid accepturus, affirmat quòd in suo perseverabit instituto et nihil recipiet in futuro, sicut nec recepit.

NON ENIM QUÆRO QUÆ VESTRA... Ne lædat eos tum ironia versûs præcedentis, tum id quod hic asserit, quòd ab eis nihil recipiet, hujus rei rationes affert affectu plenas. Non recipiam à vobis. Primò, quia in meo ministerio non mea temporalia quæro commoda, vestrasque propterea pecunias desidero, sed animarum vestrarum salutem æternam. Vos quæro, vos omnibus temporalibus antepono.

Dictum Apostolo dignum. Non vestra, sed vos quæro. *Da mihi animas*, Genes. 14, 21. Apostolus sit animarum venator.

NEC ENIM DEBENT FILII PARENTIBUS... Secundò, quia juxta naturæ institutum, parentes debent filiis thesauros reponere, non filii parentibus. Qui dat esse, debet et necessaria ad vitæ conservationem dare, hinc filii sunt parentûm hæredes. Hoc quidem in carnalibus verum, non in spiritualibus; patres enim spirituales jus habent accipiendi vitæ necessaria à filiis spiritualibus; non enim magnum est ut spiritualia tradentes, accipiant carnalia, 1 Cor. 29, v. 11. Sed hìc patet ingens D. Pauli animus et cor ejus verè paternum in Corinthios; cùm jure possit ab eis accipere, è contra vult eis dare. Primò, se patrem eorum significat; secundò, ut pater, vult filiis suis spiritualibus dare, non ab eis accipere.

VERS. 15. — EGO AUTEM LIBENTISSIMÈ... Apertissimè hìc eis suum cor aperit suumque declarat affectum. Parentes filiis suis thesauros reponunt, *ego autem*, tanquàm pater vester *libentissimè*, non tantùm omnia mea in usus vestros impendam, sed et SUPER IMPENDAR IPSE..., id est, sed et super omnes facultates meas, etiam memetipsum, sanguinem et vitam meam expendam pro vestrâ salute.

LICET PLUS. Græc., *abundantiùs.* Syr., *uberiùs* vos DILIGENS MINUS DILIGAR A VOBIS. Eorum provocat affectum in se patrem, qui genuit, qui educavit, qui ita tenerè et ardenter eos diligit ut et pro illis mori sit

Tametsi nihil sum, ex me; quòd enim sim apostolus, non meum est, sed gratiæ Christi. Ita Anselmus.

VERS. 12. — *Signa tamen apostolatûs mei facta sunt super vos*, etc. Nota hìc genuinum apostolatûs signum esse: Primò, patientiam in sui contemptu, paupertate, persecutionibus, plagis, periculis; ita Anselm.; secundò esse miracula. Hæc enim vocat signa veræ fidei, cœlestis et divinæ doctrinæ, sive signa Dei supra naturam omnipotenter operantis. Eadem vocat *prodigia*, id est, portenta stupenda, et portentosa facta. Denique eadem nuncupat *virtutes*, Græcè *potentias*, fortitudines, id est, potentiâ gesta, omnipotentiæ opera, quæ Deus solus potenter operatus est per me.

VERS. 13. — *Quid est enim quod minùs habuistis præ cæteris ecclesiis* (à me et apostolis fundatis), *nisi quod ego ipse non gravavi vos?* Ut à vobis alerer; sed ipse nocte vigilans et laborans victum mihi comparavi. Unde ironicè subdit: *Donate mihi hanc injuriam.* Neque enim injuria erat, quæ condonaretur; sed beneficium, quod agnosceretur.

VERS. 14. — *Ecce tertio hoc*, tertiâ hâc vice, *paratus sum venire ad vos*, ut spiritualia vobis ministrem, idque sine vestro gravamine. Primùm veni, cùm vos converti; secundò, venire paratus, justâ de causâ distuli; tertiò, paratus fui cùm hæc scriberem, et reipsâ post hanc epistolam veni ad vos. Ita S. Thom. et Lyranus.

Non enim quæro quæ vestra sunt, sed vos. Non quæro pecunias vestras, sed vos, id est, vestram salutem.

Nec enim debent filii parentibus thezaurizare, sed parentes filiis. Q. d.: In eo quòd à vobis nihil accipio, patres imitor, quorum non est à filiis accipere, sed filiis dare; ita ego, pater vester, spiritualia vobis impendo, paratus nihil temporale recipere.

VERS. 15. — *Ego autem libentissimè impendam* mea omnia, et post omnia, libentissimè *superimpendar*, expendar, *ipse pro animabus vestris*, ut meum sanguinem, meos spiritus, ac vitam insumam, exhauriam et profundam pro vobis. Ita Anselmus.

Licèt plus vos diligens minùs diligar; licèt vos non

paratus. O cor verè paternum ! Diligit ardenter, licèt frigidè dilectum. O pastorem verè bonum, *qui dat animam suam pro ovibus suis !*

Vers. 16. — Sed esto. Græc., *esto verò*. Syr. : *Et fortassis ego non fui vobis oneri, sed tanquàm vir astutus dolo vos suffuratus sum.* Occurrit objectioni quam probabiliter faciebant adversarii. *Esto*, concedo, Paulus ipse nihil accipit, sed, cùm sit homo versutus, quod ipsemet non facit palàm, dolo et arte, per interpositas personas, clanculùm facit, per suos socios astutè extorquendo.

Vers. 17. — Numquid per aliquem... Sed hoc quis audeat dicere? Quomodò poterit probare? *Numquid per aliquem eorum quos ad vos misi* quidquam exegi?

Circumveni vos. Græc., *expilavi*. Syr., *inhiavi in vos*, id est, fraudavi, quæ vestra sunt extorsi.

Vers. 18. — Rogavi, seu hortatus sum Titum ut ad vos iret, et alium illi fratrem addidi in socium.

Numquid Titus vos circumvenit? Num minimum quid à vobis extorsit? Nonne eodem animo et affectu Titus et ego apud vos conversati sumus ?

Nonne iisdem vestigiis institimus ?

Vers. 19. — Olim putatis. Græc., *rursùs*, πάλιν. Syr., num adhuc. Noster interpres legit πάλαι. Juxta Græcos sensus est : Fortè rursùs putatis quòd hæc dicam excusationis causâ, etc. ; juxta nostram Vulgatam : Jampridem, jamdudùm, ad antiquo putatis ; Ambrosius : Olim de nobis dubitatis, arbitrantes quòd non simpliciter agimus vobiscum ; Fromondus : Semper putatis ; *olim*, inquit, significat non tantùm præteritum, sed præsens et futurum ; reverà Calepinus id vicissim me tantùm diligatis, quantùm ego vos diligo.

Vers. 16. — *Sed esto ego vos non gravavi : sed cùm essem astutus, dolo vos cepi*, q. d. : Ipsi obtrectant mihi dicentes : Paulus per se quidem nihil in sumptum exigit admittitve, sed dolo vos capit, quia scilicet Titum et alios submittit, qui vos vestraque emungant. Ita Chrysost. Patet ex sequentibus ; hæc enim refellens subdit :

Vers. 17. — *Numquid per aliquem eorum quos misi ad vos*, etc., fraudavi, occupavi et extorsi ? Ambros. Avarus in vos fui ? Q. d. : Nihil tale feci.

Vers. 18. — *Rogavi Titum*, sive adhortatus sum Titum, ut ad vos proficisceretur.

Et misi cum illo fratrem. Numquid Titus vos circumvenit ? Num Titus aliquid vel minimum à vobis extorsit?

Nonne eodem spiritu ambulavimus ? Id est, an non eodem animo et eàdem voluntate Titus et ego conversati sumus erga vos? Potest etiam ad Spiritum Dei referri, juxta illud : *Spiritu ambulate.*

Nonne iisdem vestigiis, ingressi sumus ? q. d. : Tam nota est omnibus Titi integritas, ut de eo aliter sentire ac loqui nullus ausit.

Vers. 19. — *Olim putatis quòd excusemus nos apud vos?* q. d. : Sunt inter vos qui putent ab olim, ab olitanis et antiquis temporibus hæc à me dici in excusationem admissi criminis avaritiæ et fraudulentiæ, vel quasi subdolè excusem et recusem dona vestra, ut majora offeratis ? Sed

Coram Deo in Christo loquimur, q. d. : Sine fuco, sincerè et verè loquimur, uti par est eum loqui, qui se in Christo, id est, Christi membrum et discipulum profitetur.

Omnia autem, charissimi, propter ædificationem vestram ; id est, quæcumque hactenus loquimur in nostrum quasi commendationem, ea loquimur ad vestram asserit. Ambrosius hujus Corinthiorum de Paulo dubitationis rationem reddit, dicens : A pseudo-apostolis enim exagitabantur, etc. Itaque sensus satis naturalis hìc præbetur : Jamdudùm à pseudo-apostolis exagitati et seducti, aliqui vestrùm arbitrantur quòd sincerè non agam, sed quòd hæc dicam ut me apud vos purgem, et memetipsum commendem ; non ita res est, mihi credite.

Coram Deo, cor et renes intuente.

Et in Christo, et in Spiritu Christi, seu secundùm Christum, qui ipsa veritas est, loquimur. Loquor ergo et ago sincerè, verè, sine fuco.

Omnia autem, charissimi... Quæ hactenùs dixi, quasi in mei commendationem, ea dixi ad vestram ædificationem et salutem promovendam, pro quâ ut pater et apostolus vester, sum sollicitus. Quia v. 15, ardenter eos ut filios diligit, pro eorum salute sollicitè metuit. Amor Pauli pro æternâ Corinthiorum salute ; timor Pauli pro eorum perditione. Inde suboritur timor unde nascitur amor.

Vers. 20. — Timeo enim... Explicat cur pro eis sit sollicitus : Metuo enim ne cùm ad vos venero, ad quos, ut dixi, paratus sum ire, fortè contingat ne vos inveniam, etc. Vide paraphrasim ; id est, timeo ne cogar in vos uti severitate. Multi Corinthiorum nondùm erant à vitiis purgati, de quibus eos in primâ Epistolâ corripuerat. Ideò videri vult iturus ad illos cum auctoritate, ut territi tandem corrigantur, ait Ambrosius.

Vers. 21. — Ne forte contentiones... Vitia com-

salutem promovendam, non ad gloriam aut excusationem nostram.

Vers. 20. — *Timeo enim ne fortè, cùm venero, non quales volo, inveniam vos.* Sensus est : Nam timeo ne quo pacto contingat ut, veniens ad vos, sicut jam constitui, non quales velim vos inveniam, id est, benè correctos à pristinis vitiis, nominatim iis de quibus in priori epistolâ vos increpavi.

Et ego inveniar à vobis, qualem non vultis, scilicet tristis pater et severus judex, propter peccata vestra nondùm per pœnitentiam deleta.

Ne fortè contentiones, ne fortè multa adhuc vitia regnent apud vos, ut *contentiones*, id est, verborum pugnæ, solo vincendi studio susceptæ.

Æmulationes. Genus invidiæ significatur, dùm quis dolet alium potiri bono quod ipse concupivit et assequi non potuit.

Animositates, audax arrogantia, impetus animi effervescentis, cùm quis à suâ sententiâ discedere non vult, sed eam mordicùs tuetur.

Dissensiones ; Græcè, *concertationes*, quæ intelligi possunt in studiis et factis, sicut contentiones in verbis.

Detractiones, susurrationes, id est, occultæ et clandestinæ obtrectationes, quibus maledici et invidi, quos volunt, in odium adducunt, ut amicorum amicitias dissolvant, dùm vicissim alteri apud alterum detrahunt, eaque insusurrant, quæ inimicitiam concilient.

Inflationes, tumores, fastus, quibus tument, turgent, inflantur superbi, elati et tumidi.

Seditiones sint inter vos, id est, tumultuationes, inordinationes. Videtur autem respicere Apostolus ad schismata Corinthiorum, 1 Cor. 11 et 14.

Vers. 21. — *Ne, iterùm cùm venero, humiliet me Deus apud vos*, id est, contristet, deprimat, affligat me,

memorat ac repetit, de quibus eos in primâ Epistolâ arguit.

Vers. 22. — Ne iterum cum venero... Hoc igitur timeo, ne cùm iterùm ad vos venero, humiliet me Deus, id est, dejiciat, animam meam præ tristitiâ deprimat. Sicut gloria patris filius sapiens, ita patris humiliatio et mœror filius peccans.

Et lugeam multos... id est, ut pius pater multorum filiorum peccata primò defleam; deinde cum luctu castigare cogar.

Qui ante, id est, jampridem, jamdiù peccaverunt, et quos in primâ Epistolâ admonui.

Et nondum pœnitentiam egerunt de suis impudicitiis. Hoc Novatiano adversum est, qui dicit fornicatores non posse peragere pœnitentiam, et recipi in communionem. Hìc probat quosdam egisse, ac per hoc receptos esse in pace Ecclesiæ. Ambrosius.

et lugeam multos ex iis qui antè peccaverunt; hoc est, lugere cogar et castigare cum luctu, quia scilicet in peccatis suis persistunt, ut nimirùm eos excommunicare, vel publicam pœnitentiam injungere cogar. Tristitiam verò suam *luctum* vocat, ut innuat eos qui peccaverunt, Deo mortuos esse.

Et non egerunt pœnitentiam super immunditiâ et fornicatione, et impudicitiâ, quam gesserunt, id est, perpetrârunt. De fructibus dignis pœnitentiæ intelligendum est, quos nondum fecerant; ad quos proindè compellendi erant apostolicâ potestate.

Corollarium pietatis, seu in hoc capite ad pietatem maximè notanda, et ad praxim redigenda.

1° ỳ 6. Disce à D. Paulo modestiam, eamque imitare; vir Deo charissimus, ab hominibus æstimari timet; propterea suas per quatuor decim annos prærogativas profundo silentio tegit. Loqui tandem coactus, pauca tantùm et obscurè refert; statimque ad humiliationis argumentum confugit. Hinc sperne et fuge mundanorum vanitatem, hominum existimationi perpetuò studentium, et propterea sibi falsò fingentium, aliisque mentientium prærogativas, quas non habent. È contra cum sanctis ama nesciri et pro nihilo reputari; propterea Dei dona sile; etiam coactus, vix loquere, statimque ad tuum nihilum recurre. Vide comment. v. 2 et 6.

2° ỳ 7. Disce quantum malum sit cordis elatio; quàm timenda! quantâ sollicitudine vitanda! et ideò quàm frequenter debeas ad tuas infirmitates recurrere, et ob eas humiliari! Vide comment. v. 5 et 7. Ibidem, v. 7, observa mirabilem artem quâ Deus sanctos suos conservat humiles, redditque sanctiores. Hæc ars divina patet in apostolo Paulo, mente in cœlum rapto, carne autem in cœnum devoluto. Hinc disce te Dei bonitati committere, et in ipsis etiam tentationibus sapientissimæ ejus voluntati submissus, humiliter et instanter orare. *Conserva me, Domine, quoniam speravi in te*, Psal. 15, 1. *Salvum me fac Domine, quoniam defecit sanctus*, Psal. 11, 2.

3° ỳ 8. Disce quomodò sancti sæpè à Deo audiuntur et non audiuntur, vide commentarium; hincque solare non exauditus; dicque submissus : Fiat voluntas tua, non mea.

4° ỳ 14. Disce dictum Apostolo verè dignum : Vestra non quæro, sed vos ipsos; hocque fac, et apostolicè vives.

5° ỳ 14 et 15. Veri patris verique pastoris exemplum in D. Paulo vide, mirare, imitare.

CAPUT XIII.

1. Ecce tertio hoc venio ad vos; in ore duorum vel trium testium stabit omne verbum.

2. Prædixi et prædico, ut præsens, et nunc absens, iis qui ante peccaverunt; et cæteris omnibus, quoniam si venero iterùm, non parcam.

3. An experimentum quæritis ejus qui in me loquitur Christus, qui in vobis non infirmatur, sed potens est in vobis?

4. Nam etsi crucifixus est ex infirmitate, sed vivit ex virtute Dei. Nam et nos infirmi sumus in illo; sed vivemus cum eo, ex virtute Dei in vobis.

5. Vosmetipsos tentate, si estis in fide; ipsi vos probate. An non cognoscitis vosmetipsos, quia Christus Jesus in vobis est, nisi fortè reprobi estis?

6. Spero autem quòd cognoscetis, quia nos non sumus reprobi.

7. Oramus autem Deum, ut nihil mali faciatis, non ut nos probati appareamus, sed ut vos quod bonum est faciatis, nos autem ut reprobi simus.

8. Non enim possumus aliquid adversùs veritatem, sed pro veritate.

9. Gaudemus enim, quoniam nos infirmi sumus,

CHAPITRE XIII.

1. Voici la troisième fois que je me dispose à aller vous voir; et alors tout se jugera sur le témoignage de deux ou trois témoins.

2. Je vous l'ai dit lorsque j'étais présent parmi vous, et je vous le dis encore maintenant étant absent, que si je viens encore une fois, je ne pardonnerai ni à ceux qui avaient péché auparavant, ni à tous les autres.

3. Est-ce que vous voulez éprouver la puissance de Jésus-Christ qui parle par ma bouche; qui n'a point paru faible, mais très-puissant parmi vous?

4. Car encore qu'il ait été crucifié selon la faiblesse de la chair, il vit néanmoins maintenant par la vertu de Dieu. Nous sommes faibles aussi avec lui, mais nous vivrons avec lui par la vertu de Dieu, qui éclate parmi vous.

5. Examinez-vous vous-mêmes, si vous êtes dans la foi; éprouvez-vous vous-mêmes. Ne connaissez-vous pas vous-mêmes que Jésus-Christ est en vous? si ce n'est peut-être que vous fussiez déchus de ce que vous étiez.

6. Mais j'espère que vous connaîtrez que, pour nous, nous ne sommes point déchus de ce que nous étions.

7. Ce que nous demandons à Dieu, est que vous ne commettiez aucun mal, et non pas que nous vous paraissions ce que nous sommes, mais que vous fassiez votre devoir, quand même nous devrions paraître déchus de ce que nous sommes.

vos autem potentes estis. Hoc et oramus vestram consummationem.

10. Ideò hæc absens scribo, ut non præsens duriùs agam, secundùm potestatem quam Dominus dedit mihi in ædificationem, et non in destructionem.

11. De cætero, fratres, gaudete, perfecti estote, exhortamini, idem sapite, pacem habete, et Deus pacis et dilectionis erit vobiscum.

12. Salutate invicem in osculo sancto. Salutant vos omnes sancti.

13. Gratia Domini nostri Jesu Christi, et charitas Dei, et communicatio sancti Spiritûs sit cum omnibus vobis. Amen.

8. Car nous ne pouvons rien contre la vérité, mais seulement pour la vérité.

9. Aussi nous nous réjouissons lorsque, vous étant forts, nous paraissons faibles; et nous demandons aussi principalement à Dieu qu'il vous rende parfaits.

10. Je vous écris ceci étant absent, afin de n'avoir pas lieu, lorsque je serai présent, d'user avec sévérité de la puissance que le Seigneur m'a donnée pour édifier et non pour détruire.

11. Enfin, mes frères, soyez dans la joie, rendez-vous parfaits, consolez-vous, soyez unis d'esprit et de cœur, vivez dans la paix, et le Dieu de paix et d'amour sera avec vous.

12. Saluez-vous les uns les autres par un saint baiser. Tous les saints vous saluent.

13. Que la grâce de notre Seigneur Jesus-Christ, l'amour de Dieu, et la communication du Saint-Esprit demeurent avec vous tous. Amen.

ANALYSIS.

Obstinatioribus in malo timorem incutit, ut eos ad meliorem frugem reducat.

℣ 1 *et* 2. *Minatur se non ultra parciturum, sed juridicè secundùm testimonia acturum in eos.*

℣ 3. *Monet itaque ut suo damno, non quærant suæ Pauli in Christo glorioso potestatis experimentum.*

Recordentur eorum mirabilium, quæ inter eos hâc Christi potestate, vel à se Paulo edita sunt, vel ab aliis, quibus sanctum Christi Spiritum ipse dedit. Hincque colligant quòd in ipso vivat Christus omnipotens; et consequenter ne cogant eum hâc Christi in illos uti potestate, v. 4, 5, 6.

℣ 7. *Tantùm abest ut hoc optet ipse Paulus, quin potiùs orat ut Corinthios inveniat innocuos, bono vacantes, sicque nihil possit in eos.*

℣ 9. *Gaudet cùm sunt virtute conspicui, gratiâ potentes, et ideò ipse Paulus erga eos quasi potestate destitutus; hinc et eorum precatur perfectionem.*

℣ 10. *Scripsit minax, ut non puniat.*

℣ 11. *Hortatur ad gaudium, ad perfectionem, pacem, dilectionem. Tùm mutuis salutationibus exhibitis, gratiam apponit.*

PARAPHRASIS.

1. Ecce tertiâ hâc vice venio, seu paratus sum ut veniam ad vos; et juxta legis præscriptum, quisquis delatus fuerit, is duorum vel trium hominum testimonio, vel absolvetur, vel condemnabitur.

2. Prædixi, et prædico; prædixi, inquam, cùm vobis essem præsens; et nunc absens rursùs prædico, non solùm iis qui jam tum peccaverant, sed et cæteris omnibus qui postea peccaverunt; quòd si inemendatos veniens invenero, non parcam ultra.

3. Ergone malo vestro vultis experiri an verè Christus in me habitet, et per me loquatur? Sanè non deberetis hujus rei periculum facere, cùm tot, etc., tanta per me inter vos ediderit potentiæ suæ miracula.

4. Nam quamvis olim ex infirmitate naturæ humanæ ultrò assumptæ pro nobis crucifigi voluerit et mori, tamen per divinitatis potentiam suscitatus, nunc vivit immortalis, et omnipotens; sic et nos apostoli, ad illius imitationem infirmi equidem sumus; sed ad illius instar, Dei virtute vivemus, et pollebimus erga vos.

5. Quid nostram in Christo potestatem vultis tentare? vosmetipsos tentate; considerate an fidem habeatis miraculorum efficacem; hoc vosipsi examinate; an non per hujus fidei experientiam cognoscitis vosmetipsos, et quòd Jesus Christus per hanc gratiam habitat inter vos? nisi fortè ob vitia vestra ab illâ decideritis.

6. Quidquid sit de vobis, spero quòd nobis non deerit talis gratia.

7. Hæc tamen non opto, quinimò oro Deum ut nullum malum faciatis nostrâ correctione dignum; non opto ut vestra flagitia puniens, videar illustris et divinam habere potestatem; sed potiùs desidero ut vos quod bonum est adimpleatis; nos autem maneamus inglorii, sine ullo potestatis usu.

8. Si vos tales invenero, nihil in vos potero; non enim quidquam possumus contra sanctitatem; sed pro sanctitate inducendâ et tuendâ data est nobis potestas.

9. Tantùm abest ut cupiam in vos meam potestatem ostendere; quinimò gaudeo, cùm nullam illius exercendæ occasionem habens, videor infirmus; vos verò virtute validi et conspicui fueritis. Ob hoc non solùm gaudeo, sed et ob hoc ardenter oro vestram perfectam in sanctitate restaurationem.

10. Hâc de causâ absens scribo vobis severiùs, ut præsens non cogar esse severus in vos exercendo puniendi potestatem, quam Dominus mihi dedit in bonum vestrum, non in exitium.

11. De cætero, fratres, gaudete in Domino; studete quotidiè meliores fieri; vos invicem ad perfectiora exhortamini; concordes estote; pacificè agatis ad invicem. Hæc si feceritis, Deus pacis et dilectionis auctor, vobiscum erit per gratiam suam.

12. Salutate vos invicem per osculum sanctum, seu quod sit sanctæ dilectionis signum. Salutant vos qui hic mecum sunt Christiani omnes.

13. Gratia Domini nostri Jesu Christi, qui nos redemit; et charitas Dei Patris, qui sic mundum dilexit, ut Filium Redemptorem dederit; et communicatio Spiritûs sancti, quâ sanctificamur, et charismatibus largiter replemur, sit cum omnibus vobis. Amen.

COMMENTARIA.

Vers. 1. — Ecce tertio hoc; Græc., *tertio hoc venio;* Syr. : *Hæc est tertia vices, quâ paratus sum ut veniam ad vos.* Hæc verba diversimodè explicantur juxta diversam v. 14 capitis præcedentis explicationem; alii volunt quòd jam bis venerat, et ideò ecce tertiâ vice venturus sum, etc.; alii quòd semel tantùm ierat, et semel paratus erat ire, sed impeditus fuerat; sicque ecce tertiâ vice paratus sum venire, seu quà venturus sum, quantùm ad cordis propositum.

In ore duorum et trium... Affirmat quòd obstinatos et impœnitentes judicabit juxta legis præscriptum. Deuter. 19, 15 : *Ex testimonio duorum vel trium testium quisque reus vel condemnabitur, vel absolvetur.* Juxta hanc legem *stabit*, id est, recipietur, determinabitur quidquid judicandum occurrerit; *stabit*, inquam, et ratum erit per testimonium duorum aut trium. D. Chrysostomus, Theodoretus, Theophylactus, Ambrosius, S. Anselmus putant quòd D. Paulus alludens ad locum Deuteronomii citatum, tres adventus suos ponat loco testium; quasi diceret : Sicut in ore duorum aut trium testium stat omne verbum, ita tres mei ad vos adventus erunt quasi testes, sicque in hoc meo tertio adventu stabit quodcumque sum comminatus, nisi pœnitentiam egeritis. Bis dixi, tertiò per epistolam dico; itaque jam necesse est verba mea vera inveniantur. Chrysostomus. Prima explicatio simplicior et communior.

Quidquid sit, D. Paulus, Dei imitator, sæpè minatur se puniturum, antequàm puniat; imò minatur puniturum se, ut non puniat; minis anticipat judicis officium, ut reverà sit et de facto pater benignus. Ita prælatus delinquentium emendationem semper intendens, modò minetur ut judex, modò demulceat ut pater; at nunquàm puniat, nisi multis præviis monitionibus et minis.

Vers. 2. — Prædixi et prædico; *prædixi*, inquam, ut præsens seu cùm vobis adessem; et nunc à vobis absens, rursùs *prædico;* vel sicut præsens *prædixi*, ita et nunc absens iterùm *prædico;* Græc., *scribo.*

Iis qui ante peccaverunt, id est, iis qui jam tunc peccaverant, et cæteris omnibus, qui postea peccaverunt.

Quoniam si..., id est, ubi ad vos rediero, non parcam ultra, sed puniam pro qualitate criminum. Pepercerat Paulus hucusque cunctando et expectando; *Parcens vobis non veni Corinthum*, inquit, capite primo hujus Epistolæ. *At non parcam* ulteriùs. Hic cùm D. Chrysostomo vide et mirare viscera verè paterna, et animum filiis suis errantibus condolentem; quos ut ad pœnitentiam tandem adducat, increpat, minatur, eisque denuntiat : Non jam diutiùs cunctabor; haud dubiè jamjam pœnas merentibus inferam.

Vers. 3. — An experimentum...; Græc. : *Quandoquidem experimentum quæritis in me loquentis Christi :* Syr., eodem modo. Juxta quem textum sensus est : Non parcam quia experimentum quæritis, etc.; at juxta nostram Vulgatam, vivacior est textus : An periculo vestro vultis experiri utrùm verè Christus in me inhabitet et per me loquatur, et an ejus auctoritate audeam et possim impœnitentes punire?

Hic equidem cum ingenti animi permotione ac vehementi acrimoniâ et indignatione in eos invehitur, qui dicebant : *Epistolæ quidem graves, præsentia verò infirma et sermo contemptibilis*, ait D. Chrysostomus. At hæc commotio, acrimonia et indignatio affectu paterno plena est et ex misericordiæ visceribus procedens; illos enim verbis præstringit, ne de facto tale quærant experimentum, et reverà non puniantur.

Qui in vobis; Græc., *qui in vos;* Theophylactus : *Qui erga vos non est imbecillus, sed valdè potens;* quas diceret : Certè opus non habetis hujus rei periculumi facere, cùm tot et tanta potentiæ suæ signa per me jam ediderit. Vide cap. 12, v. 12. Christus potentiæ suæ signa Corinthiis dedit in eorum conversione, hujus Epistolæ cap. 12, v. 12; in indignè communicantium punitione, primæ Corinth. 11, v. 30; in fornicarii traditione Satanæ, in nomine Christi, 1 Cor. 5, v. 5. Jampridem ergo ostendit se non esse apud vos imbecillum, sed valdè potentem.

Vers. 4. — Nam etsi...; licèt enim ex infirmitate naturæ humanæ ultrò assumptæ, id est, ut homo naturâ mortalis et passibilis, crucifigi voluerit pro nobis et mori, non mansit mortuus, sed per potentiam divinitatis resurrexit et vitam nunc vivit immortalem et impassibilem, omnipotentem.

Nam et nos, id est, ita et nos. Syr., *quin et nos,*

Vers. 1. — *Ecce tertio hoc venio ad vos;* tertiâ hâc vice, *venio*, venire propono ad vos, ut scilicet puniam eos qui per duos vel tres testes peccâsse nec pœnitentiam egisse convincentur. Ita Anselmus et Cajetanus.

In ore duorum vel trium testium stabit omne verbum; statuetur, rata erit, confirmabitur omnis accusatio.

Vers. 2. — *Prædixi, et prædico, ut præsens*, (subaudi, ita), *et nunc absens;* q. d. : Uti præsens prædixi, ita et nunc absens prædico, pari scilicet auctoritate et interminatione ac si præsens essem prædico et scribo. *Iis qui ante peccaverunt*, etc. In eo quòd dicat, *non parcam*, virgam ecclesiasticæ disciplinæ comminatur, ut excommunicationem et satisfactionis rigorem.

Vers. 3. — *An experimentum quæritis ejus qui in me loquitur, Christus?* q. d. : Vultisne præcepta mea negligere, ut experiamini an audeam et possim inobedientes punire per potestatem mihi à Christo datam?

Qui in vobis non infirmatur, sed potens est in vobis. Non infirmum se, sed potentem ostendit, cùm scilicet in vobis per me tot mirabilia potenter est operatus, et novissimè fornicarium excommunicatione meâ ita punivit, et Satanæ quasi tortori cruciandum tradidit. Hanc enim puniendi potentiam, et vindicandi potestatem maximè significare et ostendere intendit.

Vers. 4. — *Nam et si crucifixus est* (Christus) *ex infirmitate*, humanitatis et carnis : *sed vivit*, id est, vivit tamen et resurrexit, *ex virtute Dei*, ex potentiâ divinitatis.

Nam et nos infirmi sumus in illo. In illo, id est, cum illo, nimirùm Christo infirmamur, hoc est, patimur et affligimur; vel in ipso, tanquàm exemplari, cui nos ejus ministri conformamur secundùm quod ipse prædixit : *Si me persecuti sunt, et vos persequentur.* Joan. 15.

apostoli cum illo, et propter illum, et ad illius imitationem, *infirmi* equidem *sumus*, multis infirmitatibus, injuriis et passionibus obnoxii.

Sed vivemus cum eo, ex virtute Dei in vobis; Græc., in vos, erga vos; Syr. : *Sed vivimus cum eo per virtutem Dei*, etc.; id est, ad illius instar eâdem Dei virtute pollebimus erga vos; quasi diceret : Sic et nos apostoli infirmi quidem et imbecilles sumus in nobis, et ex naturâ nostrâ; sed apud vos vivemus et agemus, non ex infirmitate nostrâ, sed ex virtute Dei, et ex potentiâ Christi resuscitati, gloriosi et omnipotentis; et ubi opus erit, vivacem et divinam exercebimus potestatem, scilicet peccatores severè puniendo. Recordare fornicarii Satanæ traditi, primæ Corinth., capite quinto, v. 5; Elymæ magi excæcati, Act. 13, 31. Apostolos mirare et reverere utriusque vitæ Christi, infirmæ, scilicet, et omnipotentis; humilis et gloriosæ simul participes; infirmæ quidem et mortalis per passiones et continuas persecutiones; gloriosæ autem et omnipotentis per miraculorum potentiam. Tu verò peccator stude et conare per pœnitentiam particeps et imitator esse vitæ patientis Christi, ut in æternitate sis particeps gloriosæ Christi vitæ.

Vers. 5 — Vosmetipsos tentate... Dixit v. 3 : *An experimentum quæritis...?* Hic ne tale quærant experimentum, eos ad propriam remittit experientiam, quasi diceret : Quid nostram vultis tentare potestatem, et vestro periculo experiri num Christus habitet in nobis? *Vosmetipsos tentate*, et videte per propriam experientiam vestram an Christus per suam potentiam habitet in ecclesiâ vestrâ. Tunc temporis multi fideles, præter apostolos, miracula faciebant, ait D. Chrysostomus. Quòd si autem in vobis, seu in ecclesiâ vestrâ, Christus sic habitat, multò magis in Apostolo et magistro vestro; ita D. Chrysostomus. *Vosmetipsos tentate*, id est, non nostra, sed *vosmetipsos tentate*, considerate, explorate.

Si estis in fide; explorate num fidem habeatis, et per hanc Christus habitet in vobis. Dubitatur de quâ fide hic loquatur Apostolus, an de fide catholicâ, quâ creditur omnibus à Deo revelatis; an de fide miraculorum operatrice, quæ ab Apostolo recensetur inter charismata Spiritûs sancti, primæ Cor. 12, 9. Primò, certum est quòd non loquatur de fide theologicâ, informi et à charitate separatâ, quia non est signum Christi in nobis habitantis; Christus enim in iis solùm manet qui charitatem habent, ut ait hic D. Thomas. Potest equidem D. Paulus intellegi de fide formatâ et per charitatem operante; et ita intellexit D. Thomas. Monet, inquit, ut de duobus se examinent, scilicet de fide et de operibus. *Si estis in fide*, quam prædicavi vobis, etc., an sitis in operibus bonis, etc. Sed totus contextus, et præcedentia et sequentia, indicant quòd meliùs ad mentem Apostoli cum D. Chrysostomo hic locus intelligatur de fide miraculorum effectrice, seu de magnâ fiduciâ in Deum, quâ solent miracula patrari. *Si estis in fide;* considerate an fidem habeatis miraculorum efficacem, et per hanc Christus in vobis, seu in Ecclesiâ vestrâ habitet. Tunc temporis ii, qui fide præditi erant, miracula patrabant. D. Chrysostomus. Ipsi vos probate, examinate, discutite.

An non cognoscitis vosmetipsos, per hujus fidei experimentum? an non cognoscitis, quoniam per hanc miraculorum gratiam Christus Jesus est in vobis, id est, in cœtu vestro, in Ecclesiâ vestrâ, et consequenter quòd abundantiùs et pleniùs inhabitat in me, apostolo suo et vestro, per quem hanc fidem recepistis?

Nisi fortè reprobi estis; Græc., *Nisi quid reprobi estis;* ubi *quid* videtur esse particula mitigantis asperitatem sermonis, ait Estius. Quasi diceret Apostolus : Nisi aliquâ ex parte reprobi estis; seu, ut traduxit Erasmus, nisi in aliquo reprobi estis. Porrò notant omnes nomen *reprobi* hic non opponi prædestinato, sed probo; in Græco enim est, ἀδόκιμοι, minimè probi, improbi. Hinc D. Chrysostomus ait : Hoc dicens Apostolus, vitam illorum tacitè perstringit. Sensus ergo est : Nisi fortè ab illâ gratiâ decidistis, seu rejecti estis; istisque signis destituti estis, quibus Christum in vobis habitantem et divinitùs operantem agnoscere poteratis. Innuit eos in vitâ corruptos esse, et ideò miraculorum patrationis expertes; sicque suâ culpâ privatos his signis Christi inter illos habitantis; hoc tamen certò non expressit, sed ambiguè posuit, ne eos lacesseret. Ita ex Chrysostomo et Theophylacto.

Frequentia hujus temporis miracula, signa et testimonia certa erant Christi viventis, gloriosi, omnipotentis, in Ecclesiâ habitantis. Hinc D. Paulus Corinthiis suasurus quòd eis in Christi Spiritu loqueretur, quòdque Christi in se habitantis auctoritate posset eos punire, nisi pœnitentiam agerent, eos remittit ad miracula quæ ipsi in nomine Christi patrârunt, aut quæ saltem in Ecclesiâ suâ frequenter à fidelioribus patrari viderunt. Hincque vult ab eis colligi quòd si

Sed vivemus cum eo ex virtute (ex potentiâ) *Dei in vobis;* sed instar Christi, virtute Dei potentes erimus erga vos; tunc nimirùm quando res postulabit ut potestatem in vos exerceamus.

Vers. 5. — *Vosmetipsos tentate si estis in fide : ipsi vos probate.* Q. d. : Si Christo et Evangelio creditis, et mihi credetis : quia ego Christi ac Evangelii minister sum, et sicut miraculis aliisque signis probo ac confirmo Evangelii veritatem, sic iisdem consequenter demonstro me verum esse apostolum Christi, ac veritatis doctorem.

Annon cognoscitis vosmetipsos, quia Christus Jesus in vobis est? scilicet omnibus simul, hoc est, in Ecclesiâ vestrâ? Videbant enim suæ Ecclesiæ tot miracula, tot gratias ac dona collata, ut non dubitarent Christum in eâ esse et operari.

Nisi fortè reprobi estis; id est, reprobati, rejecti, adeòque viles, inglorii, abjecti, contempti; q. d. : Ex signis gratiæ et miraculorum, quæ Christus potenter operatur in vobis, cognoscitis quòd Christus est in vobis, nisi fortè à Christo rejecti et reprobati, ejus fide, gratiâ, luce ac cognitione privati, in tenebras pristinas ignorantiæ vel infidelitatis retrusi et repulsi recidistis, et relapsi estis, itaque viles et abjecti effecti estis.

Christus etiam in privatis fidelibus habitat et operatur, quantò magis in Apostolo, fidelium patre et magistro; et ideò timeant patrem hunc minantem; convertantur, pœnitentiam agant, et illius potentiæ non faciant experimentum : hoc indicant etiam sequentia.

VERS. 6. — SPERO AUTEM QUÒD..... Experientiâ cognoscetis nos nullâ ex parte à tali gratiâ reprobatos, rejectos esse; quasi diceret : Quidquid sit de vobis, spero quòd nobis non deerit talis gratia, id est, non deerit demonstratio gratiæ signorum et virtutis Christi in nobis habitantis. Minaciter hoc dicit, tanquàm eis suam spiritualem divinamque potentiam ostensurus. Sed quia minatur et terret, non dominationis animo, sed solo charitatis affectu et ardenti salutis eorum zelo, statim suam severitatem mitigat, suamque eis benevolentiam rursùs ostendit in versu sequenti.

Quot hìc sancti regiminis habemus documenta? minis aliquando contra obstinatos et rebelles utendum; virga auctoritatis eis ostendenda; at metus semper suavitate mitigandus; affectus etiam cum minis conjungendus.

VERS. 7. — ORAMUS AUTEM DEUM..., quia dixit *spero*..., ne videatur desiderare suæ potentiæ ostensionem. Precor ut nullum malum faciatis, nostrâ punitione dignum, neminemque vestrûm cogar punire.

NON UT NOS PROBATI APPAREAMUS, id est, non oramus ut nos probati appareamus; seu non opto ut vestra flagitia etiam divinitùs puniens, videar probatæ et efficacis fidei; seu videar divinam potestatem habere, miracula in peccatores patrando.

SED UT VOS QUOD BONUM, Græc. *pulchrum est*, FACIATIS; sed potius desidero ut vos pœnitentiam agentes, benè faciatis, sancti sitis.

NOS AUTEM UT REPROBI; Græc., ἀδόκιμοι, cujus significationem vide supra, v. 5. Et ego sim apud vos velut reprobus, id est, improbus, abjectus, vilis, inglorius, quasi apostolicâ potestate destitutus; quasi diceret : Modò vos benè faciatis, non curo qualis habear ab hominibus; sim apud illos velut reprobatus, inhonoratus, apostolicâ privatus auctoritate; et ad puniendum impotens. Quid huic animæ par esse queat! exclamat D. Chrysostomus : contemnebatur, traducebatur ut vilis, timidus, impotens, verbis tantùm audax, et tamen occasionem nactus divinæ suæ potestatis, eorum damno, experimentum dandi, orat ut innocuos et correctos inveniens, neminem puniat; sicque in suâ permaneat apud homines humilitate. Hinc discat animarum rector, etiam contemptus, cum suæ famæ neglectu, salutem animarum quærere, suî ipsius oblitus, Dei solius gloriæ zelo succensus, omnia sua sacrificet animarum sanctitati.

VERS. 8. — NON ENIM POSSUMUS..... Si enim vos invenero absque peccato, benè facientes, in vos nihil potero. *Non enim aliquid possumus* CONTRA VERITATEM, id est, contra justitiam et sanctitatem; sed pro veritate conservandâ et tuendâ, nobis potestas data est. Potestas punitiva jus nullum habet in benè facientem; potestas miraculorum et omnis potestas spiritualis ordinatur ad bonum, ad veritatem, ad justitiam inducendam, tuendam, conservandam.

VERS. 9. — GAUDEMUS ENIM..., QUONIAM....; Græc., *quando*, id est, tantùm abest ut cupidi simus ostendendæ potestatis nostræ, ut è contra gaudeamus cùm sumus infirmi; seu nullam habemus occasionem potestatem nostram demonstrandi, vos puniendo. Infirmari hìc est potestatem non exercere. Ambrosius et post eum S. Anselmus.

VOS AUTEM POTENTES, culpâ vacui, virtute conspicui, gratiâ fortes, virgæ nostræ non obnoxii, potestatem nostram non timentes.

HOC ET ORAMUS.... Hoc non solùm opto et voveo, sed et oro vestram perfectionem; Erasmus : *vestram restaurationem*. Syr. : *Ut vos perficiamini*, id est, ut in omni gratiâ et virtute sitis perfecti.

VERS. 10. — IDEÒ HÆC ABSENS SCRIBO.... Propterea hæc, sic increpans et minax, scribo vobis absens, ne cùm venero, duriùs agam vobicum; seu ut vos correctos inveniens, non utar in vos potestate puniendi, QUAM DOMINUS MIHI DEDIT IN VESTRAM ÆDIFICATIONEM, seu ad promovendum bonum spirituale animarum vestrarum; et NON AD ejus DESTRUCTIONEM. Tantùm abest ut cupiam correctorem agere, vel censorem, imò potius hæc vobis scribo, ne corrigam; vestrum bonum quæro, non exitium; ut pater, ut medicus ago ex amore, non

VERS. 6. — *Spero autem quòd cognoscetis*, etc. Id est, viles ac potestate destituti, faciam ut agnoscatis auctoritatem meam, nec patiar me contemni.

VERS. 7. — *Oramus autem Deum ut nihil mali faciatis*. Benè ex eo sequitur quòd abstinere à peccato sit ex gratiâ Dei; nam oratio gratiæ testificatio est.

Non ut nos probati appareamus. Non hoc, inquit, desideramus, aut à Deo petimus, ut nos, judicando et puniendo vos, videamur esse magnæ auctoritatis, id est, ut habeamur in pretio, quem scopum pseudoapostoli sibi propositum habent. Spectari, probari, celebrari non ambio, honoris punctum non curo, *ut vos quod bonum est faciatis*. Sensus est : Facilè patior me haberi ut reprobum, id est, vilem, gloriæ ac potestatis expertem, nec volo ullam meæ dignitatis haberi rationem, dummodò vos constanter in bono perseveretis, et nihil admittatis quod me cogat ostendere potestatem quam à Christo accepi.

VERS. 8. — *Non enim possumus aliquid adversùs veritatem*, etc.; id est, potestas mea punitiva nullum habet usum quamdiù veritas et justitia servatur; quia non est contra veritatem, ut illa destruatur, sed pro veritate conservandâ; utpotè data contra transgressores, non contra justos. Porrò *veritatem*, pro eo quod rectum et justum est accipi, frequens est in sacris Litteris.

VERS. 9. — *Gaudemus enim quoniam nos infirmi sumus, vos autem potentes estis*. Gaudeo vos esse potentes, etsi ego infirmus ac reprobus habear, non valens uti potestate; utpotè potentes gratiâ et virtutibus, culpâque vacuos.

Hoc et oramus vestram consummationem, id est, perfectionem, ut sitis perfecti, et consummati, in omni gratiâ et virtute. Ita Theophyl. Hoc quod dixi, scilicet ut *potentes* sitis, votis precibusque ad Deum fusis optamus, vestram, inquam, perfectionem; quâ correctis vitiis ac sublatis dissidiis, integri sitis et irreprehensibiles, ac potestati nostræ nequaquàm obnoxii.

VERS. 10. — *Ideò hæc absens scribo, ut non præsens duriùs agam*, vosque adhuc incorrectos inveniens, cogar uti severitate et rigore disciplinæ adversùm vos, idque *secundùm potestatem*, etc.

ex odio aut dominationis desiderio. Hic sit semper prælati corrigentis animus, hunceque studeat delinquentibus et correctis exhibere.

Vers. 11. — De cætero, fratres, gaudete, scilicet in Domino. Gaudium hoc de emendatione erit, unde et provenire poterit perfectio, Ambrosius.

Perfecti estote, id est, studete quotidiè meliores fieri, seu tendite ad perfectionem, ait D. Thomas.

Exhortamini invicem ad bonum, vel consolamini, seu consolationem habete, ait Syrus.

Idem sapite, concordes et unanimes.

Pacem habete, pacificè agatis ad invicem.

Et Deus pacis et dilectionis auctor erit vobiscum, per gratiam suam et charitatem, *Deus enim charitas est, et qui manet in charitate, in Deo manet, et Deus in eo.*

Vers. 12. — Salutate invicem in osculo sancto, id est, per osculum pacis et dilectionis sanctæ et christianæ symbolum. Osculum sanctum, quod à charitate verè procedit, quodque sancti, non ficti aut turpis amoris sit index. Templum Dei sumus; hujus autem templi vestibulum est os; per hoc vestibulum ingreditur Christus, quando communicamus: hinc os, quasi templi vestibulum, osculamur, ait Theophylactus post D. Chrysostomum.

Salutant vos omnes sancti, id est, Christiani, qui hìc mecum sunt, Philippis in Macedoniâ. Ita Græca exemplaria, et versio Syriaca; in fine hujus Epistolæ.

Vers. 13. — Gratia Domini.... Trinitatis hìc complexio est, et unitas potestatis, quæ totius salutis perfectio est; dilectio enim Dei misit nobis Salvatorem Jesum, cujus gratiâ salvati sumus; ut possideamus hanc gratiam salutis, communicatio facit sancti Spiritûs. Hic enim dilectos à Deo et salvatos gratiâ Christi tuetur, ut trium perfectio, consummatio sit hominis in salutem. Ambrosius.

Vers. 11. — *De cætero, fratres, gaudete.* Epilogus est Epistolæ. Græcum verbum tria significat, *gaudete, salvete, valete.* Hortatur eos ad gaudium sanctum et spirituale, quale utique habituri erant si se corrigerent.

Perfecti estote; q. d.: Redintegramini, integri estote; corrigite vitia priora, ut nihil inveniam in quo cogar exercere meam potestatem.

Exhortamini, invicem ad meliora.

Idem sapite, id est, concordes atque unanimes estote.

Pacem habete; q. d.: Pacificamini, in pace agite; id est, non sint inter vos contentiones et rixæ.

Et Deus pacis et dilectionis erit vobiscum. Si, inquit, concordiam et pacem inter vos habeatis, Deus auctor fraternæ charitatis, quæ concordiæ parens est, idemque auctor pacis, erit vobiscum per ampliora gratiæ suæ dona.

Vers. 12. — *Salutate invicem in osculo sancto*, non carnali, non ficto, sed christiano, religioso, casto, sincero. Ita Chrysostomus et Augustinus. Cavendumque ne osculum hoc proserpat nimis, et in sensuale ac carnale degeneret.

Salutant vos omnes sancti, id est, fratres seu Christiani qui apud nos sunt.

Vers. 13. — *Gratia Domini nostri Jesu Christi*, id est, gratuita beneficentia Christi redemptoris nostri, *et charitas Dei* Patris, quâ scilicet nos dilexit. Quæ charitas in eo potissimùm commendatur, quòd Filium suum pro nobis in mortem tradidit.

Et communicatio sancti Spiritûs, id est, participatio seu larga effusio donorum Spiritûs sancti; ut communicatio activa intelligatur.

Sit cum omnibus vobis, scilicet per multiplices effectus gratiæ Christi, et charitatis Patris, et communicativæ bonitatis Spiritûs sancti. *Amen.*

Corrollarium pietatis seu in hoc capite ad pietatem maximè notanda, et ad praxim redigenda.

Superior ecclesiasticus multa sancti regiminis documenta potest hìc adnotare:

Primum, non boni semper patris esse filiis suis blandiri, eosque verbis demulcere; delinquentes enim sunt corrigendi, et aliquando puniendi. Ad exemplum D. Pauli superior tunc Deum imitetur, qui multoties minatur se puniturum, antequàm puniat; imò qui se puniturum minatur, ut non puniat. Minis ergo superior anticipet judicis officium, ut sit pater benignus, v. 1, in commentario.

Secundum, non modò corrigendi sunt delinquentes, sed et cum quâdam acrimoniâ et indignatione in obstinatos et rebelles aliquando invehendum est. Tunc superioris indignatio, sicut et D. Pauli in Corinthios rebelles commotio, oriatur ex visceribus misericordiæ; paterno semper plena sit affectu; intùs condoleat filiis errantibus, quos verbis increpat, et perstringit, ut ad pœnitentiam adducat, v. 3.

Tertium. Ubi superior minis uti cogitur, non suam jactet, et ostentet humanam potentiam, hoc enim dominationem saperet. Sed inferioribus suis Dei offensi exhibeat omnipotentiam, ac terribile judicium; quos interim hortetur, ne faciant illius experimentum, v. 3.

Quartum. Ubi superior virgam auctoritatis divinæ ostenderit, seu ubi tremendam Dei irati et vindicis omnipotentiam exhibuerit inferioribus suis, statim ad exemplum D. Pauli, oret pro ipsis. Tantùm abest ut illorum punitionem desideret, quinimò oret pro perfectâ ipsorum restauratione; culpa sint vacui, virtute pleni, Deo grati; ipse verò despectus habeatur, et pro ipsis puniatur, v. 7. Dei gloriæ zelo succensus, suique oblitus superior, semetipsum divinæ justitiæ victimam temporalem offerat, pro æternà subditorum suorum salute.

IN EPISTOLAM AD GALATAS

Praefationes.

Galatia, Asiæ Minoris regio, habebat ab oriente Cappadociam, ab occidente Bithyniam, à meridie Pamphyliam, à septentrione Pontum Euxinum.

Gallo-Græcia primùm, deinde Galatia dicta est ob incolas, qui Gallo-Græci, seu Galatæ vocati sunt, quia è Gallià in hanc Græciæ partem demigrârunt.

Suidas putat fuisse Senonenses illos, qui, Brenno duce, Romam primùm invaserunt, Italiam vastaverunt, deinde in Græciam trajecerunt; tandem post varios casus, hanc Græciæ partem incoluerunt : unde Gallo-Græci, seu Galatæ dicti sunt.

Alii tamen aliter sentiunt; sed quidquid sit de eorum origine, imò et nomine, quidam enim volunt Galatas dici, à candore, quasi lacteos, γάλα, *lac*, certum est quòd hos populos D. Paulus ad Christum Evangelii prædicatione converterat; certum est quòd Galatæ veram Christi fidem tanto cum zelo susceperant, ut et miracula patrârint et multa pro Christo tolerârint;

Sed paulò post Apostoli recessum ab eis, Judæo-Christiani, pseudo-apostoli, partim occupati persuasione Judaismi, partim inanis gloriæ siti temulenti, ait D. Chrysostomus, ad Galatas profecti sunt, illosque ad Judaismum cum Evangelio suscipiendum commoverunt, et ad circumcisionem, cæteraque legalia, tanquàm ad salutem necessaria, pellexerunt.

Ut errorem suum pseudo-apostoli faciliùs inducerent, et D. Pauli doctrinam funditùs everterent, illius auctoritatem labefactare primò aggressi sunt; negabant igitur Paulum Christi apostolum esse, sed simplicem asserebant apostolorum discipulum; imò, qui doctorum suorum mentem non esset assecutus; quandoquidem, aiebant, apostoli Evangelium cum lege evangelicâ miscent; ita, inquiebant, Jerosolymis Jacobus; ita et Petrus, apostolorum princeps, qui nuper Antiochiæ, gentilium conversorum, sed non circumcisorum consuetudinem devitabat. Insuper et Paulum ipsum accusabant, tanquàm hâc in re varium; simulationis calumniam Paulo intendebant, ait D. Chrysostomus, dicentes : Hic ipse qui tollit circumcisionem, alibi visus est iis uti quæ damnat, aliter vobis, aliter aliis prædicans.

Talibus commentis ita subrepti sunt Galatæ, ut circumciderentur, dies observarent, et menses, et tempora, et annos, ut dicitur c. 4, v. 10.

Quibus ad Paulum perlatis, ex unâ parte animadvertens Apostolus, quanti momenti esset hic Judæo-Christianorum error : erat enim à Christo apostasia, et, ut ipse initio et in progressu sermonis declarat, Evangelii subversio, c. 1, v. 7; ex alterâ parte considerans quantum inde impedimentum foret conversioni gentium, cujus ipsi cura specialiter demandata fuerat; partim irâ justâ commotus, partim immenso dolore correptus, ait D. Chrysostomus, zelo suo succensus scribit ad Galatas plenam vehementiæ Epistolam, ut cuivis, vel ex ipso statim lectionis ingressu, perspicuum est, ait Chrysostomus: increpat potiùs quàm doceat, ait D. Hieronymus; increpat, sed ab errore, quo decepti erant, revocando.

Et quia pseudo-apostoli apostolatum Paulo denegaverant, hinc magno animo statim, in ipso Epistolæ exordio, ostendit se non minùs quàm alios apostolos, apostolatum à Christo Domino accepisse; imò cum hâc speciali sibi prærogativâ, quòd à Christo glorioso,

Cùm per apostoli Pauli prædicationem, inter alios etiam Galatæ verbum veritatis, hoc est, fidem christianam, rectè edocti essent, adeò ut et pro Christi nomine multa adversa tolerarent, et virtute Spiritûs sancti per Christum accepti, apud eos etiam miracula ederentur; post Apostoli recessum, à falsis quibusdam fratribus qui ex circumcisione erant sollicitati, ad circumcisionem cæterasque Mosaicæ legis cæremonias traducti sunt; non ita quidem ut Christum penitùs abjicerent, sed ut legem cum Christo conjungerent, atque miscerent. Illi namque pseudo-apostoli, Christum, ut doctorem ac præconem veritatis recipiebant; redemptorem verò auctoremque justitiæ non agnoscebant; et cæremoniis, peccatorum veniam, à Christo, doctrinæ veritatem et exempla perfectæ justitiæ quærenda, docebant, quasi nihil aliud esset Christi Evangelium, quàm hominis ad pietatem institutio, non item impii justificatio. Quod eatenùs postea secutus est Pelagius hæresiarcha, ut doctrinæ legis ac libero arbitrio salutaria virtutum opera et mandatorum Dei observationem adscriberet; solam peccatorum remissionem Christi merito reservans. Cùm verò memorati pseudo-apostoli scirent omnem Pauli conatum in hoc esse, ut gratiæ Christi ad benè sanctèque vivendum necessitatem ostenderet, legis infirmitatem ostenderet, legis infirmitatem argueret, cæremoniarum cessationem prædicaret, neque exemplo patientiæ Christi contentus, sacramentum crucis inculcaret; multis modis laborabant ut illius auctoritatem elevarent ac deprimerent. Quod et discimus ex utrâque ad Corinthios Epistolâ. Itaque eum negabant verum Christi apostolum, id est, à Christo missum, ut qui Christum in carne non vidisset, sed esse discipulum apostolorum, qui doctrinam illorum nec satis intelligeret, nec fideliter referret. Cæteros apostolos, quibus velut Christi quondam familiaribus, et apud fideles auctoritate primis, potiùs esse credendum, aiebant aliud longè sentire ac docere quàm Paulus doceret. Nam quia videbant apostolos Judæis adhuc usum legalium cæremoniarum indulgere, ipsosque etiam, dùm inter Judæos agerent, legem observare (siquidem mortua quidem lex erat, sed nondùm mortifera), arbitrabantur eorum doctrinam ab his quæ Paulus docebat planè discrepare; neque considerantes hujusmodi facti ipsorum rationem, neque causam gentilium ac

et in cœlis regnante, suum apostolatum acceperit, v. 1. Pergit ostendendo se nihil aliud docere quàm quod doceant Petrus, Joannes et Jacobus, seque semper eadem sensisse et docuisse; narrat insuper quid ipsi acciderit Antiochiæ circa Petrum; fortè, quia factum hoc malitiosè relatum fuerat à pseudo-apostolis, et ipso abutebantur ad errorem suum : deinde multis Scripturæ testimoniis et rationibus probat legalium cæremoniarum insufficientiam et inutilitatem ad salutem, hominem verò ex fide Christi justificari.

Sic autem Galatas has docet veritates, ut et eos frequenter hortetur ad servandam in suâ puritate fidem.

Denique pro suo more, in ultimis præsertim capitibus, varia circa mores præbet documenta.

Hujus igitur Epistolæ argumentum præcipuum, sicut et illius quæ ad Romanos, est hominem, non ex lege, sed ex fide Christi justificari. Hinc à multis aspicitur, quasi Epistolæ ad Romanos compendium et epitome, multas habens cum illâ communes sententias, rationes, phrases et discursus; cum hoc tamen discrimine, quòd in Epistolâ ad Romanos Paulus arguit tam Judæos quàm gentiles, hic solas gentes; ibi rejicit opera, tum naturæ, tum legis, hic legis tantùm, ut fidem et opera fidei stabiliat.

An verò hæc ad Galatas Epistola præcesserit Epistolam ad Romanos, an subsecuta fuerit, res est apud auctores valdè dubia : exemplaria Græca, versio Syriaca et Arabica Romæ scriptam asserunt; idem affirmant D. Athanasius in Synopsi, D. Hieronymus, Theodoretus in præfatione Epistolarum D. Pauli, et post ipsos Estius; juxta quos omnes hæc Epistola posterior est eâ quæ ad Romanos est, et scripta an. 60.

Hujus opinionis præcipuum fundamentum est, quòd in Epistolâ ad Romanos, cap. 15, v. 26, D. Paulus dicat : *Probaverunt Macedonia et Achaia collationem aliquam facere in pauperes*, etc.; et v. 28 : *Hoc igitur cùm consummavero*, etc. Tunc ergo, inquiunt, occupabatur Apostolus in colligendâ pro sanctis pauperibus Jerosolymitanis eleemosynâ; in hâc verò ad Galatas Epistolâ, cap. 2, v. 10, id à se jam perfectum esse testatur. Ergo hæc illâ posterior.

D. tamen Chrysostomus, Theophylactus in argumento Epistolæ ad Romanos, Baronius, tom. 1, negant Romæ scriptam esse, quia in hâc Epistolâ D. Paulus suorum vinculorum non meminit, sicut in aliis Epistolis Romæ scriptis; volunt ergo ante Romanam fuisse scriptam Ephesi, vel Philippis, aut in aliâ urbe Græciæ, an. Christi 58. Imò recentiores aliqui eam putant scriptam ante primam ad Corinthios, an. 55 aut 56. Ita D. de Tillemont, quod tamen non asserit ut certum. (Vide *Mémoires*, etc., *note 42 sur S. Paul.*) Idem opinatur, dubitando tamen, auctor Analysis argument.

Ex supradictis concludo quòd non possit certò definiri ubi et quando scripta fuerit hæc Epistola, quæ, quoad hoc, est omnium Epistolarum D. Pauli incertissima, ait Cornelius à Lapide in præfatione.

Itaque præstat ignorantiam hâc in re fateri, quàm quod ignoratur affirmare.

Judæorum discernentes. Accedebat quòd Petrus, apostolorum princeps, etiam nunc cùm esset Antiochiæ, quæ gentilium, non Judæorum, civitas erat, à cibis et mensâ gentilium sese de industria subtraxerat, tanquàm facto suo doceret à cibis lege vetitis ubique et omnibus sine discrimine abstinendum esse; proindeque legis cæremonias omnibus esse observandas. Ad hæc apostolus Paulus ita respondet hâc Epistolâ, ut inprimis et dignitatem apostolatûs sui adversùs pseudo-apostolos tueatur, et suæ doctrinæ cum reliquis apostolis concordiam, ex habitâ inter ipsos collatione, comprobet. Cæterùm de facto Petri sic loquitur, ut eum propter hoc palàm à se reprehensum dicat; qui tamen etiam ipse, priusquàm quidam à Jacobo fratres Judæi advenirent, cum gentibus cibum sumpserit; ut eo quoque quod Petrus fecerat, adversariorum propositum elidat. Mox rationibus, et adductis è Scripturâ veteri testimoniis, ab errore Galatas revocat, videlicet ex ipsâ lege, legis abrogationem ostendens. Interim varios affectus passim inspergit Epistolæ; modò admirans, modò increpans, nunc obsecrans, alibi obtestans ac denuntians; quòd his modis, velut prudens medicus, sciret cum iis ad quos scribebat, pro eorum ingenio agendum esse : quippe qui et Timotheum instruat dicens : *Argue, obsecra, increpa, in omni patientiâ et doctrinâ*; et Tito præcipiat Cretenses durè increpandos ut sani sint in fide. Quod autem in aliis Epistolis facit, ut post doctrinam fidei, subjiciat præcepta morum, id et in hâc præstitit, mores informans à medio quinti capitis usque ad finem.

Porrò convenit argumentum hujus Epistolæ cum eâ quæ ad Romanos scripta est, quòd in utrâque doceat Apostolus, non ex lege et cæremoniis, sed ex fide Christi, hominem justificari. Verùm hoc interest, quòd ad Romanos scribens intentionem magis dirigat contra opera legis quâ parte mortalis est; in quibus adversùs gentiles gloriabantur Judæi : hic verò præcipuè contra cæremonias, ad quarum observationem à pseudo-apostolis Galatæ (qui gentiles erant) urgebantur. Illud huic Epistolæ peculiare, quòd (sicut etiam à B. Hieronymo observatum est) ipsa sola, inter tredecim Paulinas non ad unius civitatis fideles scripta est, sed ad totius provinciæ. Nam Galatia, non urbis, sed regionis nomen est, in Asiâ minore sita, in quâ, teste Augustino, libro de Unitate Ecclesiæ, capite duodecimo, Ecclesiæ erant innumerabiles. Ea *Gallo-Græcia* alio nomine vocata fuit, quòd in eam Græciæ partem Galli quondam, ob finium suorum angustiam, commigrâssent.

Ubi et quando scripta sit hæc Epistola, non constat. Ex Epheso missam esse, testatur argumentum Latinis exemplaribus præfixum; at Græcorum subscriptio missam esse vult ex urbe Rom.; quod consistere non potest, si ante Epistolam ad Rom. scripta est, ut sentit Theophylactus. Atqui verisimilius est postea scriptam esse; nam ad Rom. scribens Apostolus, capite decimo quinto, significat se jam tum occupari in eleemosynâ colligendâ pro sanctis pauperibus qui erant Jerosolymis; in hâc verò Epistolâ id ipsum tanquàm à se jam perfectum refert his verbis, capite secundo : *Tantum ut pauperum memores essemus; quòd etiam sollicitus fui hoc ipsum facere.* Eâdem ratione Romæ potiùs quàm Ephesi scriptam apparet; cùm enim in Asiâ versaretur Apostolus, ubi Ephesus est, id adhuc agebatur ut Achaia et Macedonia collationem facerent in pauperes memoratos. Sed nec ideò negandum Romæ scriptam esse, quòd in eâ nullam faciat vinculorum suorum mentionem, sicut in cæteris quæ ex urbe Româ missæ sunt, scilicet ad Ephesios, ad Philippenses, ad Philemonem, et alterâ ad Timotheum; nam, ut taceam, per *stigmata Christi*, quæ

dicit *in corpore suo gestare*, capite ultimo, posse vincula, aut vinculorum cicatrices intelligi; facilè responderi potest Paulum Romæ agentem non semper in vinculis fuisse, sed aliquando, post primam defensionem, liberatum. Nunc ipsum Apostolum audiamus.

CAPUT PRIMUM.

1. Paulus apostolus non ab hominibus, neque per hominem, sed per Jesum Christum, et Deum Patrem, qui suscitavit eum à mortuis;

2. Et qui mecum sunt omnes fratres, ecclesiis Galatiæ.

3. Gratia vobis et pax à Deo Patre, et Domino nostro Jesu Christo,

4. Qui dedit semetipsum pro peccatis nostris, ut eriperet nos de præsenti seculo nequam, secundùm voluntatem Dei et Patris nostri,

5. Cui est gloria in secula seculorum. Amen.

6. Miror quòd sic tam citò transferimini, ab eo qui vos vocavit in gratiam Christi, in aliud Evangelium:

7. Quod non est aliud, nisi sunt aliqui, qui vos conturbant, et volunt convertere Evangelium Christi.

8. Sed licèt nos, aut angelus de cœlo evangelizet vobis præterquàm quod evangelizavimus vobis, anathema sit.

9. Sicut prædiximus, et nunc iterùm dico: Si quis vobis evangelizaverit præter id quod accepistis, anathema sit.

10. Modò enim hominibus suadeo, an Deo? an quæro hominibus placere? Si adhuc hominibus placerem, Christi servus non essem.

11. Notum enim vobis facio, fratres, Evangelium quod evangelizatum est à me, quia non est secundùm hominem.

12. Neque enim ego ab homine accepi illud, neque didici, sed per revelationem Jesu Christi.

13. Audistis enim conversationem meam aliquando in Judaismo; quoniam supramodùm persequebar Ecclesiam Dei, et expugnabam illam;

14. Et proficiebam in Judaismo supra multos cœtaneos meos in genere meo, abundantiùs æmulator existens paternarum mearum traditionum.

15. Cùm autem placuit ei qui me segregavit ex utero matris meæ, et vocavit per gratiam suam,

16. Ut revelaret Filium suum in me, ut evangelizarem illum in gentibus, continuò non acquievi carni et sanguini;

17. Neque veni Jerosolymam ad antecessores meos apostolos; sed abii in Arabiam, et iterùm reversus sum Damascum:

18. Deinde post annos tres veni Jerosolymam videre Petrum, et mansi apud eum diebus quindecim;

19. Alium autem apostolorum vidi neminem, nisi Jacobum fratrem Domini.

20. Quæ autem scribo vobis, ecce coram Deo, quia non mentior.

21. Deinde veni in partes Syriæ et Ciliciæ.

22. Eram autem ignotus facie ecclesiis Judææ, quæ erant in Christo;

23 Tantùm autem auditum habebant: Quoniam

CHAPITRE PREMIER.

1. Paul établi apôtre, non par les hommes, ni par un homme, mais par Jésus-Christ et Dieu son Père, qui l'a ressuscité d'entre les morts,

2. Et tous les frères qui sont avec moi aux églises de Galatie.

3. Que la grâce et la paix vous soient données par Dieu le Père et par notre Seigneur Jésus-Christ,

4. Qui s'est livré lui-même pour nos péchés et pour nous retirer de la corruption du siècle présent, selon la volonté de Dieu notre Père,

5. A qui soit gloire dans tous les siècles des siècles. Amen.

6. Je m'étonne qu'abandonnant celui qui vous a appelés à la grâce de Jésus-Christ, vous passiez si tôt à un autre Evangile.

7. Ce n'est pas qu'il y en ait un autre, mais c'est qu'il y a des gens qui vous troublent, et qui veulent renverser l'Evangile de Jésus-Christ.

8. Mais quand nous vous annoncerions nous-mêmes, ou quand un ange du ciel vous annoncerait un Evangile différent de celui que nous vous avons annoncé, qu'il soit anathème.

9. Je vous l'ai dit, et je vous le redis encore une fois: Si quelqu'un vous annonce un Evangile différent de celui que vous avez reçu, qu'il soit anathème.

10. Car enfin est-ce des hommes ou de Dieu que je désire maintenant d'être approuvé? ou ai-je pour but de plaire aux hommes? Si je voulais encore plaire aux hommes, je ne serais pas serviteur de Jésus-Christ.

11. Je vous déclare donc, mes frères, que l'Evangile que je vous ai prêché n'a rien de l'homme;

12. Parce que je ne l'ai reçu ni appris d'aucun homme, mais par la révélation de Jésus Christ;

13. Car vous savez de quelle manière j'ai vécu autrefois dans le Judaïsme, avec quel excès de fureur je persécutais l'Eglise de Dieu et la ravageais;

14. Me signalant dans le Judaïsme au-dessus de plusieurs de ma nation et de mon âge, et ayant un zèle démesuré pour les traditions de mes pères.

15. Mais lorsqu'il a plu à Dieu, qui m'a choisi particulièrement dès le ventre de ma mère, et qui m'a appelé par sa grâce,

16. De me révéler son Fils, afin que je le prêchasse parmi les nations, je l'ai fait aussitôt, sans prendre conseil de la chair et du sang.

17. Et je ne suis point retourné à Jérusalem, vers ceux qui étaient apôtres avant moi, mais je m'en suis allé en Arabie, et puis je suis revenu encore à Damas.

18. Ainsi trois ans s'étant écoulés, je retournai à Jérusalem pour visiter Pierre; je demeurai quinze jours avec lui;

19. Et je ne vis aucun des autres apôtres, sinon Jacques, frère du Seigneur.

20. Je prends Dieu à témoin que je ne mens point en tout ce que je vous écris

21. J'allai ensuite dans la Syrie et dans la Cilicie.

22. Or les églises de Judée, qui croyaient en Jésus-Christ, ne me connaissaient pas de visage.

23. Ils avaient seulement entendu dire: Celui qui

qui persequebatur nos aliquando, nunc evangelizat fidem quam aliquando expugnabat;

24. Et in me clarificabant Deum

autrefois nous persécutait annonce maintenant la foi qu'il s'efforçait alors de détruire.

24. Et ils rendaient gloire à Dieu à mon sujet.

ANALYSIS.

Quia pseudo-apostoli Paulum negabant apostolum, et apostolorum discipulum tantummodò dicebant; hinc in ipsâ salutatione auctoritatem suam et auctoritatis originem declarat.

Primò, removet originem falsò imputatam, non ab hominibus; *deinde assignat veram*, sed per Jesum Christum. *Ut autem statim ab initio viam sibi paret ad nostram justificationem in Christi Domini meritis stabiliendam, non in legalibus, ut falsò docebant pseudo-apostoli, gratiam et pacem Galatis optat* à Deo Patre, *omnis gratiæ fonte, et* à Domino nostro Jesu Christo, *qui per suam mortem nobis gratiam promeruit. Hisque quasi præambulis in proœmio dictis,*

ỳ 6. *Aperit factum, hujus Epistolæ occasionem, illudque et ejus circumstantias cum quodam stupore narrat: Miror quòd à Christo defeceritis, et quòd celerrimè defeceritis, et quòd ad aliud Evangelium deflexeritis.*

ỳ 7. *Semetipsum corrigens asserit quòd non sit aliud Evangelium; unum tantummodò est, Christi scilicet Evangelium, quod subvertunt pseudo-apostoli.*

ỳ 8. *Zelo succensus in tales Evangelii subversores, semel et iterùm anathema dicit omnibus quibuscumque aliud docentibus quàm quod eos ipse docuit.*

ỳ 10. *Animadvertens quòd hæc excommunicatio superbos illos sit offensura magistellos, semetipsum interrogans, quærit an apud homines, an apud Deum causam dicat? Num studium meum est ut hominibus placeam, an potiùs ut placeam Deo? Deinde sibimet respondens dicit: Si hominibus placere voluissem, adhùc à Judæis starem, et christianus non essem. Ferit ex obliquo adversarios, quibus studium erat ut Judæis placerent.*

A v. 11 *usque ad capitis finem, ut refutet pseudo-apostolorum calumniam dicentium quòd Paulus non esset apostolus Christi, sed apostolorum tantùm discipulus quorum doctrinam ne intellexerat quidem, ostendit se à nullo homine neque doctrinam, neque missionem accepisse, sed utramque à Christo immediatè per revelationem. Ante conversionem meam, apostolos et Ecclesiam Christi persequebar, sicque ab eis nihil didici. Post conversionem, nullum illorum vidi ut ab eo discerem. A Christo itaque edoctus et copioso sancti Spiritûs dono repletus, et credidi, et ubique Christum prædicavi.*

PARAPHRASIS.

1. Paulus apostolus institutus, non ab hominibus, arbitratu suo, neque etiam à Deo per hominem purum, sed ab ipso Jesu Christo, Homine-Deo, non mortali quidem, et inter homines vivente, sed in cœlum evecto, et à dextris Dei sedente, seu in divinâ potestate constituto, imò per ipsum, à Deo Patre, qui suscitavit eum à mortuis, et à quo omnis Christi potestas;

2. Paulus, inquam, et omnes fratres qui mecum sunt, Ecclesiis Galatiæ scribit, seu precatur quod sequitur:

3. Gratia et pax vobis detur à Deo Patre et à Domino nostro Jesu Christo,

4. Qui tradidit semetipsum in mortem pro peccatis nostris delendis, ut eriperet nos de corruptione hujus seculi; dedit, inquam, semetipsum hostiam pro nobis, ex voluntate Dei Patris sui per naturam, et nostri per gratiam;

5. Cui pro tanto et tam eximio beneficio sit æternus honor. Amen.

6. Miror quòd ita et tam citò deficitis à Deo, qui vos vocavit in gratiam Christi, et transferimini in aliam doctrinam, quasi esset Evangelium.

7. Non quòd sit aliud Evangelium, sed sunt quidam falsi doctores qui vos conturbant et volunt Christi Evangelium subvertere, docendo quæ Christus non docuit, nec per se, nec per apostolos suos.

8. Sed licèt aut nos, mente mutatâ, aut angelus, si fieri posset, evangelizet vobis contrarium quid ei quod vobis evangelizavimus; anathema sit.

9. Dixi jam, et nunc iterùm dico: Si quis vobis annuntiaverit Evangelium aliud quàm quod accepistis; anathema sit.

10. At hæc scribens, num causam dico apud homines, an apud Deum? Num studium meum est ut hominibus placeam, an potiùs ut placeam Deo? Si adhùc hominibus placere studerem, Christi servus, seu christianus, non essem.

11. Itaque notum vobis facio et omnibus notum esse cupio quòd Evangelium à me prædicatum non sit ab homine nihilque habeat humanum.

12. Quia illud non accepi ab hominis cujuspiam traditione, neque illud didici alicujus hominis interventu, seu magisterio, sed per revelationem immediatè mihi factam à Jesu Christo.

13. Scitis qualis fuerim; et licèt magnum sit inter Palæstinam et Galatiam intervallum, ad vos tamen pervenit meæ conversationis rumor. Notum est omnibus quòd tunc eram infensus hostis Ecclesiæ, quam persequebar, quam expugnabam, et quam funditùs evertere cupiebam ardentissimè.

14. Audistis et meum in Judaicâ religione supra coætaneos meos Judæos progressum, scilicet in majori legis notitiâ, in majori Judaicæ religionis studio, et in ardentiori zelo erga doctrinam et instituta à majoribus accepta.

15. Cùm autem placuit Deo illud in me exsequi ad quod me ex utero matris meæ destinârat, cùm, inter

quam, singulari suâ in me benevolentiâ me tunc hostem suum misericorditer vocavit, Act. 9, 5;

16. Filiumque suum, quem persequebar ignorans, cognitum mihi fecit, revelatione divinâ animum illustrante, et fidei mysteria docente, ut illum prædicarem gentibus, statim et sine morâ illum ubique annuntiavi, inconsulto mortali quolibet, nulliusque hominis capto consilio, aut auditâ doctrinâ.

17. Neque cucurri Jerosolymam ut consulerem Petrum, Joannem, et Jacobum, qui ante me vocati sunt ad apostolatum et tunc Jerosolymis agebant, sed abii in Arabiam, et hinc reversus sum Damascum.

18. Deinde post tres annos ivi Jerosolymam, non discendi studio, sed honoris priori apostolo deferendi gratiâ, apud quem fui per dies tantùm quindecim, tempus sanè brevius quàm opus fuisset ut ab eo discerem Evangelium, quod aliunde non fuissem edoctus.

19. Alium autem non vidi, quia alii aliò iverant apostoli ut Evangelium prædicarent; solum vidi Jacobum, Domini consobrinum, filium quidoe Mariæ Cleophæ sororis B. Mariæ Virginis.

20. Hæc autem omnia facta sub juramento vobis assevero, utpote magni momenti et creditu necessaria, ut non puter apostolorum discipulus, ab illis edoctus et missus, sed ut credar quòd sum reverà apostolus Christi et ab ipso Christo edoctus et missus.

21. Deinde veni in partes Syriæ et Ciliciæ; in nullâ itaque Judææ urbe aut regione immoratus sum, ubi christianam religionem edocerer.

22. Ignotus eram, etc.; ergo nec dici potest quod de me spargunt falsi doctores, scilicet quòd apud Judæos docuerim necessitatem circumcisionis suscipiendæ legisque servandæ.

23. Rumor tantùm apud illos de me percrebuerat, quoniam ille qui nos aliquando persequebatur nunc annuntiat hanc ipsam fidem quam priùs expugnabat.

24. Et ex me sumebant occasionem Deum laudandi, cùm me viderent ex lupo factum pastorem et pastoris munia gerentem.

COMMENTARIA.

Vers. 1. — Paulus apostolus non ab hominibus.... Proœmium sanè convenientissimum et quod, ut ait Theodoretus, illatam in Paulum calumniam statim redarguit. Recordare dictorum in præfatione. Ut apud Galatas errorem suum faciliùs inducerent falsi doctores, et D. Pauli doctrinam funditùs everterent; illius auctoritatem labefactare primò aggressi sunt; negârunt ergo eum Christi apostolum esse; asseruerunt eum apostolorum duntaxat esse discipulum, et ab eis missum, sed qui eorum doctrinam et mentem non esset assecutus. Hinc D. Paulus, non ut se cæteris apostolis eminentiorem ostendat, sed ut erroris et deceptionis argumentum et materiam dissolvat, sic exordiitur : *Paulus apostolus, non ab hominibus.....*

Primò, removet auctoritatis suæ originem falsò et malitiosè à pseudo-apostolis imputatam. *Non ab hominibus...*, id est, munus apostolicum impositum est mihi, *non ab hominibus*, arbitratu suo, vel auctoritate suâ,

Neque per hominem, imò nec à Deo per hominem purum, ut, v. g., Matthias à Spiritu sancto per apostolos, vel *non ab hominibus* simul congregatis, v. g., apostolorum collegio, *neque per unum...* inter alios præcipuum, v. g., per Petrum apostolorum principem, per Joannem et Jacobum, inter apostolos columnas.

Secundò, assignat veram apostolatûs sui causam.

Sed per Jesum Christum, sed ab ipso Jesu Christo, non mortali quidem et apud homines agente, sed immortali, glorioso, à dextris Dei sedente, seu in divinâ omnipotentiâ constituto.

Et Deum Patrem, qui suscitavit... Et consequenter per ipsum à Deo Patre, qui Jesum suscitavit à mortuis, in dexterâ suâ collocavit, caput super omnem Ecclesiam constituit, omnemque ei potestatem in cœlo et in terrâ dedit.

Triplicem in his D. Pauli verbis adverte missionem. Primam ab hominibus et per homines solos, estque tota humana, qualis est hæreticorum, pseudo-apostolorum, et utinam talis non sit missio multorum, qui hodiè per amicos ad beneficia promoventur ab hominibus et per homines. Secundam à Deo per hominem, hæcque partim est divina, partim humana; divina, quoad institutionem; humana, quoad communicationem. Talis fuit missio S. Matthiæ (à Deo per apostolos), talis et missio episcoporum et aliorum ipsis subordinatorum, ritè et canonicè vocatorum; vocantur enim et mittuntur à Deo per homines. Tertiam, quæ tota divina est fitque à Deo immediatè, seu à Domino nostro Jesu Christo, Deo homine; qualis fuit missio D. Pauli et aliorum apostolorum. Hic quilibet Ecclesiæ minister suam examinet missionem et de semetipso coram Deo judicet : An à Deo, an ab hominibus solis, et à meipso in prælaturam sum evectus, an divina, an humana missio mea? Sicut nullus major defectus quàm defectus potestatis, ita nihil periculosius intrusione, seu carentiâ missionis.

Vers. 2. — Et qui mecum sunt omnes fratres, ecclesiis Galatiæ. D. Chrysostomus notat hic tria discrimina inter hanc et cæteras D. Pauli Epistolas. Primum, in aliis Epistolis suum nomen solum apponit, aut duorum aut trium tantummodò nomina; in hâc totam multitudinem posuit : *Omnes fratres*. Se-

Vers. 1. — *Paulus apostolus non ab hominibus*, scilicet puris, sed à Christo homine ac Deo, *neque per hominem, sed per Jesum Christum*, qui non est purus homo, sed homo Deus. Vult enim dicere se non ab homine, neque à Deo per hominem, sed immediatè ab ipso Deo vocatum esse.

Et Deum Patrem Jesu Christi naturalem, significat autem se factum apostolum à Deo Patre per Christum Filium ejus.

Qui suscitavit eum à mortuis. Hoc addit ut tacitè saltem innuat, à Christo per resurrectionem immortali se constitutum apostolum; quod nulli contigerat aliorum.

Vers. 2. — *Et qui mecum sunt omnes fratres*, etc.,

cundum, aliæ Epistolæ ad unam civitatem, seu ecclesiam diriguntur, hæc ad omnes ecclesias Galatiæ. Tertium, in aliis addit : Dilectis, sanctificatis ecclesiis Dei ; hic simpliciter : *ecclesiis Galatiæ*.

Horum autem discriminum rationem reddit idem D. Chrysostomus. Ratio primi, ut diluat Apostolus illatam sibi calumniam quòd ipse solus hæc prædicaret, et novam dogmatum rationem inveheret. Hinc ut declaret quòd multos habeat ejusdem sententiæ socios, ait : *Et qui mecum sunt omnes fratres*, quasi ex illorum consilio scriberet. Ratio secundi, quia totam Galatarum gentem erroris incendium pervaserat. Ratio tertii, quia ab Evangelio declinare jam cœperant : hoc erat, inquit, ægrè affecti animi suumque dolorem aperientis, quòd non poterat eos à charitate appellare, sed à solâ congregatione.

Vers. 3. — Gratia vobis et pax... Hæc apostolica salutatio omnia spiritualia bona continet, gratia nempe est vitæ spiritualis principium, pax est quietatio mentis in fide, seu, ut ait D. Augustinus, reconciliatio ad Deum. Optando igitur principium et finem bonorum spiritualium, optat et omnia bona quæ sunt inter hæc duo extrema.

Hinc frequens esse debet et in usu apud omnes Christianos hæc apostolica salutatio : *Gratia vobis et pax*.

A Deo Patre et Domino nostro Jesu Christo. Duos notat fontes horum spiritualium bonorum, seu duo salutis nostræ principia, scilicet Deum et Christum; Deus, ut pater, ut bonus, fons est gratiæ et pacis; Christus, ut salvator, per suam mortem, nobis gratiæ et pacis fons est. Deus causa principalis; Christus meritoria.

Vers. 4. — Qui dedit semetipsum... Assignat modum quo Christus nobis meruit gratiam, quasi diceret : Christus Jesus est nobis causa gratiæ et pacis, quia *dedit semetipsum* victimam pro peccatis nostris. *Dedit se* liber et volens, fuit enim sacerdos et victima ; sacerdos, quia obtulit ; hostia, quia *semetipsum dedit* et obtulit ; idque quia ipse voluit, Isaiæ 53, 7.

Secundum voluntatem Dei..., id est, ita liberè ut tamen ex decreto Patris sui et nostri : sui per naturam, nostri per gratiam.

Ut eriperet nos de præsenti seculo nequam, id est, de corruptione hujus seculi. Sicut D. Joannes mundum dicit in maligno positum, non quòd mundus sit malus, sed quia in mundo mala fiunt ab hominibus, ita seculum nequam dicitur hic ab Apostolo, non quod spatium temporum bonum sit, aut malum per semetipsum, sed per eos qui in illo sunt, aut bonum appellatur, aut malum, ait D. Hieronymus.

Itaque seculum nequam est metonymia, seu seculum ponitur pro iis quæ sunt et quæ fiunt in seculo. Per hæc autem verba, *ut eriperet nos de præsenti seculo nequam*, seu de corruptione hujus seculi pessimi, Apostolus effectum mortis Christi designat. Sicut ergo priùs indicavit Christum, gratiæ fontem, ita et hic modum ostendit quo Christus gratiam et justitiam nobis promeruit. Et hoc non sine causâ, sed ut in ipso exordio pseudo-apostolorum refellat errores.

Itaque si laudabile dicitur exordium illud quo præparatur auditor ad id quod in sermone vult orator demonstrare, hoc sanè laudabilissimum quo D. Paulus viam sibi parat ad refellendum pseudo-apostolorum errorem, qui in legalibus et à legalibus remissionem peccatorum et justitiam requirebant. Aiebant enim quòd à Christo quidem veritatis doctrina et vitæ exemplum essent repetenda, à Moyse verò et à lege peccatorum remissio. Quod ut et in ipso exordio refellat Apostolus, Christum designat justitiæ fontem, et modum notat quo nobis justitiam et gratiam promeruit.

Vers. 5. — Cui est gloria... : cui sit æternus honor pro tanto et tam eximio beneficio. Ineffabilis hujus erga te Dei amoris recordare. *Sic Deus dilexit mundum, ut Filium suum unigenitum daret....* Ob hoc æternus ei sit honor et gloria.

Vers. 6. — Miror quod sic tam cito.... Græc.: *Miror quòd tam citò*. Non est *sic tam*, sed *tam citò*. Ambrosius tamen habet, *sic tam citò*, et, teste ipso Erasmo qui hanc lectionem putat absurdam, reperitur apud Tertullianum et D. Augustinum. Exponit Apostolus factum ob quod illis scribit ; et ut de eo horrorem illis incutiat, et factum ex abrupto et cum admiratione declarat, et omnes illius enormitates paucissimis verbis exprobrat. *Miror quòd sic...* Singula verba vim habent et sunt ponderanda. *Miror*, nec concipio ; insolita et incognita miramur ; *quòd sic*, scilicet quòd postquàm tantam à Deo gratiam accepistis ; postquàm tot bona opera, Christi gratiâ fecistis ; postquàm tam multa pro Christo passi estis, cap. 3, v. 4. Iis itaque verbis et confusionem illis parit, et suam simul erga

subaudi, scribunt, aut precantur.

Vers. 3, 4. — *Gratia vobis et pax à Deo Patre et Domino nostro Jesu Christo, qui dedit semetipsum pro peccatis nostris ;* id est, tradidit semetipsum in mortem pro peccatis delendis ; utique secundùm naturam humanam, quâ solâ mori potuit.

Ut eriperet nos de præsenti seculo nequam. Seculum nequam est secularis et carnalis vita et conversatio, qualem agit et ad quam invitat hic mundus, mundanique homines, qui hujus tantùm seculi bona, opes videlicet, honores ac voluptates per fas et nefas aucupantur.

Secundùm voluntatem Dei et Patris nostri. Christum tradidisse seipsum in mortem, ex voluntate, decreto et præcepto Patris, vel ad effectum hujus spontaneæ traditionis, significatum verbis subsequentibus.

Vers. 5. — *Cui est gloria in secula seculorum : Amen;* id est, fiat. Sensus : Qui pro tanto beneficio dignus est à nobis et ab omnibus glorificari per secula semper duratura, id est, in omnem æternitatem.

Vers. 6. — *Miror quòd sic tam citò transferimini*, etc. Miror vos tam citò post fidem Christi susceptam, ab eo qui vos admirabili benignitate vocavit in gratiam Christi Filii sui, id est, ad participationem gratuitorum ejus beneficiorum, transferri seu traduci in aliud evangelium, sive in aliam doctrinam, quæ pro Evangelio vobis obtruditur, q. d. : Miror quòd apostatatis tam facilè à Deo et à Christo, qui vos vocavit tam gratiosè et amanter, quòd gratiæ ejus sitis tam ingrati et immemores, eamque aspernemini.

illos existimationem ostendit. *Tam citò*. Duplicem illis impingit culpam, et quòd defecerint, et quòd celerrimè defecerint.

Transferimini, non dixit translati estis, sed *transferimini*, ut indicet quòd credat nondùm factam esse circumventionem, et ut, hoc modo, ab eà revocet.

Ab eo, qui vos vocavit..., id est à Deo Patre, qui vos, suà misericordiâ, vocavit in gratiam Christi, id est, ad sanctificationem, quæ in Christianismo datur, et consequenter à Jesu Christo, cujus gratiâ et vocati et sanctificati fuistis. Ut Galatas ab errore revocet, horrendam illius enormitatem eis exhibet; nimirùm defectio est à Deo Patre, et à Jesu Christo. Falsi doctores ut Galatas seducerent, suam Judaismi cum Christianismo mixturam vocabant Christianismum. Hæc erat illorum fraus, ait D. Chrysostomus; sed est omnium impostorum, hæreticorum fraus. Apostolus fraudem detegit, hancque mixturam proprio nomine designat; nimirùm, defectio est à Deo Patre, qui vos vocavit, et à Jesu Christo, ad quem estis vocati.

In aliud Evangelium. Ita doctrinam suam vocabant falsi doctores; sed hoc evertit Apostolus in v. 7, dicens : Quod non est aliud. Itaque miror quòd à Deo et à Jesu Christo defecistis, et celerrimè defecistis, et ad novum aliud Evangelium deflexistis. Hoc obstupescens in Galatis miratur Apostolus; et non sine mentis commotione hoc illis exprobrat.

Observatio moralis.

Sed, heu! in quot Christianis hoc ipsum videmus, nec tamen miramur? quot à Deo et à Jesu Christo, cui nomen in baptismo dederunt, deficiunt? et celerrimè, in ipsâ adolescentiâ et juventutis flore deficiunt? et toto vitæ tempore, aliud evangelium, mundi vanitates, diaboli pompas sequuntur, quibus abrenuntiârunt? Nostra hæc desertio pejor est Galatarum defectione; Judaismum Galatæ nusquàm abrenuntiârant, ad quem accesserunt; nos mundi vanitatibus et diaboli pompis in baptismo renuntiavimus, ad quas tamen recurrimus. Hincque nostra defectio quasi duplex, aut saltem dupliciter rea; à Jesu Christo deficimus, cui nomen dedimus; ad Satanæ pompas recurrimus, quibus solemniter renuntiavimus. Hujus desertionis reatum, ô Deus misericors! da nobis intelligere, horrere, flere; ut tandem post prævaricationem dolentes et pœnitentes redeamus ad cor. *Redite, prævaricatores, ad cor.*

Vers. 7. — Quod non est aliud... Exponit Apostolus quod v. 6 dixit, *in aliud evangelium;* et quasi semetipsum corrigens, addit : *Quod non est aliud*, id est, cùm tamen non sit aliud, etc. : unum enim solum est Evangelium.

Vers. 7.— *Quod non est aliud*, q. d. : Transfertis vos ad aliud evangelium, quale tamen aliud non est : nullum enim verum evangelium aliud est ab eo quod ego vobis prædicavi.

Nisi sunt aliqui, qui vos conturbant, et volunt convertere Evangelium Christi; sed tantùm, inquit, quidam sunt turbantes vos, dùm volunt invertere Evangelium Christi, id est, aliud docere quàm quod Christus per apostolos docendum tradidit. Non enim Christus

Nisi sunt aliqui, id est, sed sunt aliqui, scilicet, pseudo-apostoli, qui vos falsis suis dogmatibus conturbant, et volunt invertere Evangelium Christi. Subvertebant Evangelium Christi, docendo quæ Christus nec per se, nec per apostolos suos docuit. Invertebant Evangelium, seu præposterè vertebant; illud enim perverso ordine ad legem revocabant. Lex umbra, figura : Evangelium veritas, res figurata.

Ordo naturalis est : Ut umbra et figura desinat et convertatur in veritatem; et reverà lex in Evangelium conversa est; illi autem perverso ordine veritatem evangelicam ad figuras et umbram reducere volebant; sicque Evangelium invertebant, præposterè vertebant; res susque deque vertebant. Hinc docemur quòd evangelica puritas nullam mixturam patitur. Purè servandum est Evangelium; aliàs invertitur.

Quemadmodùm in monetâ regiâ, qui paululùm quid amputârit de impressâ imagine, totum numisma reddit adulterinum, ita quisquis sanæ fidei vel minimam particulam subverterit, in totum corrumpitur, ab hoc initio semper ad deteriora procedens. D. Chrysostomus.

Si legalium cæremoniarum, à Deo etiam institutarum superadditio fuit Evangelii subversio, quid erunt commenta hominum Evangelio superaddita? quid vanitates seculi et pompæ diaboli Evangelio copulatæ? Quot ergo Christiani in semetipsis subvertunt Evangelium Christi? quot ergo quibus in fine mundi, dicet Christus : *Non novi vos?*

Vers. 8. — Sed licet nos aut angelus... Hic Apostolus, zelo Dei in Evangelii subversores accensus in eos quidem anathema dicit; sed apostolicâ prudentiâ ductus, in hoc anathemate ferendo modum servat admirabilem. Primò, neminem pseudo-apostolorum nominat; secundò, ne sua videatur ostentare dogmata, aut semetipsum aliis hâc in re præferre; seipsum devovit, *licèt nos;* tertiò, quia falsi doctores Petrum, Jacobum et Joannem celebrabant, quasi erroris sui patronos, ideò addit : Aut angelus... Hinc meritò D. Chrysostomus dicit quòd D. Paulus angelos evangelistas dicens anathema, omnem, quæcumque sit, dignitatem comprehendit; seipsum autem dicens anathema, omnem familiaritatem ac germanitatem complexus est. Nec mihi dixeris : Socii, collegæ tui, etc., apostoli, etc.; nec mihi ipsi parco, si, etc. Vide D. Chrysostomum. *Licèt* ergo *nos*, mente mutatâ, *aut angelus* de cœlo, si fieri posset, evangelizet vobis; præterquam quod, et *præter id quod*, v. 9. Græc. *præter quod*, significant contra quod, vel quid repugnans et contrarium ei quod prædicavimus, etc. Hâc autem locutione usus est Apostolus, quia agebat

præcepit homines circumcidi, cæterasque legis cæremonias observari; sed ab hoc jugo fideles suos liberavit.

Vers. 8. — *Sed licèt nos*, etc. Loquitur contra judaizantes, qui Judaismum, *præter quàm*, id est, contra Evangelium inducere volebant. *Anathema sit*, id est, maledictus et execrabilis; quod Hebræi vocabant *horma*. Declarat execrabilem esse et excommunicatione atque æterno interitu dignum.

contra judaizantes, qui præter Evangelium inducebant Judaismum; sicque docebant *præter id quod* Apostolus docuerat. Hinc orsus est canon fidei, quem secuti sunt sancti Patres et concilia : Si quod dogma novum oriatur alicubi, examinetur an concordet cum antiquâ et receptâ Ecclesiæ catholicæ fide, quam prædicârunt apostoli, ut si inveniatur ei repugnans, aut ab eâ alienum, hæreticum habeatur, eique dicatur anathema. Christus, ipsa veritas, verbum Dei locutus est; apostoli hoc Dei verbum prædicârunt; hinc quicumque verbo Dei, prædicationi apostolorum, repugnans aliquid asserit, hic sit anathema. Si autem à primis Ecclesiæ temporibus, tanta fuit fidei semel traditæ certitudo, utpote innixæ verbo, seu revelationi Dei, quanta nunc debet esse illa fidei certitudo, tot signis et miraculis, tot seculorum traditione, tanto totius orbis consensu, stabilita atque confirmata?

Vers. 9. — Sicut prædiximus et nunc iterum... Ut intimiùs inculcet animis ea quæ in v. 8 dixit, et ne fortè putent quòd per quemdam fervoris excessum dicta sint, eadem repetit.

Si quis vobis evangelizaverit contra id quod vos, ex Christi mandato, docui, sit anathema. Quia hæretici hoc et præcedenti versu abutuntur ad repellendas Ecclesiæ leges, decreta pontificum et canones conciliorum, nota pulchram hujus loci interpretationem à D. Augustino, tract. 99 in Joan. : Non ait, plusquàm accepistis, *sed præterquàm quod accepistis;* nam si illud diceret, præjudicaret sibi ipsi, qui cupiebat venire ad Thessalonicos ut suppleret quæ illorum fidei defuerunt; sed qui supplet quod minùs erat, addit; non quod inerat, tollit; qui autem prætergreditur regulam fidei, non accedit in viâ, sed recedit de viâ. Hæc S. Augustinus.

Summi verò pontifices, concilia, etc., explicant fidem, non prætergrediuntur regulam fidei; explicitè docent quæ sunt in Scripturis implicitè; Scripturis autem non adversantur. Hinc nihil contra illos quod hic D. Paulus dixit contra falsos doctores, qui Judaismum præter et contra Evangelium inducentes, prætergrediebantur regulam fidei, et eo ipso Evangelium invertebant.

Vers. 10. — Modo enim hominibus suadeo?... Attendens Apostolus ad excommunicationem jam à se latam, animadvertit quòd quantâlibet cum prudentiâ fuerit expressa, superbos tamen hos doctores, et aliquos fortassè eorum discipulos sit offensura; in hâc ergo reflexione à semetipso quærit : Num hanc causam modò apud homines dico? num apud Deum? an studium meum est ut hominibus placeam? an potiùs ut Deo placeam? Tum sibimet respondens, et intra semetipsum approbans quod versibus superioribus dixit : Si adhuc hominibus placerem..., aut placere vellem, Christi servus, seu Christianus non essem; sed adhucà Judæis starem.

Notanda ad intelligentiam.

His verbis Apostolus vult Galatis indicare quòd De gloriam unicè quærat, non favores hominum; hincque liberè et sincerè veritatem dicat, non placentia hominibus. Ubi duo simul peragit : suam causam ab integritate personæ suæ commendat, et ex obliquo ferit adversarios, quibus totum studium erat hominibus placere; seu intentionem suam Paulus pseudo-apostolorum intentioni oppositam declarat. Quod ut meliùs intelligas, nota quòd qui judaizandi necessitatem docebant, id non pietate moti faciebant, sed ut Judæis placerent, et ab eis, hâc ratione, honores et commoda adipiscerentur; simulque incommoda vitarent, quæ Christianos premebant. Tunc enim Judæis libera erat per leges Romanas et edicta, religionis functio; non item Christianis, quos vexari cœpisse patet ex Actis apost., et ex aliis S. Pauli Epistolis. Mentem igitur et intentionem suam in prædicando Paulus indicat pseudo-apostolorum menti et intentioni oppositam; illi hominibus placere student, Paulus Deo. Hinc D. Chrysostomi ore sic loquitur : Nec principatum ambiens, nec discipulos colligendi studio, neque gloriam ac laudem à vobis captans, hæc scribo; neque enim nobis studio est hominibus placere, sed Deo : nam si voluissem hominibus placere, adhuc à Judæis starem, adhuc persequerer Ecclesiam Dei. Ita D. Chrysostomus secundùm quem, *Christi servus non essem*, idem est ac Christianus non essem.

Observatio moralis.

Ex hoc v. 10, *si hominibus adhuc placerem...*, disce studium placendi hominibus, seu amorem humanæ gloriæ fontem esse corruptionis evangelicæ, nec Evangelii veritatem purè annuntiari ab eo ministro cujus cor hoc affectu præventum est. Sit itaque verus Dei minister ab omni humanæ gloriæ affectu liber; Deum unicè quærat.

Ex eodem versu disce quòd nemo potest Deo et mundo, *duobus dominis, servire*, Matth. 6. *Coangustatum est stratum, ita ut alter decidat*, Isai. 28, 20. Cor nostrum, stratum Dei, illud Deus propter se fecit, hinc Deum solum et unicè continere potest; si aliud amet, Deum non amat. Nec duos sponsos, nec duos dominos habere potest; si unus accedat, alter decidet; si adulter admittatur, Deus sponsus unicus animæ dimittetur. Itaque cor tuum diligenter examina; si non sit unicè Dei, Dei non est. Unum uni, una uni, aiebat extaticus frater Ægidius, sancti patris Francisci socius; unum cor uni Deo, una anima uni sponso Christo.

Nota tamen uno respectu complacentiam esse peccatum et altero virtutem esse. Hominibus placere propter homines, sine respectu ad Deum, peccatum

Vers. 9. — *Sicut prædiximus*, etc. *Accepistis*, intellige, à nobis.

Vers. 10. — *Modò enim hominibus suadeo, an Deo?* Id est, an apud homines causam dico, an apud Deum? Ita Chrysost.

An quæro hominibus placere? id est, num studium meum est ut hominibus placeam, an potiùs ut placeam Deo?

Si adhuc hominibus placerem, Christi servus non essem. Si adhuc ut olim sectarer hominum gratiam, non essem idoneus Christi servus, non essem dignus eo nomine, quia ministerium quo Christo servio in

est. Placere hominibus propter Deum et ut illos ad Deum trahas, charitas est. Hinc conciliabis quod hic dicit Apostolus cum eo quod Rom. 15 dixit : *Unusquisque proximo suo placeat;* et 1 Cor. 10 : *Se per omnia omnibus placere;* quod benè D. Augustinus explicuit dicens : Homo hic non placet utiliter, nisi cùm propter Deum placet, id est, ut Deus placeat et glorificetur, cùm dona ejus attenduntur in homine, aut per ministerium hominis accipiuntur ; cùm autem sic placet homo, jam non homo, sed Deus placet.

Vers. 11. — Notum enim vobis facio, fratres... Explicat et aggreditur probare quod dixit statim ab initio : *Paulus apostolus non ab hominibus...* Ut ergo refutet pseudo-apostolorum calumniam dicentium quòd Paulus non sit apostolus, sed apostolorum tantùm discipulus, in toto capitis hujus reliquo multis argumentis probat quòd Evangelium suum ab homine non didicerit, sed à Jesu Christo immediatè. Affirmat ergo cum certitudine et omnibus notum esse cupit quod Evangelium à se prædicatum non sit ab homine nihilque habeat humanum.

Vers. 12. — Neque enim ego ab homine accepi... Quia illud non accepi ab hominis cujuspiam traditione, neque illud didici hominis alicujus interventu, seu magisterio, sed per revelationem à Jesu Christo immediatè mihi factam.

Adest propositio veritatis oppositæ judaizantium calumniæ. Sequuntur illius veritatis probationes.

Vers. 13. — Audistis enim conversationem... Vide paraphrasim.

Vers. 14. — Et proficiebam in Judaismo... Vide paraphrasim. Probat, primò per seriem vitæ ante conversionem ductæ, ubi tantùm abest, ut quemquam ex apostolis habuerit doctrinæ suæ magistrum, quin imò inter Judæos insignis erat. Primò, suâ crudeli in Ecclesiam persecutione : *Supra modum persequebar...*, infensus eram hostis Ecclesiæ, quam vehementer persequebar, et quam funditùs evertere ardenter cupiebam. Secundò, suo in Judaicâ religione supra coætaneos Judæos progressu, in majori notitiâ legis, et Judaicæ religionis studio : *Et proficiebam...* Tertiò, suo ardentiori zelo in doctrinam et instituta à majoribus accepta : Abundantius æmulator.... seu, ut ait Syrus : *Et majorem in modum zelabam doctrinam patrum meorum.*

Hoc vobis omnibus notum est; *audistis enim...* quantumcumque sit inter Galatiam et Palæstinam spatium, hujus tamen conversationis meæ rumor ad vos usque pervenit. Tunc ergo, ut videtis, nec apostolos, nec alios prædicatores consulebam, contra quos ferventiùs exardescebam.

Vers. 15. — Cum autem placuit ei, qui me... Vide paraphrasim.

Vers. 16. — Ut revelaret Filium suum.... Vide paraphr.

Vers. 17. — Non veni Jerosolymam... Vide paraphr.

Pergit in probandâ supra positâ veritate, per vitæ suæ post conversionem sequelam; vocatus enim à Deo, statim obedivit, docuit, prædicavit Jesum Christum, Filium Dei, nullo apostolo, aut alio doctore christiano consulto, aut audito.

Evangelio, non sincerè, non sicut oportet obirem.

Vers. 11. — *Notum enim vobis facio*, etc. Non est humanum, sed divinum Evangelium meum, non est hominis, sed Dei.

Vers. 12. — *Neque enim ego ab homine accepi illud*, etc. Facta est igitur ei revelatio Evangelii, antequàm ut Christi Apostolus fidem Domini Jesu inciperet prædicare, non longè scilicet post conversionem ipsius.

Vers. 13. — *Audistis enim conversationem meam aliquando in Judaismo.* Judaismum vocat sectam Judaicam, id est, eorum qui legem Mosaicam mordicùs retinebant, non admittentes abrogationem ejus per Christum. Judaismus est, inquit Augustinus, cùm putatur ex cæremoniis et lege salus esse, aut sine illis non esse.

Quoniam supra modum persequebar Ecclesiam Dei, id est, quòd omni conatu ac studio persequebar christianos, qui sunt Ecclesia Dei. *Et expugnabam illam*, hoc est, expugnare et evertere satagebam, vel devastabam illam; quasi videlicet quidam grassator et prædo, ait Hieronymus.

Vers. 14. — *Et proficiebam in Judaismo supra multos coætaneos meos in genere meo;* ita proficiebam ut superarem plerosque meæ ætatis socios Judæos; hos enim vocat genus suum.

Abundantiùs æmulator existens paternarum mearum traditionum, q. d. : Ardentior zelator fui pro patriis institutis mihi à majoribus traditis.

Vers. 15. — *Cùm autem placuit ei qui me segregavit ex utero matris meæ*, qui fecit me nasci secundùm carnem ex utero matris meæ. Quam matrem fuisse nuncupatam Theocritam refert hoc loco Stapulensis ex Zosimo papâ. Qui me jam inde ab ipso nativitatis meæ exordio prædestinavit, ac peculiariter ex hominum numero delegit; quasi dicat : Deus ante omne meum meritum me necdùm natum prædestinavit, et prædestinatum segregavit ex utero, nascique fecit, ac natum vocavit, *ut revelaret Filium suum in me*, hoc est, ut me ad Christi et Evangelii agnitionem adduceret, et consequenter ad apostolatum, ut evangelizarem Christum in gentibus. Ita Ambros., Anselm., Theoph.

Et vocavit per gratiam suam. Vocatio fit in tempore, estque *per gratiam Dei* efficax ad eam rem, ad quam quis ab æterno prædestinatus est. Videtur autem loqui de tempore conversionis.

Vers. 16. — *Ut revelaret Filium suum in me. In me*, pro eo quod est per me, positum est; q. d. : Ut per me, tanquàm apostolum et præconem, Filium suum fideique ejus mysteria manifesta mundo faceret.

Ut evangelizarem illum in gentibus, continuò non acquievi carni et sanguini; q. d. : Ab homine Evangelium non sum edoctus, quia cum nullo homine illud contuli, sed à Deo solo illud per revelationem accepi.

Vers. 17. — *Neque veni Hierosolymam ad antecessores meos apostolos.* Dices : Actor. 9, dicitur mox à conversione, cùm Damasco fugeret, Paulum venisse Hierosolymam. Respondet Hieron. et Lorinus in Actor. 9, venisse Hierosolymam statim à conversione necessitate fugæ compulsum, non autem ut Petrum videret, cum eoque conferret Evangelium; hoc enim tantùm hic negat. Aliter respondet Baron., Act. 9, non dici Paulum statim à conversione venisse Hierosolymam, sed post dies multos : puta post triennium partim in Arabiâ, partim Damasci exactum, etc. Utraque sententia est probabilis. Priori favet id quod subdit Lucas : *Omnes timebant eum, non credentes quòd esset discipulus. Barnabas autem apprehensum duxit illum ad apostolos, et narravit illis quomodò in viâ vidisset Dominum.* Conversio enim tam miraculosa Pauli non videtur potuisse per triennium latere apo-

Cùm autem placuit Deo, illud in me exequi ad quod destinârat *ex utero matris meæ*.... alludit ad id quod de Jeremiâ dicitur Jerem. cap. 1.

Et vocavit me per gratiam... Explicat id ad quod erat destinatus, quasi diceret : Cùm, inquam, Deus singulari suâ in me benevolentiâ, me tunc hostem suum misericorditer vocavit. Vide Act. 9, 5.

Ut revelaret... Filiumque suum quem ignorans persequebar, cognitum mihi fecit, revelatione divinâ animam meam illustrante et fidei mysteria docente, ut illum gentibus prædicarem.

Apud sacros auctores non benè constat, quando facta fuit hæc Evangelii revelatio; D. Hieronymus putat in itinere Damasci; D. Thomas in triduo sequenti; alii et fortè probabiliùs postquàm Paulus fuit ab Ananiâ catechizatus et baptizatus.

Continuò non acquievi carni et sanguini. Syr. : *Statim non patefeci carni et sanguini*. Arab. : *Non significavi apud carnem et sanguinem. Non acquievi*, id est, non contuli, non communicavi cum carne et sanguine, seu nullum adii, consilii capiendi gratiâ; hoc significat verbum Græcum; hinc illud ipsum noster interpres, cap. 2, v. 6, vertit : *Nihil contulerunt*. Sensus itaque est : Statim et sine morâ, illum ubique annuntiavi, vide Act. 9, v. 20, inconsulto quolibet mortali, nulliusque hominis capto consilio, aut auditâ doctrinâ.

Non quæsivi ab hominibus an Deo parendum esset, sed obediens Deo, Jesum statim ubique prædicavi. *Non acquievi carni et sanguini*. Caro et sanguis hìc rectè significat apostolos, naturæ cognomento eos designans; quòd si hoc sentit de cunctis hominibus, nos non contradicimus, ait D. Joan. Chrysostomus.

Neque veni Jerosolymam... Vide paraphrasim.

Sed abii in Arabiam, et iterum reversus sum Damascum. Damascus tunc erat sub Arabum regno, ait Grotius.

D. Paulus non dicit expressè ad quid ierit in Arabiam, et ad quid Damascum redierit, sed ex v. 16, ubi dicit se statim, sine morâ, cœpisse suo munere fungi, videtur indicare satis quòd ex tunc ubique prædicaverit et in Arabiâ, et Damasci, et in locis Damasco proximis, idque inconsultis quibuslibet mortalibus. Id etiam sequi videtur ex Apostoli scopo, qui hæc omnia refert ut probet quòd à nullo apostolo sit edoctus, aut missus, cùm prædicaverit ubique antequàm ullum viderit apostolum. Videtur et id expressum in Actis apost., cap. 9, 20 : *Et continuò in Synagogis prædicabat*. D. Lucas hujus in Arabiam itineris mentionem non facit, fortè quia Pauli comes non erat, fortè quia in Arabiâ nihil accidit Paulo memorabile, vel potius ex modestiâ Paulus sua præclara facta non commemorat, ait D. Chrysostomus.

Sed, inquies, Act. 9, v. 26, videtur quòd statim post conversionem suam Paulus Damasco fugerit Jerosolymam. Resp. cum Baronio quòd si benè legatur locus ille Actorum, conveniet cum hoc Galatarum; in Actis enim non dicitur quòd statim post conversionem, sed *post dies multos*, scilicet, *post annos tres*, ut hìc dicitur.

Notanda ad intelligentiam.

Porrò D. Chrysostomus sapienter notat in his, v. 16 et 17, debere mentem, non nuda verba Apostoli considerari, idque multis similitudinibus et exemplis ostendit fieri debere in plerisque hominum dictis et factis. Quænam ergo mens est Apostoli dicentis se cum quopiam non communicâsse, ad apostolos non ascendisse, etc. An intendit seipsum prædicare, alios deprimere? Minimè, sed calumniam refellere unde Galatarum error ac deceptio irrepserat. Quoniam enim falsi doctores nusquàm non inculcabant Galatis Paulum Christi apostolum non esse, cæteros omnes Paulo priores esse, ipsisque potiùs quàm Paulo credendum; et quia ob illam calumniam decepti Galatæ illos falsos doctores audierant, illisque crediderant et circumcisionem susceperant; hinc D. Paulus non arrogantiæ causâ, sed ut suæ prædicationis auctoritatem declaret, dicit : *Non contuli cum carne et sanguine*, id est, hominibus. Fuisset enim extremæ absurditatis, ait idem D. Chrysostomus, eum qui à Deo fuerat edoctus postea cum hominibus communicare.

Neque ascendi ad eos qui ante me fuerant apostoli, quia qui per revelationem injunxerat ei prædicandi munus, hoc illi non præcepit, ait D. Chrysostomus.

Hinc collige quòd licet quibusdam in casibus veritatem quanquàm nobis gloriosam dicere; licet et aliquando jurare, ut v. 20 jurat Apostolus.

Vers. 18. — Deinde post annos tres... Fatetur quòd post tres annos Jerosolymam iverit ut videret Petrum, non discendi studio, sed honoris primo apostolorum deferendi gratiâ, ut interpretatur D. Hieronymus, sic etiam et D. Chrysostomus qui notat quòd D. Paulus non dixit ἰδεῖν, *cernere*, sed ἱστορῆσαι, *invisere*, cognoscendi et honorandi causâ. Ita et Ambrosius : Dignum fuit ut cuperet videre Petrum, quia primus erat inter apostolos, etc., non ut ab eo aliquid disceret, qui jam ab auctore didicerat à quo et ipse Petrus fuerat instructus, sed propter affectum apostolatûs, et ut sciret Petrus hanc illi datam licentiam quam et ipse acceperat. Addit D. Paulus quòd fuerit per quindecim dies tantùm apud Petrum, quod tempus brevius fuit quàm necesse fuisset ut ab eo disceret Evangelium, quòd aliunde non fuisset edoctus.

Vers. 19. — Alium autem apostolum.... Aliò

stolos et alios fideles Hierosolymis.

Sed abii in Arabiam, et iterum reversus sum Damascum.

Quid in Arabiâ Paulus egerit, traditum non habemus.

Vers. 18. — *Deinde post annos tres veni Hierosolymam videre Petrum*, etc. ; q. d. Paulus : Veni Hierosolymam videre Petrum, non ut ab eo aliquid discerem, qui divinitùs eram edoctus, sed ut tantum virum, apostolorum scilicet principem, viderem et honorarem. Ita Theod., Chrys., Ambros., Hieron.

Vers. 19. — *Alium autem apostolorum vidi neminem*, etc., Christi scilicet consobrinum vel cognatum.

quippe iverant Evangelii prædicandi gratiâ. Nisi Jacobum fratrem, id est, consobrinum Domini, quippe filium Mariæ uxoris Cleophæ quæ soror erat B. Mariæ Virginis. Perperàm falsus Ambrosius dicit eum fuisse filium Josephi, et ideò dictum *fratrem Domini*. D. Hieronymus, cap. 8, contra Helvidium, docet sanctum Joseph fuisse virginem ante et post matrimonium cum Mariâ matre Domini.

Vers. 20. — Quæ autem scribo.. . Hæc omnia, quia magni momenti et Galatis creditu necessaria, sub juramento affirmat, ut credant quòd reverà sit apostolus Christi, et ab ipso edoctus.

Vers. 21. — Deinde veni in partes Syriæ.... Ergo in nullâ Judææ regione aut urbe immoratus, ubi christianam edoceret religionem.

Vers. 22. — Eram autem ignotus facie.... Ergo falsò dicunt pseudo-apostoli quòd apud Judæos docuerim necessitatem circumcisionis et legis suscipiendæ.

Vers. 23, 24. — Tantum autem auditum... Vide paraphrasim.

Et in me clarificabant Deum, id est, glorificabant, seu ex me sumebant occasionem Deum laudandi, qui me ex lupo fecit pastorem et pastoris officium gerentem.

Hebræi enim cognatos vocant fratres. Fuit enim hic Jacobus Alphæi, filius Mariæ uxoris Cleophæ, unus è duodecim apostolis, primus episcopus Hierosolymorum, unde et in primo concilio Hierosolymitano primus post Petrum sententiam dixit, Act. 15. Hujus Jacobi extat Epistola canonica. Ita Chrysost., Theoph., Anselm.

Vers. 20. — *Quæ autem scribo vobis*, etc. *Ecce* autem *coram Deo* dico et declaro, *quia non mentior* quæ vobis scribo; q. d. : Deum, ut præsentem et omnia videntem, testem adduco quòd nihil horum confinxerim.

Vers. 21. — *Deinde veni*, etc.; id est, post quindecim dies quibus mansi Hierosolymæ. Tarsus enim urbs erat Ciliciæ, Pauli patria, quemadmodùm ipse testatur, Act. 22.

Vers. 22. — *Eram autem ignotus facie ecclesiis Judææ*, etc. Secundùm faciem non viderant me christiani qui erant in Judæâ.

Vers. 23. — *Tantum autem auditum habebant*, id est, auditu et famâ cognoverant, rumor hujusmodi ferebatur ad eos à dicentibus :

Quoniam qui persequebatur nos aliquando, nunc evangelizat fidem, quam aliquando expugnabat; id est, vastabat. Vastabat autem et expugnabat fidem, quia Christi fidelibus fidem extorquere persequendo nitebatur.

Vers. 24. — *Et in me clarificabant Deum*. Græcè, *glorificabant*. Ambrosius legit, *magnificabant*. *In me*, dixit pro eo quod est, *de me*. Sensus, vel *propter me*. Gloriam meæ conversionis Deo tribuebant.

Corollarium pietatis, seu in hoc capite ad pietatem maximè notanda, et ad praxim redigenda.

1° Nota quòd in hoc capite D. Paulus, salutis animarum zelo pressus, totus est in stabiliendâ apostolatûs sui, contra pseudoapostolorum calumnias, auctoritate; totus in purgandâ etiam minimâ suspicione de legitimâ suâ missione, totus et in manifestandâ intentionum suarum rectitudine, v. 10 : *An quæro hominibus placere?*

Hinc discat omnis prælatus, pastor, doctor, concionator evangelicus, quilibet salutis animarum minister, omnem, etiam minimam, de suâ auctoritate, missione, doctrinâ, suspicionem purgare, imò et studeat operibus et verbis intentionum suarum rectitudinem declarare. Pateat omnibus auctoritas ejus legitima; quòd non sit intrusus vi, dolo, hominum favore, ab hominibus, et per homines solos; pateat ejus missio ab hominibus legitimam auctoritatem habentibus; pateat ejus doctrinæ puritas, et cum evangelicâ doctrinâ conformitas; pateat et, quantùm fas est, intentionum illius rectitudo; quòd non suæ quærat, sed Dei gloriam, et salutem animarum. Hæc enim necessaria in Evangelii ministro, ut in Ecclesiâ Dei fructificet.

2° In hoc eodem capite nota stupendum divinæ gratiæ miraculum. Paulus Judæus, infensus Christianorum hostis et furens persecutor, divinâ Christi gratiâ fit quasi in momento Christianus et ardens Evangelii prædicator. Ut hoc miraculum meliùs agnoscas, adverte ex v. 13 et 14 quot erant in Paulo obstacula gratiæ; ejus in Judaismo nativitas, educatio, continuus in Judaicâ religione supra suos coætaneos progressus, et ob id illius inter Judæos illustris fama et existimatio. Adde, et illius ardens antiquæ religionis zelus, odium in novam, et in Ecclesiam christianam furor, denique declarata et omnibus nota in illam persecutio.

Quàm potens igitur et efficax Christi gratia, quæ hæc omnia simul in Paulo vincens ex sævo persecutore fecit ardentem prædicatorem, ex Judaismi defensore fecit Evangelii apostolum zelantissimum. Vocavit eum Christus exteriori et interiori voce, animam ejus cœlesti lumine illustravit, cor divinis motibus immutavit, et statim Saulus, spirans minarum et cædis in Christi discipulos, fit ipse discipulus et apostolus Christi : *Domine, quid me vis facere?*

Hoc miraculum mirare, reverere, et ob illud, quia toti quidem Ecclesiæ, at præcipuè gentibus utile, tu naturâ gentilis Deo gratias age; hujus potentis gratiæ auxilium implora, ut omnia in te salutis obstacula vincat, et ex tepido faciat ardentem Christi discipulum. In hâc gratiâ confide, hâcque fretus de tuâ salute nunquàm non spera.

3° Nota quòd Paulus à Christo vocatus obedivit, nullo mortali consulto. Sic quilibet Christianus à Christo vocatus obediat, inconsultis carne et sanguine, seu parentibus, seu amicis carnalibus. Deum sequatur vocantem, seu ad statum religiosum, seu ad evangelicam perfectionem. De hoc, sanctorum Patrum testimonia vide apud Cornelium à Lapide.

CAPUT II.

1. Deinde post annos quatuordecim, iterùm ascendi Jerosolymam cum Barnabà, assumpto et Tito.

2. Ascendi autem secundùm revelationem; et contuli cum illis Evangelium quod prædico in gentibus, seorsùm autem iis qui videbantur aliquid esse; ne fortè in vacuum currerem, aut cucurrissem.

3. Sed neque Titus, qui mecum erat, cùm esset gentilis, compulsus est circumcidi;

4. Sed propter subintroductos falsos fratres, qui subintroierunt explorare libertatem nostram, quam habemus in Christo Jesu, ut nos in servitutem redigerent;

5. Quibus neque ad horam cessimus subjectione, ut veritas Evangelii permaneat apud vos;

6. Ab iis autem, qui videbantur esse aliquid (quales aliquando fuerint, nihil meà interest; Deus personam hominis non accipit): mihi enim qui videbantur esse aliquid, nihil contulerunt.

7. Sed è contra cùm vidissent quòd creditum est mihi Evangelium præputii, sicut et Petro circumcisionis

8. (Qui enim operatus est Petro in apostolatum circumcisionis, operatus est et mihi inter gentes);

9. Et cùm cognovissent gratiam quæ data est mihi, Jacobus, et Cephas, et Joannes, qui videbantur columnæ esse, dextras dederunt mihi et Barnabæ societatis; ut nos in gentes, ipsi autem in circumcisionem:

10. Tantùm ut pauperum memores essemus; quod etiam sollicitus fui, hoc ipsum facere.

11. Cùm autem venisset Cephas Antiochiam, in faciem ei restiti, quia reprehensibilis erat.

12. Priùs enim quàm venirent quidam à Jacobo, cum gentibus edebat; cùm autem venissent, subtrahebat et segregabat se, timens eos qui ex circumcisione erant.

13. Et simulationi ejus consenserunt cæteri Judæi, ita ut et Barnabas duceretur ab eis in illam simulationem.

14. Sed cùm vidissem quòd non rectè ambularent ad veritatem Evangelii, dixi Cephæ coram omnibus: Si tu, cùm Judæus sis, gentiliter vivis, et non Judaicè, quomodò gentes cogis judaizare?

15. Nos naturâ Judæi, et non ex gentibus peccatores.

16. Scientes autem quòd non justificatur homo ex operibus legis, nisi per fidem Jesu Christi; et nos in Christo Jesu credimus, ut justificemur ex fide Christi, et non ex operibus legis: propter quod ex operibus legis non justificabitur omnis caro.

17. Quòd si quærentes justificari in Christo, inventi sumus et ipsi peccatores, numquid Christus peccati minister est? Absit.

18. Si enim quæ destruxi, iterùm hæc ædifico, prævaricatorem me constituo.

19. Ego enim per legem legi mortuus sum, ut Deo vivam: Christo confixus sum cruci.

20. Vivo autem, jam non ego; vivit verò in me Christus. Quod autem nunc vivo in carne, in fide

CHAPITRE II.

1. Quatorze ans après, j'allai de nouveau à Jérusalem avec Barnabé, et je pris aussi Tite avec moi.

2. Or j'y allai suivant une révélation, et j'exposai aux fidèles, et en particulier à ceux qui paraissaient les plus considérables, l'Évangile que je prêche parmi les gentils, afin de ne pas perdre le fruit de ce que j'avais déjà fait ou de ce que je devais faire dans le cours de mon ministère.

3. Mais on n'obligea point Tite, que j'avais amené avec moi, et qui était gentil, de se faire circoncire.

4. Et la considération des faux frères qui s'étaient introduits par surprise dans l'Eglise, et qui s'étaient secrètement glissés parmi nous pour observer la liberté que nous avons en Jésus-Christ, et pour nous réduire en servitude,

5. Ne nous porta pas à leur céder même pour un moment, et nous refusâmes de nous assujétir à ce qu'ils voulaient, afin que la vérité de l'Evangile demeurât parmi vous.

6. Aussi ceux qui paraissaient les plus considérables (je ne m'arrête pas à ce qu'ils ont été autrefois, Dieu n'a point égard à la qualité des personnes), ceux, dis-je, qui paraissaient les plus considérables ne m'ont rien appris de nouveau.

7. Mais, au contraire, ayant reconnu que la charge de prêcher l'Evangile aux incirconcis m'avait été donnée, comme à Pierre celle de le prêcher aux circoncis

8. (Car celui qui a agi efficacement dans Pierre pour le rendre apôtre des circoncis, a aussi agi efficacement en moi pour me rendre apôtre des gentils);

9. Ceux, dis-je, qui paraissaient comme les colonnes de l'Eglise, Jacques, Céphas et Jean, ayant reconnu la grâce que j'avais reçue, nous donnèrent la main, à Barnabé et à moi, pour marque de la société et de l'union qui était entre eux et nous, afin que nous prêchassions l'Evangile aux gentils, et eux aux circoncis.

10. Ils nous recommandèrent seulement de nous ressouvenir des pauvres, ce que j'ai eu aussi grand soin de faire.

11. Or, Céphas étant venu à Antioche, je lui résistai en face, parce qu'il était répréhensible.

12. Car, avant que quelques uns qui venaient de la part de Jacques fussent arrivés, il mangeait avec les gentils; mais après leur arrivée il se retira secrètement et se sépara d'avec les gentils, craignant de scandaliser les circoncis.

13. Les autres Juifs usèrent comme lui de cette dissimulation, et Barnabé même s'y laissa aussi entraîner.

14. Mais quand je vis qu'ils ne marchaient pas droit selon la vérité de l'Evangile, je dis à Céphas devant tout le monde: Si vous, qui êtes Juif, vivez à la manière des gentils, et non pas à celle des Juifs, pourquoi contraignez-vous les gentils de judaïser?

15. Nous sommes Juifs par notre naissance, et non du nombre des gentils, qui sont des pécheurs.

16. Cependant, sachant que l'homme n'est point justifié par les œuvres de la loi, mais par la foi en Jésus-Christ, nous avons nous-mêmes cru en Jésus-Christ, afin d'être justifiés par la foi que nous aurions en lui, et non par les œuvres de la loi, parce que nul homme ne sera justifié par les œuvres de la loi.

17. Que si, en cherchant à être justifiés par Jésus-Christ, il se trouvait que nous fussions nous-mêmes des pécheurs, Jésus-Christ ne serait-il pas ministre du péché? A Dieu ne plaise!

18. Car si je rétablissais de nouveau ce que j'ai détruit, je me rendrais moi-même prévaricateur.

19. Mais je suis mort à la loi, par la loi même, afin que je ne vive plus que pour Dieu. J'ai été crucifié avec Jésus-Christ.

20. Et je vis, ou plutôt ce n'est plus moi qui vis, mais c'est Jésus-Christ qui vit en moi. Car si je vis

vivo Filii Dei, qui dilexit me, et tradidit semetipsum pro me.

21. Non abjicio gratiam Dei. Si enim per legem justitia, ergo gratis Christus mortuus est.

maintenant dans ce corps mortel, j'y vis en la foi du Fils de Dieu, qui m'a aimé et qui s'est livré lui-même à la mort pour moi.

21. Or je ne veux pas rejeter cette grâce de Dieu, car si la justice s'acquiert par la loi, Jésus-Christ donc sera mort en vain.

ANALYSIS.

In hoc capite, ut aliam refutet pseudo-apostolorum calumniam dicentium quòd Paulus alia doceat quàm apostoli, ostendit Paulus doctrinam suam apostolorum doctrinæ esse conformem et ab apostolis approbatam. Hoc ostensurus, exponit primò quomodò et cur Jerosolymam iterùm redierit, nimirùm de legalium observatione acturus in concilio de quo Act. 15. Exponit secundò quomodò tunc cum Jerosolymitanis, et præsertim cum primariis apostolis contulerit, horumque examini suum Evangelium submiserit. Hisque positis, doctrinam suam in hoc concilio approbatam fuisse probat, primò exemplo Titi qui, licèt gentilis et incircumcisus, non fuit tamen compulsus ad circumcisionem suscipiendam, quamvis multi falsi fratres id instanter postularent. Probat secundò ex eo quòd apostoli suo Pauli Evangelio nihil contulerunt, nec quidquam addiderunt, nec ademerunt. Probat tertiò, quia è contra illud per omnia sic approbârunt ut dextras ei societatis dederint, seu in socium receperint.

ỳ 11. Narrat quid sibi postea Antiochiæ cum Petro contigerit; quomodò Petro publicè restiterit; quomodò Petrus Paulo resistenti cesserit, quia de facto reprehensibilis. Hocque facto confirmat, et legalia non servanda, et suam de eis doctrinam evangelicam esse, et ab omnibus servandam. Post has de facto probationes, tandem jus allegat, in quo fundatur legalium abrogatio; nimirùm legalium insufficientiam ad animarum justificationem.

A v. itaque 15 usque ad finem, probat legalia ob insufficientiam abrogata; idque confirmat duobus absurdis horrendis, quæ ex pseudo-apostolorum errore sequerentur, scilicet et quòd Christus peccati minister esset, qui tamen pro peccato delendo mortuus est; et quòd gratis et inutiliter pro peccatis nostris mortuus esset, si legalia justificare potuissent.

PARAPHRASIS.

1. Deinde postquàm per annos quatuordecim Evangelium gentibus prædicâssem, iterùm ascendi Jerosolymam cum Barnabâ et Tito sociis meis.

2. Ascendi autem divino monitus oraculo, ut delegationem ab Antiochenis mihi delatam susciperem ad apostolos, et hâc occasione Evangelium meum publicè quidem contuli cum fidelibus Jerosolymitanis; privatim autem communicavi cum primariis apostolis Petro, Jacobo et Joanne : communicavi, inquam, ne irritus et inutilis foret labor meus, tum præsens, tum præteritus, si nempe calumnia spargeretur aliud me docere quàm doceant alii apostoli antecessores mei :

3. Et quod maximum est argumentum apostolis non placuisse ut gentiles legem servarent, Titus comes meus, gentilis et incircumcisus, non fuit ab eis coactus circumcidi.

4. Sed neque ob Judæos, qui se Christianos simulabant, quique subrepserant et insidiosè in Ecclesiam subintroierant, ut explorarent libertatem ab observatione legis Mosaicæ, quam habemus per Christum, illamque nobis eriperent, et in pristinam servitutem nos redigerent,

5. Ob illos, inquam, nec ad momentum quidquam cessimus de proposito nostræ libertatis tuendæ, ut veritas Evangelii per me apud vos, ô Galatæ, prædicati permaneat.

6. Ab illis autem qui erant apud omnes in maximo pretio, Petro scilicet, Jacobo et Joanne, nihil didici; quales illi fuerint aliquando, nimirùm illitterati, piscatores, etc., non sum sollicitus, quia Deus in salutis nostræ negotio talia non attendit, sed quos vult eligit, et quales vult facit.

7. Tantùm abest ut aliquid in meâ doctrinâ arguerint, aut immutârint, quin imò cùm vidissent illi ipsi, qui in Ecclesiâ erant præcipui, quòd mihi commissum est Evangelium in gentibus, sicut et Petro commissum est inter Judæos,

8. Idem enim Deus qui in Petro suam vim et efficaciam ostendit ad Judæos convertendos, in me quoque eamdem exercuit virtutem ad gentiles convertendos,

9. Quod cùm cognovissent Jacobus, Petrus et Joannes, apostolorum præcipui et quasi columnæ, dextras nobis dederunt, hocque symbolo nos collegas et in apostolatu socios suos agnoverunt et receperunt, nempe ut apostolatu fungeremur inter gentes, ipsi verò inter Judæos;

10. Hâc tantùm additâ conditione, ut pauperum qui sunt in Judæâ memores essemus, id est, rogaverunt nos ut eleemosynas inter gentes colligeremus, quibus Judæorum inopia sublevaretur; hoc autem fideliter et sollicitè adimplevi.

11. Finito concilio Jerosolymitano, Antiochiam redii. Vide Act. 16. Quò cùm Petrus paulò post venisset, palàm et coram omnibus illi restiti, verbis scilicet amicis et reverentibus, utpote apostolorum principi, restiti tamen quia reprehensione dignus erat.

12. Priusquàm enim quidam Judæi venirent ab Jerosolymis, ubi præerat Jacobus, Petrus cum gentilibus comedebat, eorumque more vescebatur omnibus indifferenter cibis; cùm autem illi venissent, Petrus, ne ipsis scandalum faceret, à gentilium convictu se subtrahebat.

13. Et tanta fuit vis hujus exempli à Petro dati, ut cæteri Judæi coassimularent (ita Græc.), id est, ejus simulationi consentirent, ita ut etiam Barnabas,

itinerum et apostolatûs mei comes, idem faceret.

14. Cùm ergo vidissem eos non rectè incedere juxta veritatem Evangelii, sed hâc simulatione quasi claudicare, dixi publicè Petro : Si tu Judæus et ex Judæis oriundus, uteris Evangelicâ libertate, et, ut tibi visum est, communi cum gentibus cibo indifferenter vesceris; cur exemplo tuo invitas et cogis gentes judaizare?

15. Nosipsi, qui Judæi naturales, seu à nativitate, sumus, non proselyti ex gentibus infideles et idololatræ nati,

16. Scientes tamen quòd ex operibus legis Mosaicæ non justificatur homo, justitiâ nimirùm spirituali, internâ, et ad vitam æternam pertinente, sed per fidem in Jesum Christum, nos, inquam, relicto vitæ genere in quo nati et educati sumus, ad Christum confugimus, Christianismumque suscepimus, ut per fidem in Christum justitiam consequeremur, quæ vitam secum trahit æternam, et quam lex nemini contulit.

17. Si ergo quærentes per fidem in Christum justificari, non sumus reverà justificati, sed contra facti sumus prævaricatores, quia nimirùm legem Mosaicam deseruimus, quæ tamen, ut vobis pseudo-apostoli prædicant, necessaria est ad salutem, nonne sequitur inde, quod est horrendum dictu, Christum esse auctorem et ministrum peccati, utpote qui legem Mosaicam abrogavit ut legem Evangelicam doceret ad justificandum non sufficientem! At impossibile quòd Christus sit auctor peccati; ergo et quòd ipsi obediendo facti simus prævaricatores;

18. Quin imò si legem Mosaicam, quam abrogavi, iterùm instauro, sive meâ prædicatione, sive meâ observantiâ, ego me legis prævaricatorem constituo.

19. Siquidem legi credens, legem deserui, et ad Christum accessi; legi mortuus sum, ut per Christum Deo vivam; ipsa enim lex mihi Christum ut finem suum monstravit; ad ipsum me, quasi manu, duxit; ad illam ergo rediens contra illius intentum, illius prævaricator fierem.

Quòd si quæras quomodò legi mortuus, Deo vivam? Respondeo, per baptismum Christo concrucifixus sum.

20. Christo itaque confixus, ipsique insitus, ipsius vitam quasi exsugo; hinc vivo vitâ spirituali et divinâ; non ego, non vetus ille homo, qualis eram; non ego, non à me ipso, sed Christus, fons gratiæ, auctor justitiæ, vita mea est, totiusque meæ spiritualis vitæ principium.

Quòd autem hanc divinam vitam habeo in carne mortali, tot peccatis et miseriis obnoxiâ, hoc debeo non legi, sed fidei quam habeo in Filium Dei, qui me nihil merentem, imò me inimicum suum dilexit, et in tantum dilexit ut semetipsum in mortem tradiderit, ut mihi vitam daret æternam.

21. Non sperno hoc ineffabile Dei donum, quærens aliunde justificari, ut pseudo-apostoli, quasi Christus nobis non sufficiat ad salutem, quo maximam sanè Christo faciunt injuriam; si enim per legem nobis datur justitia, lexque justificandi vim habet; ergo Christus frustra mortuus est.

COMMENTARIA.

Vers. 1. — Deinde post annos quatuordecim... Ut Galatas ad errorem suum attraherent pseudo-apostoli judaizantes, Pauli doctrinam calumniati sunt, tanquàm ab apostolorum doctrinâ alienam. Ut Galatas Paulus ab errore judaizantium reducat ad fidem, doctrinam suam ostendit verè apostolicam et aliorum apostolorum doctrinæ conformem. Hanc ergo conformitatem probaturus, in duobus his prioribus versibus narrat quando et cur rursùs Jerosolymam ierit, nimirùm quatuordecim annis à suâ conversione, ab Antiochenis delegatus ad apostolos ob exortam, præsertim Antiochiæ, de legalibus quæstionem. Narrat et quomodò in hoc concilio de suâ doctrinâ publicè contulerit cum omnibus quidem Jerosolymitanis, at præsertim et secretò cum primariis apostolis Petro, Jacobo et Joanne.

Disputatur unde inchoandi sint isti quatuordecim anni, an à vocatione Pauli, an à primâ illius profectione de quâ in primo capite, v. 18. D. Hieronymus putat esse numerandos à primâ profectione Pauli, seu à triennio post illius conversionem exacto. S. Thomas, et post eum Baronius, putat et probat à vocatione Pauli numerandos esse. Videatur D. Thomas, hìc; Baronius, tom. 1, ad an. Dom. 51.

Ascendi Jerosolymam..., quia in montanis erat ædificata; hinc et Christus Dominus : *Ecce ascendimus Jerosolymam.*

Cum Barnaba, assumpto et Tito. Ubi nota D. Pauli prudentiam, qui, exortâ quæstione de legalibus, et propterea ab Antiochenis ad apostolos delegatus, duos assumit socios quorum unus erat Judæus, alter gentilis. Hincque disce nihil negligendum, sed omnia etiam humana media esse adhibenda quæ ad veritatis notitiam et ad pacem possunt conferre.

Vers. 1. — *Deinde post annos quatuordecim, iterùm ascendi Hierosolymam cum Barnabâ.* Petes : Unde hi anni inchoandi sunt, an à vocatione Pauli, de quâ dixit cap. 1, v. 15, an à triennio post eam acto Damasci et in Arabiâ, de quo c. 1, v. 18. S. Hieron. numerat à triennio post vocationem exacto, etc. Baronius et alii veriùs putant hos quatuordecim annos inchoandos esse à Pauli vocatione, de quâ dixit cap. 1, v. 15; eò enim respicit; à vocatione enim suâ tam illustri annos numerat et consignat, sicut nos vocationis ad papatum, episcopatum, religionem, annos numeramus, et cuique hanc quasi æram statuimus.

Nota : Hæc Pauli Hierosolymam profectio eadem est cum illâ quâ, Act. 15, ad concilium Hierosolymitanum profectus est; eadem enim causa, idem locus, eædem personæ sunt utrobique. Ita Patres. Concilium Hierosolymitanum celebratum est post quatuordecim annos à conversione Pauli, puta anno 16 à passione Christi, qui fuit annus Claudii imp. 9, Christi 51. Ita Baronius.

Vers. 2. — Ascendi autem secundum revelationem... Propter hæc ultima verba aliqui dubitant an hæc Pauli profectio sit eadem cum illâ de quâ Act. 15, cùm ad concilium Jerosolymitanum profectus est. Etenim, inquiunt, hìc dicit quòd, Deo monente, Jerosolymam ierit, in Actis verò dicitur quòd, hominibus ipsum delegantibus, ierit. Sed nihil repugnat quòd et Dei monitu et hominum delegatione Paulus Jerosolymam ierit, nec ideò multiplicanda sunt itinera, sed potiùs duplex est agnoscenda hujus ejusdem itineris causa; una interna, quam D. Paulus hìc nobis aperit; altera externa, de quâ Act. 15, v. 2.

Dei ergo monitu Paulus suscepit delegationem sibi ab Antiochenis delatam. Hinc colligi potest, ait D. Thomas, quòd omnes Actus apostolorum et motus fuerunt secundùm instinctum Spiritûs sancti.

Et contuli cum illis, id est, cum Jerosolymitanis, seu cum ecclesiâ Jerosolymitanâ, communicavi de doctrinâ quam inter gentes prædico. Syr., : *Patefeci eis Evangelium.*

Seorsum autem iis qui videbantur... Græc. : *Seorsum autem in pretio habitis.* Syr. : *Ac privatim illud ostendi iis, qui existimantur aliquid esse.* Id est, publicè quidem communicavi cum omnibus, at privatim et secretò cum iis qui insigniores erant et majoris apud omnes existimationis.

In turbâ non benè potest discuti veritas, ait S. Anselmus, ideò non cum omnibus, sed speciatim cum iis qui majoris erant auctoritatis et scientiæ, de rebus majoris momenti, à turbâ semotus communicavit.

Ne fortè in vacuum.... Non quasi dubius, aut non satis instructus communicavit cum apostolis, sed ut eorum testimonio obstrueret os calumniantium sibi quòd alia doceret quàm apostoli, sicque impediret ne hâc calumniâ inutilis redderetur omnis suus labor et præteritus et futurus.

Observationes dogmaticæ et morales.

Nota quòd Paulus ab ipso Christo constitutus apostolus et Evangelium edoctus, non dedignatur tamen cum hominibus communicare, et aliis apostolis de doctrinâ suâ rationem reddere, sed ab illis voluit testimonium habere. Hincque disce primò verbum Dei etiam purissimum, quale erat D. Pauli Evangelium, debere ab Ecclesiæ prælatis approbari, verbique Dei præcones debere ab eis tales declarari. Disce secundò ex hoc D. Pauli facto quòd verus Dei minister nihil debeat omittere aptum operi Dei promovendo, sed quòd omnia sint ab eo, quantùm fas est, salutis animarum obstacula submovenda. Denique ex hoc D. Pauli, ut Antiochenorum delegati, recursu ad concilium Jerosolymitanum, cui præerat D. Petrus, disce quòd ab apostolorum tempore usque ad nostrum, in fidei dubiis recursum est ad Petrum ejusque successores, et ad concilia quibus præsunt per se, vel per legatos, ut veritas ab eis decideretur; quâ praxi perpetuâ jugulantur omnes novantes ab Ecclesiâ semper reprobati.

Vers. 3. — Sed neque Titus... hìc incipit probare doctrinæ suæ conformitatem cum aliorum apostolorum doctrinâ; eamque probat, primò ex facto ad Titum comitem suum spectante, quasi diceret : Ego persuasus de legalium insufficientiâ et inutilitate ad justificationem, Titum ex utroque parente gentilem, et ideò incircumcisum, nusquàm tamen duxi circumcidendum. *Sed neque Titus...*, sed neque ab apostolis, neque à concilio Jerosolymitano, Titus Græcus et qui mecum aderat concilio, compulsus est circumcidi. Quod sanè evidentissimum est argumentum quòd mecum idem sentiebant de circumcisionis et legalium ad salutem inutilitate. Sed quia responderi poterat quòd fortè ignoraretur à concilio Titum incircumcisum esse, addit Paulus :

Vers. 4. — Sed propter subintroductos... Imò multi Judæi, qui se Christianos simulabant, in Ecclesiam irrepserant, etc., et id scientes instanter urgebant ut Titus circumcideretur. Sed neque ad id compulsus est propter illos falsos fratres subintroductos et id instanter expetentes.

Constructio orationis est hujusmodi, ait Theophylactus : Neque propter subintroductos falsos fratres coactus est Titus circumcidi, hoc est, etiamsi adessent qui adversarentur mihi, apostoli tamen ne propter eos quidem adegerunt nos Titum circumcidere. Intelligendum ergo quasi esset : Sed ne quidem.

Assumpto et Tito. Tanta mihi fuit ad apostolos proficiscenti causæ meæ fiducia, ut non dubitaverim illuc adducere mecum hominem incircumcisum, non solùm comitem itineris, verùm etiam Evangelii prædicandi socium.

Vers. 2. — *Ascendi autem secundùm revelationem*, id est, monitus revelatione divinâ.

Et contuli cum illis Evangelium quod prædico in gentibus. Sensus est : Communicavi cum illis qui Hierosolymis erant de Evangelio quod prædico inter gentes, deque totâ ratione doctrinæ meæ quam tradidi, et etiam nunc trado gentibus, quarum sum apostolus. Non itaque discendi studio, quod supra negavit, sed ut omnes intelligerent eum nihil ab illâ diversum docere, cujus rei calumniam patiebatur propter legem et circumcisionem, à cujus onere gentes vindicabat.

Seorsùm autem iis qui videbantur aliquid esse, id est, qui videbantur esse columnæ Ecclesiæ ac primarii apostoli. Græca hic tantùm habent, qui videbantur, id est, qui habebantur in pretio. Græci enim δοκοῦντες vocant eos qui magnæ sunt auctoritatis.

Ne fortè in vacuum currerem aut cucurrissem, ne pseudo-apostolis jactantibus doctrinam meam ab apostolis reprobari, mihi fideique meæ fideles non credant, et sic meus omnis labor cassus reddatur. Ita Hieron., epist. 11 ad August., inter Epist. August.

Vers. 3. — *Sed neque Titus*, etc. Quòd si apostoli, cum quibus Evangelium contuli quod in gentibus prædico, sensissent observationem Mosaicæ legis, cujus præcipua pars est circumcisio, necessariam esse Christianis, utique Titum gentilem, quem mecum assumpseram, jussissent circumcidi, præsertim instantibus Judæis ut id fieret. Atqui factum id non est.

Vers. 4. — *Sed propter subintroductos falsos fratres*; q. d. : Non compulsus est, etiam cùm falsi fra-

Propter FALSOS FRATRES... quorum princeps putatur fuisse Cerinthus.

EXPLORARE LIBERTATEM NOSTRAM, scilicet, à servitute legis Mosaicæ.

QUAM HABEMUS IN CHRISTO, id est, in Ecclesiâ christianâ, et per Christum, qui nos mortis suæ merito ab hoc onere liberavit. Christus pro nobis moriens, omnes figuras et prædictiones implevit. *Consummabuntur omnia quæ dicta sunt de Filio hominis... Consummatum est*, exclamavit moriens, hâcque consummatione figuris ipsa veritas finem imposuit.

UT NOS IN SERVITUTEM..., id est, ad pristinas legis observantias redigerent; onus grave, quod nec nos, nec patres nostri, portare potuimus.

Ex hoc versu disce quòd ab initio fuerint falsi fratres et quòd ab initio in sanctiores cœtus insidiosè irrepserint, ut explorent, ut eripiant, ut sanctos exerceant et prælatos et fratres. Hinc et disce quòd ideò sit ubique vigilandum, orandum, resistendum, nihilque ob illos relaxandum.

VERS. 5. — QUIBUS NEQUE AD HORAM...; quibus falsis fratribus judaizantibus, ne ad momentum quidem, proditâ Evangelii veritate et libertate, subjici voluimus, cum illis judaizando.

UT VERITAS EVANGELII... et libertas à servitute legis quam Christus suo sanguine vobis acquisivit, apud vos permaneat illibata. Cur ergo vos, ô insensati Galatæ, circumcisionem recipientes, et legis servituti vos subjicientes, et Evangelii veritatem violâstis et christianam libertatem amisistis?

Observatio moralis.

Hoc suo exemplo, D. Paulus omnes prælatos docet ut Evangelii veritatem ecclesiasticamque libertatem generosè propugnent, nihilque ob hominum instantias relaxent. Notandum tamen quòd D. Paulus, qui non est hìc passus ut Titus gentilis circumcideretur, licèt urgerent falsi fratres, quia visus fuisset hoc facto asserere circumcisionem gentilibus esse necessariam, postea, Act. 16, Timotheum semi-Judæum, scilicet, ex matre Judæâ, circumcidit, ne Judæos irritaret, sed Judæis acceptior esset Timotheus, ait D. Joan. Chrysostomus. Paulus Timotheum missurus ad docendum Judæos, illum priùs circumcidit ut doctor esset acceptior; ingressus est cum circumcisione Timotheus, ut abrogaret circumcisionem, D. Chrysostomus, hìc. Hoc autem potuit licitè, quia, licèt lex tunc esset mortua, nondùm tamen erat mortifera, et aliundè gentilibus nullum dedit scandalum. Unde concludes prælatorum esse prudentiæ res, tempus, personas, omnesque circumstantias examinare; hinc ad illos præcipuè Christus : *Estote prudentes sicut serpentes*...

VERS. 6. — AB IIS AUTEM QUI VIDEBANTUR... Probatâ doctrinæ suæ cum apostolorum doctrinâ conformitate ex facto, seu exemplo Titi, illam nunc probat ex eo quòd primarii apostoli, quibuscum privatim communicavit, et quibus suum Evangelium examinandum submisit, in eo nihil immutârunt, nec addendo, nec demendo. *Ab iis qui videbantur*... Hoc verbum *videbantur*, non tollit rei veritatem, sed famam addit veritati; significat ergo : Qui erant reverà maximæ auctoritatis et scientiæ, et, ut tales, in magno apud omnes erant pretio.

QUALES ALIQUANDO FUERINT... Hìc mihi videtur apostolus duo nobis indicare velle; primum, quid non consideraverit in primariis apostolis; secundum, quid consideraverit. Non consideravit quid et quales fuerint ante suam à Christo vocationem, nimirùm piscatores, illitterati, rudes et idiotæ. Hoc, inquam, non consideravit; aliàs ipse civis Romanus, dives, doctus, in lege instructus à Gamaliele, et ideò humanitùs illis doctior in legalibus, eos non consuluisset. Voluit à Galatis intelligi quia et peritus fuit in lege, ait Ambrosius. Hoc autem non vanitatis causâ, sed quia apud eos premebatur aliorum quasi judaizantium auctoritate; hinc sese modestè erigit. Sed consideravit quid in Ecclesiâ per Dei gratiam essent, nimirùm columnæ, aliis eminentiores, alios suâ firmitate sustentantes; et hoc in illis considerans ac venerans, eis suum Evangelium submisit, ab eisque voluit approbari.

NIHIL CONTULERUNT. Syr., *nihil mihi addiderunt.* Propter parenthesim interpositam, propositio per ablativum incœpta *ab iis*... terminatur per nominativum subauditum, scilicet, *illi nihil contulerunt* doctrinæ meæ, nec quidquam addiderunt, nec detraxerunt. Meam ergo doctrinam ita suæ conformem judicârunt ut ei nec quidquam addendum, nec ab eâ quidquam adimendum existimaverint.

Exemplo D. Pauli, qui cum Petro, Jacobo et Joanne conferens, non attendit ad illud quod aliquando fue-

tres urgerent eum circumcidi.

Qui subintroierunt explorare libertatem nostram, quam habemus in Christo Jesu. Libertas quam habemus in Christo ea est quâ liberi ab observatione legis Mosaicæ, ex Christi gratiâ, justitiam et peccatorum remissionem accipimus.

Ut nos in servitutem redigerent, ut eâ libertate exploratâ et cognitâ, nobis eam extorquerent, aut nos accusarent, nosque unà secum servituti legis subjicerent.

VERS. 5. — *Quibus neque ad horam cessimus subjectione*, etc., per subjectionem, subjiciendo nos judaizantibus.

VERS. 6. — *Ab iis autem qui videbantur esse aliquid*, ab iis qui magno erant in pretio, ac primi nominis apud Judæos fideles, nihil mihi collatum est, id est, factâ Evangelii cum eis communicatione, nihil ab eis mihi accessit. Nihil, supple, doctrinæ, mihi collatum est.

Quales aliquando fuerint nihil meâ interest, quòd scilicet hi primarii apostoli, qui videntur esse aliquid, fuerint indocti, piscatores, pauperes, abjecti, cùm ego civis Romanus zelo et scientiâ legis excellerem. Ita Ambros., Anselm.; quia enim aliorum apostolorum quasi judaizantium auctoritate premebatur Paulus, eam elevat, ut suam auctoritatem et consequenter doctrinam erigat, modestè tamen. Unde subdit :

Deus personam hominis non accipit, nec considerat quales fuerint, sed eligit quos vult, tam potens ex persecutore quàm ex piscatore facere prædicatores et apostolos.

Mihi enim qui videbantur esse aliquid, nihil contulerunt; mihi in illâ communicatione quam de Evangelio meo cum præcipuis apostolis habui, nihil illi contulerunt, id est, nihil ab eis accepi, nihil didici, nihil per eam collationem mihi accessit.

rant, sed ad id quod per Dei gratiam erant, discamus et nos, Ecclesiæ prælatos omnesque Dei ministros per respectum ad Christum attendere. Non consideremus quid aliquando fuerint, imò nec quod sint in se, sed quod sunt in Christo et per respectum ad Deum; Dei nempe sunt ministri, Christi vicarii, columnæ Ecclesiæ, et ut tales eos revereamur.

Vers. 7. — Sed e contra cum vidissent... Probat denique doctrinæ suæ cum apostolorum doctrinâ conformitatem ab unionis societate quam in concilio Jerosolymitano iniit cum Ecclesiæ columnis. *Tantùm abest...* Vide paraphrasim.

Præputii nomen hic significat gentes præputiatas, id est, incircumcisas, nomen circumcisionis Judæos, ait D. Chrysostomus.

Vers. 8. — Qui enim operatus est. Græc., ἐνεργήσας, *inoperatus est;* vim et efficaciam suam ostendit, per miracula, per charismata Spiritûs sancti. Vide paraphrasim.

Vers. 9. — Et cum cognovissent..., factis scilicet et experientiâ, tum miraculorum famâ, tum ingentis hominum numeri conversione, tum et meâ conversatione, dextras dederunt societatis : socios in apostolatu agnoverunt.

Nota litteralis et moralis.

Ut nos in gentes, ipsi autem... Neque ex hoc versu, neque ex septimo sequitur quòd Petrus Judæorum tantùm fuerit apostolus, Paulus autem tantummodò gentium; sed quod Dei voluntas fuerit, ut tunc Petrus præcipuè Judæis prædicaret, Paulus verò gentibus præcipuè. Postea enim et Petrus Romam venit et inter gentes Evangelium longè latèque disseminavit per se suosque discipulos, sicque adimplevit quod ei dictum est Act. 10 : *Occide et manduca.* D. etiam Paulus et Hebræis prædicavit, ut patet ex Epist. ad Hebræos, ut adimpleret quod de illo Dominus dixit Ananiæ : *Vas electionis est mihi iste, ut portet nomen meum coram regibus, gentibus et filiis Israel*, Act. 9, 15.

Sed in hoc mirare Dei bonitatem et in hominum oppositorum salute procurandâ providam voluntatem. Quia Judæi à gentibus naturaliter abhorrebant, et quia Paulus Judæis erat exosus, hinc Deus, quasi hominum infirmitati sese accommodans, Petri et Pauli operas partitur (non tamen jurisdictionem et potestatem); Petro credidit apostolatum circumcisionis, Paulo autem incircumcisorum. Hinc discat prælatus, pastor animarum, Dei minister, subditorum suorum saluti prudenter incumbere, illis non dominari, sed suavi et prudenti charitate illos regere. *Dextras dederunt societatis...* Mirare et apostolorum concordiam, non in doctrinâ tantùm, sed et in operarum suarum partitione. Unicâ collatione charitativâ extinguunt omnia nascentia dissidia totiusque mundi salutem procurant. Quot mala vitaret, quotque bona procuraret charitativa ministrorum Dei concordia ! Concordes autem brevi forent, si Dei gloriam hominumque salutem tantummodò vellent, et quæ sua sunt non quærerent. O Deus pacis, extingue in tuis ministris omne dissidium ! O Deus charitas, ure *cor et renes nostros tui amoris igne !*

Vers. 10. — Tantum ut pauperum... Hanc tantùm conditionem addiderunt, ut pauperum qui in Judæâ sunt inopiam sublevaremus eleemosynis inter gentiles collectis.

Judæi christiani fuerant propter fidem bonis suis spoliati, Heb. 10; adde quòd omnia reliquerant, ut in Actis dicitur. Hinc collige quòd charitas in pauperes sit apostolici muneris pars essentialis et indivisibilis, seu ad omnes prorsùs apostolos attinens, juxta Theophylacti notam. Prædicationem dividebamus, inquit Paulus, pauperes autem indivisos habebamus, Theophylactus. Videat ergo apostolorum successor quomodò huic muneri vacet.

Quod etiam sollicitus fui... Si Paulus pauperrimus tot eleemosynis pauperes adjuvit, quid episcopus? Quid alius Dei minister, pauperum bonis dives, facere non debeat? Ex hùcusque dictis restat concludendum quòd Pauli doctrina sit verè apostolica et apostolorum doctrinæ conformis, et ut talis ab illis in concilio Jerosolymitano approbata, cùm nec Titum circumcidi exegerint, nec quidquam in Evangelio Pauli immutârint, cùm è contra, illum in apostolatûs socium receperint.

Vers. 11. — Cum autem venisset Cephas... Con-

Vers. 7. — *Sed è contra, cùm vidissent quòd creditum est*, etc., id est, gentium præputiatarum, sicut et Petro circumcisionis, id est, circumcisorum Judæorum. Ita Theophylactus.

Vers. 8. — *Qui enim operatus est*, etc., ut scilicet gentium essem apostolus, munus haberem, gratias, charismata apostolica inter gentes. Græcè, *qui inoperatus est Petro*, qui in Petro suam energiam, vim et efficaciam ostendit, *in apostolatum*, id est, ut fieret apostolus Judæorum circumcisorum; is eamdem in me Paulo ostendit apud et inter gentes. Syrus vertit : Qui efficax fuit in Petro, in me quoque efficax fuit, in tot videlicet miris et miraculis patrandis, in tantâ sermonis efficaciâ, in tot gentium per me factâ conversione.

Vers. 9. — *Et cùm cognovissent gratiam quæ data est mihi;* cùm, inquam, ipsâ jam rei experientia cognovissent gratiam quæ mihi data erat, mirùm Evangelii in gentibus prædicandi.

Jacobus, et Cephas et Joannes, qui videbantur columnæ esse, dextras dederunt mihi et Barnabæ societatis, id est, in apostolatu socios atque in Evangelii doctrinâ benè secum consentientes agnoverunt, et ut tales receperunt. Nam jungere dextras, societatis et concordiæ symbolum erat. Cephas et Petrus idem est, unde illi, quasi primario, præ Jacobo et Joanne, opposuit se hic Paulus, v. 14.

Ut nos in gentes, ipsi autem in circumcisionem, id est, apud circumcisos Judæos. Ut sicut Judæis quasi primis et primariis promissus et datus est Christus, qui inde vocatur *minister circumcisionis*, id est, circumcisorum, Rom. 15, ita primarii apostoli primas suas operas apud eosdem collocarent.

Vers. 10. — *Tantùm ut pauperum memores essemus;* tantùm, inquit, hoc admonentes ut, dùm Evangelium apud gentes prædicamus, pauperum qui in Judæâ erant, memores essemus, commendando eos gentibus ad fidem conversis.

Quod etiam sollicitus fui hoc ipsum facere; q. d. : Eam rem mihi commendatam quâ potui diligentiâ præstiti.

Vers. 11. — *Cùm autem venisset Cephas Antiochiam*,

firmat doctrinæ suæ puritatem et suam in eâ firmitatem et constantiam ex facto quod ipsi cum Petro contigit Antiochiæ.

Paulus post concilium Jerosolymitanum rediit Antiochiam cum apostolorum decreto : *Visum est Spiritui sancto...*, Act. 15, 28, et eo tempore Petrus intelligitur supervenisse, et quod hìc narrat Paulus fecisse, ait S. Anselmus. Idem ait Estius.

In faciem ei restiti, id est, apertè, palàm, coram omnibus; intellige tamen verbis amicitiæ et observantiæ plenis, utpote capiti Ecclesiæ, et, ut dixit supra, columnæ.

Quia reprehensibilis erat, id est, reprehensione dignus. Græc. : *Quoniam reprehensus erat*. Syr. : *Quoniam offendebantur in eo* (gentiles). Æthiop. : *Quia indignati sunt ei*. Arab. : *Eò quòd reprehensibilis esset*. Omnes interpretes Græci, D. Chrysostomus, Œcumenius, Theophylactus, legunt *reprehensus*. Inter antiquiores Latinos, Ambrosius; inter recentiores, Erasmus et Cajetanus legunt *reprehensus*, sed variant in explicatione. *Reprehensus erat*, non à me, sed ab aliis ignorantibus id quod agebatur consilio factum fuisse, ita Theophylactus D. Chrysostomum secutus. *Reprehensus erat Jerosolymæ*, ab aliis apostolis, eò quòd cum Cornelio gentili cibum Antiochiæ sumpsisset; et hunc sensum refert Erasmus post scholia Græcorum quos sequitur. *Reprehensus erat*, ab aliis fratribus, non publicæ sed privatim; ita sentit Cajetanus, teste Estio. Omnes autem communiter Latini, licèt fateantur in Græco participium esse κατεγνωσμένος, *reprehensus* : cum nostro tamen interprete volunt illud positum pro verbiali κατάγνωστος, *reprehensibilis* ; phrasi Hebraicâ, ait Estius post Sasboldum quem citat; Hebraismo, ait Cornelius à Lapide, qui addit quòd Hebræi verbalibus carent terminatis in *bilis*; more Hebræo participium pro verbali, ait Grotius. Et sanè sensus juxta hanc lectionem est multò naturalior omniaque meliùs cohærent : *Restiti ei*, *quia reprehensibilis erat*; reprehensibilis autem, *quia priusquàm venirent...*

Vers. 12. — Prius enim quam venirent... Explicat in quo Petrus erat reprehensibilis. Petrus sentiebat legalia non esse servanda; hinc cum gentilibus edebat et eorum more omnibus indifferenter cibis vescebatur, at cùm Antiochiam venissent quidam à loco ubi præerat Jacobus, id est, quidam Judæi ab Jerosolymis, Petrus metu Judæos illos offendendi, erat enim apud illos grande piaculum cibis à lege Mosaicâ vetitis uti, Petrus ergo, ne ipsis scandalum foret, se subtrahebat à convictu gentilium.

Timens eos..., timore non quidem mundano, sed charitatis, ne scilicet scandalizarentur. Et hoc inordinatè, ait D. Thomas, quia veritas nunquàm dimittenda est propter timorem scandali. Erravit ergo Petrus non in fide, sed in facto; incautè scilicet, et cum scandalo gentilium, simulans Judaismum; unde gentiles meritò credere poterant Judaismum sibi necessarium esse. Fuit itaque in Petro vanus timor displicendi Judæis, et quædam indiscretio, seu inconsideratio quâ gentiles scandalizavit. Si autem Petrus erravit, si Ecclesiæ princeps et pastor verè fuit reprehensibilis, quis fidelium erit irreprehensibilis? Quis non timeat et de seipso non diffidat?

Vers. 13. — Et simulationi ejus... Græc. : *Et coassimulabant ei et cæteri Judæi*, etc.

Ita ut et Barnabas... Vide paraphrasim.

Quanta vis exempli? Nihil pestilentius quàm malum prælati exemplum; quò dignitate eminentior est, eò periculosius est scandalum ab eo datum. Caveat ergo sibi et ad omnia sua dicta et facta attendat qui præest aliis. Validiora sunt exempla quàm verba, D. Leo.

Vers. 14. — Sed cum vidissem quod non rectè... Græc. : *Quòd non recto pede incederent ad veritatem*, etc. Erat quædam quasi claudicatio : modò ad gentiles, modò ad Judæos inclinabat; cum illis gentiliter vivendo, cum his Judaicè. Syr. : *Cùm vidissem eos*, *non*

---

in faciem, id est, ut vulgò dicimus, in os, in barbam, apertè, palàm Petro *restiti*, idque ut hâc ratione scandalum ejus publicum publicâ correptione emendaretur. Ita Augustinus. Reprehensus erat, scilicet à veritate et libertate evangelicâ, quæ gentes à Judaismi umbris et servitute liberat et eximit. Dat enim causam cur restiterit ei, scilicet hanc : *Quia reprehensibilis erat*, puta in simulatione Judaismi. Ut sequitur.

Vers. 12. — *Prius enim quàm venirent quidam à Jacobo, cum gentibus edebat*, sine delectu suillam aliosque cibos, quos Judæis vetuit Moyses, Levit. 11; hoc facto docens hujus delectûs totiusque legis observationem non esse necessariam. Ita Anselmus.

Cùm autem venissent, subtrahebat et segregabat se, timens eos qui ex circumcisione erant. Subducebat se à conviviis et mensâ gentilium, utpotè qui promiscuis et lege vetitis uterentur cibis. Priùs enim dictum est, *cum gentibus edebat*.

Vers. 13. — *Et simulationi ejus consenserunt cæteri Judæi*, q. d. : Cæteri Judæi simulabant cum Petro. Quæritur, quæ et qualis fuerit hæc simulatio? Resp.: August., Ansel., censent vitium fuisse hypocrisis, quod simplicitati ac veritati opponitur. Simulabant enim legis observationem, cùm verè non intenderent eam servare, sciebant enim eam abolitam esse, se tamen aliis Judæis accommodare intendebant.

Ita ut et Barnabas duceretur ab eis in illam simulationem. Hoc secutus Barnabas et ipse finxit, id est, ita se gessit ac si cibos cum Judæis discerneret, et gentium conversionem abhorreret, quasi Judæi præferendi essent gentibus conversis, et quasi lex vetus ad salutem esset necessaria. Ita enim se gerebant, ut jure ex eorum facto id opinari possent gentes; licèt id non intenderent, imò fortè non adverterent Petrus et Barnabas.

Vers. 14. — *Sed cùm vidissem quòd non rectè ambularent ad veritatem Evangelii. Rectè ambulare*, significat recto pede incedere, rectà dirigere gressum, ut non cespites, neque ad dextram vel sinistram deflectas.

Dixi Cephæ coram omnibus, id est, palàm ac multis præsentibus. Quòd autem coram omnibus, inquit Augustinus, necessitas coegit, ut omnes illius objurgatione sanarentur.

Si tu, cùm Judæus sis, gentiliter vivis, et non judaicè, quomodò gentes cogis judaizare? Gentiliter vivis, id est, communi cibo et mensâ indifferenter cum gentibus hactenùs vixisti; postquàm didicisti legem morte Christi abolitam esse, non ampliùs eam servas; quid est, quòd nunc, hâc tuâ simulatione tuoque exemplo, etiam gentes, quæ sunt extra legis professionem, cogis judaicè vivere, id est, legem Judaicam observare?

rectà incedere in veritate Evangelii, seu, ut alii volunt, juxta veritatem Evangelii, quia peribat veritas. Potest etiam dici : Modo ad veritatem Evangelii propagandam conducibili.

Dixi Cephæ... Vide paraphrasim.

Observatio moralis.

Ex prædictis, ait D. Thomas, habemus exemplum; prælati quidem humilitatis, ut non dedignentur à minoribus et subditis corrigi; subditi verò exemplum zeli et libertatis, ut non vereantur prælatos corrigere, præsertim si crimen est publicum et in periculum multitudinis vergat, hùcusque D. Thomas, hìc. Hoc utrumque exemplum, tum humilitatis in Petro, tum libertatis evangelicæ et zeli apostolici in Paulo, rarum, sanctum, ædificatorium. D. tamen Augustinus humilitatis Petri exemplum rarius, sanctius et difficilius arbitratur. Rarius, inquit, et sanctius exemplum Petrus posteris præbuit, quo non dedignarentur majores à posterioribus corrigi, quàm Paulus, quo confidenter auderent minores majoribus, pro defendendâ veritate, salvâ charitate, resistere. D. Aug., epist. ad Hier., citatus à Cornelio à Lapide. Hanc objurgationem pastor pro salute sui gregis libentissimè sustinuit, suo objurgatore admirabilior et ad imitandum difficilior, D. Aug. à Fromondo citatus.

Hujus autem rei ratio videtur esse quòd rariùs et difficiliùs sit invenire prælatum qui à subdito corrigi non dedignetur, quàm reperire subditum qui superiorem audeat corrigere. Hoc tamen humilitatis exemplum, Petrus, pastor pastorum, toti dedit Ecclesiæ; reprehensus, in suum correctorem non modò non excanduit, sed, ut ait Theophylactus, correctionem æquo suscepit animo. Tacuit Petrus, ut qui primus erat in apostolatûs culmine, primus esset in humilitate, D. Gregor., hom. 18, in Ezechielem. Felicem ergo dicamus quidem Petrum, qui lapsus zelantem reperit Paulum qui christianâ charitate relevaret. At non minùs felicem dicamus Paulum, qui superiorem corrigens, Petrum invenit humilem qui correctionem æquo et grato suscepit animo. Felicem denique dicamus Ecclesiam, quæ apostolicâ S. Pauli libertate, et admirandâ S. Petri pastoris sui humilitate, pacem et Evangelii veritatem servavit, et in his duobus apostolis habuit exempla tum humilitatis, quod imitentur prælati; tum libertatis, quod imitentur subditi.

Appendix hucusque dictorum.

Hoc factum Petri gentiliter cum gentilibus viventis, hæc ratio à D. Paulo Petrum corrigente allata, hæc D. Petri Paulo se corrigenti cessio, omnem debuit à Galatis scrupulum amovere illisque doctrinam Pauli sanam, evangelicam et verè apostolicam demonstrare. Nec enim quidquam Petrus contradicit; unde planum est quòd oppositionem Pauli æquo animo susceperit, Theophylactus. Petrus silentio dicta confirmat, Theodoretus.

Adverte autem et nota progressum sermonis apostolici. Primò, ostendit se ab ipso Christo Domino apostolum fuisse institutum; secundò, suam doctrinam de circumcisione abrogatâ et gentilibus non imponendâ, in concilio Jerosolymitano fuisse confirmatam; ab apostolorum primariis se in apostolatûs socium receptum fuisse. Tandem doctrinæ suæ puritatem et suam in illius veritate firmitatem et constantiam ostendit ex eo quòd Petrum ipsum, cum Judæis judaizantem, publicè arguerit. His ergo positis ad calumnias refutandas necessariis, jam aggreditur legis abrogationem probare.

Probat autem primò ex legis insufficientiâ ad justificandum, utpote quæ instituta erat, non ad dandam justitiam, sed ad significandum et figurandum Christum, per quem erat peccatorum remissio et vera justitia conferenda. Itaque dici potest quòd post multas de facto probationes jus tandem allegat in quo legis abrogatio fundatur, legis nimirùm insufficientiam. Hoc autem dogma sic allegat, ut ex eo absurdum impossibile contra suos adversarios deducat.

Vers. 15. — Nos natura Judæi... Non constat apud sacros auctores ad quem, aut ad quos, hæc verba dirigantur, an sit continuatio objurgationis Petri, ut existimat D. Hieronymus et Theodoretus, an relicto Petro, sermonem vertat ad omnes Judæos præsentes, seipsum etiam comprehendens, non ut Petrum doceat, sed discipulos, ait D. Chrysostomus, an, mutato sermone, clam ad Galatas sua verba dirigat. Hoc posterius cum plerisque recentioribus sic eligo tanquàm probabilius, ut fatear propter hoc in re nihil immutari, eadem quippe erit ratiocinatio, ad quemcumque dirigatur. Itaque probabilius est quòd D. Petri correctio finierit cum v. 14. Versu autem 15, Apostolus sua verba dirigat ad Galatas, inchoatum ad illos sermonem prosequens : *Nos* ipsi, qui Judæi nati sumus ex sanctis patribus, sub sanctâ lege; *naturâ*, id est, nativitate *Judæi*;

Et non ex gentibus peccatores, id est, non proselyti, sicut vestri doctores, neque gentiles idololatræ, legis divinæ ignari, ex impiis et profanis parentibus nati, quales illi fuerunt;

Vers. 16. — Scientes autem..., persuasi tamen quod ex operibus legis Mosaicæ nullus homo justificatur verâ, spirituali et internâ justitiâ, quæ Deo gratum faciat et æternâ vitâ dignum,

Nisi per fidem, id est, sed tantùm per fidem in Jesum Christum, in lege figuratum et promissum, ut ipsius legis finem.

Et nos in Christo Jesu credimus. Græc., *credidimus*, ut justificemur. Græc., *ut justificaremur*, etc.,

Velut si dicat : Quæ ratio est ut tu gentiles ad Judaismum provoces, qui Judæus ipse cùm sis, Judaismo renuntiâsti ?

Vers. 15. — *Nos naturâ*, naturali generatione, origine, prosapiâ, *Judæi* sumus, *non ex gentibus peccatores*, non gentiles peccatores. Judæi enim gentes, quia idololatræ erant, vocabant arroganti contemptu peccatores, quasi ipsi essent justi, aiunt August. et Anselm.

Vers. 16. — *Scientes autem quòd non justificatur homo ex operibus legis, nisi per fidem Jesu Christi.* Justificatur autem homo per fidem Jesu Christi, quatenùs per eam Christum redemptorem agnoscens, ex ejus merito remissionem peccatorum atque justitiam

id est, etiam nos, Judaismo relicto, in quo nati et educati fuimus, Christianismum amplexi sumus, in Jesum Christum credentes, ut per fidem in eum veram consequeremur justitiam.

Propter quod ex operibus, id est, propterea quod; non est conclusio, sed repetitio; vel intellige, ut versio Syriaca : Quoniam *ex operibus legis*, scilicet, ut legis sunt et sine gratiâ Christi factis, non justificabitur omnis caro, seu nulla caro, id est, nullus homo, sive Judæus, sive gentilis. Quicumque enim justi sunt, ex fide justificati sunt, sicut Abraham, Isaac, Jacob, et cæteri sancti, ait Ambrosius.

Vers. 17. — Quod si quærentes justificari in Christo... Syr. : *Quòd si dùm studemus justificari per Christum, reperimur et ipsi peccatores;* ergo Jesus Christus minister est peccati. Allegatâ in superiori versu semel et iterùm legis insufficientiâ ad homines justificandos, et ob hanc legis insufficientiam, Judæorum ad Christum conversione suppositâ, jam ex judaizantium errore ostendit horrendum sequi absurdum.

Quod si quærentes..., id est, quòd si nos naturâ Judæi, relicto Judaismo, *quærentes* per fidem in Christum *justificari*, non sumus reverà justificati, sed è contra peccatores inveniamur ob legis derelictionem, quæ, ut vobis prædicant pseudo-apostoli, necessaria est ad salutem; ergo Christus *Dominus*, peccati destructor, peccati auctor et minister est; ipse enim legem abrogavit, ipse fidem suam nobis præcepit.

Absurdum et horrendum dictu quòd Christus, qui tollit peccata mundi, qui pro peccato delendo mortuus est, peccati sit auctor et minister. Absurdum ergo et impossibile quod legem deserentes peccaverimus, et in Christo peccatores inveniamur et legis prævaricatores. Quin imò peccatores et prævaricatores erimus si ad legem redeamus : *si enim quæ destruxi...*

Potest in formâ sic ratiocinari : Si lex Mosaica Christianis, seu in Christum credentibus, est necessaria ad salutem, ut pseudo-apostoli, Christus, ipsa sanctitas et peccati destructor, erit peccati auctor, et nos Judæi, qui legem deseruimus pro Christo, erimus prævaricatores; absurdum autem et impossibile est ut Christus Dominus, ipsa sanctitas, sit peccati auctor et minister; absurdum ergo et impossibile quòd lex sit ad salutem necessaria, et quòd nos Judæi, legem deserentes, simus prævaricatores. Quin imò, si Christianismo suscepto ad legem redeamus, peccatores, seu prævaricatores, erimus.

Vers. 18. — Si enim quæ destruxi... Alteram hìc quasi concatenat rationem, quâ probat in legis abolitione perseverandum, quia ad illam rediri non potest, sine prævaricatione in illam.

Dicebant judaizantes pseudo-apostoli quòd legem deserere, esset prævaricari et peccare; contra Apostolus dicit quòd ad legem redire, sit prævaricari et peccare. Hoc autem sic enuntiat : Si legem Mosaicam, quam abrogavi, iterùm instauro, sive illam prædicando ut necessariam, sive illam ut talem observando, ego me prævaricatorem legis constituo.

Vers. 19. — Ego enim per legem... Probat quòd ad legem rediens, erit prævaricator legis, quia legi credens, legem deserui et ad Christum accessi ut Deo vivam. Quasi diceret : Ipsa lex mihi Christum, scopum et finem suum præmonstravit, ipsa mihi dixit : *Prophetam vobis suscitabit Dominus Deus vester de fratribus vestris; tanquàm me, ipsum audietis*, Deut. 18; ad hunc prophetam ipsa lex me quasi manu duxit; legi ergo credens, legi mortuus sum, et in Christum credidi, ut Deo per Christum et in Christo vivam. Ad legem ergo rediens, legem denuò servans, legis fierem prævaricator, quia contra legis finem et intentum, ad illam redirem.

Christo confixus sum cruci. Græc., *concrucifixus sum;* Syr. : *Unà cum Christo confixus sum.*

Separatim, ut puto, legenda sunt hæc verba, est enim separata sententia quâ declarat quomodò legi mortuus, vivat Deo. Ab his itaque verbis, Paulus hominis per Christum justificati personam in se transferens, justificationis beneficium magnificè exaggerat, ut, hoc beneficio cognito, efficaciùs arguat Galatas qui illud contempserint, eisque propterea dicere possit : *O insensati Galatæ !...*

Jam ad verba. Quòd si quæres quomodò legi mor-

à Deo exspectat et percipit. Quod quidem fit per ea media quæ Christus ipse ad justificationem præstandam hominibus instituit, uti sunt invocatio, pœnitentiæ opera, Sacramenta, legisque divinæ observatio; juxta illud : *Factores legis justificabuntur*, Rom. 2.

Et nos in Christo Jesu credimus. Græcè, *in Christum Jesum;* credimus scilicet illum esse Christum, id est, Messiam, salvatorem et redemptorem mundi.

Ut justificemur ex fide Christi, et non ex operibus legis; non enim credimus in Christum ut ex lege justificemur, sed ex ipsâ fide Christi.

Propter quod, quia, propterea quòd, *ex operibus legis non justificabitur omnis caro*, id est, nullus homo.

Vers. 17. — *Quod si quærentes justificari in Christo*, etc.; q. d. : Adhuc sumus in peccato, quia peccati remissionem et justitiam quæsivimus in Christi fide, cùm ibi non sit quærenda, sed in lege, ut volunt judaizantes; ergo Christus peccatum fovet; sustulit enim legem, quæ sola peccatum tollit. *Numquid* ergo *Christus peccati minister est?* Quasi dicat : An Christus peccato inservit illud fovendo et conservando, hoc ipso quo legem tollit ad justificationem et peccati dele-

tionem, ut ipsi aiunt, necessariam, et suam statuit legem gratiæ, quasi quæ sola justificet, cùm, ut ipsi aiunt, sine lege justificare non possit? *Absit;* ac si dicat : Minimè. Ita Hieron., Chrysost., Primas., Ansel., Theoph.

Vers. 18. — *Si enim quæ destruxi*, etc., id est, ostendo, astruo, confirmo. Sensus est : Legem, semel factus christianus, deserui, et quantùm in me fuit prædicatione meâ destruxi. Quòd si nunc illam restituo, docens eam observandam esse, planè astruo et confirmo me prævaricatorem legis tamdiù fuisse, quamdiù eam posthabui.

Vers. 19, 20. — *Ego enim per legem legi mortuus sum, ut Deo vivam.* Atqui non fui prævaricator deserendo legem, nam per ipsam legem legi mortuus fui; q. d. : Ipsa lex Moysi spiritualiter intellecta docet se non esse perpetuam, sed Christo, quem præfiguravit, venienti cedere debere. Per ipsam ergo legem hoc mihi loquentem, mortuus sum legi, id est, subtractus sum legi, atque ei desii esse obnoxius. Hoc enim significari istâ phrasi, *legi mortuus sum*, intelligitur ex Rom. 6 et 7.

tuus, vivam Deo, respondeo : *Christo confixus...* Per Baptismum Christo concrucifixus, commortuus et consepultus, priorem vitam deposui, in āliam transii. Huic vivo cujus vitam indui, ait Theodoretus. Huic vivo, cui sum concrucifixus; Christi enim crucifixio et mors, vita nobis est, ait D. Chrysostomus. Hujus vitam exsugo, cui per baptismum insitus sum, sicut ramus arbori. Arbori crucis insertus, communem arboris succum et vitam haurio, gratiam scilicet et charitatem. *Hinc vivo jam non ego.* Duplex hìc notatur miraculum, ait D. Chrysostomus. Primum, quòd Christus mortuum vivificat; secundum, quòd per mortem largitur vitam.

Vers. 20. — Vivo autem jam non ego... Vide paraphrasim. Unde non tam ego vivo quàm Christus in me per gratiam suam; ipse animæ meæ vita; ipse me suo spiritu movet et gubernat; ipsius sequor motus et voluntatem, non meam.

Quod autem nunc vivo in carne... Quòd autem sic spiritualiter, à peccatis veteris hominis liber, vivam in hàc mortali carne, tot vitiis et imperfectionibus obnoxiâ; hoc debeo fidei in Filium Dei. Vide paraphrasim.

Qui dilexit me... Quis? Quem? Filius Dei et Deus homuncionem; Dominus servum; sanctus sanctorum peccatorem; omnia et omne bonum, ipsum nihil. O bonitas! O ineffabilis mysterii dispositio! etc.

Et tradidit semetipsum pro me. His verbis declarat par esse, ait D. Chrysostomus, ut unusquisque nostrûm non minùs gratias agat Christo quàm si ob ipsum solum mortuus esset; neque enim recusaturus erat, vel ob unum, tantam exhibere dispensationem; adeò singulum quemque hominem pari charitatis modo diligit, quo diligit orbem universum. Unusquisque ergo baptizatus et in Christo justificatus, cum Apostolo potest dicere : *Christo confixus sum cruci*, quia mors et vita Christi fuit illi communicata; ipsi totus Christus fuit datus, et factus quasi suus; totus illius est. Hinc etiam et dicere potest : *Qui dilexit me...*, et quia me dilexit, *tradidit semetipsum pro me.*

Singulum quemque pari charitatis modo diligit, quo diligit orbem universum. Singulis tantùm prodest, quantùm omnibus; pro uno solo redimendo paratus erat mori. Gratias ergo sic agere debeo ac si pro me solo mortuus esset. Se totum mihi dedit; totum itaque et plus quàm totum ipsi me debeo; quid enim ego?

Vers. 21. — Non abjicio gratiam Dei... In hoc ultimo versu nova ratio continetur, Christus enim ideò mortuus est, ut nos morte suâ redimeret, justitiamque nobis mereretur. Si autem ex lege justificari poteramus; ergo supervacanea est mors Christi; quis autem credat Christum tot et tanta passum frustra? Hoc qui credit, Dei gratiam abjicit. *Non abjicio gratiam Dei.* Si gratiam Dei spernit et abjicit qui justificationem quærit in lege, eamdem gratiam magis spernere et acceleratiùs abjicere videtur ille, qui post Baptismum, seu post pœnitentiam peccato sordidatur. Itaque de peccatoribus relapsis meritò dici potest : *O insensati*, etc.

Synopsis disputationum D. Hieronymi et D. Augustini in hoc caput.

Præcedentis capitis explicatio multiplicem suscitavit inter D. Hieronymum et D. Augustinum litem et acrem disputationem, ut patet ex eorum epistolis; D. Hieron., epist. 86 et seq. usque ad 97, et D. August., epist. 8 usque ad 19, tom. 2 operum D. Augustini.

Primò disputârunt de legalibus ipsis, nimirùm

Legi mortuus sum, sed felici admodùm morte, quia ad hoc mortuus sum, *ut Deo vivam*, per veram justitiam; et hæc nova vita est, quam alibi veteri vitæ opponit, sicut novum hominem, veteri. Congruit hic locus cum illo Rom. 7 : *Mortificati estis legi per corpus Christi, ut sitis alterius, qui ex mortuis resurrexit, ut fructificemus Deo.*

Christo confixus sum cruci. Vivo autem, jam non ego: vivit verò in me Christus. Per baptismum Christo commortuus, vivo nunc per veram justitiam, vivo, inquam, non ego, id est, non vetus ille homo qualis eram; vel, vivo non ego, hoc est, quòd jam vivo vitâ justitiæ, ex meipso non habeo; sed *vivit in me Christus*, id est, Christus qui à morte resurrexit ad vitam, mihi totius vitæ meæ spiritualis, hoc est, omnis justitiæ, auctor est; totum quod vivo illi debeo, qui in me vivit et efficax est per gratiam suam. Simili locutionis modo dictum est à Domino, Matth. 10 : *Non vos estis qui loquimini, sed Spiritus Patris vestri qui loquitur in vobis.* Igitur ex hoc loco discimus, uti benè Sasboldus adnotat, opera justorum non tam ipsorum esse, quàm Spiritûs Christi mentes eorum inhabitantis; unde nec mirum quod digna sint vitâ æternâ.

Quod autem nunc vivo in carne, in fide vivo Filii Dei. Vivere *in carne*, idem est quod vivere mortali hàc vitâ. *In fide vivo*, illâ, inquam fide, quæ est in Filium Dei, ubi et *Filii* et *Dei*, suos habent articulos, quòd vehementior sit sermo. Sensus est : Quod in carne hàc mortali variis obnoxiâ tentationibus justè vivo, non legi acceptum fero, sed fidei quam habeo in Christum Filium Dei. *Justus enim ex fide vivit.*

Qui dilexit me, et tradidit semetipsum pro me. Nota *me* et *pro me*, non nos, vel pro nobis; ita enim loquitur ex vehementiâ, et deliciis amoris, quia præ omnibus judicabat se peccatis obnoxium, ac mortis Christi reum. Semetipsum in mortem tradidit, ut me à morte redimeret ac vitæ restitueret. Christus se totum dat tibi, tu te totum da, imò redde Christo.

Vers. 21. — *Non abjicio gratiam Dei* Græcè, *non rejicio, repello, aspernor gratiam Dei.* Ambros. : Non sum ingratus gratiæ Dei. August. legit : *Non irritam facio gratiam Dei*, uti faciunt illi qui volunt statuere legem et justitiam ex lege, ait Hieron. Dicit ergo Apostolus, tanto affectus beneficio à Christo Filio Dei : Non sum tam ingratus, ut gratiam Dei per Christum mihi oblatam atque impensam repudiem; q. d. : Absit à me tam detestabilis ingratitudo, in quam utique incurrerem si à lege justitiam exspectarem.

Si enim per legem justitia, ergo gratis Christus mortuus est. Gratis, id est, frustra et absque necessitate. Frustra enim passus est, si sine ejus passione redimi et justificari potuit homo, quia mortuus est Christus ad justitiam suæ mortis pretio nobis comparandam. Hoc autem pretium frustra dedit, frustra impendit, si ex lege eamdem justitiam habere poteramus; q. d. : Nemo tam vecors est ut dicat Christum frustra tot et tanta passum, ac mortuum : atqui hæc omnia passus, et mortuus est pro justitiâ nobis promerendâ; ergo hæc justitia non contingit nobis à Moyse, sed à Christo; non ex lege, sed ex fide.

quando cessaverit lex vetus et legalia præcepta. D. Hieronymus duo distinguebat tempora : unum ante passionem Christi, et tunc viva erant legalia, inquiebat; aliud post passionem, et tunc mortua erant et mortifera. D. Augustinus tria distinguebat tempora : ante Christi passionem unum, et tunc erant viva legalia; aliud post passionem, sed ante promulgatam gratiam, et tunc erant quidem mortua; tertium post gratiam promulgatam, et tunc fuerunt et mortifera. In hoc verior videtur D. Augustini sententia : lex enim vetus obligare cessavit in Pentecoste, ubi promulgata fuit lex nova; non tamen ita cessavit quin ad tempus servari posset, donec Judæi paulatim et suaviter ab eâ abducerentur. Ratio autem cur Judæi non fuerint à legalium observantiâ statim prohibiti, fuit ne viderentur legalia mala fuisse, sicut idololatria; et ne viderentur Judæi pari gressu cum idololatris ambulâsse. Mater synagoga cum honore fuit ad tumulum deducenda, ait Augustinus. Secundò, disputârunt de legalium observatione ab apostolis; num illi legalia verè servaverint. D. Hieronymus, quia putavit legalia post passionem mortifera, hinc credidit apostolos ea non servâsse, sed simulâsse ne scandalum facerent Judæis conversis et legem adhuc servantibus. D. Augustinus è contra quia legalia tunc inutilia quidem credidit, sed nondùm mortifera, dicebat quòd apostoli verè servaverint illa, sed in eis nullam spem reposuerint, utpote quæ sciebant ad salutem inefficacia.

Tertiò, disputârunt de facto Petri, an peccaverit? D. Hieronymus dicit Petrum in suâ simulatione non peccâsse, quia ex charitate simulabat, non ex aliquo timore mundanò. D. Augustinus asserit quòd venialiter peccaverit, propter indiscretionem; quippe Judæis nimis adhærendo, scandalum dedit gentibus, ut secum judaizarent, et crederent Judaismum ad salutem necessarium.

Quartò disputârunt de Pauli reprehensione, an vera fuerit, an simulatoria? D. Hieronymus vult simulatoriam fuisse, sicut Petri simulatoria fuit observantia legalium. D. Augustinus dicit Paulum verè reprehendisse, et Petrum verè servâsse legalia. Communiter creditur D. Augustinum propiùs ad mentem D. Pauli accessisse; qui dicit Petrum non rectè ambulâsse, et ideò fuisse reprehensibilem, seu reprehensione dignum; et reverà hæc interpretatio probabilior est, et eam secuti sumus in paraphrasi et in commentario.

Lectu tamen et observatu dignissima D. Joannis Chrysostomi interpretatio de simulatoriâ Petri judaizatione, et simulatoriâ Pauli reprehensione. D. enim Chrysostomus idem senserat ac divus Hieronymus, et post eos Theophylactus et Baronius. In hâc opinione Petrus simulavit judaismum, ut simulatâ Pauli reprehensione, omnes Judæos à judaismo retraheret; ita ut hæc omnia ex composito utriusque consensu gesta fuerint. Huic opinioni favet textus Græcus κατὰ πρόσωπον, *secundùm faciem*, id est, in speciem, ait D. Chrysostomus; favet et quod v. 13 dicitur : *Coassimulabant*, id est, ait Chrysostomus, et simulaverunt cum eo cæteri Judæi.

Nec dici debet quòd hoc faveat mendacio : est enim stratagema potiùs quàm mendacium, ait Cornelius à Lapide. Facta potiùs et faciliùs excusantur à mendacio quàm verba. Fuisset quidem mendacium, si Petrus judaismum exteriùs simulâsset, quem interiùs in corde detestaretur; sed hoc non docuit D. Joannes Chrysostomus, nec D. Hieronymus, ait idem Cornelius. Hinc idem Cornelius putat quòd in quæstione de simulatione et mendacio, non sese invicem satis intellexerint D. Hieronymus et D. Augustinus.

Corollarium pietatis, seu in hoc capite ad pietatem maximè notanda, et ad praxim redigenda.

1° Dei minister ab exemplo S. Pauli discat nihil in suo ministerio negligendum, nihilque omittendum, quod possit opus Dei promovere; sed omnia salutis animarum obstacula sollicitè submovenda. Vide in commentario, v. 1, 2. Ab ejusdem exemplo discat generositatem, quâ veritatem evangelicam propugnare debet, v. 5; ibidem discat et prudentiam.

2° Omnis Christianus ab eodem Apostolo discat quid in prælatis et superioribus ecclesiasticis considerare non debeat, scilicet quid aliquandò fuerint; et quid debeat considerare, nimirùm quòd in Ecclesiâ sunt Dei ministri, Christi, summi pontificis, vicarii, Ecclesiæ columnæ, v. 6.

3° Prælatus ita miretur suavem Dei in hominum salute procurandâ providentiam, ut et illam imitetur, suavi et prudenti charitate suos gubernans subditos, v. 9. Ibidem et ab apostolis discat concordiam amare et quærere, v. 9. Observet et charitatem in pauperes, apostolico muneri essentialem esse, v. 10. A facto Petri, Judæos, et ipsum Barnabam, Pauli comitem, ad simulationem inducente, animadvertat malo prælati exemplo nihil esse pestilentius, v. 13. Ab ejusdem Petri humilitate, qui non dedignatur à subdito corrigi, eamdem in simili casu discat humilitatem, v. 14.

4° Omnis Christianus ex versibus 17, 18, 19, discat et certissimè credat Jesum Christum nostræ salutis auctorem esse. Hoc lex ipsa docet, ad Christum, quasi ad scopum suum, collimans, et manu ducens. Hoc Deus ipse, legis auctor, confirmavit per infinita prodigia, in hujus veritatis testimonium patrata. Videantur motiva credibilitatis christianæ fidei. Christiano itaque in Christum credenti, et ab eo salutem speranti, nihil timendum, quippe Deus ipse nostræ salutis est vas et sponsor, cui in die judicii confidenter cum Richardo à Sancto Victore, poterimus dicere : Tot et tantis signis, et tam miris prodigiis, quæ non nisi per te fieri possunt, confirmâsti doctrinam tuam, ut nobis timendum non sit in die judicii; nonne enim cum omni fiduciâ Deo dicere poterimus : Domine, si error est, à te ipso decepti sumus?

5° Idem Christianus ex versibus 19 et 20 discat quòd Christus, præsertim in cruce pendens, sit salu-

tis auctor; quia ibi victima, peccatorum nostrorum purgationem faciens in sanguine suo. Ponderet itaque dicta v. 20 : *Qui dilexit me*, quis dilexit? quem dilexit? *Et tradidit semetipsum pro me*. Singulum quemque pari charitatis modo diligit, quo diligit orbem universum. Vide commentarium.

6° Ibidem et Christianus discat modum quo fiat hujus victimæ salutaris particeps, nempe si unà cum Christo crucifigaris. Primò, per Baptismum quidem, quo credentes fiunt membrum Christi, et unum cum illo corpus, illiusque spiritu sanctificantur et animantur; secundò, per Sacramentum etiam Pœnitentiæ, quo fideles in Christi sanguine lavantur à peccatis post Baptismum commissis; tertiò, per frequentes actus fidei, per charitatem operantis, quâ tu te Christo pro te patienti uniaris, compatiaris, illum tu tibi proprium reddas, ipsiusque mortem facias tuam, quam corde contrito pro tuis peccatis offeras Deo. Respice, ò Deus, in faciem Christi tui pro me patientis, pro me morientis, pro me in cruce, cum lacrymis et clamore valido deprecantis; et propter hunc unigenitum, dilectumque Filium tuum, Redemptorem meum, parce miserrimo peccatori sua peccata deflenti, detestanti, horrenti.

CAPUT III.

1. O insensati Galatæ, quis vos fascinavit non obedire veritati, ante quorum oculos Jesus Christus præscriptus est, in vobis crucifixus?

2. Hoc solùm à vobis volo discere : Ex operibus legis Spiritum accepistis, an ex auditu fidei?

3. Sic stulti estis, ut cùm Spiritu cœperitis, nunc carne consummemini?

4. Tanta passi estis sine causâ? si tamen sine causâ,

5. Qui ergo tribuit vobis Spiritum, et operatur virtutes in vobis, ex operibus legis, an ex auditu fidei?

6. Sicut scriptum est : Abraham credidit Deo, et reputatum est illi ad justitiam.

7. Cognoscite ergo quia qui ex fide sunt, ii sunt filii Abrahæ.

8. Providens autem Scriptura quia ex fide justificat gentes Deus, prænuntiavit Abrahæ : Quia benedicentur in te omnes gentes.

9. Igitur qui ex fide sunt, benedicentur cum fideli Abraham.

10. Quicumque enim ex operibus legis sunt, sub maledicto sunt; scriptum est enim : Maledictus omnis qui non permanserit in omnibus quæ scripta sunt in libro legis, ut faciat ea.

11. Quoniam autem in lege nemo justificatur apud Deum, manifestum est : quia justus ex fide vivit.

12. Lex autem non est ex fide; sed qui fecerit ea, vivet in illis.

13. Christus nos redemit de maledicto legis, factus pro nobis maledictum, quia scriptum est : Maledictus omnis qui pendet in ligno;

14. Ut in gentibus benedictio Abrahæ fieret in Christo Jesu, ut pollicitationem Spiritûs accipiamus per fidem.

15. Fratres (secundùm hominem dico), tamen hominis confirmatum testamentum nemo spernit, aut superordinat.

16. Abrahæ dictæ sunt promissiones, et semini ejus; non dicit : Et seminibus, quasi in multis; sed quasi in uno : Et semini tuo, qui est Christus.

17. Hoc autem dico : Testamentum confirmatum à Deo, quæ post quadringentos et triginta annos facta est lex, non irritum facit ad evacuandam promissionem.

18. Nam si ex lege hereditas jam, non ex promis-

CHAPITRE III.

1. O Galates insensés! qui vous a ensorcelés pour vous rendre ainsi rebelles à la vérité, après que je vous ai fait voir Jésus-Christ si vivement dépeint devant vous, et comme crucifié à vos yeux?

2. Je ne veux savoir de vous qu'une seule chose : Est-ce par les œuvres de la loi que vous avez reçu le Saint-Esprit, ou par la foi que vous avez entendu prêcher?

3. Êtes-vous si insensés qu'après avoir commencé par l'Esprit, vous finissiez maintenant par la chair?

4. Sera-ce donc en vain que vous aurez tant souffert? Je veux espérer que ce ne sera pas en vain.

5. Car enfin celui qui vous communique son Esprit, et qui fait des miracles parmi vous, le fait-il par les œuvres de la loi ou par la foi que vous avez entendu prêcher?

6. Selon qu'il est écrit d'Abraham, qu'il crut ce que Dieu lui avait dit, et que sa foi lui fut imputée à justice.

7. Reconnaissez donc que ceux qui sont enfants de la foi sont les vrais enfants d'Abraham;

8. Aussi Dieu, dans l'Ecriture, prévoyant qu'il justifierait les nations par la foi, l'a annoncé par avance à Abraham en lui disant : Toutes les nations de la terre seront bénies en vous.

9. Ceux donc qui sont enfants de la foi seront bénis avec le fidèle Abraham :

10. Au lieu que tous ceux qui s'appuient sur les œuvres de la loi, sont dans la malédiction. Car il est écrit : Malédiction sur tous ceux qui n'observent pas tout ce qui est prescrit dans le livre de la loi.

11. Cependant il est clair que nul n'est justifié devant Dieu par la loi, puisque le juste vit de la foi.

12. Or la loi ne s'appuie pas sur la foi, mais celui qui observera ces préceptes y trouvera la vie.

13. Mais Jésus-Christ nous a rachetés de la malédiction de la loi, s'étant rendu lui-même malédiction pour nous, selon qu'il est écrit : Maudit est celui qui est pendu au bois;

14. Afin que la bénédiction donnée à Abraham fût communiquée à toutes les nations en Jésus-Christ, et qu'ainsi nous reçussions, par la foi, le Saint-Esprit qui avait été promis.

15. Mes frères, je me servirai de l'exemple d'une chose humaine et ordinaire : Lorsqu'un homme a fait un contrat en bonne forme, personne ne peut ni le casser, ni y ajouter.

16. Or, les promesses de Dieu ont été faites à Abraham et à sa race : l'Ecriture ne dit pas : A ceux de sa race, comme si elle en eût voulu marquer plusieurs; mais : A sa race, c'est-à-dire, à l'un de sa race, qui est Jésus-Christ.

17. Ce que je veux donc dire est que Dieu ayant fait une alliance, et l'ayant confirmée, la loi qui n'a été donnée que quatre cent trente ans après n'a pu la rendre nulle, ni anéantir la promesse.

18. Car si c'est par la loi que l'héritage nous est

sione; Abrahæ autem per repromissionem donavit Deus.

19. Quid igitur lex? Propter transgressiones posita est, donec veniret semen, cui promiserat, ordinata per angelos in manu mediatoris.

20. Mediator autem unius non est, Deus autem unus est.

21. Lex ergo adversùs promissa Dei? Absit. Si enim data esset lex, quæ posset vivificare, verè ex lege esset justitia.

22. Sed conclusit Scriptura omnia sub peccato, ut promissio ex fide Jesu Christi daretur credentibus.

23. Priùs autem quàm veniret fides, sub lege custodiebamur conclusi in eam fidem quæ revelanda erat.

24. Itaque lex pædagogus noster fuit in Christo, ut ex fide justificemur.

25. At ubi venit fides, jam non sumus sub pædagogo.

26. Omnes enim filii Dei estis per fidem quæ est in Christo Jesu.

27. Quicumque enim in Christo baptizati estis, Christum induistis.

28. Non est Judæus, neque Græcus; non est servus, neque liber; non est masculus, neque femina. Omnes enim vos unum estis in Christo Jesu.

29. Si autem vos Christi, ergo semen Abrahæ estis, secundùm promissionem hæredes.

donné, ce n'est donc plus par la promesse; cependant c'est par la promesse que Dieu l'a donné à Abraham.

19. Pourquoi donc la loi? Elle a été établie pour faire reconnaître les transgressions jusqu'à l'avénement de ce fils d'Abraham auquel la promesse avait été faite. Cette loi a été donnée par le ministère des anges, et par l'entremise d'un médiateur.

20. Or, un médiateur n'est pas d'un seul, mais Dieu est seul.

21. La loi aurait donc été contraire aux promesses de Dieu? Nullement; car si la loi qui a été donnée avait pu procurer la vie, on aurait pu dire véritablement que la justice se serait obtenue par la loi.

22. Mais l'Écriture a renfermé tous les hommes sous le péché, afin que ce que Dieu avait promis fût donné par la foi en Jésus-Christ à ceux qui croiraient.

23. Or, avant que la foi fût venue, nous étions sous la garde de la loi, qui nous tenait renfermés, pour nous disposer à cette foi qui devait être révélée.

24. Et ainsi la loi nous a servi de conducteur pour nous mener comme des enfants à Jésus-Christ, afin que nous fussions justifiés par la foi.

25. Mais la foi étant venue, nous ne sommes plus sous un conducteur comme des enfants;

26. Puisque vous êtes tous enfants de Dieu, par la foi en Jésus-Christ.

27. Car vous tous qui avez été baptisés en Jésus-Christ, vous avez été revêtus de Jésus-Christ.

28. Il n'y a plus ni Juif, ni gentil; plus d'esclave ni de libre; plus d'homme ni de femme; mais vous n'êtes tous qu'un en Jésus-Christ.

29. Si vous êtes de Jésus-Christ, vous êtes donc la race d'Abraham, et les héritiers selon la promesse.

ANALYSIS.

Increpatis paternè Galatis, v. 1, pergit Apostolus variis argumentis probare nos justificari, non per legem Moysis, sed per fidem in Jesum Christum.

Primum argumentum desumit ab ipsâ Galatarum experientiâ; Spiritum justificantem recepistis, ô Galatæ, et per ipsum multa mirabilia operati estis; hoc posito,

Peto à vobis an lex, an fides vobis Spiritum sanctum dederit. Si fides, ut scitis, cur ergo stultè quæritis in carne quod per fidem in Spiritu sancto reperire cœpistis, v. 2, 3, 4, 5.

Secundum petit, v. 6, ab exemplo Abrahæ ante legem justificati per fidem; spirituales Abrahæ filii justificantur, sicut illorum pater Abraham; atqui per fidem justificatus est Abraham, Scripturâ teste; ergo et spirituales Abrahæ filii, sicut prædictum est Abrahæ: Benedicentur in te omnes gentes, v. 7, 8, 9.

Tertium, v. 10, petitur ex maledicto quod lex intentat suis transgressoribus; quasi diceret: Tantùm abest ut benedicantur qui in operibus legis justitiam quærunt, quin imò maledictioni subsunt; lex enim maledicit omnibus suis transgressoribus; atqui omnes qui sunt sub lege legem transgrediuntur, quia lex jubet, et non dat obediendi gratiam; omnes ergo subsunt maledictioni legis, v. 11, 12.

Christus autem in se credentes liberat à legis maledicto, factus ipse pro nobis maledictum, eisque largitur benedictionem Abrahæ promissam, v. 13, 14.

In hoc tertio argumento quartum inseruit, conglobat enim rationes. Quartum ergo petitur ab auctoritate Habacuc. Justus ex fide vivit, ait propheta. Lex non dat fidem; non dat ergo justitiam, animæ vitam; ad summum dabat corporalis vitæ conservationem, v. 11, 12.

Quintum petitur à testamento Dei facto Abrahæ, v. 15. Testamentum hominis ritè factum nemo invertit, aut immutat; à fortiori nec Dei testamentum immutabitur, atqui Deus testamentum fecit Abrahæ; promisit enim ei quòd per Filium ejus, nempe Christum, omnes gentes benedicerentur, et æternam possent hæreditatem obtinere; hoc ergo testamentum stabit, nec lex post 430 annos superveniens illud immutabit; ergo per Christum, Abrahæ filium, seu per fidem in Christum, est benedictio, justificatio et hæreditatis possessio, v. 16, 17, 18.

Ex omnibus hucusque dictis restat concludendum nos per Christum, seu per fidem in Christum justificari, non per legem.

In reliquo capite quasdam solvit objectiones, quibus ita respondet, ut et breviter ostendat promissionis et legis discrimina, promissionisque supra legem excellentias, quas vide in commentario, v. 19, 20, 21, et in paraphrasi, ibidem.

Denique hoc caput concludit pulchrâ legis cum pædagogo comparatione. Pædagogus pueris datur ad tempus; ita et lex Judæis data est ad tempus, quasi pædagogus, qui duceret ad Christum; cùm ergo advenerit

Christus, jam pædagogo non est opus; sed ut in Christum credant, per quam fidem, non Judæi tantùm, sed et omnes quicumque, fiunt filii Dei, semen Abrahæ, promissæ hæreditatis hæredes.

PARAPHRASIS.

1. O stulti, quis vos dementavit quasi fascino, seu magico carmine, ut veritati vobis traditæ non pareretis, eam scilicet retinentes; vos, inquam, ô Galatæ, ante quorum oculos per prædicationem meam descriptus et depictus est Jesus Christus velut in cruce pendens, illumque per fidem quasi in vobis crucifixum intuiti estis, seu quasi ob oculos vestros crucifixus esset.

2. Scitis quòd per Baptismum et per manuum nostrarum impositionem Spiritum sanctum accepistis, et per eum prophetâstis, linguis locuti estis, miracula patrâstis; unum ergo à vobis peto : lexne dedit vobis sanctum Spiritum, et has Spiritûs operationes, an verò fides in Jesum Christum, quæ vobis per prædicationem oblata est? Certissimè non lex, sed fides.

3. Cur ergo sic stulti estis, ut salutem à Spiritu Dei exorsi illius consummationem quæratis in carnalibus et corporeis cæremoniis?

4. Tantane pro Christo frustra et sine merito passi eritis? Spero quòd non sine causâ; si enim resipiscatis et ad Deum conversi fueritis, pro vestris passionibus mercedem habebitis.

5. A vobis itaque peto, an Deus qui Spiritum sanctum vobis dedit, et per suam potentiam inter vos miracula fecit, an ex operibus legis, an ex fide Christi auditâ ex me id faciat.

Subauditur hìc Galatarum responsio, quòd per fidem, etc., et hanc responsionem in mente habens, prosequitur :

6. Sicut Abraham incircumcisus, et ante legem, accepit Spiritum sanctum et justificatus est quia Deo credidit, Genes. 15, ita et vos ex fide Christi justificati estis.

7. Cognoscatis ergo quòd fides, non lex, faciat veros Abrahæ filios, ad quos consequenter pertinet benedictio, justitia, et salus Abrahæ promissa.

8. Hinc Scriptura prospiciens et prævidens gentes à Deo justificatum iri ex fide, multò ante illud Abrahæ prædixit (Græc., *prævevangelizavit*), id est, hoc lætissimum dedit ei nuntium, scilicet, quia omnes gentes justificabuntur et salvabuntur in te, id est, in semine tuo, in Christo, seu per Christum et per fidem in Christum.

9. Fideles itaque fidem Abrahæ imitantes, cum fideli Abraham benedicti sunt, et per fidem justificantur et salvantur, sicut Abraham justificatus et salvatus est.

10. E contra verò de iis qui ex lege quærunt justitiam, tantùm abest ut benedicantur, quin imò sunt sub maledicto legis; lex enim jubet ut omnia præcepta serventur, et maledictis subjicit eos qui quidpiam transgrediuntur; atqui omnes legem violant; lex enim, si ab eâ fidem excludas, non dat vires; quis autem sine gratiæ viribus totam legem valeat implere?

11. Præterea manifestum est ex aliâ Scripturâ quòd per legem nemo apud Deum justificatur, sed per fidem; dicit enim Abac., 2, 4 : Justus ex fide vivit, spirituali scilicet animæ vitâ, seu gratiâ justificante, cujus basis est fides.

12. Lex autem non dat fidem, nec nititur fide, sed legalium observatione, quorum observatio vitam quidem conservabat temporalem, seu præservabat à temporali morte per legem in transgressores intentatâ, sed veram animæ vitam non dabat, quæ ex fide in Christum hauritur.

13. Lex ergo maledicit; Christus autem dat benedictionem gentibus, et nos omnes à maledictione liberavit quam lex suis intentat transgressoribus; factus est ipse pro nobis maledictio, id est, nostras in se suscepit maledictiones, seu peccata luenda; ab hominibus habitus est quasi esset Deo execrabilis, infame pro nobis et execrabile crucis subeundo supplicium.

Scriptum est : Maledictus, etc.; atqui Christus in cruce pro nobis pependit; factus est ergo pro nobis maledictus,

14. Ut benedictio Abrahæ promissa per Christum gentibus obveniret, et per fidem Spiritum sanctificantem credentibus promissum, tanquàm veris Abrahæ filiis, reciperemus.

15. Fratres, humanâ ratione humanoque utor exemplo, in re spirituali ac divinâ; testamentum aut pactum, tametsi non nisi hominis ritè factum et publicâ auctoritate confirmatum, nemo spernit, nemo contra ordinat, addendo, demendo, immutando; multò minùs testamentum, seu promissum Dei quis potest infringere, irritare, evacuare.

16. Atqui Abrahæ factæ sunt à Deo promissiones, aliquoties repetitæ et semini ejus; quod enim Genes. 12, 3 dictum est Abrahæ, Genes. 22, 18 dictum est de semine ejus, ut indicaret hanc benedictionem eventuram mundo per unum ex Abrahæ filiis; usus est autem Deus singulari, non plurali numero, ut Christum exprimeret ex Isaaco oriundum.

17. Hoc igitur inde concludo : Ergo testamentum illud à Deo factum de benedicendis ac salvandis gentibus per unicum illud semen, filium Abrahæ, nimirùm per fidem in Christum, lex longè posterior non potest irritare nec abrogare, nec illi quidquam superaddere; abrogaret autem si ipsâ et circumcisione opus esset ad justificationem, non Baptismo et fide in Christum; superadderet, si unà cum Baptismo opus esset circumcisione.

18. Nam si ex lege efficimur hæredes benedictionis Abrahæ, justitiæ scilicet et salutis, ergo non ex promissione, de Christo nimirùm, seu non ex Christo promisso; sed hoc falsum, cùm Deus hanc hæreditatem non nisi per semen Abrahæ, id est, per Christum gentibus obventuram prænuntiârit.

19. Ad quid igitur lex? Transgressionum gratiâ addita est; seu data est ad coercenda populi Israelitici vitia, sicque tantùm occasionaliter data; promissio verò facta est principaliter et primariò, donec veniret

filius Abrahæ, cui promissio facta fuerat, seu per quem gentes hæreditatem Abrahæ promissam erant recepturæ; ergo ad tempus tantùm; promissio autem sine limitatione, usque ad finem mundi in omnibus gentibus adimplenda.

Per sanctos Dei angelos lex data est; angelus enim Dei personam gerens, Dei nomine pronuntiabat; hunc autem alii multi comitabantur, ut colligi potest ex Deut. 33, 2, et Act. 7.

Subintellige : Promissio verò per Deum ipsum facta; lex ministerio Moysis mediatoris, et sese quasi medium inter Deum et populum Israeliticum interponentis, et quasi stipulantis.

Subintellige : Promissio autem immediatè per Deum solum, absolutè, et sine ullâ conditione, aut stipulatione, quia merè gratuita.

20. Mediator non est unius, sed saltem duorum, et quidem dissidentium, hincque facilè mutabilium ob unius aut alterius mutationem; et hinc notatur lex mutabilis et revocanda.

Deus autem promissionis auctor, unus est, semper idem et immutabilis; hinc ejus absoluta promissio firma erit, stabilis et æterna, sicut Deus ipse et Verbum Dei stabit in æternum; hinc in Christo et per fidem in Christum semper erit quærenda salus.

21. Si lex propter transgressiones declarandas, arguendas, et coercendas posita est; ergo ipsa facit quod Deus se facturum promisit per semen Abrahæ : *In te benedicentur*, etc., sicque lex promissioni aliquo modo contraria.

Absit quòd Deus legem dederit promissioni suæ contrariam : equidem si lex posset spiritualem animæ vitam dare et æternam conferre beatitudinem, fateor quòd tunc dici posset lex promissioni contraria; faceret enim quod fidei promissum est, sicque fidem redderet inutilem.

22. Sed hoc non præstitit, imò conclusit sub peccato; ipsis etiam Judæis declaravit et ostendit se peccatores esse, in peccatis involutos; ut peccata sua agnoscentes, per fidem recurrerent ad gratiam promissi Mediatoris; tantùm abest ergo ut lex esset promissioni contraria; quin imò tacitè homines ad Christum transmittebat.

23. Priusquàm veniret Christus fide credendus, et manifestaretur ejus Evangelium, nos Judæi sub custodiâ legis in Dei cultu continebamur, pœnarumque legalium formidine coercebamur, usque ad tempus quo fides nobis per Christum erat revelanda; seu quo per Christum revelaretur nobis Evangelium.

24. Itaque lex pædagogi nobis officio functa est; nos adhuc parvulos à vitiis coercuit; Dei cognitione imbuit; imbutos ad Christum sapientiæ magistrum et justitiæ fontem quasi manu duxit, ut ex ejus fide justitiam assequamur.

25. Postquàm autem ad Christum per fidem introducti sumus, cessavit pædagogia legis.

26. Omnes enim, sive Judæi, sive gentiles, qui in Christum credidistis et credere perseveratis, fide per dilectionem operante estis filii Dei; filii, inquam, adulti, ideòque ad legem et pædagogum recurrere non habetis necesse.

27. Quicumque enim baptizati estis et per Baptismum Christo incorporati, quasi in Christum transformati estis, sicque in ipso et per ipsum facti estis filii Dei.

28. Nulla in hoc est differentia generis, conditionis, aut sexûs; quicumque per Baptismum Christo inserti estis, unum estis mysticum Christi corpus.

29. Si autem vos ipsius Christi estis, et unum quid cum illo; ergo sicut ipse semen est Abrahæ, ita et vos estis Abrahæ filii, et consequenter hæredes benedictionis Abrahæ promissæ.

COMMENTARIA.

Vers. 1. — O insensati Galatæ! Hoc ex paterno compassionis affectu dicit ingemiscens, et animo corrigendi; sicut Christus, Luc. 24, 25 : *O stulti*, etc., non animo convitiandi, quod prohibetur à Christo, Matth. 5, 22.

Quis vos fascinavit, id est, quis oculos mentis vestræ quasi magico fascino illusit? Tanquàm verus pater filios suos errantes sic increpat Apostolus, ut et excuset eorumque errorem rejiciat in pseudo-apostolos, quasi fascinatores.

Veritati non obedire. Hæc verba non habet Syrus, nec Ambrosius, nec D. Chrysostomus. Id est, ut evangelicæ veritati vobis traditæ non obediretis, sed ut, veritate rejectâ, errori crederetis et pareretis.

Vers. 1. — *O insensati Galatæ*, ô stulti, ô destituti mente! Est hoc convicium Apostoli, non indignationis, sed charitatis, ex amore et zelo, ut duros Galatas feriat, molliat, corrigat. Ita Gregor. Convicium hoc emollit, cùm dicit : *Quis vos fascinavit;* q. d. : Vestram cæcitatem non tam vestræ dementiæ, quàm fascino Judæorum tribuo. *Non obedire veritati?* Significat *fascinare* incantare, et perstringere oculos, ut putes te videre, quod reverà non vides, vel ut non videas quæ coram te sunt, quæque alii vident.

Ante quorum oculos Jesus Christus. Græc. : *Quibus ob oculos Jesus Christus præscriptus est, in vobis crucifixus*, quasi diceret : In quibus vobis, estque Hebraismus.

Sed sive legatur *quibus in vobis*, ut Hebraismus, sive legatur *in vobis*, ut superfluum; est hyperbaton, sicque construi debet : *Ante quorum oculos in vobis præscriptus est Jesus Christus crucifixus*, id est, repræsentatus est ut crucifixus et quasi ob oculos vestros in cruce pendens. Sermo cum picturâ comparatur : sicut enim pictura oculis, sic sermo intellectui res repræsentat. Græc. προεγράφη, *descriptus*, depictus, repræsentatus. Hinc Syrus transtulit : *Nam ecce quasi pingendo depictus fuerat coram oculis vestris Jesus Christus cru-*

Ante quorum oculos Jesus Christus præscriptus est, in vobis crucifixus. Præscriptus, id est, præ oculis vestris scriptus, et, ut Syrus, pingendo depictus est. *In vobis*, id est, ante vos, in oculis vestris Christus crucifixus; quasi dicat : Christus velut depictus in cruce pendens vobis exhibitus est, ut in illâ prædicatione meâ per fidem Christum crucifixum in vobis quasi præsentem ante oculos vestros intuiti sitis.

cifixus. Et Arab. versio, *depictus fuerat*. Ambrosius tamen habet : *Ante quorum oculos Christus Jesus proscriptus est, et in vobis crucifixus est.*

Alii multi legunt *proscriptus*, id est, condemnatus, inter quos Baronius ad an. 55, qui putat etiam quosdam Galatas fuisse Jerosolymis quando Jesus Christus condemnatus et crucifixus fuit. Juxta quos hic erit sensus: Ante quorum oculos, quibusdam vestrûm præsentibus et spectantibus, Jesus Christus Jerosolymæ fuit condemnatus et crucifixus.

Pesità Baronii conjecturâ, hic sensus esset ad litteram, et naturalis, et præterea hunc versum connecteret cum præcedente in secundo capite. Sed primus est D. Chrysostomi, Theodoreti, Theophylacti, et juxta textum Græcum, ideò præferendus.

Observatio moralis.

D. Paulus Galatas sanaturus, ut sapiens medicus, morbi causam et principium observat et tangit, scilicet Christi pro nobis mortui oblivionem, seu non attentam ad Christum, Filium Dei, pro nobis crucifixum considerationem. Si enim mortis hujus meritum et effectum perpendissent Galatæ, ad legalia nunquàm recurrissent; si Christum in cruce, ut justitiæ fontem, et humanæ salutis remedium, attentè per fidem intuiti fuissent, ad dissipatas legis cisternas et ad egena elementa non recurrissent.

Ut idem nobis non eveniat, et ne quid simile nobis exprobrari possit, Christum pro nobis in cruce pendentem suoque sanguine peccata nostra purgantem oculis fidei semper intueamur. Vide pendentem et de suo sanguine tibi medicamentum conficientem, ait D. Aug. Imago Crucifixi sit quasi liber, ubique tibi deprædicans tuæ redemptionis beneficium. Crux cum suo titulo : Jesus Nazarenus, etc., salvator, sit imago Christum suo sanguine tuam salutem operantem repræsentans. Dei autem sanguine redemptus, in tuum Redemptorem spera; à tuo Salvatore salutem exspecta, in illo salutis fonte salutem hauri, fide, spe, charitate, seu fide per charitatem operante. Harum virtutum actus sint in nobis ad vitam gratiæ quasi continui, sicut ad vitam naturæ motus cordis est continuus. In te, Domine, speravi, etc.

Vers. 2. — Hoc solum a vobis volo discere... Galatæ Spiritum sanctum visibiliter receperant cum charismatibus ejus, scilicet dono linguarum, prophetiæ, curationum, etc., id enim eo tempore erat ordinarium. Hoc facto, Galatis omnibus noto, hic supposito, quærit ab eis, ut illos urgeat : An ex operibus legis...?

Vers. 2. — *Hoc solùm à vobis volo discere.* Hoc solùm, inquit, mihi respondete; unum hoc vos interrogo.

Ex operibus legis Spiritum accepistis, an ex auditu fidei? Spiritum intelligit sanctum, quem accipere dicuntur qui dona ejus accipiunt; q. d. : Unde, ô Galatæ, accepistis spiritum gratiæ, justitiæ, et donorum Spiritûs sancti? Clarum est quòd non ex circumcisione et operibus legis, sed ex auditu fidei, puta in baptismo Christi, non ante. *Ex auditu fidei*, id est, ex prædicatione fidei, quam audistis, vel ex auditu, quo fidem audîtis, eique obedistis. Ergo stultè facitis qui à fide Christi ad legem Moysi transire vultis.

Vers. 3. — *Sic stulti estis*, etc. Adeòne dementes

Nota post D. Hieronymum à Gagnæo observatum, quòd non dicit Paulus : *An ex operibus?* sciebat enim Cornelium centurionem ex operibus Spiritum accepisse, sed addit : *An ex operibus legis?*

An ex auditu fidei? id est, an ex fide, quam per prædicationis auditum recepistis. Manifestum erat quod non ex operibus legis, de quâ nondùm audierant; ergo per fidem. Unde concludit quod ab initio dixit, illos scilicet insensatos.

Vers. 3. — Sic stulti estis...; post signa ad circumcisionem devenistis, post apprehensam veritatem ad typos recidistis, post conspectum solem lucernam quæritis, post solidum cibum ad lac recurritis, D. Chrysostomus.

Quot Christiani, quot religiosi, hanc Galatarum dementiam imitantur? A spiritu incipiunt, carne finiunt; à spiritualibus exorsi ad carnalia retrocedunt.

Vers. 4. — Tanta passi estis... Præcedentis expressionis duritiem emollit, illorum jacturæ et damno compatiens : *Tanta ne...*, deinde bonam eis spem ingerens : Si tamen...., spero quòd, etc. Vide paraphrasim.

Observatio moralis.

Galatæ Spiritum sanctum visibiliter acceperant, miracula fecerant, varias pro Christo passiones et persecutiones toleraverant, et post tot rectè facta et perpessa exciderant à gratiâ. Quis ergo non timeat? Uno peccato potest totius vitæ sanctitas et meritum deperdi; timeamus, humiliemur, oremus : *Et ne nos inducas...* At si per fragilitatem ceciderís, ne desperes; si enim volueris, poteris per Christi gratiam ad Deum converti, et per pœnitentiam tua reviviscent opera bona.

Galatarum error à curioso falsorum doctorum auditu exorsus est. Sic sæpè curiosior unius mali libri lectio, una cum nebulonibus audacior et liberior conversatio, fidem in mente destruit, errorem in illam inducit, cor ad rebellionem impellit. Hincque carnalia desideria et opera, unde et mors animæ, alienatio à Deo, omnium denique bonorum deperditio.

Vers. 5. — Qui ergo tribuit. Græc., *subministrans.* Syrus, *indidit.* Vobis spiritum, et operatur. Græc., *efficiens*, id est, qui per suam vim operatur miracula, *in vobis*, id est, inter vos; fortè erant quidam errore non corrupti, qui adhuc miracula patrabant; vel *operatur*, pro *operabatur*. Repetit primam rationem, ut nectat cum secundâ in versu sequente contentâ. Quia manifestum erat quòd Galatæ responsuri erant, *per*

estis, ut, cùm à spiritu feceritis initium, desinatis in carnem? Cùm spirituali Christi doctrinâ, Baptismo, Sacramentis, spiritualibus gratiis ab eo acceptis, spirituali vitâ et conversatione *cœperitis* vivere; *carne*, id est, circumcisione, et aliis carnalibus legis cæremoniis *consummemini?*

Vers. 4. — *Tanta passi estis*, scilicet ab infidelibus propter Christi fidem, *sine causâ?* id est, frustra, si videlicet ab illâ ad Moysen transeatis.

Si tamen sine causâ, id est, si tamen frustra, supple, quod erit nisi resipiscatis; q. d. : Hortor ergo ut resipiscatis, et in Christi fide persistatis. Ita Hieron.

Vers. 5. — *Qui ergo tribuit* (qui, scilicet Deus, vel Christus, subministrat, suggerit et indit) *vobis Spiri-*

fidem, hanc responsionem supponens Apostolus et in mente habens, quasi illam verbis expresserit, prosequitur :

Vers. 6. — Sicut scriptum est : Abraham credidit Deo.... Paucis hìc dicit quod fusiùs ad Rom. 4, v. 9, estque secundum argumentum quo probat ex fide, non ex operibus legis, fieri justificationem, ab exemplo Abrahæ deductum, qui ante circumcisionem et multò ante legem justificatus est, quia Deo credidit promittenti semen ex uxore sterili. Genes. 15, 6.

Vers. 7. — Cognoscite ergo. Syr., *scitote*.

Quia qui ex fide, id est, quia credentes, fidem Abrahæ imitantes, sunt spirituales Abrahæ filii, et qui à Deo in Abraham sunt benedicti, ut ipsi Abrahæ prænuntiatum est. Vide versum sequentem.

Vers. 8. — Providens autem scriptura...., id est, prævidens. Loquitur de Scripturâ velut de homine. Hinc *Scriptura* prospiciens et *prævidens*..., id est, Spiritus sanctus in Scripturis loquens. Vel sicut Syriaca versio : *Cùm enim præsciret Deus per fidem justificatum iri*, etc.

Prænuntiavit. Græc., *prævangelizavit;* hoc nuntium lætissimum dedit Abrahæ, nimirùm :

Quia benedicentur, justificabuntur, ut audiant : *Venite, benedicti...*

In te, id est, per tuum semen, seu per Christum filium tuum et per fidem in eum, vel ad tui similitudinem.

Omnes gentes, id est, omnes prorsùs nationes, seu Hebraicæ, seu gentiles. Hinc Christus Judæis dixit de Abraham : *Vidit diem meum et gavisus est.* Hinc enim maximum Abrahæ gaudium, quia pater omnium justorum et sanctorum, seu, ut ait Ambrosius, quia forma factus est omnium credentium, ut hi benedicti in eo sint, qui credunt; sequentes enim fidem ejus, participes fiunt benedictionis ejusdem. Hinc etiam potest optimè explicari, *benedicentur in te*, id est, ad tui similitudinem, nempe per fidem, sicut et tu propter fidem tuam benedictus et salvatus es. Hinc pater fidei nostræ Abraham.

Vers. 9. — Igitur qui ex fide sunt... Syr. : *Itaque fideles benedicuntur in Abraham fideli.* Abraham per antonomasiam fidelis dicitur, quia fides in eo maximè enituit, ob quam vocatur pater et dux fidelium. Ex supra dictis potest hic fieri syllogismus : Qui Deo credunt, seu fideles, sunt spirituales fidelis Abrahæ filii, et hi justificantur, sicut Abraham illorum pater; atqui Abraham sine circumcisione et sine operibus legis per fidem justificatus est, sacrâ Scripturâ teste, Genes. 15, 6; ergo et fideles, seu spirituales Abrahæ filii, ejusque fidei imitatores, per fidem justificantur, sicut Abrahæ prædictum est : *Benedicentur in te....*, id est, ad tui similitudinem per fidem justificabuntur omnes nationes, et tandem tecum audient à Christo Filio Dei et tuo : *Venite, benedicti Patris mei*, Dei, cum benedicto patre meo Abraham, *possidete...* Hinc in die sepulturæ fidelium decantamus : In paradisum, etc., et in sinum Abrahæ deducant te, etc.

Observatio moralis.

Quantus itaque thesaurus fides, quæ æternam beatitudinem in se continet! Quanti igitur thesaurum hunc debemus æstimare, quantùm desiderare! Quanto ardore postulare : *Domine, adauge nobis fidem!* Sed quia fides Abrahæ nostræ fidei est norma, observa quæ fuerit fides Abrahæ. *Abraham credidit Deo*, id est, fidem habuit Deo promittenti rem naturaliter impossibilem, scilicet filium ex uxore sterili et sene. Ad hoc præsupponitur quòd magnificè senserit de Deo, de Dei potentiâ, de Dei fidelitate in promissis servandis. Hinc et in Deum magnam habuit fiduciam : *In spem contra spem.* Hinc et Deo in omnibus obedivit, usque ad Isaaci unigeniti filii sui immolationem. Sic Deo credens Abraham justus factus est, amicus Dei, fidelium omnium pater et exemplar. Sic igitur et tu crede Deo; non nudè et speculativè tantùm Deo credendum est, sed reverà et de facto. Primò itaque de Deo sem-

tum, et operatur (qui inoperatur per intimam et divinam suam energiam, vim et potentiam) *virtutes* (miracula) *in vobis; ex operibus legis, an ex auditu fidei?* Facitne ea ex lege, an ex fide? q. d. : Clarum est, et experientiâ scitis, quòd non ex lege, sed ex fide, id est, per fidem Christi. Si enim Deus dederit Spiritum, non ex operibus legis, sed ex fide; ergo et illi Spiritum ex fide, non ex operibus legis acceperant?

Vers. 6. — *Sicut scriptum est*, etc., q. d.: Abraham incircumcisus, et ante legem accepit Spiritum, et justificatus est non ex operibus legis, quæ necdum erat, sed ex fide Christi venturi : ita et vos ex Christi fide justificamini. Ita Anselm. *Reputatum est illi ad justitiam*, id est, inde justificatus est. Vide Rom. 4.

Vers. 7. — *Cognoscite ergo*, etc., id est, fideles, Abrahæ fidem imitantes, *ii sunt filii Abrahæ*, spirituales scilicet, non per generationem, sed per imitationem, ac consequenter ad eos pertinet benedictio, justitia et salus Abrahæ promissa. Ita Hieronymus.

Vers. 8. — *Providens autem Scriptura*, longè ante prospiciens, *quia ex fide justificat gentes Deus, prænuntiavit Abrahæ.* Sensus est : Quoniam prævideraat ac decreverat Deus justificare gentes ex fide, idcircò ad hoc significandum, in Scripturâ narratur jam olim annuntiâsse Abrahæ tanquàm omnium credentium patri, ut rem lætissimam, hoc quod sequitur :

Quia benedicentur in te omnes gentes. In te, id est, in semine tuo, ut exponitur Genes. 22, hoc est, in Christo, qui ex Abraham natus est, ut hìc exponit Apostolus, vers. 16; q. d. : Per Christum filium tuum, perque fidem in Christum omnes gentes benedicentur, id est, justificabuntur, fientque amici et filii Dei, ac consequenter hæredes regni Dei, ut aliquando audiant : *Venite, benedicti Patris mei, possidete paratum vobis regnum à constitutione mundi.* Est ergo quòd gaudeas, Abraham; quia per Christum filium tuum pater eris omnium credentium, justorum, electorum. Ita Hieron., Anselm. Unde recte explicant Patres : *benedicentur*, id est, inquiunt, justificabuntur, benedictionem, id est, justitiam, assequentur : nec enim majus bonum, benedictionemve Deus nobis dare potest, quàm suam justitiam, amicitiam, filiationem.

Vers. 9. — *Igitur qui ex fide sunt*, etc. Abrahæ facta est promissio quod in ipso benedicerentur omnes gentes, ac Abraham ipse per fidem, quà promissioni credidit, Deo placuit, et benedictionem promeruit; ergo quicumque ex fide justitiam et benedictionem expectant, eum cum Abraham qui Deo credidit assequuntur; non autem illi qui sunt ex operibus legis.

per magnificè senti. Secundò, Deo semper confide, spera in eum etiam contra spem : *Etiamsi me occiderit, sperabo in eum.* Tertiò, Deo in omnibus obedi; illum super omnia dilige; et ex amore illius observa mandata. Sic credens, sicque secundùm fidem vivens, eris Abrahæ filius, in ipso benedicceris et à Christo filio ejus audies aliquando : *Venite, benedicti.*

Vers. 10. — Quicumque enim ex operibus legis.... Syr. : *Quotquot enim sunt ex operibus legis, execrationi subjiciuntur.* Scriptum est enim : « Execrabilis omnis qui non præstiterit quæcumque scripta sunt in lege istà. »

Vers. 2 et 5, Apostolus à Galatis quæsivit an ex lege, an ex fide Spiritum sanctum acceperint; Galatarum responsionem supposuit, quòd per fidem Spiritum sanctum receperunt et sanctificati sunt, hujusque responsi veritatem statim confirmavit exemplo Abrahæ per fidem sanctificati; nunc idem probat, adversam partem destruendo, nimirùm quòd non per legem fiat justificatio. Estque tertium argumentum, quod sic potest explicari et in formam redigi : Tantùm abest ut lex justificet, quin imò quicumque legis opera et cæremonias ita sectantur, ut in eis et ex eis justitiam quærant et exspectent, maledictioni et punitioni sint obnoxii. Probatur per ipsam legem : Scriptum est, Deuter. 27, 16 : *Maledictus omnis qui non fecerit constanter omnia quæ scripta sunt in lege.* Unde fit argumentum : Quicumque legem aliquam violat, est maledictus; atqui omnes qui sunt sub lege legem violant; si enim fidem excludas ab eâ, non dat obediendi vires; ergo omnes qui sunt sub lege, et in eâ confidunt, sunt maledicti. Major est ex ipsâ lege, minor experientiâ constat. *Hoc enim jugum est, quod neque nos, neque patres nostri portare potuimus,* ait D. Petr., Act. 15.

Lex jubebat; non obedientem, seu jussa non servantem maledicebat; at quia, nisi fides in Christum venturum accederet, lex obediendi vires non dabat, hinc lex sola considerata, tantùm abest ut justificaret et benediceret, quin imò maledictioni subjiciebat. Tunc ergo, sicut et nunc, à fide debebat oriri justificatio, cum hoc discrimine, quòd tunc à fide in Christum venturum, nunc à fide in Christum pro nobis mortuum et à Deo suscitatum. Vide v. 25. Fides in Christum fuit omnium seculorum.

Vers. 11. — Quoniam autem in lege....

Vers. 12. — Lex autem non est ex fide... D. Thomas hos duos versus nectit cum præcedenti, quasi probent legis insufficientiam non valentis à maledicto eximere, quia non potest justificare. Hoc autem Apostolus probat in secundâ figurâ, ait D. Thomas. Justitia est ex fide, sed lex non est ex fide; ergo non potest justificare.

Sed probabilius videtur novam hic et quartam interseri rationem, quæ probet non ex lege, sed ex fide Christi, esse justitiam. Id ergo probat auctoritate Habacuc 2, 4. *Justus,* ait propheta, *ex fide vivit*; lex non dat fidem, ergo nec spiritualem animæ vitam; ergo manifestum est quòd nemo apud Deum justificatur in lege et per legem. Lex quidem promittebat vitam hic felicem et prosperam, ideò dicit : Qui fecerit ea, vivet in illis; sed non dabat vitam spiritualem et divinam gratiæ. Legis observatio præservabat à temporali morte, quam lex in suos transgressores intentabat. Hinc etiam : *Qui fecerit ea, vivet in illis.* Mortem effugiet temporalem; sed non dabat veram animæ vitam, quæ à Christo, vitæ fonte, per fidem semper fuit haurienda. Vide v. 25.

Observatio moralis.

Justus ergo semper ex fide vixit, et ex fide in Christum.

Primò, quare ex fide? Equidem, quia talis voluntas Dei, ut sic superbam hominum humiliaret animam; sed hæc, ni fallor, potest congruentiæ ratio reddi : Quòd Deus, quia spiritus est, spiritu vult et mente principaliter et primariò coli. Reverà, quia Dominus universorum, hinc debet corpore etiam et operibus externis coli. At quia spiritus est, ideò in spiritu et in veritate vult adorari; hinc à spiritu debet ipsius cultus ordiri, hunc autem interiorem Dei cultum initiat et perficit fides.

Secundò, quare ex fide in Christum? Quia Christus, ipsa vita et fons vitæ : *Nec est aliud nomen sub cœlo datum, in quo oporteat nos salvos fieri.* Fides autem quasi canalis est quo vita ex ipso fonte hauritur et defluit ad nos. Hinc collige primò quòd huic virtuti,

Vers. 10. — *Quicumque enim ex operibus legis sunt, sub maledicto sunt;* q. d. : Qui verò opera legis sectantur, et ex iis justitiam expectant, usque adeò promissæ benedictionis exortes sunt, ut etiam maledictioni sive execrationi sint obnoxii, ac punitione digni. Hoc siquidem est sub maledicto esse.

Scriptum est enim, in ipsâ lege Deut. 27 : *Maledictus omnis qui non permanserit in omnibus quæ scripta sunt in libro legis, ut faciat ea.* Atqui nemo sine fide et gratiâ Christi facit universam legem; ergo sine fide Christi omnes sunt sub maledicto. Ita Hieron. Sic enim lex non est impossibilis, et Deus non præcipit impossibilia : licèt enim per naturæ legisque vires tota impleri non possit, potest tamen tota impleri per vires gratiæ, quam Deus credentibus et orantibus omnibus tam Judæis quàm gentibus per mediatorem Christum paratus est dare. Supponit Apostolus sine gratiâ Christi totum Decalogum à nemine impleri posse, ideòque concludit omnes qui sub lege sunt, esse ab eâ maledictos.

Vers. 11. — *Quoniam autem in lege nemo justificatur apud Deum,* etc. Probat nos non ex lege, sed ex fide Christi justificari : conglomerat enim Apostolus rationes et Scripturæ loca ut Galatis id persuadeat. Dicitur : *Justus,* non ex lege, sed *ex fide vivit. Quòd autem nunc vivo in carne, in fide vivo Filii Dei,* cap. 2, affirmans se vivere ex fide Filii Dei, quia quòd justus est, et justè operatur, et justus permanet, habet ex hâc fide, tanquàm radice, ex quâ nascatur, et tanquàm fundamento, cui innitatur tota ejus justitia.

Vers. 12. — *Lex autem non est ex fide,* hoc est, opera ex lege facta non possunt esse opera fidei. Lex non docet, non affert fidem et gratiam, quâ legem impleamus, justificemur, justè, sanctè et beatè vivamus.

Sed qui fecerit ea, vivet in illis, id est, non punietur morte, quam lex transgressoribus intentat; q. d. : Vivet eâ vitâ, iisque bonis, quæ præcepta legis suis promittunt, scilicet in abundantiâ frumenti, vini et olei.

scilicet fidei, debeat primariò intendere omnis verus Dei cultor; secundò, quòd nunquàm à Christo recedendum, sub quocumque prætextu, sed per continuos actus fidei charitate formatæ accedendum et inhærendum, etenim ipsa vita et fons vitæ : *Sicut enim pater habet vitam in semetipso, sic dedit et Filio habere vitam in semetipso*, Joan. 5, 26.

Vers. 13. — Christus nos redemit de maledicto... Hic versus correspondet decimo illumque naturaliter sequi debet. *Lex maledicit...*, *Christus autem nos* ab hàc legis maledictione liberat, datque benedictionem gentibus in eum credentibus.

Factus pro nobis maledictum. Sicut 2 Cor. 5, Christus dicitur *factus pro nobis peccatum*, id est, hostia pro peccato, sic dicitur hìc *factus pro nobis maledictum*, id est, execratio, quia maledictiones, seu peccata humani generis Deus in Christum transtulit, ut pro illis luendis moreretur : *Posuit Dominus super eum iniquitatem omnium nostrùm*, Isai. 53, 6.

Ad intelligentiam et ad pietatem ponderandà.

Sicut Christus carnem assumens venit in similitudinem carnis peccati, ita suspensus in cruce sustinuit similitudinem maledicti. Sicut enim execrabiles erant qui pro suis sceleribus suspendebantur, ita Christus pro peccatis nostris suspensus similitudinem gessit hominis à Deo maledicti. *Scriptum est;* Deuter. 21, 13, ubi suspensus dicitur à Deo maledictus, ibique jubetur ejus cadaver eodem die deponi et sepeliri, ut statim deleatur memoria ejus; et hoc in odium peccati, quo tale supplicium meruerat; sceleratissimi quippe tunc crucifigebantur. Idem fit adhuc circa sceleratiores; comburuntur, in cinerem rediguntur et in aera projiciuntur. Tale quid Christo pro nobis evenit, *et cum sceleratis reputatus est*, crucifixus cum eis, et medius inter illos, eodem die de cruce cum eis depositus. O ineffabilis mysterii dispositio! Christus, Dei Filius, benedictionis fons et origo, fit pro nobis maledictio, ut nos à maledictione liberet; Judæis per crucem fit execrabilis, ut Judæos et gentiles Deo gratos reddat, omnibusque credentibus Spiritum justificantem promereatur. Sicut mortuus eos quibus erat moriendum exemit à morte, ita et execratione in se receptâ, ab execratione liberavit, D. Chrysostomus.

Vers. 14. — Ut in gentibus benedictio Abrahæ... Syr. : *Ut inter gentes esset benedictio Abrahami per Jesum Christum, ut nos accipiamus promissionem Spiritûs per fidem.*

Observatio moralis.

Fides ergo nostra, gratia Spiritûs sancti, nostra sanctificatio, fructus sunt mortis Christi. Ad hoc nunquàm satis attenditur. Homini etiam sceleratissimo nihil poterat pejus evenire quàm crucifigi. Christus autem sanctus sanctorum pro me voluit crucifigi, ut me à peccato liberaret, mihi gratiam mereretur, ad æternam hæreditatem jus largiretur. O amor! amor immensus! incomprehensus! ineffabilis! Hinc disce quantùm te Christus amet, et quanti tuam salutem faciat. Hinc disce quantùm debeas ipsum amare, et tuam salutem curare. Hinc disce quomodò debeas pro eo probra, maledictiones, et contumelias pati. Disce et pro scelerato propter eum reputari

Vers. 15. — Fratres, secundum hominem dico... Syr. : *Fratres mei, tanquàm inter homines loquor.* Nova et quinta affertur ratio, petita ex Dei promissione, quæ Testamentum dicitur, quia promissio de hæreditate dandâ. Ex promissione ergo Dei factâ Abrahæ, probat nos ex fide, non ex lege justificari; utitur autem consuetâ sibi emollitione : *Fratres.* Vocat fratres suos quos paulò ante vocabat insensatos. Quia ex charitate loquitur, modò increpat, modò consolatur; omnia autem ad illorum salutem. *Secundùm hominem*, id est, humanâ ratione, humanoque utor exemplo. Testamentum, pactum, promissio, tamen hominis, id est, tametsi tantùm hominis, licèt hominis.

Confirmatum. Græc., *authenticum.*

Nemo spernit. Græc. : *Abjicit tanquàm irritum*, aut superordinat. Syr., *aut invertit*, scilicet addendo, demendo, contra ordinando. Intellige, quòd multò minùs Testamentum Dei immutabilis, omnipotentis, immutabitur.

Vers. 16. — Abrahæ dictæ sunt promissiones...

Vers. 13, 14. — *Christus nos redemit de maledicto legis*, etc. *Christus*, inquit, *nos*, tam Judæos quàm gentiles, *redemit de maledicto*, sive execratione, *legis*, id est, à pœnâ quam lex cum execratione minatur, dicens : *Maledictus omnis qui non permanserit in omnibus*, etc. Præstitit autem in nobis Christus, dùm *factus* est ipse *pro nobis maledictum*, quia maledictiones humani generis Deus in Christum transposuit, ut videlicet pro nobis infame et execrabile crucis supplicium subiret.

Quia scriptum est, Deuter. 21 : *Maledictus omnis qui pendet in ligno, ut in gentibus benedictio Abrahæ fieret in Christo Jesu.* Factus est pro nobis maledictum, ut pro maledictione induceret in gentes benedictionem Abrahæ promissam. Hoc ideò, inquit, ut benedictio Abrahæ promissa quæ totam hominis renovationem et beatitudinem complectitur, ad gentes veniret, et in iis compleretur per Jesum Christum, nimirùm :

Ut pollicitationem Spiritûs, id est, Spiritum sanctum, nos justificantem et sanctificantem, filiis Abrahæ, id est, credentibus, promissum, *accipiamus per fidem*, quâ credimus in Christum Abrahæ filium, in quo hanc benedictionem constituit et consignavit Deus, dicens Abrahæ : *In te*, id est, in semine tuo, quod est Christus, *benedicentur omnes gentes.*

Vers. 15. — *Fratres, secundum hominem dico;* id est, juxta morem et consuetudinem hominum loquor; q. d. : In hàc spiritali divinàque re, humano ac vulgari utor exemplo, testamenti, et testatoris, ut probem nos benedictionem Abrahæ jam dictam hæreditare non per legem, sed per fidem Christi, juxta Dei pactum cum Abraham initum; ut meritò pudere vos debeat, ò Galatæ, quòd minùs tribuatis Dei, quàm hominis testamentis et pactis.

Tamen hominis confirmatum testamentum nemo spernit aut superordinat, id est, immutat, aliter ordinat et disponit ultra quàm à testatore ordinatum et dispositum est, hoc est, nec demit, nec addit, nec derogat, nec arrogat.

Vers. 16. — *Abrahæ dictæ sunt promissiones, et semini ejus*, scilicet Gen. 22, ubi dicitur : *Quia fecisti hanc rem* (ut mihi obediens velles immolare filium tuum Isaac) *benedicam tibi*, etc. *Et benedicentur in semine tuo omnes gentes.* Unde colligunt interpretes, Abraham hàc obedientiâ, filiique victimâ meruisse, ut ex suâ

Assumit promissionem à Deo factam Abrahæ, quæ est quasi testamentum, quia de hæreditate ei et semini ejus dandâ, quasi diceret : Atqui, Deo loquente, factæ sunt Abrahæ promissiones, et multoties repetitæ, Genes. 12, 3; item 17, 7; item 22, 18.

Et semini ejus. Quod Genes. 12, 3, de Abrahamo dictum est, illud Genes. 22, 18, dictum est de semine ejus : *Et benedicentur in semine tuo*, etc., ut indicaret hanc benedictionem eventuram mundo per unum ex Abrahæ filiis. Ecce testamentum à Deo factum Abrahæ; illud autem Apostolus Dei Spiritu explicat, dicens Deum plurali numero non fuisse locutum : Non dicit : Et seminibus, quasi multis, sed quasi in uno, sed singulari, ut indicaret unum aliquem ex Abrahæ filiis, non ex Ismaele nasciturum, sed ex Isaaco, qui in eo sacrificio, de quo Genes. 22, 18, Christi figura fuerat; seu ut indicaret Christum, *per quem benedicerentur omnes gentes*.

Vers. 17. — Hoc autem dico testamentum a Deo confirmatum. Græc. : *Testamentum ante authenticatum à Deo in Christum*. Syr. : *Quod ante confirmatum est à Deo in Christo*. Explicato Testamenti sensu, redit ad interruptum sermonem, et concludit ex eo quod dixit supra, testamentum hominis authenticum non rescindi. Ergo authenticatum testamentum illud à Deo factum de benedicendis hominibus per Christum et per fidem in Christum, lex longè posterior non potest irritare, nec abrogare, nec illi quid superaddere.

Post quadragentos... Hi quadringenti triginta anni incipiendi sunt à primâ promissione Abrahæ factâ, usque ad datam legem in monte Sinâ. Vide Estium, Cornelium, Fromondum, ante eos D. Thomam, hic, D. Augustinum.

Vers. 18. — Nam si ex lege, seu legis observantiâ, seu ex legis operibus,

Hæreditas, benedictio, justitia, salus æterna;

Jam non, id est, ergo non ex promissione, quæ facta est Abrahamo sine lege, et sine legalis observationis mentione.

Abrahæ autem per repromissionem donavit. Græc. : *Gratificatus est Deus*, id est, Deus promisit se gratis daturum, scilicet per fidem in Christum. Summa hujus ratiocinationis hæc est : Authenticum hominis mortui testamentum nemo reprobat aut invertit, à fortiori testamentum Dei vivi et æterni nullus immutabit. Atqui Deus testamentum fecit Abrahæ; promisit enim quòd per Filium ejus nempe Christum, omnes gentes benedicerentur et æternam possiderent hæreditatem. Lex ergo longè post hoc testamentum factum et confirmatum superveniens illud non immutabit; immutaret autem, si ex lege esset benedictio et hæreditas, quia si ex lege, ergo non ex promissione, seu ex semine Abrahæ promisso, quod esset Dei immutabilis testamentum invertere. Cùm ergo immutabile sit testamentum Dei, restat concludendum nos per Christum et per fidem in Christum justificari, non per legem Moysis.

potiùs stirpe, quàm aliâ, imò ex eodem Isaac quem immolare voluerat, nasceretur Christus, per quem omnes gentes benedicerentur et implerentur benedictiones et promissiones Abrahæ factæ.

Non dicit : Et seminibus quasi in multis ; sed quasi in uno : Et semini tuo, qui est Christus. Hoc postremum, *qui est Christus*, interpretatio est Apostoli, quâ promissionem illam, *et semini tuo*, de Christo docet accipiendam. Aquinas et Cajetanus breviter adnotârunt, Paulum eodem spiritu quo promissio facta, et Scriptura condita est, eam interpretari, quòd ex numero singulari, unus, id est, Christus, fuerit significatus, etc.

Vers. 17. — *Hoc autem dico*, q. d. : Hoc igitur est, quod intendo, quod volo concludere.

Testamentum confirmatum à Deo, quæ post quadragentos et triginta annos facta est lex, non irritum facit ad evacuandam promissionem. Deus iniit pactum cum Abraham et semine ejus promissâ benedictione per Christum; ergo pactum illud debet manere firmum et inviolabile, nec per legem, quæ multò post supervenit, abrogari potuit, aut intercipi, quominùs per Christum impleatur. Id autem contingeret, si per legem esset benedictio, quæ præstanda per Christum est promissa.

Vers. 18. — *Nam si ex lege hæreditas*, si ex lege Moysis hæredes efficimur benedictionis Abrahæ, hoc est, justitiæ et salutis, ergo *jam non ex promissione* ; sed hoc est falsum, quia hanc benedictionem donavit Deus per repromissionem, promittens scilicet Abrahæ semen, id est, Christum, in quo, et per quem omnes gentes quæ in eum crederent, benedicerentur. Si ex promissione Christi, ergo ex fide Christi, non ex lege Moysis, hæc benedictio Abrahæ promissa gentibus omnibus obtigit.

Abrahæ autem per repromissionem donavit Deus. Atqui, inquit, ex promissione hæreditas est, quia Deus non ex conditione legis, sed gratuito et irrevocabili dono, dandam promisit hæreditatem : igitur

Observatio moralis.

In hâc Dei promissione Abrahæ factâ, quam Apostolus supponit ut nostræ justificationis basim, mirare infinitam in nos Dei bonitatem, qui, cùm sit in seipso summè beatus, nullius indigens, hominem tamen quærit, quasi illius indigus, homini salutem promittit, hanc que promissionem suam solemni juramento confirmat, suisque verbis semetipsum quasi ligat, ne fortè justitia opus misericordiæ gratuitum invertat. O bonitas! ô misericordia verè divina! Sic autem hanc Dei bonitatem mirare, ut et sapientiam et quamdam in executione æquitatem mireris. Abraham Deo credens, at Deo obediens, unigenitum filium suum Isaac immolare paratus est; hinc illi promittit Deus quòd ex illo ipso Isaac nasciturus sit Christus, in quem credentes omnes terræ gentes justitiam et salutem æternam sint consecuturæ. Quia obedit Abraham, dicitur illi : *Benedicam tibi*. Quia obediens fuit Isaac, Christique obedientiæ et sacrificii figura fuit, dicitur illi : *Et benedicentur in semine tuo*, id est, in Christo, ex Isaac nasciturò, omnes gentes.

Hinc discamus Deo credere, at Deo credentes obedire; in omnibus humiliter subjici, omnes quascumque ejus voluntates, nobis etiam maximè repugnantes, fideliter et promptè exequi. Tali fide, tali obedientiâ *promeretur Deus*, promeretur benedictio promissa in Christo et per Christum, Dei et Abrahæ Filium. Hinc que concludamus quòd obedientia salutem complet, quam initiat fides. Itaque credamus in Christum; at sic credamus ut et Christo obediamus, Deique voluntatem in omnibus adimpleamus. Fidem nostram in

opera diffundamus; operemur ex fide, et in spiritu fidei; seu fides nostra per charitatem operetur. Vel enim sanguis per fidem et propter fidem fundendus, vel fides in opera et per opera est diffundenda. Primi occasiones nunc non habemus, secundi autem continuas.

Vers. 19. — Quid igitur lex?... Probatâ in superioribus legis insufficientiâ et inutilitate ad justificandos homines, D. Paulus, qui omnia perspicit et innumeris utitur oculis, ait D. Chrysostomus, ne superflua existimetur lex à Deo data, quærit : Ad quid igitur data est? Eritne inutilis? Minimè, inquit, nam

Propter transgressiones posita est. Græc. : *Transgressionum gratiâ apposita est.* Syr. : *Propter transgressionem addita est*, scilicet addita promissioni, et apposita inter promissionem et illius executionem, seu donec veniret Christus promissus. Hoc benè Ambrosius : Posita est in medio inter cœptam promissionem et semen cui facta est promissio, id est, inter Abraham et Salvatorem, etc., ut populum Dei erudiret sub Dei timore, ut dignus fieret ad excipiendam promissionem quæ est Christus. Apposita, inquam, *propter transgressiones* declarandas, arguendas, coercendas, ita D. Chrysostomus, D. Hieronymus, et post illos plerique communiter.

Ad majorem hujus interpretationis intelligentiam, nota quòd populus Israeliticus suo apud Ægyptios idololatras incolatu, et continuo cum illis infidelibus commercio, sic à patrum suorum simplicitate declinaverant, ut in pleraque peccata Ægyptiis communia prolaberentur. Hinc legis necessitas, quæ pœnis et terrore eos ab hujusmodi vitiis coerceret. Ita plerique corrupti, ut et justitiam nescirent, et multa peccata patrarent ignari. Hinc legis necessitas, quæ peccata declararet, argueret. Audi hâc de re D. Chrysostomum : Quoniam Judæi ne sentiebant quidem sua peccata, non sentientes autem nec desiderabant remissionem, dedit Deus legem quæ proderet vulnera, quò medicum quærerent. *Propter transgressiones* aliquo modo augendas et implendas, D. Augustinus. Quod debet intelligi, non causativè, sed consecutivè, ait D. Thomas, quatenùs, datâ lege, abundavit reverà delictum et multiplicatæ sunt transgressiones, et quantùm ad numerum, seu multitudinem, et quantùm ad reatûs gravitatem, ut D. Thomas explicat hìc, et Rom. 5, v. 20.

Conciliabuntur ergo hæ interpretationes diversæ, si dicatur quòd lex directè quidem data sit ad declarandas, arguendas, et coercendas hominum transgressiones, indirectè verò hic secutus est effectus, ut, datâ lege, abundàrit delictum et multiplicatæ fuerint hominum transgressiones. Id autem Deus permittere voluit ut legis transgressores humiliarentur, et superbus eorum animus, infirmitatis suæ conscius, intelligeret legem sibi ad salutem non sufficere, hincque avidiùs quæreret Mediatoris gratiam. Hincque concludes quòd lex populo Israelitico data sit ut pædagogus, infra 24, qui duo doceret ipsum. Primò, qui illum erudiret circa bonum faciendum et circa malum fugiendum, seu qui doceret quid agendum, quid non agendum; secundò, ut eumdem populum doceret in Christum aspicere, in quo promissiones Abrahæ factæ complendæ erant, et absque cujus gratiâ et auxilio non valebant legem implere, nec à peccato liberari, nec justitiam Abrahæ promissam adipisci.

Donec veniret semen, id est, filius Abrahæ promissus, seu Christus, mundi Magister et Salvator, per quem omnes nationes sic erant erudiendæ et adjuvandæ, ut hæreditatem Abrahæ promissam essent assecuturæ.

Ordinata per angelos. Declarato fine legis illiusque utilitate, Paulus aliquas enumerat legis singularitates, seu excellentias. Existimo autem quòd ad perfectam apostolicæ mentis intelligentiam debeant subintelligi promissionis excellentiæ, legis singularitatibus seu excellentiis oppositæ et superiores, ut in paraphrasi expressæ sunt, et ut fusiùs explicabo v. 20. *Ordinata per angelos*, id est, ministrata, ordine dictata per sanctos angelos, Dei nuntios et ministros, quorum unus Dei personam gerebat et Dei nomine pronuntiabat, alii verò hunc comitabantur. Vide Deuter. 33, 2, et Act. 7, 38.

Subintellige quod probabilissimè Paulus habebat in mente : Promissio autem per Deum ipsum facta est Abrahæ, et ordinata. Hoc legens doctor, et quidem eruditissimus, objecit mihi : Atqui per angelum promissio facta est Abrahæ; ergo nulla disparitas. Cui respondi primò subsumptum negando, quia id non est

hæreditas, benedictio, justitia non est ex lege.

Vers. 19. — *Quid igitur lex?* Si enim hæreditas i a ex promissione est, et non ex lege, cur igitur lex introducta est? Quæ utilitas legis? Aut quid omninò de lege dicendum? Respondet : *Propter transgressiones posita est*, scilicet coercendas terrore et minis, ut saltem metu retraherentur homines à manifestis transgressionibus, ait Hieron. et Chrysost. Propter transgressiones scilicet declarandas posita est lex, ait August., ut nimirùm populus superbus, visâ lege, agnosceret peccata sua, quæ contra legem committit, sibique Christi gratiâ opus esse ad eam implendam, itaque lex tacitè homines ad Christum transmittebat. Unde subdit :

Donec veniret semen, hoc est, Christus, *cui promiserat*, Deus scilicet, per eum benedicendas esse gentes, hoc est, justificandas, ut piè deinceps ac justè vivere, legemque implere possint; q. d. : Data est lex quasi pædagogus noster, usque ad Christum; ergo Christo jam præsente, officio suo perfuncta est; quid ergo ulteriùs eam prorogare vultis, ò Judæi? Ita Chrysost.

Ordinata per angelos. Legem veterem per angelos ordinatam, sive dispositam, ut legit Augustinus, id est angelorum operâ seu ministerio digestam, scriptam ac latam fuisse, testatur idem Apostolus., Hebr. 2; et Stephanus, Act. 7, significat, et ipse Moyses, Deut. 33, dicens, cum Domino legem in monte Sinai ferente adfuisse sanctorum millia, quos Septuaginta angelos interpretati sunt. Indicat ergo discrimen Apostolus inter legem et promissionem, quòd lex angelorum ministerio lata fuerit; promissio per Christum præstanda; sicut infra dicitur, ut promissio ex fide Jesu Christi daretur.

In manu mediatoris. In manu, id est, per mediatorem, quia manus est membrum per quod operatur homo, et quasi organum organorum. Quæritur quis

in Scripturis expressum, imò formaliter id attribuitur Domino. Genes. 18, v. 17; et 22, v. 16; secundò, esto, inquiebam, quòd per angelum promissio fuerit fortè pronuntiata, at certè per Deum ipsum facta fuit et ordinata, quis enim angelorum promittat Filium Dei? Dixi, fortè, quia licèt id non sit in Scripturis expressum, fortè colligi potest ex iis, in capitibus jam citatis. Addebam tamen quòd solum Scripturæ silentium sufficeret ad illud negandum, juxta mentem D. Pauli, qui ex solo Scripturæ silentio de parentibus Melchisedech, illum dixit *sine patre, sine matre*, Heb. 7, v. 3.

In manu mediatoris, id est, ministerio Moysis mediatoris, se quasi medium interponentis inter Deum et populum Israeliticum, et pro eo stipulantis: *Ego sequester et medius fui inter Dominum et vos*... Subintellige, promissio autem immediatè per Deum ipsum facta est Abrahæ, nullo mediatore interveniente, sine conditione, sine stipulatione, quia merè gratuita.

Vers. 20. — Mediator autem unius non est...., sed est inter duos, et quidem non benè convenientes, sed dissidentes, et quos vult reconciliare.

Deus autem unus est, sibi constans, semper idem, immutabilis. Obscurissimus est hic locus; obscurum est, ait Fromondus, quare Apostolus hunc versum raptim, et velut extra propositum interjiciat. Hæc obscuritas patet textum legenti, sed et magis patebit varias interpretum opiniones examinanti.

Notanda ad intelligentiam.

In hâc obscuritate, post multas reflexiones et varias veritatis undique indagationes, probabilissimum puto quòd D. Paulus, enumeratis Mosaicæ legis singularitatibus, et subintellectis in mente promissionis de Christo à Deo factæ Abrahamo excellentioribus singularitatibus, hic præcipuam tantùm harum promissionis divinæ singularitatum expressè nominat, unde concludit hujus promissionis firmam immutabilitatem et supra legem præcellentiam.

Lex ministerio Moysis, mediatoris et stipulatoris, data est. *Mediator autem non est unius*, sed plurium; hinc facilis mutabilitas, ob alicujus mutationem et stipulatæ conditionis defectum. Promissio autem à Deo solo facta. *Deus verò unus* et idem semper est et immutabilis; hinc promissionis firmitas stabilis, æterna, immutabilis.

Itaque ut hos duos versus 19 et 20 benè intelligas, nota quòd D. Paulus ita respondet quæstioni sibi factæ: *Quid igitur lex?* ut etiam, occasione quasi per transennam acceptâ, ostendat legis et promissionis discrimina, hujusque supra legem excellentiam. Lex occasionaliter data, *propter transgressiones*..., ad tempus, *donec veniret*..., *per angelos*, Dei ministros, Moyse, homine mediatore. Promissio facta principaliter, sine temporis limitatione, per Deum ipsum immediatè, absolutè, sine conditione, aut stipulatione. Hinc quid sequitur? Primò, quòd promissio multò perfectior sit et excellentior; secundò, quòd promissio sit immutabilis, æterna sicut Deus, promissionis auctor, est unus, semper idem, sibi constans et immutabilis. Deus unus et idem semper est; non timendum ergo ne promissionem abroget suam absolutè et gratuitò factam. Hæc de mundi salvatore promissio, ex Abrahæ semine nascituro, fundatur in verbo Dei absoluto et absque ullâ conditione, aut stipulatione dato: *Verbum autem Domini stabit in æternum;* ergo et hæc gratuita Dei promissio. Hinc in Christo et per fidem in Christum salus semper erit quærenda. Tertiò, è contra sequitur quòd lex erat mutabilis, abroganda, imò et abrogata. Lex erat occasionaliter, ad tempus, donec veniret Christus; Christus autem venit; ergo lex abrogata est. Christo præsente, lex suo functa est officio; ne Judæos quidem nunc obligat, multò minùs gentiles. Quare ergo, ô Galatæ, in illâ et non in Christo solo justitiam quæritis?

Vers. 21. — Lex ergo adversus promissa Dei? Occurrit secundæ objectioni ex primâ nascenti. Si lex transgressiones ostendit, arguit, coercet; ergo sibi usurpavit officium quod Deus Abrahæ semini promisit: *In te benedicentur*..., ergo promissionem evacuat, estque illi contraria. Respondet primò, quòd non fuit contraria, quia non potuit vivificare, id est, vitam justitiæ internam dare, et jus ad æternam hæreditatem, quod Deus fidei promisit: *Justus ex fide vivet.*

hic intelligatur mediator? Cyrill. Nazianz., Gregor. Nyssen., Adamus, intelligunt Moysen, qui, Deut. 5, dicit se sequestrum fuisse medium inter Deum et populum, quia Christus non veteris Testamenti, sed novi mediator est, quomodò eum apertè nuncupat Apostolus, Hebr. 8 et 12. *Lex per Moysen data est, gratia et veritas per Jesum Christum facta est*, Joan. 1.

Vers. 20. — *Mediator autem unius non est*, q. d.: Mediator, quem dixi, Moyses, non est unius, sed duorum certorum et determinatorum, Dei scilicet et Hebræorum, non autem Christianorum (ad quos vel maximè spectat benedictio, id est, justitia et salus Abrahæ promissa) Moyses fuit mediator et interpres; Deus verò unus est, non duo. Itaque in hisce verbis vim argumenti non ponit Apostolus, nisi obliquè et inchoatè, sed tantùm in iis explicandis ludit per antithesin, ut scilicet opponat mediatorem qui duorum est, Deo, qui unus est, in quo facit præcipuam vim.

Deus autem unus est, q. d.: Non sunt duo dii, quorum unus sit Deus legis et Judæorum, alter sit Deus Abrahæ et Christianorum, sed unus est Deus Judæorum et Christianorum, idem auctor legis et Evangelii; unus ergo idemque Deus fecit Moysen mediatorem inter se et Hebræos; modò eo revocato alium, puta Christum, fecit mediatorem inter se et Christianos omnium gentium, atque per Christum benedixit et justificavit omnes gentes, uti promiserat Abrahæ.

Vers. 21. — *Lex ergo adversùs promissa Dei? Absit.* Si lex promissioni adjuncta est, et quasi adrepsit, videtur quòd sibi usurpârit officium vivificandi et justificandi homines, ut scilicet illud, quòd promissio continebat, exequeretur, eoque fungeretur donec veniret Christus: quòd si ita est, ergo lex adversatur promissis Dei; Deus enim hanc vivificationem et justificationem promisit fidei in Christum, non legi. Lex non potest vivificare, ergo non est contra Dei promissa, quæ vitam spiritalem promittunt dandam per Christum.

Si enim data esset lex, quæ posset vivificare, verè ex lege esset justitia. Si lex posset in nobis vitalia spiritûs opera edere, sequeretur posse eamdem nobis spiritum charitatis et gratiæ, ipsamque justitiam tribuere; nec enim opera spiritûs edi exercerive possunt sine spiritu, sicut nec opera vitæ sine animâ.

Vers. 22.—Sed conclusit Scriptura... *Scriptura*, id est, lex scripta, lex Mosaica. D. Chrysostomus, Theophylactus, D. Thomas, Gagnæus. *Conclusit*, id est, coarguit et coargutos continuit in metu, D. Chrysostomus.

Omnia. Omnes homines, etiam Judæos.

Respondet secundò, quòd non tantùm lex promissioni non fuit contraria, quin imò lex obsequium præstitit fidei, quia Judæis declarans se in peccatis involutos esse, eos quasi pædagogus ad Christum justitiæ fontem quasi manu ducebat. Quoniam Judæi ne sentiebant quidem sua peccata, non sentientes autem nec desiderabant remissionem, dedit legem quæ proderet vulnera, quò medicum quærerent, ait D. Chrysostomus. Unde concludit idem D. Chrysostomus, quòd lex non solùm contra Dei promissa data non fuit, sed pro promissis. Duo enim, inquit, commoda, præstitit : primùm virtutem mediocrem docuit eos; secundùm, ipsis peccati cognitionem dedit, quæ illos promptos redderet ad quærendum Dei Filium. Idem fermè dixit Ambrosius, hæc eadem expl - cans verba, *sed conclusit Scriptura*. Hoc dicit Paulus: Quia lex ad hoc data est, ut peccatores reos se scirent apud Deum; manifestatis enim peccatis suis, conclusi sunt ut se excusare non possent, sed quærerent misericordiam, ut veniens qui promissus erat Abrahæ fidem solam ab eis posceret, quam habuit Abraham, ut et malorum suorum veniam et justificationem mererentur, hùcusque Ambrosius.

Additio cum quàdam immutatione.

Vers. 21.—Lex ergo adversus promissa Dei? Semper dubitavi ad quid referatur illud *ergo;* an ad objectionem proximè præcedentem, ut supposui in paraphrasi et in commentario quem modò feci, plerosque secutus, an ad id quod superiùs dictum est v. 10 : *Lex maledicit, Christus eximit à legis maledicto*, et benedicit; et ita sensit D. Chrysostomus; an ad v. 18 : *Si ex lege hæreditas, jam non ex promissione*, et ita D. Anselmus; an verò, quod mihi semper visum est probabilius, nova sit objectio, vel facta generatim contra doctrinam jam multoties traditam, scilicet, quòd fides legem abrogavit, vel facta specialim contra id quod v. 19 dictum est : *Lex posita est.., donec veniret semen.*

Itaque probabilius puto quòd hic ab Apostolo quæritur, an ideò lex et promissio non stant simul, quia sibi invicem contrariæ. Cui interrogationi statim respondet : *Absit*, non sunt contrariæ, nec ideò unà adveniente, cessat altera, sed ideò cessat lex adveniente Christo, quia tunc lex inutilis, utpote quæ nec vim habet vivificandi, nec quid ampliùs significat.

Si enim data esset lex, quæ vim habuisset justificandi, verè et realiter ex illâ lege adhuc esset justitia, si potuisset, adhuc et posset. Nunquàm autem id potuit lex scripta.

Vers. 22. — Sed conclusit Scriptura... Sed omnes homines conclusit sub peccato, et peccatis involutos declaravit, ut notâ suâ et legis impotentiâ, juxta promissionem Abrahæ factam, justitiam quærerent ex fide in Jesum Christum. Tantùm abest ergo ut lex promissioni sit contraria, quin imò lex obsequium præstitit fidei, quia Judæis declarans se in peccatis involutos esse, eos quasi pædagogus ad Christum justitiæ fontem quasi manu duxit.

Vers. 23. — Prius autem quam veniret fides... , id est, ante adventum Christi, seu ante legem evangelicam à Christo prædicatam.

Sub lege custodiebamur conclusi... Syr. : *Lex custodiebat nos conclusos in eam fidem...* Assignat et aliud obsequium quod lex præstitit fidei, seu magnam quam Judæi ex lege traxerunt utilitatem. Lex enim timore, velut muro quodam, continens illos, ac secundùm ipsam vivendi necessitatem constringens, reservabat illos fidei, D. Chrysostomus. *Custodiebamur et conclusi*, significat tutelam ex legis præceptis adhibitam, idem. Lex eis magnam præbebat securitatem, à pluribus peccatis cohibens, ac veluti murus quispiam existens, concludens homines, colligensque ad finem, ait Theophylactus. Similiter et Ambrosius : *Priùs enim quàm*, id est, antequàm veniret Salvator, sub legis custodiâ agebamus, ne peccaremus, ut veniente promissione digni essemus.

Vers. 24. — Itaque lex pædagogus in Christo. Græc., *in*, seu *ad* Christum. Syr., *ad Christum*, id est, fuit nobis instar pædagogi metu pœnæ puerum coercentis et ad præceptorem ducentis. Pædagogus dicitur is qui puero datur dux et custos, qui puerum regat, à vitiis coerceat, primisque imbuat elementis, donec ad præceptorem ducatur instituendus. Sicut autem præceptori non adversatur pædagogus, sed illum adjuvat, arcens adolescentem ab omni vitio, illumque reddens idoneum percipiendis quæ tradit præceptor, ita lex promissioni non contraria fuit, imò ad illam percipiendam præparavit, ex D. Chrysostomo.

Vers. 22. — *Sed* (ex lege non est justitia, quia) *conclusit*, id est, declaravit, et sententiæ suæ auctoritate pronuntiavit *Scriptura, omnia*, id est, omnes concludi *sub peccato*, hoc est, omnes esse peccatores, peccati reos, peccato obnoxios. Pro *omnes* dicit *omnia. Ut promissio ex fide Jesu Christi daretur credentibus*, id est, ut promissa justitiæ hæreditas per fidem Jesu Christi daretur credentibus in eum, dùm scilicet in lege nullam invenientes peccati medelam, ad Christum confugiunt, qui est semen illud in quo datæ sunt promissiones.

Vers. 23. — *Prius autem quàm veniret fides, sub lege custodiebamur conclusi*, quasi servi in disciplinâ, in custodiâ et carcere onerosæ legis, quæ suis pœnis quasi cancellis et septis nos à peccato continebat et coercebat, *in eam fidem quæ revelanda erat*, ut scilicet per legis reprehensionem, minas et ostensionem pœnarum formaremur, præpararemur, aspiraremus ad fidem, libertatem et justitiam, per Christum dandam. Ita Anselmus et Theoph.

Vers. 24. — *Itaque lex pædagogus noster fuit in Christo, ut ex fide justificemur*. Itaque, inquit, lex, instar pædagogi, nos, tanquàm parvulos et ad vitia proclives, timore coercuit, et præparavit, duxitque ad Christum verum justitiæ doctorem ac magistrum, ut ex fide ejus justitiam consequeremur.

Vers. 25. — At ubi venit fides..., sicut cùm advenit præceptor, discedit prædagogus; sicut orto sole inutilis est lucerna, ita ubi magister ac præceptor adfuit Christus, cessavit prædagogia legis, omnisque ipsius auctoritas.

Observationes dogmaticæ et morales.

Ex dictis in superiori versiculo, collige primò quòd fides in Christum, seu Christianismus fuerit omnium seculorum. Christus ante suum adventum, sicut et post, fuit et est unicus fons salutis; nulla fuit unquàm salus nisi per fidem in ipsum, seu venturum, seu jam incarnatum : *Nec enim aliud nomen est sub cœlo datum...* Christus promissus et venturus continuè erat aspiciendus à Judæo, ut justificaretur. Christus incarnatus, crucifixus ac pro nobis mortuus, perpetuò est aspiciendus à Christiano; et per ipsius merita semper quærenda et invocanda Dei misericordia, ut salvemur. Judæus, legis transgressor, si suæ conscius infirmitatis, humiliaretur, legemque sibi non sufficere sentiens, misericordiam mediatoris invocaret, misericordiam consequebatur. Christianus peccator, si humilietur, si se peccatorem humilis agnoscat, si suam sentiens impotentiam, Salvatoris auxilium imploret, si in ipsum sperans, ad Sacramenta, Salvatoris fontes, recurrat, in his fontibus hauriet aquas salutis.

Ubi obiter nota quòd sicut superbia est initium omnis peccati, ita humilitas omnis boni : adeò necessaria est homini lapso humilitas, ut Deus permittat omnium malorum maximum, scilicet peccatum, ut humilietur peccator, et humiliatus ad Redemptorem recurrat et salutem consequatur; id patet in jam dictis de Judæo et Christiano. Et quia fides, seu Christianismus omnium fuit seculorum, hinc agnosce mirabilem illam veteris et novi Testamenti convenientiam, ut unum ducat ad alterum. Primum fuit quasi religionis pueritia, secundum ejusdem religionis ætas adulta, seu perfectio. Primum quasi cortex et velamen secundi; secundum autem primi explicatio. Hinc unum in altero aspiciendum. Vetus legendum per respectum ad Christum, ad quem quasi manu ducebat; novum in vetere aspiciendum, sicut in umbrâ, seu in picturâ præcedente.

At benedictus in æternum Deus, qui nobis meliora quàm Judæis providens, non in religionis pueritiâ, sed in ejus ætate adultâ, seu statu perfecto, nos nasci, seu potiùs renasci voluit. Hanc gratiam agnoscamus, nostramque de illâ gratitudinem testemur, majori fide, ardentiore charitate, obedientiâ universaliore. Justitia nostra sit abundantior scribarum et Pharisæorum, juxta Christi Domini monitum, Matth. 5, 20.

Vers. 26. — Omnes enim filii Dei estis... Dat rationem, cur non simus ampliùs sub prædagogo, quia scilicet, per fidem in Jesum Christum, facti sumus filii Dei, et quidem adulti; seu, ut ait Ambrosius, de minoribus majores facti. Papæ! quanta fidei vis! et quomodò eam progressu sermonis aperit! priùs enim ostendit, v. 7, quòd fides redderet filios patriarchæ, nunc verò demonstrat eosdem esse filios Dei, D. Chrysostomus.

Vers. 27. — Quicumque enim in Christo baptizati estis, Christum induistis. Explicat modum, quo filii Dei facti sumus, nimirùm per baptismum.

Christus est Filius Dei; per baptismum induistis Christum Dei Filium; ergo in Christo et per Christum estis filii Dei.

Observatio moralis.

Ad hunc honorem attende, ô frater Christiane! per baptismum Christum Filium Dei induisti; unum quid cum Christo factus es. Christus fuit in te quasi reproductus et multiplicatus; seu, ut ait D. Chrysostomus, in Christum per similitudinem transformatus es, factus es quodammodò quod ipse est; si naturâ Filius est Dei, tu gratiâ filius Dei; eâ quippe gratiâ, ait D. Augustinus, homo fit Christianus, quâ homo factus est Christus. Christum Filium Dei induimus, ipsi assimilati sumus; ad unam cum eo cognationem, unamque idæam perducti sumus, gratiâ facti quod ille est naturâ, Theophylactus. Christum induimus, sicut lignum induit ignem, ait D. Thomas. Tantæ gratiæ memor, vive ut filius Dei, vive ut Christus ipse. Interiùs vive, sicut Christus vixit : *Quæ placita sunt ei facio semper. Meus cibus est ut faciam voluntatem Patris...* aiebat Christus. Et hæc fuit Christi vitæ regula; eadem sit et tua; ideò te docuit orare : *Fiat voluntas tua sicut in cœlo et in terrâ.* Exteriùs vive ut Christus, quem induisti; vestis tua sit Christus; solus ergo Christus in te videatur, sicut in homine vestito sola vestis videtur. Videatur in te Christi humilitas, modestia, mansuetudo, patientia, etc.

Vers. 28. — Non est Judæus... Omnes enim vos

Vers. 25. — *At ubi venit fides*, etc., hoc est, sub lege, quæ pedagogi erga nos gerebat officium. Postea quàm ad Christum introducti sumus per fidem, cessat pædagogia legis.

Vers. 26. — *Omnes enim*, sive Judæi, qui fuistis sub lege, quasi pedagogo, sive gentiles, qui hoc pædagogo caruistis, hoc ipso, quo credidistis per fidem Christi, *filii Dei estis;* q. d. : Christus quasi pater nos quasi filios adultos regit et provehit; quid ergo ad legem et Moysen quasi pædagogum recurritis? *Omnes enim estis filii Dei per fidem*, non solam, sed baptismo et aliis fidei actibus declaratam et protestatam.

Vers. 27. — *Quicumque enim in Christo*, etc., id est, exuto vetere homine, velut transformati estis in Christum, novum hominem. Cùm igitur sitis tam intimè Christo conjuncti per fidem, ac fidei Sacramentum, utique legis obsequio jam opus non habetis, ut adducamini ad Christum. Nota efficaciam baptismi, quòd non tantùm gratiam et dona, sed et ipsum Christum nos induat, ut ait Apostolus, eoque nos vestiat et ornet.

Vers. 28. — *Non est Judæus, neque Græcus*, supple *in Christo*, id est, in Christianismo, ait Hieronym. In baptismo, et fide Dei jam dictâ, nulla apud Deum est differentia generis, conditionis, aut sexûs; sed omnes, sive Judæi, sive Græci, sive masculi, sive feminæ, unum sunt corpus mysticum, scilicet Ecclesia, cujus caput est Christus.

Non est servus, neque liber; non est masculus, neque femina. Omnes enim vos unum estis in Christo Jesu. Q. d. : Estis omnes tanquàm unus, id est, prorsùs indiscreti, in negotio salutis per Christum; perinde atque

UNUM... Græc., *unus estis*. Syr., *vos omnes unus*, etc. Omnes unus estis in Christo Jesu, hoc est, eamdem formam, eumdem typum habetis omnes, videlicet Christi, Chrysostomus. Quid his verbis magis stupendum aut reverendum? Qui priùs erat Ethnicus, Judæus, servus, etc., nunc formam gestat, non angeli, neque archangeli, sed universorum Domini; in sese Christum repræsentat, idem Chrysostomus.

Observatio moralis.

Hinc discat Christianus nobilitatem suam; unum est cum Christo; filius Dei est, quia Christum Dei Filium induit in baptismo. Hinc discant magnates, aut quicumque natalitatiis, aut dignitatibus, à cæteris distincti sunt, discant, inquam, quòd in Christo sint unum, seu unus cum cæteris fidelibus. Coram Deo NON EST SERVUS, NEQUE LIBER..., sed omnes unus sunt in Christo Jesu. Itaque nec superbiant, nec alios despiciant. Hinc et omnes discant et recordentur se coram Deo nihil esse, nisi quod sunt in Christo Jesu, seu secundùm gratiam Christi Jesu.

Apud Deum non est acceptio personarum, non enim personam domini, aut servi, attendit in Christiano, sed personam Christi attendit in singulis et omnibus; ita ut unusquisque fidelis illi sit eò gratior quò fideliùs Christum repræsentat, quem induit in baptismo. Tosi omnes ejusdem generis, conditionis et sexûs essetis.

VERS. 29. — *Si autem vos Christi, ergo semen Abrahæ estis.* Nec deest vobis, inquit, dignitas Judaicæ gentis, quæ se jactat esse semen Abrahæ, 2 Cor. 11. Nam *si vos Christi* estis, id est, Christo incorporati, et membra ejus effecti per fidem et baptismum; Christus autem est verum illud ac singulare semen Abrahæ promissum; ergo et vos semen ac filii Abrahæ estis, non solùm fidei imitatione, verùm etiam incorporationis jure; ut quod Christo capiti convenit, toti ejus corpori Ecclesiæ tribuatur.

Secundùm promissionem, hæredes pertinet enim ad vos æquè ut ad Judæos, hæreditas benedictionis, ex promissione factà Abrahæ, cùm per incorporationem pari jure pertineatis ad semen illi promissum, quod est Christus.

tum itaque nostrum studium sit Christum in nobis gerere interiùs, et exteriùs exhibere. Hoc unicum sit votum nostrum. Christe, Fili Dei vivi, miserere meî! Jesu, character Patris, splendor gloriæ, expressa paternæ substantiæ et personæ imago, sic te per gratiam tuam cordi meo imprime, ut tua et Patris tui fiam imago; te et seipsum videat in me, meîque ob te et ob tuam imaginem misereatur in æternum.

VERS. 29. — SI AUTEM VOS CHRISTI... Christus est semen, seu filius Abrahæ, benedictionem gentium continens, seu per quem omnes benedicendæ gentes. Nos sumus Christi, unum cum illo corpus, illius membra; imò in illum transformati sumus, illumque induimus; ergo omnium ipsius jurium et benedictionum participes, et in illo benedicti. Sicut Christus, Dei Filius est, et Abrahæ filius, ita Christianus Christum indutus et unum quid factus cum Christo, Dei filius est, et filius Abrahæ, et consequenter hæres Dei, hæres hæreditatis à Deo promissæ Abrahæ et ejus semini, cohæres Christi, et ut est Abrahæ filius, et ut est Dei filius. O Deus misericors! sis in æternum benedictus ob hanc mihi indignissimo servo tuo benedictionem concessam, jusque datum ad æternam hæreditatem. Adoro te, benedico te, gratias ago tibi æternas propter hanc maximam misericordiam tuam.

Corollarium pietatis, seu in hoc capite ad pietatem maximè notanda, et ad praxim redigenda.

1° Nota quòd mors Christi, quia animæ nostræ vita, nunquàm sit oblivioni danda, sed oculis fidei præsens in mente et corde semper habenda. Vide v. 1. Propterea nobis ubique, in templis, in locis publicis et privatis, proponitur imago Jesu Christi, pro nobis crucifixi, ut ab eo, quasi publico fonte vitæ, vitam hauriamus fide, spe, et charitate, ibidem, v. 1. Harum igitur virtutum actus sint ad animæ nostræ vitam continui, sicut ad corporis nostri vitam continui sunt cordis motus, qui systole et diastole dicuntur, ibidem v. 1.

2° Observa quantus thesaurus sit fides quæ vitam continet æternam, et ideò quàm desiderandus, et quàm sollicitè custodiendus, v. 9. Salus et vita semper fuit à fide. Quare? Vide v. 2. Semper fuit à fide in Jesum Christum. Quare? Vide ibidem, v. 12. Hinc sequelas vide ibidem. Ab exemplo autem Abrahæ, fidelium patriarchæ, disce quæ et qualis sit fides salutifera. Vide v. 9 et 18.

3° Mirare divinam ineffabilis mysterii dispositionem, quâ Christus, omnis benedictionis fons, factus est in cruce pro nobis maledictum, ut nos ab æternâ maledictione liberaret. Ut hanc ineffabilem Jesu Christi erga te misericordiam aliquatenùs intelligas et sentias, attende ad versus 13 et 14, ibique in commentario dicta seriò perpende.

4° Nota quòd fides in Christum, seu Christianismus fuerit omnium seculorum. Vide v. 25. Hinc mira utriusque Testamenti convenientia, ibidem. Vetus fuit quasi religionis pueritia, ibid. Novum autem religionis ætas adulta, ibid. Hinc Christiani Judæis multò feliciores, ibid. Quo modo suam in Deum gratitudinem debeant testari, ibidem v. 25.

5° Tuam, ô Christiane, dignitatem agnosce ex versibus 26, 27 et 28. Hinc et debitum, seu obligationem agnosce tuam Christum induisti, Christusque quodammodò factus es. Christum ergo interiùs et exteriùs gere et exhibe; videatur et agnoscatur in te Christus. Vide dicta ad versus 26, 27, 28.

CAPUT IV.

1. Dico autem: Quanto tempore hæres parvulus

CHAPITRE IV.

1. Je dis de plus que tant que l'héritier est encore

est, nihil differt à servo, cùm sit dominus omnium ;

2. Sed sub tutoribus et actoribus est, usque ad præfinitum tempus à patre.

3. Ita et nos cùm essemus parvuli, sub elementis mundi eramus servientes :

4. At ubi venit plenitudo temporis, misit Deus Filium suum, factum ex muliere, factum sub lege,

5. Ut eos, qui sub lege erant, redimeret, ut adoptionem filiorum reciperemus.

6. Quoniam autem estis filii, misit Deus Spiritum Filii sui in corda vestra, clamantem : Abba, Pater.

7. Itaque jam non est servus sed filius. Quòd si filius, et hæres per Deum.

8. Sed tunc quidem ignorantes Deum, iis, qui naturâ non sunt dii, serviebatis.

9. Nunc autem cùm cognoveritis Deum, imò cogniti sitis à Deo, quomodò convertimini iterùm ad infirma et egena elementa, quibus denuò servire vultis?

10. Dies observatis, et menses, et tempora, et annos.

11. Timeo vos, ne fortè sine causâ laboraverim in vobis.

12. Estote sicut ego, quia et ego sicut vos, fratres, obsecro vos ; nihil me læsistis.

13. Scitis autem quia per infirmitatem carnis evangelizavi vobis jampridem ; et tentationem vestram in carne meâ

14. Non sprevistis, neque respuistis ; sed sicut angelum Dei excepistis me, sicut Christum Jesum.

15. Ubi est ergo beatitudo vestra? testimonium enim per hibeo vobis, quia, si fieri posset, oculos vestros eruissetis, et dedissetis mihi.

16. Ergo inimicus vobis factus sum, verum dicens vobis?

17. Æmulantur vos non benè : sed excludere vos volunt, ut illos æmulemini.

18. Bonum autem æmulamini in bono semper; et non tantùm cùm præsens sum apud vos;

19. Filioli mei, quos iterùm parturio, donec formetur Christus in vobis,

20. Vellem autem esse apud vos modò, et mutare vocem meam ; quoniam confundor in vobis.

21. Dicite mihi qui sub lege vultis esse, legem non legistis?

22. Scriptum est enim, quoniam Abraham duos filios habuit : unum de ancillâ, et unum de liberâ.

23. Sed qui de ancillâ, secundùm carnem natus est ; qui autem de liberâ, per repromissionem :

24. Quæ sunt per allegoriam dicta. Hæc enim sunt duo testamenta; unum quidem in monte Sina, in servitutem generans, quæ est Agar;

25. Sina enim mons est in Arabiâ, qui conjunctus est ei quæ nunc est Jerusalem, et servit cum filiis suis.

26. Illa autem quæ sursùm est Jerusalem, libera est; quæ est mater nostra.

enfant, il n'est point différent d'un serviteur, quoiqu'il soit le maître de tout ;

2. Mais il est sous la puissance des tuteurs et des curateurs jusqu'au temps marqué par son père.

3. Ainsi lorsque nous étions encore enfants, nous étions assujétis aux premières et aux plus grossières instructions que Dieu a données au monde.

4. Mais lorsque les temps ont été accomplis, Dieu a envoyé son Fils formé d'une femme, et assujéti à la loi,

5. Pour racheter ceux qui étaient sous la loi, et pour nous faire recevoir l'adoption des enfants de Dieu.

6. Et parce que vous êtes des enfants de Dieu, il a envoyé dans vos cœurs l'Esprit de son Fils, qui vous fait crier : Abba, mon Père.

7. Aucun de vous n'est donc plus serviteur, mais enfant; que s'il est enfant, il est aussi son héritier par Jésus-Christ.

8. Autrefois, lorsque vous ne connaissiez point Dieu, vous étiez assujétis à ceux qui par leur nature ne sont point véritablement des dieux.

9. Mais à présent que vous connaissez Dieu, ou plutôt que vous êtes connus de lui, comment retournez-vous à ces observations légales, si défectueuses et si impuissantes pour justifier, auxquelles vous voulez de nouveau vous assujétir?

10. Vous observez les jours et les mois, les saisons et les années.

11. J'appréhende pour vous que je n'aie peut-être travaillé en vain parmi vous.

12. Soyez comme moi, mes frères, je vous en conjure, parce que j'ai été comme vous. Vous ne m'avez jamais offensé en aucune chose.

13. Vous savez que je vous ai autrefois annoncé l'Évangile parmi les persécutions et les afflictions de la chair ;

14. Et que vous ne m'avez point méprisé ni rejeté, à cause de ces épreuves que je souffrais dans ma chair ; mais vous m'avez reçu comme un ange de Dieu, comme Jésus-Christ même.

15. Où est donc maintenant le bonheur que vous trouviez à m'avoir avec vous? Car je puis vous rendre ce témoignage, que vous étiez prêts, s'il eût été possible, à vous arracher les yeux pour me les donner.

16. Suis-je donc devenu votre ennemi, parce que je vous ai dit la vérité?

17. Ils s'attachent fortement à vous, non par le mouvement d'une bonne affection, mais parce qu'ils veulent vous séparer de nous, afin que vous vous attachiez fortement à eux.

18. Au reste, il est bon de s'attacher au bien en tout temps, et non pas seulement quand je suis présent parmi vous;

19. Mes petits enfants, pour qui je sens de nouveau les douleurs de l'enfantement, jusqu'à ce que Jésus-Christ soit formé en vous,

20. Je voudrais maintenant être avec vous pour diversifier mes paroles selon vos besoins ; car je suis en peine comment je dois vous parler.

21. Dites-moi, je vous prie, vous qui voulez être sous la loi, n'avez-vous point lu la loi?

22. Car il est écrit qu'Abraham eut deux fils, l'un de la servante et l'autre de la femme libre.

23. Mais celui qui naquit de la servante naquit selon la chair, et celui qui naquit de la femme libre naquit en vertu de la promesse.

24. Tout ceci est une allégorie; car ces deux femmes sont les deux alliances, dont la première, qui a été établie sur le mont de Sina, et qui n'engendre que des esclaves, est figurée par Agar ;

25. Car Sina est une montagne d'Arabie qui représente la Jérusalem d'ici-bas, laquelle est esclave avec ses enfants ;

26. Au lieu que la Jérusalem d'en haut est libre. Et c'est elle qui est notre mère.

27. Scriptum est enim : Lætare, steriis, quæ non paris; erumpe, et clama, quæ non parturis : quia multi filii desertæ, magis quàm ejus quæ habet virum.

28. Nos autem, fratres, secundùm Isaac promissionis filii sumus.

29. Sed quomodò tunc is qui secundùm carnem natus fuerat, persequebatur eum qui secundùm spiritum, ita et nunc.

30. Sed quid dicit Scriptura? Ejice ancillam et filium ejus; non enim hæres erit filius ancillæ cum filio liberæ.

31. Itaque, fratres, non sumus ancillæ filii, sed liberæ, quâ libertate Christus nos liberavit.

27. Car il est écrit : Réjouissez-vous, stérile, qui n'enfantiez point; poussez des cris de joie, vous qui ne deveniez point mère, parce que celle qui était délaissée a plus d'enfants que celle qui a un mari.

28. Nous sommes donc, mes frères, les enfants de la promesse, figurés dans Isaac.

29. Et comme alors celui qui était né selon la chair persécutait celui qui était né selon l'esprit, de même aujourd'hui.

30. Mais que dit l'Ecriture : Chassez la servante et son fils, parce que le fils de la servante ne sera point héritier avec le fils de la femme libre.

31. Pour nous, mes frères, nous ne sommes point les enfants de la servante, mais de la femme libre; et c'est Jésus-Christ qui nous a acquis cette liberté.

ANALYSIS.

In capite tertio, v. 7, 9 *et* 29, *dixit quòd populus fidelis sit Abrahæ semen et promissionum hæres.*

℣ 24. *Indicavit duplicem hujus hæredis statum, minoritatis nimirùm et majoritatis; indicavit ibidem Judaismum, ut minoritatis statum, Christianismum verò, ut majoritatis. Hoc clariùs explicans, addit in hoc capite, v.* 1 *et* 2, *sicut hæres, adhuc infans et minor, licèt jure sit bonorum dominus, de facto tamen non differt à servo, imò regitur à servis et illis obedit.*

℣ 3. *Ita nos Judæi, quamdiù minores et parvuli fuimus, sub præceptis et cæremoniis Mosaicæ legis fuimus in servitutem redacti.*

℣ 4. *At ubi venit minoritatis nostræ finis, ubi per Dei Filium ex minoribus facti sumus majores et adulti, tunc et per ipsum à servitute legis liberati sumus, eiquè servire desivimus.*

℣ 6. *Quandoquidem ergo vos, ô Galatæ, per Baptismum facti estis filii Dei, et quidem majores sicut et nos, quandoquidem et Spiritu sancto animati, Deo dicere potestis : Pater, pater; jam non estis servi, sed ab omni servitute liberi.*

℣ 8. *Esto servieritis idolis cùm essetis pagani;*

℣ 9. *At nunc Christi beneficio Deum cognoscentes, et ab ipso Deo cogniti et approbati ut filii legitimi, quomodò vos in servitutem redigitis, legalia servantes? v.* 10.

℣ 11. *Ob hanc vestram superstitionem timeo vobis; et ne quod vereor vobis accidat, obsecro vos, legalia negligite, sicut et ego ea negligo, v.* 12.

Ab hoc versiculo duodecimo usque ad versum vigesimum primum, mirâ charitatis arte demulcet eos quos priùs vocabat insensatos. Ne putetis, inquit, me vobis iratum. Nihil me privatim læsistis, imò me apud vos prædicantem, omnibus bonis, omnibusque affectûs testimoniis cumulâstis; me ut angelum, quid dico? ut Christum ipsum recepistis.

℣ 15. *Audeo dicere, me plus oculis vestris dilexistis.*

℣ 16. *An ergo quia vobis vera dico, ideò me putatis vestrum inimicum?*

℣ 17. *In judaizantium zelotypiam rejicit causam erroris Galatarum, à quo ut eos reducat, v.* 19, *maternam in illos teneritudinem exprimens : Vos, inquit, iterùm parturio, donec recta Christi fides reparetur in vobis. Denique allegoriâ duarum uxorum et duorum Abrahæ filiorum ostendit eis synagogam et Judæos, per Agar et Ismaelem figuratos, ejectos esse à domo Abrahæ, et ab hæreditate exclusos, Christianos verò, per Isaac significatos, à servitute legis esse liberos et benedictionis hæredes.*

PARAPHRASIS.

1. Addo autem dictis supra, v. 24 et 29, quòd quamdiù hæres infans est, nullâ re differt à servo, quamvis hæreditatis jure sit bonorum dominus;

2. Sed sub tutoribus et procuratoribus est, quorum arbitrio ipse regitur, et hæreditaria ejus bona administrantur; donec adveniat tempus à patre in testamento præscriptum, vel à jure definitum.

3. Ita et nos Judæi, cùm essemus hæredes quidem Abrahæ, sed parvuli, rudes, et imperfecti, tum intellectu, tum affectu, et sicut pueri de Deo carnaliter sapientes, serviebamus timore servili, quo continebamur in officio, sub lege Mosaicâ, quæ mundo data fuit quasi alphabetum et prima veræ pietatis elementa,

4. At postquàm venit finis illius minoritatis, et impletum est tempus à Patre præfixum ut hæreditatem Abrahæ promissam reciperemus, misit Deus in terras unigenitum Filium suum, factum ex substantiâ mulieris, et de ipsâ natum, sponte suâ legi Mosaicæ subditum,

5. Ut nos Judæos, legi subditos, ab obligatione et servitute legis redimeret; et Judæos pariter et gentiles, filios hominum, faceret Dei filios; seu ut adoptionem filiorum Dei, in Adamo perditam, et Abrahæ filiis promissam, reciperemus.

6. Quoniam autem et vos, ô Galatæ, æquè ac Judæi facti estis filii Dei : misit Deus in corda vestra Spiritum sanctum, ut eodem, cum Christo, Spiritu instructi et impulsi, amore filiali clametis ad Deum : *Abba, Pater.*

7. Itaque jam non est inter vos Galatas christianos, quis servus, sed estis filii, et quidem majores et adulti, et pleno jure hæredes Dei, per Christum quem induistis, et cujus Spiritum à Deo recepistis.

8. Tunc quidem, cùm infideles eratis et pagani,

ignorantes Deum verum, æternum, mundi opificem, colebatis idola, falsisque deis, fictione scilicet hominum, non naturâ deis, serviebatis.

9. At nunc Christi beneficio Deum ut patrem cognoscentes, imò et ab ipso cogniti et approbati ut filii legitimi et charissimi, quomodò iterùm repuerascentes convertimini ad primæ Judaicæ infantiæ elementa, quæ justificandi vim non habent, utpote gratiæ vacua?

10. Id tamen facitis, sabbata, neomenias, tabernaculorum et propitiationis diem, annum sabbaticum observantes, sicut observant Judæi.

11. Ob hanc superstitionem vestram timeo vobis, seu propter vos, ne fortè irritus sit et inutilis labor quem in vos impendi; hoc ne fiat, legalia negligite, sicut ego ea negligo; licèt olim ea sicut et vos ardenter zelatus sim; eâdem mecum utamini libertate.

12. Fratres, obsecro vos, ne me credatis vobis iratum: quæ duriùs dixi supra, ex amore dixi; nihil enim læsistis, ob quod nunc vobiscum duriùs agam quàm antea.

13. Non solùm non læsistis, sed et magnam exhibuistis benevolentiam, licèt enim vobis prædicans, vilis, abjectus, et miserabilis essem, et ob hoc potuissetis me contemnere et abominari, sicut contemni et respui solent infelices et miseri.

14. Me tamen non modò non sprevistis, neque respuistis, sed è contra me sicut angelum Dei, imò sicut ipsum Jesum Christum suscepistis.

15. Ubi est ergo illa felicitatis vestræ ex meo apud vos adventu testificatio? Hoc enim de vobis possum perhibere testimonium, quoniam si id mihi prodesse potuisset, oculos vestros eruissetis et mihi dedissetis, utpote vobis oculis chariori. Quò abiit hic erga me vester amor? Unde inimicitia? Unde suspicio.

16. Ergone quia verum dico vobis, ideò putatis me vestrum inimicum? seu ideò creditis me inimico in vos animo?

17. Æmulantur vos novi doctores vestri, ambiunt vos et depereunt, à vobisque volunt amari, sed zelo non bono, nec ad bonum vestrum, nam excludere vos volunt à me, ut vos sibi servent, illisque agglutinemini, illos vicissim unicè et cum aliorum exclusione diligentes.

18. Volo autem vos æmulari, seu zelare doctores, et magistros vestros, sed in bono et ad bonum, idque non in præsentiâ tantùm, sed et in absentiâ.

19. Filioli mei, quos rursùs utero gesto, et pro quibus secundos in partu dolores patior, donec in vobis recta et sana fides Christi formetur,

20. Utinam forem apud vos, et viderem quæ fiunt à vobis, ut, prout conveniret, sermonem meum vestris dispositionibus possem accommodare, quod absens non possum.

Quia enim non video quomodò sit's affecti, hinc hæreo, hæsito circa vos, nesciens quo sermonis genere debeam uti.

21. Respondete mihi vos, qui sub lege vultis esse: numquid ipsam audistis? Ipsa vos à se ad Christum amandat.

22. Ipsa enim vos docet quòd Abraham duos filios habuerit, Ismaelem scilicet de Agar, quæ erat ancilla et secundaria uxor Abrahæ, et Isaacum de Sarâ, primariâ uxore et dominâ

23. Ismael ancillæ filius, naturaliter et secundùm naturæ ordinem natus est ex matre juvenculâ et fecundâ; Isaac verò per supernaturalem Dei virtutem, ex Sarâ anu et sterili, juxta Dei promissum, Genes. 17, 18.

24. Hæc præter historicum sensum, alium eminentiorem continent, reique sunt typus et figura. Hæ duæ uxores, seu duo Abrahæ matrimonia figurabant duo testamenta, seu fœdera, quæ Deus fecit cum hominibus. Primum quidem in monte Sina, prolem generans in conditionem servilem, fuit figuratum per Agar;

25. Sina enim mons est Arabiæ, qui terrenam repræsentat Jerusalem, quæ servit cum filiis suis sub jugo legis, ut infra v. 1, cap. 5, explicabitur.

26. Sara autem figura fuit Ecclesiæ, quæ cœlestis est Jerusalem; et hæc libera est, et fecundissima, quippe quæ nos, tam ex Judæis quàm ex gentibus conversos, peperit Deo; unde nostra mater est.

27. Hanc Ecclesiæ, matris nostræ, fecunditatem prævidebat Isaias, feminæ sterili et virum non habenti (Ecclesiæ nimirùm ex gentibus) plures filios promittens, quàm ei quæ virum habet (Synagogæ scilicet, quam in fecunditate superavit Ecclesia).

Prima allegoriæ applicatio.

28. Nos Christiani, instar Isaac, sumus promissionis filii, seu sumus promissionis filii per Isaac figurati.

Secunda.

29. Sed quemadmodùm Ismael naturæ viribus et carnali generatione prognatus, persequebatur tunc Isaacum, supernaturali Spiritûs sancti virtute, ex singulari Dei promissione natum, ita et nunc Judæi, per Ismaelem figurati, Christianos, per Isaacum figuratos, oderunt et persequuntur.

Tertia et principalis applicatio.

30. Sed quid factum fuisse Scriptura testatur? Dei jussu ejecta est Agar ancilla cum Ismaele filio suo è domo Abrahæ, et Ismael non fuit particeps hæreditatis Isaaco promissæ: per quod significata fuit Synagogæ et Judæorum ejectio è domo Christi et Dei, seu ex Ecclesiâ.

31. Meminerimus itaque, fratres, quòd nos Christiani non sumus Synagogæ filii, ritibus legis obligati sicut Judæi, sed Ecclesiæ; non nostris meritis, sed Christi gratiâ, qui nos per passionem et mortem suam liberavit à jugo legis, quam abrogavit.

COMMENTARIA.

Vers. 1. Dico autem... Redit ad id quod cap. 3, v. 24, incœpit dicere, legem Mosaicam pædagogo comparans, et populum Judaicum puero, et se clariùs explicat, quasi diceret : Hoc est quod dicere volui : Sicut quamdiù hæres puer est,

Nihil differt a servo, quantùm ad sui regimen, et quantùm ad bonorum suorum administrationem ; sicut enim servus Domini regitur imperio, ita et hic hæres infans regitur à tutoribus, quasi dominis ; et sicut servus nihil habet proprium, ita et hæres minor, licèt si jure bonorum dominus, reverà tamen de nullo disponit, quasi nihil habeat.

Vers. 2. — Sed sub tutoribus et actoribus. Græc., *œconomis*. Tutores, patris defuncti vice funguntur. Actores, œconomi, seu procuratores, sub tutoribus res pupilli gerunt et administrant.

Usque ad præfinitum tempus. Græc. : *Usque ad præfinitionem patris*, id est, usque ad tempus à patre in testamento definitum, vel à lege decretum.

Vers. 3. — Ita et nos, Judæi scilicet, hæredes quidem Abrahæ, sed parvuli et minores. Judaismus fuit verè pietatis quasi minoritas et pueritia.

Cum essemus parvuli. Græc., *infantes*. Syr., *pueruli*. Et cognitione : signa materialia tantùm videntes, spiritualia per hæc significata non intelligentes ; et affectu : temporalia tantùm bona, legem servantibus promissa, diligentes, et de Deo carnaliter sapientes,

Sub elementis mundi, id est, sub lege Mosaicà, quæ Judæis, et per ipsos toti mundo, data fuit quasi prima pietatis elementa et veræ religionis rudimenta,

Eramus servientes, id est, eramus illius legis ritibus, cæremoniis et præceptis serviliter subditi ; metu pœnæ, seu timore servili, signis adhærentes, quasi res forent, imò nec signa esse scientes. Sicut pueri elementa discunt et elementorum seu litterarum conjunctionem, sed voces et sententias ex elementis conflatas non intelligunt, donec ad scientias altiores perveniant, ad quas nisi per elementa non pervenitur, ita Judæi cæremoniarum elementa non intellexerunt ; signis adhæserunt quasi rebus, et signa tantùm esse nescierunt, donec ad Christum per hæc elementa, quasi elevamenta, pervenerunt, ait D. Anselmus.

Caveat Christianus ab ipso Christo edoctus, ne signis et solis exterioribus nimis adhæreat ; sed Spiritui, veritati, principaliter intendat, sciens quia *Spiritus est Deus, et eos qui adorant eum, in Spiritu et veritate oportet adorare*, Joan., 4, 23.

Vers. 4. — At ubi venit plenitudo, id est, finis temporis à cœlesti Patre nostro præfiniti ; seu ubi effluxit nostræ minoritatis tempus à Deo Patre nostro præfixum, et advenit illud, quo statuit nos à conditione servorum ad libertatem filiorum adultorum transferre.

Misit Deus Filium suum. Græc. : *Emisit, è suo scilicet sinu, in terras legavit unigenitum Filium suum, sibi consubstantialem*. Non quòd Dei Filius exierit è sinu Patris, in quo generatur ab æterno et quiescit in æternum ; non quòd etiam in terris incœperit esse, qui semper est ubique ; sed quia, Patre volente, factus est homo, et humanâ carne indutus, qui ab æterno erat invisibilis. *Visus est in terris, et cum hominibus conversatus est*. Itaque incarnatio Filii Dei fuit ejus à Patre missio, et ad homines delegatio.

Factum ex muliere.

Hujus missionis modus exprimitur. Non fuit creatus ut Adam, sed factus est substantiâ beatæ Virginis, per operationem sancti Spiritûs, et ex ipsâ natus ; et consequenter Filius Dei, factus est et filius hominis, id est, Virginis.

Factum sub lege, id est, legi Mosaicæ sponte suâ subditum ; non de jure, erat enim Dominus legis et supra legem ; reverà tamen voluit circumcidi, in templo præsentari, redimi, etc.

Vers. 5. — Ut eos qui sub lege erant... Missionis illius finis exprimitur, scilicet ut nos Judæos legi obstrictos, à legis obligatione redimeret, et à legis ma-

Vers. 1. — *Dico autem : Quanto tempore hæres parvulus est*, etc. : Quod dico, tale est : Quamdiù hæres pupillus in minori adhuc ætate constitutus est, nullâ re differt à servo, perinde atque si servus esset, non dominus ; imò servo, scilicet pædagogo suo, subjectus est, nec liberum usum habet bonorum à patre relictorum, quamvis hæreditatis jure ac voluntate paternâ, eorum omnium sit dominus.

Vers. 2. — *Sed sub tutoribus et actoribus est*, etc., sub curatoribus et dispensatoribus, qui res et bona parvuli administrant.

Vers. 3. — *Ita et nos*, scilicet Judæi, *cùm essemus parvuli*, pueri rudes et imperfecti, tum in cognitione, tum consequenter in amore Dei justitiæ et salutis. Ita Anselm. *Sub elementis mundi eramus servientes*, id est, sub litterâ, et quasi alphabeto legis veteris, corporalia signa et carnales cæremonias Mosaicæ legis sectantes. Videri autem potest Apostolum alludere ad pueros elementarios, qui serviliter compelluntur addiscere elementa, litteras scilicet ac rudimenta litteraturæ, nescientes quid ex iis sit proventurum utilitatis.

Vers. 4. — *At ubi venit plenitudo temporis, misit Deus Filium suum ;* id est, ubi tempus impletum est quod erat à Deo Patre præordinatum, liberamur à servitute legis, et hæreditatem filiis promissam accipimus. Ad hoc enim emisit Deus in terram Filium suum unigenitum, sibi consubstantialem.

Factum ex muliere. Significat Christum sine patris semine conceptum et formatum ex solâ matris substantiâ et purissimis sanguinibus.

Factum sub lege. Quia Christus licèt legi, etiam quà homo, non esset subjectus, utpote persistens in personâ Filii Dei, qui legis fuit dator et conditor ; tamen eam sponte suâ servavit, sponte se circumcisioni, aliisque cæremoniis lege præceptis submisit ac subjecit : *factum* ergo significat, non obligationem, sed usum ; non jus, sed factum. Ita Anselm.

Vers. 5. — *Ut eos qui sub lege erant, redimeret*, id est, dato pretio eximeret à servitute legis, suosque faceret.

Ut adoptionem filiorum reciperemus. Nota voculam *ut*, q. d. : Ideò Filius Dei factus est ex muliere filius hominis, ut filios hominis faceret et adoptaret filios Dei. Ideò, ait Bernardus, Deus factus est homo, ut hæres fieret Deus. Hæc adoptio fit per gratiam, quæ non factum jus ad hæreditatem Dei Patris, sed et naturæ divinæ participationem, ipsumque Spiritum san-

ledicto ob legem violatam incurso, ut cap. 3, v. 13. Factus est sub lege; non ut ab eâ expiaretur, sed ut eos qui sub illâ erant pressi et rei liberaret, S. Anselmus.

Ut adoptionem filiorum reciperemus, id est, ut nos, tam Judæi quàm gentiles, in eo et per eum, *reciperemus adoptionem filiorum* in Adamo perditam et Abrahæ filiis promissam.

Observatio moralis.

Adora hìc, ô fidelis, quisquis es, divinæ dispensationis œconomiam. Adamus creatus est Dei filius, at hanc divinam filiationem peccato suo sibi perdidit et suis filiis, qui ex tunc naturâ filii iræ. Abrahæ et semini ejus promissa est hujus divinæ filiationis reparatio: *Benedicentur in te omnes gentes.* Per Jesum Christum, Filium Dei, et Filium Abrahæ, omnibus credentibus est restituta. Filius Dei factus est filius Abrahæ, ut filios Adæ faceret filios Dei. Hanc adora humilis et gratus œconomiam; hunc immensum Dei in te amorem recole stupens et annihilatus: *Sic Deus dilexit mundum, ut Filium suum unigenitum daret; ut omnis qui credit in ipsum, non pereat,* etc. Quis ego! et quis Filius tuus, ô Deus! Filius ergo Dei factus est ex muliere filius hominis, ut filios hominum faceret filios Dei, intellige filios majores et adultos.

Observatio litteralis.

Hic est comparationis ab initio capitis inceptæ finis et applicatio, quasi diceret Apostolus: Et per hanc adoptionem perfectam filiorum, υἱοθεσίαν, à statu minoritatis et à conditione servorum translati sumus ad libertatem fidei et filiationis divinæ, facti sumus majores, liberi, nostri juris. Ante incarnationem justi quidem erant filii Dei, sed minores, quasi servi, sub lege, quasi sub pædagogo; timore pœnæ servientes Deo, carentes adoptionis fructu, necdùm valentes cœlestem Patris æterni hæreditatem possidere. Clausum erat tunc cœlum, et à Christo solo poterat aperiri. Post incarnationem facti sumus majores, adulti, liberi, amore filiali, et eodem quo Christus ipse spiritu Deo servientes; divinæ filiationis jure fruentes, divinæ hæreditatis capaces.

Hic igitur desinit incœpta ab initio capitis comparatio. In sequentibus autem Paulus suum ex dictis probat intentum; et Galatas alloquens, applicat eis jam dicta.

Vers. 6. — Quoniam autem estis, vos scilicet, Galatæ gentiles, sicut et nos Judæi, per fidem, seu per baptismum,

Filii Dei, majores et adulti, licèt non fueritis sub lege minores et pueri,

Misit Deus Spiritum Filii sui, id est, Spiritum sanctum, qui modò Patris, modò Filii dicitur Spiritus, quia ab utroque procedit; sed hìc speciatim dicitur Spiritus Filii, quia Galatis probat Apostolus eos esse Dei filios, tum quia Filium Dei induerunt in baptismo, cap. 3, v. 27, tum quia Spiritum Filii Dei receperunt.

In corda vestra, id est, in animas vestras, quibus per gratiam sanctificantem unitur Spiritus sanctificationis,

Clamantem: Abba, Pater; id est, facientem clamare, seu ut eodem Spiritu, quo Christus ipse, affectu nimirùm filiali, ad Deum, velut Patrem charissimum, recurratis in oratione, eique dicatis: *Abba, Pater. Pater noster qui es in cœlis,* etc. *Abba,* Hebraicè et Syriacè, idem ac *pater.* Sed utraque vox jungitur, tum ut significetur quòd idem sit Judæorum et gentilium pater, tum ut Spiritûs orantis fervor exprimatur, tum ut notetur affectus filiorum patrem tenerè amantium, et ei in oratione quasi blandientium. *Abba, Pater.* Vide dicta Rom. 8, 15.

Observationes morales.

Hinc disce primò quo spiritu debeas orare; Spiritu Filii Dei, eodem quo Christus ipse orabat et orat, affectu filiali, reverentiali, at fiduciæ pleno. Oraturus ergo unire Christo, ora Spiritu Christi, corde Christi, in ipso, cum ipso, et per ipsum ora. Oraturus, Christum orantem et in oratione pernoctantem tu tibi exhibe, dicque sicut ipse in horto: *Abba, Pater.*

Hinc disce secundò quanta sit in nos gentiles Dei gratia, quâ statim facti sumus filii Dei et quidem majores, absque minoratis statu. Quam gratiam ut meliùs intelligas et pleniùs recolas, nota triplicem religionis statum. Pueritiæ, in Judæis; juventutis, in Christianis viatoribus; consummatæ perfectionis, in beatis. Eadem ubique religio, incipiens, perfecta, perfectissima. Medium tenemus inter Judæos et beatos; at cum hoc privilegio quòd sine pueritiâ, nati, seu potiùs renati sumus filii Dei majores, et hinc Spiritus sanctus nobis statim est datus, Spiritus Filii Dei. Ob hanc gratiam ineffabilem, Deum, ut patrem, adora, ama, lauda, benedic, idque omne in Spiritu Filii Dei.

Vers. 7. — Itaque jam non est servus. Græc.: *Itaque non ampliùs es servus,* subaudi, ô Galata, Syr.: *Itaque servi non estis, sed filii.*

ctum, ac Dei filiationem nanciscimur.

Vers. 6. — *Quoniam autem estis filii*, etc. Cùm dicit, *Spiritum Filii sui*, significat Spiritum sanctum, non à Patre solo, sed etiam à Filio procedere. Non enim Spiritus Filii dici potest nisi spirantis, et ut theologi loquuntur, *principiantis.* Appositè verò Filii mentionem adjunxit, ut filiorum adoptionem in naturalem Dei Filium referret; q. d.: Quia estis filii Dei, Deus misit Spiritum suum, non qui filios vos faciat, sed qui vos filios jam factos doceat clamare: *Abba, Pater. Clamantem*, hoc est, clamare (id est, magnâ piæ mentis devotione precari) facientem, ut scilicet devotè, ardenter et fidenter, filiali affectu invocemus Deum Patrem. Hic enim est non tam oris quàm mentis clamor, de quo Dominus ad Moysen licèt silentem: *Quid*, inquit, *clamas ad me?* Exod. 15. Ita Theodoretus, Anselmus, et alii.

Vers. 7. — *Itaque jam non est servus, sed filius* est. Tu igitur, inquit, quisquis es, qui per Spiritum Filii Dei clamas ad Deum: *Abba, Pater*, non ampliùs jam servus es, ab hæreditate alienus; sed vel ipsius Spiritûs sancti testimonio, filius.

Quòd si filius, et hæres per Deum; Græcè et Syriacè: *Hæres Dei per Christum;* idque plenius est. Per Chri-

In versiculo præcedenti duo dixit Apostolus, et quòd Galatæ sunt filii Dei, et quòd, quia filii, Spiritum sanctum, spiritum adoptionis receperunt. Est autem demonstratio cui contradici non potest. Videbant enim miracula quæ fiebant per divinum Spiritum, Theodoretus. Et hinc concludit : Itaque inter vos, ô Galatæ christiani, non est quis servus, sed estis filii Dei, majores, adulti, liberi; quippe in baptismo Christum Filium Dei induistis, cap. 3, v. 27, et Spiritum Filii, spiritum adoptionis recepistis in cordibus vestris.

Quod si filius, et hæres per Deum. Græc.: *Quòd si filius, et hæres Dei per Christum.* Syr.: *Quòd si filii, et hæredes Dei per Jesum Christum.* Altera conclusio sequens ex primâ. Quòd si filii Dei majores et adulti; ergo et pleno jure hæredes Dei, per Jesum Christum, quem induistis et cujus Spiritum, tanquàm hæreditatis partem et arrhabonem, recepistis. *Qui est pignus hæreditatis nostræ*, Ephes. 1, 14.

Patres-familiàs satis sæpè filiis suis, adultis, majoribus, sapientibus et sibi subditis, aliquam hæreditatis partem donant dispensandam. Ita Pater cœlestis suis in Christo filiis Spiritum sanctum donat, quasi partem et arrham æternæ hæreditatis. Deus ipse, totus in patriâ possidendus, est æterna hæreditas nostra; Spiritus sanctus in nostris cordibus infunditur, velut hujus æternæ et divinæ hæreditatis pars et arrha. Præter citatum Eph. locum, vide 2 Cor. 1, 22, et 5, v. 5.

Observatio moralis.

Agnosce ergo hic, ô Christiane, nobilitatem et felicitatem tuam! Filius es Dei vivi, quippe qui Jesum Christum, consubstantialem Dei vivi Filium, in baptismo induisti. Filius es Dei vivi, quippe qui Spiritum Filii Dei vivi in corde tuo recepisti, in baptismo, in confirmatione, etc.; quid nobilius! sed quid felicius! Quia enim filius es Dei, hinc et es hæres Dei in Christo et cum Christo cui unitus es et quem induisti. Sed hæres major, adultus, liber, tuo jam jure fruens, hæreditatis tuæ partem jam possidens, per Spiritum sanctum, tibi infusum et velut pignus datum. Tantâ ergo dignitate nobilitatus, cave ne sis unquàm degener; quia filius es Dei, vive dignè Deo: amantissimum patrem ama semper, et amore filiali quæ placita sunt ei, sicut et Christus, fac jugiter. Quia hæres Dei, et hæreditatis æternæ pignore donatus, hæc temporalia, transitoria sperne, ad æternam hæreditatem tuam plenè et integrè possidendam aspira continuè. *Abba Pater*, quando te videbo? quando te fruar? quando te fruens tecum unus ero?

Vers. 8. — Sed tunc quidem ignorantes Deum... Positâ Dei gratiâ in Galatas, hinc infert et eis ostendit quàm sit absurdum illos à Christianismo, seu à statu majoritatis, ad Judaismum, seu ad minoritatem reverti. Et ut eos judaizantes pungat acriùs, primò excusat quodam modo illorum idololatriam : *Tunc*, id est, tempore ante vestram vocationem ad Christi fidem elapso; *Ignorantes Deum*, id est, cùm verum Deum non cognosceretis.

Servebatis, scilicet per idololatriam, iis qui .. fal à et stultâ tantùm hominum opinione sunt dii. Culpam rejicit in ignorantiam, quasi diceret : Nesciebatis quid faciebatis.

Vers. 9. — Nunc autem cum cognoveritis... imò cogniti... Græc. : *Nunc autem cognoscentes Deum, magis autem cogniti à Deo.* Syr. : *Nunc autem cùm*, etc. *et, quod magis est, cogniti sitis à Deo. Cogniti*, id est, approbati, dilecti ut filii.

Quomodo convertimini iterum, id est, quo modo majores facti, quasi repuerascentes convertimini ad prima infantiæ Judaicæ elementa?

Infirma, vim sanctificandi non habentia.

Et egena, divitias gratiæ cœlestis non continentia, et ideò conferre non valentia.

Quibus denuò servire.... alio tamen genere servitii. Cùm essetis pagani per idololatriam, serviebatis creaturas ut Deos adorando; nunc judaizantes vultis denuò servire, non adorando idola, sed reverendo ut res sacras, quæ nihil habent sanctitatis; et ab eis rebus munditiam sperando, quæ nullam habent vim mundandi.

Vers. 10. — Dies observatis, sabbata, more Judaico, menses, *neomenias*, tempora, in quibus festa Tubarum, Tabernaculorum, Expiationis.

Et annos, id est, septimum remissionis, et quinquagesimum, jubilæi. Hinc patet quòd non tantùm circumcisionem prædicabant pseudo-apostoli, sed et ferias et novilunia, D. Chrysostomus, Theophylactus. Porrò damnantur hic festa Judæorum, non festa Christianorum, ut volunt hæretici, aliàs damnaretur etiam dies dominicus, quem tamen observant ipsi. In v. 8 et 9, nota quòd quia paganismus est ignorantiæ et servitutis status, Christianismus verò status luminis et libertatis, ideò gravior est in Christianismo relapsus ad peccatum.

Vers. 11. — Timeo vos..., id est, vobis. Vides viscera et affectus apostolicos : illi jactantur fluctibus et hic tremit ac metuit, etc., Chrysostomus. Cùm autem dicit, *metuo*... et addit, ne fortè.... simul et desperationem illis injecit et in bonam spem erexit; non

stum enim, cui inserti sumus, hæreditas æterna Dei et omnia bona obveniunt nobis à Deo, Deique gratiâ et misericordiâ.

Vers. 8. — *Sed tunc quidem*, cùm infideles et pagani essetis, *ignorantes Deum ; iis qui naturâ non sunt dii*, sed fictione falsâque opinione hominum, puta idolis, *serviebatis*, id est, colebatis ea latriâ et sacrificiis.

Vers. 9. — *Nunc autem cùm cognoveritis Deum*, etc., v. c : Cùm edocti sitis ab ipso Deo, qui interiùs per illustrationem gratiæ suæ, exteriùs per os nostrum vos docuit Christi fidem ac viam ad justitiam et salutem, quomodò iterùm ad rudimenta legis convertimini, ut ab eis eloceamini? Ita Chrysost., Ambros., D. Thomas.

Vers. 10. — *Dies observatis*, etc. Per observantias dierum, mensium, annorum, intelligit omnes cæremonias legis veteris, quasi ex parte totum.

Vers. 11. — *Timeo vos*, etc. Timeo vobis aut de vobis. Non enim Galatas timebat Apostolus; sed decla-

enim dixit : frustra laboravi, sed *ne fortè;* nondum, inquit, accidit naufragium, sed adhuc tempestatem cerno hìc parturientem; propterea metuo, non despero : vobis enim in manu est totum hoc corrigere et ad pristinam redire tranquillitatem. D. Chrysostomus.

Vers. 12. — Estote sicut ego... Syrus : *Estote ut ego sum, quandoquidem et ego ut vos eram.* Tempestate jactatis manum porrigit, seque ipsum dat exemplum, ait D. Chrysostomus. Ne quod vobis vereor accidat, me imitemini, qui licèt Judæus et legalium supra modum æmulator, hæc, cognitâ Evangelii gratiâ, dimisi. Hæc verba alii aliter explicant, sed hæc explicatio simplex et naturalis ; hinc alias omitto.

Fratres, obsecro vos... Græc. : *Nihil me injuriâ affecistis.* Syr. : *Nihil me offendistis.* Id est, nullâ, quam senserim, injuriâ affecistis ; ne ergo me putetis vobis iratum. Obsecratione et blanditiis emollit superiores increpationes.

Vers. 13. — Scitis autem quia per infirmitatem carnis... Infirmitatem carnis vocat persecutiones, ærumnas, paupertatem, etc. Potest etiam intelligi infirmitas illa, de quâ 1 Cor. 2 : *Præsentia corporis infirma et sermo....* seu humilitas corporalis præsentiæ.

Vers. 14. — Et tentationem vestram... Eadem adversa vocat tentationem. Vulgata habet *vestram*, quia Paulus sic humiliatus erat Galatis objectum tentationis, ut illum contemnerent et respuerent. Textus Græcus hodiernus habet *meî*, seu *meam*, quia per hæc Paulus tentabatur. Sed melior est nostra lectio, cui Syriaca versio conformis est. Nòstis quòd per infirmitatem carnis meæ evangelizaverim vobis jam pridem, et tentationem quæ erat in carne meâ non sprevistis, nec execrati estis. Sed, etc. Vide paraphrasim.

Quâ industriâ non utitur charitas? Timet, sperat, tenerè et affectuosè rogat, blanditur, accepta beneficia commemorat, à Galatis benè acta recenset; quæ pro illis passus est insinuat, et tandem suspirans exclamat :

Vers. 15. — Ubi est ergo beatitudo vestra? Græc. : *Quæ igitur erat beatitudo vestra.* Syr. : *Ubi est ergo beatitudo vestra?* Id est, quò abiit vester erga me amor, gaudium, et felicitas vestra ob meum ad vos adventum, ob meas apud vos prædicationes et meam inter vos conversationem ?

Testimonium enim... Tantus erat ille vester amor, ut vel oculis charior essem vobis. Vide paraphrasim.

Vers. 16. — Ergo inimicus vobis... Ergone quia verum vobis dico, ideò me putatis inimicum vestrum? Vide paraphrasim. Ex hâc apostolicæ charitatis arte, discat prælatus, omnisque animarum salutis minister et cooperator, in omnem se formam transformare, omnia omnibus se facere, ut animas Christo lucrifaciat et ad pœnitentiam adducat.

Vers. 17. — Æmulantur vos... Pseudo-apostoli judaizantes ambiunt vos, et zelotypiâ laborant erga vos, seu amant vos cum æmulatione et zelotypiâ.

Non benè. Non bono zelo, nec ad bonum vestrum, sed ad suum commodum et ad suam gloriam.

Sed excludere vos volunt, scilicet à me, à fide, ab Ecclesiâ.

Ut illos æmulemini..., id est, ametis, admiremini, illisque agglutinemini cum nostrî exclusione. In judaizantium zelotypiam rejicit culpam hujus Galatarum mutationis.

rat suam pro eis sollicitudinem, metuens ne inanem sumpserit operam ac laborem in eorum conversione.

Vers. 12. — *Estote sicut ego.* Judaicas observationes meo exemplo abjicite, neque legem servitutis patiamini vobis imponi.

Quia et ego sicut vos. Nam et ego me vestræ infirmitati accommodavi, ut vos Christo lucrifacerem.

Fratres, obsecro vos. Fratres, inquit, rogo vos et obsecro, ut quemadmodùm dixi, faciatis. Videmus Apostolum tentare omnem viam revocandi Galatas ab errore.

Nihil me læsistis, sed vos ipsos læsistis; q. d. : Non iratus hæc dico, sed vos amans, et vestrî miserans.

Vers. 13, 14. — *Scitis autem quia per infirmitatem carnis evangelizavi vobis jampridem.* Per *infirmitatem carnis* generaliter intelligunt adversitates et afflictiones homini exteriùs illatas, ut contumelias, verbera, persecutiones, carceres, et hujusmodi malorum pericula, ut videretur omninò abjectus Apostolus, vilis, infirmus et miserabilis. Eamdem vocat tentationem in carne, quia inde Galatæ tentari potuissent, Paulumque cum suo Evangelio abjicere. Ita Chrysost., Thoph. et alii.

Et tentationem vestram in carne meâ non sprevistis, neque respuistis; q. d. : *Tentationem vestram*, id est, me tot contumeliis oneratum, persecutionibus agitatum, flagris cæsum, pauperem, afflictum et abjectum, qui vobis poteram esse tentationis objectum, ut me meumque Evangelium aspernaremini, non sprevistis, sed tanquàm angelum, imò tanquàm Christum ipsum, *excepistis.*

Vers. 15. — *Ubi est ergo beatitudo vestra?* id est, beatificatio vestra, quâ me tanta fidei causâ patientem, beatum, ac vos propter me beatos prædicabatis, atque ab aliis prædicabamini. Ita Theophyl. Nimirùm dicebatis : O nos beatos, qui talem habemus apostolum!

Testimonium enim perhibeo vobis, quia, si fieri posset, oculos vestros eruissetis, et dedissetis mihi. Habebatis, me chariorem oculis vestris; id est, eram vobis charissimus; q. d. : Ubi sunt pristinæ vestræ de me voces, laudes, judicia, ò Galatæ? Quomodò tam citò, tam temerè animos erga me et Evangelium mutâstis? Ita me deperibatis, ut oculos vestros, si fieri potuisset, mihi dedissetis. Quò abiit amor et ardor?

Vers. 16. — *Ergo inimicus vobis factus sum*, etc. Ergone propterea me pro inimico habere cœpistis, quod veritatem vobis dixerim? Posteaquàm etiam usque ad Galatas penetrârant Judæi, qui dicerent, *nisi circumcidamini, non potestis salvari*, Act. 15, necesse fuit Apostolo de carne veram et apertam doctrinam proferre.

Vers. 17. — *Æmulantur vos*, judaizantes depereunt vos, ambiunt vos, vos sibi conciliare, sibi suæque legi subjicere satagunt, sed *non benè*, quia non ad bonum et profectum vestrum : *sed excludere vos volunt* à Christo et christianâ libertate, *ut illos æmulemini;* q. d. : Suam gloriam, non salutem vestram æmulantur, ideoque vos excludere volunt à Christo, ut non Christum, sed illos æmulemini et consectemini.

VERS. 18. — BONUM AUTEM ÆMULAMINI..., bonum autem magistrum æmulamini; cum zelo diligite et imitamini, non malos magistros.

IN BONO, id est, non in omni re, sed in bonâ.

SEMPER, id est, constanter et non tantùm in præsentiâ. Laudabilem docet æmulationem, quæ duas aut tres habet conditiones. Sit æmulatio boni doctoris, tendat ad bonum, et sit constans, in absentiâ perseverans sicut in præsentiâ. Et hâc ultimâ conditione videtur Apostolus Galatis exprobrare, quòd cùm ipsum præsentem zelàssent, citò absentem neglexerunt, ut aliis adhererent. Græcus textus : Bonum autem æmulari in bono, semper et non in adesse apud vos, id est, bonum, rectum et utile est æmulari magistros non in malo, ut judaizare, sed in bono, in bonâ doctrinâ, et in virtutibus, idque non ad tempus, sed constanter.

VERS. 19. — FILIOLI MEI, QUOS ITERUM PARTURIO... 1 Cor. 4, v. 15 et alibi, Paulus patri se comparat, hìc autem matri, cujus tenerior est in liberos affectus. Hunc autem maternum erga Galatas affectum exprimit dicens : *Quos iterùm parturio.* Quo verbo significat omnes simul animi sui molestias, ac cordis dolores pro illorum salute. Partus physicus unicus est; partus verò moralis est multiplex : *Iterùm parturio.*

DONEC FORMETUR CHRISTUS... Christus, seu Christi fides, animæ nostræ forma est ac vita : *Justus ex fide vivit.* Hanc fidem per Evangelii prædicationem Paulus Galatis communicaverat, ipsosque Christo sic primùm genuerat. At quia ab evangelicâ veritate aberraverant, magno nixu et dolore conatur illos ad Evangelii veritatem revocare, hocque secundam vocat parturitionem.

VERS. 20. — VELLEM AUTEM ESSE APUD VOS... Ut Christum in Galatis formet, cupit apud illos esse et videre quæ fiunt in eis; ut vivâ voce, suos affectus maternos exprimat, nunc blandiens, nunc gemens, nunc objurgans, nunc obsecrans, ut solet mater in omnes affectus sese versare.

QUIA CONFUNDOR IN VOBIS. Græc. : *Quoniam hæsito in vobis.* Syr. : *Quoniam stupefactus sum in vobis.* Nescio quo sermonis genere debeam uti.

VERS. 18. — *Bonum autem æmulamini in bono semper*, etc. Illi volunt ut ipsos æmulemini; atqui bonum est et laudabile, ut æmulemini magistros vestros, qualis ego inprimis sum (id enim intelligi vult), nec in quibuscumque, sed tantùm in re bonâ; idque semper, id est, constanter, et non solùm me vobis præsente.

VERS. 19. — *Filioli mei*, vos enim ego per Evangelium genui Christo, *quos* relapsos à Christo ejusque adoptione ad Judaismum, *iterùm parturio*, ut à Judaismo revocem, Christoque rursùm pariam, *donec formetur Christus*, id est, Christi fides, spes, libertas, *in vobis*, ut scilicet non à lege, sed à Christo, et Christi fide omnem gratiam, justitiam, salutem expectetis.

VERS. 20. — *Vellem autem esse apud vos modò, et mutare vocem meam*, ut affectus quos epistola scripta non capit, voce vivâ exprimerem, ut scilicet quasi mater nunc blandirer, nunc gemerem, nunc obsecrarem, nunc objurgarem vos, uti solent matres naturales se in omnes affectus versare, nunc orare, nunc plorare, nunc gemere, nunc arguere, ut filios permoveant, eisque persuadeant id quod cupiunt. Ita Chrysost.

Observatio moralis.

Ab hoc D. Pauli exemplo, discat omnis prælatus se matrem esse, et tanquàm matrem suis sese subditis exhibere. Discat quòd non semel tantùm, sed toto suæ vitæ tempore debet Christo parturire. Discat quòd cum subditis, quasi cum pueris debet puer fieri et repuerascere, ut sese illorum accommodans infirmitati, illam corroboret. Discat quòd debet in omnes affectus sese versare, nunc orare, nunc plorare, nunc arguere, nunc gemere, ut filios suos promoveat, eosque Christo lucretur ac perficiat. Ab eodem exemplo discat concionator et omnis animarum salutis cooperator, quantùm sit pro earum salute patiendum et laborandum. Beata Virgo Christum corporaliter genuit at sine dolore; concionator, omnisque spiritualis Christi puerpera, cum magno dolore et labore debet parturire, et niti ut Christum, id est, Christi fidem et Spiritum formet in Christianis auditoribus suis. Ad exemplum Apostoli, sermones suos audientium conditionibus et dispositionibus accommodet. Ex charitate loquatur semper, ut tanquàm mater Christum in auditorum animabus pariat.

VERS. 21. — DICITE MIHI... LEGEM NON LEGISTIS? Græc. *Non audistis.* Syrus : *Legem ipsam non auditis.* Post affectus maternos, quibus illorum corda commovit, rursùs ad argumenta recurrit, quibus illorum urgeat intellectum. Igitur ex ipsâ lege, contra legis sectatores argumentatur; legem vocat vetus Testamentum. *Legem non auditis?* quasi diceret : Si me non auditis, ipsam legem, quam ambitis, audite.

VERS. 22. — SCRIPTUM EST ENIM, Genes. 16, v. 15 et 21, v. 2 : QUONIAM ABRAHAM DUOS FILIOS HABUIT, Ismaelem de Agar, et Isaac de Sarâ. Sex alii filii postea nati sunt de Cethurâ, sed ad præsentis rei mysterium non pertinent; et cùm hæc ageretur allegoria, nondùm erant nati.

VERS. 23. — SED QUI DE ANCILLA, SECUNDUM CARNEM, id est, secundùm naturales carnis, seu naturæ, vires.

QUI AUTEM DE LIBERA, PER REPROMISSIONEM, id est, virtute divinæ promissionis; supernaturaliter, seu per vires extraordinarias juxta Dei promissum.

Quoniam confundor in vobis, id est, hæreo et anceps sum animi, stupefactus sum, attonitus et inops consilii, de vobis, id est, quomodò vobiscum agere debeam. Aliud enim est pudere et erubescere, aliud confundi, hoc est, animo turbari, ut nescias quid sit agendum.

VERS. 21. — *Dicite mihi, qui sub lege vultis esse*, etc. Græcè, legem non auditis? Hoc majoris est energiæ, q. d : Si me non audìstis; legem ipsam quam ambitis, audite; ipsa vos à se ad Christum amandabit. Argumentatur autem ex ipsâ lege (id est, ex Scripturâ quæ legem tradit) contra eos qui sub lege esse volebant.

VERS. 22. — *Scriptum est enim*, etc. Scriptura narrat Abraham duos suscepisse filios, Ismael et Isaac; illum ex Agar ancillâ, id est, servâ; hunc vero ex Sarâ liberâ.

VERS. 23. — *Sed qui de ancillâ, secundùm carnem natus est*, nimirùm per carnis vires, per carnalem et naturalem generationem, quæ habet, ut ex iuvenculâ,

Vers. 24. — Quæ sunt per allegoriam dicta, id est, quæ dicta sunt ad aliud ex alio significandum. Seu quæ præter sensum litteralem et historicum, alium continent spiritualem sensum et eminentiorem. Græc. *Quæ sunt, allegorizata*, ἀλληγορήμενα.

Hæc enim sunt duo testamenta, id est, hæ duæ uxores et matres, Agar et Sara, juxta sensum spiritualem allegoricum, significant duo testamenta, vetus et novum.

Unum quidem, scilicet vetus, in monte Sina conditum. Græc. : *A monte Sina*, scilicet profectum.

In servitutem generans, id est, servos generans filios, Judæos scilicet sub legis jugo servientes timore servili.

Quæ est Agar, quod testamentum figuratum fuit per Agar ancillam, et servos domino suo vernaculos generantem.

Vers. 25. — Sina enim mons est in Arabia. Græc. : *Nam Agar, Sina mons est in Arabiâ*. Syr. : *Nam Agar, mons est Sinai, qui est in Arabiâ*. Juxta Græc. et Syrum ex ipsis nominibus redditur ratio cur Agar vetus testamentum significaverit, scilicet, quia mons Sina, ubi factum est illud fœdus, vocatur Agar, seu Agara, unde Agræi, seu Agareni. Sina, Arabum linguâ, appellatur Agar, ait Theophylactus post D. Chrysostomum, quia ibi est oppidum Agar, seu Agara, ait Grotius, qui citat Plinium, Dionem, Strabonem. Sed quidquid sit de Græco, juxta nostram Vulgatam sensus est : Meritò dixi quòd Agar figura fuerit veteris testamenti in monte Sina conditi. *Nam Sina mons est in Arabiâ*, qui conjunctus est ; Græc., συστοιχεῖ, *quadrat autem nunc Jerusalem*. Syr. : *Et respondet huic Jerosolymæ*. Æthiop. : *Et ex adverso correspondet*. Theodoretus : *Ille mons consentit huic terrestri Jerusalem*. Juxta geographos mons Sina distat à Jerusalem viginti dierum itinere ; non potest ergo dici loco, seu propinquitate locali conjunctus. Sed debet intelligi, quòd *quadrat*, seu cognationem et similitudinem habet cum Jerosolymâ nostri temporis : seu similis est conditionis.

Et servit..., conditionis, scilicet, servilis : sicut Sina generavit servos, ita et Jerosolyma servos generat et continet.

Vers. 26. — Illa autem quæ sursum est... Debebat hic dici quòd Sara sit novi Testamenti figura, seu figura Ecclesiæ, quæ est cœlestis Jerusalem ; at omisit ut rem ex se claram, contentus hanc Ecclesiam quatuor insignire notis. Primò cœlestis est, de *sursum* descen-

qualis erat Agar, Abraham, licèt senex, posset suscitare proles.

Qui autem de liberâ, per repromissionem. Isaac genitus est non virtute carnali et naturali, quia hæc in anu et sterili Sarâ defecerat, ut ex eâ naturaliter suscitare prolem non posset senex et ipse Abraham ; sed *per repromissionem* genitus est, puta per virtutem divinam, et supernaturalem Dei, qui Abrahæ ex Sarâ supra naturam generationem Isaaci promiserat, Gen. 17.

Vers. 24. — *Quæ sunt per allegoriam dicta.* Allegoria est, cùm ex eo quod dicitur aliud quiddam significatur. Unde Augustin., lib. 15 de Trin., c. 9, dicit quosdam Latinos interpretes, ita vertisse : *quæ sunt aliud ex alio significantia.*

Hæc enim sunt duo testamenta. Sara videlicet et Agar, *sunt*, id est, per allegoriam significant, *duo testamenta*, novum scilicet et vetus. Ita Hieron., Chrysost., Theodor.

Unum quidem in monte Sina, q. d. : Vetus testamentum à monte Sina traditum et promulgatum est ; *in servitutem generans*, hoc est, servos generans, videlicet Judæos servientes umbris multiplicium, onerosarum et prægravium cæremoniarum, idque timore pœnarum ac spe bonorum terrenorum, abundantiæ videlicet frumenti, vini et olei, quæ Deus promisit Judæis, si legem pactumque servarent.

Quæ est Agar ; q. d. : Quod testamentum vetus et servile significat Agar serva. Ita Hieronymus.

Vers. 25. — *Sina enim mons est in Arabia ;* q. d. : Agar et Sina ejusdem rei gerunt significationem, scilicet veteris Testamenti. Convenienter à monte Sina vetus Testamentum profluxit ; nam Sina mons est horridus in Arabiâ, longè extra fines terræ promissæ situs ; proindè aptissimus ad significandam veteris Testamenti qualitatem, quæ est timorem et horrorem incutere, et servos facere, promissionis exortes, et ab hæreditate alienos.

Qui conjunctus est ei quæ nunc est Jerusalem ; qui mons Sina cognationem habet cum istâ terrenâ Jerusalem, eique congruit quoad mysticam significationem. Nam Sina vetus testamentum significat ; terrena Jerusalem sedes est populi Judaici, id est, filiorum veteris testamenti, quia Sinaici illi Judæi qui in Sina legem acceperunt, parentes fuerunt Judæorum qui jam vivunt in Jerusalem ; et sicut in naturâ, sic et in indole servili, moribusque Judaicis utrique conveniunt. Qualis fuit Sina, talis fuit et Jerusalem : atqui Sina generavit servos ; ergo et Jerusalem servos generavit et generat, veteris scilicet testamenti.

Et servit cum filiis suis, q. d. : Sicut Agar serva Ismaelem et posteros ejus servos generat, ita allegoricè significat Testamentum vetus generare servos. E contra, sicut Sara libera liberum genuit Isaac, et posteros ejus (partus enim sequitur ventrem), ita allegoricè significat novum testamentum generare liberos.

Vers. 26.—*Illa autem quæ sursùm est Jerusalem*, etc. Ita vocat præsentem Ecclesiam novi Testamenti. Pro quo nota, Ecclesiam christianam, quam significat Sara, id est, princeps, vel domina, quæque opponitur synagogæ Judæorum, quam significat Agar serva, quatuor his notis insigniri : Primò, quòd sit de *sursùm*, quia Christus ejus caput è cœlo descendit, ac rursùm in cœlos ascendit, indeque Ecclesiam regit ; quia perfectio Ecclesiæ in superis ac cœlestibus rebus est, nimirùm in fide, spe, charitate, quia virtus Sacramentorum ejus è sursùm provenit, et Deum ipsum in Ecclesiâ quasi de sursùm advenientem præsentem habet, quia conversatio ejus in cœlis est, cor et thesaurum habet in cœlo apud sponsum suum ; quia ad æternam coronam et quietem in cœlo anhelat ac tendit. Secundò, quòd sit *Jerusalem ;* idem est quod visio pacis ; hanc enim Ecclesiæ providet ac procurat Deus, ut gaudeat pace spiritali et cœlesti. Tertiò, quòd sit *libera*. Ecclesia jam habet libertatem moralem, quæ excludit servitutem cupiditatum et vitiorum ; et spiritualem ex perfectâ charitate, quæ foras pellit timorem provenientem ; per quam amore filiali reverentiâque servitur Deo in spiritu et veritate ; spe verò ac voto cœlestem præcipit et prægustat, illam reipsâ post resurrectionem adeptura. Quartò, quòd sit *mater* fecunda, quia ex sterili gentilitate, quæ dæmonibus serviebat, collecta Ecclesia Christi, multos ei filios spiritales peperit et parit, non ex solis Judæis, ut Synagoga, sed ex omnibus et Judæis et gentibus, eosque Christo ad cœlum transmittit.

dit è cœlo, Apoc. 21, v. 2, quia Filius Dei de cœlo descendens eam fundavit. Secundò JERUSALEM, seu pacis visio : pacem dedit ei Christus, Joan. 14, 27. Tertiò, LIBERA EST, et in libertatem generans per spiritum adoptionis filiorum, *in quo clamamus Abba, Pater*, v. 6. Quartò, fecundissima est et MATER NOSTRA, quæ nos Deo peperit.

VERS. 27. — SCRIPTUM EST ENIM... Isai. 54, v. 1.

STERILIS et deserta, Ecclesia est ex gentibus, seu Ecclesia Christi ex gentibus maximâ suî parte collecta.

VIRUM HABENS, est Synagoga. Hanc in fecunditate longè superavit Ecclesia; quod benè figuratum est per Sara, quæ ex sterili facta est numerosæ prolis mater.

VERS. 28. — NOS AUTEM, FRATRES... Incipit allegoriam applicare proposito. *Nos*, qui in Christum credimus, non sumus secundùm Ismaelem, seu ut Ismael, filii carnis et naturæ viribus, sed ad instar Isaac sumus ex virtute divinâ. Quippe Christiani per verbum Dei, cui credunt, fiunt spirituales Abrahæ filii.

VERS. 29. — SED QUOMODO TUNC... Altera allegoriæ applicatio. Alludit ad id quod Genes. 21, 3, dicitur, sed hic vocat persecutionem quod ibi dicitur lusus. Varii variè hunc lusum explicant : alii jurgium et pugnam, hæreditatis causâ : alii irrisionem ob Isaaci pietatem : alii quòd Isaacum inducere voluerit ad colendas luteas imagines, quas faciebat Ismael : alii quòd lascivire voluerit. Vide Estium. Quiquid sit, vera fuit persecutio, seu corporalis, seu spiritualis; et hæc fuit figura persecutionis Ecclesiæ à Judæis.

VERS. 30. — SED QUID DICIT SCRIPTURA? Tertia et principalis applicatio allegoriæ : Ejectio ancillæ et filii ejus, significans repudiationem Synagogæ et Judæorum, est principale intentum Apostoli; ut sciant Galatæ repudiatam esse Synagogam, sibique metuendum esse ne cum Ismaele excludantur ab hæreditate, si per legalium observationem fiant servæ, seu Synagogæ, filii.

VERS. 31.— ITAQUE, FRATRES, NON SUMUS... Meminerimus itaque, fratres, etc. Vide paraphrasim.

Clara totius allegoriæ expositio.

Abraham duas habuit uxores, ancillam unam, alteram liberam; ex illis duos habuit filios; Ismaelem scilicet ex ancillâ, seu Agar; Isaacum ex liberâ, seu Sara. Ismael ancillæ filius naturaliter de juvene et fecundâ natus est; Isaac filius ingenuæ, præter ordinem naturæ, sed vi divinæ promissionis, ex sterili et nonagenariâ prognatus est. En historia : adest autem allegoria, seu mystica significatio.

Duo Abrahæ matrimonia significant duo Dei cum hominibus contracta fœdera, duæ matres, duas leges; duo filii, duos populos. Primum Abrahæ matrimonium significat vetus Testamentum; Agar serva, significat legem Moysi in monte Sina datam, et servos generantem, tum quia onerabat et quasi opprimebat multitudine et gravitate corporearum cæremoniarum, tum quia servili pœnarum timore Judæos, quasi servos, cogebat ad observationem sui. Agar itaque legem præfigurabat veterem, Ismael verò Judæos; sicut enim Ismael naturæ viribus factus est Abrahæ filius, ita et Judæi. Secundum Abrahæ matrimonium, seu matrimonium cum Sarâ liberâ, significat novum Testamentum in Sion, seu legem evangelicam, quæ liberos generat. Primò, quia docet Deum in spiritu et veritate colere; secundò, quia amore et spiritu ducit ad Deum, unde libertas. Sara igitur libera legem gratiæ, seu evangelicam libertatem significabat. Isaac autem præfigurabat Chri-

VERS. 27. — *Scriptum est enim*, Isaiæ 54 : *Lætare, sterilis, quæ non paris; erumpe et clama, quæ non parturis. Lætare*, ô Ecclesia ex gentibus vocata et collecta, quæ eras *sterilis* antea, *et deserta*, à Deo, fide et lege, *quæ non paris*, quæ hactenùs non soles Deo filios parere; Deo jam desponsata, *exulta et clama*, lætare, erumpe et clama; id est, cum lætitiâ Deum lauda, et in clamorem et cantica laudis erumpe.

Quia multi filii desertæ, magis quàm ejus quæ habet virum. Desertam autem vocat, quasi à toto repulsam aut sejunctam propter sterilitatem. Sensus est : Meritò lætandum tibi est, quia tu, quæ hactenùs solitaria fuisti, nec viro ad gignendos filios conjuncta (sterilis enim eras), nunc fecunda reddita, Christo viro tuo filios paries multò plures, quàm Synagoga viro suo conjuncta, id est, legem Mosaicam amplexata, toto veteris testamenti tempore filios peperit.

VERS. 28. — *Nos autem fratres, secundùm Isaac*, instar Isaac, qui non virtute carnis, sed promissionis divinæ, natus est ex anu et sterili Sarâ, *promissionis filii sumus.*

VERS. 29. — *Sed quomodò tunc is qui secundùm carnem natus fuerat*, hoc est, Ismael carnali virtute et generatione prognatus ex Agar, *persequebatur eum, qui secundùm Spiritum*, id est, Isaac, qui natus est ex Spiritûs sancti promissione et virtute supra naturam ex Sara, quasi typus fidelium, et spiritualium filiorum legis novæ, *ita et nunc*, q. d. : Uti olim Ismael ironicè lusit cum Isaac, eum vexando et persequendo, ita nunc Judæi Christum regem libertatis irriserunt, vexàrunt, crucifixerunt, ejusque libertos christianos pertinaci odio persequuntur, uti jam vos Galatas vexant et persequuntur, ut sibi subjiciant, pessundent atque pervertant. Ita Ambros., Anselm.

VERS. 30. — *Sed quid dicit Scriptura? Ejice ancillam et filium ejus.* Sunt verba Saræ, Genesis 21, quibus petit ab Abraham marito, ut ejiciat Agar cum Ismaele vexante suum Isaac. Sicut enim Sarâ postulante, et Deo postulatum ejus approbante, ejecta est è domo Abrahæ Agar ancilla cum filio suo; sic Ecclesiâ per Spiritum Dei instante et perurgente, legem cum suis quasi necessariò observatoribus, ejici oportuit è familiâ et populo Dei : per quod palàm demonstratur legis ac prioris testamenti cessatio.

Non enim hæres erit filius ancillæ cum filio liberæ; Isaac enim solus mansit hæres, quia liber, et filius liberæ. Sic allegoricè Christiani, quia liberi, sunt hæredes benedictionis et justitiæ Abrahæ.

VERS. 31. — *Itaque, fratres, non sumus ancillæ filii, sed liberæ.* Igitur, inquit, fratres, quotcumque in Christum credimus, *non sumus ancillæ filii*, id est, non pertinemus ad legem, significatam per Agar, *sed sumus filii liberæ* pertinentes ad Jerusalem, quæ sursùm est, significatam per Saram.

Quâ libertate Christus nos liberavit, id est, in quam Christus per mortem suam nos asseruit; ille nimirùm qui de seipso loquitur : *Si vos Filius liberaverit, vere liberi eritis*, Joan. 8. Christi gratiæ tribuendum est quòd simus filii novi Testamenti et Ecclesiæ quasi liberi, et liberati à veteris legis Testamenti et Synagogæ quasi ancillæ servitute.

stianos, per Christum à servitute legali liberos : sicut enim Isaac supernaturali Dei virtute natus est, ita et Christiani per Verbum Dei facti sunt mystici et spirituales Abrahæ filii. Quemadmodùm Ismael natu grandior Isaacum fratrem suum, natu minorem, persequebatur, ita et nunc Judæi, in cultu Dei majores et antiquiores, Christianos, natu juniores, persequuntur. At sicut tunc Ismael cum matre suâ, Dei jussu, abjectus est è domo Abrahæ et hæreditate spoliatus; ita Judæi legem, neglecto Evangelio, retinentes, ejecti sunt è domo Dei, et à cœlesti hæreditate abdicati. Nos ergo Christiani, Saræ liberæ, id est, Ecclesiæ filii, non debemus servituti legis abdicatæ nos subjicere, ne cum Ismaele ab hæreditate excludamur. Meminerimus itaque nos per Christi gratiam liberos esse et in evangelicâ libertate, per Christum nobis partâ, constanter perseveremus.

In hanc allegoriam observatio dogmatica et moralis.

1° Collige quòd totum vetus Testamentum typus fuerit et figura, nec aliter legendum quàm ut figura novi.

2° Quòd ipsa patriarcharum facta erant figurativa et prophetica : duo Abrahæ matrimonia, duo Dei Testamenta figurabant, seu fœdera; duo filii, duos populos; carnalem unum, et naturæ viribus generatum, alterum spiritualem, et gratiæ supernaturali virtute regenitum. Abrahæ matrimonium cum servâ Agar, figuravit fœdus quod Deus cum Moyse et Hebræis iniit in Sina, quo promisit se ipsorum Deum, tutorem et protectorem fore, ipsisque daturum terram Chanaan; Hebræi autem tam benignum acceptantes promissum, promiserunt se Deo servituros, legemque servaturos. Abrahæ matrimonium cum Sarâ, figura fuit pacti quod Deus cum Christo et Christianis fecit in Sion, quo Deus promisit se fore Christianis amicum, patrem, eisque, quasi filiis, hæreditatem suam cœlestem se daturum; Christiani vicissim per Christum et apostolos tacitè hoc liberale Dei donum amplectentes, promiserunt se Christi fidem et præcepta servaturos. Hoc fœdus sanguine suo sanxit et firmavit Christus in ultimâ cœnâ, Joan., 13.

3° Collige et cum gaudio suscipe quod v. 23, dictum est : Quòd nos Christiani, Christo, Verbo Dei credentes, et secundùm Spiritum regenerati, spirituale sumus semen, ad quod pertinet promissio, non hæreditatis terrenæ, sed cœlestis, sed æternæ, sed regni Dei, Patris nostri. Quanta nobis gloria! Quanta felicitas, Dei filios et hæredes esse! *Videte qualem charitatem dedit nobis Pater, ut filii Dei nominemur et simus : propter hoc mundus non novit vos...* Joan. 1 Epist. 3, 1. Hanc Dei erga te charitatem mirare : at recognosce; amatus, redama. *Estote imitatores Dei, sicut filii charissimi, et ambulate in dilectione*, Ephes. 5, 1, 2. Ama Deum ut patrem; ex amore obedi Deo; ipsum amore filiali cole; spiritualia, cœlestia, æterna, divina, dilige, desidera, quære; si verè spirituale semen es. Secundùm carnem quippe nati sunt dilectores mundi, amatores seculi; sed secundùm Spiritum nati sunt amatores regni cœlorum, dilectores Christi, desiderantes vitam æternam, gratis colentes Deum. S. Anselmus, hìc, v. 28. Ad vetus Testamentum pertinent, utpote filii ancillæ, dilectores temporalium, dilectores hujus seculi, quocumque tempore sint vel fuerint (sive in Ecclesiâ, sive in Synagogâ); ad novum autem Testamentum, utpote filii liberæ, dilectores æternæ vitæ, idem S. Anselmus. Consule cor tuum, et vide quid diligas.

4° Collige, et ex v. 29 disce *quomodò tunc..., ita et nunc;* disce, inquam, quòd hoc *nunc* usque ad finem mundi durabit; semper in hâc vitâ caro et spiritus adversabuntur; semper carnales et spirituales opponentur; semper boni persecutionem patientur. *Omnes qui piè volunt vivere in Christo Jesu, persecutionem patientur*, 2 Tim. 3. Hoc figuratum fuit in Isaac; ipsius ab Ismaele persecutio figura fuit persecutionum quas filii Dei passuri sunt à filiis hominum : *Quomodò tunc..., ita et nunc.* Hæc igitur veritas à quocumque probo et pio fortiter apprehendenda, et in animo firmiter insculpenda. Sciat omnis Christianus hìc non esse pacis et quietis locum; at recordetur temporalem persecutionem æternæ pacis et quietis arrhabonem esse: *Beati qui persecutionem patiuntur... quoniam ipsorum est...;* jus habent ad illud, et ad eos pertinet.

Corollarium pietatis, seu in hoc capite ad pietatem maximè notanda, et ad praxim redigenda.

1° Ex v. 4, 5, 6, 7, admirandam tuam in Christo dignitetam agnosce, ô Christiane. Dei filius es; filius, inquio, major, liber, tui juris. Vide v. 4, 5. Ipso Filii Dei Spiritu animatus; eodem ac Christus ipse Spiritu Patrem æternum alloquens et invocans : *Abba, Pater*, v. 6. Hæres es Dei, et quidem hæres pleno jure, cui Spiritus sanctus, ut pars et arrha hæreditatis æternæ, datus est, v. 7, cui cœlum est apertum, et locus à Christo paratus et asservatus. Tantæ dignitatis et felicitatis memor, ô fili et hæres Dei, terrena sperne, cœlestia dilige. Æternum Patrem dilige, ipsique amore filiali serviens ad æternam illius hæreditatem aspira continuè. Vive dignè Deo, Patre tuo; dignè æternâ Dei Patris tui hæreditate.

Vide observationem moralem post versum septimum.

2° In v. 14, 15, 16, 18, 19 et 20, à D. Paulo omnis prælatus, imò et omnis animarum salutis minister, discat divinas apostolicæ charitatis artes et industrias, quibus animarum saluti cooperetur. Cum hoc prælatorum et omnium Dei ministrorum exemplari, modò timeat, modo speret, v. 11; modò manum opitulantem porrigat, v. 12; modò tenerè roget et blandiatur, v. 12; modò beneficia commemoret et benè acta recenseat; modò quæ passus est insinuet, v. 13, et 14; in omnem denique formam sese transformet, v. 15. Sit pater, sit mater; at mater continuè parturiens, continuè laborans et patiens, ut

Christus in animabus sibi subditis perfectè formetur, v. 19, 20.

Vide dicta ad hos versus in commentario.

3° Gaudeat omnis Christianus à v. 28 discens et audiens quòd sit verus et legitimus Dei filius, ad quem pertinet hæreditas regni cœlestis. Vide observationem moralem in hunc versum, collige tertiò.

A versu autem 29 discat idem Christianus quòd ad hanc hæreditatem non sit sine multis tribulationibus adventurus; persecutionem patietur; at: *Beati qui persecutionem patiuntur*, etc., Matth. 5, 10. *Non sunt condignæ passiones hujus temporis ad futuram gloriam, quæ revelabitur in nobis.* Rom. 8, 18. *Momentaneum et leve tribulationis nostræ, supra modum in sublimitate æternum gloriæ pondus operatur in nobis*, 2 Cor. 4, 17.

CAPUT V.

1. State, et nolite iterùm jugo servitutis contineri.

2. Ecce ego Paulus dico vobis, quoniam si circumcidamini, Christus vobis nihil proderit.

3. Testificor autem rursùs omni homini circumcidenti se quoniam debitor est universæ legis faciendæ.

4. Evacuati estis à Christo, qui in lege justificamini: à gratia excidistis.

5. Nos enim spiritu ex fide spem justitiæ expectamus.

6. Nam in Christo Jesu, neque circumcisio aliquid valet, neque præputium: sed fides quæ per charitatem operatur.

7. Currebatis benè: quis vos impedivit veritati non obedire?

8. Persuasio hæc non est ex eo qui vocat vos.

9. Modicum fermentum totam massam corrumpit.

10. Ego confido in vobis in Domino, quòd nihil aliud sapietis; qui autem conturbat vos, portabit judicium, quicumque est ille.

11. Ego autem, fratres, si circumcisionem adhuc prædico, quid adhuc persecutionem patior? Ergo evacuatum est scandalum crucis?

12. Utinam et abscindantur qui vos conturbant!

13. Vos enim in libertatem vocati estis, fratres: tantùm ne libertatem in occasionem detis carnis, sed per charitatem spiritûs servite invicem.

14. Omnis enim lex in uno sermone impletur: Diliges proximum tuum sicut teipsum.

15. Quod si invicem mordetis, et comeditis, videte ne ab invicem consumamini.

16. Dico autem: Spiritu ambulate, et desideria carnis non perficietis.

17. Caro enim concupiscit adversùs spiritum, spiritus autem adversùs carnem: hæc enim sibi invicem adversantur, ut non quæcumque vultis, illa faciatis.

18. Quòd si Spiritu ducimini, non estis sub lege.

19. Manifesta sunt autem opera carnis quæ sunt fornicatio, immunditia, impudicitia, luxuria,

20. Idolorum servitus, veneficia, inimicitiæ, contentiones, æmulationes, iræ, rixæ, dissensiones, sectæ,

21. Invidiæ, homicidia, ebrietates, comessationes, et his similia; quæ prædico vobis, sicut prædixi, quoniam qui talia agunt, regnum Dei non consequentur.

22. Fructus autem spiritûs est charitas, gaudium, pax, patientia, benignitas, bonitas, longanimitas,

23. Mansuetudo, fides, modestia, continentia, ca-

CHAPITRE V.

1. Tenez-vous en là, et ne vous remettez point de nouveau sous le joug de la servitude.

2. Car je vous dis, moi Paul, que si vous vous faites circoncire, Jésus-Christ ne vous servira de rien.

3. Et de plus je déclare à tout homme qui se fait circoncire, qu'il est obligé de garder toute la loi.

4. Vous qui voulez être justifiés par la loi, vous n'avez plus de part à Jésus-Christ; vous êtes déchus de la grâce.

5. Mais nous, c'est par l'esprit et en vertu de la foi que nous espérons recevoir la justice.

6. Car en Jésus-Christ, ni la circoncision ni l'incirconcision ne servent de rien; mais la foi qui est animée de la charité.

7. Vous couriez si bien! qui vous a arrêtés pour vous empêcher d'obéir à la vérité?

8. Ce sentiment dont vous vous êtes laissé persuader, ne vient pas de celui qui vous a appelés.

9. Un peu de levain aigrit toute la pâte.

10. J'espère de la bonté du Seigneur que vous n'aurez point à l'avenir d'autres sentiments que les miens; mais celui qui vous trouble, il en portera la peine, quel qu'il soit.

11. Pour moi, mes frères, si je prêche encore la circoncision, pourquoi est-ce que je souffre tant de persécutions? Le scandale de la croix est donc anéanti?

12. Plût à Dieu que ceux qui vous troublent fussent plus que circoncis!

13. Car vous êtes appelés, mes frères, à un état de liberté; prenez garde seulement que cette liberté ne vous serve d'occasion pour vivre selon la chair; mais assujétissez-vous les uns aux autres par une charité spirituelle;

14. Car toute la loi est renfermée dans ce seul précepte: Vous aimerez votre prochain comme vous-même.

15. Que si vous vous mordez et vous dévorez les uns les autres, prenez garde que vous ne vous consumiez les uns les autres.

16. Or je vous dis: Conduisez-vous selon l'Esprit de Dieu, et vous n'accomplirez point les désirs de la chair;

17. Car la chair a des désirs contraires à ceux de l'esprit, et l'esprit en a de contraires à ceux de la chair; ils sont opposés l'un à l'autre, de sorte que vous ne faites pas toujours les choses que vous voudriez.

18. Que si vous vous conduisez par l'Esprit de Dieu, vous n'êtes point sous la loi.

19. Or il est aisé de connaître les œuvres de la chair, qui sont la fornication, l'impureté, l'impudicité, la dissolution,

20. L'idolâtrie, les empoisonnements, les inimitiés, les dissensions, les jalousies, les animosités, les querelles, les divisions, les hérésies,

21. Les envies, les meurtres, les ivrogneries, les débauches et autres choses semblables, dont je vous déclare, comme je vous l'ai déjà dit, que ceux qui commettent ces crimes ne seront point héritiers du royaume de Dieu.

22. Les fruits de l'esprit au contraire sont la charité, la joie, la patience, l'humanité, la bonté, la persévérance.

23. La douceur, la foi, la modestie, la continence,

stitas. Adversùs hujusmodi non est lex.

24. Qui autem sunt Christi, carnem suam crucifixerunt cum vitiis et concupiscentiis.

25. Si Spiritu vivimus, Spiritu et ambulemus.

26. Non efficiamur inanis gloriæ cupidi, invicem provocantes, invicem invidentes.

la chasteté. Il n'y a point de loi contre ceux qui vivent de la sorte.

27. Or ceux qui sont à Jésus-Christ ont crucifié leur chair avec ses passions et ses désirs déréglés.

25. Si nous vivons par l'Esprit de Dieu, conduisons-nous donc aussi par cet Esprit;

26. Et ne nous laissons point aller à la vaine gloire, nous piquant les uns les autres, et étant envieux les uns des autres.

ANALYSIS

Concludit Galatas urgens ad christianam libertatem constanter servandam, illosque multis rationibus confertis avertens à jugo legis Mosaicæ subeundo.

Primò, si circumcidamini, Christus nihil vobis proderit.

Secundò, totius legis implendæ debitores eritis.

Tertiò, expertes eritis justitiæ Christi; et licèt dicamini Christiani, de facto evacuati eritis à Christo.

Quartò, fides per dilectionem operans justificat; ad hoc nec circumcisio prodest, nec præputium.

℣ 7. *Galatarum in viâ salutis cursum deplorat interruptum; causam rejicit in paucos quosdam, qui velut fermentum totam massam corrumpunt.*

℣ 10. *Confidit quòd per Christi gratiam resipiscent Galatæ; et per Dei justitiam, harum turbarum causæ dabunt pœnas.*

℣ 11. *Quoniam traducebatur Apostolus ipse, quasi judaizans, hanc calumniam refellit ex persecutione quam à Judæis patiebatur: utquid ergo me Judæi persequuntur?*

℣ 12. *In harum turbarum auctores indignatus, optat ut et ipsi abscindantur.*

℣ 13. *Transit ad mores, ac primò ut omnem dissidiorum ignem inter Galatas extinguat, eos hortatur ad charitatem, in quâ et ad quam tota lex.*

℣ 16. *Ut charitatem autem servent, assignat medium ad quod omnia reducuntur media, scilicet*

Spiritu ambulate, *seu secundùm sancti Spiritûs impulsum vivite.*

℣ 17. *Monet quòd in nobis spiritus et caro semper sint opposita; spiritum autem sequi debemus: quod ut securiùs facere possimus, et non decipiamur,*

℣ 19. *Enumerat opera carnis.*

℣ 22. *Recenset fructus spiritûs.*

Ostensâ autem, quasi ex unâ parte, concupiscentiæ acie; ostensâ et ex alterâ parte spiritûs acie, quasi ad bellum excitans, ait:

℣ 24. Qui Christi sunt, carnem suam crucifixerunt, *etc.*

Si spiritu vivimus, spiritu et ambulemus.

PARAPHRASIS.

1. Constantes et firmi perseverate in evangelicâ libertate, quam Christus vobis acquisivit, et ab idolorum servitute liberati, ne patiamini aliud vobis imponi servitutis jugum, nempe jugum legis Mosaicæ.

2. Ecce ego Paulus, apostolus à Christo vocatus, et vester speciatim apostolus, dico vobis, et palàm affirmo, quòd si vos, Galatæ gentiles, circumcisionem recipiatis, Christi beneficiorum non eritis participes; sicque nihil vobis proderit Christus, nec Christianismus.

3. Insuper et denuntio omni homini, qui per circumcisionem ascribi se curat Judaicæ synagogæ, quòd debitor est omnis Mosaicæ legis adimplendæ.

4. Licèt exteriùs Christiani videamini, Christumque colere, reverà tamen intùs evacuati estis à Christo: omnem perdidistis fructum mortis ac redemptionis Christi; beneficium gratiæ amisistis, qui in lege justificari quæritis.

5. Nos enim Christiani justitiam quærimus spiritu et spiritualibus actibus; vos carne et carnalibus cæremoniis; nos per fidem Christi expectamus justitiam speratam, et justitiæ fructum, vitam æternam; vos ex legis operibus.

6. Nam in Christianismo ad salutem non confert quòd quis circumcisus sit, aut non circumcisus. Sed fides in Christum, non sola, nec otiosa, sed quæ charitate perficitur, et per charitatem operatur, id est, quæ præcepta servat, et pia facit opera.

7. Tam benè currebatis! quis quasi transverse vestrum iter impedivit, persuadens vobis non obediendum veritati?

8. Hæc persuasio de judaizando, non est ex Deo, qui vos ad Christianismum vocavit.

9. Sed sicut paululùm fermenti totam farinam conspersam, seu pastam, suo acore imbuit et inficit, ita quidam judaizantes totam vestram ecclesiam suo errore corrumpunt.

10. Ego confidens in Dei erga vos bonitate, spero quòd, re meliùs expensâ, nihil aliud sentietis quàm quæ vos docui; qui autem harum turbarum causa fuit, pœnas dabit, quisquis sit.

11. Quod ad me, fratres, si, ut dicunt, circumcisionem adhuc prædico necessariam, quare ergo persecutionem patior à Judæis? si id ita esset, cessàsset jam scandalum crucis.

12. Utinam qui circumcidi vos volunt, et propter hoc vos conturbant, non solùm circumcidantur, sed et abscindantur! vel utinam ab ecclesiâ vestrâ resecentur, ne corrumpant alios!

13. Quantùm ad vos, fratres mei, per Christum vocati estis ad libertatem et immunitatem ab onerosâ legalium servitute; cavete ne hâc christianâ libertate abutamini ad serviendum carnalibus desideriis; sed illâ utimini, ut vos spontè subjiciamini invicem in spiritu charitatis. Quantùm per vocationem vestram liberi estis, tantùm per charitatem alter alterius servi sitis.

14. Omnis enim lex quæ ad proximum spectat, hoc

brevi sermone completur : Diliges proximum tuum, sicut teipsum.

15. Quòd si vos invicem mordetis et dilaceratis, videte ne vosmetipsos perdatis, iram Dei vestris mutuis odiis excitantes in vosmetipsos.

16. Dico autem, et hoc maximè commendo vobis, vitam instituite secundùm Spiritûs sancti dictamen et impulsum, et sic fiet ut carnis desideria non perficiatis.

17. Caro enim seu concupiscentia, et spiritus seu gratia feruntur in diversa ; caro in suavia fertur ; spiritus in sancta ; caro carnalia desiderat ; spiritus spiritualia, cœlestia, æterna ; sicque opponuntur, ut sæpè non faciamus quæ volumus ; vellem non concupiscere, concupisco ; vellem bona opera fervidè et alacriter facere, resistit caro, et aggravat animum, sumque segnis et tepidus.

18. Quòd si spiritu ducimini, non estis sub lege, sed quasi extra et supra legem ; adversùs vos non est lex : facitis enim spontè et ex amore quod lex præcipit et exigit pœnarum timore.

19. Ne autem in re tanti momenti quispiam vestrûm decipiatur, hinc vobis opera carnis enumero ; illinc fructus spiritûs recensebo. Nota sunt opera carnis, seu ad quæ excitat concupiscentia, scilicet fornicatio, immunditia, seu mollities, impudicitia, seu in gestibus, seu in osculis, seu in tactibus ; luxuria quælibet ;

20. Cultus idolorum, veneficia, inimicitiæ, jurgia, æmulationes, iræ, rixæ, dissidia, sectæ ;

21. Invidiæ, homicidia, temulentiæ, comessationes, hisque similia, quæ qui faciunt, ut jam prædixi vobis, et jam dico, regni Dei hæreditatem non sunt adepturi.

22. Opera verò quæ Spiritus sanctus per suam gratiam parit in nobis, ut Dei regnum mereamur, sunt charitas, gaudium, pax, patientia, benignitas, bonitas, longanimitas,

23. Mansuetudo, fides, modestia, continentia, castitas. Qui hæc omnia habent, nullâ lege pœnali opus habent ; contra illos nulla lex est arguens, damnans, et puniens : ideò dixi, si spiritu ducimini, sub lege non estis, sed extra, et supra legem.

24. Qui verè Christiani sunt, et ad Jesum Christum pertinent, illi concupiscentiam carnalem spiritui adversantem cum passionibus et affectibus, seu pravis desideriis ejus, crucifixerunt, id est, compresserunt, seu in sese mortificârunt.

25. Si Spiritu Dei vivit et movetur animus noster, hoc ipsum actibus exprimamus, viam quam monstrat hic Spiritus sequamur, nec ad opera carnis defluamus.

26. Non simus inanis gloriæ cupidi, alii aliis insultantes, alii aliis invidentes.

COMMENTARIA.

Vers. 1. — State, et nolite iterum jugo servitutis contineri. Hunc versum Græc. et Syr. jungunt cum ultimis verbis quarti capitis. Græc. : *Libertate igitur, quâ Christus nos liberavit, state*, etc. Syr. : *State igitur in libertate illâ, quâ Christus nos donavit*, etc. Sed in re parùm refert, et sensus est : *State* in Christianâ libertate, et in eâ firmi perseverate. Ex hoc verbo *state*, aliqui inferunt quòd nondùm in judaizantium hæresim inciderant Galatæ, sed ex v. 4, verosimilius est quòd aliqui ceciderant, alii verò stabant : et hos alloquens Paulus, ait : *state*.

Et nolite iterum, id est, et à jugo idololatriæ liberati, nolite aliud jugum servitutis subire. Nusquàm Galatæ legi Mosaicæ servierant, sed idolis in gentilismo ; debet ergo sic explicari illud *iterùm*, sicut et in cap. 4, v. 9.

Contineri, id est, teneri. Græc., *implicari*, *illaqueari*.

Jugo servitutis. Lex Mosaica dicitur jugum servitutis ob multitudinem et gravitatem præceptorum, ut dictum est in fine capitis quarti, in expositione allegoriæ. Peccatum est servitus, et legis jugo longè gravior, et damnabilior. Hinc omni homini per Christum justificato, et ab hâc damnabili servitute liberato, dici potest : *state*, etc., per Christum, sive per baptismum, sive per alia Sacramenta, à peccati et à diaboli servitute liberati, ne rursùs servitutis jugum apprehendatis, et ne sponte vestrâ diabolo subjiciamini. Nihil Christo injuriosius hoc hominis à Christo justificati in peccatum relapsu, quippe qui diabolum, quod horrendum dictu, Domino præponit, ait Tertullianus.

Vers. 2. — Ecce ego Paulus.... Vox est auctoritatis, et attentionem postulantis. Pseudo-apostoli, Act. 15, dicebant : Nisi circumcidamini secundùm morem Moysis, non potestis salvari. E contra D. Paulus, Galatarum attentionem postulans, affirmat audacter : *Ecce ego Paulus*, Christi apostolus, in quo, et per quem Christus loquitur,

Dico vobis, Galatis gentilibus, et non Judæis, quod si circumcidamini, etc.

Notandum ad intelligentiam.

Nota quòd tunc nec Judæis, nec gentilibus circumcisio esset ad salutem necessaria ; Judæis tamen nondùm erat mortifera, justis enim de causis permittebatur fidelibus Judæis filios suos circumcidere : quas vide in fine capitis secundi, synopsis disputationum ; sic et Paulus ipse Timotheum, ex matre Judæum, circumcidit. At fidelibus gentilibus erat mortifera circumcisio, quia ipsos post baptismum circumcidi, erat justitiam ex circumcisione quærere, et palàm protestari quòd ad justitiam assequendam non sufficeret Christi gratia, quod sanè Christo erat maximè inju-

Vers. 1. — *State*, firmi et constantes persistite in fide et libertate Christi, id est, abjectâ omni fluctuatione, persistite constanter in libertate, quam per Christum semel adepti estis.

Et nolite iterùm jugo servitutis contineri. Sensus est : Libertate donati, ne patiamini vobis rursùs imponi servitutem. Loquitur de lege Mosaicâ, quam vocat jugum servitutis.

Vers. 2. — *Ecce ego Paulus dico vobis*, etc. ; si, inquit, aliquid apud vos mea valet auctoritas, ecce

riosum. Hinc Galatis gentilibus, et non Judæis, loquens Apostolus, cum auctoritate pronuntiat : *Si circumcidamini*, Christus vobis nihil proderit ; vita, passio, mors, omne meritum Christi nihil vobis proderit, cui, quasi ad justitiam non sufficienti, renuntiâstis hoc vestro ad judaismum recursu.

Observatio moralis.

Quòd si autem in circumcisione carnis salutem quærere, Christum pro nobis crucifixum sit abjicere, quid erit ergo in voluptatibus carnis suam felicitatem quærere? Quòd si partim in lege, partim in fide suam fiduciam reponere, sit Christum non habere, quid erit ergo post baptismum totam suam spem et fiduciam in terrenis et damnabilibus collocare, totam vitam in malis operibus impendere, nihil nisi mala opera facere, affectus pravos circa mala et prohibita continuos habere?

O Deus misericors, illumina oculos cordis nostri ; ut intelligentes quàm sit nobis honorificum in baptismo Christum induisse, spiritum adoptionis filiorum in cordibus nostris recepisse, filios et hæredes Dei factos fuisse, horreamus per peccatum Christum exuere, Spiritum sanctum à cordibus nostris per affectus malos et reos expellere, vitâ profanâ, carnali, et animali, nos hæreditatis æternæ indignos efficere, et Christianismum nobis inutilem reddere. Da insuper, ô misericordiarum Pater, ut hanc à Christo quasi apostasiam horrentes, vivamus dignè Christo, Filio tuo, quem induimus, dignè Spiritu Filii tui, quo repleti sumus, dignè hæreditate æternâ, ad quam vocati sumus, et cujus pignus Spiritum sanctum accepimus.

Vers. 3. — Testificor autem omni homini... Pseudo-apostoli multa legis non servabant et Galatis dicebant se legi satisfacturos, dummodò circumciderentur et aliqua legis notabiliora servarent. Finis istorum doctorum judaizantium erat pro Judæis haberi, præsertim à Romanis, ut liberi fierent ab edictis quæ novas vetabant religiones ; ad hoc videbatur sufficere circumcisio, sabbatorum, neomeniarum, etc., observatio. Vide c. 1, v. 10. Apostolus è contra : *Testificor omni homini....* quòd se debitorem facit universæ legis Mosaicæ adimplendæ. Et ratio est, quia circumcisio erat publica legis Judaicæ professio, sicut baptismus est publica professio fidei christianæ. Hoc autem dicit Apostolus, ut novâ ratione Galatas deterreat à circumcisione, cujus infinita erant onera, cùm esset ad totam legem obligatio.

Vers. 4. — Evacuati estis a Christo. Græc. : *Aboliti estis à Christo.* Syr. : *Descivistis à Christo.* Sensus est : Christo vacui facti estis. Vide paraphrasim. Non estis ampliùs Christiani. Nihil vobis ampliùs cum Christo, nec quidquam vobis ab illo est expectandum, sicut dixit supra : *Christus vobis nihil proderit.* Hinc infertur quòd aliqui jam ceciderant. Quot baptizati à Christo sunt intùs evacuati, quicumque terrena sapientes suam in terrenis et carnalibus felicitatem quærunt !

Vers. 5. — Nos enim, qui verè Christiani. Vide paraphrasim.

Spem justitiæ, phrasi Hebraicâ, speràtam justitiam et justitiæ fructum, vitam æternam.

Vers. 6.—Nam in Christo Jesu...Vide paraphrasim.

Sed fides quæ per charitatem operatur. Græc. : *Per charitatem efficax.* Syr. : *Quæ perficitur charitate*, id est, quæ charitate, quasi animâ, informatur et operatur. Circumcisionis et præputii discrimen fides abstulit. Adsit, absit, perinde est ; hæc corporalia Deus in suis non considerat, sed fidem in Jesum Christum. Sicut in militibus non albedinem aut nigredinem, sed rei militaris peritiam duces postulant, ait Theodoretus post D. Chrysostomum, ita Deus in suis militibus corporalia non considerat, sed animum fide vivâ, quasi animâ, informatum et operantem. *Quæ per dilectionem operatur*, id est, quæ semper efficax et viva commonstratur per dilectionem erga Christum. Illa sola fides quæ charitate flagrat, et bonis operibus insudat, valet in Christo Jesu, S. Anselmus. Hæc fides, Christianorum est fides. Fides autem otiosa et sine charitate, fides est dæmonum. Attende tibi et vide qualis sit fides tua ; ex operibus judica.

Vers. 7. — Currebatis bene, quis vos impedivit... Non hoc interrogantis est, sed deplorantis et anxii, sicut antea, *quis vos fascinavit...*, ait D. Chrysostomus. Laudat cursum, et à cursu deflet cessationem, ait Theodoretus. Vita christiana cursus est; hìc quasi in stadio sumus ad æternæ gloriæ bravium ; curren-

palàm affirmo vobis ac denuntio quod si circumcisionem recipiatis, non eritis participes beneficiorum Christi.

Vers. 3. — *Testificor autem rursùs omni homini circumcidenti se*, etc., id est, obligat se ad observandam totam legem Mosaicam : quia circumcisio erat legis professio.

Vers. 4. — *Evacuati estis*, scilicet per vos ipsos, vos ipsi evacuâstis *à Christo*, id est, à Christi redemptione, gratiâ, salute, omnique efficaciâ et influxu meritorum ejus, ut ampliùs nihil boni in vos influere et derivare possit, sed vos omnibus suis beneficiis quasi vacuos relinquat. *Qui in lege justificamini*, id est, qui justitiam ex circumcisione aliisque legis operibus quæritis.

A gratiâ excidistis, id est, beneficium gratiæ Christi perdidistis ; nam qui ex lege justificari quærunt, non expectant justitiam à Christo per fidem, sicut veri Christiani faciunt.

Vers. 5. — *Nos enim spiritu*, etc. *Spiritu*, id est, per spiritum gratiæ et charitatis *ex fide* scilicet Christi, acceptum ; *spem justitiæ*, id est, justitiam speratam expectamus.

Vers. 6. — *Nam in Christo Jesu neque circumcisio aliquid valet, neque præputium*, id est, in religione christiana nihil valet, nihil confert ad justitiam et salutem, quòd quis circumcisus sit, aut incircumcisus, 1 Cor. 7. Circumcisio nihil est, et præputium nihil est.

Sed fides quæ per charitatem operatur. Græcè *operata*, id est, incitata et vehemens, significat internam vim, occultam efficaciam et energiam, q. d. : Fides charitate formata, eàque quasi animâ suâ animata per intimam quamdam vim et spiritualem suum influxum opera virtutum vitalia operatur.

Vers. 7.—*Currebatis benè*, in vitâ et doctrinâ christianâ, quasi in viâ et stadio ad æternæ gloriæ consequendum bravium.

Quis vos impedivit veritati non obedire? Quis cursum vestrum tam bonum interrupit ?

Nemini consenseritis ; judaizanti scilicet, volenti vos

dum autem alacriter et continuè, nec à cursu cessandum. Vide 1 Cor. 9, v. 24.

Vers. 8. — Persuasio hæc, de judaizando, non est ex eo qui vocat vos, id est, à Deo Patre, qui vos ad Filii sui fidem vocavit. Nec enim Deus sibi contrarius est.

Vers. 9. — Modicum fermentum totam massam corrumpit. Græc., *fermentat*. Syr., idem. Et ita correxit D. Hieronymus; hincque patet quòd hic locus non sit ab eo. Ambrosius tamen habet, *corrumpit*. Vide hâc de re jam dicta, 1 Cor. 5, v. 6. Comparatione Paulus indicat paucos judaizantes hujus erroris Galatarum auctores esse. Sed hinc discamus quòd ubique metuendum, etiam sanctioribus et in Dei viâ currentibus. Unicum malum exemplum, unum verbum scandalosum potest magnam multitudinem corrumpere. Unicus impius potest conversationis suæ veneno totam urbem inficere; unicus hæreticus unam ecclesiam errore suo commaculare. Fermentum modicum fuit Calvinus, Lutherus, et omnes alii hæretici. Itaque nobis est semper timendum, vigilandum, orandum : *Et ne nos inducas in tentationem.*

Vers. 10.— Ego confido in vobis in Domino, id est, per Dei gratiam.

Quod nihil aliud sapietis, id est, sentietis. Vide paraphrasim.

Qui autem... portabit judicium. Deus est acerrimus hæreticorum vindex; justas tandem pœnas infligit omnibus vel Ecclesiæ pacem turbantibus, vel salutis viam obstruentibus, vel suo scandalo animas corrumpentibus. *Væ homini illi per quem scandalum venit.* Itaque nobis vigilandum est, non tantùm ne scandalizemur, sed etiam ne nostris malis exemplis, vel verbis, simus aliis scandalo.

Vers. 11. — Ego autem, fratres... Sparserant pseudo-apostoli D. Paulum inter Judæos circumcisionem prædicare, tanquàm necessariam ad salutem, ideòque Timotheum ex matre Judæum circumcidisse. Equidem verum erat quòd Timotheum circumciderat, sed verum non erat quòd circumcisionem prædicaret ut necessariam. Justas habuerat rationes circumcidendi Timotheum, et hoc nihil faciebat ad præsentem quæstionem; nunc enim agitur de gentilibus, non de Judæis. Hanc itaque calumniam Apostolus refutat ex persecutione quam ex parte Judæorum patiebatur. Si ita est, ergo cessavit scandalum crucis; minùs enim Judæos offendebat crucis et crucifixi prædicatio quàm legis per crucem abolitio sicque per cessationem majoris scandali cessaret et minus.

Vers. 12. — Utinam et abscindantur... Nova circumcisionis doctrina à pseudo-apostolis prædicata Galatas perturbârat; hinc Apostolus in falsos doctores indignatus, optat eis et præscissionem. Utinam præscindendo præscindantur illi qui vos perturbant, ait Syrus.

Sed de quâ abscissione loquitur Apostolus? D. Chrysostomus et post eum Theodoretus, Theophylactus, D. etiam Hieronymus, Cajetanus, et alii non pauci intelligunt de amputatione carnis. Si volunt, non solùm circumcidantur, sed et exsecentur, ait D. Chrysostomus. Si putent hoc sibi prodesse, non solùm circumcidantur, sed etiam abscindantur; si enim expoliatio membri proficit, multò magis abolitio. D. Hieronymus. Juxta quos sensus est : Utinam qui vos volunt circumcidi, et propterea vos conturbant, ipsi non solùm circumcidantur (sunt enim jam circumcisi), sed etiam penitùs exsecentur ! Et in hoc sensu, id Apostolus dicit non ex odio, sed charitate et justitiâ, temporale malum eis optans ad salutem animæ. Secundus est sensus, quem Estius, post Erasmum, putat apostolicâ gravitate digniorem, et quem præterea multis in Apostoli verba annotationibus reddit probabiliorem, scilicet : Utinam ab ecclesiâ vestrâ abscindantur, etc. Ambrosius utrumque complexus est. Utinam et abscindantur, etc. Tale est hoc, quale est illud ad 1 Cor. 16 : *Qui non amat Dominum Jesum, sit anathema.* Ex ipso grege morbido sunt et hi quos sociat sententiæ eorum, ut abscindantur à misericordiâ Dei, qui Galatas Dei gratiâ exuerunt; et non solùm spiritaliter, sed et carnaliter hos maledicit ut, quia circumcidi Galatas cogebant ipsi, abscinderentur, ut

pellicere à cursu Evangelii ad Judaismum.

Vers. 8. — *Persuasio hæc*, quâ vobis persuasum est, aut potiùs quâ Judæi, qui vos in cursu christianæ vitæ impediunt, vobis persuadere conantur legalia necessaria esse Christiano ad salutem; *non est ex eo, qui vocat vos*, id est, non est ex Deo Patre, qui vos ad fidem, gratiam et salutem vocavit per Christum : sed potiùs ex diabolo est ejusque ministris. Ita Anselmus.

Vers. 9. — *Modicum fermentum*, etc. Modicum fermentum est circumcisio, quæ sola, si eam recipiatis, in perfectum Judaismum vos trajiciet, sicuti fermentum, licèt modicum, totam massam ad se rapit, et in suum saporem et acorem transmutat.

Vers. 10. — *Ego confido in vobis*, id est, de vobis, *in Domino*, in clementiâ et gratiâ Domini, quòd ipse vos in fide Christi, ad quam vos vocavit, stabiliet, quo fiet *quòd nihil aliud sapietis*, id est, quòd non credetis aliud, scilicet quàm quod à Domino per os meum accepistis, et edocti estis de lege et libertate christianâ, non sequemini novitios doctores, novasque eorum persuasiones.

Qui autem conturbat vos, portabit judicium, quicumque est ille. Qui vestram in fide Christi tranquillitatem novâ doctrinâ perturbat, justas pœnas luet, non effugiet judicium, quicumque is fuerit.

Vers. 11. — *Ego autem, fratres, si circumcisionem adhuc prædico, quid adhuc persecutionem patior?* Fingebant judaizantes Paulum apud Judæos judaizare, apud gentes Judaismum impugnare. Hoc figmentum hic refellit Paulus; cur enim, inquit, Judæi tam acerbis odiis me persequuntur, nisi quia publice contrarium doceo, et ubique Evangelium stabilio, circumcisionem tollo et aboleo quantùm possum?

Ergo evacuatum est scandalum crucis. Si, inquit, ego circumcisionem adhuc prædico, debet ergo cessare offensio Judæorum, quâ offenduntur ob crucis prædicationem; non enim tam offendit eos prædicatio Christi crucifixi, quàm legis per crucem abolitæ; vellent enim legem cum Christo retinere. Sic Hieronymus.

Vers. 12. — *Utinam et abscindantur*, etc. *Abscindantur*, scilicet ab Ecclesiâ, vestroque consortio, ne quasi fermentum totam Ecclesiam corrumpant. Sic enim fornicarium ab Ecclesiâ abscindi jussit, 1 Cor. 5. *Qui vos conturbant*, qui vos subvertunt, id est, qui student vobis auferre libertatem in quâ statis, atque ex eâ deturbare vos conantur.

multiplicaretur his dolor corporis, Ambrosius.

Vers. 13. — Vos enim in libertatem... Dat rationem ob quam eis optat anathema, vel hanc abscissionem ; scilicet, cùm vos Deus in libertatem vocaverit, hanc à vobis auferre moliuntur. Sed quænam est illa libertas christiana ad quam vocati sumus? Ex dictis colligi potest ; primò, ab onerosâ legalium obligatione, quam v. 1, *jugum servitutis* vocavit ; secundò, à timore servili, de quo, ut proprio legis effectu, locutus est initio cap. 4 ; tertiò, et à fortiori, à servitute peccati, à quâ pro nobis Christus moriens nos redemit. Vide Roman. 6, 18.

Tantum ne libertatem... Græc. : *Tantùm ne libertatem in occasionem carni :* deest verbum, sed supplendum, detis, vel capiatis. Syr. : *Tantùm ne sit libertas vestra in occasionem carnis.*

Observatio litteralis et moralis.

Absolutâ parte dogmaticâ, hìc Apostolus transit ad mores. Hìc itaque incipit hujus Epistolæ pars moralis, quæ durat usque ad v. 11, cap. 6 : *Videte qualibus litteris...* Probatâ igitur christianâ libertate, ad quam vocati sunt Galatæ ; ut hanc libertatem et meliùs intelligant et eâ sanctiùs utantur, primò notat illius abusum, ut cautiùs vitent ; secundò, indicat illius finem, ut ad eum diligentiùs tendant ; tertiò, docet medium quo ad hunc finem breviùs perveniant, v. 16 : *Dico autem, Spiritu... Tantùm ne libertatem in occasionem...* Ecce abusum. Cavete ne hàc libertate abutamini ad carnis cupiditates liberiùs sectandas ; ad hoc enim non est vobis data, seu ne quia legis jugum et metus non incumbit, ideò carnis desideria perficiatis ; ad hoc enim non estis à lege soluti.

Sed per charitatem... Ecce finem. Sed è contra tantam spiritûs charitatem habeatis, ut vobis invicem præ amore serviatis. Quantò magis per vestram vocationem ab onerosis et inutilibus cæremoniis liberi estis, tantò majorem spiritûs charitatem habere studeatis, ita ut alter alterius præ charitate servi sitis. Recordamini eorum quæ cap. 4, v. 6, dixi vobis : Filii Dei estis, et quia filii Dei, ideò Spiritum Filii sui, Spiritum amoris vobis dedit Deus, ut diligentes dicatis : *Abba, Pater.* Charitas ergo, Spiritus amoris, est spiritus Christianorum. Hàc ergo libertate à legalibus utamini ad hanc charitatem abundantiùs et perfectiùs habendam. Tanta sit in vobis hæc filiorum charitas, ut non tantùm vobis invicem non noceatis, sed et vobis invicem præ amore serviatis. Legis jugum onerosum, importabile, Christus commutavit in jugum charitatis gratum, suave, voluntarium. Felicem illum qui huic jugo subest ; ipsi enim Deo, omnium bonorum fonti, subest : *Quia Deus charitas est.* O Charitas æterna, Deus, qui me ad tuum amorem creâsti et vocâsti, cor meum reple, doma, rege, et in tuam servitutem redige ; te diligam, tibi ex amore serviam, et propter te proximo meo, charitate spirituali subjiciar ; tunc verè christianus ero, tunc verè filius tuus ero.

Vers. 14. — Omnis enim lex in uno... Ad hanc ergo vos invicem charitatem hortor, quia *omnis lex* hoc brevi sermone continetur. Diliges, spiritualiter, propter Deum, et in ordine ad vitam æternam, proximum tuum... Duo quidem sunt charitatis præcepta, propter materialem distinctionem objecti, Dei scilicet et proximi ; at una tantùm est charitas, quâ Deus proximusque propter Deum diligitur. Hinc unum mandatum in alio sæpè includitur. Verbum ergo breve, sed semper meditandum, semper in praxim redigendum, *diliges.* Ama et fac quod vis. Vide infra, v. 23.

Vers. 15. — Quod si invicem mordetis et comeditis..., id est, quòd si contra hoc præceptum mutuis odiis et detrectationibus et calumniis vos invicem roditis et laceratis, videte ne vos mutuò perdatis. Nova doctrina contentiones et dissidia inter Galatas incitaverat ; ut hunc ignem extinguat Apostolus, primò charitatem consuluit. Hìc ultra absterret à dissidiis ob malum eorum exitum. *Videte ne* ab invicem consumamini ; rixantes et invidos comparat canibus sese invicem mordentibus et tandem conficientibus. Contentio corruptionem et interitum affert, non modò iis qui læduntur, sed ipsis etiam obtrectationis auctoribus, D. Chrysostomus. Jurgii fructus, vitæ consumptio, Ambrosius. Societas populi consumitur dùm in duas partes distrahitur, D. Augustinus.

Vers. 16. — Dico autem, Spiritu ambulate... Medium assignat quo filiorum charitas magis ac magis accendatur et concupiscentia vincatur ; scilicet, *Spiritu ambulare*, id est, secundùm sancti Spiritûs impulsum vivere. *Dico autem...* Multam emphasim habet hoc, *dico autem ;* hâc enim locutione specialem

Vers. 13. — *Vos enim in libertatem vocati estis, fratres*, ut per Evangelium sitis liberi ab onerosâ et inutili servitute tot legalium cæremoniarum : hæc enim est libertas christiana, quam totâ Epistolâ opponit servituti judaicæ.

Tantùm ne libertatem in occasionem detis carnis. Monet Galatas ne libertatem in quam vocatos eos dixit, malè intelligentes, eo nomine abutantur ad serviendum carni.

Sed per charitatem Spiritûs servite invicem ; q. d. : Nolo vos servire cæremoniis, nec carni, sed ab eis esse liberos, ut serviatis invicem per spiritum charitatis, et ex spiritali charitate alter alteri succurrat, opituletur, serviat.

Vers. 14. — *Omnis enim lex in uno sermone impletur*, etc. ; q. d. : Omnis lex est de charitate vel Dei, vel proximi : qui diligit proximum, legem implevit.

Vers. 15. — *Quod si invicem mordetis et comeditis ;* q. d. : Si invicem roditis et laceratis detractionibus, odiis, calumniis, invidiis, *videte ne ab invicem consumamini.* Sicut enim duo canes rixantes invicem mordent, et conficiunt, ita et duo invidi, duo obtrectatores, duo rixantes invicem, imò seipsos ipsi conficiunt.

Vers. 16. — *Dico autem* ; q. d. : Epitome, fundamentum, radix, caput et summa totius Epistolæ meæque scriptionis, est hæc : *Spiritu ambulate.* Non lege, non carne ; q. d. : Radix omnis vestri mali est defectus spiritûs ; si enim eum haberetis, excluderetis tam legalem quàm carnalem vitam. Vivite et conversamini secundùm dictamen Spiritûs sancti, manifestatum vobis in lege dilectionis.

Et desideria carnis non perficietis. Quamvis caro sollicitet ad peccata, non tamen facietis nec opere nec consensu, id quod caro desiderat aut concupiscit,

attentionem sibi postulare videtur Apostolus, quasi dicat : Omnia ad unum redigo, illud auscultate : *Spiritu ambulate.*

Sicut omnia præcepta ad unam charitatem reduxit, ita nunc omnia ad charitatem media perfectiùs habendam ad unum redigit : *Spiritu ambulate*, juxta dictamen sancti Spiritûs vivite, et charitatem habebitis : *Fructus enim Spiritûs est charitas*, v. 22.

Et desideria carnis non perficietis, id est, non adimplebitis, nec interno consensu, nec opere externo.

Non dixit, *desideria carnis*, seu pravos concupiscentiæ motus, non habebitis, non sentietis; hoc enim in hâc vitâ inevitabile; sed *non perficietis*, aut consensu, scilicet, interno, aut actu externo; quod secundùm sancti Spiritûs impulsum viventes facilè vitabimus.

Christianæ moralitatis epitome.

Spiritu ergo ambulare christianæ vitæ summa est et sanctæ moralitatis epitome. Hoc unum si fiat, concupiscentia vincitur, charitas perpetuò magis ac magis accenditur. Et hinc intellige cur in Pentecoste, in promulgatione legis evangelicæ omnibus fidelibus Spiritus sanctus sit datus, cur in baptismo unicuique fideli datur Spiritus sanctus. Christianorum spiritus est amor; hinc omnibus et singulis Christianis datur Spiritus sanctus, fons amoris. Christianæ vitæ summa est *Spiritu ambulare;* hinc cuilibet Christiano datur Spiritus sanctus, ut secundùm illius impulsum et dictamen vivens concupiscentiam vincat, et tanquàm filius Dei in charitate et ex charitate vivat.

Attende tibi, Christiane, quisquis sis; Spiritum sanctum in baptismo et per alia Sacramenta sæpiùs recepisti. An tantum thesaurum sedulus et attentus conservas in corde tuo? *Lumen cordium.* An juxta luminis illius dictamen et motus ambulas? Sed è contra numquid hoc lumen, Spiritum sanctum extinguis? *Spiritum nolite extinguere.* Numquid durâ cervice Spiritui sancto resistis? Hæc est omnium malorum nostrorum radix et causa. Ut ergo iis omnibus simul medeamur, sit nobis cura *Spiritu ambulare.* Hoc ut fiat, primò dic sæpè : Veni, sancte Spiritus, etc.; Domine Jesu, hunc ignem in corde meo accende, quem venisti mittere et quem voluisti vehementer in nobis accendi; secundò, attende ad sancti Spiritûs internos impulsus, et juxta illos ambula.

Vers. 17. — Caro enim concupiscit... Syr. : *Si quidem caro concupiscit id quod lædit spiritum, et spiritus concupiscit id quod lædit carnem; et uterque sunt sibi invicem contrarii, ut non quod vultis faciatis.* Dixi: *Spiritu ambulate*, ipsiusque motus sequamini, *et carnis desideria ne perficiatis*, seu concupiscentiæ pravos motus non sequamini; et non sine causâ dixi, siquidem contrarii sunt spiritus et carnis motus in nobis. *Caro enim concupiscit...* Vide paraphrasim. *Caro* hìc significat concupiscentiam, sive illa sit in appetitu concupiscibili, qualis est appetitus gulæ et luxuriæ; sive sit in appetitu sensitivo irascibili, qualis est appetitus invidiæ, iræ; sive sit etiam in appetitu rationali, qualis est appetitus gloriæ. Hæc concupiscentia in quàcumque sit animæ potentiâ (omnes enim hoc fermento sunt infectæ), dicitur per synecdochen, à potiori parte, *caro*, quia præcipuè in carne sensitivâ sua excitat desideria. Diversos motus naturæ et gratiæ vide simpliciter, sed solidè, descriptos in libro 3 de Imit. Christ., cap. 54. Illos in semetipso depingit ad vivum D. August., lib. Confes. cap. 8. Hujus pugnæ, seu rebellionis, finem sicut et victoriæ modum docet idem D. August., in Psal. 75.

Vers. 17 — *Caro enim concupiscit adversùs spiritum, spiritus autem adversùs carnem.* Caro concupiscere dicitur adversùs spiritum, quia carnalis concupiscentia quam ex Adam traximus, excitat et commovet in nobis prava desideria Spiritui sancto contraria. Spiritus autem concupiscere dicitur adversùs carnem, quia sancta desideria quæ carni contraria sunt, in nobis excitat.

Hæc enim sibi invicem adversantur, ut non quæcumque vultis illa faciatis. Concupiscentiæ non permittunt vos implere quod vultis, nolite et vos eis permittere implere quod ipsæ volunt : et ita nec vos, nec illæ, facietis quod vultis. Ita Anselmus.

Vers. 18. — Quod si spiritu ducimini... Hìc versus et 25 : *Adversùs hujusmodi non est lex*, sibi correspondent idemque significant. Itaque hìc quasi per transennam Galatas monet Apostolus, quòd si à Spiritu sancto regantur, jam actum est de legalium disputatione.

Non estis sub lege. Nec ad eam necessarius est vobis recursus; habetis enim quod lex vobis dare non potest; habetis spiritum filiorum, non servorum; facitis ex amore quod lex præcipit et exigit pœnarum timore.

Vers. 19. — Manifesta sunt autem opera carnis... Quia, ut dixi, Spiritu ambulandum, et carnis desideria refrænanda, ne quis in hâc re, à quâ salus, hallucinetur, hìc enumero *carnis opera, fructus autem Spiritûs*, v. 22 recensebo. *Opera carnis*, id est, ad quæ excitat concupiscentia, *manifesta sunt* et nota fidelibus.

Quæ sunt fornicatio. Græc., *adulterium*, *fornicatio*, etc.

Immunditia, id est, peccatum contra naturam, v. g., mollities.

Impudicitia, gestus, tactus impuri, etc.

Luxuria quælibet; ipsa quoque nuptiarum libido, si non fiat honestè et verecundè, et quasi sub oculis Dei, ut tantùm liberis serviatur, ait D. Hieronymus.

Vers. 18. — *Quod si spiritu ducimini*, etc.; id est, si vos Spiritus sanctus movet, agit, impellit, si spiritu ambulatis; jam *non estis sub lege*, scilicet terrente, premente, vindicante, quomodò sub lege sunt homines apertè mali, vel qui serviliter tantùm ea quæ legis sunt, faciunt. Nam vos per Spiritum libenter ac sponte facitis ea quæ lex præcipit.

Vers. 19. — *Manifesta sunt autem opera carnis*, hoc est, opera et actus ad quos excitat caro, hoc est, concupiscentia.

Quæ sunt fornicatio, immunditia, impudicitia, luxuria. Pro tribus illis, Hieron. et August. tantùm immunditiam et luxuriam legunt : pro quibus Ambrosianus, impuritatem et obscenitatem.

Vers. 21, 22. — Idolorum servitus. Nota quòd inter opera carnis collocat opera, seu peccata, spiritualia, v. g., invidiam, inimicitiam, hæreses, etc., quia, ut dixi supra, etiam rationalem et spiritualem animæ partem per peccatum originale infecit concupiscentia. Vide v. 17.

Qui talia agunt... Hæc sententia multos terrere debet qui corporalia quidem horrent peccata, at spiritalia diligunt et operantur; æmulantur enim, dissensiones excitant et fovent, etc., et de his pœnitentiam non agunt. Est enim notatu dignum quòd è septem peccatis capitalibus, duo tantùm sunt corporalia, scilicet, luxuria et gula; quinque autem sunt spiritualia, hæcque vix quisquam vitat, et tamen plerique (ut patet ex confessionibus) solùm de corporalibus agunt pœnitentiam, licèt de omnibus æquè dicat Apostolus : *Qui talia agunt*, regnum Dei non consequentur.

Vers. 22, 23. — Fructus autem Spiritus... Opera Spiritûs sancti habitantis in homine vocat fructus, quoniam ex bonâ arbore sicut optimi fructus prodeunt, ut refectionem perpetuæ saturitatis præbeant electis, ait D. Anselmus.

Est charitas, gaudium, pax, patientia.... In Græco absunt *patientia*, *modestia et castitas*, cui concordant D. Hieronymus et D. Augustinus. Syrus etiam novem tantùm habet fructus. Ambrosius non ampliùs quàm decem enumerat. Hinc verosimile est quod Estius et alii putant Græca nomina aliter atque aliter à Latinis esse translata, v. g., μακροθυμίαν, *patientiam et longanimitatem;* πραότητα, *modestiam et mansuetudinem;* ἐγκράτειαν, *continentiam et castitatem;* ideòque hæc tria abundant in Latino. Primus fructus Spiritûs *est charitas*, quia cùm Spiritus sanctus sit amor, amorem primò parit in nobis, reliqui verò sunt quasi charitatis fructus. Quàm meritò itaque dixit D. Augustinus : « Ama et fac quod vis; » quippe *charitas malum non operatur*, imò omnia mala suffert, omnia bona facit. Frequenter igitur orandum : *Diligam te, Domine....* ò Deus charitas, da mihi charitatem ; ò Deus, ignis consumens, accende cor meum tui amoris igne ; ò Spiritus, amor Patris et Filii, fructum tuum, amorem produc in corde meo, qui cæteros fructus producat. Propterea pone te ut signaculum super cor meum.

Porrò nota quòd fructus spiritûs opponuntur operibus carnis. Gaudium de bono alterius opponitur invidiæ et æmulationi; pax inimicitiæ; patientia rixæ et contentioni; bonitas veneficiis, homicidiis; continentia gulæ et vitiis libidinis.

Adversus hujusmodi non est lex. *Lex justo non est posita.* Lex enim datur errantibus, Ambrosius. Itaque si hæc omnia agerent omnes homines, nullâ pœnali lege opus haberent.

Vers. 20. — *Idolorum servitus;* idem est quod cultus idolorum.

Veneficia, Græcè *veneficium;* quâ voce propriè quidem significatur veneni procuratio, etiamsi non habeat magicum aliquid conjunctum.

Inimicitiæ, odium eorum est qui odia exercent contra alios, non eorum qui hæc patiuntur. *Contentiones;* significat autem pugnam verborum veheme tem, qualis inter inimicos. *Æmulationes;* est ægritudo seu dolor animi indemnatus, si eo quod priùs quis concupierit alius potiatur, ipse careat.

Iræ, rixæ; significatur impetus ac fervor animi exardescentis ad vindictam. Hebræi furorem vocare solent.

Dissensiones. Alii vertunt, seditiones. Rectiùs arbitror dissidia vocari, exempli gratiâ, dicentium : *Ego sum Pauli, ego Apollo, ego Cephæ.*

Sectæ; ut in religione malit suam opinionem et electionem, quàm majorum traditionem sequi, quæ magna est temeritas et præsumptio.

Vers. 21. — *Invidiæ, homicidia, ebrietates, comessationes et his similia.* Anselm. *comessationes* ait, id est, inhonesta et luxuriosa convivia. *Noli esse in conviviis potatorum, nec in comessationibus eorum*, Proverb. 23.

Quæ prædico vobis, sicut prædixi, quoniam qui talia agunt, regnum Dei non consequentur; Græcè, *regnum Dei non hæreditabunt.* Q. d. : Sicut et prædixi ac prænuntiavi cùm apud vos essem, eos qui hæc et similia agunt, non accepturos hæreditatem regni Dei.

Vers. 22. — *Fructus autem Spiritus est.* Opponit operibus carnis opera Spiritûs, quæ scilicet à spiritu sancto procedunt, quæque Spiritus sanctus per suam gratiam in nobis parit et producit, ut iis Dei regnum hæreditemur et consequamur, à quo opera carnis suos operantes excludunt. Vocat autem ea *fructum* Spiritûs sancti, singulari numero, propter connexionem omnium in charitate, tanquàm principali dono Spiritûs sancti, quam propter hoc primo loco posuit.

Charitas hic loco non alia intelligenda est quàm illa de qua etiam alibi sæpe, tum ex professo disseruit Apostolus, 1 Cor. 13. Cætera quæ deinceps sequuntur ipsius charitatis quædam germina sunt.

Gaudium. Vocat gaudium in Spiritu sancto, Rom. 14. Est enim delectatio in iis bonis quorum auctor est Spiritus sanctus : qualia sunt quæcumque ad nostram pertinent sanctificationem. Gaudium quod oritur ex conscientiâ serenâ, sanctâ, purgatâ à peccatis, vitiis, animi perturbationibus : secura enim mens est quasi juge convivium. Cyprian. Voluptatem, inquit, vicisse, voluptas est maxima : neque enim ulla major est victoria, quàm quæ à cupiditatibus refertur. E contrario fructus carnis et concupiscentiæ est dolor et tristitia.

Pax; quâ tranquilla mens nullis passionibus perturbatur, ait Hieron. Tranquillam et pacificam cum proximis conversationem significat, atque opponitur inimicitiis.

Patientia virtus est per quam æquo animo adversa tolerantur : etenim charitas patiens est, et omnia suffert.

Benignitas significat morum facilitatem ac suavitatem, quâ quis aliis sese libenter accommodat in bonum. nam charitas benigna est.

Bonitas, quâ quis et à nocumentis abstinet, ac prodesse ac benefacere paratus est.

Longanimitas, pro quâ alii lenitatem verterunt.

Vers. 23. — *Mansuetudo.* Mansuetus, ait Anselm., dicitur, quasi manu assuetus, tractabilis, ductilis, flexilis : tractari, duci, pati, facere, ferre assuetus.

Fides; eam dicit fidem quæ spectatur in servandis pactis et promissis, estque pars justitiæ specialis. Anselm. Fides, inquit, est fidelitas et veracitas in promissis, quæ opponitur fraudi et mendacio.

Modestia virtus est quæ modum ponit, et moderatur omnes actiones exteriores, scilicet incessum, vestitum, sermonem, risum, lusum, ac totum hominem exteriùs rectè componit, provenitque ex internâ mentis et passionum moderatione.

Continentia, sive temperantia, virtutum cardinalium una. Continentia generalis est virtus aut potiùs complexio virtutum, quâ continens vitiorum omnes illecebras et tentationes frænat et cohibet.

Vers. 24. — Qui autem sunt Christi... Factâ enumeratione, tum operum carnis; tum fructuum Spiritûs; seu quasi ex unâ parte, ostensis concupiscentiæ militibus, et ex alterâ parte, ostensâ Spiritûs acie, Christianum quasi ad pugnam excitans, ait : *Qui Christi sunt...*, qui verè Christianus est, etc.

Nota : Crucifixerunt... ; sicut homo cruci affixus constringitur, frangitur et paulatim debilitatur, quia vires cum sanguine guttatim defluunt, ita verus Christianus per carnis mortificationem, quasi per crucifixionem, concupiscentiam tenet constrictam, ipsam frangit ipsiusque vires ad peccandum debilitat. Nota rursùs quòd mortificatio christiana vocetur crucifixio et congruè, quia caro Christi crucifixa est exemplar et idea nostræ mortificationis. Quasi diceret : Christianus Christum intuens pro suis peccatis crucifixum, carnem suam suamque vitiatam naturam crucifigit; ut sicut Christus summo cum dolore mortuus est pro peccatis nostris, ita non sine dolore moriatur in nobis peccatum.

Vers. 25. — Si Spiritu vivimus, Spiritu et ambulemus. Syr. : *Vivamus ergo Spiritu et Spiritum sectemur.* Concludit hortans nos ad praxim medii quod nos docuit, v. 16, tanquàm efficacissimum ad charitatem continuè in nobis augendam : *Spiritu ambulate. Si* Dei *Spiritu vivimus*, si Spiritus sanctus animæ nostræ vita est; Spiritu ergo ambulemus, secundùm Spiritûs sancti dictamen vivamus, ipsius in omnibus divinos motus sequamur.

Vers. 26. — Non efficiamur inanis gloriæ... Syr. : *Non simus inanis gloriæ cupidi, alter alterum parvi pendentes et alter alteri invidentes.* Tria vitia spiritualia reprehendit hìc Apostolus, sibi invicem connexa, et in quæ sæpè cadunt qui carnalia vitant. Honorem venantur ex iis rebus in quibus non est verus honor, v. g., ex scientiâ, eloquentiâ, divitiis. A cæteris ob hæc volunt distingui, hocque spiritu, vel alios parvipendunt, illorumque defectus patefaciunt, vel illorum bonis invident. Hæc autem in Galatis reprehendit, quia apud ipsos frequentia. *Non simus inanis gloriæ...* Vide paraphrasim.

Castitas et sobrietas, omnibus libidinis et gulæ vitiis opponitur, etc.

Adversùs hujusmodi non est lex. Nulla est lex quæ hos fructus Spiritûs, et eorum observatores arguat, compescat, condemnet : ac proinde, si spiritu ducimini, non estis sub lege, ut dixit, v. 18; eò enim respicit ac redit.

Vers. 24. — *Qui autem sunt Christi*, etc. *Caro* non carnem propriè, hoc est, corpus, sed concupiscentiam in carne residentem significat, ita enim carnem accipit v. 17; q. d. : Qui Christi spiritu aguntur, hi carnem, id est, concupiscentiam et naturam vitiatam cum suis habitualibus vitiis, et cum suis motibus actualibus, scilicet concupiscentiis, crucifixerunt et compresserunt, inquit S. Augustin., timore illo casto, qui permanet in seculum seculi, quo cavemus offendere illum, quem toto corde, animâ, mente diligimus.

Vers. 25. — *Si spiritu vivimus*, si internam habemus vitam et animam gratiæ, spiritûs et justitiæ; *spiritu et ambulemus*, secundùm Spiritûs et gratiæ dictamen ductumque incedamus, conversemur, agamus, operemur.

Vers. 26. — *Non efficiamur inanis gloriæ cupidi*, etc., *provocantes* ad pugnas verborum, et si victi fuerimus, *invidentes*. Aperit fontem contentionum et invidiæ. Nam ex cupiditate gloriæ, quâ quisque cupit inter homines excellere, promanant hæc vitia. *Inanis* autem vocatur ea *gloria*, quia tantùm in hominum opinione posita hæc gloria est quasi bulla tumida, inanis et vacua, quæ nihil habet rei, soliditatis et substantiæ, quâ mentem et appetitum hominis implere et explere valeat. Plena enim et solida gloria, quæ mentem explet, tantùm est apud Deum : plenæ gloriæ, ait Hieron., cupidi sunt qui gloriam Dei desiderant, et laudem virtute condignam, à Deo scilicet commendari et laudari.

Corollarium pietatis, seu in hoc capite ad pietatem maximè notanda, et ad praxim redigenda.

Ex capite quarto didicimus ineffabilem nostræ in Christo regenerationis dignitatem; in eâ adoptionem filiorum Dei recepimus, facti ex filiis hominum, filii Dei, cap. 4, v. 5 : tum quia Christum, consubstantialem Dei Filium, tunc induimus, cap. 3, v. 27, unumque facti sumus in illo, v. 28; tum quia Spiritum sanctum, Filii Dei Spiritum, in cordibus nostris tunc recepimus, cap. 4, v. 6.

Christum igitur induti, Spiritu sancto animati, verè filii Dei facti sumus; filii, inquam, non minores ac pueri, timore pœnæ, ut servi, Deo servientes; sicut olim Judæi; sed filii majores, liberi, sui juris, Patris hæreditatem jam ex parte possidentes per Spiritum sanctum, nobis ut pignus hæreditatis æternæ datum. Et hæc est nostræ in Christo regenerationis nobilitas; hæc Christianorum supra Judæos prærogativa, quam videre est cap. 4, v. 1, 2, 3, 4, 5, 6, 7.

Nunc autem, ut hâc in re nihil nobis desit sciendum, discamus ex hoc capite quinto ad quid tanto dignati sumus honore.

1° Ad quid majores filii Dei facti sumus? ut Deum, Patrem nostrum amantissimum, ex toto corde diligamus, ipsique non pœnarum timore, sed amore filiali serviamus, ejus nimirùm mandata ex charitate adimplentes, sicut filii charissimi. Charitas ergo, spiritus amoris, seu fides, quæ per dilectionem operatur, Christianorum est spiritus, v. 6. Sicut Deus charitas est, ita Christianus, Dei filius, divinæ charitatis particeps, in charitate vivat, et ex charitate operetur.

2° Ad quid Spiritus sanctus, Spiritus Filii Dei, diffusus est in cordibus nostris? primò, ut orantes, eodem quo Christus ipse Spiritu clamemus ad Deum : *Abba, Pater*, cap. 4, v. 6; secundò, ut per totum hujus vitæ curriculum *Spiritu ambulemus*, cap. 5, v. 16, seu Spiritûs dictamina sequentes, facta carnis mortificemus; seu in charitate vivamus, et ex charitate operemur.

Quod ut meliùs intelligas, nota quòd ex v. 17, in nobis adhuc viatoribus duo sunt, spiritus et caro, gratia et concupiscentia. Hæc autem duo feruntur in diversa, et ad opposita nos attrahunt : caro ad suavia

spiritus ad sancta; caro ad carnalia, spiritus ad spiritualia et ad divina. In hâc autem internâ luctâ quid nobis Christianis faciendum? *Spiritu ambulate*, ait Apostolus, v. 16; state à partibus Spiritûs, ejusque dictamina sequamini; quasi diceret : Ad hoc datus est vobis Spiritus sanctus, et ad hoc in vobis habitat cordium vestrorum lumen, ut vos illuminet, calefaciat et moveat; illius ergo illustrationibus attendentes, ardoribus consentientes, motibus obsequentes, ipsius virtute concupiscentias refrænate, charitatem exercete.

Ex hoc igitur capite quinto discamus, tria in mente semper habenda : Unum, ad quod continuè tendere debemus; alterum, quod perpetuò cavere debemus; tertium, quo auxiliante, et hoc vitare, et illud assequi possumus.

Primum, seu id ad quod continuè tendere debemus, tanquàm ad finem Christianismi, et libertatis filiorum, quâ in Christo fruimur, est charitas, amor Dei, amor proximi. Ideò facti sumus filii Dei, et quidem majores, ut Deum, Patrem nostrum, puriùs et sinceriùs amemus tanquàm filii, non sicut servi. Ideò à legalium jugo liberati sumus, ut nobis invicem præ charitate serviamus, v. 13. Nostræ igitur adoptionis divinæ finis, christianæque libertatis scopus, est fervens charitatis exercitium, et continuum illius augmentum.

Secundum, seu id quod perpetuò cavere debemus, velut christianæ libertatis abusum, est concupiscentiarum sectatio. *Tantùm ne libertatem in occasionem detis carnis*, v. 13. Contra Dei voluntatem christianâ abuteremini libertate, sicque peccantes periretis. *Si secundùm carnem vixeritis, moriemini; si autem spiritu facta carnis mortificaveritis, vivetis*, Rom. 8, v. 13. Hinc vita, inde mors : carnalem itaque vitam horrete velut mortem, et mortem æternam.

Tertium, seu id quo mediante et auxiliante, seu medium efficacissimum ad hunc vitandum abusum, et ad illum finem assequendum, est *si Spiritu ambulemus*, si Spiritui sancto in cordibus nostris habitanti obediamus, ejusque dictamina et impulsus attenti sequamur. Et hæc est vitæ christianæ summa, ad quam multoties in hoc capite nos hortatur Apostolus, v. 16, 18, 25, utque sua sit in nobis efficacior exhortatio, versiculo 24, ubi nos omnes ad hanc carnis per spiritum refrænationem apertiùs excitat, illam velut crucifixionem exhibet : *Qui Christi sunt, carnem suam crucifixerunt*, etc.; ubi postquàm internum mortificationis in carnem exercendæ principium nobis ostendit, sanctum scilicet Spiritum, externum ejusdem mortificationis demonstrat exemplar, Jesum Christum pro nobis crucifixum. Quasi diceret : *Spiritu ambulate*, spiritu facta carnis reprimite, carnemque vestram peccatricem crucifigite; Jesus Christus, Filius Dei, Sanctus sanctorum, pro peccatis vestris crucifixus est. Sancto itaque Spiritu animati et corroborati, attendite carnem Christi crucifixam, et pro peccatis vestris in cruce, summo cum dolore morientem; et ad illius exemplum, carnem vestram peccatricem crucifigite; ut non sine dolore moriatur in vobis peccatum, pacificè verò regnet charitas.

Domine Jesu, qui me hæc omnia per sanctum apostolum tuum docuisti, da mihi per temetipsum hæc eadem omnia esse et agere. In te et per te sim verè filius Dei, sancto Spiritu tuo animatus, in charitate vivens, et ex charitate semper agens. Da mihi, ô piissime Redemptor, libertate filiorum sanguinis tui pretio acquisitâ, nunquàm abuti; ad finem hujus christianæ libertatis semper tendere, tandem pervenire; medio ad id mihi dato indesinenter uti, Spiritu ambulare, sancti Spiritûs dictamina perpetuò sequi. Da mihi in internis spiritûs et carnis pugnis à parte spiritûs fideliter stare, in tuo Spiritu et per tuum Spiritum carnem refrænare, charitatem exercere, et per continuum exercitium jugiter adaugere. Da denique per hanc jugem carnis in tuæ dilectionis spiritu crucifixionem, dolorosæ passionis tuæ sic esse participem, ut gloriosæ tandem resurrectionis tuæ consors, te diligam in æternum.

CAPUT VI.

1. Fratres, et si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos qui spirituales estis, hujusmodi instruite in spiritu lenitatis, considerans teipsum, ne et tu tenteris.

2. Alter alterius onera portate, et sic adimplebitis legem Christi.

3. Nam si quis existimat se aliquid esse, cùm nihil sit, ipse se seducit.

4. Opus autem suum probet unusquisque, et sic in semetipso tantùm gloriam habebit, et non in altero.

5. Unusquisque enim onus suum portabit.

6. Communicet autem, is qui catechizatur verbo, ei qui se catechizat, in omnibus bonis.

7. Nolite errare : Deus non irridetur.

8. Quæ enim seminaverit homo, hæc et metet. Quoniam qui seminat in carne suâ, de carne et metet corruptionem; qui autem seminat in spiritu, de spiritu metet vitam æternam.

CHAPITRE VI.

1. Mes frères, si quelqu'un est tombé par surprise en quelque péché, vous autres qui êtes spirituels, ayez soin de le relever dans un esprit de douceur, chacun de vous faisant réflexion sur soi-même, et craignant d'être tenté aussi bien que lui.

2. Portez les fardeaux les uns des autres, et vous accomplirez ainsi la loi de Jésus-Christ.

3. Car si quelqu'un s'estime être quelque chose, il se trompe lui-même, parce qu'il n'est rien.

4. Or que chacun examine bien ses propres actions, et alors il trouvera sa gloire seulement en lui-même, et non pas dans les autres.

5. Car chacun portera son propre fardeau.

6. Que celui que l'on instruit dans les choses de la foi, assiste de ses biens en toute manière celui qui l'instruit.

7. Ne vous trompez pas : on ne se moque point de Dieu.

8. Car l'homme ne recueillera que ce qu'il aura semé; ainsi, celui qui sème dans sa chair recueillera de la chair la corruption, et celui qui sème dans l'esprit recueillera de l'esprit la vie éternelle.

9. Bonum autem facientes, non deficiamus : tempore enim suo metemus, non deficientes.

10. Ergo dùm tempus habemus, operemur bonum ad omnes, maximè autem ad domesticos fidei.

11. Videte qualibus litteris scripsi vobis meâ manu.

12. Quicumque enim volunt placere in carne, hi cogunt vos circumcidi, tantùm ut crucis Christi persecutionem non patiantur.

13. Neque enim qui circumciduntur, legem custodiunt; sed volunt vos circumcidi, ut in carne vestrâ glorientur.

14. Mihi autem absit gloriari, nisi in cruce Domini nostri Jesu Christi : per quem mihi mundus crucifixus est, et ego mundo.

15. In Christo enim Jesu, neque circumcisio aliquid valet, neque præputium, sed nova creatura.

16. Et quicumque hanc regulam secuti fuerint, pax super illos, et misericordia, et super Israel Dei.

17. De cætero nemo mihi molestus sit : ego enim stigmata Domini Jesu in corpore meo porto.

18. Gratia Domini nostri Jesu Christi cum spiritu vestro, fratres. Amen.

9. Ne nous lassons donc point de faire le bien, puisque, si nous ne perdons point courage, nous en recueillerons le fruit en son temps.

10. C'est pourquoi, pendant que nous en avons le temps, faisons du bien à tous, mais principalement aux domestiques de la foi.

11. Voyez quelle grande lettre je vous ai écrite de ma propre main.

12. Tous ceux qui veulent plaire dans la chair sont ceux qui vous obligent à vous faire circoncire; ce qu'ils font seulement afin de n'être point persécutés pour la croix de Jésus-Christ.

13. Car eux-mêmes, qui sont circoncis, ils ne gardent point la loi; mais ils veulent que vous receviez la circoncision, afin qu'ils se glorifient en votre chair.

14. Mais pour moi, à Dieu ne plaise que je me glorifie en autre chose qu'en la croix de Notre-Seigneur Jésus-Christ, par qui le monde est mort et crucifié pour moi, comme je suis mort et crucifié pour le monde.

15. Car en Jésus-Christ la circoncision ne sert de rien, ni l'incirconcision ; mais la nouvelle créature;

16. Et tous ceux qui se conduiront selon cette règle, que la paix et la miséricorde soient sur eux, ainsi que sur l'Israël de Dieu.

17. Au reste, que personne ne me cause de nouvelles peines; car je porte imprimées sur mon corps les marques du Seigneur Jésus.

18. Que la grâce de Notre-Seigneur Jésus-Christ, mes frères, demeure avec votre esprit. Amen.

ANALYSIS.

Omnibus in genere charitatem Apostolus consuluit in quinto capite, v. 13, hìc in specie.

Ac primo versu prælatos, spirituales, in fide constantes hortatur, ut lapsos benignè corrigant, et cum humilitate erigant, memores suæ propriæ infirmitatis.

℣ 2. *Illis compatiantur ; v. 3, nec ob aliorum delicta, ut Pharisæus, ipsi superbiant ; v. 4, sed ob suorum peccatorum onus, coram Deo Judice portandum, trementes humilientur, v. 5.*

℣ 6. *Neophytos hortatur ut erga doctores suos liberalitate gratitudinem habeant.*

℣ 8. *Omnes seminent bona, ut vitam æternam metant ; v. 9, in bono faciendo non segnescamus ; v. 10, sed dùm tempus est seminandi, ob spem messis, promptè et alacriter omnibus, at præcipuè fidelibus benefaciamus.*

℣ 11. *Paulus Epistolam finiturus, paucis argumentum principale, de lege cum Evangelio non miscendà, resumit. Urget ergo Galatas à moribus novorum doctorum, eisque ostendit quales sint illi doctores, et quo animo legalia doceant, scilicet ut Judæis placeant, et ut persecutionem non patiantur.*

℣ 14. *Paulus se, suosque mores, horum pseudo-apostolorum moribus opponit ; illi hominibus placere student, Paulus despici gaudet ; illi persecutionem fugiunt, Paulus in solâ cruce gloriatur.*

℣ 15. *Totius Epistolæ corollarium facit ; v. 16, cujus doctrinam observantibus pacem optat et misericordiam.*

℣ 17. *Paulus non vult sibi deinceps quemquam ob circumcisionem parere molestiam : quia si quæ sunt in corpore cicatrices ferendæ, ipse fert stigmata Domini nostri Jesu Christi, seu plagas pro Christo toleratas.*

℣ 18. *Gratiam Galatis optat.*

PARAPHRASIS.

1. Fratres, si quis à pseudo-apostolis seductus, in aliquod eorum quæ dixi delictorum, maximè verò hæreseos, seu in Judaismum prolapsus fuerit, vos perfecti, et qui Spiritu Dei ducimini, carne vestrâ crucifixâ, hujusmodi hominem sanate, et pristino statui redintegrate, non durè corripiendo, sed cum omni humilitate ac mansuetudine, teipsum circumspectans, tibique cavens ne et tu tenteris, et eidem tentationi succumbas aut simili.

2. Lapsis compatimini, tantâque illos corrigite lenitate, quasi illorum onera et delictum portetis, sintque vobis propria ; et sic adimplebitis legem Christi, quæ tota est de dilectione.

3. Nam qui de se superbè sapit, aliquid se existimans, ipse seipsum seducit, quia reverà nihil est.

4. Facta sua quisque scrutetur et expendat, non per comparationem ad aliorum facta, sed per respectum ad regulam vitæ; et si quidem recta et bona illa inveniat, tunc in conscientiâ suâ gaudebit, et in Domino gloriabitur; non autem gloriabitur in deteriorum comparatione.

5. In judicio quippe Dei quisque peccatorum suorum onus portabit, et meritas delictis pœnas feret, nec aliorum etiam pejorum comparatione sublevabitur.

6. Is qui docetur Evangelium, doctorem suum de omnibus suis temporalibus bonis faciat participem.

7. Ne vosmetipsos decipiatis ; Deo non illuditur : Deus omnia novit, nec potest decipi.

8. Unusquisque metet quod seminaverit, corru-

ptionem scilicet et mortem, si in carne seminaverit, ipsa quippe fœnum et corruptio est; vitam autem æternam, si seminaverit in Spiritu, sancto scilicet, sicut ipse est immortalis, et immortalitatis principium.

9. Ne segnescamus igitur in faciendo bono, nec tædio, nec molestiâ victi, cessemus à benefaciendo proximis; tempore enim suo, et à Deo destinato, metemus, si defatigati non cessaverimus.

10. Ergo dùm hæc agitur vita (tempus scilicet seminandi), benefaciamus omnibus (omnes enim sunt nostri proximi), sed præcipuè fidelibus, qui per fidem sunt de familiâ Christi.

11. Videte quantis et quàm prolixis litteris scripsi vobis, non alterius manu, ut soleo, sed proprià.

12. Qui enim in observatione carnalium legis cæremoniarum Judæis, in speciem externam, placere volunt, hi cogunt vos circumcidi, non legis complendæ studio, sed ne circumcisionem destruendo, à Judæis contribulibus suis persecutiones patiantur, quas ab ipsis pati solent crucis Christi præcones.

13. Nam nec ipsi qui circumcisi sunt, et circumcisionem vobis prædicant, legem observant; sed volunt vos circumcidi, ut apud Judæos glorientur de circumcisione vestrâ, quasi vos ad Judaismum converterint.

14. E contrario absit mihi ut in aliâ re glorier aut gaudeam, quàm in cruce et passione Domini nostri Jesu Christi credendâ, prædicandâ, perferendâ; per quem et propter quem Jesum Christum, mundus mihi quasi crucifixus est, ipsum abominor tanquàm crucifixi cadaver; et ego vicissim sum mundo tanquàm crucifixus; me abominatur et horret mundus, quasi cruciarium.

15. In christianâ enim religione ante Deum non prodest circumcisio, aut incircumcisio, sed animæ per gratiam renovatio.

16. Et quicumque hanc regulam, de novâ scilicet creaturâ, proximè traditam, seu de justificatione in totâ Epistolâ explicatam, secuti fuerint, pax sit et misericordia super illos, sive gentiles sint, sive Judæi Christo credentes; hi enim omnes veri sunt Israelitæ, et populus Dei.

17. De cætero nemo, sive Judaizantium, sive quivis alius ob circumcisionem, et alias carnales cæremonias, mihi sit molestus; si quæ enim sunt in corpore cicatrices portandæ, ego stigmata Domini Jesu in corpore meo porto, plagas scilicet, et cicatrices ex plagis pro Christo susceptis; virgis enim cæsus sum, lapidatus sum, etc., secundæ ad Corinth. 11, 24; circumcisi sunt pseudo-apostoli, sum et ego; at quod pluris æstimo, præterea fero stigmata Domini Jesu.

18. Gratia Domini nostri Jesu Christi sit cum spiritu vestro, fratres. Amen.

COMMENTARIA.

Vers. 1. — Fratres, et si præoccupatus fuerit... Græc., *fratres, si et;* Syr., *fratres mei, si quis vestrùm.* Paulus facit ipse quod docet; hortans enim ad excusandos et leniter erigendos eos qui ex infirmitate ceciderunt, ipsemet quasi illos excusans, eorum culpam extenuat hoc verbo, *si præoccupatus fuerit;* quasi diceret: Si quis vel aliquo quasi impetu abreptus fuerit, vel imbecillitate suâ victus, vel ob ignorantiam à falsis fratribus seductus fuerit.

Homo, id est, aliquis, est hebraismus. In aliquo, ex commemoratis, cap. 5, v. 19, sed præcipuè in hæresi judaizantium, de quâ hìc agitur.

Vos qui spirituales estis, id est, qui spiritu ambulatis, spiritu vivitis, cap. 5, 16 et 25, seu vos qui perfecti estis, et qui carne vestrâ crucifixâ, secundùm spiritum vitam ducitis.

Hujusmodi instruite; Syr., *instaurate.* Non dixit, punite, aut condemnate; sed *instaurate*, id est, corrigite, ait S. Chrysost.

In spiritu lenitatis, non tantùm in mansuetudine, sed in spiritu mansuetudinis, ait S. Chrysostomus, id est, cum affectu interno, qui sit à Spiritu sancto, suam quasi lenitatem inspirante per os corrigentis.

Considerans te ipsum. Transit à plurali numero ad singularem. Syr.: *Et cavete ne et vos tentemini*, considerantes vosmetipsos et circumspicientes, sicut qui sibi cavet circumspicit.

Vers. 2. — Alter alterius onera... Per onus potest equidem intelligi quælibet infirmitas; sed ex versu præcedenti et ex quinto sequente patet quòd Apostolus per *onus* intelligat hìc omne peccatum, et speciatim apostasiæ, seu Judaismi de quo agit. Portamus autem peccata proximi, eumque ab hoc onere quasi levamus, per compassionem et instructionem in spiritu lenitatis. Itaque sensus est: Lapsis compatimini, ut in paraphrasi.

Et sic adimplebitis; Græc.: *Et sic adimplete.* Notat D. Chrysostomus quòd Paulus non dixit: Πλήρω-

Vers. 1. — *Fratres, et si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos, qui spirituales estis, hujusmodi instruite in spiritu lenitatis.* Sensus est: Nemo per inanem gloriam sese super alium efferat aut contendat; sed etsi quispiam tentatione præventus, ut est humana fragilitas, prolapsus fuerit in peccatum, *vos qui spirituales estis*, id est, qui geritis vos pro spiritualibus et perfectis, non duriùs ac severiùs agite adversùs hujusmodi, sed cum mansuetudine cum admonentes et corripientes, restituite atque erigite à lapsu. Nota: Spiritum vocat affectum internum lenitatis, qui est donum Spiritûs sancti, ait Chrysost.

Considerans te ipsum, ne et tu tenteris. Teipsum considera quicumque spiritualis es, ne et tu in tentationem incidas, tentatione vincaris, in aliquo delicto præoccuperis. Nihil ita frangit hominis severitatem in corrigendo, quàm timor proprii casûs. Ita Thomas.

Vers. 2. — *Alter alterius onera portate. Onera* vocat peccata, quæ reatu suo nos deprimunt, pœnis obnoxios reddunt. Portamus onus, id est, peccata proximi, eumque hoc onere levamus, per compassionem et lenitatem, lenemque instructionem et correptionem, per orationem, si oremus pro eo ut eum Deus onere levet, etc.

Et sic adimplebitis legem Christi. Lex Christi, lex fraternæ dilectionis est, quæ dictat mutua onera ferenda esse. De quâ et Joannes Apostolus dicens: *Fi-*

σατε, *implete;* sed ἀναπληρώσατε, *simul omnes implete;* scilicet vos invicem ferendo.

Vers. 3. — Nam si quis existimat... Hoc contra superbos et durè arguentes dicitur.

Vers. 4. — Opus autem suum... Hoc autem contra eos qui in aliorum comparatione, quos se deteriores putant, gloriantur, et, sicut Pharisæus, dicunt intra se: *Non sum sicut cæteri hominum.* Hos ut corrigat, revocat ad propriorum delictorum considerationem; *opus suum* probet, sua consideret facta in se, et per respectum ad vitæ regulam, et ad Dei judicium. *Unusquisque enim onus suum in Dei* judicio *portabit.*

Et sic in semetipso tantum gloriam... Hoc non dicit ut quis in semetipso glorietur; imò ab hoc cohibet, metu judicii divini; quis enim ante Deum justus? et quis ante Sanctum sanctorum audeat gloriari de sanctitate? Sed hoc dicit ut desinant adversùs alios gloriari, certus quòd statim nec in semetipsis gloriabuntur, si meminerint propriorum delictorum, quibus velut sarcinâ onerati, coram Deo judicandi comparebunt.

Vers. 5. — Unusquisque enim...; Græc. : *Proprium onus portabit;* Syr. : *Suam ipsius sarcinam bajulabit.*

Observatio moralis.

Egregia in his quinque versibus habemus charitatis, humilitatis et circumspectionis documenta circa aliorum lapsus.

Primò, debemus ex charitate lapsos excusare, sicut et ipse Paulus excusat : *Si quis præoccupatus.....* Fortè ignorat, fortè abreptus est vi tentationis, fortè subreptus, fortè seductus à dæmone, à carne, etc.

Secundò, debemus lapsum erigere, instaurare, sanare, instruere in spiritu lenitatis, cum affectu interno, qui sit quasi à Spiritu sancto, suam lenitatem per os nostrum inspirante. Itaque corrigentis verba, gestus, etc., mansuetudinem spirent. Correptio, quasi pillula est amara, saccharo et dulcedine vocis dulcoranda; de hoc plura vide apud Cornelium à Lapide.

Tertiò, debemus tunc infirmitatis nostræ memores esse, et nosmetipsos circumquàque conspicere : circa præteritum, num ego ipse tale quid feci aliquando? circa præsens, num et nunc in tali aut simili sum vitio? circa futurum, quid de me fieret in iisdem circumstantiis? Time ob fragilitatem tuam, *ne et tu tenteris;* ille hodiè, ego cras, aiebat antiquus Pater. Obnoxii sumus iisdem tentationibus, et simili lapsu sæpè Deus punit duros et inclementes. Vide exempla apud Cornelium à Lapide. Misericorditer ergo correctio facienda, et cum humilitate omnis durities, acor aut superbia sunt vitanda.

Quartò, onus infirmi bajulare debemus, sicut Christus languores nostros tulit et dolores nostros ipse portavit, id est, sicut peccata nostra et peccatorum nostrorum pœnas in se suscepit luendas, et reverà luit et expiavit, sic peccatorum onera portemus per compassionem, per instructionem, per orationem, per pœnitentias pro ipsis factas; et hæc ad imitationem Christi, qui pro nobis oravit, pœnitentiam egit, passus et mortuus est. Sicut qui jumentum sub onere lapsum vult erigere, illius onus à jumento devolvit, et inter brachia sua suscipit, ut ab onere levatum jumentum resurgere possit; ita peccatoris onus ab eo devolvendum, et à superiore corripiente suscipiendum.

Quintò, maximè cavendum ne sicut Pharisæus, ob aliorum externa opera mala, superbiamus. Etenim meliora sunt peccata cum humilitate, quàm innocentia cum superbiâ, ait Optatus Milevitanus, citatus à Cornelio à Lapide in cap. 18 Lucæ, v. 14. Hoc ut vitemus, circumspiciamus nos, non per respectum ad aliorum opera mala, sed per respectum ad regulam morum, secundùm quam à Domino judicabimur. In tremendo enim Dei judicio, *unusquisque onus suum portabit;* non de aliorum factis judicabor, nec cum illis comparabor; sed ego mihi ipsi : *Arguam te, et statuam te ante faciem tuam;* opera tua ante oculos mentis tuæ, ante legem rationis tuæ, ante lucem conscientiæ tuæ.

Ergo opera nostra probanda et comparanda nobis ipsis et legi divinæ, non aliis hominibus aut aliorum operibus.

Vers. 6. — Communicet autem is qui...; Syr. : *Communicet autem is qui audit sermonem, ei qui sibi suggerit, in omnibus bonis.* Spirituales spiritualem docuit charitatem in inferiores infirmos; nunc inferiores neophytos corporalem docet charitatem exercere in spirituales, necessaria vitæ subsidia largiendo. *Communicet*, id est, tribuat liberaliter, is qui catechizatur verbo, id est, qui docetur verbum Dei, seu qui instruitur doctrinâ fidei. Græc., *institutus verbum.* Ei qui se catechizat, doctori suo; Græc., *instituenti.*

In omnibus bonis, temporalibus, quibus indiget doctor, et quæ potest suppeditare discipulus. ἠχεῖν, *voce sonare*, unde *echo*; κατηχεῖν, *voce instruere*; hinc *cate-*

lioli, diligite alterutrum, quia præceptum Domini est, et si solum fiat, sufficit.

Vers. 3. — *Nam si quis existimat se aliquid esse*, etc. Græcè, *seipsum decipit.* Hoc quidem dicitur contra superbiam eorum qui sibi placentes et existimantes se aliquid esse, duriùs tractabant infirmos. Hic nihil est, quia suo fastu, arrogantiâ, duritie, contemptu ostendit se nullius esse virtutis. *Se seducit*, id est, mentem suam decipit. Quæ deceptio maxima est et perversissima; cùm scilicet quis sibi cæcè blandiens, sibi ipsi imponit, persuadens sibi se esse, quod reverà non est.

Vers. 4. — *Opus autem suum probet unusquisque;* q. d. : Sicut pro sui operibus quisque retributionem à Domino judice expectare debet, non pro alienis; ita sua consideret opera, non aliena. Examinet opus suum, quâ intentione fecerit.

Et sic in semetipso tantùm gloriam habebit, et non in altero. Non gloriabitur, respiciens alterum graviter lapsum, quod eo sit melior, uti Pharisæus gloriabatur contra publicanum, cum contemnendo, et de præ eo laudando : sed modeste in se utique cum conscientiâ in operibus Dei gratiâ factis gloriabitur. Ita Chrysost., Theoph., Anselm.

Vers. 5. — *Unusquisque enim onus suum portabit.* Vocatur autem onus, propter peccata, quibus nemo caret, quorum omnium est reddenda ratio. Quisque operum et peccatorum suorum onus, id est, meritas operum pœnas et præmia, feret et portabit.

Vers. 6. — *Communicet autem, is qui catechizatur*

chista, qui docet mysteria; *catechumenus*, qui audit illa; *catechismus*, ipsa doctrina et instructio. Apostoli erant catechistæ; hos secuti sunt SS. Patres : munus ergo catechizandi apostolicum.

Observatio litteralis et moralis.

Egregiè notat D. Chrysostomus quòd Deus, qui Judæos ingratos aluit mannâ, apostolos in mendicorum dejecit necessitatem. Quare? ut hinc magna pararet bona, inquit, modestiam scilicet et charitatem; modestiam in doctoribus, qui suis discipulis opus habent; charitatem in discipulis doctores suos alentibus. Hoc eodem spiritu sanctus pater noster Franciscus, verè apostolicus et seraphicus, voluit nos pauperes, ut humiliores essemus et proximo utiliores, etiam ex necessitate. Idem S. Chrysostomus notat quòd doctor quærens quod naturæ satis est, illudque recipiens, nihilominùs manet in suâ dignitate, quia laudi dandum est doctorem sic assiduum ministerio sermonis, ut cæteris egeat, altissimâque inopiâ laboret. Laudabilis itaque paupertas evangelica, terrena contemnens, ut cœlestia acquirat, et cum aliis communicet; majora dans et præstabiliora quàm quæ accipit. *Si nos vobis spiritualia seminavimus, magnum est si nos carnalia vestra metamus?* ait Apostolus, 1 Cor. 9.

VERS. 7. — NOLITE ERRARE... Hoc dicit contra eos qui falsas prætendebant excusationes, ne doctores suos alerent. Ne vosmetipsos decipiatis; Deus novit vestras facultates; à nemine fallitur, omnia novit. Itaque sincerè, simpliciter et coram Deo, judice vestro, agite.

VERS. 8. — QUÆ ENIM SEMINAVERIT...; Græc., *seminans in carnem suam...; at seminans in Spiritum*, etc.; Syr.: *Quidquid enim seminat homo, idipsum metit; qui seminat per carnem, de carne metit corruptionem; qui per Spiritum seminat, de Spiritu vitam perennem metet.* In superioribus versiculis hortatus est eos qui catechizantur, ad liberaliter tribuenda catechistis suis vitæ necessaria. Nunc omnes fideles hortatur ad bona opera et præsertim ad beneficentiam in proximos; utitur autem comparatione sementis et messis : Hæc vita est quasi agricultura, seminandique tempus; vita futura, metendi tempus erit. Sicut autem sementis et messis ejusdem sunt generis, et non potest ex hordeo triticum meti, ita de operibus : unusquisque, secundùm operum suorum qualitatem et quantitatem, præmium aut supplicium recipiet in æternitate.

QUI SEMINAT IN CARNE, id est, qui carnalia operatur, seu qui deliciis et voluptatibus vacat, easque velut semen, IN CARNE SUA, tanquàm in terrâ deponit; hic DE CARNE METET CORRUPTIONEM, probrum, supplicium et mortem æternam.

QUI AUTEM SEMINAT IN SPIRITU, id est, qui spiritualia operatur, seu qui per gratiam sancti Spiritûs vacat piis et sanctis operibus, quæ quasi semen jacit in agrum Spiritûs sancti, seu in sinum Dei,

DE SPIRITU METET VITAM ÆTERNAM, hic ex Spiritu sancto, tanquàm optimâ terrâ, metet ÆTERNAM corporis et animæ VITAM et beatitudinem. Ex carne igitur, tanquàm ex terrâ malâ, oritur messis pessima, corruptio scilicet, et mors æterna. Ex Spiritu sancto, scilicet, cujus opera priùs enumeravit, cap. 5, v. 22, tanquàm optimâ terrâ, beata animæ et corporis immortalitas.

S. Paulus non dixit : Qui seminat in spiritu suo, sicut dixit : *Qui seminat in carne suâ*, ut indicet quòd loquitur de operibus spiritualibus in sancto Spiritu factis.

VERS. 9. — BONUM AUTEM FACIENTES NON DEFICIAMUS... Græc. : *At pulchrum facientes non segnescamus; tempore enim proprio metemus, non elanguentes.* Syr. : *Cùmque benefaciamus, ne sit nobis tædio, erit enim tempus quo metemus, neque erit nobis tædio.* Secundùm nostram Vulgatam significatur in bono perseverandum esse, et perseverantiam esse conditionem necessariam ad habendam æternæ vitæ mercedem. Vide paraphrasim. Secundùm Græcum et Syrum significatur bonum promptè et alacriter agendum, ob spem messis sine labore. Metemus sine tædio et labore, non elanguentes, id est, non resoluti, ait Theodor., sine labore, imò cum gaudio. Unde, addit, in sensibilibus sementis habet laborem et messis itidem; metentes enim sæpè resolvit æstus; sed messis illa non est ejusmodi, est enim à labore et sudore libera. Idem dixit D. Chrysostomus. Juxta hunc sensum, sicut agricola suum frumentum projicit in terram, illudque abscondit, et patienter expectat tempus messis, semper laborans, et nunquàm nec tædio nec molestiâ de-

verbo, etc. Qui instituitur in doctrinâ fidei, vicissim communicet, id est, tribuat doctori suo bona temporalia quæcumque viderit ei necessaria : quia justum est ut qui spiritualia ministrat, temporalia recipiat.

VERS. 7. — *Nolite errare : Deus non irridetur*; id est, nolite vosmetipsos fallere vanis excusationibus, quæ valere possunt apud homines, sed non apud Deum; quia Deus non irridetur.

VERS. 8. — *Quæ enim seminaverit homo, hæc et metet*; id est, omnium operum suorum quæ fecerit, justam retributionem accipiet.

Quoniam qui seminat in carne suâ, de carne et metet corruptionem; q. d. : Qui semen operum suorum projicit in terram carnis suæ, id est, ea facit in obsequium carnalis suæ concupiscentiæ (unde et opera carnis vocantur), is ex eâdem carne suâ metet corruptionem, id est, referet interitum, miseriam et mortem sempiternam.

Qui autem seminat in Spiritu, de Spiritu metet vitam æternam. Prudenter observat Hieronymus Apostolum non dixisse in spiritu suo, sicut dixerat *in carne suâ*, sed tantùm *in Spiritu*; quia qui bona seminat, inquit, non in suo quippiam, sed in Dei Spiritu seminat. Vult enim intelligi Spiritum sanctum, sicut et in superioribus; q. d. : Qui verò semen operum suorum seminat in agrum Spiritûs, id est, in Spiritu sancto ea facit, ejusdem virtute perducenda ad fructum (undè et fructus Spiritûs ab Apostolo nominantur), is ex eodem Spiritu, valorem velut infinitum operibus tribuente, recipiet pro eis vitam æternam. Quam è diverso incorruptionem, hoc est, immortalitatem, vocat Apostolus, Rom. 2.

VERS. 9. — *Bonum autem facientes, non deficiamus.* Græcè, non fatigemur, non lassemur, non segnescamus. Sensus est : Ne tædio aut molestiâ victi, unquàm cessemus à benefaciendo proximis.

Tempore enim suo metemus non deficientes; q. d. : Non fatigemur hic benè operando et seminando, ut pro mercede perfectam quietem, in quâ nulla erit fatigatio, in messe cœlesti et æternâ assequamur.

ficiens, ita et nos Christiani toto tempore vitæ seminemus, bona facientes, et ne segnescamus; nobis est continuè aspicienda nova illa et admirabilis æternæ vitæ messis, quæ fiet sine labore, sed cum gaudio maximo.

Vers. 10. — Ergo dum tempus habemus..... Sicut non est semper tempus seminandi, sic nec erit semper tempus benefaciendi. Testes sunt virgines de quibus Matth. 25; testis dives ille de quo Luc. 16 : *Ergo dùm tempus habemus*...

Maximè autem ad domesticos fidei. Ecclesia est domus Dei; per fidem quilibet Christianus est domesticus Dei; hinc fidelis, utpote domesticus Dei, cæteris præferendus; inter fideles autem, maximè qui fidem docent.

Vers. 11. — Videte qualibus. Græc., *quantis*, seu quàm prolixis. Syr. : *Videte quas scripturas scripsi vobis*, etc. Finiturus Epistolam, primò, affirmat illam propriâ manu scriptam; secundò, hâc singularitate singularem suum in eos affectum declarat; tertiò, resumit paucis principale argumentum de lege cum Evangelio non miscendà. *Videte qualibus* litteris... Græc., πηλίκοις, *quantis*, quàm multis, quàm longis, magnitudinem enim significat potiùs quàm qualitatem, ait Erasmus, qui et D. Hieronymum citat. Debet autem intelligi longa, non per comparationem ad alias Epistolas, v. g., ad Rom., ad Cor., sed longa per comparationem ad manum Pauli scribentis, ut indicant sequentia verba.

Mea manu. In cæteris Epistolis, subscribebat Paulus, alius scribebat. Hic verò totam ipse scripsit : non tantùm ab his verbis : *Videte qualibus*..., ut putat D. Hieronymus, sed totam à capite usque ad calcem, ut indicat textus, et affirmat D. Chrysostomus, Theodoretus, Theophylactus. *Videte ergo*..., hineque colligite meum erga vos et salutem vestram singularem affectum. D. Chrysostomus tamen illud, *qualibus litteris*, refert ad deformitatem litterarum; quasi diceret Apostolus : Ego hanc Epistolam scripsi meâ manu, licèt non pulchrè scribam, seu Græcos characteres nesciam rectè pingere. Id autem fecit, ad tollendam omnem suspicionem, ne alterius esset et non Pauli, ait idem Chrysostomus. Sanctus Anselmus è contra interpretatur de benè formatis. Videte quàm benè formatis litteris, etc., sed quidquid sit, hoc singularem Pauli in Galatas affectum testatur.

Vers. 12. — Quicumque enim volunt... Græc., *quicumque volunt bonâ facie esse in carne*, etc. Syr. : *Quotquot volunt gloriari in carne*, etc., uterque omittit, *enim*, et commodius videtur. Ultimâ ratione, desumptâ à moribus novorum doctorum, urget Galatas eisque ostendit quales sint illi falsi doctores et quo animo legalia doceant, scilicet, ut placeant Judæis, et ne persecutionem patiantur. Vide cap. 1, v. 10; et cap. 5, v. 3. Judæi parùm curabant Christum prædicari, dummodò circumcisio et lex Mosaica non abolerentur. Hinc isti pseudo-apostoli Christum prædicabant apud Christianos, quæstûs et lucri gratiâ, et ut Judæis placerent, et ab eis nihil paterentur, legem et circumcisionem simul cum Evangelio prædicabant.

Vers. 13. — Neque enim qui circumciduntur... Vide paraphrasim.

Vers. 14. — Mihi autem absit... Se suosque mores illorum opponit moribus. At ego è contra tantùm abest ut aliquid faciam, vel quidquam in Christi doctrinâ immutem, seu ad fugiendam persecutionem et crucem, seu ad aucupandam hominum benevolentiam et gloriam; quin imò tota mea gloria est in cruce Christi ferendâ; totum gaudium meum est ab hominibus mundo servientibus despici, sicut et ego mundum despicio. Fugio, despicio, horreo mundum sicut cruciarium, et me vicissim mundus despicit et horret quasi crucifixum.

Sensus itaque est : *Absit mihi*, ut in ullâ aliâ re glorier, etc. Vide paraphrasim. In solâ cruce gloriari, quanta generositas! Crucem, cùm sese offert, accepta-

Vers. 10. — *Ergo dùm tempus habemus*, seminandi, benefaciendi, merendi in hâc vitâ, *operemur bonum ad omnes*, hoc est, omnibus.

Maximè autem ad domesticos fidei, id est, Christianos, qui *domestici fidei* dicuntur quia in unam domum Ecclesiæ per fidem congregati sunt. Quos eosdem, Ephes. 2, vocat *domesticos Dei*; quia Ecclesia domus Dei est.

Vers. 11. — *Videte qualibus litteris scripsi vobis meâ manu*, id est, quantis, quàm longis litteris vobis scripsi meâ manu, q. d.: Ego Paulus, qui aliàs alienâ manu solebo scribere, et tantùm meâ manu subscribere, hanc epistolam ad vos totam (ut fatetur S. Chrysost., Ambros., Theoph.), licèt benè magnam, scripsi meâ manu, ut ostendam quàm mihi curæ sit vestra salus, pura fides et religio, ut à Judaismo ad Christianismum vos reducam.

Vers. 12. — *Quicumque volunt placere in carne, hi cogunt vos circumcidi*. Sensus est : Qui gratiam hominum quærunt carne sibi conjunctorum, et ab iis laudari cupiunt, aut offendere eos nolunt, ii sunt qui vos pertrahere nituntur ad circumcisionem. Loquitur de Judæis, placere volentibus genti suæ, quam hic vocat carnem, et idcircò laborantibus ut quàm plurimos ad legem Judaicam adducerent.

Tantùm ut crucis Christi persecutionem non patiantur. Sensus est : Saltem id faciunt ut ne propter crucem Christi persecutionem à fratribus suis Judæis patiantur.

Vers. 13. — *Neque enim qui circumciduntur, legem custodiunt*; itaque circumcisionem extorquere à vobis volunt, non zelo legis commoti; non faciunt hoc zelo legis et Judaismi : neque enim ipsi, licèt circumcisi, legem custodiunt.

Sed volunt vos circumcidi, ut in carne vestrâ glorientur, ut scilicet apud Judæos glorientur de vestrâ carnis circumcisione, quòd scilicet vos ad circumcisionem et Judaismum converterint. Ita Theoph.

Vers. 14. — *Mihi autem absit gloriari, nisi in cruce Domini nostri Jesu Christi*. Sensus est : Illi gloriam quærunt apud homines, ex carne vestrâ circumcisâ : at verò procul sit à me, ut in aliquâ re glorier, nisi in cruce, id est, in passione et morte Domini nostri Jesu Christi, quam in crucis patibulo sustinuit, et per quam omne bonum salutare nobis promeruit ac procuravit. Quidquid enim ad pietatem et salutem pertinet vitæ æternæ, totum id nobis promanat de fontibus Salvatoris, id est, ex merito passionis Christi. Hinc est quòd Leo pontifex crucem Christi vocat omnium fontem benedictionum, omniumque causam gratiarum. In cruce ergo patet magnitudo peccati nostri, et immensus Dei in nos amor. Hinc in eâ solâ glorior,

re, animi sanè christiani est; crucem, cùm abest, desiderare, perfectioris animi est et cordis apostolici; at in illâ inventâ gloriari, et in eâ solâ gloriari, Paulini animi est. Miremur, confundamur, pro modulo nostro imitemur. Etenim omnis Christianus debet sicut et Paulus mundo mortuus esse et hanc vocem semper habere in ore : *Mihi absit gloriari*...

Vers. 15. — In Christo enim Jesu... his verbis continetur totius Epistolæ corollarium, et quasi epitome in religione christianâ, etc. Vide paraphrasim.

Nova creatura, est anima exteriùs per baptismum regenerata; interiùs per gratiam renovata, in novitate vitæ, secundùm Spiritum ambulans, seu mandata Dei ex charitate servans.

Vers. 16. — Et quicumque hanc... Græc. : *Et quicumque regulâ hâc ordinatè ambulaverit*. Syr. : *Et ii qui hanc semitam sectantur*, etc. Vide paraphrasim.

Israel Dei, spiritualis scilicet, est qui credit Christo, Filio Dei, Abrahæ promisso, et qui fide justitiam et salutem in ipso quærit.

Vers. 17. — De cætero nemo mihi... Græc. : *Cæterùm molestias mihi nemo exhibeat*, etc. Syr. : *Proinde nemo mihi laborem injiciat*, etc. Hæc verba, alii aliter explicant, ut videri potest apud interpretes; sed sensus in paraphrasi explicatus mihi videtur verus, quia simplex et naturalis, et correspondet versui 14 : *Mihi autem absit*... Præterea judaizantes confundit, qui nihil tale passi sunt; imò qui, ut nihil tale pro Christo

Per quem mihi mundus crucifixus est, et ego mundo. Crucifixus, id est, mortuus seu mortificatus. *Mundi* nomine mundanos et carnales homines significat. Unde *mundo crucifixus*, id est, mortuus sum, hoc est, non teneor, non delector, non tangor mundanis Judæorum, uti isti judaizantes tanguntur, nec mundus mihi afficitur, nec ego mundo; sed invicem alieni et aversi sumus, atque adeò adversi et contrarii. Mundus me odit et persequitur; ego illi placere nolo.

Vers. 15. — *In Christo enim Jesu*, in Christi fide, religione, Ecclesiâ, id est, in Christianismo, in christianâ vitâ, ad christianè scilicet benè beatèque vivendum, *neque circumcisio aliquid valet, neque præputium* : in negotio salutis obtinendæ per Christum, neque circumcisio aliquid prodest, neque præputium, *sed nova creatura*, id est, anima baptismo et gratiâ Christi regenerata, et renata, imò recreata, et quasi nova creatura spiritualis effecta, novam gratiæ vitam sortita, ut deinceps in novitate vitæ ambulet. Unde Apoc. 9 Christus dicitur *Principium creaturæ Dei*, et Isaiæ 9 *Pater futuri seculi*. Quia à Christo cœpit nova gens, novus mundus, et, ut canit Sibylla :

... Toto surget gens aurea mundo.

Gentem auream vocat gentem Christianorum, aureis virtutibus, gratiis et donis à Christo acceptis splendentem ac fulgentem instar auri. Igitur nova creatura, quemadmodùm optimè Cajetanus explicat, est vita spiritualis, à Deo creata per gratiam Jesu Christi, etc.

Vers. 16. — *Et quicumque hanc regulam secuti fuerint*, id est, quicumque ad hanc incedent regulam, quam scilicet tradidi de justificatione, libertate, doctrinâ, vitâque christianâ, ut extra hanc regulam et orbitam non exerrent, et deflectant ad legem et normam Judaismi.

Pax super illos et misericordia; pacem illis imprecor et misericordiam à Deo; q. d. : Qui sequuntur hanc regulam Christianismi à me perscriptam, ii pacem habent, id est, tranquillitatem conscientiæ, item misericordiam, scilicet Dei, ut Deus in eos misericors sit et beneficus, suamque gratiam et consolationem misericorditer in eos effundat.

Et super Israel Dei. Hoc addit ne videatur excludere Judæos. Verùmtamen ne de omnibus secundùm carnem Judæis intelligatur, dicit : *Israel Dei*, id est, quà parte Dei populus est; non quà parte Deo contrarius, ut erant Judæi infideles et pseudo-apostoli.

Israel dicitur quasi Israel qui dominatur vel prævalet Deo. Cùm enim Jacob timens Esaü fratrem suum, angelum se confortantem vidisset, nolens eum dimittere donec sibi benediceret, sinens se vinci angelus et Jacobo benedicens, etc. Dicit ergo Apostolus : Qui hanc Christi regulam sequuntur, ii sunt Israel Dei, id est, populus Dei, dominans vitiis, mundo, Judæis et Judaismo (quos repræsentabat Esaü carnalis frater Jacob), quin etiam ipsimet Deo, ut ab eo impetrent quidquid volunt ac petunt ab eo. Ita D. Thom., Haymo, et alii.

Vers. 17. — *De cætero nemo mihi molestus sit*. Sensus est : Posthàc nemo vestrùm turbulentis contentionibus mihi laborem, molestiam, tædium afferat, de re nunc quantùm satis est expositâ et inculcatâ. Loquitur cum auctoritate, tanquàm Galatarum apostolus et gentium magister.

Ego enim stigmata Domini Jesu in corpore meo porto. Stigmata dicuntur cicatrices, v. g., militum vulneratorum. Paulus ergo stigmata Christi hìc vocat plagas et cicatrices ex verberibus, vulneribus et afflictionibus propter Christum susceptis, corpori suo impressas, de quibus 2 ad Cor. 11, quæ stigmata coram Deo non dedecora sunt, sed summæ laudes. Ego Paulus hæc stigmata, has plagas, quasi trophæa militiæ Christi non tantùm habeo, sed *porto*, inquit, et ostento. Ita D. Hieron., Chrysost., Anselm., D. Thomas.

Vers. 18. — *Gratia Domini nostri Jesu Christi*, etc. *Cum spiritu vestro*, id est, vobiscum. Claudit Epistolam cum imprecatione gratiæ Dei per Christum. Ad Galatas scripta est Româ.

Corollarium pietatis, seu in hoc capite ultimo ad pietatem maximè notanda, et ad praxim redigenda.

1° Spirituales, perfecti, superiores attendant speciatim ad v. 1, 2, 3, 4, 5, in quibus egregia reperient documenta, à se, circa aliorum lapsus, observanda. Delinquentes igitur correcturi, tantam induant charitatem, mansuetudinem, humilitatem, ut has virtutes non modò redoleant, sed etiam inspirent. *In spiritu mansuetudinis, lenitatis instruite*, v. 1. Caveant in primis à superbiâ Pharisæi, ob aliorum externos defectus tumentis, aliisque sese præferentis; propterea semetipsos circumquàque considerent; circa præteritum, quid fui, quid feci? circa præsens, quid sum, quid facio? circa futurum, quid facerem si, etc. At præsertim recordentur tremendi judicii Dei; coram quo sistant in animo. Vide versus citatos.

2° Inferiores attendant ad v. 6 et 7, et ex eis discant in suos catechistas, doctores, concionatores, præpositos, beneficentiam. De suis temporalibus bonis dent iis à quibus spiritualia et æterna recipiunt.

3° Attendamus singuli ad v. 8, 9, 10, in quibus omnes Christianos hortatur Apostolus ad sancta et bona opera, maximè ad beneficentiam in proximum. Nunquàm obliviscamur egregiam similitudinem, sub quâ rem nobis sensibiliter exhibet. Hæc vita, agricultura est : nunc est seminandi tempus : sementis autem nostra sunt opera. Mors, æternitas, erit metendi tempus; messis autem erit sementi proportionata : si ergo nunc in carne seminamus, corruptionem tunc metemus : si autem in Spiritu seminamus, incorruptionem tunc, et vitam æternam metemus. *Ergo dùm tempus habemus, operemur bonum.*

4° A D. Paulo, v. 14, discamus mundum contemnere et mundo continuè mori. Discamus ab eodem Apostolo in solâ cruce gloriari; et Jesu Christi crucifixi stigmata in corporibus nostris gloriantes portare, seu passionis illius doloribus communicare gaudentes.

IN EPISTOLAM AD EPHESIOS

Præfationes.

Hanc Epistolam Romæ, in vinculis, scripsit Apostolus ad Ephesios; ab aliquibus olim dicta est ad Laodicenses, fortè quia circularis erat, et ad omnes Asiæ urbes missa; specialiter tamen vocata ad Ephesios, quia Ephesus Asiæ metropolis. Quidquid sit,

Apostoli scopus est, Ephesios, quos ad fidem Christi, per triennium die ac nocte laborans jampridem converterat, in fide confirmare et sublimiora religionis christianæ mysteria perfectiùs edocere.

In primis tribus capitibus agit de æternâ prædestinatione, de hominum per Christi mortem redemptione, de vocatione gentium; de utriusque populi, gentilis et Judaici, imò de angelorum et hominum adunatione, sub eodem capite Christo, super omnes creaturas elevato; ibique creditur judaizantes percutere, qui salutem suam in cæremoniis legalibus col-

Ephesios Asiæ Minoris metropolim, fuisse civitatem idololatriæ et magicis artibus deditam, testatur Hieronymus in procemio commentariorum hujus Epistolæ. Quæ res etiam ex iis quæ Lucas narrat, Act. 19, de magnâ Dianâ Ephesiorum, deque templo ejus apud Ephesium toto orbe celeberrimo, nec non de multis eorum qui fuerant curiosa sectati ibidem Pauli prædicatione conversis, manifestè intelligitur. In eâ civitate Paulus supra biennium commoratus, Christum prædicavit, ita ut omnes qui habitabant in Asiâ, audirent verbum Domini, Judæi atque gentiles, ut ait Lucas, donec commotâ adversùs ipsum seditione à Demetrio argentario, inde discessit in Macedoniam. Universum autem tempus quo mansit Ephesi, triennium fuisse scribit Hieronymus; idque Paulus ipse significat, Act. 20, in eâ oratione quam ad presbyteros sive episcopos Ephesinæ Ecclesiæ Miletum ad se vocatos, habuit. *Vigilate*, inquit, *memoriâ retinentes quoniam per triennium nocte et die non cessavi cum lacrymis monens unumquemque vestrùm.* Abiens autem in Macedoniam Apostolus, Timotheum Ephesi reliquerat (sicut ad eum scribit, 1 Timot. 1) *ut denuntiaret quibusdam ne aliter docerent, neque intenderent fabulis et genealogiis interminatis :* quod sine dubio contra falsos è Judæis Christianos dictum est; qui non solùm legem volebant cum Evangelio à credentibus suscipi, quod omnibus judaizantibus erat commune, sed et de suo multa fabulosa, inutilia et à puritate Evangelii aliena tradebant; atque hujusmodi perversis doctrinis ad se fideles qui in Asiâ erant pertrahere nitebantur, et à Paulo, quem sibi sentiebant adversarium, et cujus gloriæ invidebant, abducere. De talibus scribit in 2 Tim. 1 (simul enim illa cum hâc ad Ephesios missa est, aut certè non multò post) : *Scis hoc, quòd adversi sunt à me omnes qui in Asiâ sunt, ex quibus est Phigellus et Hermogenes.* Hoc itaque tempus jam venerat, de quo ipse in oratione, cujus supra memini, præmonuerat Ephesios, dicens : *Ego scio quoniam intrabunt post discessionem meam lupi rapaces in vos, non parcentes gregi, et ex vobisipsis exsurgent viri loquentes perversa, ut abducant discipulos post se.* Porrò qui ex gentibus erant fideles Asiani, doctrinam à Paulo acceptam firmiter retinebant. Ad eos igitur hanc scribit Epistolam, ita collaudans eorum fidem et dilectionem, ut tamen pleniùs eos instituat de præcipuis fidei mysteriis olim absconditis, velut de redemptione et justificatione nostrâ per mortem Christi, de vocatione gentium, de prædestinatione gratuitâ, de glorificatione Christi et corporis ejus quod est Ecclesia : et hæc quidem ferè usque ad quartum caput, à quo deinceps ad moralem doctrinam accedens, præscribit formam quamdam exactam

locabant; et Simonis Magi discipulos, qui volebant angelos esse Dei et hominum mediatores, non verò Christum, et ideò ad angelos, non ad Christum, docebant esse recurrendum, ut Deo reconciliaremur.

In ultimis capitibus unicuique Christiano, in quolibet statu, benè vivendi præcepta tradit; ibique eosdem, tum judaizantes, tum hæreticos Simonianos æquè percutit, quia utrique, tam in moribus quàm in fide peccabant.

Hujus Epistolæ stylus præ cæteris est obscurus, ob mysteriorum de quibus agit profunditatem, et conceptuum sublimitatem, quas nec sermo, nec lingua etiam apostolica valuit adæquare, licèt sublimioribus verbis usa, quàm ulla unquàm humana lingua.

Certè stylus ita dissonat à cæteris Pauli Epistolis, ut alterius videri posset, nisi pectus et indoles Paulinæ mentis hanc prorsùs illi vendicaret, ait Erasmus.

In hàc autem Epistolà speciatim observari potest, quod de omnibus aliis in carcere scriptis notârunt sancti Patres, major scilicet sapientiæ, spiritûs et fervoris eructantia; quasi Paulinum pectus ad martyrium anhelans, martyriique flagrans desiderio, lumen et ignem divinum aspiraret, et suspirans eructaret.

Hanc Epistolam in vinculis quidem scriptam fuisse, constat ex ipso D. Paulo, qui multoties de iis in ipsà loquitur; sed quibus in vinculis scripta fuerit, an in primis, an in secundis, dubitatur. Theodoretus vult in primis vinculis scriptam, et per Tychicum missam, unà cum Epistolâ ad Colossenses, in præfat. in Epist. D. Pauli. Baronius vult in primis quidem scriptam, et per Tychicum missam, sed cum Epistolâ ad Timotheum secundâ, an. 62. Alii verò volunt cum Baronio missam per Tychicum, cum Epistolâ secundâ ad Timotheum; sed hinc inferunt in secundis vinculis scriptam, sicut et secunda ad Timotheum scripta fuit in secundis vinculis, ultimo vitæ Paulinæ anno, 65 aut 66.

Vide Dominum de Tillemont, notâ 78 in D. Paulum. *Mémoires*, etc., tom. 1.

NOTA.

Circularem fuisse, et ad omnes Asiæ urbes Epheso finitimas, missam hanc, quæ ad Ephesios dicitur, Epistolam probant, primò, antiquus titulus, qui in antiquis exemplaribus reperitur et quem D. Basilius mysticè explicat in Eunom. lib. 2, cap. 2. Titulus autem hic est: Τοῖς ἁγίοις τοῖς οὖσι, καὶ πιστοῖς ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, *sanctis existentibus*, seu qui sunt, non designando locum, ut scilicet uniuscujusque urbis nomine, posset repleri, sicut v. 1, cap. 1, repletum est: ἐν τῷ Ἐφέσῳ. Secundò ipse finis Epistolæ, ubi Apostolus, cap. 6, v. 24, salutat non Ephesios tantùm, sed et omnes in Asiâ Christianos. *Pax fratribus*, inquit, non verò, *pax vobis*, sicut in aliis Epistolis. Hoc notant Estius et Grotius. Tertiò, quòd ab aliquibus olim dicta sit ad Laodicenses, apud Tertullianum contra Marcion., lib. 5, cap. 11, v. 17.

Erat ergo ad Laodicenses, et ad alios Asianos; dicta tamen est specialiter ad Ephesios, quia Ephesus Asiæ metropolis. Quod vide fusiùs apud dominum Tillemont, *Mémoires*, etc., *sur S. Paul. an.* 49, *et notes sur S. Paul.* Apud eumdem vide quo anno scripta, et missa fuit Epistola *Notes sur saint Paul.*

vitæ christianæ, in quâ viros, uxores, parentes, liberos, dominos, servos, officii quosque sui diligenter admonet; et ad extremum, omnes tanquàm in Christi militiam ascriptos, adversùs impugnationes dæmonum, armis instruit tanquàm spiritualibus. Quòd autem ad eos peculiariter qui ex gentibus crediderant, hæc scribatur Epistola; manifestè inter alia declarat illud cap. 2: *Memores estote, quòd aliquandò vos eratis gentes in carne*, et quæ sequuntur. Rursùs illud, cap. 3: *Ego Paulus vinctus Jesu Christi pro vobis gentibus.* Quàm verò fideliter in apostolicâ doctrinâ, etiam post Apostoli decessum, perstiterint Ephesii; qui scire volet, legat Ignatii Martyris Epistolam, quam itidem ad Ephesios scripsit, in quâ fidem et constantiam eorum, et zelum quo hæreticos adversabantur, mirificè commendat. Cæterùm existimant nonnulli hanc epistolam scribi potissimùm contra Simonem Magum ejusque familiam, et Gnosticorum scholam inde exortam; de quibus apud Epiphanium multa, lib. 1 contra hæreses. Quæ sententia cum superioribus non pugnat; erant enim Simonis discipuli plerique Judæi, sub nomine scientiæ quam venditabant, non solùm fabulosa ac portentosa quædam de Deo, angelis et mundo, sed et turpia quædam docentes: contra quod genus, Petrus secundam, et Judas suam scripsit Epistolam; et ipse Paulus præter hanc etiam alias, ut ad Coloss., ad Titum et utramque ad Timoth. Quomodò autem contra Simonianos stylum in hàc Epistolà dirigat Apostolus, id suis locis indicabitur à nobis in commentario. Illud admonemus huic epistolæ peculiare esse, præsertim primis capitibus, quòd implexus et involutus sit sermo, sensusque habeat obscuros et explicatu difficiles, ipso etiam Hieronymo teste, quod quidem ob magnitudinem et sublimitatem rerum quæ tractantur, accidisse, credendum est. Scripta est Epistola Romæ ex vinculis; quorum ter meminit, cap. 3, et iterùm capite ultimo; missa per Tychicum diaconum, cujus in fine mentio est: id quod tam argumentum Latinum huic Epistolæ præfixum, quàm Græca subnotatio confirmat. Et quia per eumdem Tychicum missa est Epistola secunda ad Timotheum, cujus ultimo capite dicitur: *Tychicum misi Ephesum*, satis colligitur, quod supra dixi, duas has Epistolas simul missas fuisse; quod et Theodoretus non obscurè significat. Quocirca non assentimur Hieronymo commentanti super Epistolam ad Philemonem; dùm scribit, uno eodemque tempore per Onesimum missas fuisse quatuor Epistolas, ad Ephesios, ad Philippenses, ad Colossenses et ad Philemonem. Nam hæ tres posteriores Timotheum Paulo in primâ salutatione conjungunt: erat ergo Timotheus Romæ cum Paulo, quando illæ epistolæ scribebantur: itaque fieri non potuit ut cum eâ mitterentur, quæ ad Timotheum eodem tempore absentem scripta est. Hæc de argumento Epistolæ sufficiant.

CAPUT PRIMUM.

1. Paulus, apostolus Jesu Christi per voluntatem Dei, omnibus sanctis qui sunt Ephesi, et fidelibus in Christo Jesu.

2. Gratia vobis et pax à Deo Patre nostro, et Domino Jesu Christo.

CHAPITRE PREMIER.

1. Paul, apôtre de Jésus-Christ par la volonté de Dieu, à tous les saints et fidèles en Jésus-Christ qui sont à Éphèse.

2. Que Dieu notre Père et le Seigneur Jésus-Christ vous donnent la grâce et la paix.

3. Benedictus Deus et Pater Domini nostri Jesu Christi, qui benedixit nos in omni benedictione spirituali in cœlestibus in Christo ;

4. Sicut elegit nos in ipso, ante mundi constitutionem, ut essemus sancti et immaculati in conspectu ejus in charitate ;

5. Qui prædestinavit nos in adoptionem filiorum per Jesum Christum in ipsum, secundùm propositum voluntatis suæ,

6. In laudem gloriæ gratiæ suæ, in quâ gratificavit nos in dilecto Filio suo,

7. In quo habemus redemptionem per sanguinem ejus, remissionem peccatorum, secundùm divitias gratiæ ejus,

8. Quæ superabundavit in nobis, in omni sapientiâ et prudentiâ :

9. Ut notum faceret nobis sacramentum voluntatis suæ, secundùm beneplacitum ejus quod proposuit in eo,

10. In dispensatione plenitudinis temporum, instaurare omnia in Christo, quæ in cœlis, et quæ in terrâ sunt, in ipso :

11. In quo etiam et nos sorte vocati sumus, prædestinati secundùm propositum ejus qui operatur omnia secundùm consilium voluntatis suæ :

12. Ut simus in laudem gloriæ ejus, nos qui ante speravimus in Christo :

13. In quo et vos, cùm audissetis verbum veritatis (Evangelium salutis vestræ), in quo et credentes signati estis Spiritu promissionis sancto,

14. Qui est signus hæreditatis nostræ, in redemptionem acquisitionis, in laudem gloriæ ipsius.

15. Propterea et ego audiens fidem vestram, quæ est in Domino Jesu, et dilectionem in omnes sanctos,

16. Non cesso gratias agens pro vobis, memoriam vestri faciens in orationibus meis :

17. Ut Deus Domini nostri Jesu Christi, Pater gloriæ, det vobis Spiritum sapientiæ et revelationis, in agnitione ejus;

18. Illuminatos oculos cordis vestri, ut sciatis quæ sit spes vocationis ejus, et quæ divitiæ gloriæ hæreditatis ejus in sanctis,

19. Et quæ sit supereminens magnitudo virtutis ejus in nos, qui credimus secundùm operationem potentiæ virtutis ejus,

20. Quam operatus est in Christo, suscitans illum à mortuis, et constituens ad dexteram suam in cœlestibus.

21. Supra omnem principatum, et potestatem, et virtutem, et dominationem, et omne nomen quod nominatur non solùm in hoc seculo, sed etiam in futuro.

22. Et omnia subjecit sub pedibus ejus ; et ipsum dedit caput supra omnem Ecclesiam,

23. Quæ est corpus ipsius, et plenitudo ejus, qui omnia in omnibus adimpletur.

3. Béni soit le Dieu et le Père de notre Seigneur Jésus-Christ, qui nous a comblés en Jésus-Christ de toutes sortes de bénédictions spirituelles pour le ciel,

4. Ainsi qu'il nous a élus en lui avant la création du monde par l'amour qu'il nous a porté, afin que nous fussions saints et irrépréhensibles devant ses yeux ;

5. Nous ayant prédestinés par un effet de sa bonne volonté, pour nous rendre ses enfants adoptifs par Jésus-Christ ;

6. Afin que la louange et la gloire en soit donnée à sa grâce, par laquelle il nous a rendus agréables à ses yeux en son Fils bien-aimé,

7. Dans lequel nous trouvons la rédemption par son sang, et la rémission de nos péchés, selon les richesses de sa grâce,

8. Qu'il a répandue sur nous avec abondance, en nous remplissant d'intelligence et de sagesse,

9. Pour nous faire connaître le mystère de sa volonté, fondé sur sa bienveillance, par laquelle il avait résolu en lui même

10. Que les temps qu'il avait ordonnés étant accomplis, il réunirait tout en Jésus-Christ, tant ce qui est dans le ciel que ce qui est sur la terre,

11. C'est aussi en lui que la vocation nous est échue comme par sort, ayant été prédestinés par le décret de celui qui fait toutes choses selon le dessein et le conseil de sa volonté ;

12. Afin que nous soyons le sujet de la gloire et des louanges de Jésus-Christ, nous qui avons les premiers espéré en lui,

13. En qui vous avez aussi espéré, vous qui, après avoir entendu la parole de vérité, l'Evangile de votre salut, et y avoir cru, avez été scellés du sceau de l'Esprit-Saint qui avait été promis,

14. Qui est le gage de notre héritage jusqu'à la parfaite délivrance du peuple que Jésus-Christ s'est acquis pour la louange de sa gloire.

15. C'est pourquoi ayant appris quelle est votre foi au Seigneur Jésus, et votre amour envers tous les saints.

16. Je ne cesse point de rendre à Dieu des actions de grâces pour vous, me souvenant de vous dans mes prières ;

17. Afin que le Dieu de notre Seigneur Jésus-Christ, le Père de gloire, vous donne l'Esprit de sagesse et de révélation, pour le connaître.

18. Qu'il éclaire les yeux de votre cœur, pour vous faire savoir quelle est l'espérance à laquelle il vous a appelés, quelles sont les richesses et la gloire de l'héritage qu'il destine aux saints,

19. Et quelle est la grandeur suprême du pouvoir qu'il exerce en nous qui croyons, selon l'efficacité de sa force et de sa puissance,

20. Qu'il a fait paraître en la personne de Jésus-Christ, en le ressuscitant d'entre les morts, et le faisant asseoir à sa droite dans le ciel,

21. Au-dessus de toutes les principautés et de toutes les puissances, de toutes les vertus, de toutes les dominations, et de tous les noms de dignité qui peuvent être non seulement dans le siècle présent, mais encore dans celui qui est à venir.

22. Car il a mis toutes choses sous ses pieds, et il l'a donné pour chef à toute l'Eglise,

23. Qui est son corps, et dans laquelle celui qui accomplit tout en tous, trouve l'accomplissement et l'intégrité de tous ses membres.

ANALYSIS.

1° *Deum benedicit, quòd homines per Jesum Christum omnibus cumulaverit gratiis, quarum præcipuas enumerat. Elegit nos, ut sancti simus*, v. 4.; *prædestinavit nos in filios suos adoptivos*, v. 5; *gratiam suam nobis dedit*, v. 6; *peccata remisit*, v. 7; *nos sapientiâ replevit*, v. 8; *nobis notum fecit quòd omnia in Christo restauraverit in cœlo et in terrâ*, v. 9, 10, 11, 12, *hæcque gratuitò, et nobis immeritis.*

2° *Ephesios hortatur ut et ipsi Deum benedicant*, v. 13, *utpote qui talium gratiarum et ipsi participes facti sunt in Christo, et sigillati Spiritu sancto, qui est pignus hæreditatis æternæ*, v. 14.

3° ỳ 15, 16, *Deum precatur, ut illorum oculos illuminet, ad cognoscendam vocationis suæ gratiam, summamque Dei potentiam, quâ ex idolorum cultu ipsos ad Christum convertit; quæ non minor est quàm illa quâ Christum à mortuis suscitavit, et super omnem creaturam collocavit; sicque super omnia constitutum, dedit caput Ecclesiæ*, v. 22.

PARAPHRASIS.

1. Paulus, Dei auctoritate et jussu, non hominum delegatione, nec arbitratu meo, assumptus apostolus, seu legatus Jesu Christi; omnibus Christianis, qui sunt Ephesi, et qui fideliter in Christo Jesu perseverant:

2. Gratia et pax vobis detur et multiplicetur à Deo Patre nostro, et à Domino nostro Jesu Christo.

3. Sit in æternum benedictus et laudatus Deus et Pater Domini nostri Jesu Christi, qui nos in Christo, et propter Christum, omni cumulavit benedictione, non carnali, sed spirituali; non terrenâ, sed cœlesti, et in cœlestibus adimplendâ.

4. Nos, inquam, benedictione cumulavit in tempore, secundùm quod intuitu meritorum Christi, elegit nos ante mundi creationem; ut per charitatem essemus sancti et inculpati, non solùm coram hominibus, externa tantùm videntibus, sed et ante ipsum Deum cor et animum intuentem.

5. Qui prædestinavit nos, ut essemus illius adoptivi filii, non nostris meritis, sed intuitu meritorum Jesu Christi, sui naturalis Filii, et pro bono affectu voluntatis suæ.

6. Ut laus et gloria detur ipsius gratiæ, per quam nos sibi gratos effecit, et charos in dilecto Filio suo.

7. In quo, per sanguinem, scilicet ipsius reperimus redemptionem, nimirùm peccatorum nostrorum remissionem, secundùm divitias et abundantiam gratiæ ejus.

8. Quæ gratia copiosè et abundè à Deo in omnes quidem fideles effusa est, at præsertim in nos apostolos, quos etiam omni sapientiâ et prudentiâ replevit.

9. Ut nobis, velut filiis suis, notum faceret arcanum divinæ suæ voluntatis mysterium, quâ scilicet pro bono affectu suo, decreverat per Filium suum, non Judæos tantùm, sed universum mundum redimere.

10. Ut ubi tempus à se ordinatum adveniret, omnia, tùm quæ in cœlis, tùm quæ in terris sunt, recapitularet in Christo; in ipso, inquam, et non alio; ipse enim unus caput est angelorum et hominum, Judæorum et gentium, v. 22.

11. Per quem, et propter quem, nos apostoli, et aliqui alii Judæi, sine ullo ex parte nostrâ merito, sed quasi sorte vocati sumus ad fidem; at ex parte Dei, ad hanc ante alios vocationem prædestinati, ex decreto illius qui nihil fortuitò, sed omnia facit voluntate per infinitam sapientiam directâ.

12. Ut nos Judæi, qui priùs in Christum credidimus, et speravimus, ipsius gloriæ laudi inserviamus, in omnem locum perferendo, quæ Christus pro nobis egit et passus est, et quæ propter illum nobis fecit Deus.

13. Per quem, et propter quem, vos quoque Ephesii gentiles, ad fidem vocati estis; vos, inquam, qui verbum veritatis audistis, Evangelium scilicet salutis vestræ; et qui credentes in ipsum, sigillati estis Spiritu sancto, in Scripturis promisso.

14. Qui Spiritus sanctus est pignus et arrha, et quasi prægustus nostræ felicitatis et hæreditatis futuræ in cœlis; quoadusque Deus perficiat et adimpleat redemptionem populi quem sibi acquisivit, ut ab eo laudetur et glorificetur in æternum.

15. Propterea ex quo audivi vestrum in fide Christi profectum, et vestram in omnes Christianos dilectionem,

16. Non cesso gratias agere, et orare pro vobis,

17. Ut Deus, Domini nostri Jesu Christi auctor et largitor gloriæ, det vobis Spiritum sapientiæ cœlestis, quâ divina vobis mysteria revelentur apertiùs, ipsumque magis ac magis cognoscatis.

18. Illuminet internos animi vestri oculos, ut perfectiùs sciatis quæ et quanta sunt æterna et cœlestia bona ad quæ nos vocat, et quæ nos sperare jubet; et quàm abundans atque gloriosa hæreditas illa quam fidelibus præparavit.

19. Ut sciatis summam et supremam Dei potentiam, quam in nos fideles exercuit, in nostrâ scilicet spirituali resurrectione, ab infidelitate ad fidem Christi, et à statu peccati ad justitiam; quæ nostra spiritualis resurrectio facta est eâdem, seu simili potentiâ,

20. Quam Deus exhibuit in Christo, cùm illum à mortuis suscitavit, et ad dextram suam in cœlis collocavit, æqualem illum sibi declarans.

21. At super omnem prorsùs creaturam præficiens, supra omnes angelorum choros, sive sint Principatus et Potestates, sive Virtutes et Dominationes; sive alio nomine, dignitate, officio et excellentiâ potiantur, nobis quidem nunc ignotis, et quæ fortè in futuro seculo cognoscemus.

22. Et omnia non visibilia tantùm, sed et invisibilia subjecit sub pedibus ejus, ipsumque dedit caput

supra omnem Ecclesiam, sive angelicam, sive humanam, sive gentium, sive Judæorum, sive militantem, sive triumphantem.

23. Quæ Ecclesia est mysticum ipsius corpus, et illius complementum, qui quoad omnia in omnibus adimpletur.

COMMENTARIA.

Vers. 1. — Paulus, apostolus Jesu Christi, per voluntatem... Hoc sæpè repetit in suis Epistolis; 1 Cor. 1, 1; 2 Cor. 1, 1; Coloss. 1, 1, etc. Et meritò, quia non potest nimis frequenter inculcari fidelium mentibus, quòd Dei voluntate et vocatione debeat quis fieri Christi minister, sive ad divini verbi prædicationem, sive ad alia ecclesiastica munia. Consulat itaque et, supra se reflectens, observet quilibet Christi minister quomodò et quo animo in ministerium ingressus sit, ut pœnitentiâ reparet quod vocationi defuisse deprehenderit.

Omnibus sanctis... Idem titulus frequenter à D. Paulo Christianis datur; 1 Cor. 1, 2; 2 Cor. 1, 1, etc., et etiam meritò: nec enim potest satis repeti Christianis, quòd ad sanctitatem vocati sunt, et ideò facti sunt Christiani ut sint sancti. Ad hoc ergo sæpè reflectat quilibet Christianus, et animadvertat quomodò vocationi suæ respondeat. Professione et vocatione sanctus sum: an moribus et vitâ? In Baptismo factus sum per Christi gratiam sanctus et immaculatus: ubi nunc mea sanctitas? Pudeat ipsum suæ vitæ secularis et profanæ, ac tandem incipiat ad sanctitatem aspirare.

Vers. 2. — Gratia et pax... Hoc et frequenter optat fidelibus. Rom. 1, 7; 1 Cor. 1, 3; 2 Cor. 1, 2; Galat. 1, 3. Hocque nos docet gratiam et pacem à Deo per Christum frequenter petere pro nobis et pro aliis. Per gratiam intellige omne donum ad vitam æternam conferens; per pacem verò, firmam et tranquillam donorum spiritualium possessionem.

Vers. 3. — Benedictus Deus et Pater... qui benedixit... Eodem verbo, in diverso tamen sensu, hìc in eâdem phrasi utitur Apostolus, quod etiam alibi non rarò. Εὐλογητὸς ὁ Θεὸς, *benedictus sit Deus*. Deinde ὁ εὐλογήσας, *qui benedixit*. Εὐλογεῖν, in primo significat *laudare;* in secundo significat *benefacere*. Utitur tamen ad utrumque D. Paulus, quia utrumque et laudare, et benefacere, à bonâ voluntate et animo benigno proficiscitur. Benedicimus ergo Deum, cùm illum pro beneficiis collatis laudamus; nos benedicit Deus, cùm beneficiis afficit; quippe Dei benedicere, est benefacere; in quo maximè differt ab inefficacibus, et sæpè mendacibus hominum benedictionibus.

Deus et Pater Domini nostri Jesu Christi. Aliqui intelligunt: *Benedictus sit Deus noster, et Pater Domini nostri Jesu Christi;* sed meliùs ut verba sonant, sicut ipse Christus Dominus dixit: *Ascendo ad Deum meum et ad Patrem meum.*

Vers. 1. — *Paulus, Apostolus Jesu Christi per voluntatem Dei*, etc. Id est, voluntate et jussu Dei, non meis meritis ad apostolatum Jesu Christi vocatus et assumptus.

Vers. 2. — *Gratia vobis et pax*, etc.; subaudi *multiplicetur*.

Vers. 3. — *Benedictus Deus et Pater Domini nostri Jesu Christi, qui benedixit nos in omni benedictione spirituali.* Spirituali, id est, ad vitam spiritualem pertinenti. *Benedictionem spiritualem* velut novo Testamento propriam, opponit benedictioni terrenæ quam promittebat vetus Testamentum. *In cœlestibus.* Quinquies in hac Epistolâ legitur, *in cœlestibus*, nec usquam alibi. Hic sanè, quod ait, *in cœlestibus*, connectendum videtur cum eo quod proximè præcedit, et hunc sensum habere: quâ benedictione spirituali provehimur ad cœlestia, ubi caput nostrum Christus

In omni benedictione. Hebraismus est, *in* redundat; Syr., *omnibus benedictionibus*, etc. Spirituali. Tacitè indicat Apostolus discrimen benedictionum, seu beneficiorum per Christum nobis collatorum, et beneficiorum Judæis à Deo concessorum. Judæis Deus terrena promisit; Christianis verò cœlestia; Judæis carnalia dedit, nobis spiritualia.

In cœlestibus, Græc., *in supercœlestibus*. Potest ad Deum referri, quasi nos benedixerit in cœlestibus existens; sed meliùs ad nos refertur: scilicet benedixit nos in cœlestibus donis, per quæ ad cœlestia loca perveniamus.

In Christo, id est, per Christum. Aliqui intelligunt in Christianismo; Græc., *Christo*, sine *in;* sed malè et corruptè. Hujus ergo tertii versûs sensus est: Laudemus Deum et Patrem Domini nostri Jesu Christi, qui nobis unigenitum Filium suum donando Mediatorem, et nos per Baptismum divino huic Mediatori uniendo, omni nos benedictione cumulavit; non corporali, ut Judæos, sed spirituali; non terrenâ, et in terrâ Chanaan adimplendâ, sed cœlesti, et in cœlis consummandâ, cùm dicet: *Venite, benedicti*, etc. Per spiritualem ergo benedictionem, intellige omnia dona ad spiritualem vitam conferentia, de quibus jam acturus est, et quorum consummatio fiet cùm felix et æterna nobis dabitur benedictio: *Venite, benedicti*, etc.

Observationes morales.

Ex quo disce primò quantùm differt novum Testamentum à veteri; non longiùs distat cœlum à terrâ. In veteri Deus corporalia promittebat, terrena dabat, terram fluentem lac et mel: lege Levitici cap. 26; Deuter. 7, 13; Deuter. 24, 28; nihil nisi terrenum Judæis promitti videbis. In novo spiritualia dat, cœlestia promittit: lege totum novum Testamentum; nullibi terra et terrena promittuntur, ubique cœlum et cœlestia. Lege Matth. 5, v. 3, 4, 5, 6, 7, 8, 9, 10: *Beati pauperes*, etc., *quoniam ipsorum est regnum cœlorum*, etc.; lege Joan. 14, 23: *Qui diligit me, sermonem meum*, etc.; *apud eum veniemus et mansionem apud eum faciemus.* Ecce ubique spiritualis merces et promissio. Imò Christus discipulis suis prædixit pressuras et afflictiones; Joan. 16, 20: *Plorabitis et flebitis vos*, etc.; 16, 33: *In mundo pressuram habebitis.*

Hinc et disce secundò quis sit Christianismi spiritus; nimirùm carnalia et terrena despicere, spiritualia et cœlestia diligere, à carnalibus continuè abstrahi, ut spiritualia abundantiùs possideantur. Sicut Christus carnalia et terrena constanter despexit, spi-

ritualia et cœlestia dilexit ardenter, ita Christianus terrena contemnat, cœlestia perpetuò diligat, ad divina semper aspiret. Denique ex eo quòd in Christo Deus nos benedixit, disce quòd Christus sit medium in quo et per quod omnis ad nos divina benedictio devenit; omne prorsùs spirituale donum nobis per Christum et propter Christum confertur. Ex quo et collige quòd Christus sit medium per quod ad Deum perveniat omnis laus, benedictio et gratiarum actio nostra. Sicut in ipso et propter ipsum à Deo benedicimus, et omnia nobis spiritualia bona donantur, sic in ipso et per ipsum et cum ipso Deum benedicamus, laudemus, Deo gratias agamus, Deo nos et omnia nostra grati offeramus. Sicut sine Christo Deus nobis nihil confert, ita sine Christo Deus à nobis nihil recipit; per Christum ergo et petamus sive petituri reddamus. Christo itaque continuè debemus adhærere, sive perituri, sive reddituri.

Vers. 4. — Sicut elegit nos... Hoc *sicut* ponderandum est; hìc enim ponderis habet plurimum. Paulus præcipuas quas in tempore ob Christum recipimus benedictiones enumeraturus, ascendit ipse et nos simul secum attollit ad omnium benedictionum fontem, æternam scilicet nostram à Deo electionem. *Sicut elegit nos*, id est, benedixit nos in tempore, *sicut elegit nos* in æternitate. Hoc igitur *sicut* duplex indicat benedictionum genus, æternum et temporale; seu potiùs easdem benedictiones in duplici statu nobis exhibet, in æternitate scilicet, et in tempore; seu in decreto et in actu, quasi diceret: Prima benedictio et omnium benedictionum fons et origo est æterna nostra à Deo electio in Christo. Per quem enim nos Deus benedixit in tempore, per hunc et priùs nos elegit in æternitate; et sicut nos priùs elegit, ita et benedixit. *Elegit nos* in ipso, id est, Christo, seu intuitu meritorum Christi.

Ante mundi constitutionem. Græc.: Πρὸ καταβολῆς κόσμου. Καταβολὴ est jactio fundamentorum. Per similitudinem loquitur de mundi creatione, sicut de domûs ædificatione. Significat igitur: Ante jacta mundi fundamenta, ante creationem mundi ab æterno. Et hâc locutione D. Paulus duo simul conficit. Primò refutat philosophos Ephesinos, qui mundum putabant æternum; aut saltem materiam, ex quâ omnia, dicebant Deo coæternam. Utrumque negat asserens: Ante jactionem mundi fundamentorum, id est, ante quamlibet creationem seu mundi, seu materiæ, ex quâ fieret, antequàm quidquam existeret. Secundò, ostendit infinitam Dei creatoris à creaturâ distantiam. Καταβολὴ appellat, seu dejectionem, tanquàm à magnâ quâdam altitudine dejectum mundum ostendens, ait D. Chrysostomus; quia infinita Dei à creaturâ distantia, non loco, sed naturâ, ut idem explicat.

Ut essemus sancti. Ecce quò tendit hæc æterna electio nostra, ut sancti simus verâ et internâ sanctitate; per gratiam sanctificantem, et ut sanctè vivamus per fidem ex dilectione bonum operantem.

Et immaculati. Græc., *inculpati*, irreprehensibiles, sine crimine: remissis priùs peccatis nostris in Baptismo, deinde inculpatè viventes per eamdem fidem malum quodlibet fugientem.

In conspectu ejus. Sancti, inquam, et immaculati, non solùm coram hominibus, qui externa tantùm et apparentia vident, sed et coram Deo ipso, qui cor intuetur.

In charitate, quæ sola hæc duo præstat, estque *omnis lex, et perfectionis vinculum*. Hæc verba, *in charitate*, aliqui referunt ad præcedentia, *elegit nos in charitate*. D. Chrysostomus et Theodoretus ad sequentia: *Qui in charitate prædestinavit nos*, quibus conformis est Syrus dicens: *Per charitatem præsignavit nos sibi*, etc. Sed naturalior videtur sensus supradictus: Ab æterno elegit nos ut coram ipso verè sancti simus et inculpati per gratiam et charitatem, et ut illi serviamus in charitate, seu ex amore, ut filii, non ex timore pœnæ, ut servi. Et hæc est prima benedictio, quam à Deo ob Christum recepimus ab æterno, seu considerata in Dei decreto. At quia, ut ait Apostolus, nos actu et de facto Deus benedixit in tempore, sicut elegit in æternitate, seu in decreto; puto quòd ad plenam Paulinæ mentis intelligentiam debeat hìc subaudiri: Sicut ab æterno elegit nos in Christo, ut simus sancti et immaculati, etc., ita in tempore, per Baptismum, reverà nos sanctos fecit per gratiam nobis infusam, et immaculatos per omnium peccatorum remissionem, idque verè et coram Deo, per charitatem, quæ simul cum gratiâ diffusa est in cordibus nostris, ut sanctè et inculpabiliter viventes illi serviamus ex amore, ut filii charissimi.

ad dexteram Dei constitutus est, etc. *In Christo*, id est, per Christum nobis à Deo confertur quidquid habemus donorum spiritualium.

Vers. 4. — *Sicut elegit nos in ipso ante mundi constitutionem*, id est, secundùm quod elegit nos per ipsum Christum, antequàm mundus fieret, hoc est, ab æterno; q. d.: Effectus electioni respondet: præstat nobis Deus in tempore beneficia per Christum, quæ per eum se nobis daturum ab æterno decrevit. *Ante mundi constitutionem*, id est, ut Hieron., ante jacta mundi fundamenta. Sciendum autem hâc phrasi significari æternitatem, eò quòd ante mundum conditum nihil fuerit nisi quod æternum est. Jam ex eo quod ait, *elegit nos in ipso*, benè probatur ipsam electionem seu prædestinationem nostram ac totius Ecclesiæ esse per Christi meritum. *Ut essemus sancti*; q. d.: Elegit nos, ut essemus sancti, id est, puri, casti, immaculati. Docet Apostolus Deum nos elegisse non ex prævisâ sanctitate usuque gratiæ, sed *ut essemus sancti*. Ut gratiâ benè uteremur, et sanctificaremur. Unde ait nos prædestinatos secundùm beneplacitum, non nostrum, sed Dei, nosque à Deo, non ex præscientiâ futuræ bonitatis, sed sorte vocatos esse. Loquitur ergo de primâ gratiâ, eamque docet purè et gratis dari à Deo. *Et immaculati in conspectu ejus*, id est, inculpati, irreprehensibiles; q. d.: Ut essemus omninò sancti et puri. Ita sanctè, integrè ac perfectè omnia nostra opera facere debemus, quasi memores in conspectu Dei nos ea facere, ut Deus eorum inspector nihil in eis inveniat quòd judicet et damnet. *In charitate*; q. d.: Elegit nos Deus ut in sanctitate sine maculâ et culpâ serviamus illi, non ex timore pœnæ, sed ex charitate et liberali amore, ut amor Dei sanctam faciat nostram conversationem.

Vers. 5. — Qui prædestinavit nos... Græc. : *Præfiniens nos in filiorum adoptionem*, προορίσας, quod tamen præteriti temporis est. Sensus ergo : Qui præfiniit, prædestinavit, seu decrevit etiam ab æterno, ut essemus filii adoptivi. Si genus verbi mutari poterat, ait Erasmus, dixisset, elegit nos prædestinatos, seu præfinitos, etc.

Altera hìc est benedictio æterna, seu potiùs eadem ac prima, sed diversis vocibus expressa. Eligi enim ad sanctitatem, et prædestinari ad filiorum adoptionem, unum et idem est ; quandoquidem quilibet sanctus et Dei filius adoptivus est. Sanctitas, amicitia Dei, filiatio divina, charitati sunt indivulsè annexæ. Deus itaque nos ad sanctitatem eligens, et nos eligit ad amicitiam, ad filiationem divinam ad hæreditatem. Hæc igitur omnia involvit æterna electio Dei, licèt una. Diversis tamen vocibus et loquendi modis ea nobis significat Apostolus, ut clariùs et distinctiùs explicet, mentibus nostris illa intimiùs inculcet, et ut ad illa grati reflectamus attentiùs. *Qui prædestinavit nos...*, id est, idem Deus ab æterno præfiniit, prædestinavit, decrevit.

In adoptionem filiorum, id est, ut essemus ejus adoptivi filii. Græc. : υἱοθεσίαν. Syr. : *Adoptavit nos filios.*

Per Jesum Christum, id est, per et propter merita Jesu Christi, Filii sui naturalis.

In ipsum. Græc., εἰς αὐτὸν, *in sese*, se et suam gloriam spectans ; seu sibi : id est, decrevit nos sibi facere filios, etc. Ecce quasi secundam benedictionem nobis ab æterno ob Christum à Deo collatam : seu in decreto consideratam. Et quia, ut dictum est in versu præcedenti, benedictio temporalis æternæ benedictioni respondet, benedixit in tempore sicut elegit in æternitate.

Puto quòd et hìc ad plenam apostolicæ mentis intelligentiam subaudiri debeat, quod reverà per Sacramentum regenerationis in Ephesiis effectum supponit Apostolus, scilicet, quòd de facto per gratiam sanctificantem, et Spiritùs sancti infusionem, facti sunt adoptivi filii Dei, hæredes Dei, cohæredes Christi. Estque secunda benedictio temporalis. Primò fecit sanctos ; secundò, filios Dei.

Secundum propositum voluntatis suæ. Græc. : *secundùm bonum affectum voluntatis suæ*, κατὰ τὴν εὐδοκίαν. Syr. : *Uti placuit voluntati ipsius.* Quasi diceret : Quia ita illi benè visum est : Deus beneficiorum suorum rationem nemini debet.

Vers. 6. — In laudem gloriæ gratiæ suæ. Syr. *Ut celebretur laus gratiæ ejus.* Ecce finis ultimus nostræ electionis et prædestinationis ad gratiam et filiationem divinam : Laus et gloria Dei, ut ei pro tanto beneficio laus et gloria reddatur ab angelis et ab hominibus.

In qua gratificavit nos..., id est, quâ gratiâ nos fecit sibi gratos et charos et amicos. Et est altera benedictio, quam in Christo recepimus : ex filiis iræ et inimicis, facti sumus filii charissimi, amabiles, amici.

Hoc benè D. Chrysostomus explicat. Quâ gratiâ, inquit, non solùm à peccatis liberavit, sed etiam nos fecit sibi gratos et amabiles. Quomodò si quis quempiam scabiosum, peste ac morbo, senioque confectum et perditum, statim formosum fecerit, juvenem, omnes pulchritudine vincentem, etc. ; deinde eum in juventutis flore constitutum, purpurâ induerit, et ei diadema imposuerit et omni ornatu ornârit. Ita animam nostram instruxit et ornavit, pulchramque fecit, desiderabilem et amabilem, D. Chrysostomus hucusque.

In dilecto Filio suo. Græc., *in dilecto.* Syr., *per dilectum suum.* Christus est dilectus per excellentiam, ob quem Deus alios diligit, sine quo nemo cæterorum diligitur. In ipso et propter ipsum Deus nos diligit et omni gratiâ cumulat. Hinc Christo semper, in quocumque statu, nobis adhærendum, et omnia per ipsum quæcumque petenda, speranda, exspectanda.

Multiplex et varia in versus præcedentes occurrit observatio facienda, tum dogmatica, tum moralis.

Prima observatio dogmatica

Elegit nos ut essemus sancti ; non quia sumus, aut futuri sumus, sed ut simus. Ergo non ex nostris meritis, aut actualibus, aut prævisis, sed ex purâ Dei misericordiâ ob Christi Filii sui merita.

Secunda observatio dogmatica.

Elegit nos ut simus sancti ; et tamen de facto multi sic ad sanctitatem in Christianismo electi et vocati, non sunt sancti : imò multi Ephesiorum, quos sic electos vocat Apostolus, non fuerunt sancti. Ergo hæc electio nostra non est absoluta, sed conditionata ; nimirùm, si velimus consentire, et cooperari gratiæ Dei. Absoluta quidem est ex parte Dei, qui ob hanc electionem dat gratias nobis necessarias, ut simus sancti ; sed semper supponit nostram liberam gratiæ cooperationem.

Tertia observatio dogmatica.

Elegit nos ut essemus sancti... prædestinavit nos in adoptionem filiorum. Ecce quò tendit et electio et prædestinatio, de quâ hìc agit D. Paulus, seu finis proximus electionis nostræ : utraque tendit ad sanctitatem, ad filiationem per gratiam ; neutra ad gloriam immediatè. Hoc ex ipsismet Apostoli verbis patet. Hoc etiam patet ex Epistolæ inscriptione, quæ est

Vers. 5. — *Qui prædestinavit nos in adoptionem filiorum per Jesum Christum in ipsum*, id est, in gloriam Christi ; q. d. : Christi gloria finis est nostræ prædestinationis.

Secundùm propositum voluntatis suæ, hoc est, beneplacitum et consilium Dei, liberale scilicet Dei decretum. Dicit ergo Apostolus Deum nos prædestinàsse sibi in filios adoptivos, non ullis meritis nostris provocatum, sed ex mero beneplacito suæ voluntatis. Nam, ut adnotat Thomas, causa prædestinationis nostræ est purus amor et voluntas Dei, etc.

Vers. 6. — *In laudem gloriæ gratiæ suæ ;* q. d. : Qui prædestinavit nos ad tantam dignitatem, idque eo fine ut ipse laudetur et glorificetur in tanto beneficio gratis nobis collato ; laudetur, inquam, et glorificetur, non tantùm à nobis tam ingenti beneficio affectis, verùm etiam ab angelis canentibus gloriam in excelsis Deo.

sanctis et fidelibus, non verò ad gloriam electis. Hoc denique patet ex toto Epistolæ contextu; in quâ D. Paulus Ephesios vocat electos et prædestinatos. Quis autem asserat ex Ephesiis nullum fuisse damnatum? Quis putet quòd Apostolus omnes Ephesios voluerit de suâ perseverantiâ, et consequenter de suâ salute certos et securos reddere, eorumque futuram gloriam omnibus publicè revelare?

D. itaque Paulus hìc non agit de quæstionibus in scholâ nunc agitatis: de iis tunc ne cogitabatur quidem, sed agit de gratiâ electionis, prædestinationis, et vocationis ad gratiam, ad sanctitatem, ad Christianismum. Et hoc moneo; quia video plerosque scholasticis disputationibus præventos, statim ac electionis atque prædestinationis nomina legunt, ea suis ideis adaptare, et propterea Scripturam torquere. Ne tale quid tibi contingat, à præsentibus quæstionibus abstrahe; ad ea de quibus tunc agebatur adverte. Scio equidem et fateor quòd D. Paulus agens de electione et prædestinatione ad gratiam, consequenter agit de electione et prædestinatione ad gloriam, quatenùs quos ad gratiam christianismi prædestinat et vocat Deus, non alium ad finem destinat quàm ad gloriam; sed etiam scio quòd non est necesse utrumque eodem modo disponi et ordinari, ita ut ad gloriam et ad gratiam una sit perveniendi ratio. Quod tamen multi harum quæstionum disputatores videntur quasi concessum supponere. Quidquid sit, hæc in utramque partem scholasticis relinquo disputanda; ego apostolico textui inhærens, assero de iis Apostolum hìc non agere.

Observatio moralis.

Benedixit nos.... elegit nos ut sancti.... prædestinavit nos in adoptionem... Ergo me homuncionem, me nihilum, Deus ab æterno cogitavit, dilexit, ex amore elegit inter tot et tot hominum myriades? O bonitas immensa, ô charitas infanda! sed me cogitavit, dilexit, elegit, ut per gratiam Christi sim sanctus, adoptivus Dei filius, illi, velut Patri, sanctè et immaculatè serviam in spiritu charitatis, tanquàm filius et hæres. Quantus honor, quanta mihi felicitas? An quid majus Deus ipse poterat cogitare, velle, facere mihi? Gratias igitur immensas Deo pro hâc suâ meî benignissimâ electione, prædestinatione et vocatione. At tantæ Dei charitati quomodò hucusque respondi? An sanctus et immaculatus? An diligo ut filius? An ex amore Deo, ut Patri, sanctè et immaculatè servio? Heu! proh dolor! væ mihi filio rebelli! At veniam concede, misericordissime Deus, peccatori pœnitenti, et suas infidelitates deflenti. Et quia benedicis in tempore, sicut elegisti in æternitate, benedic et benefac, gratiam tribuens te diligendi, tibique ex amore serviendi. Ad hoc electus, prædestinatus sum ab æterno; ad hoc factus in tempore, ad hoc vocatus in regeneratione. Hoc ergo ut adimpleam, infunde tuam cordi meo charitatem; diligam te, ô Deus cordis mei, diligam te, tibique ut filius ex amore serviam!

In quâ, gratiâ, *gratificavit nos in dilecto Filio suo.* Sensus: Per quod gratiæ beneficium nos sibi vehementer charos et acceptos reddidit, propter meritum ejus, quem ut Filium suum naturalem singulariter dilexit.

Vers. 7. — *In quo habemus redemptionem per sanguinem ejus*, id est, per quem dilectum redempti sumus è captivitate peccati, mortis ac diaboli, dato pro nobis in cruce pretio sanguinis ipsius. Pretium nostrum Apostolus declarat esse sanguinem dilecti, id est, Filii Dei.

Remissionem peccatorum; q. d.: Habemus redemptionem quæ est remissio peccatorum. *Secundùm divitias gratiæ ejus.* Hæc fecit nobis Deus juxta divitias gratiæ suæ, id est, pro copiosâ et profusâ erga nos beneficentiâ suâ.

Vers. 7. — In quo habemus redemptionem.... Retrocedere videtur Apostolus, ait D. Chrysostomus, postquàm enim de electione ad sanctitatem et de prædestinatione ad adoptionem locutus est, de peccatorum remissione loquitur. Sed è contra à parvis ascendit ad magna; nihil enim æquè magnum est atque Dei sanguinem pro nobis effusum esse; et filiorum adoptione et cæteris donis hoc est majus, quod ne Filio quidem pepercerit, idem D. Chrysostomus. Remissio itaque peccatorum vocatur *Redemptio*, quia magno pretio empta, pretio nimirùm totius sanguinis Jesu Christi, unigeniti Filii Dei. Hinc etiam dicitur quòd hæc *redemptio* fit secundum divitias gratiæ..., id est, pro abundante Dei bonitate. Quæ enim major et abundantior excogitari potest bonitas, quàm illa quâ Deus nullo indigens homunciones ingratos et à se aversos ipse quærat, et vocet ut illos sibi reconciliet, idque per sanguinem unigeniti et unicè dilecti Filii sui. Hæc attende et seriò perpende; et videns quantùm te Deus diligat, taliter amantem redama et glorifica. *Empti estis pretio magno:* sanguine Christi, quem effudit in pretium et lytrum, ut nos redimeret. Tanto itaque pretio emptus, ama Deum, glorifica redemptorem. Sed et hinc collige, quòd si pro nobis peccatoribus et consequenter hostibus suis, Deus Filium suum dedit in mortem, quid non faciet pro nobis Deo per gratiam reconciliatis?

Vers. 8. — Quæ superabundavit in nobis, id est, quæ gratia abundavit quidem et abundat in omnibus Christianis, at *in nobis* præsertim apostolis et aliis quibusdam Spiritûs primitias habentibus *superabundavit:* copiosiùs in nos à Deo effusa est gratia.

In omni sapientia et prudentia; quos etiam omni sapientiâ et prudentiâ replevit. *Sapientia* est rerum divinarum cognitio; *prudentia* verò moralium, seu agendorum. Apostolis autem, Ecclesiarum fundatoribus, Deus perfectiorem divinorum mysteriorum cognitionem dedit et intelligentiam, ut alios instruerent in fide. Dedit et majorem prudentiam, ut Ecclesias

Vers. 8. — *Quæ* (scilicet gratia) *superabundavit in vobis* (abundè in nos à Deo effusa est, (*In*, id est, cum *omni sapientiâ et prudentiâ.* Sapientiam intelligit christianam, quæ summa est, fidem scilicet Dei trini et unius, aliorumque divinorum mysteriorum, quibus justificari et salvari debemus: maximè autem intelligit fidem Christi redemptoris. Nota: Gratiæ copiam significat per *divitias*, et per *abundè effudit.*

Vers. 9. — *Ut notum faceret nobis sacramentum voluntatis suæ.* Deus summâ sapientiâ et prudentiâ suâ notum fecit nobis arcanum suæ voluntatis, id est, elucet in hujus mysterii revelatione admirabilis

sanctiùs regerent et de omnibus in regno Dei agendis securiùs providerent. Hæc autem Apostolus de se et aliis apostolis apud Ephesios liberè prædicat, quia Ephesi plurimi erant philosophi qui se solos sapientes dicebant, quos hìc refutat Apostolus, simulque suam apud Ephesios auctoritatem ponderat, ut efficaciùs persuadeat, ait D. Anselmus.

Vers. 9. — Ut notum faceret.... Quæ gratia copiosè effusa est super nos apostolos quos et sapientiâ sublimi et prudentiâ cœlesti Deus ideò replevit, ut nobis notum faceret sacrum voluntatis suæ secretum, quâ ab æterno decreverat non Judæos tantùm, sed universum mundum redimere.

Secundum beneplacitum ejus. Græc., *suum*, idque pro bonâ voluntate suâ, seu bono affectu, quia ita illi benè visum fuit. Hoc summam notat Dei bonitatem et libertatem, et nullum ex nostrâ parte meritum.

Quod proposuit in eo, supple Christo, id est, *quod beneplacitum*, mundum scilicet universum redimendi, Deus *proposuit* per Filium suum exsequi. Patet ex Græco *quod* referri *ad beneplacitum*, seu εὐδοκίαν, ἣν, *quem bonum affectum*. Sed unius accentûs variatio facit alium sensum in Græco, quàm in Vulgatâ. *Quod proposuit*, ἐν αὐτῷ, cum spiritu aspero, ut hodiè legunt Græci : *in se*, in semetipso, significatque : *Quam bonam voluntatem intra se recondiderat Deus*. Ἐν αὐτῷ, cum spiritu leni, *in eo*, scilicet Christo. Et hæc nostra lectio videtur apostolicæ menti conformior, quæ hìc nihil nisi Christum spirat, ait Cornelius à Lapide, et patet ex præcedentibus versibus. Est et aliud in Græco discrimen notandum. *Ut notum faceret*. Græc., γνωρίσας, aoristus participii, *notum faciens*, ait D. Hieronymus, seu cùm notum fecit, est enim præteriti temporis. [illegible] : *Et patefecit nobis arcanum voluntatis*, etc. Arab. : *Significato nobis mysterio*.

Juxta quos, sensus est : Quæ gratia copiosè effusa est super nos apostolos, nosque sapientiâ et prudentiâ cœlesti replevit, cùm notum fecit nobis arcanum voluntatis divinæ mysterium. *Secundùm beneplacitum suum ;* mysterium, inquam, in liberrimo Dei beneplacito fundatum. *Quod proposuit in se*, et quod beneplacitum Deus ab æterno intra se reconditum servaverat. Hoc divinæ voluntatis mysterium, est Dei voluntas de divini Verbi incarnatione ; quam voluntatem vel silentio, vel figurarum tenebris, sic involverat, ut non hominibus tantùm, sed et angelis ipsis fuerit incognita. Vide cap. 3, v. 5, 8, 9, 10. Hoc enim mysterium est, quod plenum est omni sapientiâ et prudentiâ, ait D. Chrysostomus ; suî ergo revelatione replet sapientiâ et prudentiâ.

Dei sapientia et prudentia. *Secundùm beneplacitum ejus, quod* (scilicet sacramentum) *proposuit*, statuit, decrevit exequi, supple et implere, *in eo*, dilecto scilicet Filio suo.

Vers. 10. — *In dispensatione plenitudinis temporum ;* q. d. : Cùm dispensata, id est, erogata, expensa, evoluta esset plenitudo temporum, id est, plenum esset omne illud tempus, quod ex Dei ordinatione præcurrere debebat Christum : sic Christum dixit missum in plenitudine temporis, id est, impleto tempore, quod Pater ab æterno incarnationi ejus præfinierat

Vers. 10. — In dispensatione plenitudinis temporum..... Id autem quod Deus ab æterno liberrimè voluit, et intra se absconditum recondidit, et quod tandem nobis revelare dignatus fuit, est quòd, cùm tempus à se ordinatum adveniret, omnia, tum quæ in cœlis, tum quæ in terris sunt, recapitularet in Christo. In Christo, inquam, et non in alio ; ipse enim unus est caput angelorum et hominum, Judæorum et gentium. *In dispensatione*, id est, completis temporibus à se dispensatis, seu ordinatis, seu completo tempore à se præfinito.

Instaurare, id est, renovare. Græc., ἀνακεφαλαιουσθαι, *recapitulare*, colligere. Syr., *renovare*. Arab., *perficere*. Per explicationem verbi Græci, omnes versiones explicabuntur. Ἀνακεφαλαιουσθαι, *recapitulare*, hoc fit propriè, cùm æs, argentum numeratum colligitur in summam. Summa rei, caput rei, idem valent. Hoc fit per similitudinem, cùm orator, multa quæ prolixè dixit, colligit in summam, seu compendiosè dicit ; hoc enim recapitulatio dicitur ; item cùm dispersos milites dux in unum agmen cogit. Hìc autem, *recapitulare* propriè significat quòd Deus in Christo et per Christum angelos et homines, non tantùm naturâ, sed et loco et gratiâ dissitos, Judæos et gentiles, priùs religione diversos, collegit in unum, Christum scilicet dando *caput supra omnem Ecclesiam. Omnis potestas data est mihi in cœlo et in terrâ*. Hàc autem in Christo et per Christum recapitulatione instaurata sunt, renovata sunt, perfecta et reparata sunt

Omnia quæ in cœlis, et quæ in terra. Instaurata quæ in cœlis, quia angelorum ruinæ reparantur ex hominibus. Instaurata quæ in terris, quia sedentibus in tenebris et in umbrâ mortis, lux et vita orta est eis. Sive, ut ait sanctus Anselmus, instaurantur quæ in cœlis sunt, dùm illùc humiliati homines redeunt unde apostatæ angeli superbiendo ceciderunt. Instaurantur quæ in terris sunt, dùm peccatores ad justitiam convertuntur. Hàc eâdem recapitulatione, nunc cœlum et terra eamdem faciunt Dei domum ; cujus una pars superior, altera inferior. Nunc angeli et homines unam Dei familiam componunt ; cujus caput Christus, Christi autem caput Deus. Nunc angeli fratres nostri sunt ob Christum patrem et caput nostrum. Nunc omnes Christiani, ex quocumque genere et ex quâcumque gente, sunt inter se fratres, unusque Dei populus, omnes et singuli sunt domestici Dei. Tanto igitur honore dignati, ne dedecore eum afficiamus qui nos affecit beneficio ; ne faciamus ut tanta sit nobis inanis gratia : vitam ostendamus angelicam et angelicam virtutem, et vitæ agendæ rationem. Rogo et quæso ne hæc omnia sint

Instaurare omnia in Christo, quæ in cœlis, et quæ in terrâ sunt, in ipso ; q. d. : Proposuit Deus omnes homines et angelos, cùm inter se admodùm essent disjuncti, imò inimici, unire, et ad unum caput Christum revocare et conjungere. Ergo jam non estis hospites et advenæ, sed estis cives sanctorum et domestici Dei ; q. d. : Christus nos revocavit ad societatem angelorum, ut eorum simus fratres, et cives cœlestes in eâdem Dei domo, id est, Ecclesiâ, sub eodem duce et capite, qui est ipsemet Christus.

nobis in judicium et condemnationem, sed ad fruendorum bonorum perceptionem, D. Chrysostomus.

In ipso, scilicet Christo, quem jam dixit, et quem repetit ebrius amore Christi, ait Fromondus, vel ut in paraphrasi, *in ipso*, et non in alio : *Nec enim aliud nomen est...*

Vers. 11. — In quo, scilicet Christo, seu ob quem et per quem Christum.

Etiam et nos, apostoli et alii Judæi ad fidem conversi. Hic enim de Judæis agit, de gentilibus acturus, v. 13.

Sorte vocati sumus. Ex parte nostrâ, sors fuit nostra ad fidem vocatio; nihil egimus ob quod vocari meruerimus; nullum hæc nostra vocatio supposuit ex parte nostrâ meritum, sicut sors in electionibus merita non spectat.

Prædestinati secundum propositum... κατὰ πρόθεσιν, at ex parte Dei, nostra vocatio fuit effectus electionis, prædestinationis, decreti. Benedixit, vocavit in tempore, sicut et quia elegit, et prædestinavit ab æterno. Vide v. 3 et 4.

Ejus qui operatur omnia... Dei, qui omnia operatur voluntate deliberatâ et per infinitam sapientiam directâ. Hoc significat, secundum consilium..... nihil casu aut fortuitò, sed omnia sapientissimè et ob rationes sibi notas, licèt incognitas nobis. Græc., ἐκλη-ρώθημεν, *sortiti sumus*, ut legit Ambrosius, id est, in sortem, seu partem nobis hæreditariam asciti sumus.

Sors vocatur hæreditas, quia antiquitùs hæreditas sorte dividebatur.

Quo sensu significat : vocati sumus ad hæreditatem cum reliquis Dei filiis, sive angelis, sive hominibus; imò cum ipso Christo. *Hæredes Dei, cohæredes Christi.*

Vers. 12. — Ut simus in laudem..., ut nos apostoli et Judæi, qui ante speravimus, id est, qui priores vocati sumus, qui priores credidimus in Christum et priores in eum speravimus, illius inserviamus gloriæ et laudi; toti mundo, per prædicationem, manifestando gratiam quam per Christum recepimus, et ubique annuntiando quæ pro omnibus egit Christus, et quæ propter illum nobis fecit Deus.

Vers. 13. — In quo et vos... Hic versus refertur ad v. 11, ob quem et per quem *et vos* etiam Ephesi gentiles *sorte vocati estis*, seu sortiti estis, ad hæreditatem vocati estis. De gentilibus dicit quod priùs de Judæis.

Cum audissetis; Græc., *audientes*. Fides ex auditu; et vocatio fit per prædicationem.

Verbum veritatis. Doctrina Christi, verbum fidei, per antonomasiam dicitur *verbum veritatis*. Primò, quia Christus est ipsa veritas; secundò, quia nihil falsi continet, sicut philosophorum doctrina; tertiò, quia solida, resque solidas docens; umbras et figuras non habens, sicut lex Mosaica.

Evangelium salutis vestræ. Eadem doctrina, idem fidei verbum, est bonum et lætum nuntium salutis æternæ. *Qui crediderit, salvus erit.*

In quo et credentes. In Græco est præteriti temporis : *In quo et postquàm credidistis*, seu acceptâ fide, et fideles effecti.

Signati estis, tanquàm sigillo impresso.

Spiritu sancto, qui est sigillum adoptionis divinæ.

Promissionis, id est, olim promisso, Ezech. 36, 26; Joel. 2, 28; et à Christo, Luc. 24, 49. Judæi in carne, per circumcisionem exteriùs signati erant, sicut oves et bruta; Christiani intùs Spiritu sancto, ut filii, D. Chrysostomus.

Vers. 14. — Qui est pignus hæreditatis nostræ. Græc., ἀῤῥαβών, *arrhabo*, arrha. Arrha, seu arrhabo est pars pretii, quæ in antecessum datur, ut de plenâ solutione non dubitetur. Hoc optimè Spiritui sancto convenit, cujus dona tum interna, scilicet charitas, justitia, pax et gaudium conscientiæ, tum externa, nimirùm gratiæ gratis datæ, sunt quædam portio et prægustus nostræ felicitatis æternæ.

In redemptionem, id est, usque ad plenam et perfectam redemptionem.

Acquisitionis, id est, populi acquisiti.

Notanda ad intelligentiam.

Acquisitio hìc sumitur passivè pro re acquisitâ, seu abstractum pro concreto ponitur. Significat ergo populum acquisitum, populum Dei, populum electum, Ecclesiam Dei. Duplex est hujus populi redemptio. Inchoata, quâ redimimur hìc à peccati servitute, et

Vers. 11. — *In quo*, id est, per quem, *etiam nos sorte vocati sumus*, per quem Christum nos iidem sortem adepti sumus, id est, per quem sors nobis obvenit; intellige vocationis, adoptionis filiorum, hæreditatis, aut quid simile. Convenit autem maximè ut hæreditatis sors intelligatur, etc. Sic ad Coloss. 1 dicit nos vocatos in partem sortis sanctorum, id est, ad partem hæreditariam, sive ad hæreditatem sanctorum. *Prædestinati secundum propositum ejus*, etc. Ex quo consequens est, non ex meritis, sed merâ Dei voluntate nos prædestinari.

Vers. 12.—*Ut simus in laudem gloriæ ejus, nos*, etc. Significatur electionis seu prædestinationis causa finalis, scilicet laus et gloria Dei. Sensus est : Ad tanta bona prædestinati sumus à Deo, ut ipse in nobis laudetur et glorificetur, tanquàm in opere suo, in quo insigniter reluceat ejus bonitas et sapientia. *Nos qui antè*, etc.; nos Judæi, quibus anteà promissus à prophetis, et jam ante alias gentes exhibitus et evangelizatus est Christus, et apud quos cœpit Ecclesia, et per quos propagatur, primi sumus per quos laudatur et celebratur gloria Dei, gloria Evangelii Christi. Ita Ambros., Anselm. et Tertul.

Vers. 13. — *In quo et vos, cùm audissetis verbum veritatis* (*Evangelium salutis vestræ*), in quo Christo vos etiam speràstis; non quidem olim, ut nos (eratis enim sine lege et prophetiâ), sed nuper sperare cœpistis, cùm ex nobis Christi ministris audissetis verbum veritatis, quod idem est Evangelium salutis vestræ.

In quo et credentes signati estis Spiritu promissionis sancto. Sensus est : Item per quem, scilicet Christum, postquàm Evangelio credidistis, obsignati estis Spiritu sancto, velut promissionis sigillo; id est, Spiritum sanctum accepistis, quæ certa nota est, certumque testimonium vos esse filios Dei, ad quos promissa spectet hæreditas.

Vers. 14. — *Qui est pignus hæreditatis nostræ.*

filiorum Dei libertate donamur. Completa in cœlo, quâ ab omni prorsùs malo liberabimur et æternâ gloriâ donabimur. Per Christi mortem à peccato redempti sumus, sed in miseriis hujus vitæ relinquimur. In æternitate Deus perficiet hanc redemptionem quam inchoavit per mortem Christi; non à peccato tantùm redimet, sed à miseriâ, à morte, ab omni prorsùs malo liberabit. Quoad usque autem hoc in cœlis adimpleatur, datur nobis Spiritus sanctus in terris, ut arrha et pignus. *Redemptio* igitur hic significat plenam et omnimodam libertatem ab omnibus tum animi, tum corporis infirmitatibus, seu resurrectionem ad æternam felicitatem.

Sub duplici itaque titulo nobis in Baptismo datur Spiritus sanctus, ut sigillum et ut arrha. In Baptismo per gratiam nobis infusam facti sumus filii Dei; Spiritus hanc divinam filiationem sigillat, obsignat, obfirmat. In Baptismo per gratiam nobis collatam datur jus ad hæreditatem Dei Patris nostri, illaque hæreditatis æternæ felicitas nobis promittitur; Spiritus sanctus tunc datus est nobis velut pignus et arrha felicitatis promissæ, quoad usque ipsa conferatur, adimpleatur, et per eam ab omni malo et miseriâ redimamur. Datur itaque Spiritus sanctus. Primò, ut credentes sigillet tanquàm verè peculium Dei, populum Dei, acquisitionem Dei, filios Dei, et ad ipsum omninò pertinentes obsignet; secundò, ad finem faciendam, futurum ut qui credunt in Christum, aliquando resuscitentur ad gloriam.

In laudem gloriæ ipsius. Hoc autem totum fit ut inde laudetur Deus, et à nobis in æternum glorificetur.

Nota quòd D. Paulus hoc caput incœpit à laude Dei : *Benedictus Deus...;* sed hoc non contentus, ecce jam tertiò nos monet de hâc Dei laude, v. 6, 12, 14. Hoc unum solum Deo possumus reddere, et hoc à nobis exigit Deus. Laudemus ergo, benedicamus, gratias agamus. Ingratitudinem caveamus. *Deus enim æmulator. Deus æmulator..*, Nahum., cap. 1, v. 2. Attende hic et seriò reflecte ad veritates ad quas nunquàm attendisti satis.

Prima observatio moralis.

In quo signati estis... In regeneratione tuâ et in confirmatione, etc., sigillatus es ipso Siritu sancto : *In quo signati...* Ut te Deus discerneret à profanis, ab infidelibus, à filiis iræ, teque verè suum, è grege suo, è suo populo electo, et unum è suis filiis denotaret, suum Spiritum sanctum tibi apposuit ut sigillum, hicque omnis sanctitatis Spiritus, te sui in animâ tuâ impressione consecravit et obsignavit. Hinc ergo disce quanta sit animæ sic sanctificatæ dignitas; Spiritu sancto per charitatem obsignata et sigillata est. Disce et quantâ curâ hæc animæ sanctitas sit conservanda, quantâ circumspectione omnis et minima animæ immunditia sit vitanda. Quanto studio, quantâque reverentiâ, hoc Spiritûs sancti sigillum sit custodiendum.

Quantùm è contra sit crimen, quantaque ingratitudo, illud violare. Non licet vas, litteras, vel quidpiam regio sigillo obfirmatum, frangere, aperire, sine illius jussu, qui sigillum apposuit. Et tu sigillum Dei contra Dei voluntatem frangis, ô Christiane, legis divinæ violator; sicque duplici titulo divinæ majestatis læsæ reus evadis; et quia legem violas, et quia sigillum frangis, Spiritum sanctum à te repellis.

Secunda moralis observatio.

Qui est pignus hæreditatis nostræ... Spiritum sanctum salutis æternæ arrhabonem recepisti. Ut spem tuam firmaret Deus, ut de suis promissionibus esses tutus et securus, ut tuam salutem æternam redderet quodammodò certam, Spiritum sanctum tibi dedit arrhabonem, hicque Dei Spiritus, tanquàm obses, apud te vult in terris permanere, quoad usque suam Deus adimpleat promissionem in cœlis. Quanta bonitas ex parte Dei! quanta hinc pax, tranquillitas et securitas animæ fideli! Ipse Dei Spiritus, Spiritus veritatis, est arrhabo meus! Ipse se mihi ut obsidem dedit, ipse suî per charitatem communicatione præsenti, futuram in cœlis Dei fruitionem securam mihi reddit, ô bonitas! O anima mea, Spiritu sancto sigillata, oppignorata, *quare tristis es, et quare conturbas me? Spera in Deo* Patre, qui te, licèt immeritam, per suam piissimam misericordiam adoptavit et in filiam elegit. *Spera in Deo* Filio, qui te peccatricem in suo sanguine lavit, peccatorumque tuorum maculas abstersit. *Spera in Deo* Spiritu sancto, qui se, tanquàm salutis æternæ arrhabonem, tibi dedit; hâcque spe in Dei bonitate firmiter stabilitâ, dic cum sancto Job : *Etiamsi me occiderit, sperabo in eum.*

Tertia moralis observatio.

In laudem gloriæ ipsius. Omnium Dei donorum finis est laus et gloria Dei; et de hoc nos assiduè monet Apostolus. Deus vult à nobis homuncionibus lauderi! Deus, qui in seipso gloriosus est, qui nullo eget, vult à nobis, qui nihil sumus, glorificari! ô bonitas! At vult à nobis glorificari, ut ampliores det gratias, et salvet in æternum : ô bonitas immensa! *Quicumque glorificaverit me, et ego glorificabo eum. Benedic ergo, anima mea, Domino...; et omnia interiora... Benedic, anima mea, Domino, et noli oblivisci... Benedicam Dominum...; semper laus ejus in corde et in ore meo. Gloria Patri, et Filio, et Spiritui sancto...* Habitu benedic semper et actu frequentissimè.

Vers. 15. — Propterea. Græc., διὰ τοῦτο, *propter*

Hic Spiritus et sigillum est, et etiam pignus hæreditatis cœlestis. Pro *pignus* Græcè est arrha, quæ datur quasi pars anticipata futuræ plenæ solutionis : hic autem Spiritus datur quasi pars et prægustus futuræ nostræ hæreditatis et felicitatis.

In redemptionem acquisitionis; q. d. : Spiritus sanctus est pignus hæreditatis; *in*, id est, ad redemptionem perfectam assequendam, sic ut nihil remaneat servitutis, nec peccati, nec miseriæ, morte ipsâ penitùs absumptâ.

In laudem gloriæ ipsius. Hic apparet ad Christum redemptorem referri oportere, etc.

Vers. 15. — *Propterea et ego audiens fidem vestram, quæ est in Domino Jesu, et dilectionem*, quam scilicet

hoc, id est, et quia vocati estis, et Evangelium suscepistis, et Spiritu sancto signati estis; et quia Deus vult ob sua dona laudari. *Propterea* EGO AUDIENS FIDEM VESTRAM, id est, ex quo audivi qualis sit vestra fides in Christum, et vestra charitas in Christianos. Ubique conjungit fidem et dilectionem, bigam quamdam admirabilem, D. Chrysostomus; quia fides, nisi accedat dilectio, mortua est, nec ad vitam æternam perducet.

VERS. 16. — NON CESSO, GRATIAS AGENS... Græcismus, pro gratias agere. MEMORIAM VESTRI FACIENS IN ORATIONIBUS. Hæc duo jungenda; nimirùm gratiarum actio pro impetratis, et preces pro impetrandis. Utrumque autem debemus etiam pro aliis facere; hoc postulat communio sanctorum.

VERS. 17. — UT DEUS DOMINI NOSTRI JESU CHRISTI, PATER GLORIÆ. Hebraismus, id est, gloriosissimus, gloriâ et majestate plenus, vel, ut ait Ambrosius, Pater claritatis, à quo omnis claritas, potestas et dignitas. Fortè Pater Christi, *qui est splendor gloriæ.*

DET VOBIS SPIRITUM SAPIENTIÆ, cœlestis scilicet, hanc, inter alia dona, imprimit fidelium mentibus.

ET REVELATIONIS IN AGNITIONE... Optat eis majorem et exactiorem Dei cognitionem. Qui Deum didicit et benè novit, non ampliùs de ullo dubitabit, D. Chrysostomus. Hinc orat Apostolus ut Deum et divina mysteria perfectiùs noverint.

VERS. 18. — ILLUMINATOS OCULOS, supple, det illuminatos, etc., seu illuminet, etc.

UT SCIATIS clariùs et perfectiùs,

QUÆ SIT SPES VOCATIONIS EJUS. Hebraismus est, spes pro re sperandâ; quia eò tendit nostra vocatio, id est, *ut sciatis* quæ et quanta sunt bona, ad quæ nos vocat, et quæ nos sperare jubet.

QUÆ DIVITIÆ GLORIÆ... quàm abundans et gloriosa hæreditas sanctis præparata. Judæis Deus hæreditatem terrestrem dedit; scilicet terram promissam; nobis cœlestem præparavit, in cujus comparatione terra promissa fuit umbra et quasi nihil. Sine lumine gratiæ non potest sciri: primò, vocationis Christianæ excellentia; secundò, hæreditatis æternæ ad quam vocamur abundantia; tertiò, nostræ justificationis miraculum; hæc justificatio non minoris est potentiæ quàm Christi à morte resurrectio. Vide sequentem versiculum.

VERS. 19 — ET QUÆ SIT... Græc.: *Et quæ excellens magnitudo virtutis ejus in nos credentes*, id est, *et ut sciatis* quàm excellens, quàm magna potentia quam in nos credentes exercuit, ut nos ab infidelitate ad Christum, à peccato ad sanctitatem converteret; seu in nostrâ resurrectione spirituali.

SECUNDUM OPERATIONEM POTENTIÆ... Κατὰ, *secundùm*, significat similitudinem, scilicet similem potentiam; quasi diceret: Hæc nostra spiritualis resurrectio facta est eâdem, seu simili potentiâ, ac illa quam Deus exhibuit in gloriosâ resurrectione Christi. Hoc quidem de omnibus verum est, at clariùs patet in Ephesiorum conversione. Ephesii omni vitio idololatriæ et magiæ erant dediti, ut videbitur in cap. 2. Horum infidelium conversio ab idololatriâ et à magiâ ad fidem Christi et ad veram pietatem, non minoris est potentiæ quàm ipsa Christi resurrectio. Hoc etiam in D. Paulo patet; nec enim minoris fuit potentiæ ex Ecclesiæ persecutore prædicatorem et propugnatorem Ecclesiæ facere, quàm mortuum ad vitam revocare. Equidem alii aliter hæc verba explicant, ea non de spirituali resurrectione nostrâ, sed de futurâ nostrâ resurrectione corporali intelligentes, hoc modo: Ut sciatis summam et supremam Dei potentiam, quam in nos fideles exercebit, in die scilicet resurrectionis, corpora nostra ad gloriam resuscitando, eâdem, seu simili potentiâ quam exercuit in Christo. Ambrosius huic explicationi favet; D. etiam Thomas. Estius illam præfert et amplectitur, qui et Cajetanum citat. Et reverà juxta hunc sensum cohærent quæ v. 18 præcesserunt, scilicet, *quæ divitiæ gloriæ...*, et quæ v. 20 sequuntur de Christi resurrectione et ascensione. Et ideò ego ipse hunc sensum primò amplexus sum velut naturalem et litteralem, putabamque Paulum hìc ex factâ Christi resurrectione, quam omnes fideles credunt, confirmare fidem futuræ resurrectionis quam speramus.

Nota litteralis.

At re attentiùs examinatâ, et præsertim comparatis omnibus quæ hìc de Christo dicuntur cum illis quæ

ostenditis, *in omnes sanctos*, id est, Christianos.

VERS. 16. — *Non cesso gratias agens pro vobis*, etc., quibus peto ut Deus, etc.

VERS. 17. — *Ut Deus, Domini nostri Jesu Christi Pater gloriæ;* ut Deus Christi hominis, qui idem est Pater gloriæ, id est, auctor totius glorificationis; ut Deus qui est Domini nostri Jesu Christi Pater gloriosus, idemque gloriam suam Filio communicans; secundùm illud Philipp. 2: *Quia Christus in gloriâ est Dei Patris.*

Det vobis Spiritum sapientiæ et revelationis, in agnitione ejus, vel *sui*, potùs, ut ad Patrem referatur. Est enim sensus: Ut Deus, nostrorum charismatum etiam vos Ephesios participes faciat, largiens et adaugens vobis sapientiam, quâ ipsum, ejusque mysteria, quæ ratione humanâ percipi nequeunt, sed solâ discuntur revelatione divinâ, cognoscatis. Hanc sapientiam vocat *Spiritum sapientiæ et revelationis*, quia Spiritûs sancti donum est.

VERS. 18. — *Illuminatos* (inquam, vobis det, ait Ambros.) *oculos cordis vestri.* Det, inquam, vobis habere oculos intellectûs vestri illuminatos, ad hoc:

Ut sciatis quæ sit spes vocationis ejus, id est, ut magis etiam ac magis cognoscatis quæ et quanta sint bona ad quæ ipse vos vocat, et quæ vos jubet sperare. *Spes* enim pro re sperandâ more Hebræo posita est.

Et quæ divitiæ gloriæ hæreditatis ejus in sanctis, id est, et quàm opulenta, splendida, magnifica sit gloria cœlestis, quæ est hæreditas sanctis, hoc est, fidelibus in Christo sanctificatis, tanquàm filiis adoptionis ab ipso promissa.

VERS. 19. — *Et quæ sit supereminens magnitudo virtutis ejus in nos*, etc. Sensus est: Item ut cognoscatis excellentem magnitudinem potentiæ Dei, quam ostendet erga nos qui credimus Evangelio, scilicet resuscitando nos ad vitam et gloriam, sicut Christum resuscitavit. Hoc enim est quod jam sequitur.

de Christianis in cap. 2 dicentur, ubi fidelium justificationi applicat D. Paulus quæ hìc de Christo capite nostro dixit : *Convivificavit nos, conresuscitavit, consedere fecit*, v. 5, 6, hinc probabiliùs existimo, quòd hic versiculus 19 debeat intelligi de nostrâ à peccatis resurrectione spirituali, factâ in justificatione; quæ spiritualis resurrectio similis est resurrectioni corporali Christi. Et hic sensus est maximè naturalis. Deum enim precatur Apostolus ut illuminet, etc., quia sine lumine gratiæ scire non possumus quanta et quàm eminens sit illa Dei potentia, quâ infidelitatis tenebras dissipavit, ut fidei mysteria, à sensibus non solùm remota, sed et omnem rationem superantia, crederent homines, et quâ corda humana, ad malum naturaliter propensa, terrenis et carnalibus etiam habitualiter dedita et implicata, convertit ad cœlestia, ita ut, terrenis et carnalibus contemptis, Deum solum ament.

Cogita quali in statu tunc esset mundus : *totus in maligno positus*, idololatriæ et magiæ et omnibus nefandis deditus. Homines tamen in tali statu positos Deus convertit ad fidem, ad sanctitatem morum, ad perfectum Dei cultum. Hincque percipies quòd hæc virtus, quâ scilicet Deus hoc gratiæ miraculum fecit, non sit minor illâ quâ Christum à mortuis suscitavit. Omnia naturalia Deo incunctanter obediunt : hinc natura Dei jussus benè definita. At cor humanum Deo frequentiùs rebelle; hoc tamen Deus domuit virtute fidei. Addi potest hìc, quod communiter dicitur, difficilius esse majorisque potentiæ, peccatorem justificare quàm cœlum et terram creare. Primò, quia peccatum et gratia magis sunt inter se contraria quàm nihil et aliquid; secundò, quia peccatum et peccator longiùs à Deo distant quàm nihilum; Deus enim et peccatum duo sunt extrema, summè et in immensum distantia. Denique quia gratia et justitia ordinis est supernaturalis et divini; hinc summâ opus est potentiâ ut homo per peccatum infra omnes creaturas depressus supra omnes assurgat et ad gratiam extollatur, fiatque divinæ naturæ consors, Dei filius et hæres. Ex his omnibus colliges non mirum esse si dicat Apostolus suam et Ephesiorum spiritualem resurrectionem non minoris esse potentiæ quàm Christi gloriosam à mortuis resurrectionem.

Vers. 20. — *Quam operatus est in Christo.* Græca significant efficacem Dei operationem, et sensus est : Quam virtutem erga nos declarabit efficaci operatione potentissimæ virtutis seu fortitudinis suæ, quam et in Christo efficaciter exercuit. ; q. d. : Non minùs erit potens Deus in resuscitandis et glorificandis nobis, atque fuit in Christo.

Suscitans illum à mortuis, id est, cùm suscitavit eum à morte ad vitam immortalem.

Et constituens ad dexteram suam in cœlestibus, id est, collocavit, sedere eum fecit in dexterâ, id est, ad dexteram suam.

Supra omnem principatum, et potestatem, et virtutem, et dominationem. Principatus, id est, principes; *potestates*, id est, potestate præditi; *virtutes*, id est, dominantes; sunt enim nomina angelorum.

Et omne nomen, id est, omne quod nominatur et celebratur. *Quod nominatur, non solùm in hoc seculo, sed etiam in futuro.* Hinc discimus nomina quædam, gradus et distinctiones angelorum et spirituum cœlestium nobis hic esse incognita, quæ in cœlo revelabuntur, ait Theophylactus.

Sed hic puto non omittendum alium sensum, quem dare videtur Arabica versio, quæ sic habet : Et quæ sit eminentia magnitudinis potentiæ ipsius, in nobis fidelibus, pendentis ab efficaciâ fortitudinis roboris ipsius quod exercuit in Christo quem suscitavit, etc. Quasi dicat quòd Christi resurrectio sit causa resurrectionis nostræ spiritualis, nostraque fides ab ipsâ pendeat. Hujus sensûs meminit Photius, et à Gagnæo etiam refertur, et fundatur in eo quòd τὸ κατὰ, *secundùm operationem*, etc., referat ad *credimus*. Sed meliùs refertur ad τὸ *supereminens magnitudo virtutis*, etc., quæ non est dissimilis, nec inferior illâ virtute *quam operatus est in Christo*, ut explicatum est; et est interpretatio plerorumque antiquorum, D. Chrysostomi, Theophylacti; et recentiorum, Cornelii, Menochii, Tyrini, Fromondi, etc.

Vers. 20. — Quam operatus est... Illa Dei virtus et ἐνεργεία quâ nos ab idololatriâ, à peccatis, ab inferno suscitavit, similis est illi potentiæ et energiæ quam Deus ostendit in Christo, cùm illum à mortuis suscitavit et ad dextram suam constituit tanquàm potentiâ et divinitate sibi æqualem, quanquàm formâ servi indutum, ait D. Chrysostomus.

In cœlestibus, locis seu regionibus.

Vers. 21. — Supra omnem principatum..., omnes angelorum ordines, etc. Græc., *plus quàm supra*, ut summam altitudinem significet, ait Theophylactus.

Et omne nomen. Nomen hìc sumitur pro personâ quâvis celebri et excellenti, sive angelicâ, sive humanâ, quocumque nomine, dignitate, et officio potiatur; sive ea noverimus, sive nunc non cognoscamus, sed fortè in æternitate cognoscemus.

Vers. 22. — Et omnia subjecit... Hinc infert D. Chrysostomus quòd Christus, etiam ut homo, sit Rex et Dominus cœli et terræ, angelorum et hominum. *Data est mihi omnis potestas in cœlo et in terrâ*, Matth. ultimo, v. 18. Quoad usum tamen hujus potestatis, nondùm omnia sunt subjecta, ut Hebr. 2, v. 8, dicitur; dæmones enim et malos homines in fine tantùm seculorum coercebit.

Et ipsum dedit caput supra omnem Ecclesiam. Græc. : *Et ipsum dedit caput supra omnia Ecclesiæ.* Syr. : *Eumque, qui est super omnia, dedit caput Ecclesiæ.*

Vers. 22.— *Et omnia subjecit sub pedibus ejus.* Hinc patet angelos subjectos esse Christo homini, et Christum, ut homo est, regem esse ac dominum cœli et terræ, hominum et angelorum. Ita Chrysost. et Theoph.

Et ipsum dedit caput supra omnem Ecclesiam, angelorum scilicet et hominum, militantem et triumphantem. Ita S. August. et alii. Christum dedit caput Ecclesiæ, qui est super omnia visibilia et invisibilia præsidens et dominans. Hinc exclamat Chrysost. : Papæ! Quò rursùs et ipsam Ecclesiam evexit? Quasi quâdam machinâ trahens in magnam ipsam sublimitatem sustulit, inque ipsum cœlestem thronum sedere fecit : nam ubi est caput, ibi est et corpus, supra omnia visibilia et invisibilia, etc. *Dedit*, inquit, *ipsum caput supra omnem Ecclesiam*; caput enim in sua membra influit. Undè subdit :

siæ. Itaque videtur quòd sit transpositio et sic construi debeat : *Omnia subjecit sub pedibus ejus, ipsumque* sic super omnia positum et constitutum *dedit caput Ecclesiæ*. Sed juxta nostram Vulgatam, *ipsum dedit caput super omnem Ecclesiam*, angelicam scilicet et humanam ; triumphantem et militantem. Ambrosius nostro interpreti est conformis.

Vers. 32. — Quæ est corpus ipsius..., id est, quæ Ecclesia est ejus corpus mysticum.

Et plenitudo ejus, id est, perfectio, complementum illius ; caput enim perficitur et completur accessu corporis, sicut et caput totum perficit. Sicut caput solum est mancum, ita membra sine capite sunt inutilia ; caput ergo verè perfectum est cùm habet omnia sui corporis membra.

Qui omnia in omnibus adimpletur. Syr. : *Qui omnia in omnibus adimplet.*

Græc., πληρουμένου. Vox est media, tum activa, tum passiva ; seu, ut ait Grotius, sono passivo, sensu tamen activo, formâ, inquit, Atticâ. Æqualiter ergo significat, adimplentis et adimpleti, et in utroque sensu hìc vera est. Christus in omnibus suis membris adimpletur, quantùm ad omnia corporis officia, v. g., manûs, pedis, etc. Christus quoad manum impletur in homine misericorde ; quoad pedem, in eo qui Christi amore peregrinatur, vel visitat ægros ; quoad linguam in doctore, ait Theophylactus. Adimplet autem omnia : sicut caput implet omne corpus humanum per continuum in sua membra influxum, sic Christus lucem influit in fidelium mentes, pios affectus in cor, spiritualia charismata in animam.

In utrumque animadversio moralis.

Christus adimpletur in singulis et omnibus Christianis ; proficit in illis sapientiâ, et gratiâ, et omni virtute : cùm enim unusquisque Christianus sit Christi membrum, ubi membrum Christi perficitur, ipse Christus ut caput in suo corpore mystico perficitur. Ergo debeo meam zelare perfectionem, utpote quæ ad Christi perfectionem confert. Ergo et meam debeo imperfectionem horrere, utpote Christi dedecus et opprobrium. Ergo debeo et aliorum saluti et perfectioni cum zelo incumbere, ut Christi corpus perficiam. Quot Christianos convertam, aut perficiam, tot Christo membra conferam, vel perficiam. Quantus hinc animarum conversioni et perfectioni cum zelo vacandi stimulus ? Christus, caput Ecclesiæ, per continuum influxum adimplet omnia. Quanta ergo debet esse unio nostra cum Christo, capite nostro, quanta spes in ipsum, quanta fiducia, quàm frequens ad eum noster recursus ? Nostra cum hoc nostro capite continua sit unio, non tantùm per habitus gratiæ et veritatis, sed et per actus fidei, spei et amoris ; continuus et habitualis sit nostri cordis ad eum recursus per aspirationes et per orationem non deficientem.

Vers. 23. — *Quæ*, scilicet Ecclesia, *est corpus ipsius, et plenitudo ejus, qui omnia in omnibus* (membris suis, ergo et in angelis) *adimpletur*, et adimplet.

Corollarium pietatis, seu in hoc capite ad pietatem maximè notanda, et ad praxim redigenda.

1° Ex hoc capite mecum, ô Christiane, quisquis es, disce infinitas in te Dei misericordias, et æternas et temporales.

Ab æterno te Deus cogitavit, te dilexit ; et quia dilexit, te adhuc nihilum et prorsùs immeritum, inter innumeros alios, elegit in Christo et ob Christum, v. 4. Deus summæ majestatis me nihilum ab æterno cogitavit, dilexit, præ amore elegit. Quanta et quàm infanda bonitas ! Ad quid autem elegit ? Ut essem sanctus et immaculatus in conspectu ejus, v. 4. Deo consequenter similis, qui sanctus est et immaculatus Quantus honor ! Ad quid etiam ? Ut sim adoptivus Dei filius, v. 5, ipsius hæres, æternorum illius bonorum possessor. Quanta felicitas ! An majorem Deus ipse poterat excogitare et mihi velle ? Has ergo æternas, infinitas, immensas Dei misericordias cogita, penetra quantùm potes ; at comprehendere non valens, mirare, adora, ama ; amans, adorans et mirans, exclama : Æternas *misericordias Domini in æternum cantabo.*

In tempore autem Deus, per Sacramentum tuæ regenerationis, æternum electionis suæ decretum exsecutus est ; sicut ab æterno elegit ut esses sanctus et immaculatus, ita de facto, in tempore, te fecit sanctum et inculpatum ; vide v. 5. Primò te fecit immaculatum in conspectu suo. Quomodò ? Animæ tuæ lotione in pretioso Filii sui sanguine, in quo peccatorum remissionem reperisti, v. 7. Simul enim ac corpus tuum aquâ fuit à Sacramenti ministro lotum, anima tua per merita pretiosi sanguinis Jesu Christi, tibi tunc applicata, à peccatorum omnium sordibus fuit abluta, et in conspectu Dei immaculata, et refulgens reddita. Secundò, eodem tempore et instanti sanctum te fecit. Quomodò ? Per infusionem gratiæ sanctificantis, quæ copiosè in te fuit effusa, v. 8 ; sicque te sanctificavit, ut et omni spirituali et cœlesti benedictione cumulaverit, v. 3.

Sicut elegit..., ita benedixit omni benedictione. Quæ sunt hæ benedictiones, quibus per gratiæ baptismalis infusionem cumulatus es ? Per irradiationem hujus gratiæ sanctificantis, quæ divinæ naturæ participatio est, anima tua deiformis facta est, Deoque similis ; cujus imago ac similitudo per peccatum deleta, in te fuit divinitùs resculpta. Adest una è benedictionibus. Hinc Deo charus, et gratus factus es, Deique amicus, *gratificavit in dilecto*, v. 6. Adest altera. Per hanc eamdem gratiam sanctificantem, quæ dominicæ passionis est fructus, estque Christi ipsius communicatio, et omnium quæ Christi sunt applicatio ; per hanc, inquam, gratiam Christum induisti, Christo unitus et incorporatus fuisti, ejus corporis membrum, corpus ejus mysticum, unum quid cum Christo factus fuisti. Hâcque Christi, Filii Dei consubstantialis induitione, hâc cum Filio Dei naturali unione, in-

corporatione, identificatione, factus es Dei filius adoptivus, hæres Dei, cohæres Christi, jus recepisti ad omnia Dei bona in æternum cum Christo possidenda. Ecce altera et multiplex benedictio. Quia enim filius Dei factus es, hinc et Spiritum Filii recepisti, in quo clamares : *Abba, Pater;* hinc Spiritu sancto, quasi adoptionis sigillo obsignatus es, v. 13. Quia hæres factus es, et jus ad Dei hæreditatem recepisti, hinc Spiritu sancto, qui est hæreditatis arrha, oppignoratus es usquedùm hæreditatem possideas integram, v. 14. Has omnes singulatim misericordias cogita, recogita, meditare, penetra, et ideò cum D. Paulo precare.

Deus summe, Pater gloriæ, Deus Domini nostri Jesu Christi, illumina oculos cordis mei, ut hæc tua dona æterna et temporalia valeam intelligere, et sentire. Vide vers. 17, 18, 19. Sciam, ô Deus, quid sit ab æterno esse bonæ voluntatis tuæ tuique affectùs objectum, à te diligi, eligi, prædestinari, v. 3, 4, 5; primò, ut ob id continuas tibi gratias agam; secundò, ut huic bonæ voluntati tuæ respondens, te diligam, ô Deus æterne, qui me ab æterno dilexisti; et studeam sanctus et immaculatus esse, spiritu filiorum agere et agi. Sciam quid sit in tempore esse de facto divinæ naturæ tuæ participem, esse filium tuum, fratrem Christi, hæredem tuum, cohæredem Christi, v. 5, 18 : ut tantæ nobilitatis memor, nunquàm sim degener, sed semper vivam dignè Deo, dignè filio Dei, fratre Christi, hærede Dei, cohærede Christi. Imitator tuî sim ut filius, peccatum horrens, sanctitati vacans; quia sanctus es, et peccatum horres. In charitate ambulem, in tuî dilectione et proximi propter te, semper proficiendo. Sciam denique quæ et quanta sunt illa bona tua, quàm abundans et gloriosa hæreditas æterna, ad quam me vocas, et quam me jubes à te sperare, v. 18. Ut terrena omnia contemnens, ad illa æterna et immensa bona tua semper aspirem, et te, omnium bonorum fontem, unicè diligam. Amen.

2° Disce quis sit Christianismi spiritus, carnalia scilicet et terrena despicere, spiritualia et cœlestia diligere. Vide in fine v. 3. Quò plus omnia temporalia despexeris, et ardentiùs æterna dilexeris, eò magis in Christianismo profeceris.

3° Disce quòd Christus sit medium in quo et per quod omnis ad nos emanat divina benedictio; et ideò medium in quo et per quod omnis nostra laus et benedictio ad Deum pervenire debeat. Vide in fine v. 3. Per ipsum et propter ipsum fluit ad nos omne bonum, per ipsum refluat à nobis omnis gratiarum actio. Christo itaque Mediatori nostro continuè adhæreamus, sive petituri, sive redituri, ibidem.

4° Disce quanta sit animæ sanctificatæ dignitas, ipso Spiritu sancto sigillata, v. 14. Sub duplici titulo datus est ei Spiritus sanctus, ut sigillum scilicet, et ut pignus. Quàm desideranda itaque sanctitas animæ! quàm magnifacienda! quanto studio conservanda! Vide v. 14, et observationes morales.

5° Disce quid pro tot et tantis beneficiis, per Christum tibi collatis, velit à te Deus, nimirùm amari, laudari. Disce et cur à te homuncione laudari velit infinitæ majestatis Deus, et super omnes nostras laudes plusquàm infinities superexaltatus, scilicet ut majores det gratias in tempore, et te salvet et glorificet in æternum. Hanc bonitatem mirare, ama, lauda, si non potes satis, saltem à laude nunquàm cessa. Propterea de hoc nos toties admonet Apostolus in hoc capite, v. 6, 12, et 14, quem vide, et tertiam observationem moralem.

CAPUT II.

1. Et vos, cùm essetis mortui delictis et peccatis vestris,

2. In quibus aliquando ambulàstis secundùm seculum mundi hujus, secundùm principem potestatis aeris hujus, spiritus qui nunc operatur in filios diffidentiæ :

3. In quibus et nos omnes aliquando conversati sumus in desideriis carnis nostræ, facientes voluntatem carnis et cogitationum, et eramus naturâ filii iræ, sicut et cæteri :

4. Deus autem, qui dives est in misericordiâ, propter nimiam charitatem suam, quâ dilexit nos,

5. Et cùm essemus mortui peccatis, convivificavit nos in Christo (cujus gratiâ estis salvati),

6. Et conresuscitavit, et consedere fecit in cœlestibus in Christo Jesu :

7. Ut ostenderet in seculis supervenientibus abundantes divitias gratiæ suæ in bonitate super nos in Christo Jesu.

8. Gratiâ enim estis salvati per fidem, et hoc non ex vobis, Dei enim donum est :

9. Non ex operibus, ut ne quis glorietur.

10. Ipsius enim sumus factura, creati in Christo

CHAPITRE II.

1. Dieu vous a rendu la vie, lorsque vous étiez morts par vos déréglements et par vos péchés.

2. Dans lesquels vous avez autrefois vécu selon la coutume de ce monde, selon le prince des puissances de l'air, cet esprit qui exerce maintenant son pouvoir sur les incrédules et les rebelles.

3. Nous avons tous été autrefois dans les mêmes désordres, vivant selon nos passions charnelles, nous abandonnant aux désirs de la chair et de notre esprit; et nous étions, par la corruption de notre nature, enfants de colère, aussi bien que les autres hommes.

4. Mais Dieu, qui est riche en miséricorde, poussé par l'amour extrême dont il nous a aimés,

5. Lorsque nous étions morts par nos péchés, nous a rendu la vie en Jésus-Christ, par la grâce duquel vous êtes sauvés;

6. Et il nous a ressuscités avec lui, et nous a fait asseoir dans le ciel en Jésus-Christ,

7. Pour faire éclater dans les siècles à venir les richesses surabondantes de sa grâce, par la bonté qu'il nous a témoignée en Jésus-Christ.

8. Car c'est par la grâce que vous êtes sauves en vertu de la foi; et cela ne vient pas de vous, puisque c'est un don de Dieu :

9. Cela ne vient point de vos œuvres, afin que nul ne se glorifie;

10. Car nous sommes son ouvrage, étant créés en

Jesu in operibus bonis, quæ præparavit Deus ut in illis ambulemus.

11. Propter quod memores estote, quòd aliquando vos gentes in carne, qui dicimini præputium ab eâ quæ dicitur circumcisio in carne, manu facta;

12. Quia eratis illo in tempore sine Christo, alienati à conversatione Israel, et hospites testamentorum, promissionis spem non habentes, et sine Deo in hoc mundo.

13. Nunc autem in Christo Jesu, vos, qui aliquando eratis longè, facti estis propè in sanguine Christi.

14. Ipse enim est pax nostra, qui fecit utraque unum, et medium parietem maceriæ solvens, inimicitias in carne suâ:

15. Legem mandatorum decretis evacuans, ut duos condat in semetipso in unum novum hominem, faciens pacem,

16. Et reconciliet ambos in uno corpore Deo per crucem, interficiens inimicitias in semetipso.

17. Et veniens evangelizavit pacem vobis, qui longè fuistis, et pacem iis qui propè.

18. Quoniam per ipsum habemus accessum ambo in uno spiritu ad Patrem.

19. Ergo jam non estis hospites et advenæ; sed estis cives sanctorum, et domestici Dei:

20. Superædificati super fundamentum apostolorum et prophetarum ipso summo angulari lapide Christo Jesu:

21. In quo omnis ædificatio constructa crescit in templum sanctum in Domino:

22. In quo et vos coædificamini in habitaculum Dei in Spiritu.

Jésus-Christ dans les bonnes œuvres que Dieu a préparées, afin que nous y marchassions.

11. C'est pourquoi souvenez-vous qu'étant gentils par votre origine, et du nombre de ceux qu'on appelle incirconcis, pour les distinguer de ceux qu'on appelle circoncis selon la chair, à cause d'une circoncision faite par la main des hommes,

12. Vous n'aviez point alors de part à Jésus-Christ; vous étiez entièrement séparés de la société d'Israël; vous étiez étrangers à l'égard des alliances divines; vous n'aviez pas l'espérance des biens promis; et vous étiez sans Dieu en ce monde.

13. Mais maintenant que vous êtes en Jésus-Christ, vous qui étiez autrefois éloignés de Dieu, vous êtes devenus proches de lui par le sang de Jésus-Christ.

14. Car c'est lui qui est notre paix; c'est lui qui des deux peuples n'en a fait qu'un; c'est lui qui a détruit en sa chair le mur de séparation, cette inimitié qui les divisait:

15. Et qui, par sa doctrine, a aboli la loi de Moïse chargée de tant de préceptes, afin de former en lui-même un seul homme nouveau de ces deux peuples, en mettant la paix entre eux;

16. Et afin que tous deux étant reunis en un seul corps, il les réconciliât avec Dieu par sa croix, y ayant détruit en lui-même leur inimitié.

17. Et ainsi étant venu, il a annoncé la paix, tant à vous qui étiez éloignés de Dieu, qu'à ceux qui en étaient proches.

18. Car c'est par lui que nous avons accès les uns et les autres auprès du Père dans un même esprit.

19. Vous n'êtes donc plus des étrangers qui sont hors de leur pays et de leur maison; mais vous êtes citoyens de la même cité que les saints, et vous appartenez à la maison de Dieu,

20. Puisque vous êtes édifiés sur le fondement des apôtres et des prophètes, et unis en Jésus-Christ, qui est la principale pierre de l'angle,

21. Sur lequel tout l'édifice étant posé, s'élève et s'accroît dans ses proportions et sa symétrie, pour être un temple consacré au Seigneur;

22. Et vous-mêmes aussi, vous entrez dans la structure de cet édifice, pour devenir la maison de Dieu, par le Saint-Esprit.

ANALYSIS.

Quod in genere dixit cap. 1, *v.* 19, *de spirituali fidelium resurrectione, factâ per potentiam non absimilem ei potentiæ quam in Christi resurrectione Deus exhibuit, hoc speciatim Ephesiorum justificationi applicat.*

Ephesios ergo primùm in peccatis mortuos, v. 1 *et* 2, *depingit; et ne hæc odiosa descriptio Ephesios gentiles nimis gravet, spiritualem hanc in peccatis mortem, et Judæis, et sibi ipsi Paulo communem fuisse dicit, v.* 3.

Hâc itaque spirituali morte suppositâ,

℣ 4. *Accedit ad eorum spiritualem resurrectionem, quam cum Christi gloriosâ resurrectione comparans, ait:* Nos *à peccatis mortuos* convivificavit in Christo, et conresuscitavit, et cum eo sedere fecit in cœlestibus, *v.* 5, 6.

Ne autem quidquam hâc in re sibi arrogent Ephesii, sed ut totam Deo gloriam referant,

℣ 7. *Monet eos quòd hanc gratiam illis Deus contulit, ad suam in eos benignitatem declarandam, ut inde glorificetur.*

Addit v. 8 *quòd gratis sint justificati per fidem quæ Dei donum est, v.* 9, *non ex operum merito; v.* 10, *non est ergo quòd quis glorietur: Dei enim figmentum et opus sumus.*

Ne verò segnescant post tantum beneficium acceptum, monet eos ad quod sint resuscitati, seu denuò creati, scilicet ad sancta et bona opera exercenda.

℣ 11. *Hortatur ut tantæ gratiæ per Christum acceptæ memores, duo semper habeant præ oculis.*

Quid fuerint gentiles sine Christo, sine ullâ cum populo Dei societate, sine Deo, quem vel non noscebant, vel non colebant, v. 12.

Quid sint per gratiam Christi, propinqui Deo, Christo, populo Dei, v. 13.

℣ 14. *Explicat quomodò Christus murum gentiles à Judæis separantem destruxerit in cruce, ut suam Ecclesiam ex utroque populo conflaret, v.* 16, 17, *etc.*

Hincque concludit quòd non sunt hospites, et advenæ, sed sanctorum cives et domestici Dei, componuntque mirabile ac mysticum templum, cujus secundaria fundamenta sunt apostoli et prophetæ; Christus autem lapis angularis; unaquæque verò anima christiana, habitaculum Dei.

PARAPHRASIS.

1. Et vos, ô Ephesii, cùm spiritualiter essetis mortui, utpote privati gratiâ Dei, et in peccatis vestris immersi;

2. In quibus aliquando vixistis secundùm mundanam hujus seculi vanitatem, et secundùm ductum diaboli, qui suam in hoc aere potestatem exercet; juxta ductum, inquam, spiritûs maligni, qui vim et malignitatem suam exercet in homines incredulos, Deoque rebelles.

3. In quibus etiam delictis et nos Judæi omnes aliquando viximus, concupiscentiæ desideriis obedientes, et sensualitatis et ambitionis actionibus indulgentes; uno verbo, naturali nostrâ corruptione ita concupiscentiis dediti, ut essemus planè et omninò peccatores, et filii iræ, sicut cæteri.

4. At Deus, qui valdè et multùm misericors est, propter multam et eximiam charitatem suam, quâ nos dilexit,

5, 6. Cùm spiritualiter ob delicta nostra mortui essemus, etiam nos ad similitudinem, et ad exemplum Christi, cujus gratiâ salvati sumus, convivificavit, à spirituali morte nos suscitavit, sicut illum à corporali, ut nos aliquando novæ et gloriosæ Christi vitæ faceret participes, et unâ cum ipso consedere fecit super omnes cœlos, in thronis, nunc per spem, aliquando reipsà.

7. Hæc autem omnia Deus nobis fecit, ut in venturis usque ad finem mundi seculis, manifestaret exuberantem magnificentiam suam, per benignitatem, quam erga nos impendit per Jesum Christum, utque eâ manifestatâ inde glorificetur.

8. Siquidem divini beneficii auxilio justificati estis per fidem; et hoc quòd per fidem justificati sitis, et inchoatè salvati, non ex vobis, sed Dei donum est, ipsa enim fides Dei donum.

9. Per fidem, inquam, non ex operibus fidem præcedentibus salvati, seu justificati estis; ne quis glorietur quasi suo labore et opere justitiam illam adeptus sit.

10. Non est igitur quòd in hoc vel in quopiam alio gloriemur, ipsius enim figmentum et opus sumus; non tantùm quia primùm ab ipso creati, sed multò magis quia ab eo spiritualiter recreati sumus in baptismo, per Jesum Christum; idque ad bona et sancta opera exercenda, quæ Deus præparavit, ut illis perseveranter vacaremus.

11. Ut tanti ergo beneficii magnitudinem intelligatis, et dignas ob illud Deo gratias agatis, juxta quod dixi v. 7, mementote, ô Ephesii, et ob oculos mentis vestræ duo semper habete, nimirùm quod fuistis, et quod nunc estis. Quoad primum, mementote quòd origine carnali gentiles eratis, et propterea per contemptum præputiati, seu incircumcisi dicebamini à Judæis, qui ob carnem præputii sui manu circumcisam, vocantur circumcisi.

12. Mementote quòd tunc eratis sine ullâ Christi cognitione, et sine ullâ in illum fide. Eratis à societate populi Dei prorsùs exclusi; eratis extranei, et alieni à pactis quæ Deus cum Judæis iniit; sicque nullam in illius promissa spem habebatis; denique per totum terrarum orbem, aut Deum verum ignorabatis, aut eum non colebatis, sicque eratis verè athei.

13. Quoad secundum, mementote quòd nunc, ex quo in Christum credidistis; vos, qui aliquando eratis longè à Deo, à Christo, à pactis, à promissionibus, à societate Israel, uno verbo, à salute; nunc, inquam, facti estis propè, seu propinqui Dei, Christi, Israelis et beatitudinis, per sanguinem, seu per merita passionis et mortis Christi.

14. Ipse enim est pacificator, qui non Deo solùm nos reconciliavit, sed et (quod est hujus divinæ reconciliationis sequela) utrumque populum Judaicum et gentilem conciliavit, et univit in unâ Ecclesiâ, sub uno capite, murum qui medius erat, et Judæos à gentibus separabat, eratque causa perpetuarum inimicitiarum inter Judæos et gentiles, destruens per mortem, quam in carne suâ subivit.

15. Legem Moysis, cæremonialia multa mandantem per evangelica dogmata abolevit; ut duos populos, Judæos scilicet et gentes, per unitatem fidei, in semetipso, unico Ecclesiæ capite, unum corpus, unumque novum hominem formaret, et factâ pace,

16. Ambos populos in uno corpore Ecclesiæ reconciliet Deo, per crucem, per quam in semetipso interfecit mutuas Judæorum et gentilium inimicitias.

17. Et cùm venisset in mundum factus homo, annuntiavit pacem futuram, vobis gentilibus, qui longè eratis à Deo, à Christo et à salute; et Judæis, Deo, Christo, saluti propinqui, per Dei notitiam, legem et promissa.

18. Quoniam per ipsum ambo, tam gentiles quàm Judæi, habemus aditum ut filii ad Patrem, uno, eodemque Spiritu duce et impulsore, ita ut audeamus ei dicere : Pater noster.

19. Nunc ergo non estis ampliùs, ut in gentilismo, peregrini, et extranei à populo, civitate et domo Dei; sed estis concives sanctorum, ejusdemque civitatis municipes ac sancti patriarchæ, prophetæ, omnesque fideles et angeli; imò estis de domo, et familiâ Dei.

20. Estis enim ædificati super apostolos et prophetas, qui sunt secundaria Ecclesiæ fundamenta, Christo Jesu existente primario, altissimo, seu imo, et infimo lapide angulari validissimo, qui continet fundamenta et structuram totius Ecclesiæ, et ejus utrumque parietem Judæos et gentiles.

21. In quo et super quem lapidem angularem Christum, tota Ecclesiæ fabrica compacta, compaginata et coagmentata, assurgit in templum Deo consecratum per ejusdem Domini Jesu Christi gratiam;

22. In quo et super quem vos ipsi, cum aliis Christianis, hoc templum, tanquàm partes, componitis, ut altiùs assurgat, et fiat ingens Dei habitaculum, idque per Spiritum sanctum, qui suâ gratiâ, quasi glutine, vos coagmentat, et divinæ inhabitationi vos præparat.

COMMENTARIA.

Vers. 1.— Et vos, supple ex v. 5, *convivificavit*.... Cætera interposita debent per parenthesim legi : inchoatam enim sententiam explet, v. 5 et 6, mutatâ secundâ personâ in primam. *Et nos convivificavit*.... Apostolus in Ephesiorum conversione ostensurus quod cap. 1, v. 19, dixit de fidelium sanctificatione, scilicet factam fuisse juxta operationem virtutis et potentiæ quam Deus exhibuit in Christo, seu ipsos Ephesios spiritualiter suscitatos fuisse, ad exemplum suscitationis Christi, primò describit spiritualem Ephesiorum in peccatis mortem : *et vos*, cum essetis mortui, spiritualiter, seu privati gratiâ, delictis et peccatis vestris ; in delictis, quantùm ad omissa ; in peccatis, quantùm ad commissa, ait D. Thomas.

Vers. 2. — In quibus ambulastis. Sicut per verba præcedentia, *in delictis et peccatis*, etc., designavit peccatorum multitudinem, ita per verbum, *ambulâstis*, significat Ephesiorum in peccatis perseverantiam; quasi diceret : In quibus delictis et peccatis diu vixistis. Secundum seculum; Syr. : *Secundùm mundanam vanitatem seculi hujus*. Indicat unam è peccatorum causis, quæ est rerum mundanarum vanitas, hominum corda alliciens : hinc D. Joan. : *Nolite diligere mundum*. Secundum principem.... Alteram tangit peccatorum causam, quæ est diaboli instigatio. Præter sensum in paraphrasi datum, potest etiam intelligi : secundùm instinctum et suggestionem diaboli, seu Luciferi, qui princeps est dæmonum, seu potestatum, qui dominantur in hoc aere. Singulare pro plurali positum est. Potestas autem sumpta eo sensu, quo c. 1, v. 21. Syr. sic habet : *Juxta voluntatem principis potestatis aeris, nempe spiritûs illius, qui grassatur in filios immorigeros*.

Vers. 3. — In quibus et nos.... Mirâ charitatis arte D. Paulus, ne pudore nimio Ephesios gentiles, ob hanc anteactæ vitæ odiosam descriptionem, afficiat, semetipsum et omnes alios Judæos, eisdem peccatis obnoxios fuisse declarat.

In quibus delictis et peccatis, et nos omnes, ego et alii Judæi ad Christum conversi, aliquando, ante conversionem viximus.

In desideriis..., id est, concupiscentiæ desideriis intùs consentientes.

Facientes voluntatem ; Græc., *voluntates carnis*, id est, et hæc ipsa concupiscentiæ desideria opere complentes ; seu sensualitatis actionibus indulgentes.

Et cogitationum, id est, et concupiscentiæ interioris desideria sectantes : ambitionem, invidiam, etc. Notat duplex concupiscentiæ peccatorum genus : alia sunt carnalia, seu sensualia, alia spiritualia.

Et eramus natura filii iræ.... Syr. : *Et eramus planè filii iræ*, etc. Græc. : φύσει, *naturâ*.

Nota litteralis.

Natura significat, primò naturam ipsam ; secundò, nativitatem, seu ortum ; tertiò, naturalem indolem et propensionem ; quartò, sumitur adverbialiter : naturâ, seu naturaliter.

Quod Syrus vertit, *planè*, quidam veteres verterunt, *plenè et omninò*, ait D. Hieronymus. Theophylactus interpretatus est, *verè et genuinè;* D. Chrysostomus, *hoc est, ira fuimus et nihil aliud ;* quomodò enim, si sit filius hominis, est homo naturâ, ita nos quoque, sicut et cæteri ; quasi diceret : Sicut ex homine natus, nihil est aliud quàm homo, ita nos nihil aliud quam filii iræ. Et juxta has quatuor naturæ acceptiones, quatuor modis explicatur hic locus : *Eramus naturâ*, id est, non quidem in se sumptâ, sed ut in Adamo, per peccatum corruptâ, *filii iræ*, ait D. Thomas : *Eramus naturâ*, id est, à nativitate, seu à primo nostræ naturæ ortu, in peccato originali, *filii iræ*. *Eramus naturâ*, id est, naturali nostrâ indole et proclivitate, quâ à pueritiâ, quasi naturaliter ad malum propensi sumus, *filii iræ*. *Eramus naturâ*, id est, planè et omninò peccatores et *filii iræ*.

Plenus sensus erit, ait Cornelius à Lapide : *Eramus naturâ*, id est, ex naturæ nostræ corruptione et propensione, ita carni et concupiscentiis dediti, ut *naturâ*, id est, omninò essemus peccatores et *filii iræ*.

Vers. 1. — *Et vos*, etc. Supple, convificavit Christo, conresuscitavit, et consedere fecit cœlestibus. Cùm dixisset quid in Christo Deus operatus sit, hìc jam, continuato sermone, declarat quid in nobis qui membra Christi sumus, per gratiam suam operetur. *Cùm essetis mortui*, privati vitâ gratiæ per delicta et peccata vestra. Peccatum cùm à delicto distinguitur, est id, quod scienter contra legem committitur; delictum, quod ignoranter, vel per oblivionem, præsertim juris et præcepti. Ita ex Procopio et S. Hieron.

Vers. 2. — *In quibus aliquando ambulâstis*, conversati estis ; ambulatio enim significat peccati iterationem et consuetudinem. *Secundùm seculum mundi hujus*, id est, secundùm consuetudinem secularium, qui seculariter et mundanè vivunt in hoc mundo. *Mundi hujus*, scilicet, qui totus in maligno positus est, Joan. 5 ; sequitur enim de maligno.

Secundùm principem potestatis aeris hujus, id est, secundùm instinctum, suggestionem, voluntatem diaboli, qui est princeps potestatum aeris hujus caliginosi, nobis proximi.

Spiritûs, qui nunc operatur in filios diffidentiæ. Græcè, in filios incredulitatis, noster vertit *diffidentiæ*. Quia tales Deo non fidunt, id est, non credunt, non obediunt : qui enim credit dicenti, facilè illi obedit, illique fidit, et ab eo se regi patitur.

Vers. 3. — *In quibus*, inter quos, *et nos omnes aliquando conversati sumus in desideriis carnis nostræ*. Nos omnes, tam Judæi quàm Græci, priusquàm veneremus ad Christum, in delictis et peccatis vitam egimus, sequentes desideria carnis, id est, pravæ concupiscentiæ nostræ. Sic Rom. 3 concludit Judæos et Græcos omnes sub peccato esse, juxta quod scriptum est : *Omnes declinaverunt ;* et Tit. 3 : *Eramus*, inquit, *aliquando et nos*, etc.

Facientes voluntatem carnis et cogitationum. Voluntas hìc appetitum significat, non rationalem tantùm, sed et sensualem, animalem, carnalem et brutalem ; caro enim, id est, concupiscentia, tam in rationali, quàm in animali appetitu residet.

Et eramus naturâ filii iræ, sicut et cæteri, id est, ex naturæ nostræ corruptione et propensione, ita carni et concupiscentiis eramus dediti, *ut naturâ*, id est, omninò essemus peccatores et filii iræ. Ita Hier. : *Filii iræ*, id est, digni et obnoxii iræ ac vindictæ Dei. Sic enim dicitur filius mortis, id est, dignus morte ; mors enim quasi mater peccatorem talem qui dignus est morte fingitur genuisse ad mortem, ut seipsam illi

Et ratio illius est, quòd Apostolus non spectat tantùm hìc corruptionem naturæ in Adamo, sed etiam, et multò magis, quod ex eâ secutum est, scilicet, ut singuli ex Adamo nati carni et peccatis toti serviant quasi naturaliter: sint filii iræ, donec Christi gratiâ liberentur et reformentur; agit enim de peccatis actualibus, ut patet ex præcedentibus. *Filii iræ*, id est, digni et obnoxii iræ et vindictæ Dei.

In præcedentibus his Apostoli verbis vide et observa horrendam hominis peccatoris picturam : mortuus est coram Deo, gratiâ privatus, diabolo subditus, mundi spiritu animatus, effrænatis passionibus suis rectus, in omnibus concupiscentiis corruptus, iræ divinæ filius, et consequenter æternæ Dei ultionis victima. Hunc statum quis fidelis non horreat? heu! fuge statim, si stas in eo ; gratias age liberatori tuo, si ab eo per Christi gratiam surrexisti.

Vers. 4. — Deus autem qui dives.... propter nimiam ; Græc. : *Propter multam charitatem ;* item Syrus, id est, *propter immensam charitatem, quâ nos homines dilexit. Nimia* respectu nostrî : verè enim nimia est charitas, Filium unigenitum, pro servis inimicis et peccatoribus immolare.

Vers. 5. — Cum essemus, nos scilicet Judæi et vos gentiles, mortui, per peccata nostra.

Convivificavit nos in Christo ; Græc., *Christo*, sine *in*; Syr. : *Vivificavit nos cum Christo*, id est, ad similitudinem Christi vitam nobis in Baptismo donavit. Sicut Christo in resurrectione vitam dedit æternam et beatam, ita nobis in Baptismo dedit spiritualem animæ vitam ; peccata remisit, justitiam, animæ vitam donavit, idque per Christi gratiam, quâ jam inchoatè salvati sumus.

Vers. 6. — Et conresuscitavit. Syr. : *Et excitavit nos cum eo*, id est, et non tantùm hanc spiritualem animæ vitam dedit, quæ est spiritualis resurrectio, sed et spem certam nobis dedit etiam aliquando, in fine mundi, corporaliter resurgendi, sicut ille jam resurrexit.

Et consedere fecit..... Syr. : *Nosque sedere fecit cum eo in cœlis*, per Jesum Christum, id est, et unà cum illo sedendi in glorià. *Convivificavit*, quantùm ad animam. *Resuscitavit*, quantùm ad corpus *Consedere fecit*, quantùm ad utrumque. Præterito pro futuro, propter spei certitudinem, ait D. Thomas. Vel dicamus quòd jus ad rem possidendam hìc sumitur pro rei possessione.

Observatio dogmatica.

Gratia baptismalis, seu justificans, quæ spiritualis est resurrectio, dat nobis jus ad resuscitandum corporaliter sicut Christus; dat et nobis jus ad participationem æternæ Christi gloriæ ; hinc de baptizatis, seu sanctificatis, Paulus audacter dicit : *Nos convivificavit, et conresuscitavit et consedere fecit*..... Christus caput meum resurrexit; ergo et ego, membrum Christi, resurgam ; Christus caput meum ascendit in cœlos, sedet ad dexteram Dei ; ergo et ad cœlos ascendam, in cœlestibus cum capite meo sedebo, quiescam, regnabo. Gratia nobis ad hæc omnia jus donat. Vide hìc resurrectioni spirituali applicationem eorum quæ supra, c. 1, v. 19, de Christi resurrectione dixit : hâc de re audi D. Chrysostomum : Vidisti exsuperantem ejus potentiæ magnitudinem in nos qui credimus? mortuos et iræ filios nos vivificavit. Vidisti spem vocationis? conresuscitavit et consedere fecit. Vidisti gloriam ejus hæreditatis? O verè exsuperantes divitiæ! verè exsuperans magnitudo gratiæ, cum Christo sedere! Chrysost. in v. 7.

Observatio moralis.

Per gratiam inchoatè surrexi, inchoatè sedeo in cœlo, jus habeo ad sessionem super thronum cum Christo, locus et thronus jam mihi parati sunt, ad eos me continuè vocat, dirigit et elevat gratiâ ; si gratiam servo, res est indubitata et mihi secura. Ut quid ergo de hâc gratiâ tam parùm sollicitus sum? Ut quid illam ardentiùs non ambio? Ut quid ad illam extendendam et intendendam per bona opera, per actus fidei, spei et charitatis, assiduè non satago, atque satagens jugiter laboro? Ut quid, quasi talpa, terræ et terrenis semper adhæreo? Ut quid ad cœlum et ad cœlestia non aspiro semper? Ut quid Christo, capiti meo, mente et corde non unior indesinenter? Deus bone! *Quid mihi est in cœlo, et à te quid volui super terram? Deus cordis mei, et pars mea in æternum :* da mihi te solum magis ac magis diligere, desiderare, sectari.

Altera observatio moralis.

Gratia Christi (justificans scilicet) est quædam Christi participatio, communio cum Christo, omnium quæ Christi sunt applicatio et donatio nobis facta ; præcipuè verò mortis, resurrectionis et ascensionis communicatio. Cum Christo per Baptisma mortui sumus, resurreximus et quodammodò ascendimus. Gratia in nobis intùs operata est quod in Christo ope-

communicet, illique mortem inferat, ut mors peccatoris à morte, quasi à matre prognata, morsque illum quasi filium suum quem gignat et ducat ad mortem, amplecti videatur. Porrò, quoniam justa est ira Dei, manifestè jam consequens est ex hoc loco omnes homines in peccato nasci ; non enim irascitur Deus nisi peccato.

Vers. 4.—*Deus autem, qui dives est in misericordiâ.* Deum Apostolus divitem in misericordiâ vocat, quia thesaurus bonitatis ac misericordiæ ejus inexhaustus est, etiam quoad effectum : nunquàm enim obliviscitur misereri. *Propter nimiam charitatem suam quâ dilexit nos*, id est, immensam et nimiam : *nimia* dicitur respectu hominum tam miserorum et indignorum, non respectu Dei ; Deum enim, qui est ipsa bonitas increata, decet hæc immensa suî communicatio et nimia charitas in homines.

Vers. 5.— *Et cùm essemus mortui peccatis, convivificavit nos in Christo*, id est, nos ad similitudinem Christi communi cum eo vitâ spirituali donavit ; *in Christo*, id est, cum Christo, vel instar Christi, *cujus gratia estis salvati.*

Vers. 6. — *Et conresuscitavit*, etc. Dicitur Christus nos cœlis invexisse, ibique collocâsse et sedere fecisse per spem, affectum, tendentiam et vitam cœlestem, per quam reipsâ post mortem nos cœlis invehet, et sibi consedere faciet ; hoc enim præteritum *consedere fecit* partim præteritum, partim futurum significat ; *fecit* scilicet, id est, et fecit et faciet. Quid ergo hìc quasi talpæ terræ terrenis inhiamus, cùm

rata sunt hæc mysteria : peccato quippe et mundo spiritualiter mortui sumus, sicut Christus morte corporali mortuus est; vitam spiritualem et divinam consecuti sumus, sicut Christus vitam novam in resurrectione adeptus est; à terrâ et à terrenis moraliter separati sumus, ut ad cœlestia deinceps aspiremus, sicut Christus terram reliquit, ut in cœlum ascenderet. Horum recordare, ô Christiane, quisquis es, et super te reflexus vide an sint in te isti gratiæ baptismalis effectus, et consequenter an verè sis Christianus, Christi Spiritûs particeps et gratiæ; num peccato mortuus es, spiritualiter vivens, cœlestia desiderans. Si ita sit, gratias age Christo, cujus gratiâ salvatus es. Si secùs, time, gemæ, ora, suppliciter et instanter pete gratiam, quæ tibi Christum applicet, quæ te participem faciat mortis, resurrectionis et ascensionis Christi, et quæ divina hæc mysteria spiritualiter operetur in te, seu peccato mortem inferat, vitam divinam tibi conferat, cor tuum ad cœlestia erigat et dirigat.

Vers. 7. — Ut ostenderet in seculis supervenientibus... Per secula supervenientia D. Chrysostomus, Theodoretus, et alii aliqui intelligunt tempus post resurrectionem futurum, seu potiùs æternitatem, ubi perfectissimè declarabitur magnitudo gratiæ Dei; quod, licèt verum sit, apostolicæ tamen menti conformior videtur sensus in paraphrasi expressus. Finis benignitatis Dei, quâ nos redemit, justificavit, conresuscitavit, consedere fecit cum Christo, est ut inde laudetur et glorificetur à nobis; et de hoc nos rursùs monet Apostolus. Ne ergo ingrati simus : *Lauda, anima mea, Dominum : laudabo Dominum in vitâ meâ.*

Vers. 8. — Gratia enim estis salvati. Justitia est salus inchoata, sicut salus perfecta justitia est consummata; hinc justificatos vocat salvatos, inchoatè, scilicet.

Et hoc non ex vobis, Dei enim donum est. *Hoc*, sive quòd justificati estis, sive *hoc*, quod *per fidem*, *Dei donum est*, quia fides justificationis ac salutis nostræ initium non est ex nobis, sed *Dei donum est*, ex Deo quippe præveniente, excitante ac roborante. Duo consideranda sunt in fide; unum ex parte Dei, alterum ex parte nostrâ : primò enim Deus, gratuitâ suâ illustratione, nos prævenit, deinde nos gratiæ præventi assentimur; sic autem assentimur, ut nisi gratiâ præventi, excitati ac roborati, non assentiremur. Itaque nostra fides et justificatio à Deo.

Vers. 9. — Non ex operibus..., non quòd non salvemur per opera, sed quòd nemo salvetur nisi per opera ex fide et in fide facta. Itaque *non ex operibus*, sine fide et ante fidem : omnis quippe virtus et omne opus bonum sine fide, inane tantùm nomen est, et virtutis atque boni operis simulacrum. Fides datur ante omne prorsùs meritum, et ipsa est omnis meriti fons et origo prima. Sicut enim à radice omnis fructus arboris, et sicut à fonte quidquid est in flumine, sic à fide omne bonum opus, omne meritum, tota salus.

Vers. 10. — Ipsius enim sumus factura. Ambrosius, *figmentum*. Syr. : *Nam sumus creatura illius.* Æthiop. : *Quia opus ejus sumus.* Arab., *opificium*. Non tantùm secundùm esse naturæ, sed etiam secundùm esse gratiæ, per quam efficimur nova creatura.

Creati in Christo Jesu. Regenerationem tacitè significat, ait D. Chrysostomus. Regeneratio est vera creatio, ait idem Pater, quia tanquàm nova creatura ex nihilo producti sumus, ad hoc ut essemus quod eramus priùs; mortui sumus, hoc est, vetus homo; quod priùs non eramus facti sumus; recens est ergo creatura, et aliâ melior et præstantior; nam ex illâ, ut viveremus; ex hâc autem ut benè viveremus, accessit : In operibus bonis.... Nota tamen quòd justificatio impii dicatur creatio, non physica, non fit enim ex nihilo, sed moralis, quia nullo impii merito, aut opere, contingit illi, sed tota tribuitur merito Christi, sicut creatio tribuitur omnipotentiæ Dei. Hinc *creati in Christo Jesu*, id est, per meritum Christi, à quo manat quidquid Deus nobis confert gratiæ. *In bonis operibus.* Syr. : *Ad opera illa bona.* Arab. : *Ad opera bona.* Æthiop. : *Ad opus bonum.* Græc., ἐπὶ ἔργοις ἀγαθοῖς. Cornelius à Lapide, Grotius, multis, aliis exemplis ostendunt ἐπὶ cum dativo sæpè significare *ad*. Erasmus etiam, *ad opera bona*. Recreati ergo et regenerati sumus ad opera bona facienda. Et meritò hoc addit Apostolus, quia enim superiùs dixit, *gratis salvati estis per fidem*, *non ex operibus...*, ne putet quis opera fidem sequentia excludi, addit post acceptam fidem opus esse bonis operibus, quippe ad quæ creati, seu regenerati, sumus. Sicut ergo Deus ex rudi et indi-

domus et sedes nobis parata sit in cœlo, ibique jam Christo quasi assideamus? *In Christo*, cum Christo.

Vers. 7. — *Ut ostenderet in seculis supervenientibus*, in sequentibus temporibus, *abundantes divitias gratiæ suæ*, id est, excellentem et exuberantem beneficentiam suam; utque eâ manifestatâ ipse glorificetur. Hic enim est finis omnium operum Dei.

In bonitate, Græcè, *in benignitate* (supple quam ostendit); *super nos*, id est, erga nos; *in Christo Jesu*, hoc est, per Christum Jesum.

Vers. 8. — *Gratiâ enim estis salvati*, id est, gratis justificati estis, *per fidem;* justitia enim est salus inchoata, sicut salus plena et perfecta est justitia consummata. *Et hoc non ex vobis*, etc.; q. d. : Quòd per fidem salvati sitis, hoc non ex vobis est, quia fides non est ex vobis, sed Dei donum est.

Vers. 9.— *Non ex operibus;* q. d. : Per fidem justificati estis, non per opera. *Ut ne quis glorietur*, se suis operibus adeptum esse, et meruisse justitiam et salutem. Hinc patet Apostolum hic excludere non opera fidei, et quæ ex fide profluunt, uti sunt actus spei, pœnitentiæ, charitatis, etc.; sed quæ sunt sine fide, et fidei opponuntur, sicut natura opponitur gratiæ : id est, excludere opera facta propriis naturæ viribus in quibus gloriabantur philosophi et gentiles, quasi suo marte factis et gestis.

Vers. 10. — *Ipsius enim sumus factura;* q. d. : Per Christum Redemptorem rursùm quasi creati sumus, quia in baptismo Spiritu Christi regenerati et velut recreati, factique sumus fratres Christi, nova creatura, filii Dei, et cives sanctorum.

Creati in Christo Jesu in operibus bonis. In, id est, ad opera bona facienda, *quæ præparavit Deus ut in illis ambulemus.* Si enim Deus opera bona præparat, si in iis ambulamus : ergo Deus ea non creat in nobis, sed tantùm ad ea nos destinat et dirigit, ut

gestâ mole terram fecit, ut fruges et fructus ferat, ita nos ex hominibus in Adamo corruptis, ex filiis iræ, fecit novos homines, filios Dei, ut benè et sanctè viveremus.

Quæ præparavit Deus, ab æterno quidem, decernendo ut per opera bona salvaremur; et etiam decernendo nobis gratias dare necessarias et utiles ad illa facienda. In tempore autem *præparavit*, præscribendo modum benè agendi; docuit enim per legem et per Evangelium quid et quomodò agendum : præparat etiam dando gratias, inspirando, excitando, roborando, nobiscum cooperando. Viam primò ostendit, deinde ad ambulandum intùs impellit, et ambulantes fert et sustinet.

Ut in illis ambulemus. Hæc locutio notat apertè quòd bona opera sint via ad cœlum, seu via quam Deus præparavit, ut per eam ad salutem tendamus.

Hoc verbum *ambulemus*, seu, ut est in Græco, *circumambulemus*, notat etiam in bonis operibus esse perseverandum, omneque bonum opus esse faciendum; non unum aut alterum, sed omnia bona opera; non uno, aut aliquibus tantùm annis, sed toto vitæ tempore, bonis operibus vacandum esse, ita D. Chrysostomus.

Observatio moralis.

Ad hoc regeneratus sum et in Baptismo nova creatura factus, ut omne bonum opus toto vitæ meæ tempore constanter exerceam, et ut per omnia bona opera perseveranter facta tanquàm per viam ambulem et tendam ad salutem. Non sufficit inchoare, sed debeo assiduus esse et perseverare; non sufficit aliqua tantùm, sed omnia bona opera præcepta, imò omnia mihi intùs inspirata debeo facere. *Hæc est voluntas Dei sanctificatio* mea per opera bona, propter hoc ad Christianismum me vocavit. Sicut ab æterno elegit me ut sanctus essem, ita et in tempore me vocavit et regeneravit ut per opera bona sanctè vivam, et in sanctitate usque ad finem vitæ proficiam. Quomodò huic divinæ voluntati et vocationi respondeo? An sanctè vivo? An bona opera facio? An in illis ambulo? An per illa in sanctitate quotidiè proficio? An omnem justitiam operor et constanter operor? Ubi profectus? Ubi perfectio? Væ mihi! defectus innumeros video, profectum nullum video. O Deus misericors, dimitte mihi præteritas infidelitates; da mihi deinceps tuæ vocationi fideliter respondere, benè agere, omne bonum opus agere et constanter agere, in justitiâ semper proficere, bonorum operum omnes occasiones, vias, modos et impulsus, quos in dies mihi præparas et suggeris, sollicitè observando, amplectendo, exsequendo.

Vers. 11. — Propter quod memores estote...; ut hujus vestræ regenerationis beneficium meliùs cognoscatis, et tantæ gratiæ fideliùs respondeatis, omni bono et sancto operi constanter vacantes, mementote duorum : Quid fuistis? Quid estis? A quo statu et ad quem Dei gratiâ translati estis? Primò, mementote quòd aliquando gentes, id est, gentiles, in carne, origine carnali. Syr., *gentes carnales*.

Præputium, id est, præputiati, per contemptum sic gentiles à Judæis vocabantur.

Circumcisio in carne. Non sine causâ, additur *in carne*, sed ut notetur alia et vera quidem circumcisio, scilicet spiritualis, quæ est in corde, et quæ Christianorum est.

Vers. 12. — Quia eratis in illo tempore..... Mementote quòd tunc, ante receptam fidem, eratis sine Christo, id est, sine ullâ in Christum fide, nec explicitâ, nec implicitâ, nullamque cum illo partem habebatis, quippe qui solis Judæis promissus et annuntiatus erat.

Alienati a conversatione Israel. Deut. 7, 2, omnè commercium Judæis interdicitur cum gentibus.

Hospites testamentorum, id est, peregrini, extranei et alieni à fœderibus quæ Deus cum Judæis pepigerat, cum Abraham, Isaac, Jacob, etc.

Promissionis..., sicque nullam spem in Dei promissa habentes, scilicet de Messiâ venturo, et de bonis spiritualibus per eum obventuris.

Sine Deo. Atheus propriè dicitur is qui nullum nec verum, nec falsum, numen colit; latiùs ergo hìc sumitur pro eo qui verum Deum non colit, licèt idola aut falsos deos colat, quia idolum nihil est.

Observatio moralis in v. 11.

Duo nobis, sicut Ephesiis, in mente semper habenda : Quid fuimus, quid sumus? ut Deo gratias ha-

in iis liberè nos exerceamus, hoc enim significat vox *ambulemus*. Ita Chrysost.

Vers. 11. — *Propter quod memores estote, quòd aliquando vos* eratis *gentes in carne*, id est, secundùm carnalem generationem gentilibus progeniti; q. d.: Quia tantam per Christum redemptionem et gratiam Deus nobis fecit et exhibuit, hinc hortor vos, ô Ephesii, ut totâ vitâ sitis illius memores, præsertim quòd è gentilismo, idololatriâ, omnibusque sceleribus ad hanc Christianismi gratiam vos evocârit, ut illi quas potestis gratias et laudes referatis.

Qui dicimini præputium, id est, præputiati, *ab eâ quæ dicitur circumcisio in carne, manu facta*, id est, à Judæis, qui vocantur circumcisi ob carnem præputii circumcisam.

Vers. 12. — *Quia eratis illo in tempore sine Christo*, hoc est, sine Christi cognitione, lege, gratiâ, religione, vitâ; id est, sine christianismo.

Alienati à conversatione Israel, hoc est, à ratione et normâ vivendi Israelitarum, patrum et patriarcharum, qui unum Deum sanctè colebant, et secundùm ejus legem sanctè vivebant, cùm vos coleretis idola, essetisque sine lege, et concupiscentiæ ductum ac impulsum sequeremini.

Et hospites testamentorum; id est, peregrini, sive extranei, et alieni à testamentis, id est, à pactis, quæ Deus cum Judæis inivit.

Promissionis spem non habentes. Promissionem intelligit resurrectionis et vitæ beatæ ac æternæ, uti se explicat coram Agrippâ rege Paulus, Act. 26 : *Et nunc*, inquit, *in spe, quæ ad patres nostros repromissionis facta est à Deo, sto judicio subjectus, in quam duodecim tribus nostræ nocte et die deservientes sperant devenire; de quâ spe accusor à Judæis, rex. Quid incredibile judicatur apud vos, si Deus mortuos suscitat?* Unde hanc spem vocat, spem Israelis, Act. 28 : *Propter spem*, inquit, *Israel catenâ hâc circumdatus sum;* q. d. Paulus : Vos, ô gentes, beatitudinis Judæis pro-

beamus continuas, qui *nos de tenebris transtulit in admirabile lumen Filii sui*. Quid fuimus? *naturâ* et peccatis *filii iræ*, *filii gehennæ*. Quid sumus? *filii Dei*, *hæredes Dei*. Circa præteritum, nota triplicem peccatorum recordationem, quarum prima mala, secunda periculosa, tertia bona. Recordatio complacentiæ in peccatis mala est, mortalis, et novum peccatum, renovans vetera in quibus peccator sibi complacet, sicque ipsa sola tantam habet malitiam quantam habent ea omnia. Recordatio diffidentiæ et inquietudinis, est periculosa, gratiæ progressum retardans et exponens lapsui in recidivam, ob desperationem. Recordatio doloris de peccato et gratitudinis ob peccati condonationem auget gratiam, Deum glorificat; et ideò habenda frequenter et ad hanc nos hortatur Apostolus.

Observatio moralis in v. 12.

In misero gentilium statu vide infelicem Christiani damnati et in inferos detrusi statum, *sine Christo*, *sine Deo*, sine populo Dei. Ab aliis damnatis per contemptum ostenditur ob baptismalem characterem quem geret in æternum. Christianus es, Christi membrum, Dei filius, hæres Dei, cohæres Christi. Et ecce damnatus es, à Christo et à Christi corpore abscissus, à Dei promissis exclusus, à sanctorum consortio in æternum separatus : *sine Christo, sine Deo*, sine populo Dei! Heu! heu! Christianus sine Christo; filius Dei sine Deo; hæres Dei, cohæres Christi sine spe, sine jure ad Dei pacta, ad hæreditatem Christi, ad societatem sanctorum. Quanta rabies, quantus furor, qualis et quanta desperatio! Hæc cogita, time, cave; ne tibi contingant, utere Dei gratiâ tibi in Christo et propter Christum factâ.

Vers. 13. — Nunc autem... Syrus: *Nunc autem per Jesum Christum vos, qui aliquando longinqui eratis, facti estis propinqui in sanguine Christi*. Quasi diceret : Ex quo Christiani facti estis, hæc omnia quæ vobis deerant dedit mors et sanguis Christi. Habetis Christum, habetis Deum, habetis jus ad hæreditatem Dei, ad æternam sanctorum societatem. Vide paraphrasim. Hæc in mente semper habete, ut Deo gratias agatis, et ut sanctè vivatis.

In sanguine Christi. O anima Christiana, tanti vamissæ spem nullam habebatis in gentilismo.

Et sine Deo vero in hoc mundo, colebatis enim idola et deos falsos : multi etiam erant inter vos athei, qui divinitatem è mundo tollebant.

Vers. 13. — *Nunc autem in Christo Jesu*, per Christum Jesum ; *vos qui aliquando eratis longè*, à Deo, à spe promissæ beatitudinis, à testamentis et pactis, à republicâ et conversatione Israel, à Christo denique et salute, *facti estis propè*, id est, propinqui Christo, Israelitis, beatitudini et Deo, *in sanguine Christi*, id est, per sanguinem, puta per merita passionis et mortis Christi.

Vers. 14. — *Ipse enim est pax nostra*, id est, pacificator; *pax*, id est, pacem faciens, pacificans per sanguinem crucis ejus, sive quæ in terris, sive quæ in cœlis sunt.

Qui fecit utraque unum, id est, utrumque populum Judaicum et gentilem conciliavit, et univit in suâ Ecclesiâ. Ita Hieronymus.

Et medium parietem maceriæ solvens, inimicitias in carne suâ; q. d. : Medius paries divellens Judæos à les! merito et passionis et sanguinis Christi es et habes quidquid es et habes. Gratias age Christo de omni bono quod per ipsum possides in Christianismo. Serva fideliter et attentè gratiam, quam tibi sui sanguinis pretio acquisivit. Cave ne qua vilis creatura te separet à Deo, cui Christus per suum sanguinem te fecit propinquam.

Vers. 14. — Ipse enim est pax nostra...; *pax*, metonymicè, pro *pacificator*; seu faciens pacem, effectus pro causâ. Ipse Christus auctor est pacis Judæorum et gentilium.

Qui fecit utraque, id est, utrumque populum Judæos et gentiles, unum; eos univit in unâ Ecclesiâ, sub uno et eodem capite.

Medium parietem maceriæ solvens. Maceria est murus ex lapidibus non cæmentatis, ideòque facilè solubilis. Per hanc maceriam benè significatur lex Judaica, quæ erat congeries præceptorum sine charitate, quæ est inter cementi et glutinis, quam lex ista non continebat, timore magis cogens quàm amore alliciens, ait D. Thomas.

Inimicitias, id est, causam inimicitiarum perpetuarum, inter utrumque populum; ob leges enim et diversam vivendi rationem, Judæi oderant gentiles, et vice versâ gentiles oderant Judæos. *Solvens*. Hanc legem Christus moriens dissolvit, abrogavit; sic autem solvit ut et adimplèrit. Solvit umbras legis cæremonialis, et simul adimplevit exhibendo veritatem : sicut pictor imponens ultimam manum, imaginem implet, sed umbras et primam delineationem delet, ait Theophylactus.

In carne sua. In victimarum sanguine fœdera sanciri solebant; Christus suo sanguine proprio inimicitias destruxit, fœdus et pacem sancivit, ipse est victima quæ nos Deo reconciliavit, et quæ omnes homines in uno corpore adunavit. Quanti ergo debemus facere pacem! Quid non debemus pati ne culpâ nostrâ solvatur pax in Christi sanguine sancita?

Vers. 15 — Legem mandatorum... decretis. Græc., *in dogmatibus*. Syr. : *Legemque præceptorum, præceptis suis abrogavit*. Arab. : *Legem mandatorum per decreta sua abrogavit*. Explicat quis fuerit murus Judæos et gentiles separans, et quæ fuerit inimicitiarum causa,

gentilibus, erant inimicitiæ mutuæ, mutuus contemptus et odium. Hæc odia, has inimicitias dissolvit et abolevit Christus *in carne suâ*, moriens pro utrisque, et utrisque afflans communem charitatis legem et spiritum, tollensque occasionem inimicitiarum, legem scilicet mandatorum.

Vers. 15. — *Legem mandatorum decretis evacuans*; id est, evacuavit et abolevit *decretis*, hoc est, per alia decreta, quia illa evangelicis decretis et dogmatibus commutavit; q. d. Apostolus : Christus abolevit legem Moysis per fidem, quia justitiam annexuit fidei, non legi.

Ut duos condat in semetipso in unum novum hominem, faciens pacem; ut scilicet duos populos, Judaicum scilicet et gentilem, quasi duos homines, sibi et corpori suo, id est, Ecclesiæ suæ, cujus ipse caput est, inserat et incorporet, faciatque utrumque hunc hominem, id est, populum, velut novum quemdam hominem in novitate vitæ ambulantem.

Vers. 16. — *Ut reconciliet ambos in uno corpore*, etc., per crucem, hoc est, per passionem suam quam in

nimirùm lex Mosaica; ob hanc enim Judæi spernebant gentiles, et gentiles oderant Judæos, quasi à communi gentium lege abhorrentes. Hanc autem legem Christus præceptis suis abolevit. Græc., ἐν δόγματι, *in dogmatibus*. Utitur dogmatis nomine, fortè quia scribit ad Ephesios in philosophorum scriptis versatos; dogma autem vox est frequens apud philosophos ad significandam doctrinam.

Ut duos condat, id est, hoc fine legem veterem abrogavit, ut duos populos, Judæos et gentiles, in semetipso insertos, creet in unum quasi hominem.

Nota litteralis.

Legem mandatorum in decretis evacuans. Erasmus, quem secutus est Cajetanus, jungit hæc verba *in decretis*, seu in dogmatibus, cum illis *legem mandatorum*, sicque interpretatur : *Legem mandatorum, in decretis* sitam, abrogavit, quasi diceret Apostolus : Legem Moysis, quà multitudinem decretorum cæremonialium continebat, abrogavit. Erasmum temeritatis insimulat Estius, quia omnes antiqui, Græci et Latini, disjungunt quæ simul jungit Erasmus, et per decreta intelligunt evangelica dogmata. Reverà et Syriaca et Arabica versiones ita traduxerunt. Vide supra. D. Chrysostomus, Photius, Œcumenius, Theophylactus, Theodoretus ita interpretati sunt. Gagnæus, ex ipso Græco ostendit ἐν δόγμασι significare *per dogmata*. His non obstantibus, Menochius hanc Erasmi interpretationem videtur communi præferre, et Tirinus eam imitatus est. Tutius tamen est antiquos Patres Græcos in hoc sequi, scilicet per *legem mandatorum* legem Moysis intelligere, et per *in dogmatibus* intelligere novam legem, seu legem fidei, evangelica præcepta. Ad pleniorem autem intelligentiam notandum quòd in lege Mosaicà, præter Decalogum, erant multa præcepta de rebus per se nec honestis, nec turpibus, v. g., præcepta de diebus servandis, de victimis immolandis, de cibis vetitis, etc., et alia similia; hæc Christus per novam fidei legem abrogavit.

Vers. 16. — Et reconciliet ambos... in semetipso... Græc., *in ipso*. D. Hieronymus legit *in eâ*, scilicet, cruce; seu σταυρῷ, masculini generis. Similiter Syrus : *Cruceque suâ enecavit odium*. Sed parùm refert, cùm sit idem sensus, Christus enim per crucem id fecit.

In uno corpore. Omnes credentes unum corpus unumque vocat hominem, quia unum caput habent, Christum Dominum.

Notæ litterales.

Nota quòd participia v. 14, 15, 16, *solvens, evacuans, faciens pacem*, sunt præteriti temporis. Hinc Syrus : *Ipse est pax nostra... ac diruit maceriam quæ stabat in medio*, etc., *legemque præceptorum præceptis suis abrogavit*, etc., *et fecit pacem et reconciliavit ambos*, etc. Ex iisdem v. 14, 15, 16, disce quid sit Ecclesia. Una domus, cujus fundamentum et lapis angularis Christus ipse, qui muros et parietes Judæos et gentiles, olim disjunctos, destructâ macerià, in semetipso lapide angulari conjunxit, unamque fecit domum, v. 14. Unus homo, variis membris instructus, cujus caput est Christus, v. 15. Unum corpus, distinctis et distantibus partibus compositum, cujus unio, firmitas et substantia, Christus, v. 16. Unus populus ex variis gentibus, in Christo rege adunatus. Quanta nobilitas Christo regi, capiti, lapidi angulari, et fundamento adunari! Quanta debet esse inter homines sic unitos concordia! Quantùm quisque debet paci et charitati fraternæ studere! Unum sumus omnes; omnes ergo nos invicem diligamus; omnes unum simus animo et corde.

Vers. 17. — Et veniens evangelizavit... Probabile est quòd Apostolus alludat ad vocem angeli dicentis ad pastores : *Ecce evangelizo... Gloria in excelsis Deo, et in terrâ pax hominibus*, etc., Luc. 3. Christus præterea pacem gentibus annuntiavit, quando Matth. 8 prædixit multos ab Oriente et Occidente venturos et recubituros cum Abraham, Isaac, etc.; quando Matth. 24 prædixit Evangelium omni orbi prædicandum; quando Joan. 12 dixit : *Omnia traham ad me ipsum;* quando misit discipulos, præcipiens ut docerent omnes gentes, Matth., Marc., et Luc., ultimo. Christus itaque pacem Judæis per se ipsum annuntiavit, gentilibus autem per suos apostolos.

Vers. 18. — Quoniam per ipsum habemus accessum... Fructus incarnationis est ad Deum nobis aditum dare, ut illum dignè adoremus, oremus, illique dignè serviamus. Hæc igitur, Christo capiti nostro uniti, faciamus; per ipsum, cum ipso, et in ipso adoremus, amemus, oremus, clamemus : *Abba, Pater*. Hanc praxim vide in cap. 4, post v. 16. Vide et in aliis locis ibi citatis.

Vers. 19. — Ergo jam non estis hospites..., sed cives. Græc. : *Sed estis concives sanctorum*. Syr. : *Sed filii civitatis sanctorum, et filii domûs Dei*. Ex dictis concludens, Ephesiis ostendit quantùm ex suâ justificatione, seu suâ ad Christi fidem conversione, pro-

cruce pertulit Christus; nos Deo reconcilians; utique per eamdem crucem interemit inimicitiam quâ separati eramus à Deo.

Vers. 17. — *Et veniens evangelizavit pacem vobis* (gentibus), *qui longè fuistis* (à Deo, Christo et salute), *et pacem iis qui prope*, id est, Judæis Deo propinquis per ejus notitiam et legem ab eo acceptam, quâ in Dei cultu continebantur. *Pacem* intellige reconciliationem cum Deo, et consensum mutuum inter ipsos, scilicet Judæos et gentiles.

Vers. 18. — *Quoniam per ipsum*, scilicet Christum, tanquàm mediatorem et pacificatorem nostrum, *habemus accessum*, aditum, introductionem, *ambo*, scilicet vos, qui longè fuistis, et nos qui propè, *in uno Spiritu* sancto, id est, per eumdem Spiritum ductorem et impulsorem, *ad* Deum *Patrem*, ut recepti ab eo in gratiam, et pro filiis agniti, clamemus orantes : Abba, Pater, etc.

Vers. 19. — *Ergo jam non estis* (ut eratis in gentilismo) *hospites et advenæ*, peregrini et accolæ, vel advenæ, qui scilicet aliundè venientes commigrârunt in alienam civitatem vel provinciam.

Sed estis cives, Græcè *concives*, *sanctorum*, id est, in eamdem cum illis civitatem ascripti. *Et domestici Dei*, id est, unà cum illis pertinentes ad domum, cujus paterfamiliàs est Deus. Ita Ambros. et Anselm.

fecerint. *Eratis hospites*, v. 12, *nunc autem non estis* ampliùs *hospites* et alieni à jure civium, sed *cives*, seu *concives* SANCTORUM, filii civitatis sanctorum. Eratis *sine Deo*, v. 12; *longè à Deo*, v. 13; nunc autem DOMESTICI DEI, id est, membra Ecclesiæ, quæ est unica civitas, domus, et familia Dei.

VERS. 20. — SUPERÆDIFICATI SUPER FUNDAMENTUM..., hoc est, supra novum et vetus Testamentum collocati, ait Ambrosius; quod enim apostoli prædicaverunt, prophetæ futurum prædixerunt, idem Ambrosius. Prophetæ disposuerunt, apostoli fundamenta jecerunt, idem. Jesus Christus est primarium Ecclesiæ fundamentum, 1 Cor. 3, v. 11, et aliud, primarium scilicet, esse non potest. Apostoli sunt fundamenta secundaria, Apoc. 12, 14, nempe post Christum; primi enim sunt dignitate in Ecclesiâ, et super ipsorum doctrinâ fundata est Ecclesia. Prophetæ veteris Testamenti, de his enim hìc agitur, sunt etiam fundamenta, quia eamdem Christi fidem prædicaverunt, at apostolis inferiora, quia Christum futurum obscuriùs et inter Judæos tantùm prædicaverunt. Christus lapis *summus*, id est, extremus, imus, infimus, quia omnem sustentat fabricam. Dicitur et *angularis*, quia in angulis est præcipua vis quâ sustinentur ædificia. Alludit Paulus ad Isai., cap 28, v. 16, et ad Psalm. 117, v. 22.

VERS. 20. — *Superædificati super fundamentum apostolorum et prophetarum*, id est, super apostolos et prophetas, qui sunt fundamentum Ecclesiæ. Apostolorum enim et prophetarum fidei, doctrinæ, prædicationi, institutioni, quasi fundamento Ecclesia incumbit. Augustinus. Christum esse fundamentum fundamentorum, sive primum, cui ipsi apostoli et tota Ecclesia incumbit; apostolos verò post Christum esse secundarium fundamentum, Matth. 16, dicit Christus Petro: *Tu es Petrus, et super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam*. Si Petrus est petra hæc, ergo est fundamentum Ecclesiæ; petra enim supra quam ædificatur Ecclesia, alia esse non potest, quàm petra fundamentalis Ecclesiæ.

Ipso summo angulari lapide (scilicet existente) *Christo Jesu*; q. d.: Christus, quasi lapis angularis validissimus, continet fundamentum et structuram totam Ecclesiæ, ejusque utrumque parietem, Judæos scilicet et gentes, ipse quasi medius in se quasi angulo in pacis osculo nectit et unit. Ita Hier., August., Beda.

VERS. 21. — *In quo* (per quem, scilicet Christum qui præcessit) *omnis* (tota) *ædificatio* (ædificium, fabrica) *constructa*, id est, compaginata, compacta, coagmentata, *crescit in templum sanctum*, in Ecclesiam, quæ est domus sancta et templum Dei, *in Domino*, per Dominum, vel potiùs *in Domino*, id est, Domini, ut sitis templum sanctum Domini.

VERS. 22. — *In quo* (per quem, scilicet Christum jam dictum) vel *in quo*, scilicet templo, *et vos coædificamini in habitaculum Dei* (in templum Ecclesiæ jam dictum in quo quasi in domo suâ habitat Deus) *in Spiritu*, per Spiritum sanctum.

VERS. 21. — IN QUO OMNIS ÆDIFICATIO... Syr.: *In eodem coagmentatur totum ædificium*. Vide paraphrasim.

VERS. 22. — IN QUO ET VOS COÆDIFICAMINI. Syr.: *Dum et vos in eo ædificamini in habitaculum Dei per Spiritum*. Vide paraphrasim.

Observatio dogmatica.

Hinc collige quòd Ecclesia est civitas, domus, templum vivum Dei. Cujus fundamentum primarium lapisque angularis est Jesus Christus, Filius Dei vivi. Hinc Ecclesia firma, stabilis, contra quam *non prævalebunt portæ inferi*. Secundaria fundamenta apostoli et prophetæ, quia super ipsorum doctrinam fundata est Ecclesia. Hinc immutabilis Ecclesiæ doctrina, quæ potest explicari, sed non immutari. Hujus templi lapides et partes sunt omnes fideles, cujuscumque generis, sexûs, ætatis. Hinc latum, spatiosum, catholicum, et altiùs semper assurgens per coædificationem novorum fidelium. Architectus hujus templi Spiritus sanctus, per cujus operationem unusquisque fidelis coædificatur, et cum aliis fidelibus charitate, quasi glutine, nectitur et coagmentatur. Hujus templi inhabitator Deus ipse. Hinc sanctum est et veneratione dignum. Hinc et unusquisque fidelis debet esse sanctus, utpote templum et habitaculum Dei.

Corollarium pietatis, seu in hoc capite ad pietatem maximè notanda et ad praxim redigenda.

1° Nota horrendam hominis peccatoris picturam, v. 3, ut ab hoc verè miserando statu fugias, si fueris in peccato; liberatori autem tuo gratias agas, si per Christi gratiam sis à peccato liber. Vide v. 3, in fine.

2° V. 4 et 5, nota felicem hominis justificati statum; cum Christo surrexit à mortuis, ascendit in cœlum, sedet à dextris Dei, quia per gratiam sanctificantem jus habet et ad resurrectionem, et ad ascensionem, et ad participationem æternæ Christi gloriæ. Vide v. 4 et 5, et observationes morales.

3° Nota quid sit justificatio: scilicet creatio, quâ fit nova in Christo creatura. Quomodò fit hæc creatio; per Christi gratiam, v. 8, 10. Ad quid fit hæc creatio; ad opera bona toto vitæ tempore facienda, ut in illis ambulemus, circumambulemus, ait D. Paulus, v. 10, id est, ut omne genus bonorum operum indesinenter faciamus, v. 10. Attende tibi, et vide quomodò huic divinæ circa te voluntati correspondeas. Vide observationem moralem, in fine, v. 10.

4° Nota infelicem hominis christiani in inferis statum; præ omnibus damnatis damnatior est. Vide v. 11, et observationem moralem.

CAPUT III.

1. Hujus rei gratiâ, ego Paulus vinctus Christi Jesu, pro vobis gentibus:

2. Si tamen audistis dispensationem gratiæ Dei, quæ data est mihi in vobis:

3. Quoniam secundùm revelationem notum mihi

CHAPITRE III.

1. C'est pour ce sujet que j'ai reçu mon ministère, moi Paul, qui suis prisonnier pour l'amour de Jésus-Christ, en faveur de vous autres gentils.

2. Car vous aurez appris sans doute de quelle manière Dieu m'a donné la grâce de l'apostolat, pour l'exercer envers vous,

3. M'ayant découvert par révélation ce mystère,

factum est sacramentum, sicut supra scripsi in brevi :

4. Prout potestis legentes intelligere prudentiam meam in mysterio Christi,

5. Quod aliis generationibus non est agnitum filiis hominum, sicuti nunc revelatum est sanctis apostolis ejus et prophetis in Spiritu :

6. Gentes esse cohæredes, et concorporales, et comparticipes promissionis ejus in Christo Jesu per Evangelium;

7. Cujus factus sum minister, secundùm donum gratiæ Dei, quæ data est mihi secundùm operationem virtutis ejus.

8. Mihi omnium sanctorum minimo data est gratia hæc, in gentibus evangelizare investigabiles divitias Christi,

9. Et illuminare omnes, quæ sit dispensatio sacramenti absconditi à seculis in Deo, qui omnia creavit :

10. Ut innotescat Principatibus et Potestatibus in cœlestibus per Ecclesiam, multiformis sapientia Dei :

11. Secundùm præfinitionem seculorum, quam fecit in Christo Jesu Domino nostro,

12. In quo habemus fiduciam et accessum in confidentiâ per fidem ejus.

13. Propter quod peto ne deficiatis in tribulationibus meis pro vobis; quæ est gloria vestra.

14. Hujus rei gratiâ flecto genua mea ad Patrem Domini nostri Jesu Christi,

15. Ex quo omnis paternitas in cœlis et in terrâ nominatur :

16. Ut det vobis secundùm divitias gloriæ suæ, virtute corroborari per Spiritum ejus in interiorem hominem,

17. Christum habitare per fidem in cordibus vestris; in charitate radicati et fundati,

18. Ut possitis comprehendere cum omnibus sanctis, quæ sit latitudo, et longitudo, et sublimitas, et profundum :

19. Scire etiam supereminentem scientiæ charitatem Christi, ut impleamini in omnem plenitudinem Dei.

20. Ei autem qui potens est omnia facere superabundanter quàm petimus aut intelligimus, secundùm virtutem quæ operatur in nobis :

21. Ipsi gloria in Ecclesiâ, et in Christo Jesu, in omnes generationes seculorum. Amen.

dont je vous ai écrit ci-dessus, en peu de paroles,

4. Où vous pourrez connaître, par la lecture que vous en ferez, quelle est l'intelligence que j'ai du mystère de Jésus-Christ,

5. Qui n'a point été découvert aux enfants des hommes dans les autres temps, comme il est révélé maintenant par le Saint-Esprit à ses saints apôtres et aux prophètes;

6. Mystère qui est que les gentils sont appelés au même héritage que les Juifs, qu'il sont les membres d'un même corps, et qu'ils participent à la même promesse de Dieu en Jésus-Christ par l'Evangile,

7. Dont j'ai été fait le ministre par le don de la grâce de Dieu, qui m'a été conférée par l'opération de sa puissance.

8. De sorte que j'ai reçu, moi qui suis le plus petit d'entre tous les saints, cette grâce d'annoncer aux gentils les richesses incompréhensibles de Jésus-Christ;

9. Et d'éclairer tous les hommes, en leur découvrant quelle est l'économie du mystère de leur rédemption, caché dès le commencement des siècles en Dieu, qui a créé toutes choses :

10. Afin que les Principautés et les Puissances qui sont dans les cieux connussent par l'Eglise la sagesse de Dieu, si merveilleuse dans les ordres différents de sa conduite,

11. Selon le dessein éternel qu'il a accompli par Jésus-Christ notre Seigneur,

12. En qui nous avons, par la foi en son nom, la liberté et la confiance de nous approcher de Dieu.

13. C'est pourquoi je vous prie de ne point perdre courage, en me voyant souffrir tant de maux pour vous; puisque c'est là votre gloire.

14. C'est ce qui me porte à fléchir les genoux devant le Père de notre Seigneur Jésus-Christ,

15. Dont est nommée toute paternité dans le ciel et sur la terre,

16. Afin que, selon les richesses de sa gloire, il vous fortifie dans l'homme intérieur par son Esprit-Saint :

17. Qu'il fasse que Jésus-Christ habite par la foi dans vos cœurs; et qu'étant enracinés et fondés dans la charité,

18. Vous puissiez comprendre avec tous les saints quelle est la largeur, la longueur, la hauteur et la profondeur ;

19. Et connaître l'amour de Jésus-Christ envers nous, qui surpasse toute connaissance; afin que vous soyez comblés de toute la plénitude des dons de Dieu.

20. Que celui qui, par la puissance dont il agit en nous, peut faire infiniment plus que tout ce que nous demandons, et tout ce que nous pensons,

21. Soit glorifié dans l'Église par Jésus-Christ, dans la succession de tous les âges et de tous les siècles. Amen.

ANALYSIS.

Ostensâ in superiori capite gratiâ Ephesiis, suâ ad Christum conversione divinitùs collatâ, in hujus capitis v. 1 Paulus se, ut hanc eis procuraret gratiam, catenâ vinctum esse dicit; hincque sumit occasionem illis exponendi quomodò divinâ dispensatione factus sit gentium apostolus, v. 2. Primùm ergo, v. 3, exponit eis quòd sibi per divinam revelationem innotuit mysterium, de quo jam pauca, mysterium hactenùs incognitum, v. 5, scilicet vocationis gentium, ut sint cum Judæis cohæredes, concorporales et comparticipes, *etc., v. 6. Deinde, v. 7, exponit quòd hujus mysterii factus sit minister et præco, non suis meritis, sed merâ Dei gratiâ.*

§ 8. *Mihi, inquit, omnium minimo, data est gratia gentibus annuntiandi incomprehensibiles Christi divitias, et omnibus exponendi sacramentum ab æterno absconditum in Deo, v. 9, et ipsis etiam primariis angelis non benè notum, v. 10, nimirum quòd per Jesum Christum, Mediatorem nostrum, nos omnes Judæi et gentiles fiduciam*

haberemus ad Deum, quasi filii ad Patrem, accedendi, v. 12.

§ 13. Propter quod, et quia hæc est vestra dignitas, et quia hoc est ministerium meum, rogo vos ne cadatis animo ob afflictiones et vincula quæ vestrî causâ patior, et quæ sunt mea et vestra gloria. Quia autem infirma est omnis humana voluntas, Paulus, v. 14, genuflexus et supplex Deum orat ut Ephesios intùs Spiritu sancto corroboret, v. 16, in eorum cordibus in charitate radicatis Christus inhabitet, v. 17. Orat, v. 18, ut divinæ charitatis dimensiones intelligant, et pro merito æstiment incomprehensibilem in nos Christi charitatem, v. 19, idque ut Deo plenè repleantur. Cui Deo æterna sit gloria in Ecclesiâ tantis ab eo per Christum affectâ beneficiis, v. 20, 21.

PARAPHRASIS.

1. Ut essetis cives sanctorum, domus, templum, habitaculum Dei, ego Paulus, pro Christi gloriâ nunc catenâ ligatus sum, et quidem vestrî causâ, ô gentiles, quibus scilicet, Judæis indignantibus, Evangelium prædico.

2. Hâc, inquam, catenâ vestrî causâ ligatus sum; si tamen audistis quemadmodùm divinâ dispensatione datus est mihi apostolatus inter vos, gentiles, administrandus;

3. Si, inquam, audistis quod nunc vobis omnibus dico, nimirùm quòd per divinam revelationem innotuit mihi mysterium vocationis gentium, de quo supra, duobus nimirùm præcedentibus capitibus, breviter scripsi;

4. Non quantùm mysterii dignitas exigeret, sed quantùm sufficit ut legentes percipiatis meam circa hoc Christi mysterium intelligentiam, seu quousque in illius arcani cognitione, Deo revelante, penetraverim;

5. Mysterium, quod aliis superioribus seculis non fuit ullis hominibus ita clarè manifestatum, sicut nunc per Spiritum sanctum revelatum est sanctis apostolis et prophetis novæ legis;

6. Scilicet, quòd gentiles, etiam non facti proselyti, sint unà cum Judæis ejusdem cœlestis hæreditatis cohæredes; utpote Dei filii, ejusdemque corporis, nimirùm Ecclesiæ membra, sub uno capite Christo; et per hoc caput comparticipes omnium benedictionum cœlestium olim Abrahæ à Deo promissarum; idque omne per fidem quam habent Evangelio.

7. Cujus Evangelii, ego Paulus, factus sum minister et præco, non meis meritis, sed ex gratuito Dei dono; sic tamen mihi gratis concesso, ut ex Dei gratiâ efficax sit ejus administratio ad gentium conversionem,

8. Mihi, inquam, qui sum omnium christianorum minimus, data est hæc gratia, ut in gentibus evangelizem incomprehensibiles Christi divitias, seu uberrimam gratiarum et bonorum copiam quam nobis contulit Christus,

9. Et ut omnibus exponam quàm sit admirabilis exsecutio arcani illius quod ab æterno fuit absconditum in Deo, eique soli notum qui omnia fecit;

10. Ita ut nunc, post hujus mysterii adimpletionem, primariis etiam illis angelorum ordinibus, qui Principatus et Potestates nuncupantur, quique in locis cœlestibus commorantur, patefiat, per ea quæ à Christo et apostolis facta sunt in Ecclesiâ, verè miranda ac varia Dei sapientia,

11. Quam in seculis à se prædestinatis manifestavit in Christo Jesu Domino nostro;

12. In cujus nomine, et per fidem quâ ipsum Mediatorem et propitiatorem nostrum credimus, habemus fiduciam Deum alloquendi et ad ipsum confidenter accedendi, quasi filii ad Patrem.

13. Cùm ergo hæc sit vestra dignitas, ut per Christum habeatis ad Deum, tanquàm ad Patrem, accessum, rogo vos ne cadatis animo propter afflictiones et vincula quæ vestrî causâ patior, quia scilicet vobis et aliis gentilibus Christum evangelizo; imò vos exultare et gloriari propterea convenit; siquidem hæc vincula et passiones sunt mea, vestraque gloria.

14. Propter hoc, ne meis scilicet malis territi, deficiatis, flecto genua, humiliterque rogo Deum Patrem Domini nostri Jesu Christi,

15. Qui non solius Christi, sed omnium, tam angelicarum quàm humanarum familiarum pater et auctor est, licèt diversimodè; supplex, inquam, Deum rogo, ut pro immensâ largitate, ac bonitate suâ, quâ gloriatur,

16. Det vobis per incrementum gratiæ, et spiritûs interni, sic corroborari, ut interior vester homo robustior evadat in dies.

17. Concedat ut per fidem Christus habitet in cordibus vestris, sitisque in charitate radicati et fundati,

18. Ut cum omnibus christianis, quibus idem opto, possitis intelligere quæ sint dimensiones bonitatis divinæ in mysterio redemptionis hominum, et vocationis gentium.

19. Oro etiam ut possitis plenè scire, et pro merito æstimare charitatem quam Christus in hoc eodem mysterio erga nos exhibuit, licèt omni scientiæ supereminentem, id est, licèt major sit, quàm ut humanâ possit cognitione comprehendi. Quæ omnia vobis opto, ut plenè et perfectè Dei cognitione, amore et omnium bonorum divinorum plenitudine repleamini.

20. Ei autem, qui per vim et potentiam gratiæ, quam in nobis operantem quotidiè experimur, potest superabundanter et cumulatè facere supra omnia illa quæ petere aut cogitare possumus,

21. Ipsi, inquam, æterna sit gloria, in Ecclesiâ, tantis beneficiis affectâ, per Christum Jesum Mediatorem nostrum. Amen.

COMMENTARIA.

Vers. 1. — Hujus rei gratia; Syr., *propterea*, id est, ut essetis cives sanctorum, domus, templum, habitaculum Dei, de quibus in capite secundo à v. 19.

Ego Paulus, electus à Christo ad portandum nomen ejus coram gentibus, Act. 9.

Vinctus Christi Jesu; Syr. : *Vinctus sum Christi Jesu*; Arab. : *Mancipium sum Jesu Christi vinctum propter vos*; D. Chrysostomus, Theophylactus, *vinctus sum...*; S. Anselmus, D. Thomas, *vinctus sum*. Subaudiendum ergo verbum *sum*. Nec huic supplemento resistit articulus Græcus præpositus verbo, *vinctus*, ὁ δέσμιος, *ego Paulus, ille vinctus*; sed notat quòd vincula Pauli in totâ Ecclesiâ essent celeberrima.

Scripsit Romæ, catenâ ligatus, sive intra biennium, quo Romæ sub militis erat custodiâ, Act. 28, 16. Quia enim gentibus Evangelium prædicaverat, à Judæis accusatus fuit, et propterea Romam venit vinctus, utpote qui ad Cæsarem appellaverat. Sive ultimo vitæ suæ anno, et paulò ante mortem, ut volunt alii, quos secutus sum in præfatione, quam vide.

Vinctus Christi Jesu, id est, pro nomine, pro glorià, et in causâ Jesu Christi.

Pro vobis gentibus, id est, ad utilitatem et salutem vestram, ò gentiles, quorum factus sum doctor, et quia salutis verbum vobis annuntio.

Nota litteralis.

Necessariò è duobus unum, scilicet vel supplendum est verbum substantivum *sum*, vel parenthesis agnoscenda. Primum elegi post versiones Syriacam, Arabicam, post D. Chrysostomum, Theophylactum, post S. Anselmum, D. Thomam, Gagnæum, Tirinum, Erasmum, Fromondum. Multi tamen, tum antiqui, tum recentiores, parenthesim agnoscunt; qui quidem omnes consentiunt de parenthesis initio, nimirùm versu secundo, *si tamen audistis...*, de fine verò ejusdem parenthesis dissentiunt. D. Hieronymus vult quòd finiat v. 5 : *Mihi notum factum est*, etc., ita ut sensus sit : *Ego Paulus...* cognovi mysterium, etc.; Œcumenius putat quòd desinat v. 8, casu tamen mutato. *Ego Paulus... mihi, omnium sanctorum minimo....* In hâc sententiâ subintelligendum est in primo versu, *ego Paulus*, ministerium apostolatûs inter gentes accepi; quod idem est ac : *Mihi omnium sanctorum minimo data est gratia hæc*, etc. In hâc sententiâ, *si tamen audistis*, versûs secundi, non erit vox dubitantis, sed asserentis : hinc εἴγε vertunt *siquidem*.

Theodoretus, et post ipsum recentiores plurimi, Estius, Cornelius, etc., putant parenthesim desinere v. 14, ubi eadem repetit verba : *Hujus rei gratiâ*, etc. In hâc sententiâ postquàm D. Paulus dixit, v. 22, c. 2, *in quo et vos coædificamini...*, mox ad Deum conversus intendit orare pro hujus templi spiritualis perfectione, et dicere : *Hujus rei gratiâ flecto genua*, orans ut in fide vos corroboret.

At dubitans, inquiunt, num hunc metaphoricum ædificationis et templi spiritualis sermonem satis intellexerint Ephesii; dubitans etiam num satis intelligant administrationem gratiæ sibi datæ, Evangelii gentibus prædicandi, et consequenter num intelligant quod dixit : *Ego Paulus vinctus Christi Jesu pro vobis gentibus;* hâc suâ dubitatione distractus, inquiunt, orationem incœptam interrumpit, et quasi suspendit, donec clariùs et fusiùs explicuerit et mysterium vocationis gentium, et suum inter gentes apostolatum.

In hâc sententiâ, *si tamen audistis*, etc., verè dubitantis est; ex hoque suo dubio sumit occasionem per longam parenthesim clariùs explicandi quomodò divinâ dispensatione gentilium factus sit prædicator.

Quamcumque amplectaris hâc in re opinionem; non plurimùm refert, cùm omnes habeant et sua fundamenta et suos auctores; nulla autem omni careat difficultate. D. Hieronymi interpretationi obstat vox interposita *quoniam*, obstat et soloecismus. Œcumenii interpretatio, præter longum, quod admittit, supplementum, cogitur soloecismum agnoscere in textu apostolico, et Paulum in alienâ linguâ balbutientem fateri, sicut loquitur D. Hieronymus.

Theodoreti opinio longiorem admittit parenthesim, et longiorem in oratione distractionem, et quidem voluntariam, et, ut mihi videtur, sine necessitate. Supplemento verbi *sum*, solus obstat articulus præpositus, ὁ δέσμιος, *ille vinctus*. Sed præterquàm quòd, ut dixi, denotat celebritatem vinculorum Pauli, hæc difficultas D. Chrysostomum, Græcum, non deterruit, et sanè cæteris minor est, si benè perpendantur aliæ. Aliunde autem hoc unico supplemento (quod Hebræis familiare) addito, totius capitis sensus connexus est, et cum præcedentibus, et cum sequentibus, ut in analysi, et paraphrasi videri potest. Nihil ergo cogit ad obscuram et longiorem parenthesim recurrere. Adde quòd si quæ Græci sermonis imperitia cum D. Hieronymo hic agnoscenda, puto quòd minima sit eligenda.

Observatio moralis.

De suis vinculis gloriatur Apostolus : *Ego Paulus, ille vinctus Christi Jesu.* Similiter et alii omnes apostoli, *ibant gaudentes, quia pro nomine Jesu digni habiti*, etc. Quidni sic in nostris gloriamur infirmitatibus et humiliationibus nostris? Hanc gloriam dat fides viva. Crede ergo verbo Christi dicentis : *Beati qui nunc fletis*, etc.; *beati pauperes*, etc.; *beati qui persecutionem patiuntur*, etc.; gaudebis et exultabis, quia *merces tua magna erit in cœlo*. Quò quis pro Christo profundiùs humiliatur, eò gloriosior est coràm Deo, et erit in æternum. Hoc crede, et gaudebis, et gloriaberis patiens, et humiliatus.

Vers. 2. — Si tamen audistis... Arabica versio : *Si fortè audistis*. Vult eos scire quòd Dei judicio à Chri-

Vers. 1. — *Hujus rei gratiâ, ego Paulus vinctus Christi Jesu*, etc. Gloriatur enim Paulus de vinculis suis pro Christo susceptis, quasi de insignibus sui apostolatûs et martyrii, sicut rex gloriatur de suo

terque aut diademate. Vinctum esse propter Christum, inquit Chrysost., illustrius est, quàm sive apostolum, sive doctorem, sive evangelistam esse.

Vers. 2. — *Si tamen audistis;* q. d. : Pro vobis

sto missus est prædicare gentibus mysterium gratiæ Dei, ait Ambrosius. Quòd fortè toto triennio, quo Ephesi moratus est, non dixerat passim omnibus, modum et miraculum suæ conversionis, quia sancti non solent nisi coacti prædicare dona Dei in se, ait Fromondus.

Dispensationem, Græc. τὴν οἰκονομίαν. Œconomia autem est prudens dispensatio rei domesticæ, seu assignatio partium, quam in domo faciunt patresfamiliâs, aut illorum vice dispensatores rei domesticæ. Hic verò œconomia significat illam apostolatûs partem D. Paulo datam, Evangelium gentibus prædicandi.

Gratiæ, id est, apostolatûs. Apostolatus, prælatura, munus prædicandi, gratia pura, gratis data, ad aliorum utilitatem gratuitò concessa. Hinc non ambienda, non hominum favore quærenda. Ad laborem, non ad quietem et ad delicias desideranda.

Vers. 3. — Quoniam secundum revelationem..., id est, *si audistis, quoniam....* Ut hanc dispensationem meliùs intelligant omnes, incipit eam fusiùs enarrare. Ac primò, exponit eis quo modo sibi innotuit mysterium vocationis gentium, scilicet per divinam revelationem.

Sicut supra scripsi. Græc. προέγραψα. *Sicut ante scripsi*, ait Ambrosius; *præscripsi*, ait Hieronymus, scilicet in primo et secundo capite hujus Epistolæ.

In brevi, id est, breviter et paucis. Œcumenius interpretatur : Sicut supra scripsi in modico, id est, paulò ante, in fine capitis præcedentis. Theodoretus autem, *de quo nunc scripsi*, etc.

Vers. 4. — Prout potestis ; Græc., *ad quod potestis*, id est, juxta quod, Theophylactus. *Prout potestis*, ibi legere et legentes intelligere meam circa hoc mysterium prudentiam ; Græc., *intelligentiam*; Theophylactus, *cognitionem meam*. D. Paulus prudentiam, sapientiam, intelligentiam, scientiam sæpè confundit.

Vers. 5. — Quod aliis generationibus ; Syr. : *Quod quidem in aliis ætatibus non innotuit filiis hominum*, etc. Quæ de vocatione gentium ab Isaiâ et aliis prophetis dicuntur, generalia sunt et obscura. Apostolis autem revelata sunt clariùs et etiam circumstantiæ : nimirùm quòd ad eamdem omninò gratiam et Ecclesiam cum Judæis essent admittendæ gentes, non factæ proselytæ, sine circumcisione, sine lege Mosaicâ, etc.

Vers. 6. — Gentes esse cohæredes. Explicat ea quæ clariùs et distinctiùs noverunt apostoli et novæ legis prophetæ, qui frequentes erant in Ecclesiâ D. Pauli temporibus. Vide paraphrasim.

Comparticipes promissionis ejus. Communiter intelligitur de promissionibus à Deo factis populo Judaico, seu Abrahæ de Christo et salute. Potest etiam explicari de Spiritu sancto, qui promissum Dei dicitur. Itaque et ejusdem Spiritûs sancti à Deo per Christum promissi participes.

Observationes morales.

Ex hoc versu disce quòd omnes Christiani sint ejusdem Patris, Dei scilicet, filii et cohæredes, ejusdem Christi commembra, ejusdem Spiritûs sancti comparticipes. Quanta ergo omnium nostrûm in Deo nobilitas! at quanta omnium nostrûm debet esse mutua charitas et unio!

Ex v. 5 disce quòd sicut apostolis major data est mysteriorum Dei cognitio quàm veteris Testamenti prophetis, ita per apostolos major communicata fui nobis Christianis cognitio Dei, quàm ipsis prophetis à Deo communicata fuerit. O nos ergo felices, quibus à Christo per apostolos major data est Dei cognitio quàm ipsis olim prophetis! Sed, ô nos infelices, si in tantâ mysteriorum luce Deum, sicut novimus, non glorificamus! Cognitio nostra major, et nostra major erit damnatio. Ergo sicut novimus, sic amemus, sic laudemus; sic vitâ et opere colamus.

Vers. 7. — Cujus factus sum minister. Exponit nunc quomodò Evangelii gentibus prædicandi factus est à Deo per Christum minister. Cujus Evangelii factus sum præco, non meis meritis; eram enim Christi et Ecclesiæ christianæ persecutor acerrimus;

Sed secundum donum gratiæ Dei, id est, ex dono Dei merè gratuito ;

Secundum operationem virtutis ejus ; Græc., *secundùm ἐνεργείαν, efficaciam* potentiæ ejus, Dei scilicet. Quibus verbis Apostolus denotat efficaciam apostola-

gentibus vinctus sum, siquidem pro vobis evangelizo, propter Evangelium autem vinctus sum, uti omnibus, maximè vobis, notum et clarum est. Siquidem *audistis dispensationem* (administrationem) *gratiæ Dei ; quæ* scilicet dispensatio, *data est mihi in vobis* inter gentes.

Vers. 3. — *Quoniam ;* q. d. : Audistis *quoniam*, id est, quòd, *secundùm revelationem notum mihi factum est sacramentum*, mysterium, scilicet Christi, puta arcanum illud et magnum pietatis sacramentum, quod passim prædico et admiror, de Christi incarnatione, redemptione, prædestinatione, salvatione, et ad eam vocatione, non tantùm Judæorum, sed et gentium ; hanc enim gentium vocationem potissimùm hic et alibi admiratur et celebrat Paulus.

Sicut supra scripsi, de hoc sacramento et mysterio, *in brevi*, in modico, id est, paucis et breviter.

Vers. 4. — *Prout potestis legentes* (cap. 1 et 2) *intelligere prudentiam*, id est, intelligentiam, *meam in mysterio Christi*. Nulla enim, inquit Hieron. Epistolarum Pauli tanta habet mysteria, tamque reconditis sensibus involuta est, atque hæc.

Vers. 5.— *Quod aliis generationibus*, id est, aliis seculis, *non est agnitum filiis hominum*, id est, hominibus, *sicuti nunc revelatum est sanctis apostolis ejus et prophetis*, novi scilicet Testamenti, *in Spiritu*, id est, per Spiritum sanctum.

Vers. 6. — *Gentes esse cohæredes*, id est, unà cum Judæis ejusdem hæreditatis cœlestis consortes, tanquàm Dei filios. Et *concorporales*, id est, ejusdem corporis membra sub uno capite Christo. *Et comparticipes promissionis*, hoc est, promissæ benedictionis *ejus*, scilicet Dei, vel Spiritûs sancti ; idque *in Christo Jesu*, id est, per Christum Jesum, qui hanc Dei promissionem promulgavit, *per* suum *Evangelium*.

Vers. 7. — *Cujus*, scilicet Evangelii Christi, *factus sum minister secundum donum gratiæ Dei*, id est, per donum gratiæ Dei *Quæ data est mihi secundùm operationem*, id est, efficacià, et efficaci operatione *virtutis* (potentiæ) ejus ; q. d. : Apostolatum non inanem,

tûs sui, per divinam virtutem, sicque probat illum ab effectu, seu per miracula, quæ divinâ potentiâ patrabat. Sensus ergo est : *Factus sum Evangelii minister*, ex dono Dei merè gratuito, quod mihi datum est administrandum, non meis viribus, sed per efficaciam virtutis et omnipotentiæ Dei.

Vers. 8. — Mihi omnium sanctorum minimo ; Græc., ἐλαχιστοτέρῳ, quasi diceret, *minimiori*. Ex ἐλάχιστος *minimus*, finxit ἐλαχιστότερος, *minimior*, quasi comparativum ex superlativo, *minimo minimior*. Repetit ergo cum exaggeratione quæ versiculo præcedenti dixit, *mihi*, inquam, Christianorum minorum *minimo*, imò minimorum minimiori, peccatorum autem maximo, data est hæc gratia... Observa hìc et mirare D. Pauli modestiam, ubi de suâ personâ agitur ; se minimo minimiorem, infimo infimiorem, postremo postremiorem reputat et dicit. Hincque discamus : Quò quis altiùs suo ministerio elevatur, eò profundiùs in semetipso et coram hominibus humilitate, deprimatur. Sicut in D. Paulo, sic et in omni Christi ministro, necessaria sunt duo : humilitas, quâ se suo ministerio judicet indignum ; fiducia in Dei virtute quâ liberè et audacter agat in Dei nomine et auctoritate.

Tria D. Paulus ad prædicationem attulit, ait D. Chrysostomus, ferventem animum et ad omnia ferenda paratum ; intelligentiam, seu sapientiam ; vitam, in quâ non cadebat reprehensio. Heu ! ne digni quidem sumus, qui Pauli vel meminerimus ! vide D. Chrysostomum, agnosces quàm à D. Paulo distemus concionatores.

Vers. 9. — Et illuminare omnes, quæ sit dispensatio ; Græc., *œconomia ;* hinc theologi incarnationem et nostræ redemptionis opus vocant *œconomiam ;* quo nomine intelligunt quæcumque Christus in carne assumptâ fecit, aut passus est. Hìc autem œconomia, seu *dispensatio*, potest dupliciter considerari, vel in mente Dei, vel in opere, seu executione. Juxta primam acceptionem, sensus erit : Ut manifestem omnibus quàm sit admirabilis œconomia, et æterna Dei ordinatio circa vocationem gentium, per nativitatem, mortem et resurrectionem Christi ; juxta secundam, quæ videtur magis ad mentem Apostoli, sensus erit : Ut doceam quàm sapienter, hoc tempore, Deus per Jesum Christum executus sit mysterium redemptionis nostræ et vocationis gentium, arcanum hucusque sibi soli notum.

Qui omnia creavit ; Græcus textus addit : *Qui creavit omnia per Jesum Christum ;* et ita legunt D. Chrysostomus et Theodoretus. Si referatur ad *creavit*, intelligi debet de Jesu Christo, ut Deo et Dei Filio, juxta illud Joan. 1 : *Omnia per ipsum facta sunt.* Si referatur ad *quæ sit dispensatio...*, intelligi debet de merito passionis Jesu Christi, Dei hominis. Primus sensus videtur hìc naturalior : hinc Theodoretus : *Qui omnia fecit unà secum operante Filio.* Putatur autem et cum fundamento, quòd Apostolus scholam Simonis Magi percutiat, qui docebat hunc mundum corporeum ab angelis factum esse.

Observatio moralis.

Observa hìc evangelici ministerii munus, scilicet *incomprehensibiles Christi divitias evangelizare et illuminare omnes....* Apostoli, evangelistæ, sunt inter cæteros homines quod superiores angeli sunt inter inferiores. Sicut angeli sunt Dei cœlestes ministri, ita apostoli sunt terrestres angeli ; at horum ministerium non est impar cœlestium angelorum ministerio : apostoli enim sicut et angeli superiores purgant, illuminant et perficiunt. Hinc in Apoc. 19, 10, angeli nolunt ab apostolis coli, *vide ne feceris, conservus tuus sum.*

Conservi sunt apostoli et angeli, omnesque Dei ministri. Cogitet hìc et supra se reflectat prælatus, apostolus, concionator, omnis Dei in Ecclesiâ minister, et videat quomodò suum obeat munus : an lucet, suâque luce alios illuminat, purgat, perficit ; an è contra fumat, suique fumi obscuritate et fœtore alios obscurat, obtenebrat, inficit et perdit. Væ prævaricatoribus !

Vers. 10. — Ut innotescat Principatibus..., Syr. : *Ut per Ecclesiam innotescat sapientia Dei differentiis plena, Principatibus*, etc. ; Græc. : *Ut innotescat nunc*, etc., id est, ita ut nunc ; post hujus mysterii adimplectionem, primariis etiam angelis perfectè innotescat, etc. Angeli, archangeli, etc., qui ante Incarnationem tantam Dei erga gentes bonitatem, multaque Christi mysteria, vel ignorabant, vel noverant

otiosum et vacuum accepi, sed talem qui potenter et efficaciter operetur conversionem gentium etiam barbararum.

Vers. 8. — *Mihi omnium*, non tantùm apostolorum, sed et sanctorum, id est, Christianorum, *minimo*, Græcè infimiori ; q. d. : Inferior et infimior sum infimo, minor sum minimo ; *data est gratia hæc, in gentibus evangelizare investigabiles*, sive incomprehensibiles *divitias Christi*, significat immensitatem beneficiorum Christi, id est, eorum quæ per Christi meritum abundantissimè, velut ex infinito thesauro, nobis à Deo conferuntur.

Vers. 9. — *Et illuminare omnes*, significat alios docere, aliis lucem veritatis et fidei imperiri. Sicut enim sol suâ luce tenebrosa loca illuminat, ita doctores clarâ suâ doctrina illuminant tenebrosas et ignorantes hominum mentes.

Quæ sit dispensatio sacramenti abscondita a sæculis in Deo, quia omnia creavit, id est, quod, quale et quantum sit sacramentum, sive mysterium hoc, quod hactenùs per tot secula, imò ab æterno absconditum fuit in Deo, in Dei scilicet mente, consilio et prædestinatione ; jam verò dispensatum, id est, erogatum, distributum est, omnibusque propositum et oblatum.

Vers. 10. — *Ut innotescat Principatibus et Potestatibus*, illis scilicet ordinibus angelorum qui dicuntur Principatus, id est, principes ; et Potestates, hoc est potentes. Sub his cæteros angelorum ordines intellige. Ita Hieron., Chrysost., Theoph. *In cœlestibus*, scilicet locis commorantes. *Per Ecclesiam multiformis sapientia Dei. Per Ecclesiam*, id est, per ea quæ gesta sunt à Christo et apostolis in Ecclesiâ, perque gratias et dona Ecclesiæ ab iis communicata, multa mysteria Christi et Christianorum angelis innotuerunt, quæ priùs ignorabant. Fiat, inquam, nota per Ecclesiam, dùm in eâ quotidie complentur tot et tanta, tamque multiplicia divinæ sapientiæ opera, priùs in Dei mente recondita.

tantummodò quoad substantiam, non verò quoad species, modos et circumstantias, per ea quæ gesta sunt in Ecclesiâ, per tot et tanta bona illi collata, et per tam diversos in eâ gradus et benè dispositos ordines, didicerunt multiformem et differentiis plenam Dei sapientiam. Seu, ut ait Theophylactus, beneficia nostra magistri sunt iis sapientiæ Dei. Per Ecclesiam, per apostolos, per homines, ipsis primariis angelis patefacta sunt arcana Dei; quantus honor hominum! Paulus angelorum evangelista, eos illuminavit, ait D. Chrysostomus. Hinc, in Apoc. 19, 10, angeli coli nolunt ab apostolis, quasi majore in ministerio collocatis.

Hic et Paulus Simonianos percutit, qui volebant angelos à nobis adorandos, et nostros esse ad Deum mediatores.

VERS. 11. — SECUNDUM PRÆFINITIONEM.... QUAM.... Illud, *quam*, in Græco et in Latino est ambiguum, potestque referri et ad *sapientiam*, et ad *Ecclesiam*, et ad *præfinitionem*. D. Hieronymus ad *sapientiam* refert; aliqui ad *Ecclesiam*, communiter ad seculorum *præfinitionem*. Hinc præter sensum in paraphrasi datum, potest etiam sic explicari : Quæ omnia fecit eo tempore quod ab æterno decrevit ea se facturum per Jesum Christum; vel secundùm antiquissimum, seu æternum consilium et decretum, quod per Christum Jesum executus est.

VERS. 12. — IN QUO HABEMUS FIDUCIAM... Fides est origo fiduciæ et confidentiæ in Deum, confidentiæ ad illum accedendi, fiduciæ impetrandi. Fides nimirùm, quâ credimus Christum nobis à Deo datum, ut mediatorem et propitiatorem nostrum. Hanc fidem in omnibus nostris orationibus habere studeamus. Nostra praxis continua sit Christo mediatori nostro uniri, per ipsum et in ipso ad Deum accedere; per quem omnia, sine quo nihil; de hâc praxi vide in fine capitis, v. 21.

VERS. 13. — PROPTER QUOD PETO NE DEFICIATIS...; Græc.: *Ideo peto non segnescere*, quod potest et ad D. Paulum et ad Ephesios referri; hincque S. Hieronymus in primâ personâ traduxit. Syrus etiam : *Quapropter peto ne me tædeat oppressionum mearum, quæ sunt pro vobis, cùm hoc cedat in gloriam vestram.* Sed Græci omnes traducunt in secundâ personâ, sicut Vulgata nostra, et ipse contextus Epistolæ indicat ita traducendum esse. Timebat Apostolus ne Ephesii, in fide novelli, animo caderent ob vincula cæteraque mala quæ patiebatur. Hinc, *peto*, αἰτοῦμαι, posco, exigo, non à Deo, sed à vobis, ne expavescatis, animoque cadatis ob hæc vincula et alia mala, quæ patior vestri causâ, scilicet quia vobis Ephesiis et aliis gentilibus Christum prædico.

QUÆ EST GLORIA VESTRA, quin potiùs in his gloriari nos oportet; hæc siquidem vincula et passiones sunt stigmata et insignia Christi, meique martyrii præludia, et consequenter vestra, sicut et mea gloria; quòd ego apostolus vester dignus habear pro Christo talia et tanta pati. Ephesiis et gentilibus omnibus gloriosæ sunt passiones apostolorum, ait D. Chrysostomus, quia per illas apparet quanti nos faciat Deus, qui Filium suum et apostolos pro nostrâ salute, tanta pati voluit. Sic Deus dilexit nos, ut etiam pro nobis Filium suum dederit, et servos suos malè affecerit. D. Chrysostomus.

VERS. 14. — HUJUS REI GRATIA, id est, ne meis territi malis, deficiatis, in signum reverentiæ et subjectionis, FLECTO GENUA....

VERS. 15. — EX QUO OMNIS PATERNITAS; Græc. πατρία, *familia*, tribus, parentela. *Ex quo*, Patre, *omnis familia*, seu angelorum in cœlo, seu hominum in terris, originem habet. Hic contra Simonianos, qui plura principia admittebant, et à malis angelis mundum conditum dicebant. Metaphoricè autem in angelis sunt familiæ, quatenùs intelliguntur classes, ordines, qui sunt quasi familiæ. Totus mundus, unica Dei familia est, cujus pars una superior, inferior altera; et homines et angeli sunt filii Dei, unamque componunt Dei familiam, cujus Pater, Deus. Hinc ab omnibus colendus, amandus, glorificandus.

VERS. 16. — UT DET VOBIS SECUNDUM DIVITIAS GLORIÆ SUÆ. Ambrosius habet : *Secundùm divitias majestatis suæ virtutem confirmari in spiritu;* Syrus, paulò aliter quàm nostra Vulgata: *Ut det vobis secundùm divitias gloriæ suæ; ut virtute confirmemini per Spiritum*

VERS. 11. — *Secundùm præfinitionem seculorum*, id est, secundùm propositum *seculorum*, id est, à seculis, vel ante secula factum; q. d. : Secundùm decretum æternum quo proposuerat, decreverat, præfinierat Deus hoc facere et exequi.

Quam fecit in Christo Jesu Domino nostro, dicitur autem hæc secula præfinivisse in Christo, quia sicut tota salus nostra per Christum est, ita et tota salutis dispositio, quantùm ad loca, tempora, modum, ordinem, etc.

VERS. 12. — *In quo*, per quem, scilicet Christum, *habemus fiduciam;* quâ animus per Christum peccatis expiatis et innocenter jam viveus, benè sibi conscius, confidit se esse in gratiâ et amicitiâ Dei. Hujus fiduciæ effectum subdit :

Et accessum in confidentiâ, ut scilicet confidenter quasi amici, imò quasi filii, accedamus ad Deum Patrem, dicamusque : Abba, Pater.

Per fidem ejus, q. d.: Fiduciam et fiducialem accessum habemus ad Patrem per fidem Christi. Fides enim parit hanc fiduciam et confidentiam.

VERS. 13. — *Propter quod peto*, posco; exigo à vobis, *ne deficiatis in tribulationibus meis*, ne vos scilicet, ô Ephesii, deficiatis et cadatis animo videntes me tribulari et vinciri, *pro vobis*, quia scilicet vobis aliisque Christum et salutem evangelizo. *Quæ est gloria vestra*, id est, quæ tribulationes cedunt in gloriam vestram, etc.

VERS. 14. — *Hujus rei gratiâ flecto*, etc.; hujus, inquam, rei gratiâ, quia scilicet estis cives sanctorum et domestici Dei, etc., ego Paulus vinctus Jesu Christi pro vobis gentibus, flecto genua mea ad Patrem, id est, humiliter oro Deum, Patrem Domini nostri Jesu Christi.

VERS. 15. — *Ex quo omnis paternitas*, etc., id est, existit, suum habet esse et suam originem, derivatur et descendit. Ut sensus sit : Ex quo Pater omnis familiæ, sive angelorum in cœlis, sive hominum in terrâ, quantùmcumque ea magna sit ac celebris, existit et originem accipit; ad quem, ut patrem et caput, omnes familiæ, etiam nominatissimæ, revocandæ sunt.

VERS. 16. — *Ut det vobis secundùm divitias gloriæ*

suum; ut in homine vestro interno habitet Christus per fidem, et in cordibus vestris per charitatem stabili manente radice vestrâ, et fundamento vestro, ut possitis comprehendere, etc. Sed nostra Vulgata planè conformis est Græco, et ad litteram sensus est : *Ut secundùm* abundantiam misericordiæ, quâ gloriatur, seu cujus multitudo et magnitudo passim in Scripturis prædicatur, *det vobis* in interiori homine vestro, id est, in mente, *virtute* suâ per *Spiritum suum corroborari*. Versu 15, petiit Apostolus ab Ephesiis ne deficerent, etc., propter liberum arbitrium, ait D. Augustinus; nunc idem petit pro ipsis à Deo Patre, quia arbitrium sine gratiâ non sufficit, ait idem sanctus, serm. 7 de Verbis Apostoli. Post quem S. Anselmus : Quia voluntatis arbitrium habetis, peto à vobis, etc.; sed quia vobis non sufficit arbitrium, ad implendum quod peto; *hujus rei gratiâ flecto....*

Vers. 17. — Christum habitare..... *Det vobis Christum habitare*, id est, permanere, seu perseveranter manere.

Per fidem vivam, seu charitate operantem.

In cordibus vestris, tanquàm principali parte interioris hominis vestri.

In charitate radicati... Vel supplendum est verbum, ut in paraphrasi, *sitisque.....*, vel agnoscenda trajectio per quoddam hyperbaton, scilicet, ut *charitate radicati* et fundati, *possitis comprehendere.....* Constantiam quam Ephesiis optat duabus exprimit similitudinibus; arboris scilicet in altum radices agentis, et ædificii benè fundati.

Vers. 18.—Ut possitis comprehendere..., id est, apprehendere, per fidem et intelligentiam assequi, quantùm hic potest homo spiritualis, sanctus, perfectus.

Quæ sit latitudo et longitudo... Quia indefinita est propositio, nullius enim rei mentionem facit; hinc variæ sunt interpretationes, quas apud Cornelium videre potes. Naturalior autem mihi visa est quæ in paraphrasi, quia de his agitur : Dei bonitas in nostræ redemptionis et vocationis mysterio latissima est, ad omnes homines se extendens; longissima, in omnia secula sese diffundens; profundissima, quippe quæ humillimâ Christi depressione nos è profundâ pœnarum infernalium abysso liberavit; altissima, ut pote quæ ad cœlos usque nos attollit : *Consedere nos fecit in cœlestibus.*

Vers. 19. — Scire etiam supereminentem scientiæ, in dativo, id est, quæ supereminet scientiæ, seu quæ superat omnem scientiam humanam. Hincque patet quomodò intelligendum sit verbum *scire*, scilicet cognoscere et pro merito æstimare.

Charitatem Christi, id est, quam Christus erga nos exhibuit semetipsum pro peccatis nostris victimam offerens Deo Patri.

Ut impleamini... Hæc omnia vobis opto ut omnibus Dei donis abundetis; omni scilicet scientiâ Dei in mente; omni charitate in corde, sicque fortes et constantes sitis et nunquàm deficiatis. Ex dictis à v. 16 disce quis sit homo verè spiritualis et interior. Ille scilicet cujus anima est Spiritus sanctus, cujus intellectus, seu lumen, est fides viva, cujus cor et vita est charitas, cujus patria cœlum, cujus hæreditas gloria æterna, cujus inhabitator Christus, cujus Pater Deus. Hinc et disce semper optare, et frequenter orare ut det tibi Deus interiùs corroborari fide vivâ, charitate operante, sancti Spiritûs illapsu, continuâ cum Christo unione, totius divinitatis in animâ tuâ inhabitatione et permansione.

Vers. 20 —Ei autem, qui potens est... Græc. : *At potenti super omnia, seperexabundanti quæ petimus, aut mente concipimus, secundùm virtutem ejus efficientem in nobis, vel secundùm potentiam ejus operatam in nobis* (passivè). Syr. : *Ei autem qui potens est virtute omnia superante, facere nobis etiam super ea quæ postulamus, aut meditamur, secundùm virtutem ipsius, quæ exercetur in nobis.*

D. Paulus in superioribus optavit Ephesiis *omnem plenitudinem Dei*, at hic omni Dei plenitudine repletus ipsemet, erumpit in Dei laudes optatque ut ab Ecclesiâ Deo reddatur æterna gloria per Jesum Christum, Filium Dei, Mediatorem nostrum. Deo, inquit, qui per potentiam quâ intùs agit in nobis, omnia potest longè abundantiùs facere et liberaliùs dare quàm nos possimus aut petere, aut intelligere.

suæ, id est, secundùm immensam largitatem ac bonitatem suam in quâ glorificatur.

Virtute corroborari per Spiritum ejus in interiorem hominem. Sensus est : Oro det vobis ut virtute seu fortitudine ab eo acceptâ corroboremini adversùs omnes tentationes, per Spiritum ipsius, ad profectum interioris hominis, scilicet, ejus qui, dùm exterior homo corrumpitur, renovandus est de die in diem, 2 Cor. 4. Est enim interior homo, mens hominis, vel ipse homo, secundùm mentem et eas potentias quæ sunt animæ rationali propriæ.

Vers. 17. — *Christum habitare*, det vobis Deus Pater, ut Christus habitet *per fidem in cordibus vestris*, id est, ut Christus internum hominem vestrum inhabitet et in eo maneat.

In charitate radicati et fundati. Det etiam vobis ut in charitate sitis benè firmati, ut charitas vestra firma sit et constans.

Vers. 18. — *Ut possitis comprehendere*, id est, animo concipere et intelligere, *cum omnibus sanctis*, id est, apostolis, prophetis, et Christianis, tum militantibus hic adhuc, tum potiùs in cœlo triumphantibus Deique visione beatis. *Quæ sit latitudo et longitudo, et sublimitas, et profundum.* Ut possitis comprehendere quæ sit et quanta ejus mysterii quod vobis prædicavi, magnitudo, dignitas, majestas.

Vers. 19. — *Scire etiam supereminentem scientiæ charitatem Christi.* Et ut possitis *scire*, id est, animo complecti ac pro dignitate æstimare *charitatem Christi*, quâ nos dilexit, eamque *supereminentem scientiæ*, id est, excedentem notitiam nostram, ac majorem quàm ut penitùs à nobis intelligi possit; q. d. : Charitas Christi tanta est ut superet omnem humanam cognitionem et scientiam. Ita Theophylactus.

Ut impleamini in omnem plenitudinem Dei. Ut omnium donorum Dei perfectione repleamini, ut omnibus Dei donis abundetis, q. d. : Ut sitis pleni omni sapientiâ, virtute et perfectione, maximè charitate quâ plenus est Deus : seu ut Dei cognitione, amore, omniumque bonorum divinorum plenitudine impleamini.

Vers. 20. — *Ei autem qui potens est omnia facere superabundanter quàm petimus aut intelligimus.* Sensus

Vers. 21. — Ipsi gloria... Syr. : *Ipsi, inquam, gloria in Ecclesiâ suâ per Jesum Christum in omnes ætates seculi seculorum. Amen.*

Ipsi, inquam, qui tot et tanta per Christum nobis dedit beneficia, æterna sit gloria in Ecclesiâ suâ, per totum orbem diffusâ, et in fines seculorum duraturâ, per Jesum Christum, Ecclesiæ caput Mediatoremque nostrum, et per quem sicut omnia à Deo accepimus, sic et omnia Deo reddere debemus per laudes et gratiarum actiones. Et ecce rursùs praxim verè christianam, verè Deo dignam, toties ab Apostolo edoctam, et à nobis adnotatam : Omnia in Christo, per Christum, et cum Christo, pietatis officia exercere; in ipso Deum laudare, Deo gratias agere, etc. Hinc Ecclesia omnia per Dominum nostrum Jesum Christum. Hæc praxis videatur in cap. 4 hujus Epistolæ post v. 16, et fusiùs in Epistolâ ad Rom., cap. 16, in corollario, et Epist. ad Hebr., cap. 9 et cap. 13, in corollariis.

est : Et qui potens est, superabundanter et cumulatè facere ultra omnia quæ petimus, aut mente concipimus.

Secundum virtutem quæ operatur in nobis. Refertur autem hæc pars ad verbum *facere*, et significatur virtus seu potentia quæ in nobis est effectus potentiæ divinæ, et per quam ipsi etiam agimus.

Vers. 21. — *Ipsi gloria in Ecclesiâ et in Christo Jesu*, etc. Explet sententiam : *Ei qui potens est*, etc. Ipsi, inquam, sit gloria in Ecclesiâ, id est, ipsum glorificet universa Ecclesia tantis beneficiis ab eo affecta, idque per Christum Jesum et in omnes ætates omnium seculorum usque in æternum.

Corollarium pietatis, seu in hoc capite ad pietatem maximè notanda, et ad praxim redigenda.

1° A D. Paulo et ab aliis apostolis discamus in passionibus et in vinculis gloriari, v. 3. Hanc gloriationem dabit nobis fides viva, si verè credamus hujus vitæ passiones esse æternæ gloriæ principia, et quasi radices. Quò plus pro Christo patiemur, et profundiùs humiliabimur, eò feliciores et gloriosiores in æternum erimus. Vide v. 3 et observationem moralem.

2° Ab eodem apostolo, v. 5 et 6, discamus quantùm Deo debeamus, per cujus gratiam nobis omnibus Christianis major data est mysteriorum Dei cognitio quàm ipsis etiam prophetis veteris Testamenti. Ob hanc gratiam Deum laudemus, amemus, glorificemus. Hâc majori mysteriorum cognitione ad Dei voluntatem perfectiùs adimplendam utamur; aliàs major nostra cognitio erit major nostra damnatio. *Servus sciens voluntatem domini sui et non faciens vapulabit multis.*

3° Miremur admirandam sanè D. Pauli de se loquentis modestiam; at imitemur virtutem omni quidem Christiano, præcipuè verò omni Ecclesiæ ministro, necessariam. Quò quis suo ministerio sublimior, eò sit humilitate inferior. Vide v. 8.

4° Prælati, pastores, doctores, concionatores à D. Paulo, v. 9, discant quale sit evangelici ministerii munus, et ad quid ordinetur. *Evangelizare investigabiles divitias Christi, v. 8, et illuminare omnes, v. 9.* Attendant quomodò illud obeunt.

5° Discamus omnes ex v. 16, 17, 18, 19, quid debeamus animo jugiter versare, semper optare, continuè petere. Scilicet *virtute corroborari per Spiritum Dei in interiorem hominem, v. 16. Christum habitare per fidem in cordibus nostris. In charitate radicati et fundati*, v. 17. *Ut possimus comprehendere*, etc., v. 18. *Scire etiam supereminentem scientiæ charitatem Christi, ut impleamur in omnem plenitudinem Dei*, v. 19.

CAPUT IV.

1. Obsecro itaque vos, ego vinctus in Domino, ut dignè ambuletis vocatione quâ vocati estis,

2. Cum omni humilitate et mansuetudine, cum patientiâ, supportantes invicem in charitate,

3. Solliciti servare unitatem spiritûs in vinculo pacis.

4. Unum corpus, et unus Spiritus, sicut vocati estis in unâ spe vocationis vestræ.

5. Unus Dominus, una fides, unum baptisma.

6. Unus Deus et Pater omnium, qui est super omnes, et per omnia, et in omnibus nobis.

7. Unicuique autem nostrûm data est gratia secundùm mensuram donationis Christi.

8. Propter quod dicit : Ascendens in altum, captivam duxit captivitatem ; dedit dona hominibus.

9. Quod autem ascendit, quid est, nisi quia et descendit primùm in inferiores partes terræ ?

10. Qui descendit, ipse est et qui ascendit super omnes cœlos, ut impleret omnia.

11. Et ipse dedit quosdam quidem apostolos,

CHAPITRE IV.

1. Je vous conjure donc, moi qui suis dans les chaînes pour le Seigneur, de vous conduire d'une manière qui soit digne de l'état auquel vous êtes appelés,

2. Pratiquant en toute chose l'humilité, la douceur et la patience, vous supportant les uns les autres avec charité,

3. En travaillant avec soin à conserver l'unité d'un même esprit par le lien de la paix.

4. Vous n'êtes tous qu'un corps, qu'un esprit, comme vous n'avez tous été appelés qu'à une même espérance.

5. Il n'y a qu'un Seigneur, qu'une foi et qu'un baptême.

6. Il n'y a qu'un Dieu, Père de tous, qui est au-dessus de tous, qui étend sa providence sur tous, et qui réside en nous tous.

7. Car la grâce a été donnée à chacun de nous, selon la mesure du don de Jésus-Christ.

8. C'est pourquoi l'Écriture dit, qu'étant monté au plus haut, il a mené en triomphe une grande multitude de captifs, et il a répandu ses dons sur les hommes.

9. Mais pourquoi est-il dit qu'il est monté, sinon parce qu'il était descendu auparavant dans les parties les plus basses de la terre ?

10. Celui qui est descendu est le même qui est monté au-dessus de tous les cieux, afin de remplir toutes choses.

11. Lui-même donc a donné à son Eglise quelques-uns pour être apôtres, d'autres pour être prophètes,

quosdam autem prophetas, alios verò evangelistas, alios autem pastores et doctores;

12. Ad consummationem sanctorum in opus ministerii, in ædificationem corporis Christi;

13. Donec occurramus omnes in unitatem fidei et agnitionis Filii Dei, in virum perfectum, in mensuram ætatis plenitudinis Christi:

14. Ut jam non simus parvuli fluctuantes, et circumferamur omni vento doctrinæ in nequitiâ hominum, in astutiâ ad circumventionem erroris.

15. Veritatem autem facientes in charitate, crescamus in illo per omnia, qui est caput, Christus:

16. Ex quo totum corpus compactum et connexum per omnem juncturam subministrationis, secundùm operationem in mensuram uniuscujusque membri, augmentum corporis facit in ædificationem sui in charitate.

17. Hoc igitur dico, et testificor in Domino, ut jam non ambuletis, sicut et gentes ambulant in vanitate sensûs sui:

18. Tenebris obscuratum habentes intellectum, alienati à vitâ Dei per ignorantiam quæ est in illis, propter cæcitatem cordis ipsorum,

19. Qui desperantes, semetipsos tradiderunt impudicitiæ, in operationem immunditiæ omnis, in avaritiam.

20. Vos autem non ita didicistis Christum,

21. Si tamen illum audistis, et in ipso edocti estis, sicut est veritas in Jesu,

22. Deponere vos secundùm pristinam conversationem veterem hominem, qui corrumpitur secundùm desideria erroris.

23. Renovamini autem spiritu mentis vestræ,

24. Et induite novum hominem, qui secundùm Deum creatus est in justitiâ et sanctitate veritatis.

25. Propter quod deponentes mendacium, loquimini veritatem unusquisque cum proximo suo: quoniam sumus invicem membra:

26. Irascimini, et nolite peccare: sol non occidat super iracundiam vestram.

27. Nolite locum dare diabolo;

28. Qui furabatur, jam non furetur: magis autem laboret, operando manibus suis quod bonum est, ut habeat unde tribuat necessitatem patienti.

29. Omnis sermo malus ex ore vestro non procedat: sed si quis bonus ad ædificationem fidei, ut det gratiam audientibus.

30. Et nolite contristare Spiritum sanctum Dei, in quo signati estis in diem redemptionis.

31. Omnis amaritudo, et ira, et indignatio, et clamor, et blasphemia tollatur à vobis, cum omni malitiâ.

32. Estote autem invicem benigni, misericordes; donantes invicem, sicut et Deus in Christo donavit vobis.

d'autres pour être prédicateurs de l'Évangile, et d'autres pour être pasteurs et docteurs;

12. Afin que les uns et les autres travaillent à la perfection des saints, aux fonctions de leur ministère, à l'édification du corps de Jésus-Christ,

13. Jusqu'à ce que nous parvenions tous à l'unité d'une même foi et d'une même connaissance du Fils de Dieu, à l'état d'un homme parfait, à la mesure de l'âge et de la plénitude selon laquelle Jésus-Christ doit être formé en nous;

14. Afin que nous ne soyons plus comme des enfants, comme des personnes flottantes, qui se laissent emporter à tous les vents des opinions humaines, par la tromperie des hommes, et par l'adresse qu'ils ont à engager artificieusement dans l'erreur:

15. Mais que, pratiquant la vérité par la charité, nous croissions en toutes choses dans Jésus-Christ qui est notre chef et notre tête,

16. De qui tout le corps, dont les parties sont jointes et unies ensemble avec une si juste proportion, reçoit, par tous les vaisseaux, et toutes les liaisons qui portent l'esprit et la vie, l'accroissement qu'il lui communique par une influence proportionnée à chacun des membres, afin qu'il se forme ainsi, et qu'il s'édifie par la charité.

17. Je vous avertis donc, et je vous conjure par le Seigneur, de ne plus vivre comme les gentils, qui suivent dans leur conduite la vanité de leurs pensées,

18. Qui ont l'esprit plein de ténèbres, qui sont éloignés de la vie de Dieu, à cause de l'ignorance où ils sont, et de l'aveuglement de leur cœur,

19. Qui ayant perdu tout espoir de salut, s'abandonnent à la dissolution, et se plongent avec une ardeur insatiable dans toutes sortes d'impuretés.

20. Mais pour vous, ce n'est pas ainsi que vous avez été instruits dans l'école de Jésus-Christ,

21. Puisque vous y avez entendu prêcher, et y avez appris, selon la vérité de sa doctrine,

22. A dépouiller le vieil homme, selon lequel vous avez vécu dans votre première vie, qui se corrompt, en suivant l'illusion de ses passions;

23. A vous renouveler dans l'intérieur de vôtre âme;

24. Et à vous revêtir de l'homme nouveau, qui est crée selon Dieu dans une justice et une sainteté véritable.

25. C'est pourquoi, en vous éloignant de tout mensonge, que chacun parle à son prochain dans la vérité, parce que nous sommes membres les uns des autres.

26. Si vous vous mettez en colère, gardez-vous de pécher; que le soleil ne se couche point sur votre colère:

27. Ne donnez point entrée au diable.

28. Que celui qui dérobait ne dérobe plus: mais plutôt qu'il s'occupe lui même, en travaillant de ses propres mains à quelque ouvrage bon et utile pour avoir de quoi donner à ceux qui sont dans l'indigence.

29. Que nul mauvais discours ne sorte de votre bouche; au contraire qu'il n'en sorte que de bons et de propres à nourrir la foi, afin qu'ils inspirent la piété à ceux qui les écoutent.

30. Et n'attristez point le Saint-Esprit de Dieu, dont vous avez été marqués comme d'un sceau pour le jour de la rédemption.

31. Que toute aigreur, tout emportement, toute colère, toute crierie, toute médisance, enfin toute malice soit bannie d'entre vous.

32. Mais soyez bons les uns envers les autres, pleins de compassion et de tendresse, vous pardonnant mutuellement, comme Dieu aussi vous a pardonné en Jésus-Christ.

ANALYSIS.

Absolutâ parte dogmaticâ, transit ad mores.

℣ 1, 2, 3. *Ephesios tenerrimè, per vincula quæ pro Christi gloriâ et eorum salute tolerat, ad vitam christianâ vocatione dignam hortatur, et inprimis ad unitatem spiritûs in vinculo pacis servandam.*

℣ 4, 5, 6. *Hanc spiritûs unitatem suadet ex unitate quæ in totâ religione christianâ regnat; unum corpus, unus spiritus, una spes, unus Dominus, unum Baptisma, unus Deus et Pater omnium; idem ergo sit omnium cor et animus. Et ne huic unitati obstet donorum varietas, circa eam duo præstat Apostolus. Primò, asserit quòd fiat non pro merito recipientis, sed pro voluntate dantis. Secundò, ex unitate ad quam tendit hæc varietas aliud sumit unitatis et concordiæ argumentum. Septimo itaque versu asserit quòd unicuique fideli data sit gratia, non pro ipsius meritorum mensurâ, sed pro voluntate Christi, hancque veritatem probat, v. 8, ex psalm. 67; hincque occasionem sumit æternam Christi divinitatem contra hæreticos insinuandi, v. 9 et 10.*

℣ 11. *Præcipua enumerat dona hominibus à Christo data; horum ministeriorum finem indicat, v. 12, 13, nimirùm unitatem fidei et perfectam Christi formationem in fidelium cordibus.*

℣ 14. *Clariùs explicat hunc finem, scilicet ut non simus parvuli, quovis doctrinæ vento fluctuantes, sed ut veram fidei doctrinam sectantes et charitatis opera facientes, crescamus quaquaversùm in Christo.*

℣ 15. *Hoc spirituale in Christo augmentum explicat per comparationem ad augmentum corporis humani.*

℣ 17. *Rediens ad id quod v. 1 dixit :* Obsecro vos ut dignè ambuletis, *etc., hocque fusiùs explicans, hortatur Ephesios ut non ampliùs gentilium ducant vitam, quam pingit, primò quoad interna, v. 18 : Obtenebrati intellectu, etc.; secundò quoad externa, v. 19 : Sese tradiderunt impudicitiæ. Huic gentilium vitæ contraria est christiana vita, v. 20, 21. Hanc ad duo principia generalia reducit; deponere veterem hominem, v. 22; induere novum, v. 23, 24. In reliquo capite hæc duo generalia doctrinæ Christi capita explicat in particulari. Deponenda sunt hæc veteris hominis membra, mendacium, fraus, ira, furtum, libido,* etc. *Induenda veritas, benignitas, mansuetudo, misericordia, castitas, justitia, liberalitas,* etc.

PARAPHRASIS.

1. Cùm tanta sit erga vos, ô Ephesii, beneficentia Dei, ut ex Gentilismo ad fidem, ad gratiam et ad gloriam vocârit æquè ac Judæos; hinc ego Paulus, Christi propter vos captivus, vos hortor et obsecro, ut tanti beneficii memores, vitam ducatis vestrâ vocatione dignam.

2. In omnibus humiles estote, mansueti et mites, et cum animi lenitate proximorum mores vitiosos, et vobis incommodos, per charitatem tolerantes.

3. Magno studio incumbite ut animorum concordiam et unitatem servetis, in colligatione, seu concatenatione pacis, id est, in pace, velut vinculo animos colligante.

4. Unitas in totâ vestrâ religione regnat; unum vos corpus estis mysticum, unum et eumdem accepistis Spiritum; eamdem habetis felicitatis æternæ spem, ad quam vocati estis omnes.

5. Omnibus vobis unus et idem est Dominus Jesus Christus; idem creditis omnes; uno et eodem Baptismate, Christi scilicet, renati estis, et facti Christiani.

6. Unum Deum colitis omnes; unus omnium vestrûm Pater, cujus imperium super omnes est; cujus providentia ad omnes extenditur; cujus Spiritus in omnibus vestris agit; idem ergo cor, eamdemque animam habeatis; pax regnet in vobis.

7. Equidem dispar data est unicuique gratia, sed hæc disparitas unitati pacis non debet obstare, quia unicuique nostrûm data est gratis, non ex merito nostro, nec pro meritorum nostrorum mensurâ; sed pro voluntate Christi, cui placuit hanc huic gratiam dare, illam illi; debet ergo quisque in Dei voluntate quiescere.

8. Ad hanc gratuitam donorum distributionem probandam, dicit regius Psaltes : Ascendens Christus in cœlum, et illùc secum ducens animas sanctorum, antea in limbo captivas, sumpsit à Patre dona, quæ transmisit hominibus in terram.

9. Quòd autem Christus in cœlum ascendit, ut ait Propheta, quid hoc sibi vult, nisi quòd Christus jam ante descenderit in inferiores et infimas partes terræ?

10. Ille solus è cœlis descendere potuit, qui erat in cœlis, id est, solus Filius Dei; ipse ergo idem est et qui descendit in infimas terræ partes, et qui ascendit super omnes cœlos, id est, in supremum cœlum et dignissimum in eo locum, ut impleret omnia universi loca majestate et gloriâ suâ.

11. Redeo ad id quod supra, v. 7, dicere cœpi : Christus pro suâ voluntate varia Dei dona dedit hominibus; ipse enim quosdam dedit Ecclesiæ ut sint apostoli, alios ut sint prophetæ, alios ut sint evangelistæ, alios autem ut sint pastores et doctores.

12. Hæcque dona Deus fidelibus dedit ut unusquisque illorum, seu apostolus, seu propheta, seu, etc., strenuè et assiduè ministerium sibi creditum exerceat, suâque fideli administratione mysticum Christi corpus, Ecclesiam, ædificium spirituale, promoveat, ut universa sanctorum societas consummata tam in moribus quàm in scientiâ Dei reddatur.

13. Hæc autem varia ministeria durabunt quoadusque nos omnes, alii post alios, perveniamus in unam eamdemque fidem et veram cognitionem Filii Dei, sicque proficiamus, ut evadamus in viros spirituales, adultos et perfectos, ad eamque perveniamus

mensuram, seu staturam et ætatem, quâ Christus plenè formetur in nobis.

14. Hos, inquam, ministros dedit Ecclesiæ, ut non ampliùs puerorum more, quibus ob imperfectum judicium quodlibet persuadetur, sicque vario et incerto impulsu et persuasione agitantur, non fluctuemus in diversas opiniones jactati et circumventi quovis doctrinæ vento, per seductionem et fallaciam hominum perversorum, perque fraudem et astutiam eorum qui nos circumvenire et in damnatos errores conantur pertrahere;

15. Sed ut veritatem sectantes, et exequentes in charitate, id est, ut veram doctrinam sectantes, et debita christiana, seu opera charitatis, facientes, crescamus quaquaversùm in Christo, et per Christum, qui est caput nostrum.

16. Ex quo Christo capite nostro totum Ecclesiæ corpus (quod compactum et connexum est, seu cujus partes et singula membra simul juncta sunt et compaginata per juncturas, quæ subministrant spiritum et gratias spirituales) augmentum suî ipsius facit, seu augescit, idque vi et efficaciâ Christi, capitis intùs agentis in mensuram, seu pro modo et exigentiâ, cujusque membri, in ædificationem suî, seu ut seipsum ædificet, hoeque corpus, quod est Ecclesia, perficiat per charitatem.

17. Hoc est igitur quod v. 1 dicere cœperam, et quod per Christum vos obsecro, et quem hujus exhortationis meæ testem esse volo, scilicet ut non ampliùs eam vitam ducatis quam gentes ad Christum non conversæ ducunt; quæ pravum sensûs sui judicium sequentes, totæ vanis rebus student et occupantur.

18. Intellectum habent erroris et ignorantiæ tenebris obscuratum; alienati sunt et valdè remoti à vitâ sanctâ quæ est secundùm Deum; idque per ignorantiam quæ est in ipsis, propter excæcationem et obduationem cordis eorum.

19. Qui desperantes salutem et vitam æternam quam nos Christiani credimus et speramus, semetipsos tradiderunt impudicitiæ, ad perpetranda omnia obscœna, etiam turpissima et nefanda, cum ardore insatiabili et quâdam plus semper luxuriandi cupiditate et inexplebili aviditate.

20. Vos autem non ita edocti estis in scholâ Christi.

21. Siquidem Christum et Christi doctrinam audistis omninò et didicistis ex ipso, seu secundùm ipsius doctrinæ veritatem.

22. Didicistis, inquam, exuere veterem hominem, secundùm quem ante conversionem vestram vixistis, quique corrumpitur et computrescit in dies, prout magis ac magis obsequitur cupiditatibus seducentibus et deceptricibus.

23. Didicistis renovari secundùm interiorem hominem, Spiritûs sancti gratiâ mentibus vestris inditâ.

24. In novumque hominem transformari, ac tales fieri qualis à Deo creatus est homo in verâ justitiâ et in verâ sanctitate.

25. Quoniam ergo hæc in Christo edocti estis; omne mendacium omnemque fraudem abjicientes, veritatem loquimini et facite cum proximo, quoniam sumus unius ejusdemque corporis commembra.

26. Si vos contingat irasci, iram vestram sic frænate, ut non peccetis, nec intùs in Deum iræ scilicet consentiendo, nec exteriùs in proximum ipsi malum faciendo, quod ira suggerit; sed quàm citissimè per rationis imperium iram deponite; ita ut sol non occidat super illam.

27. Ne hâc animi vestri commotione detis diabolo locum in cordibus vestris.

28. Qui furabatur, alienumque bonum, quocumque modo, subtrahebat et detinebat, non furetur ampliùs; quin potiùs laboret arte honestâ et utili, ut habeat ipse, non solùm unde vivat, sed et unde tribuat eleemosynam egeno (sicque restituat).

29. Omnis sermo obscenus et fetidus, corruptus et quocumque modo vitiosus, non exeat ex ore vestro, sed si quis sermo ex ore vestro procedat, bonus sit et utilis ad ædificationem fidei, seu per quam fides crescat, et pietas inspiretur audientibus.

30. Et nolite verbis obscenis, putribus et scandalosis Spiritum sanctum contristare, quem in baptismo et in confirmatione, velut sigillum vobis impressum, recepistis; servandum usque in diem resurrectionis, ubi ab omnibus malis liberabimini, et beatam immortalitatem consequemini.

31. Absint à vobis omnis animi amaritudo, excandescentia, et indignatio, et clamor inordinatus, et querulosus, maledicentia, omnisque omninò malignitas et nequitia.

32. E contra estote comes et benigni, misericordes et compatientes; condonate offensas, sicut et Deus per Christi Filii sui meritum vobis peccata vestra donavit.

COMMENTARIA.

Vers. 1. — Obsecro itaque... Conclusio moralis ex principiis supra stabilitis directè deducta; quia vos è gentilismo vocati estis, *ut coædificemini in templum Dei*, cap. 2, v. 22, et ut cum Judæis *sitis cohæredes concorporales*, etc., cap. 3, v. 6. Hinc ego Paulus, vinctus in Domino, id est, propter Dominum. Sed et propter vos his sum constrictus: si nollem enim prædicare, ab his essem omninò liberatus. Theodoretus. Itaque *ego* Paulus, Christi propter vos captivus, *obsecro vos* ut dignè..., scilicet ad Ecclesiam, dignè ad corpus mysticum Christi, dignè ad hæreditatem Dei.

Ex hâc Apostoli nostri (etiam propter nos vincti) tenerâ obsecratione discamus vocationis nostræ beneficium sæpè cogitare. Ad quid vocatus es? quis? à

Vers. 1. — *Obsecro itaque vos ego vinctus in Domino*, propter Dominum et Domini Evangelium, *ut dignè ambuletis vocatione quâ vocati estis*; q. d.: Cùm tanta sit excellentia vocationis vestræ, ideò cum obsecra-

quo? ad quid? Gentilis, peccator, filius iræ, à Deo vocatus es, ut sis civis sanctorum, domesticus Dei, imò filius Dei; alter quasi Christus, Christianus. Vive ergo ut civis sanctorum, et ut filius Dei, ut hæres Dei, dignè Deo.

Vers. 2. — Cum omni humilitate; Græc., ταπεινοφροσύνη, id est, cum humili sensu de seipso; ταπείνωσις, *humilis*, ταπεινοφροσύνη, *humilis de seipso sensus*. Syr.: *Cum omni humilitate mentis*. Ambrosius, *humilitate animi*. Sensus ergo est: Cum perfectâ et integrâ cordis humilitate; seu in omnibus de vobis humiliter sentientes. Humile sit cor; humilia erunt os, gestus, omnisque motus et actio. Hæc virtus gentilibus erat ut plurimùm ignota: hinc sæpè commendat eam Apostolus.

Cum omni mansuetudine, seu mansuetè cum omnibus agentes et loquentes. Mansuetudo est humilitatis filia; qui verè humilis est, hic et mansuetus est. Humilitas opponitur arrogantiæ, mansuetudo iracundiæ.

Cum patientia; Gr., *cum lenitate animi*, seu longanimitate, tolerantes mutuos defectus.

In charitate, id est, per charitatem; hanc animi lenitatem imperet, et informet charitas. Non oriatur ex solo temperamento; non sit ex humanâ tantùm complacentiâ; non ex hypocrisi Pharisaicâ; sed ex spirituali et divino proximi amore. Cùm Christus omnibus Christianis dixerit: *Discite à me quia mitis sum, et humilis corde*, hinc meritò Paulus Christi apostolus, nos ad vitam nostrâ vocatione dignam exhortans, humilitatem et mansuetudinem nobis præsertim commendat. Et quia charitas, forma reginaque virtutum, hinc et meritò vult ut à charitate hæ nostræ virtutes imperentur.

Vers. 3. — Solliciti; Græc., *studentes*; Syr., *et satagite*.

In vinculo; Græc., ἐν τῷ συνδέσμῳ, *in colligatione*, concatenatione, conjunctione. Pax est vinculum, catena, gluten animos connectens et colligans; animarum autem unio tantum est bonum, ut de eo solliciti debeamus esse. Indifferentia erga pacem et animorum unionem fit crimen; quantò majus crimen erit illam dissensionibus rumpere!

Vers. 4. — Unum corpus..., tot verba, tot rationes ad unitatem inducentes; quasi diceret: Hoc postulat à nobis unitas Ecclesiæ, cujus membra sumus omnes; unitas spiritûs, quem recipimus omnes; unitas essentiæ divinæ, ad quam possidendam vocati sumus omnes; unitas Domini, cujus sumus omnes; unitas fidei, quam omnes profitemur; unitas baptismi, quo renati sumus omnes; unitas Creatoris, qui ex eodem nihilo nos creavit omnes; unitas Patris cœlestis, qui eâdem potentiâ nos regit, eâdem providentiâ conservat, eâdem præsentiâ replet. *Unum corpus*, Ecclesia, cujus caput Christus.

Unus Spiritus, qui Ecclesiam regit, quique per singula hujus corporis membra discurrens, vitam et motum spiritualem singulis communicat.

In una spe vocationis..., una felicitas quam speramus et ad quam possidendam *vocati estis*.

Vers. 5. — Unus Dominus, Jesus Christus, cujus omnes sumus servi redemti.

Una fides, scilicet objectiva, eadem mysteria credimus.

Unum baptisma, Christi scilicet.

Vers. 6. — Unus Deus; nobis est et unus *Pater omnium* nostrûm.

Qui est super omnes, dominio.

Et per omnia, providentiâ.

Et in omnibus nobis, inhabitatione.

Hinc colligere restat: Ergo et eumdem habeatis animum.

Vers. 7. — Unicuique autem nostrum....; Syr.: *Verùm unicuique nostrùm*. In omnibus supradictis regnat unitas et paritas. *Unum corpus, unus spiritus....* Non idem est de gratiâ, non enim una, nec par unicuique data est; sed varia et dispar; huic major, illi minor. Hæc disparitas poterat esse causa huic superbiendi, illi verò querendi et invidendi; ut hanc discordiæ occasionem auferat Apostolus, asserit primò, dona Dei esse pro Dei voluntate, non pro meritis, sapientissimè collata, hìc, v. 7; secundò, dona Dei esse non propriæ recipientis, sed aliorum utilitati concessa, v. 12; tandem ex unitate ad quam tendit hæc varietas, argumentum sumit unitatis et concordiæ, v. 13. *Unicuique nostrùm...*,

tione vos exhortor, ut mores et studia vocationi vestræ conformetis; id est, ut sancta sit et impolluta conversatio vestra.

Vers. 2. — *Cum omni humilitate et mansuetudine*. Humilitatis filia est mansuetudo; qui enim humilis est et mitis, mansuetè cum omnibus agit ac loquitur.

Cum patientiâ supportantes invicem in charitate, id est, cum lenitate animi, si quid in aliorum moribus asperum aut vitiosum est, tolerantes per charitatem.

Vers. 3. — *Solliciti servare*, etc. Studiosè ac sollicitè operam dantes, ut servetis unitatem spiritûs, id est, animorum inter vos conjunctionem, in vinculo seu colligatione pacis, id est, pace velut vinculo quodam animos vestros in unum colligante.

Vers. 4. — *Unum corpus et unus spiritus*. Supplesitis: Ut videamini omnes esse unus homo, constans eodem corpore, eâdem animâ, eodem spiritu.

Sicut vocati estis in unâ spe, id est, ad unam eamdemque spem salutis, immortalitatis, gloriæ cœlestis, *vocationis vestræ*. *Spes*, pro re promissâ ac speratâ consueto more Scripturæ ponitur.

Vers. 5. — *Unus Dominus*, Christum hominem intelligit, qui unus ac solus jure redemptionis Dominus noster est. *Una fides*, scilicet objecti ratione, quatenùs unum et idem omnes credunt: quòd si una est omnium fides, debet et unus esse spiritus.

Unum baptisma, quo renati et Christiani effecti sunt.

Vers. 6. — *Unus Deus et Pater omnium*, scilicet vestrûm, *qui est super omnes*, etc. Brevissimè Theodoretus exponit, *super omnes*, dominio; *per omnia*, providentiâ; *in omnibus*, justificatione.

Vers. 7. — *Unicuique autem nostrùm* etc., id est, cuique data est gratia non una et par, sed varia et dispar, huic major, illi minor, data, inquam, non ex merito vel mensurâ meritorum nostrorum, sed ex mensurâ gratuitæ donationis Christi, cui placuit donare huic illam mensuram gratiæ, illi istam, alteri

quasi diceret : Equidem unicuique nostrûm, non una, sed dispar data est à Christo gratia ; sed hinc nemo, vel superbire, vel queri, vel alteri invidere debet ; primò, quia non juxta mensuram proprii meriti, sed gratuitæ donationis Christi, fit hæc donorum distributio ; secundò, quia ad aliorum utilitatem ordinatur, ut videbitur, v. 12.

Vers. 8.—Propter quod dicit : Ascendens...; Gr., ἀναβὰς, præteriti temporis, *cùm ascenderet*, vel cùm ascendisset in cœlum, etc., dedit dona hominibus. David in psalmo dicit : *Accepisti dona in hominibus*, id est, propter homines. D. Paulus dicit, *dedit dona*, etc. Utrumque simul verum est ; accepit enim Christus à Patre, dedit hominibus. Hic psalmus in sensu litterali est de triumpho Israelis de suis hostibus ; in sensu mystico est de triumpho Christi in cœlum ascendentis.

Moralis observatio.

Christus unicuique nostrûm dona dedit pro suâ voluntate; illorum mensuram admensus est ex infinitâ suâ liberalitate et sapientiâ, juxta quam decrevit unoquoque nostrûm, quasi suo membro, uti, ad Ecclesiæ, corporis sui, ædificationem. Ergo quisque nostrûm in Dei voluntate debet quiescere, Deo gratias agere, divinamque bonitatem, tam in suis, quàm aliorum donis, celebrare laudibus; humiliter uti dono gratis accepto, non inde superbire ; gaudere de aliorum donis, non illis propterea invidere.

Dona sunt pro Dei voluntate sapientissimè collata ; hanc Dei voluntatem adoro. Dona sunt, non propriæ, sed aliorum utilitati concessa ; ob illa, Deo gratias ago, quia et meæ saluti utilia.

Vers. 9. — Quòd autem ascendit... Hìc notanda erant varia Dei dona, at in versiculum undecimum rejicit, ut hìc obiter perstringat Simonianos et alios hæreticos, Ebionitas et Photinianos, qui postea negârunt Christum Jesum, ante Mariam extitisse. Si enim rursùs ascendit, ergo descenderat priùs, ergo erat; idem enim ipse, qui ascendit, et qui priùs descenderat.

Vers. 10. — Qui descendit, ipse est... Ipse idem, quoad suppositum, ascendit et descendit tamen diffor-

aliam. Sermo est de gratiâ, quam theologi vocant gratis datam.

Vers. 8. — *Propter quod dicit*, id est, ad significandam gratuitam hanc donationem Christi, dicit propheta David, Psal. 67.

Ascendens in altum captivam duxit captivitatem. Christus, cùm ascenderet in cœlum, unà secum adduxit et in cœlum subvexit inferni spolia, id est, animas justorum quæ priùs apud inferos velut captivæ tenebantur.

Dedit dona hominibus ; quod in Psalmo Christus dicitur accepisse, non dedisse, quia nondùm factum hoc erat, sed futurum promittebatur : hìc autem dedisse dicitur, quia jam per omnes Ecclesias toto orbe fundatas dona sua distribuerat. Accepit dona danda seu distribuenda hominibus ; q. d. : Accepit dona in homines, sicut dicimus ducem accepisse stipendia in milites, utique distribuenda. Act. 2. Dexterâ Dei exaltatus, et promissione Spiritûs sancti acceptâ à Patre, effudit hunc quem vos videtis et auditis. Ubi promissionem Spiritûs sancti, ipsum Spiritum sanmiter : descendit, per naturam assumptam, seu illam assumens ; ascendit in naturâ assumptâ, seu, ut ait Theodoretus, descendit incorporeus, ascendit cum corpore.

Ut impleret omnia. Præter sensum in paraphrasi datum, potest dici : *Ut impleret omnia* de se scripta, figuras et prophetias de hoc ascensu scriptas ; vel *ut impleret omnem* mundum suo splendore, suâ munificentiâ, per omnis generis dona, gratias et signa et miracula. Hi duo versus ita perstringunt hæreticos, ut et moralem etiam afferant rationem, cur Christus ascenderit in supremum cœli locum : scilicet quia in infimas terræ partes descenderat, per Incarnationem è cœlo in terras ; imò et in inferos, per mortem. Quia autem profundissimè sese Christus humiliavit, ideò fuit sublimissimè exaltatus. Sic *qui se humiliat, exaltabitur*, et quò profundiùs humiliatus fuerit, eò sublimiùs exaltabitur. Humillimi præterea Christi descensùs meminit Apostolus, et ob eum, humilitatem Ephesiis hìc inculcat, quia ipsa mater et nutrix est concordiæ ; sicut superbia fons, mater et nutrix discordiæ.

Vers. 11. — Et ipse dedit quosdam... ; prosequitur argumentum, v. 7 cœptum, et præcipua enumerat dona, quæ Christus, pro suâ voluntate, dedit hominibus. Plura enumeravit 1 Cor. 12, 28 ; hìc autem ea tantùm enarrat quæ principibus membris dantur ad ædificationem Ecclesiæ ; sed sub his intelligenda sunt cætera.

Apostolos. Apostoli sunt Ecclesiæ fundatores, seu qui à Christo, in omnem terrarum orbem missi fuerunt, ad prædicandum Evangelium et ad fundandas Ecclesias, ut duodecim ; item Paulus, Barnabas, Sylas.

Quosdam autem prophetas. Prophetæ novi Testamenti, qui semper apostolis proximi ponuntur in Scripturis, arcana fidei mysteria explicabant ; quidam etiam illorum futura prædicebant, ut Agabus in Actis Apostolorum ; nunc interpretes dicuntur prophetæ, ait Ambrosius, seu, ut post ipsum S. Anselmus dixit clariùs, horum locum nunc tenent, qui sacras Scripturas interpretando prænuntiant per eos cæteris fu-

ctum promissum, intelligit, hoc est, ejus dona, quæ Christus à Patre accepta effudit in homines.

Vers. 9. — *Quòd autem ascendit*, etc. ; q. d. : Christus altissimè ascendit super omnes cœlos, quia profundissimè se humiliavit, et descendit ad imas partes terræ, scilicet ad infernum, sicque summa et infima complevit.

Vers. 10.—*Qui descendit, ipse est et qui ascendit super omnes cœlos ;* quia cœlos omnes penetravit ascendendo usque ad summum cœlum ejusque supremam partem. D. Thom., Anselm., Theoph., asserunt Christum ascendisse supra omnia, ultra quæ non sunt alia. Est ergo ibi Christus, ut impleat omnia, utque ipse totius universi dominus et judex universo emineat.

Ut impleret omnia, suâ tum potentiâ, tum majestate, victoriâ, gloriâ, triumpho, possessione, regno, imperio, ac quasi inauguratione : quemadmodùm rex urbes omnes quasi implet suâ potentiâ, comitatu et pompâ, dùm in eis inauguratur, aut eas triumphans ingreditur. Ita Theophyl.

Vers. 11. — *Et ipse dedit quosdam quidem aposto-*

tura gaudia, malorumque supplicia. Nostri ergo prophetæ nunc sunt sacræ Scripturæ interpretes et divini verbi concionatores.

Alios verò evangelistas. Evangelistæ sunt qui Evangelium scripserunt; item septuaginta discipuli, item apostolorum adjutores in prædicatione Evangelii, v. g., Titus, Timotheus, Apollo, Sylas. Apostolis subserviebant; Philippus dicitur evangelista, Act. 21, v. 8. Evangelistæ ergo qui verbum Dei annuntiant extraneis.

Alios autem pastores. Pastores sunt quorum officium est pascere et regere populum Dei, quales sunt episcopi et qui dicuntur pastores.

Et doctores. D. Paulus non addit, sicut supra, et alios doctores, quia cùm proprium pastoris officium sit docere, idem debet esse pastor et doctor; nam pascere verbo, idem est ac docere, et vice versâ docere est pascere. Episcopus dicitur quasi inspector gregis, pastor et doctor, quia verbo pascit gregem suum. Parochi etiam et presbyteri curam animarum habentes sunt pastores, et pro modo et ratione officii sui debent esse doctores; pastoralis enim officii et muneris est docere, seu verbo pascere. Papa, summus Ecclesiæ pastor et doctor et apostolicum munus hucusque exercens, mittit enim præcones ad infideles et novas apud eos fundat Ecclesias. Itaque dici potest quòd continetur sub nomine apostolorum, pastorum et doctorum, contra sectarios, qui dicunt nullam de eo mentionem fieri. Ex dictis patet hæc omnia munia, licèt in se distincta formaliter, uni et eidem personæ posse convenire.

Vers 12. — Ad consummationem... Græc., *ad coagmentationem*. Syr., *ad complementum*. Explicat cujus rei gratiâ Christus hæc supra dicta dona fidelibus distribuat. In hâc autem explicatione videtur esse quædam transpositio, ordo enim naturalis videtur postulare ut sic construatur : *In opus ministerii; in ædificationem... ad consummationem...* Quia priùs est ministrare, etc., et ministrando ædificare corpus Christi, seu Ecclesiam; ex quo sequitur sanctorum perfectio. Hoc etiam indicat particula Græca πρὸς, *ad*, significat enim finem. Finis ergo donorum Dei et ministeriorum ab eo in Ecclesiâ institutorum est sanctorum consummatio, tam in scientiâ fidei quàm in moribus.

In opus ministerii. Ut autem hæc sanctorum consummatio fiat in Ecclesiâ, Christus ministros instituit, *in opus ministerii*, id est, ut operentur, ut laborent, ut ministrent, et consequenter ut eò plus laborent et ministrent, quò majus habent in Ecclesiâ ministerium.

In ædificationem corporis Christi. Ut hâc illorum operâ, Ecclesia quæ est mysticum Christi corpus ædificetur, compleatur, perficiatur, non partium numero tantùm, sed et singulorum sanctificatione, *ad consummationem*, etc.

Observatio moralis.

Hinc ergo disce, Christi minister, quâcumque fulgeas dignitate, ad quid illa tibi data sit. Non ad otium et vitam mollem, sed ad opus et ut strenuè labores; non ad imperium et dominationem, sed ad ministerium, ut humiliter ministres; non ad destructionem, sed ad ædificationem; non ad tuum proprium bonum, tuumque commodum, sed ad Ecclesiæ utilitatem; non ad tuam gloriam, sed ad Christi gloriam; ut sanctos et electos illius consummes. Hinc et disce quòd quò majus habes in Ecclesiâ ministerium; eò magis teneris operari et ministrare. Et ideò propter tuum gradum non extolli, aut superbire, sed humiliari et tremere debes. Quia *durissimum judicium iis qui præsunt.*

Vers. 13. — Donec occurramus omnes... Syrus. : *Donec simus omnes unum quidpiam in fide et in cognitione Filii Dei; et unus vir perfectus, in mensuram staturæ plenitudinis ejus.* Explicat quæ sit illa sanctorum perfectio ad quam ordinantur ministeria, simulque docet quamdiù duratura sint illa ministeria. Et hæc ministeria durabunt, iisque indigebimus, quoad usque nos omnes, alii post alios, perveniamus in unam et eamdem fidem, et veram cognitionem Filii Dei. *Donec occurramus.* Est metaphora sumpta ab iis qui è diversis locis egressi ad unum locum aspirant et conveniunt. Ita fideles, licèt è diversis terræ partibus, ad eamdem fidem, in eâdem Ecclesiâ, sibi invicem occurrunt et conveniunt.

In virum perfectum. Altera metaphora, sumpta à corpore, et ad animum translata; sicut enim naturalis homo paulatim crescit, adolescit, tandemque in virum perfectum et adultum evadit, ita spiritualis homo, Christianus, crescit in fide, cognitione et amore Dei, evaditque paulatim vir adultus et perfectus in Christo. Hæc ergo ministeria durabunt, et iis indigebimus, quoadusque nos omnes, alii post alios, ita proficiamus in cognitione et amore Dei ut evadamus in viros spirituales, adultos et perfectos.

los, etc. Enumerat dona non omnia, sed pauca, sub quibus cætera intelligit.

Vers. 12. — *Ad consummationem sanctorum*, id est, completionem et perfectionem sanctorum; q. d. : Deus in Ecclesiâ dedit apostolos, prophetas, pastores, etc., ut sancti et electi in Christo, tum numero, tum meritis compleantur et perficiantur. *In opus ministerii*, ut scilicet quisque apostolus, propheta, pastor, doctor, plenè et strenuè opus ministrationis sibi creditæ exerceat : Si enim unus faceret omnia, non perfectè faceret singula, ait Anselmus.

In ædificationem corporis Christi. Ecclesia scilicet, ut illa ceu ædificium Christi spiritale sensim assurgat, numeroque ac virtutibus proficiat, donec tandem absolvatur, et omnibus suis partibus, omni ornatu et perfectione compleatur et consummetur. Ita Anselmus.

Vers. 13. — *Donec occurramus omnes in unitatem fidei*, etc.; q. d. : Hi gradus et hic hierarchicus Ecclesiæ ordo, ut alii sint apostoli, alii prophetæ, alii evangelistæ, alii pastores et doctores, manebit durabitque, donec infideles omnes ad unam Christi Fidem et Ecclesiam vocentur, ut in Christum filium Dei credant, eumque agnoscant omnes, quotquot Deus credituros præscivit et prædestinavit, et donec in ejus cognitione et dilectione omnes qui credidimus, crescamus ad perfectam ætatem et solidam in Christo Christique spiritu. *In virum perfectum*, id est, ut in Christi fide,

In mensuram ætatis. Græc., *staturæ*. Syr., *staturæ*. Persistit in metaphorâ : sicut enim naturalis homo suam habet mensuram, seu ætatem maturam et staturam plenam, ita et spiritualis homo suam habet ætatis et plenitudinis mensuram, id est, suam staturam plenam, ætatem maturam, suamque plenitudinem, scilicet perfectionem fidei et dilectionis, quâ Christus formatur in nobis. *Mensura* igitur *ætatis* plenitudinis Christi, est perfectio fidei et amoris quâ Christus formatur in homine christiano; estque sensus : Et ad eam perveniamus mensuram, seu staturam et ætatem, seu perfectionem, quâ Christus plenè formetur in nobis. Durabit igitur hierarchicus ordo Ecclesiæ usque in finem mundi; tunc enim perfectis omnibus sanctis, cessabit in terrâ prælatio. Confer præcedentia et subsequentia Apostoli verba, et attende de quo agit, et videbis hunc esse sensum litteralem.

Nota litteralis.

Itaque juxta mentem et scopum Apostoli, *occursus* de quo hìc intelligendus est de spirituali perfectione quam quilibet homo Christianus acquiret in hoc seculo. Non est ergo intelligendus de perfectione spirituali quam habituri sumus in futuro seculo; tunc enim non erit fides, sed clara visio, quod et evidentiùs indicat versus subsequens, *ut jam non simus parvuli fluctuantes*... Non est etiam intelligendus hic locus de corporum resurrectione, cum multis Latinis, præsertim verò scholasticis, qui per *mensuram ætatis plenitudinis Christi* intelligunt perfectam corporis humani staturam quam habuit Christus cùm mortuus est et resurrexit, dicuntque omnes, etiam qui infantes mortui sunt, resurrecturos eâ magnitudine et staturâ quam habituri fuissent anno ætatis suæ 34 aut 35. Hunc sensum explicat quidem D. Augustinus libro 22 de Civit., cap. 15, sed priorem, quem litteralem diximus, præfert; et sanè versus sequens præferendum indicat. Vide Estium. Porrò malè ex hoc loco aliqui voluerunt inferre feminas, exceptâ beatâ Virgine Deiparâ, in sexu virili resurrecturas, inter quos Tirinus recenset D. Basilium, Hilarium, Athanasium; inter scholasticos citatur Scotus à Cornelio à Lapide. Sed hoc rejicitur quasi erroneum, sicut ratio Scoto attributa, dicenti sexum femineum esse naturæ vitium, seu imperfectionem : est enim naturalis perfectio, quanquàm minor quàm virilis. Vide Cornelium à Lapide.

Vers. 14. — Ut jam non simus... ; Græc. : *Ut non ampliùs simus;* D. Chrysostomus et Theodoretus : *Ut jam non simus ampliùs.* Altera causa cur sint ministeria, seu clarior et fusior explicatio causæ præcedentis : *Ut jam*, cùm scilicet ad illam perfectionem virilem, de quâ in versu præcedente, pervenerimus, *non simus* parvuli, Græc., *pueri*; Syr., *pueruli*. Fluctuantes, id est, leves et inconstantes in fide. Puerorum propria est levitas et mobilitas animi, ob imperfectum judicium, ipsisque quidvis suadetur.

Et circumferamur... ; Græc., *circumlati*, circumacti, quovis doctrinæ vento, sicut navis inter fluctus et ventos circumagi solet.

In nequitia; Græc., ἐν τῇ κυβείᾳ, *in aleâ*, aleatione, id est, in fallaciâ aleatoribus usitatâ. Κυβευταὶ dicuntur qui talis utuntur. Tales sunt qui sunt vafri et astuti; postquàm acceperunt simpliciores : illi enim omnia transponunt et transferunt, D. Chrysostomus. Cybiam vocat versutiam seu calliditatem, ait Theodoretus. Nomen est deductum à verbo quod significat ludere tesseris, seu talis, ait idem Theodoretus, quia proprium est taliter ludentium calculos hùc et illùc transferre, idque callidè. Theophylactus D. Chrysostomum suo more secutus : Cybeutæ dicuntur qui talis utuntur; hujusmodi sunt falsi doctores, transponentes simpliciores, seu talos, prout voluerint. Hoc ergo nomine hæreticorum fallaciam designat et inconstantiam. Fallaces sunt et fraudulenti, utpote aleatores, quorum proprium est fallere. Inconstantes sunt et varii, quippe aleam faciunt de fide, et quasi ad alæ jactum mutant fidem.

In astutia, seu fraude eorum hominum qui omnia tentant, ut per imposturam nos circumveniant, et in errorem abducant. Ex his omnibus, et maximè ob Græcam expressionem, *ut non ampliùs*, probabile videtur quòd Ephesi plures tum philosophorum doctrinis, tum judaizantium errore, circumventi fuerint, hùcque et illùc, doctrinæ vento, quasi procellis agitati.

Vers. 15. — Veritatem autem facientes..., sed veritatem sectantes et charitatem, seu charitatis opera facientes. Duæ sunt partes fidei, seu vitæ chri-

agnitione, amore, simus viri, id est, provecti, viriles, constantes, sicque in Christo plenam et perfectam ætatem spiritalem, id est, perfectum intellectum, cognitionem et amorem Dei nanciscamur.

Vers. 14. — *Ut jam non simus parvuli fluctuantes, et circumferamur omni vento doctrinæ;* id est, ut non ampliùs, puerorum more, quibus imperfectum et instabile judicium est, fluctuemus, id est, inconstantes simus, ut non simus quasi pueri qui omni vento, impulsu, persuasione agitantur, et in omnem partem abripi se sinunt. *In nequitiâ hominum*, id est, per nequitiam et fallaciam hominum, sive philosophorum, sive judaizantium, sive hæreticorum.

In astutiâ ad circumventionem erroris, ut scilicet simplices et incautos astutè circumveniendo ac decipiendo in errorem inducant.

Vers. 15. — *Veritatem autem facientes in charitate*, etc. Sensus Apostoli est : Quin potiùs ut veram Christi doctrinam, quam apostoli, pastores et doctores Ecclesiæ prædicant, amplexi, per omnia membra, in charitate crescamus et augeamur in ipsum, scilicet Christum, qui est caput totius corporis. Christus enim quasi caput influit gratiam et vim crescendi et augescendi in singula membra totius corporis, id est, Ecclesiæ.

Vers. 16. — *Ex quo* (scilicet capite Christo) *totum corpus* (Ecclesiæ) *compactum*, compagmentatum et compaginatum. Ex capite enim omnia membra compaginantur, et per suas compages descendunt. *Et connexum*, ut scilicet membrum membro, fidelis fideli, per eamdem fidem et spiritum cohæreat, fiatque ex omnibus unum corpus, scilicet Ecclesia, *per omnem juncturam subministrationis*, per mutuam unionem, quâ nobis subministratur spiritus et gratia Christi capitis nostri. *Secundum operationem*, ex vi et efficaciâ intùs agente et operante. Vim Christi intellige, qui instar capitis influit et singula membra vegetat.

In mensuram uniuscujusque membri, puta singuli

stiæ, credere verum, et facere bonum; seu veritatem ex charitatis motivo facere, id est, exequi quæ faciendi docet fides, illaque propter amorem Dei facere; tunc quaquaversùm fit accretio spiritualis in Christo, seu perfectio christiana. Textus Græcus unico verbo exprimit, quod nos pluribus, ἀληθεύοντες, quasi diceret: Quæ vera credimus, facientes per charitatem; seu veritatem sectantes et exequentes. Hoc verbum opponit præcedenti, *cybiæ et imposturæ*.

Crescamus in illo...; Græc.: *Crescamus in ipsum omnia*, id est, augescamus in illum, secundùm omnia; seu omni augmento, quaquaversùm; in longum, latum et profundum; in omnibus donis et virtutibus. Crescente charitate, virtutum formâ et animâ, crescunt omnes virtutes internæ.

In illo et per illum, seu ex influxu capitis nostri.

Vers. 16. — Ex quo totum corpus... Obscurus est hic locus, propter hyperbaton et propter brevitatem; omnia simul dicere voluit, ait D. Chrysostomus. Ut autem clariùs intelligas, nota quòd explicat augmentum in Christo, de quo in versu præcedente. Explicat autem per comparationem augmenti corporalis puerorum: Sicut humanum corpus, cujus universæ partes simul junctæ sunt et ligatæ, augmentum sumit unicuique membro proprium et proportionatum, illudque recipit ab influxu capitis et cordis, idque per subministrationem vasculorum, quæ spiritum et succum corpori subministrant, sic Ecclesia, quæ corpus est, ex fidelibus singulis, quasi membris suis, compactum recipit ab influxu Christi, capitis et cordis sui, per ministeria apostolorum, pastorum, doctorum, etc. (qui sunt quasi juncturæ), augmentum in fide et pietate, pro modo quo quodque membrum indiget; hoeque augmentum fit per charitatem, quæ est hujus mystici corporis quasi calor naturalis. Hoc notato, accedamus ad litteram: *Ex quo*, capite scilicet Christo, *totum corpus*, Ecclesiæ,

Compactum, id est, quod compactum et coagmentatum est, seu cujus singula membra sunt suo loco collocata et simul connexa.

Per omnem juncturam, seu commissuram, id est, per mutuam unionem, quâ et sibi invicem adhærent et Christo capiti suo. D. Augustinus habet: *Per omnem tactum*, intellige, per contactum mutuum membrorum sibi per juncturas cohærentium.

Subministrationis, seu subministrantem, id est, quibus juncturis, unicuique membro subministratur spiritus, seu gratiæ spirituales. Ministrorum gradus in Ecclesiâ, seu varia ministeria, respondent juncturis corporis naturalis, suntque quasi vasa suppeditantia spiritum et gratias, seu per quæ Christus suppeditat spiritum et gratiam.

Augmentum corporis facit, scilicet corpus facit augmentum corporis, id est, sui. Hebraismus est, pro crescit, augescit.

Secundum operationem. Græc., ἐνεργείαν, id est, per fideles à Christi gratiâ et spiritu, justam mensuram et incrementum accipiant.

Augmentum corporis facit in ædificationem sui, ut intimam vim et efficaciam Christi capitis intùs agentis, et etiam uniuscujusque membri alimentum subministratum in se convertentis.

In mensuram uniuscujusque membri; id est, crescit pro modo et exigentiâ uniuscujusque membri. Sicut enim in corpore naturali, majora membra magis augescunt, ita in mystico corpore apostoli et quicumque sanctitate majores magis crescunt in charitate et in omnibus virtutibus.

In ædificationem *Ecclesiæ*...; et hoc ideò fit ut per charitatem mutuam, et per dilectionis officia, mysticum Christi corpus, quod est Ecclesia, ædificetur, compleatur, perficiatur.

Observationes dogmaticæ.

Hinc collige mirabilem corporis Ecclesiæ œconomiam: ipsius caput, Christus; tota Ecclesia, corpus; singuli fideles, membra; membrorum juncturæ, præpositorum et ministrorum gradus; anima, charitas. Ne tamen hinc inferas peccatores qui gratiam amiserunt extra Ecclesiam esse, utpote qui charitatem non habent. Notanda enim est duplex Ecclesiæ forma, seu anima, exterior scilicet et interior. Exterior est professio fidei christianæ sub capite visibili, Christi vicario, summo Pontifice. Hocque sensu, fides est anima Ecclesiæ ut corporis civilis et politici. Interior et perfectior est charitas, quâ fidelis vivit vitâ Christi. Hinc fidelis peccator non malè comparatur embryoni, qui vitâ sensitivâ vivit, animâ minùs perfectâ; fidelis autem justus homini perfecto, qui vitâ vivit rationali. Fidelis justus est membrum Christi vivum, Spiritu Christi animatum; fidelis verò peccator est membrum quidem Christi, sed mortuum, Spiritu Christi destitutum; non tamen separatum à corpore Christi, cui per fidem hæret.

Observationes morales.

Apostolicam hanc de charismatibus doctrinam qui benè perspectam habuerit, sanè non superbiet ob talenta sibi tradita, quæcumque illa sint; nec proximo suo invidebit ob majora ei credita; nec vinculum pacis fratrum animos uniens, sub quocumque prætextu, disrumpet unquàm.

1° Non superbiet inflatus ob sua talenta, quia dona sunt merè gratuita, pro Dei voluntate data, non pro merito tuo; tibi non debita, v. 7; quia dona sunt non propriæ utilitati tuæ, sed aliorum saluti ordinata: tibi, non pro te data; quia tibi data sunt ad *opus*, ad *ministerium*, ad *ædificationem Ecclesiæ, ad consummationem sanctorum*; et quò majus habes donum, eò majus debes opus, ministerium, majorem in Ecclesiâ ædificationem, plures sanctos perficere. Quia his quatuor, scilicet laborare, ministrare, ædificare, consummare, debes indefessè et continuè incumbere, quoad usque per firmam et solidam fidem, per charitatem Dei et proximi sinceram, Christum perfectè formaveris in cordibus fidelium tibi commissorum. Hæc est Dei voluntas in te, ô Dei minister, gradibus et charismatibus

seipsum ædificet, compleat et perficiat hoc corpus quod est Ecclesia, *in charitate*, id est, per charitatem. Charitas hic non accipitur ut juncturа, sed ut anima

ornate; opus continuum, non otium molle; ministratio humilis, non dominatio superba; ædificatio Ecclesiæ, non destructio; sanctorum consummatio, non infirmorum eversio scandalosa. Hinc autem quis Dei minister non paveat humilis, potiùs quàm superbiat inflatus? De gradu in Ecclesiâ mihi tradito, de talentis acceptis, de eorum usu, de fide, de charitate, de sanctificatione fidelium mihi commissorum rationem Deo sum redditurus! Pavebat ipse Paulus, post tot exantlatos labores, post tot sanctificatos hominum milliones: *Ne*, inquit, *ipse reprobus efficiar*. Et non pavebit minister totâ vitâ suâ otiosus, inutilis, et fortè scandalosus?

2° Proximo suo non invidebit ob majora ei credita talenta, quia si majus habet donum, et majus ei incumbit opus, majus ministerium, major sanctificatio fidelium, major ratio reddenda Deo. Imò gaudebo de donis proximo meo datis, et de eis gratias agam Deo, quia meæ sunt sicut aliorum saluti ordinata.

3° Vinculum pacis, unitatem spiritûs, sub quocumque prætextu, nunquàm disrumpet, quia aliàs nec poterit Spiritum gratiæ subministrare prælatus, nec poterit recipere subditus. Apostolus, evangelista, pastor et doctor, sunt vasa subministrantia membris Spiritum gratiæ salutaris; debent ergo et Christo capiti gratiæque fonti, unita esse, ut ab eo Spiritum hunc recipiant; debent et Christi corporis membris unita esse, ut hunc eumdem Spiritum illis subministrent. Cæteri fideles sunt membra mystica corporis Christi; debent ergo Christi ministris velut vasis Spiritum suppeditantibus uniri, ut per ea Christus, cor et caput Ecclesiæ, influat in ipsa Spiritum et gratiam quo vivificentur et crescant. Sicut enim manus à corpore avulsa non recipit sensibilem spiritum, eò quòd à continuitate diducta est, sic et nos, nisi uniti fuerimus, non recipimus à Christo capite nostro descendentem Spiritûs gratiam, Theophylactus. Propterea dixit Paulus *corpus compactum et connexum*, id est, non simpliciter positis membris, verùm etiam conjunctis, et unoquoque proprium locum habente, ut nullum luxatum sit, neque præter formam collocatum, Theophylactus. Si volumus ergo frui Spiritu qui procedit à capite, alter alteri adhæreamus, D. Chrysostomus.

Praxis verè christiana.

Christus est caput Ecclesiæ, ipse influit in omnem Ecclesiam quæ est corpus ejus, et in singulos fideles qui sunt membra illius. Christus ergo caput meum est: ipsi, itaque ut capiti meo, debeo uniri continuè per charitatis habitum, et frequentissimè per actus fidei, spei et charitatis, ut ipsi unitus, recipiam ab eo lumen, Spiritum et gratiam. Sicut in naturalibus nihil fit sine capite naturali, ita nec tu in supernaturalibus quidquam agas sine capite mystico. Quidquid ergo sis facturus, consule caput tuum; unire Christo capiti tuo ut in illius lumine et Spiritu agas et agaris. Deum, v. g., oraturus, unire Christo, ut in illo, per illum, et cum illo Deum ores, adores, diligas. Christus non tantùm Ecclesiæ caput, sed et cor; spiritum et vitam singulis Ecclesiæ membris influit et communicat. Christus ergo cor meum est, vitæ meæ principium; ipsius ergo spiritu debeo animari, moveri, agi. Hoc ut ita sit, Christo, cordi meo, uniar quàm frequentissimè, et, si fieri potest, continuè: vivam in Christo, in corde Christi, et omnia mea opera faciam in corde et per cor Christi: utar corde Christi, quasi meo; in hoc corde, et per hoc cor, Deum amabo, orabo, adorabo.

Hæc praxis mirum in modum utilis est et consolatoria, maximè in ariditatibus et derelictionibus. Tunc relicto corde tuo sicco et arido, junge te divino Christi cordi, quod et tuum est, ipsoque utere tanquàm tuo. Per hoc divinum cor ora, ama, adora... Offer Deo infinitum hujus cordis amorem, continuam illius cordis adorationem, gratiarum actionem, laudem, benedictionem, etc. Complace tibi in piis Christi cordis actibus. Gaude quòd per illud Deus dignè ametur, dignè adoretur, dignè colatur, dignè laudetur, etc., et in divinis hujus cordis actibus quiesce. Hanc praxim vide in fine Epistolæ ad Rom., scilicet in coroll., cap. 16; in Epist. ad Hebr., cap. 8, in coroll.; et cap. 9, in coroll.; et cap. 13, etiam in corollario.

Vers. 17. — Hoc igitur dico... Redit ad id quod initio dicere cœperat: *Obsecro vos ut dignè ambuletis*, v. 1, idque fusiùs explicat. Vide paraphrasim.

In vanitate sensus sui. Græc., *mentis suæ*. Syr., *mentis suæ*.

Vers. 18. — Tenebris obscuratum habentes. Græc.: *Obtenebrati intellectu*. Pingit gentiles primò quoad interna. Vide paraphrasim.

Per ignorantiam..., propter cæcitatem... Fons vanitatis gentium fuit intellectûs obscuratio, majoris autem obscurationis causa fuit cordis ipsorum obduratio. Corrupto intellectu, hominis duce, corruptus est appetitus; appetitûs autem corruptio majorem induxit obtenebrationem intellectûs; et ex illâ majori obtenebratione nata est cordis durities, excæcatio: cor callum obduxit; unde secuta est desperatio, indolentia, omnium scelerum origo.

Ecclesiæ: charitas ergo quasi anima facit nos crescere in Christo, ut crescente charitate, crescat totus homo in Christo.

Vers. 17. — *Hoc igitur dico et testificor in Domino*. Hoc igitur est, quod dicere cœperam, quod et obtester vos per Christum Dominum, quem volo hujus exhortationis meæ esse testem.

Ut jam non ambuletis, non conversemini, *sicut et gentes ambulant*, conversantur, *in vanitate sensûs sui*, id est, mentis suæ.

Vers. 18. — *Tenebris obscuratum habentes intellectum*. Tenebris erroris et ignorantiæ obscuratum est insipiens cor eorum; stulti facti sunt, ut in reprobum sensum traditi, nec Deum nec Christum agnoscant, sed idola lignea et lapidea putent esse deos, dæmones colant, etc.

Alienati à vitâ Dei, id est, à vitâ quæ secundùm Deum est, à vivendi modo quem Deus instituit, præcepit, et sibi gratum ac placitum declaravit, idque *per ignorantiam*: quia scili et Deum, Dei legem et voluntatem ignorant. *Quæ est in illis, propter cæcitatem cordis ipsorum*; Græcè, propter excæcationem. Verti etiam posset, propter obdurationem, vel, ut Ambrosius, duritiam cordis eorum.

Vers. 19. — Qui desperantes; noster interpres legit, ἀπελπιστότες, *desperantes*; ἐλπίζω, *spero*; ἀλπεπίζω, *despero*, et ita legit etiam Syrus., Arab., et omnes veteres Latini. In Græco tamen nunc est ἀπηλγηκότες, *dedolentes*, id est, dedolere sinentes et conscientiæ remorsum non sentientes, aut saltem non curantes. Ita etiam habet D. Chrysostomus, Theodoretus, Theophylactus, lege eorum textus Græcos. Apostolus gentiles hìc pingit quoad externa : Sese tradiderunt impudicitiæ... Vide paraphrasim.

In avaritiam. Per avaritiam hìc intellige, non pecuniarum insatiabilem cupiditatem, sed excessivam et inexplebilem voluptatum aviditatem, seu, ut ait D. Anselmus, insatiabilitatem, quia sicut avarus nunquàm reputat se satis habere, ita nunquàm isti perveniunt ad fornicationis saturitatem.

Ex hâc sceleratæ vitæ picturâ, disce quòd ex intellectûs ignorantiâ oritur cordis corruptio; ex cordis corruptione fit major obtenebratio; ex utrâque, id est, ex cordis corruptione et intellectûs obtenebratione fit consuetudo; ex consuetudine nascitur impudentia et indolentia; nec pudet, nec dolet de peccato. Hinc homo, quasi brutum, in omnia turpissima et abominanda ruit præceps. Hoc de gentilibus narrat hìc Apostolus : sed heu! in quot et quot Christianis hoc idem vidimus! Quia sensûs sui vanitatem secuti sunt, obtenebrati fuerunt intellectu, *alienati à vitâ Dei* : demùm *desperantes et dedolentes*, in quorumlibet vitiorum barathrum præcipites ruerunt. Cave ergo à vanitate sensûs, à sensuum impressione, à passionibus. Fidem audi, obedi Deo, Evangelium sequere.

Vers. 20. — Vos autem non ita didicistis... Hoc, luxuriari scilicet, et ut bruta corrumpi, non didicistis in scholâ Christi. Seu, ut ait Theodoretus : Talis est quidem doctrina impietatis, Christi verò disciplina est omninò contraria, docet enim *deponere vos veterem hominem*...

Vers. 21. — Si tamen illum audistis..... In paraphrasi communiorem secutus sum opinionem quæ vult *si* affirmantis esse, non dubitantis; εἴγε, *siquidem*. Multi tamen volunt esse dubitantis, hoc sensu : *Si tamen* Evangelium intellexistis et Christi doctrinam verè, qualis est in se, et à Jesu Christo prædicata, edocti estis. Hocque, sive ut terreat Ephesios, sicut post Œcumenium putat Estius, sive quia post egressum D. Pauli quidam sub nomine Evangelii profanam Ephesi docuerint libertatem, ut putat Grotius.

Vers. 22. — Deponere vos secundum pristinam... Explicat quæ sit doctrina Christi, seu quid ab homine christiano exigat; scilicet, ut deponat pristinam vivendi consuetudinem, quam secundùm concupiscentiarum illusionem ducebat; quippe quæ concupiscentiæ seductrices hominem magis ac magis corrumpunt et quasi in brutum commutant. *Deponere vos*... Alludit hìc D. Paulus ad ritum baptismi, in quo vestes deponebantur. Hoc, inquit Apostolus, nos docet *deponere* sordidum peccati indumentum, antiquam scilicet concupiscendi consuetudinem. Baptizatus renuntiare debet concupiscentiis et desideriis suis : *Qui Christi sunt, carnem suam crucifixerunt cum vitiis et concupiscentiis suis*. Vetus itaque homo est homo qualis erat ante baptismum, gentilis, peccator, suas sequens concupiscentias, et in illis computrescens. Talis homo per singulas horas et momenta magis ac magis corrumpitur et ab homine in brutum degenerat : quippe qui vivit non secundùm rationem, quæ hominis est, sed secundùm passiones, quæ brutis et homini sunt quidem communes, sed in brutis fortiores.

Secundum desideria erroris, id est, cupiditates seducentes et deceptrices : sunt enim erroris principia, illusionis causæ; dulcedinem promittunt, amaritudinem producunt. Radix earum dulcis, fructus amarissimi.

Vers. 23. — Renovamini autem... Græc., *renovari autem*. Spiritu mentis vestræ; spiritus mentis est ipse spiritus, seu mens ipsa. Hebraismus, significans renovari spiritualiter.

Vers. 24. — Et induite novum hominem... Græc.,

Vers. 19. — *Qui desperantes*, scilicet salutem et viam virtutis ac beatitudinis. Græca habent, *indolentes*, et, ut Hieronymus vertit, indolorios, qui scilicet dolere desierunt, quique omnem doloris sensum perdiderunt. *Semetipsos tradiderunt impudicitiæ in operationem immunditiæ omnis in avaritiam*; ut aliena appetant et invadant insatiabiliter. Avaritia ergo significat hìc avaram cupiditatem libidinis et voluptatum, quæ temperantiæ et continentiæ repugnat semper.

Vers. 20 — *Vos autem non ita didicistis Christum*. Ac si dicat : Talia non docet Evangelium Christi, hoc non didicistis in doctrinâ Christi, non ita edocti estis in Christianismo, scilicet ita luxuriari, ut faciunt gentes. Ita Hieron. et Anselm. Discere Christum, inquit Hieronym., est discere temperantiam, sapientiam, virtutem Christi. Et Theophyl. : Christum, inquit, discere, est rectè vivere.

Vers. 21. — *Si tamen illum audistis*; q. d. : Sicut omninò Christum Christique doctrinam audistis et didicistis, *et in ipso edocti estis, sicut est veritas in Jesu*. Edocti estis quænam sit veritas doctrinæ ipsius Jesu, quæ docet deponendam esse pristinam conversationem.

Vers. 22. — *Deponere vos secundùm pristinam conversationem veterem hominem*. Ut sensus sit : Si tamen per Christum docti fuistis deponere atque exuere veterem hominem, qui intelligitur in pristinâ seu priori conversatione, nempe eâ quâ vivebatis priusquàm crederetis in Christum. Est enim vetus homo, aut vetustas et corruptio peccati in homine ex veteri Adam contracta, aut potiùs ipse homo, quatenùs hujusmodi vetustate affectus est.

Qui corrumpitur secundùm desideria erroris, id est, qui in vetustate et corruptelâ proficit, obsequendo pravis ac turpibus desideriis, quod fit ex mentis errore ac cæcitate.

Vers. 23. — *Renovamini autem spiritu mentis vestræ*, id est, secundùm mentem, secundùm interiorem hominem, id est, vivificâ illâ vi gratiæ et spiritûs mentibus nostris inditâ, quâ Spiritus sanctus nos regenerat, et in novos homines, Christianos scilicet et sanctos, transformat.

Vers. 24. — *Et induite novum hominem*, etc. Apparet novum hominem ab Apostolo dici unumquemque hominem quatenùs renovatus est per gratiam Dei. Quæ renovatio hìc et alibi, nomine creationis intelligitur. Exponit igitur Apostolus novum hominem, qui per regenerationem creatus est secundùm Deum, id est, divinæ legi conformatus; creatus, inquam, in verâ justitiâ, quoad proximos; et in verâ sanctitate

induere. Baptizatus novas resumebat vestes, albas scilicet. Ad quod alludens Apostolus, hoc, inquit, docet nos in novum transformari hominem. Sicut vetus homo veteres sunt affectus peccandi, ita novus homo est nova mens, nova vita fide et gratiâ Christi renovata.

Observatio moralis.

Quilibet baptizatus est hic novus homo, per regenerationem creatus Deo conformis, utpote in verâ justitiâ et sanctitate. Potest et cum D. Hieronymo intelligi quòd hoc nos docet induere Christum, ipsique imitatione fieri similes. Christianus enim debet esse quasi alter Christus, Christo similis, Christi imago, Christi virtutum imitator; Christum quotidiè magis ac magis induere, seu imitari, ita ut in ipso videatur Christus, Christi humilitas, modestia, mansuetudo, charitas, etc. Hoc in baptismo spopondimus, hoc repræsentat vestium baptizandi exutio, et novarum baptizati vestium indutio; exuimus pravos et veteres peccandi ritus et affectus, ut novum animum Christi induamus in justitiâ et sanctitate. Christus itaque à Christiano continuè et attentè studendus; Christus, liber intùs et foris scriptus, semper à Christiano legendus. Intùs, ipsius animus, charitas, humilitas, mansuetudo, etc.; foris, externi actus, patientia, pœnitentia, paupertas, etc. In hoc studio animus noster, Christi animum induat; mores nostri vitam Christi exprimant. Sicut homo veste indutus nihil nisi vestem intuentium oculis exhibet, ita homo Christum indutus, nihil nisi Christum moribus suis exprimit.

Vers. 25. — Propter quod deponentes... Duo supra dicta generalia doctrinæ Christi capita, scilicet de veteris hominis depositione, et novi hominis indutione, nunc explicat in particulari : ac primò docet quomodò membratim et per partes deponendus sit vetus homo.

Incipit à linguâ : *Deponite omne* mendacium, sub quo et fraudem comprehendit; loquimini veritatem, et verbis et factis; nulla sit fraus.

Quoniam sumus invicem membra, commembra. Unum membrum alteri membro non mentitur : oculus, v. g., pedem non decipit; manus pedi scopulum non objicit; sed oculus pedem ducit, curatque ne impingat; manus palpat in tenebris, scopulos avertit, corpus, si cadat, sustinet et erigit. Vide hâc de re pulchriora apud D. Chrysostomum, hic. Hanc D. Pauli rationem seu munditiâ, quo ad seipsum, etc.

Vers. 25. — *Propter quod deponentes mendacium, loquimini veritatem, unusquisque cum proximo suo.* Membra veteris hominis, quæ deponi et exui vult Apostolus, sunt mendacium, fraus, ira, injustitia, furtum, libido, etc. His opponit membra novi hominis, eaque assumi et indui vult, scilicet veritatem, mansuetudinem, justitiam, liberalitatem, castitatem, etc.

Quoniam sumus invicem membra; q. d. : Unum membrum non mentitur alteri, non decipit alterum, sed quodque alteri fidele est, illudque sincerè adjuvat quantùm potest. Veritatem præcipit, et mendacium interdicit. Quòd ita primis seculis imbiberunt christiani, ut scribat Justinus Martyr, Apologiâ secundâ, christianos malle mori quàm vel semel mentiri.

Vers. 26. — *Irascimini, et nolite peccare.* Si contingat irasci, cavete ne in opus ira erumpat, id est ne facite quod ira suggerit, ne sinite eam progredi usque ad injuriam.

Sol non occidat super iracundiam vestram. Est proverbium, significans iram statim esse compescendam, ne locum demus diabolo.

Vers. 27. — *Nolite locum dare diabolo;* quod fit, dùm fovetur ira, et similes diaboli fœtus. Significat Apostolus eum qui sinit iram diutiùs apud se morari, dare locum diabolo. Potest sic intelligi : Nolite locum dare diabolo, tamquàm accusatori. Semper enim quærit de quo nos apud Deum possit accusare, etc.

Vers. 28. — *Qui furabatur, jam non furetur*, etc.; id est, quod honestum est; q. d. : Laboret et operetur, sed ita ut non ex turpi officio, sed honesto victum quærat.

si penetraveris, agnosces quòd in fratrem tuum non possis peccare, quin et in Christum pecces; peccas enim in Christum, quoties in Christi membrum peccas.

Vers. 26.—Irascimini. Sermo est hypotheticus; nec enim ira præcipitur; sensus ergo est : Si contingat vos pro naturæ fragilitate commoveri, vel si ratio et necessitas vos irasci cogat : ira enim est passio homini data, ut ardua aggrediatur et superet. Hinc si ratione regitur, eos est virtutis, ait D. Chrysostomus.

Sol non occidat.... Proverbium Hebræum, quo significatur, rem non esse in longum protrahendam. Solis occasus apud Hebræos erat initium diei : significatur ergo iram non esse in alteram diem pertrahendam.

A linguâ Apostolus transit ad cor :

Vers. 27. — Nolite locum... Ira enim conservata parit odium, vindictæ voluntatem, per quæ diabolus intrat in cor, jus habet in illud, ibique regnat. Nunquàm locum sic habet diabolus, ut in inimicitiis; hinc mala nascuntur innumerabilia, D. Chrysostomus. Duo itaque sunt observanda in irâ, seu in iræ commotione : primò, ut non consentiatur intùs per voluntatem, et desiderium ulciscendi, nec erumpat exteriùs per verba vel facta injuriosa; secundò, ut non duret, sed quàm citò reprimatur; aliàs dabitur locus diabolo, et ingressus in cor. Idem autem dicendum de quâcumque passione.

Vers. 28. — Qui furabatur... A linguâ D. Paulus ad cor transiit, nunc à corde ad manum. Furtum autem positum pro omni fraude, et injustâ acquisitione.

Jam non furetur, et consequenter restituat, ubi poterit; qui enim retinet quod restituere potest, fur est.

Laboret manibus. Ex specie intelligitur omne genus laboris utilis.

Quod bonum est. Excluditur turpe et obscœnum opificium.

Ut habeat unde tribuat, sicque peccatum suum solvat, seu restituat; ita D. Chrysostomus. *Ut habeat* ergo sibi necessaria; *ut habeat* unde restituat; *ut habeat* unde pauperi tribuat; adde etiam, ut otium fugiat.

Ex D. Paulo, non sufficit Christiano quòd aliena non rapiat; sed debet egenis, etiam proprio manuum

suarum labore, victum et necessaria comparare. Quid ergo de divitibus immisericordibus diceret, qui egenis sua superflua denegant? quid de prælatis, beneficiariis, qui bona pauperum in vanos et turpes usus dilapidant? Debet pauper honesto labore comparare unde tribuat alii pauperi; divites autem obscœna et turpia operantur; unde fit ut non habeant ad dandum pauperibus. In obscœnis et damnatis rebus pauperum bona consumuntur! Christi patrimonium dispenditur!

Vers. 29. — Omnis sermo malus..., Græc., *putris*, putridus. Redit ad linguam, nosque docet loquendi normam : sermo noster non sit malus, sit bonus, sit gratiosus. Primò, *omnis sermo malus*, obscœnus, scurrilis, amarulentus, invidus, dicax, quocumque vitio infectus, putris, et corruptus, omninò vitandus; secundò, bonus tantùm proferendus, idque non temerè, ne nostro vitio vertatur in malum; sed opportunè *ad ædificationem fidei*, id est, proximi, in fide, et pietate, juxta illud Prov. 15 : *Sermo opportunus, optimus.*

Ad ædificationem fidei; Græc., *usûs*, id est, ad usum, seu utilis ad ædificationem. Tertiò, ut det gratiam..., seu progressum in gratiâ, fide et pietate, etc., quod est explicatio præcedentis, ut in paraphrasi. Vel etiam ut sit gratiosus, id est, cum gratiâ, venustè et jucundè proferatur; ita ut voluptatem spiritualem audientibus afferat.

Omne tulit punctum, qui miscuit utile dulci.

Vers. 30. — Et nolite contristare..., subaudi, *nolite*, verbis malis, id est, obscœnis, putribus, et scandalosis, *contristare*, id est, offendere Spiritum sanctum. Cùm offendimur, contristamur; ita Spiritus sanctus offensus contristaretur, nisi esset Deus, et impassibilis. Quantùm autem ex parte nostrâ est, contristamus eum, cùm verbis aut factis illum offendimus. Nolite ergo talia facere, quæ Spiritui sancto ita displiceant, ut quasi offensus et contristatus discedat à vobis; quemadmodùm homo offensus et contristatus egreditur à domo offendentis et contristantis.

In quo signati estis, id est, per quem signati estis in baptismo, internà et copiosâ gratiâ, quasi sigillo, quo, ut filii Dei, à cæteris hominibus distinguimini.

Is, scilicet Spiritus sanctus, nos fecit gregem regalem; is nos abduxit à primis omnibus; is non sivit nos esse sitos cum iis qui sunt obnoxii iræ Dei; et tu cum tristitiâ afficis, D. Chrysostomus. Per sanctissimum Spiritum grex divinus effecti sumus, Theodoretus.

In diem redemptionis; Syr., *liberationis*, id est, in diem gloriosæ resurrectionis, ubi ab omnibus malis, in animâ et corpore liberati, integram, æternam felicitatem consequimini.

Observatio moralis.

In baptismo et confirmatione obsignati sumus Spiritu sancto; id est, Conditoris nostri signum, figuram et imaginem recepimus; gratiam sanctificantem, quâ filii Dei et Deo consecrati agnoscimur, sicut ex sigillo agnoscuntur, v. g., regis litteræ. Hoc autem sigillo, non anima tantùm, sed et corpus nostrum, et omnia membra nostra obsignata sunt, sanctificata, Deo consecrata, ait D. Chrysostomus. Quodcumque verò sigillatum est, aperiri non potest, sine auctoritate ejus qui sigillum apposuit. Non possumus ergo os aperire sine Spiritûs sancti motione; quantò minùs illud ad turpia et obscœna verba!

Spiritûs sancti sigillum violat, qui os aperit ad inutilia loquendum. Spiritum sanctum contristat, qui ad mala verba, ore sancto et sanctificato utitur. Vide plura apud D. Chrysostomum.

Vers. 31. — Omnis amaritudo et ira... Enumerat et prohibet omnes iræ gradus; cujus quasi prima radix est *amaritudo*, quâ cor offensum proximi facto aut verbo amarescit ergà ipsum. Hinc oritur quædam cordis effervescentia, seu animi inflammatio. Græc., *τυμὸς*, *excandescentia*, quæ est *ira* incipiens. Deinde assurgit *indignatio*, Græc., *ὀργὴ*, ira perfecta, ira accensa. Postea erumpit in clamores, convicia, querelas, omnem denique malitiam proximum lædentem; seu malignitatem justitiæ et charitati oppositam. Et hæc omnia D. Paulus vult à nobis prorsùs et radicitùs avelli. Clamor est equus iræ, ait D. Chrysostomus; equum si prostraveris, ascensorem evertisti, ex eodem. Iræ pennas amputas, si clamorem auferas, idem.

Vers. 32. — Estote autem invicem benigni... Vult autem ut in locum vitiorum supra enumeratorum inseramus in cordibus nostris virtutes contrarias, seu ut simus invicem comes, suaves et benigni, misericordes; Græc., *bonorum viscerum*, seu habentes viscera misericordiæ, compatientes.

Vers. 29. — *Omnis sermo malus ex ore vestro non procedat.* Pro *malus*, Græcè est, *putris* et corruptus, qui scilicet sale prudentiæ non est conditus : sed vel lascivià, et obscœnitate, vel scurrilitate, vel alio vitio est infectus et corruptus.

Sed si quis bonus ad ædificationem fidei, ut det gratiam audientibus. Supple, hic procedat ex ore vestro, ut scilicet fideles ædificentur, et in fide ac virtutibus proficiant per vestra colloquia. *Gratiam*, id est, progressum in gratiâ, pietate et virtutibus. Vult sermonem nostrum non tantùm esse talem qui ædificet, sed simul esse gratiosum, ut cum gratiâ venustè et jucundè proferatur. *Lingua sapientum ornat scientiam*, Proverb. 15.

Vers. 30. — *Et nolite contristare Spiritum sanctum Dei : in quo*, id est, per quem, *signati estis in diem redemptionis*, quasi filii promissionis, et quasi regalis grex Christi et Spiritûs sancti.

In diem redemptionis, id est, in die quo baptizati estis. Baptismo enim facti estis participes redemptionis Christi, illoque die redempti estis à servitute peccati et diaboli.

Vers. 31 et 32. — *Omnis amaritudo et ira... Estote autem invicem benigni*, id est, comes, suaves et blandi : *misericordes*, id est, boni affectûs, *donantis invicem* injurias et offensas, *sicut et Deus in Christo*, per Christi Filii sui meritum, *donavit vobis*, condonavit omnia vestra delicta. Hæc est radix omnis patientiæ et charitatis, quam opponit amaritudini. Ira enim non extinguitur irâ, sicut nec ignis igne : sed sicut ignis aquâ, ita ira extinguitur patientiâ et benignitate, ait Chrysostomus.

Donantes invicem..., mutuas vobis invicem condonantes injurias, sicut Deus per Christum Filium suum, quem pro peccatis vestris immolavit, vobis offensas vestras condonavit. Hanc Dei misericordiam ineffabilem præ oculis semper habetote, ut eam imitemini.

Corollarium pietatis, seu in hoc capite ad pietatem maximè notanda, et ad praxim redigenda.

1° Omnis Christianus observet vitæ christianæ, Christoque dignæ compendium. Christianus sit perfectè humilis, humiliter de se sentiens et loquens, humiliterque cum aliis omnibus se gerens; sit mansuetus, mansuetè cum omnibus agens, et loquens; sit patiens, aliorum mores vitiosos, et sibi incommodos sustineat, idque omne ex charitate Dei et proximi. Vide v. 1, 2, 3.

2° Idem Christianus observet, distinguat in mente, et corde imprimat conglobatas rationes quibus ad unitatem et mutuam concordiam nos invitat Apostolus, v. 4, 5, 6. Sit ergo pacificus, unitatis et concordiæ amator. *Beati pacifici, quoniam filii Dei vocabuntur.*

3° Omnis Dei et Ecclesiæ minister apostolicam de charismatibus doctrinam observet, ut ob ea nec superbiat, nec aliis invideat, nec unitatem disrumpat. Primò, dona Dei sunt, non pro merito data, sed pro Dei beneplacito; ut quid gloriaris ob illa? v. 7; secundò, dona Dei sunt pro aliorum salute data; cur invideas habenti? v. 12; tertiò, dona Dei sunt data ad opus, ad ministerium, ad ædificationem, v. 12. Quantus inde tremor inerti, dominanti, destruenti? vide v. 7, 8, 11, 12, 13, 14, 15, 16, et observationes morales in fine v. 16.

4° Ex apostolicâ D. Pauli doctrinâ v. 15 et 16, in quibus Christus exhibetur ut caput et cor Ecclesiæ, spiritum et vitam influens singulis Ecclesiæ membris, praxim discamus verè christianam, per unionem continuam cum Christo, capite et corde nostro; ut in illo, per illum et cum illo, omnia nostra pietatis opera exerceamus. Hanc praxim vide in fine v. 16. Fusiùs illam vide in fine Epistolæ ad Rom., c. 16, in corollario; et in Epist. ad Hebr., cap. 8, in coroll.; c. 9, in coroll, et c. 13, etiam in corollario.

5° Ab eodem apostolo, v. 22, 23, 24, duo discamus omnes, ad quæ reducitur vita christiana, et quæ in Baptismo factis et verbis promisimus. Primum, *deponere veterem hominem*, v. 22, id est, sordidum peccati indumentum, seu antiquam concupiscendi consuetudinem. Hoc in nostro Baptismate repræsentavit vestium depositio. Hoc promisimus, renuntiantes Satanæ et ejus operibus perniciosis. Secundum, *induere novum hominem*, Christum scilicet per imitationem, v. 24. Intùs induere Christi charitatem, humilitatem, mansuetudinem, etc. Exteriùs induere Christi pœnitentiam, paupertatem, patientiam, etc., ita ut Christus videatur in nobis. Hoc repræsentat albarum vestium indutio. Hoc promisimus, cùm Christo nomen dedimus, eique nos semper adhæsuros juravimus. Vide dicta v. 24. Hanc autem veteris hominis exutionem, hancque novi hominis indutionem, membratim et per partes faciendam, docet Apostolus in reliquo capite. Utramque incipit à linguâ; versibus itaque 25, 29, 30, 31, docet quæ vitia linguæ à nobis fugienda; ibidem et nos docet normam sanctè et christianè loquendi. A linguâ transit ad cor, docetque quomodò passionibus resistendum ne diabolo detur ingressus in illud, v. 26, 27. Docet è contra quomodò Christi virtutes induendæ, ut Christus habitet in cordibus nostris, v. 32. Denique à corde transit ad manum, docetque quæ vitia fugere debeat, quas virtutes operari, v. 28.

CAPUT V.

1. Estote ergo imitatores Dei, sicut filii charissimi;

2. Et ambulate in dilectione, sicut et Christus dilexit nos, et tradidit semetipsum pro nobis oblationem et hostiam Deo in odorem suavitatis.

3. Fornicatio autem, et omnis immunditia, aut avaritia, nec nominetur in vobis, sicut decet sanctos:

4. Aut turpitudo, aut stultiloquium, aut scurrilitas, quæ ad rem non pertinet: sed magis gratiarum actio.

5. Hoc enim scitote intelligentes, quòd omnis fornicator, aut immundus, aut avarus, quod est idolorum servitus, non habet hæreditatem in regno Christi et Dei.

6. Nemo vos seducat inanibus verbis: propter hæc enim venit ira Dei in filios diffidentiæ:

7. Nolite ergo effici participes eorum.

8. Eratis enim aliquando tenebræ, nunc autem lux in Domino; ut filii lucis ambulate.

CHAPITRE V.

1. Soyez donc les imitateurs de Dieu, comme étant ses enfants bien-aimés:

2. Et marchez dans l'amour et dans la charité, comme Jésus-Christ nous a aimés, et s'est livré lui-même pour nous, en s'offrant à Dieu comme une oblation et une victime d'agréable odeur.

3. Qu'on n'entende pas seulement parler parmi vous, ni de fornication, ni de quelque impureté que ce soit, ni d'avarice, comme on ne doit point en entendre parler parmi les saints.

4. Qu'on n'y entende point de paroles déshonnêtes, ni de folles, ni de bouffonnes; ce qui ne convient pas à votre vocation; mais plutôt des paroles d'action de grâces.

5. Car sachez que nul fornicateur, nul impudique, nul avare, dont le vice est une idolâtrie, ne sera héritier du royaume de Jésus-Christ et de Dieu.

6. Que personne ne vous séduise par de vains discours; car c'est pour ces choses que la colère de Dieu tombe sur les hommes rebelles à la vérité.

7. N'ayez donc rien de commun avec eux.

8. Car vous n'étiez autrefois que ténèbres, mais maintenant vous êtes lumière, en notre Seigneur: marchez comme des enfants de lumière.

9. Fructus enim lucis est in omni bonitate, et justitiâ, et veritate :

10. Probantes quid sit beneplacitum Deo :

11. Et nolite communicare operibus infructuosis tenebrarum, magis autem redarguite.

12. Quæ enim in occulto fiunt ab ipsis, turpe est et dicere ;

13. Omnia autem quæ arguuntur, à lumine manifestantur ; omne enim quod manifestatur, lumen est.

14. Propter quod dicit : Surge, qui dormis, et exsurge à mortuis, et illuminabit te Christus.

15. Videte, itaque, fratres, quomodò cautè ambuletis : non quasi insipientes,

16. Sed ut sapientes ; redimentes tempus, quoniam dies mali sunt.

17. Propterea nolite fieri imprudentes ; sed intelligentes quæ sit voluntas Dei.

18. Et nolite inebriari vino in quo est luxuria : sed implemini Spiritu sancto,

19. Loquentes vobismet ipsis in psalmis, et hymnis, et canticis spiritualibus, cantantes et psallentes in cordibus vestris Domino ;

20. Gratias agentes semper pro omnibus, in nomine Domini nostri Jesu Christi, Deo et Patri.

21. Subjecti invicem in timore Christi.

22. Mulieres viris suis subditæ sint, sicut Domino ;

23. Quoniam vir caput est mulieris, sicut Christus caput est Ecclesiæ ; ipse Salvator corporis ejus.

24. Sed sicut Ecclesia subjecta est Christo, ita et mulieres viris suis in omnibus.

25. Viri, diligite uxores vestras, sicut et Christus dilexit Ecclesiam, et seipsum tradidit pro eâ,

26. Ut illam sanctificaret, mundans lavacro aquæ in verbo vitæ ;

27. Ut exhiberet ipse sibi gloriosam Ecclesiam, non habentem maculam, aut rugam, aut aliquid hujusmodi, sed ut sit sancta et immaculata.

28. Ita et viri debent diligere uxores suas ut corpora sua. Qui suam uxorem diligit, seipsum diligit.

29. Nemo enim unquàm carnem suam odio habuit ; sed nutrit et fovet eam, sicut et Christus Ecclesiam :

30. Quia membra sumus corporis ejus, de carne ejus, et de ossibus ejus.

31. Propter hoc relinquet homo patrem et matrem suam, et adhærebit uxori suæ, et erunt duo in carne unâ.

32. Sacramentum hoc magnum est, ego autem dico in Christo et in Ecclesiâ.

33. Verumtamen et vos singuli, unusquisque uxorem suam sicut seipsum diligat : uxor autem timeat virum suum.

9. Or le fruit de la lumière consiste en toute sorte de bonté, de justice et de vérité :

10. Recherchez avec soin ce qui est agréable à Dieu :

11. Et ne prenez point part aux œuvres infructueuses des ténèbres ; au contraire, condamnez-les.

12. Car la pudeur ne permet pas seulement de dire ce que ces personnes font en secret.

13. Or tout ce qui mérite d'être repris se découvre par la lumière, n'y ayant que la lumière qui découvre tout.

14. C'est pourquoi il est dit : Levez-vous, vous qui dormez, sortez d'entre les morts ; et Jésus-Christ vous éclairera.

15. Ayez donc soin, mes frères, de vous conduire avec une grande circonspection, non comme des personnes imprudentes,

16. Mais comme des hommes sages, rachetant le temps parce que les jours sont mauvais.

17. Ne soyez donc pas indiscrets ; mais sachez discerner quelle est la volonté du Seigneur :

18. Et ne vous laissez pas aller aux excès du vin, d'où naissent les dissolutions ; mais remplissez-vous du Saint-Esprit,

19. Vous entretenant de psaumes, d'hymnes et de cantiques spirituels, chantant et psalmodiant du fond de vos cœurs à la gloire du Seigneur ;

20. Rendant grâces en tout temps, et pour toutes choses, à Dieu le Père, au nom de notre Seigneur Jésus-Christ ;

21. Et vous soumettant les uns aux autres, dans la crainte de Jésus-Christ.

22. Que les femmes soient soumises à leurs maris, comme au Seigneur ;

23. Parce que le mari est le chef de la femme, comme Jésus-Christ est le chef de l'Église, qui est son corps, et dont il est aussi le Sauveur.

24. Comme donc l'Église est soumise à Jésus-Christ, les femmes aussi doivent être soumises en tout à leurs maris.

25. Et vous, maris, aimez vos femmes, comme Jésus-Christ a aimé l'Église, et s'est livré lui-même pour elle,

26. Afin de la sanctifier, après l'avoir purifiée dans le baptême de l'eau, par la parole de vie ;

27. Pour la faire paraître devant lui pleine de gloire, n'ayant ni tache, ni ride, ni rien de semblable, mais étant sainte et irrépréhensible.

28. Ainsi les maris doivent aimer leurs femmes comme leur propre corps : en effet, celui qui aime sa femme s'aime lui-même ;

29. Car nul ne hait sa propre chair ; mais il la nourrit et l'entretient comme Jésus-Christ fait à l'égard de l'Eglise,

30. Parce que nous sommes les membres de son corps, formés de sa chair et de ses os.

31. C'est pourquoi l'homme abandonnera son père et sa mère pour s'attacher à sa femme ; ils deviendront tous deux une seule chair.

32. Ce sacrement est grand, je dis en Jésus-Christ et dans l'Église ;

33. Que chacun de vous donc aime aussi sa femme comme lui-même, et que la femme révère son mari.

ANALYSIS.

Hortatur Ephesios ut Dei exemplum de quo v. 32, *cap.* 4, *tanquàm filii Dei imitentur, et sese mutuò diligant sicut Christus dilexit nos, v.* 1, 2. *Ut horreant omnem prorsùs immunditiam et avaritiam, quæ certissimè à Dei regno suos sectatores excludunt, v.* 3, 4, 5. *Ut circa hæc vitia caveant à vanis quorumdam doctrinis, v.* 6 ; *nec eorum sint socii criminum, ne sint et participes suppliciorum ; v.* 7 ; *sed ut filii lucis, faciant opera lucis, in omni bonitate, et justitiâ, et veritate, v.* 8, 9, *et Dei voluntatem sollicitè faciant, v.* 10. *Operibus*

verò tenebrarum non tantùm non communicent, v. 11, *sed et ea condemnent operum suorum lumine, v.* 12, *quia luminis est manifestare, v.* 13.

℣ 15. *Monet ut cautè et sapienter ambulent, seu circumspectè conversentur, maximè cum infidelibus; tempora considerent, et attentè explorent quid Deus velit ab eis, v.* 16, 17.

℣ 18. *Ne vino, luxuriæ causâ, repleantur; sed Spiritu sancto, sanctificationis principio, in hocque Spiritu psallant, lætentur, cantent, Deo gratias agant, sibique invicem serviant, ob reverentiam Christi,* 19, 20, 21. *Denique descendens ad singulares status, ac primò conjugatos instruere volens, in reliquo capite docet matrimonium magnum esse Sacramentum, quia signum est repræsentans unionem Christi cum Ecclesiâ. Hincque vult ut uxores sint viris suis subditæ, sicut Ecclesia Christo; et ut viri suas uxores diligant, sicut Christus Ecclesiam.*

PARAPHRASIS.

1. Estote ergo Dei Patris vestri imitatores, tanquàm filii charissimi.

2. Et sicut vos ille dilexit, ita et mutuæ charitatis opera sedulò et continuè exercete. Sicut etiam Christus dilexit nos, et semetipsum Deo pro nobis obtulit in sacrificium, tanquàm hostiam Deo suavissimam, ita et nos invicem debemus diligere, non tantùm condonando, sed et vitam pro fratribus impendendo, si res id postulaverit.

3. Fornicationem autem, et quamlibet immunditiam, sicut et nimiam habendi cupidinem, sic horrete, ut ne quidem illa vitia nominetis. Sicut decet Christianos, nomine et professione sanctos; quorum non modò opera, sed et verba et cogitata debent esse sancta.

4. Longè quoque absint à vobis obscœnitas verborum, fatuæ, et ineptæ fabulæ, ridiculæ facetiæ; hæc quippe christianum hominem dedecent, utpote sanctum et gravem; sed potiùs audiatur apud vos laus Dei, et gratiarum actio.

5. Vos enim scire volo, et ut rem maximi momenti intelligere, quòd (quidquid in contrarium vobis dicatur) omnis scortator, aut immundus, aut avarus, seu servus avaritiæ, quæ est idololatria, jus non habent hæreditatis æternæ aliquando percipiendæ.

6. Circa hæc nemo, sive philosophorum, sive Simonianorum, verbis aut rationibus fallacibus vos seducat: propter hæc enim, quæ dixi crimina, ultio divina venire parata est in incredulos, et in inobedientes.

7. Cavete igitur ne sitis eorum socii in peccatis, ne sitis et suppliciorum comparticipes.

8. Aliquando equidem in Gentilismo fuistis tenebricosi toti, et ipsæ tenebræ; nunc autem fide et gratiâ Christi illuminati et lux estis: itaque ut filii et sectatores lucis vivite; moribus et vitâ vos lucis filios ostendite.

9. (Fructus autem lucis, seu fidei et gratiæ christianæ, est omnis bonitas, seu beneficentia, omnis justitia et veritas.)

10. Sollicitè et studiosè explorantes quid sit acceptum Deo, ut illud faciatis.

11. Et ne, quocumque modo, nec faciendo, nec approbando, nec tolerando, communicetis infructuosis tenebrarum operibus; è contra verò vos, quoniam lux estis, hæc tenebrarum opera lumine vestro redarguite, objurgate, manifestate, ut eorum omnibus appareat turpitudo.

12. Ne communicetis, inquam, quia adeò turpia sunt, quæ in occulto faciunt, ut ne pudor quidem illa verbis exprimere patiatur.

13. E contra, inquam, redarguite operum vestrorum lumine, quia hoc exigit natura rei: quæcumque enim arguuntur et per argutionem, seu reprehensionem, manifestantur; hæc à lumine manifestantur, quia lucis proprium est manifestare; nec quid potest aliud manifestare nisi sit lux, aut luce perfusum: sicut ergo claritas diei ea quæ nocturnis tenebris erant obscura et abscondita manifestat, ita lux operum vestrorum, seu sanctitatis vestræ, arguat opera mala, illorumque turpitudinem manifestet.

14. Quia lucis proprium est illuminare, ideò Isaias dicit peccatori in tenebris sopito: Expergiscere, ô peccator, qui dormis in peccatorum tuorum tenebris; et surge à mortuis operibus tuis, et Christus, lux mundi, et sol justitiæ, te illuminabit.

15. Cùm hæc ita sint, ut operum vestrorum lumine debeatis opera tenebrarum redarguere, videte ergo quomodò cautè et circumspectè conversemini, maximè cum infidelibus, non quasi insipientes et imprudentes, sed ut homines vero sapientiæ lumine, Christi scilicet, perfusi; et sibi semper attenti.

16. Ementes, mercantes occasionem et opportunitatem, id est, temporis opportunitate benè utentes, quoniam dies sunt malis et periculis pleni.

17. Ideò ne sitis imprudentes et incauti in conversatione vestrâ, sed attentè considerate quid Deus velit à vobis.

18. Et nolite inebriari vino; in ebrietate enim vini est luxuria, sed impleamini musto Spiritûs sancti, gratiæ et lætitiæ spiritualis principio.

19. Recitantes et cantantes inter vos mutuò psalmos, et hymnos, et cantica spiritualia; cantantes, inquam, et psallentes, non linguâ tantùm, sed ex intimo cordis affectu, in honorem Christi Domini.

20. De omnibus bonis et gratiis acceptis semper agentes gratias Deo Patri per Dominum nostrum Jesum Christum qui hæc nobis promeruit.

21. Alter alteri, inferior scilicet subditus sit superiori; et superior inferioris modulo sese accommodet ob reverentiam Christi, qui cùm esset summus omnium, omnibus sese submisit.

22. Mulieres viris suis subditæ sint, sicut ipsi Christo Domino, cujus vir est imago locumque tenet.

23. Quia sicut Christus est caput Ecclesiæ et ejusdem tanquàm corporis sui salvator, sic vir caput est mulieris ejusque tutor et protector.

24. Sicut ergo Ecclesia Christo libenter est subjecta, ita et mulieres viris suis subjiciantur in omnibus, intellige, sicut oportet, in Domino, Coloss. 3, v. 18.

25. Et vos viri, qui Christi imagines estis, Christum Dominum, exemplar vestrum, imitemini. Diligite uxores vestras, sicut Christus Dominus Ecclesiam sponsam suam dilexit, et ita dilexit, ut semetipsum pro eâ morti tradiderit.

26. Nimirùm ut illam ab omni labe peccati sanctificaret, mundans eam per baptismi lavacrum, in verbo spiritum et vitam conferente.

27. Ut ipse sibi eam exhiberet quasi sponsam multo decore et gloriâ illustrem, sine maculâ peccati, sine rugâ vetustatis, sine quovis defectu, sed sanctam et irreprehensibilem, sic et mariti debent suas uxores ita diligere, ut illarum nævos et maculas et infirmitates tolerent, et, quantùm est in illis, sanent, perficiant, et sanctificent tum monitis, tum exemplis.

28. Hoc eos docet exemplum Christi allegatum; sed præterea ipsos ad hoc impellere debet etiam proprius amor. Est enim uxor unum quid cum marito; uterque est una caro; debent ergo mariti uxores suas diligere ut corpora sua; qui enim uxorem suam diligit, seipsum diligit, quia est unum quid cum illâ.

29. Nemo seipsum odio habet, et consequenter nemo corpus suum, sui ipsius partem, odio habet: sed è contra quilibet corpus suum nutrit et fovet; debet ergo maritus uxorem, utpote corpus suum, diligere, nutrire, fovere, sicut Christus Ecclesiam, corpus suum, nutrit, fovet, vestit et ornat.

30. Verè Ecclesia corpus ejus mysticum est, quia nos singuli fideles sumus membra hujus sacri corporis, nimirùm de carne, et de ossibus ejus in cruce dormientis, spiritualiter formati; sicut Eva corporaliter formata est ex Adamo dormiente.

31. Auctoritas denique Scripturæ hunc amorem viri in conjugem, quasi in seipsum, confirmat, cùm de Evâ et, in ipsius personâ, de omnibus mulieribus dicit: Propter hoc homo relinquet patrem et matrem suam, et agglutinabitur uxori suæ, et erunt una caro.

32. Mysterium citatæ Scripturæ verbis expressum, nempe primum Adæ et Evæ matrimonium, magnum Sacramentum est et mysterium: quippe quod expressivum et repræsentativum erat unanimis et indissolubilis conjunctionis Christi cum Ecclesiâ.

33. Licèt autem mysterium sit, et de Christo principaliter intelligatur mysticè, verùmtamen et vos ad litteram adimplete: unusquisque maritus suam uxorem diligat sicut seipsum; uxor verò suum virum revereatur, sicut Ecclesia Christum: sicque reipsâ exprimetis quod in Christo et Ecclesiâ significat.

COMMENTARIA.

Vers. 1. — Estote ergo imitatores Dei.... Syr.: *Estote ergo conformes Deo.* Hæc conclusio pendet ab eo quod ultimo præcedentis capitis versiculo dictum est: *Sicut et Deus in Christo donavit vobis;* hincque infert: Dei ergo, Patris vestri, imitatores estote; condonate invicem, sicut condonavit vobis. Liberorum est moribus patrem referre; et eò filii sunt patribus chariores, quò similiores; ergo vos, ut filii charissimi, Patrem vestrum cœlestem imitemini: clementissimus est, peccata condonat, omnibus bona facit; ergo ut filii sitis ei charissimi, injurias condonate, omnibus benefacite, in dilectione sedulò ambulate.

Vers. 2. — Et ambulate in dilectione... Non unum aut alterum actum charitatis hoc significat, sed continuum exercitium et progressum in charitate. Deus, Pater noster, charitas est; et nos pro modulo nostro charitas simus, saltem in charitate ambulemus, ab eâ nunquàm deficiamus. Notat D. Chrysostomus quòd non dicatur nobis absolutè: *Estote imitatores Dei,* sed quòd statim addatur *in dilectione.* Deus quippe in omnibus quidem admirandus, at non in omnibus imitabilis; v. g., admirandus est in suâ scientiâ, potentiâ, immensitate, æternitate, et in infinitis aliis perfectionibus, sed in illis est inimitabilis, hæc enim omnia nostras superant vires. Vult autem ut bonitatem suam imitemur omnes, ut condonemus sicut condonat; benefaciamus omnibus, sicut ipse omnibus benefacit; quia hæc pro modulo nostro possumus omnes, ipsius adjuvante gratiâ: possumus ergo Deo similes esse.

Si condonaveris, Deum imitaris, Deo assimilaris, ait D. Chrysostomus. Si beneficeris proximo, Deum imitaris, proximo quasi Deus eris: homo quippe benefaciendo, homini quasi Deus est.

Sicut et Christus dilexit nos... Christi voluntarium pro nobis sacrificium aliud est nobis charitatis exemplar. Supplendum reliquit Apostolus: Ita nos invicem debemus diligere, non condonando tantùm, sed et vitam, si opus fuerit, pro fratribus impendendo.

In odorem suavitatis. Græc., *bonæ fragrantiæ:* seu ad instar rei suaviter olentis, seu hostiæ Deo gratissimæ et jucundissimæ. Videtur Apostolus alludere ad id quod de Noe sacrificio scriptum est Genes. 8, 21: *Odoratus est Dominus odorem suavitatis, et ait ad eum: Nequaquàm ultra maledicam terræ, propter homines.* Christus verus Noe è diluvio peccatorum nos salvos fecit, et Deus ipsius sacrificii odore suavissimo re-

Vers. 1. — *Estote ergo imitatores Dei*, etc.; q. d.: Filiorum est imitari suos parentes; q. d.: Cùm acceptâ remissione peccatorum facti sitis Dei filii, Deoque dilecti, debetis Deum Patrem vestrum imitari, ut sicut ille vobis in Christo peccata condonavit, ita et vos invicem offensas condonetis.

Vers. 2. — *Et ambulate in dilectione;* id est, sicut estis à Deo dilecti, sic et vos exercete opera mutuæ dilectionis.

Sicut et Christus dilexit nos, non tantùm ut Deus, dilectione communi cum Patre, sed etiam ut homo, charitate creatâ et infusâ; cujus magnitudinem declarat quod sequitur:

Et tradidit semetipsum pro nobis oblationem et hostiam Deo in odorem suavitatis. Sensus est: Dilexit nos, adeò ut sponte semetipsum tradiderit pro redemptione nostri, seque obtulerit hostiam Deo acceptissimam quando in cruce mortem pro nobis subiit.

creatus, decrevit hominibus se parciturum. *In odorem.* Tribuitur odoratus Deo, et supponitur quòd sacrificiorum fumus et odor ipsi placebant, ipsiusque sedabant iram. Christi autem sacrificium Deo gratissimum fuit, ita ut nunquàm ullum gratius esse potuerit, sed propter ipsum grata fuerint quæcumque aliquando grata fuerunt. Quia Christus ipse, homo Deus, sacrificii sui sacerdos fuit et victima. Sacerdos offerens, non homo tantùm, sed homo Deus; offerens autem, non coactus, sed libens et volens, ex charitate : DILEXIT NOS ET TRADIDIT... Victima, non opes, non fruges, non animal, etc., sed ipsemet, homo Deus : *Tradidit* SEMETIPSUM, totum, quantus est homo Deus.

PRO NOBIS, non sanctis, non amicis, sed pro nobis peccatoribus et inimicis, ut peccatorum nostrorum veniam mereretur, ut peccatorum nostrorum fœtore, quasi à Dei naribus ablato, gratissimo sacrificii sui odore recreatus, placaretur, et placatus parceret. Ex hoc ergo Christi sacrificio pro suis inimicis oblato, discamus inimicos diligere et, si opus sit, pro ipsis mori. At ex hoc Filii Dei sacrificio, Deo gratissimo et pro nobis peccatoribus oblato, discamus illud continuè Deo pro nostris peccatis offerre; in hoc sacrificio sit tota nostra spes et fiducia; cum sanctâ Ecclesiâ, matre nostrâ, frequenter oremus : Per mortem et sepulturam tuam, etc.: Parce nobis, Domine : Libera nos, Domine, etc.

VERS. 3. — FORNICATIO AUTEM... Redit ad vitiorum prohibitionem, et ubi dixit de passione iræ, nunc de concupiscentiâ, seu de appetitu inordinato voluptatum et pecuniarum agit. Hæc autem duo vitia Ephesi maximè regnabant, ideò de ipsis agit vivacissimè. *Fornicatio*, sub quo nomine comprehenditur omnis illicita sexuum commixtio, seu omnis concubitus cum non suâ.

ET OMNIS IMMUNDITIA, id est, omnes tactus venerei, pollutio, et alia contra naturam, seu quæ non ordinantur ad generationem, ait D. Thomas.

AUT AVARITIA. Ideò jungit avaritiam luxuriæ, quia, ut ait Theophylactus, pari ratione pecunias amamus et corpora. Vel, ut ait Anselmus, quia avaritia est quædam fornicatio animæ : sicut enim qui fornicatur, non suâ, sed alienâ muliere abutitur, sic qui peste avaritiæ contaminatur, usque ad aliena habenda extenditur : et quod sub rapinâ habet, omnibus modis retinere molitur. Denique de hoc avaritiæ vitio hic agit, quia Ephesi maximè regnabat in civitate mercatoriâ, ubi per fas et nefas acquirebantur divitiæ, nec prohibebatur à legibus.

NEC NOMINETUR..., ut toti sitis puri corde, corpore, ore, mente. Ab omni peccato et peccati labe mundus esse debet quisquis Christi membrum est; corpus mundum sit ab omni impudicitiâ, cor ab omni avaritiâ, os ab omni verbo obscœno, mens ab impurâ cogitatione : hinc Christianus debet omnem immunditiam et avaritiam sic horrere, ut, quantùm fieri potest, de iis nec cogitet, nec loquatur. Recordare cujus capitis sis membrum, et omnem horrebis immunditiam et avaritiam.

VERS. 4. — AUT TURPITUDO, scilicet verborum. Græc., *obscœnitas*, id est, obscœna et inverecunda verba.

STULTILOQUIUM, id est, ineptæ fabulationes.

SCURRILITAS. Græc., εὐτραπελία, quæ ab Aristotele virtus dicitur et urbanitas vocatur. Sed hìc accipitur pro excessu in jocis et facetiis ridiculis, qualia sunt dicta mimorum et eorum qui ridicularii dicuntur. Per scurrilitatem ergo damnatur hìc indecora et indecens eutrapelia, seu jocularitas illa quæ ad risum tantùm spectat, ut verba sequentia indicant, non verò urbanitas illa quæ ad finem honestum refertur, v. g., ad sanitatem. Et in hoc sensu intelligendus est D. Chrysostomus, qui hìc, in morali, negat eutrapeliam apud Christianos esse virtutem. Res est parasitorum, mimorum, saltatorum, prostitutarum mulierum; procul absit ab animâ liberâ; si quis est infamis, turpis, obscœnus, is est εὐτράπελης, id est, urbanus et facetus. D. Chrysostomus.

QUÆ AD REM NON PERTINENT. Græc., *non convenientia*, id est, indecentia. Theophylactus, *quæ non sunt decentia*, seu, ut explicat, quæ ad nostram sanctificationem non conveniunt. Sanctitatem, modestiam, gravitatem professi sumus; nobis talia professis hæc omnia supra dicta non conveniunt. Deo per baptismum consecrati, Spiritu sancto sigillati, quoddam veluti sacrilegium committimus dùm verba scurrilia, turpia proferimus; sicut qui vas Deo sacrum usibus profanis impenderet. Recordare judicii Balthasaris. Quod si autem hoc de quibuslibet Christianis verum est, quantò magis de sacerdotibus et de religiosis, Deo specialissimè et totaliter per vota, per ordinem suum consecratis.

SED MAGIS GRATIARUM ACTIO; scilicet audiatur. Hinc antiquus salutandi mos, apud omnes Christianos usitatus : Deo gratias. Vide D. Augustinum, epist. 77. Dei beneficiorum memores, debemus semper Deo gratias agere, et omnes ad gratias Deo agendas provocare.

VERS. 5. — HOC ENIM SCITOTE... Ut de prædictis

VERS. 3. — *Fornicatio autem et omnis immunditia.* Quevis obscœnitas et libido tactuum et immundorum operum, *aut avaritia* (nimia habendi cupido) *nec nominetur in vobis, sicut decet sanctos*, id est, Christianos. Tam alienos esse vos volo ab his vitiis, ut, si fieri potest, ne quidem audiantur aliquando nominari ex ore vestro, ne fortè ex ipso auditu concepta cogitatio carnem commoveat ad concupiscendum.

VERS. 4. — *Aut turpitudo*, puta verborum, *aut stultiloquium, aut scurrilitas, quæ ad rem non pertinet*, id est, quæ non sunt decentia. *Sed magis gratiarum actio*, scilicet nominetur, audiatur, sonet ex ore vestro, qui estis christiani et sancti.

VERS. 5. — *Hoc enim scitote intelligentes*, etc. Chrysost., Theoph., Cyprian., propriè accipiunt avaritiam pro immodicâ cupiditate opum, quâ per fas et nefas eas avarus accumulat. Sumitur enim hìc avaritia in actu completo, tunc que est peccatum mortale, et excludit à regno Dei, ut hìc ait Apostolus. At verò S. Hieron., sicut passim apud prophetas idololatria fornicatio vocatur; ita vicissim, inquit, fornicatio per idololatriam potest intelligi, etc.

sceleribus, quæ nec philosophi, nec Simoniani ut vitia reputabant, majorem Ephesiis incutiat horrorem, eis cum maximâ certitudine asseverat, quòd et scortatio et immunditia et avaritia à Dei regno excludant. Igitur benè *scitote, et intelligite*, contra quosdam qui vobis contrarium dicunt,

Quod omnis fornicator, etiam simplicis fornicationis,

Aut immundus, pollutionibus, aut aliis contra naturam immunditiis,

Aut avarus, sive qui ex avaritiâ rapit alienum, sive qui in suis pecuniis suum quasi finem ultimum collocat,

Quod est idolorum servitus; in Græco nunc est *qui est idololatra*, sic etiam D. Chrysostomus; sed eodem sensu, avaritia est idololatria, et avarus est idololatra; avarus enim habet divitias pro Deo, in illis suam spem collocat; iis se totum devovet, cor, mentem, animam totam, omnia sua immolat;

Non habet hæreditatem..., id est, jus non habet ad hæreditatem filiorum Dei; excludetur à regno Dei, *ejicietur in tenebras, ubi erit fletus*... Utinam ad hanc veritatem seriò attenderent tot et tot Christiani, suis cupiditatibus seducti, et vanis nebulonum verbis decepti; qui hæc eadem peccata, in æternum damnantia, quasi nihilum etiam hodiè reputant.

Domine, videant lumen! tot cæcorum in ipso lumine palpantium miserere.

Vers. 6. — Nemo vos seducat... Philosophi dicebant nihil esse mali in fornicationibus : Simoniani similiter impuritatem sectabantur, imò suas infandas libidines ad Dei referebant honorem, easque ipsi quasi sacrificium offerebant, hinc : *Nemo*, vel philosophus, vel hæreticus, *vos seducat* verbis inanibus, id est, quæ florem quemdam videntur habere sermonis, et blandiuntur peccatoribus, sed vacua sunt veritatis, ait D. Hieronymus.

Propter hæc enim venit. *Venit* hìc significat præsens et aliquo modo futurum, sicut 1 Joan. 2 : *Anti-Christus venit*. Indicat itaque futurum Dei judicium et iram venturam in incredulos et inobedientes, qui nec credunt, nec obediunt Deo supradicta peccata vetanti.

Vers. 7. — Nolite ergo effici... Vide paraphrasim.

Vers. 8. — Eratis enim aliquando... Vide paraphrasim.

Vers. 9. — Fructus enim lucis... Per parenthesim ostendit quæ sint opera lucis, ut ex operibus se lucis filios exhibeant. Fructus lucis opponit operibus tenebrarum, de quibus supra; bonitatem iracundiæ, justitiam fraudibus avaritiæ; veritatem mendacio.

Vers. 10. — Probantes quid sit beneplacitum Deo. Hic versiculus decimus nectendus est octavo, ut filii lucis ambulate, *probantes*... Primum hominis Christiani studium sit Dei voluntatem circa se cognoscere, ut illam adimpleat. Voluntas enim Dei debet esse vitæ nostræ regula : ad illam omnia nostra referre debemus; ad illam semper intendere; ad illam, quasi ad centrum nostrum, omnia nostra debent confluere. Ideò Christus docuit nos orantes dicere : *Fiat voluntas tua*... Fiat per me, de me, in me, circa me; in vitâ et in morte; in tempore et in æternitate.

Vers. 11. — Et nolite communicare... Plura cogitat et vult intelligi quàm quæ verbis exprimit. Primò : *Nolite communicare*... multa comprehendit : Nolite ea committere, nolite laudare, aut approbare; nolite facientibus consentire; nolite ea nec per jocum referre, nec de eis loqui, imò nec de eis cogitare. Hæc patent ex dictis, v. 3 et 4. Secundò : Infructuosis..., quia nullum vitæ fructum pariunt : hoc quidem exprimit nomine *infructuosis*, at præterea vult intelligi mortem æternam, quam pariunt : fructus enim illorum mors æterna, ut patet ex v. 5. Tertiò : Magis autem redarguite, id est, è contra condemnate, objurgate, redarguite, illorum turpitudinem manifestate. Hinc disce quòd tibi non sufficiat bona opera facere, si aliorum operibus malis consentias, adulatione, complacentiâ, tolerantiâ, laude. Debes, quisquis auctoritatem habes, monere, instruere, arguere, corrigere. Debes, quisquis sis, saltem facici tristitiâ arguere; luce operum tuorum facta contraria manifestare.

Vers. 6. — *Nemo vos seducat inanibus verbis*. Non philosophi, non poetæ lascivi vos seducant, id est, ne sinite vos decipi quorumdam vanis et fallacibus sermonibus, quasi hoc quod dixi, non ita se habeat.

Propter hæc enim (fornicationem scilicet, immunditiam et avaritiam) *venit ira Dei in filios diffidentiæ*. *Venit*, id est, venire solet; *ira*, id est, vindicta, quæ est effectus iræ Dei; *in filios diffidentiæ*, id est, inobedientiæ, vel incredulitatis.

Vers. 7. — *Nolite ergo effici participes eorum*. Scilicet filiorum diffidentiæ; q. d. : Nolite cum sceleribus eorum jam dictis communicare et participare.

Vers. 8. — *Eratis enim aliquando tenebræ*, id est, eratis tenebricosi, infidelitate et ignorantiâ, tum Dei, tum rerum agendarum. *Nunc autem* (estis) *lux in Domino*; q. d. : Nunc Christiani facti estis lucidi : quia illuminati estis fide, gratiâ et doctrinâ Christi, ut cognoscatis tum Deum verum trinum et unum, tum ea quæ agenda sunt, ut Deo illi vero placeatis. *Ergo ut filii lucis ambulate*. Ostendite moribus et conversatione vos esse filios lucis, id est, vos ad lucem pertinere. Quæ lux est gratiæ, in fide et sanctitate consistens, et bonis operibus declaratur.

Vers. 9. — *Fructus enim lucis est*, etc. Hoc est, fructus quem profert lux gratiæ, situs est in omni genere virtutum ac bonorum operum. *Bonitate*, id est, benignitate, hanc opponit iracundiæ; *et justitiâ*, hanc opponit fraudibus; *et veritate*, hanc opponit mendacio et hypocrisi; q. d. : Ex fructibus lucis ostendetis vos esse filios lucis.

Vers. 10. — *Probantes*, explorantes, exquirentes, *quid sit beneplacitum Deo*; quomodò sanctam ejus voluntatem et beneplacitum agnoscere et adimplere possitis.

Vers. 11. — *Et nolite communicare operibus infructuosis tenebrarum*. Nolite commercium habere, aut miscere vos operibus peccatorum et peccantium, qui quasi tenebriones lucem fugiunt.

Magis autem redarguite. Quin potiùs vos, quia lux estis, illa tenebrarum opera, lumine operum vestrorum prodite, detegite, manifestate; ut omnibus appareat illorum turpitudo. Nam contraria juxta se posita magis elucescunt.

Vers. 12. — Quæ enim in occulto fiunt... Græc. : *Nam occultè facta ab ipsis, turpe est et dicere.* Syr. : *Quod enim in occulto perpetrant, vel execrandum est dictu.* Rationem affert cur non sit communicandum cum iliis tenebrionibus, sive sint idololatræ, sive Simoniani, ut post D. Epiphanium putant plerique. Sic autem rationem affert, ut ipse Apostolus servet quod præcepit, v. 3 : *Omnis immunditia nec nominetur...* Hoc imitare in occasionibus.

Vers. 13. — Omnia autem quæ arguuntur... Græc. : *At omnia arguta, à lumine manifestantur.* Syr. : *Omnia enim arguuntur à luce et revelantur.* Dat rationem cur filii lucis operum suorum lumine debeant opera tenebrarum redarguere, et mala ostendere : hoc quippe exigit natura rei, lux debet illuminare. *Quæcumque arguuntur*, et per argutionem ut mala manifestantur ; hæc a lumine, talia manifestantur.

Omne enim quod manifestatur. Græc., φανερόμενον, verbum medium, activam et passivam significationem habens, *manifestans et manifestatum.* Hinc nostra Vulgata, *manifestatur.* Syrus autem : *Quidquid patens est, lux est.* Juxta nostram Vulgatam, *omne quod manifestatur* lumen est, id est, lumine perfusum et illustratum. Vel omne quod manifestat, lumen est ; cujus proprium est manifestare. Vos, ergo cum lux *sitis* in Domino, v. 8, debetis et vestræ doctrinæ luce, et bonorum operum exemplo, opera tenebrarum arguere, manifestare. Vide paraphrasim. Sicut Christus, qui lux est mundi, *illuminat omnem hominem...*, ita à proportione Christianus, qui lucis, Christi scilicet, est filius, quique *lux in Domino*, debet saltem vitæ suæ exemplo et bonorum operum lumine, proximum suum illuminare, instruere, arguere. Quàm damnandus est ergo Christianus ille qui è contra suis malis operibus, et verbis impiis aut obscenis, est quasi titio fumans, omnia suo fumo obscurans, et omnia suorum exemplorum fœtore pessimo scandalizans. *Ab occultis meis munda me, et ab alienis peccatis, parce servo tuo*, Domine.

Vers. 14. — Propter quod... Quod Isaias 60, 1, Judæis inclamat : *Surge, illuminare, Jerusalem, quia venit lumen tuum*, Christus scilicet, hoc D. Paulus peccatoribus adaptat, ita D. Thomas. Alii putant hoc sumptum ex aliquo libro canonico qui temporum incuriâ periit. Quidquid sit, hæc verba in nullo Scripturæ loco reperiuntur.

Vers. 12.—*Quæ enim in occulto*, etc.; *ab ipsis* scilicet filiis diffidentiæ et tenebrarum.

Vers. 13. — *Omnia autem, quæ arguuntur à lumine manifestantur.* Dixi vos, qui estis filii lucis, arguere debere opera tenebrarum ; sic enim habet rei natura, ut quæcumque tenebrosa arguuntur, id est, produntur, ea manifestentur à lumine. Nam argui, seu prodi, non aliud est quàm in lucem proferri.

Omne enim, quod manifestatur, lumen est. Quia omne manifestans lumen est, id est, nulla res potest manifestare, et in apertum proferre aliquid obscurum, nisi sit lux, aut lucis particeps. Omne id quod per se ac primò manifestatur, lux est ; ut proindè nihil aliud queat manifestari nisi beneficio lucis.

Vers. 14. — *Propter quod dicit*, etc. Græcè est, illucescet, orietur tibi Christus. Ut sensus sit : Huc facit illud, quod Scriptura dicit, Isaiæ, 60. Tu qui

Vers. 15. — Videte itaque, fratres... Hanc conclusionem elici puto ex præmissis ; scilicet, quia *lux estis*, et vestro lumine debetis arguere opera tenebrarum ; hinc *videte* quomodo... Vide paraphrasim. Cogitet homo christianus, præsertim verò sacerdos et religiosus, se, ut filium lucis, in mediâ luce, semper ambulare ; se spectaculum hominibus et angelis esse ; se in tantâ luce constitutum ab omnibus videri et notari. Et consequenter cautè, circumspectè, conversetur, loquatur et agat ; sibi semper attentus.

Vers. 16. — Redimentes tempus, quoniam dies mali sunt. Quasi diceret : Tempora hæc periculis plena sunt (omnia tunc erant infidelitate et sceleribus plena), ideò cauti, circumspecti, sapientes estote, tempus attentè considerate, ut eo benè utamini : illud emite ; quarumvis rerum dispendio, captate occasionem benefaciendi et in virtute proficiendi. *Redimentes tempus*, ἐξαγοραζόμενοι τὸν καιρόν, *mercantes*, ementes occasionem et opportunitatem. Videtur alludere ad mercatorum morem, qui undequàque merces omnes considerant attentè, ut meliores emant ad lucrum suum, cui soli intendunt et quod omnibus anteponunt. Sic et vos tempus attentè considerate, occasionem et opportunitatem temporis emite, eâ benè utentes ad profectum vestrum ; omnes proficiendi occasiones captate, quarumvis rerum dispendio. Alii explicant : Tempus benè insumite ; emite illud, facite vobis proprium, totum illud in bonis operibus insumite, in his præsertim diebus, ubi corruptio generalis est ; ubi malitia inundat terram, ubi pericula nobis sunt undique.

Notæ morales.

Tempus redimit qui anteactæ vitæ peccata flendo et pœnitendo reparat. Tempus redimit qui postquàm illud in luxu, in peccatis, in desidiâ et tepiditate prodegit, ut illius jacturam novo fervore reparet, actus virtutum multiplicat, jejunia condensat, mortificationes reduplicat, opera bona accumulat in modico quod ei superest vitæ tempore. Tempus etiam redimit qui relinquit omnia secularia, ut quiete fruatur, Deoque vacet, juxta D. Augustinum, hom. 1 inter 50, tom. 10. Quid est redimere tempus, nisi, cùm opus est, etiam detrimento temporalium commodorum ad æterna quærenda et capessenda, spatia temporis comparare ? Tempus redimit qui aliquid perdit ne temporis et quietis jacturam faciat in litibus ; sicut das nummos detineris somno peccatorum, expergiscere, et qui mortuus es in peccatis, resurge à morte ; et Christus, qui est verum lumen, per gratiam suam super te orietur, teque illuminabit.

Vers. 15. — *Videte itaque, fratres, quomodò cautè ambuletis.* Vos, inquit, qui estis filii lucis, ideòque errare, quasi in tenebris, non debetis ; *videte*, id est, utimini luce vestrâ ad videndum quomodo benè et circumspectè conversemini, maximè cum iis qui foris sunt, id est, infidelibus.

Non quasi insipientes ; valdè enim insipientes sunt qui ad solem hunc Evangelii oculos claudunt, vel sub eo pudenda faciunt, quasi adhuc in nocte et tenebris ignorantiæ Dei versarentur.

Vers. 16. — *Sed ut sapientes, redimentes tempus.* Redimere hic idem quod emere : sic redemptores vectigalium vocamus eorumdem emptores ; q. d. : Stu-

ut panem emas, sic perde nummos ut emas tibi quietem, ait D. August., serm. 24 de Verbis Apostoli. Tempus denique redimit qui quod alii perdunt in potationibus, in luxuriis, in ludo, etc., ipse dat vigiliis, psalmis et canticis spiritualibus, sicut hic hortatur D. Paulus : *Et nolite inebriari... sed implemini Spiritu sancto...* De pretio temporis, de tempiperdis et de temporis furibus vide apud Cornelium à Lapide.

Vers. 17. — Propterea nolite fieri imprudentes... Vide paraphrasim. De voluntate Dei, vide dicta, v. 10.

Vers. 18. — Et nolite inebriari vino, in quo. Hoc *in quo* referri potest ad *vinum*, vel ad *inebriari;* si ad vinum referatur, debet intelligi immoderatè sumptum, sicque erit idem ac inebriari.

Luxuria. Græc., ἀσωτία, quo nomine potest intelligi universum genus intemperantiæ, lasciviæ, prodigalitatis, etc., quasi ebrietas sit omnium vitiorum mater et nutrix, et impellat ad quodlibet intemperantiæ genus. Benè tamen ἀσωτία pro luxuriâ speciatim sumitur, quia, ut ait D. Hieronymus, venter mero æstuans facilè despumat in libidinem. Ἄσωτος, *perditus*, nequam, homo prodigus, lascivus, intemperans, immersus vitiis, cujus deplorata salus.

Sed implemini Spiritu sancto... Vide paraphrasim. Quanta ebrietatum differentia ! et quàm differunt carnalium et spiritualium virorum deliciæ ! Isti vino replentur, hi Spiritu sancto ; istis vinum parit gaudium carnale, his Spiritus sanctus dat gaudium spirituale et divinum ; istos vinum impellit ad omne genus intemperantiæ, hos Spiritus sanctus ad omne bonum opus, ad laudes, ad gratiarum actionem. Ut hoc in te fiat, ora sæpè : *Veni, sancte Spiritus, reple tuorum corda fidelium...*

Vers. 19. — Loquentes vobismetipsis in psalmis... Exprimit modum quo repleantur Spiritu sancto : nimirùm si quando convenitis, sive in templum ad orandum et ad Agapen, sive in domum, ad mensam et cibum ; vel ad opus ; si, inquam, recitetis et cantetis psalmos, etc. *Psalmus* in genere, seu apud profanos, idem est ac cantio, præsertim quæ fit citharæ pulsu ; in sacris autem Scripturis, est sacra cantio, quales sunt Psalmi Davidis.

Hymnus, laudes Dei continens.

Canticum spirituale, ut determinetur ad sacrum. Psallentes in cordibus vestris ; Græc., *in corde vestro*, id est, non voce tantùm, sed et corde.

Vers. 20. — Gratias agentes semper in omnibus.....

Notæ litterales et morales in hos v. 18, 19, 20.

Mens Apostoli est Ephesios hic hortari ad sanctam et spiritualem lætitiam, ad fugiendam verò omnem intemperantiam ; quasi diceret : Nolite sicut Simoniani et sicut infideles inebriari vino, carnalibusque deliciis et voluptatibus indulgere ; lascivis et amatoriis, sicut illi, cantionibus uti ; sed repleamini Spiritu sancto, spirituali et sanctâ lætitiâ ; ideòque recitate et cantate inter vos invicem psalmos, etc. Hinc observa antiquum morem psalmos et hymnos cantandi apud Christianos, non tantùm in ecclesiis, sed et in domibus privatis. Hinc etiam disce qualis debeat esse Christianorum agape, mensa et convivium : carnibus et vino corpus et animam non obruant ; sed in Spiritu sancto, sese invicem oblectent sacris colloquiis et hymnis ; cantionibus lascivis non se recreent ; sed spiritualibus canticis Deum laudent, Deo gratias agant.

Contra luxum conviviorum vide moralitatem apud Cornelium à Lapide.

Ex ultimis v. 19 verbis duo discat omnis cui psallendi munus incumbit : primùm, Deo, non voce tantùm, sed et corde psallere ; secundùm, sic cum aliis psallentibus consentire, ut psallentium omnium sit cor unum, anima una, et, quantùm fieri potest, vox una.

Non vox, sed votum, non chordula musica, sed cor,
Non cantans, sed amans, cantat in aure Dei.

Hos versus ex D. Augustino refert Cornelius à Lapide.

Vers. 21. — Subjecti invicem in timore Christi ; Græc., *Dei*. Hic ponit generale principium christianæ politiæ, scilicet obedientiam inferiorum ; non timore pœnæ, aut timore hominum, sed ob reverentiam Christi. Hoc autem principium generale prosequitur, et per partes explicat in sequentibus.

Observatio moralis.

Inferiores Christum in suis superioribus aspiciant : à Deo quippe omnis potestas et subordinatio. Omnis superior est Dei et Christi vicarius erga suum inferio-

diosè emite opportunitatem proficiendi in viâ Dei et virtute, et bona opera ac merita accumulandi ; emite, inquam, eam quarumvis rerum dispendio. Ita Theoph.

Quoniam dies mali sunt, id est, quia tempus hujus vitæ plenum est tentationibus et laqueis peccatorum.

Vers. 17.—*Propterea nolite fieri imprudentes*, etc. ; cùm dies mali sint, et omnia peccandi periculis plena. Ne sitis imprudentes et incauti in conversatione vestrâ, ne tempus benè agendi vobis effluat ; sed date operam ut intelligatis quid Deus à vobis velit fieri.

Vers. 18. — *Et nolite inebriari vino, in quo*, (scilicet vino, vel *in quo*, scilicet inebriari ; q. d. : In ebrietate) *est luxuria.*

Sed implemini Spiritu sancto, id est, gratiâ et lætitiâ spirituali, atque in universum bonis spiritualibus.

Vers. 19. — *Loquentes vobismetipsis in psalmis et hymnis*, etc. Non vox, sed votum ; non chordula musica, sed cor ; non cantans, sed amans, cantat in aure Dei, ait Augustinus.

Vers. 20. — *Gratias agentes semper pro omnibus*, gratiis, donis et beneficiis à Deo acceptis, *in nomine Domini nostri Jesu Christi*, per nomen Jesu Christi, id est, per Christum, qui hæc dona, gratias, et beneficia nobis promeruit et obtinuit. *Deo et Patri*, refer ad *gratias agentes*. Jubet enim ut gratias agamus *Deo et Patri*, id est, Deo Patri. Deus noster, à quo corpus, animam, gratiam et bona omnia accepimus. Pater, qui paterno affectu nos quasi filios suos omnibus suis bonis pascit et inebriat.

Vers. 21.— *Subjecti invicem in timore Christi*, q. d.: Ex timore filiali, id est, ex amore Christi obedite superioribus vestris qui vicarii sunt Christi.

rem. Cùm paret igitur inferior, Christum aspiciat et præ Christi timore et reverentiâ, Domino et superioribus obediat; sic Christo et Deo omnium Domino obediet.

Christus propter nos factus est obediens usque ad mortem..... Hujus insignis obedientiæ Christi Domini recordetur Christianus omnis obediens, seu inferior, et suam obedientiam referat ad obedientiam Christi; seu obediat Christianus, quia obedivit Christus, et eo animo et fine quo Christus obediit. Sicut exinanitio et humilitas Christi usque ad servitutem et obedientiam facta est laus et gloria infinita Dei, sic, si nostram servitutem et obedientiam uniamus Christi obedientiæ et exinanitioni, Deum in Christo, cum Christo et per Christum honorabimus infinitè. Hoc obediendi et serviendi præceptum directè quidem spectat ad inferiores, potest tamen et quodammodò spectare ad superiores, quatenùs ex charitate tenentur sese inferiorum modulo accommodare, ut illis prosint; etenim qui præsunt, ideò præsunt, ut prosint. Hinc ad Galat. 5, 13, per *charitatem spiritûs servite invicem*. Sic autem servit, qui postpositis propriis negotiis et utilitatibus accommodat se utilitatibus proximi sui.

Vers. 22. — Mulieres viris suis subditæ sint..... A genere descendit ad species, applicatque mulieribus quod generatim dixit de omnibus subditis. Christum Dominum in suo superiori respiciat et revereatur inferior. Mulier Christum Dominum revereatur in viro suo.

Sicut Domino, refertur ad Christum Dominum, non ad viros; aliàs dicendum fuisset : Sicut dominis.

Vers. 23. — Quoniam vir caput est mulieris, sicut... ipse salvator corporis ejus; Græc., *corporis*, sine addito; Syr. : *Servator corporis. Corporis ejus*, Hebraismus est, pro sui, id est, Salvator Ecclesiæ, quæ est suum corpus mysticum.

Vers. 24. — Sed sicut Ecclesia subjecta est Christo..., ita et mulieres..., in omnibus. Intellige quod dixit Coloss. 3, 18 : *Sicut oportet in Domino*, seu, intra limites disciplinæ, ut ait Tertullianus. Mulier itaque subdita sit viro suo, quasi Christo Domino; quem in marito debet honorare; ab ipso dependeat, ut à capite. Ipsi confidat, ipsumque amet quasi servatorem, à quo nutritur, protegitur, omniaque necessaria ei suppeditantur. Exemplum habet in Ecclesiâ Christum reverente, Christo confidente, Christo ex amore serviente.

Vers. 25. — Viri, diligite uxores..... Dedit obedientiæ exemplum et præceptum uxoribus; dat nunc dilectionis exemplum et præceptum maritis. Vir diligat uxorem suam, sicut Christus dilexit Ecclesiam. Amor Christi in Ecclesiam sit exemplar et regula amoris illius in uxorem; istius amoris mensura sit, vitam ipsam, si necesse sit, pro ipsâ dare.

Vers. 26. — Ut illam sanctificaret....., in verbo vitæ. Græca et Syrus non habent, *vitæ*, sed tantùm *in verbo*. Per hoc verbum, D. Chrysostomus, Theodoretus, Theophylactus, D. Thomas et plerique post illos, intelligunt formam baptismi : *Ego te baptizo in nomine...* Quidam tamen, inter quos Estius, putant id intelligi debere de verbo fidei, seu de verbo doctrinæ evangelicæ, ut fide suscepto; ita ut D. Paulus mundationem tribuat et sacramento et verbo; sitque sensus :

Tradidit semetipsum pro ecclesia, ut ex immundâ, mundam sanctamque redderet, dùm videlicet aquæ baptismo, per verbum Evangelii creditum, ac fide susceptum, mundat eam à peccatis.

Vers. 27. — Ut exhiberet ipse sibi..., Græc. : *Ut exhiberet ipsam sibi ipsi;* Syr. : *Et statueret sibi ipsi Ecclesiam gloriosam, in quâ non sit macula, nec ruga*, etc. Hæc de Ecclesiâ triumphante absolutè vera sunt : de militante verò, si doctrina, sacramenta, leges et nobiliora ejus membra, nempe, justi, spectentur. Hinc Apostolus vult colligi : Sicut ergo Christus Ecclesiam, sponsam suam, ita dilexit, ut eam abluerit in proprio suo sanguine, nimirùm ut eam sibi sisteret sine peccati sordibus, sine rugâ vetustatis, sine ullo alio defectu, sed multo decore gloriosam, sic mariti debent uxores suas ita diligere, ut illarum nævos et maculas et infirmitates tolerent, et, quantùm est in illis, sanent et perficiant atque sanctificent monitis charitativis et vitæ suæ exemplis. Hoc maritos docet exemplum Christi supra allegatum : uxorum suarum sanctificationi intendere, nihil non facere, ut eas Christo dignas, seu verè christianas reddant. Hinc liquet quantùm à paganorum spurcitiis differre debeat christianum conjugium.

Vers. 22. — *Mulieres viris suis subditæ sint, sicut Domino*, Christo, id est, in viris suis considerantes Christum Dominum, qui est caput et sponsus Ecclesiæ.

Vers. 23. — *Quoniam vir caput est mulieris sicut Christus caput est Ecclesiæ : ipse* Christus *salvator corporis ejus*. Nota *ejus*, id est, sui; q. d. : Christus dat salutem corpori suo, id est, Ecclesiæ, sicut caput quod omnes sensus continet, salutem dat corpori, in illud influendo et dirigendo per visum, phantasiam et rationem. Ita Theophylactus.

Vers. 24. — *Sed sicut Ecclesia subjecta est Christo*, etc., subaudi, subjectæ sint.

Vers. 25. — *Viri, diligite uxores vestras*, etc., id est, adeò dilexit eam, ut semetipsum pro eâ daret in mortem.

Vers. 26. — *Ut illam sanctificaret*, id est, mundam Deo redderet ab omni impuritate peccati.

Mundans lavacro aquæ in verbo vitæ. Sensus Apostoli est : Tradidit semetipsum Christus pro Ecclesiâ, ut eam ex immundâ mundam sanctamque redderet; dùm videlicet aquæ baptismi per verbum Evangelii creditum ac fide susceptum, mundant eam à peccatis. Si quæras quomodò Christus Ecclesiam mundet lavacro aquæ, respondeo, velut instrumento virtutis divinæ, id est, signo efficaci ex ipsius Christi institutione et promissione.

Vers. 27. — *Ut exhiberet ipse sibi*, non tantùm mundam et puram, sed et *gloriosam*, multo decore et gloriâ illustrem *Ecclesiam, non habentem maculam* peccati, *aut rugam* vetustatis, *aut aliquid hujusmodi*, etc. Ecclesia dicitur sancta, quia caput Ecclesiæ, scilicet Christus, et præcipua ejus membra sancta sunt, sancta habet Sacramenta, sanctas leges, sanctum sanguinem Christi. Per *maculam* et *rugam* hìc intelligit peccata non levia et venialia, sed mortifera.

Vers. 28. — Ita et viri...; Græc. : *Ita debent viri*, non est *et*; Syr : *Sic oportet viros*, etc., sine *et*; juxta Vulgatam, *ita et*, id est, ita etiam. Novam hìc subministrat rationem, cur mariti suas uxores diligant, quia scilicet uxor est quid unum cum marito, ambo sunt una caro, unum corpus; hinc *qui uxorem suam diligit, seipsum*, suî partem *diligit*.

Vers. 29. — Nemo enim carnem suam.... Confirmat quod asseruit axiomate, lumine naturali noto : *Nemo seipsum*.... Et hoc axioma probat ab effectu; quilibet enim homo corpus suum nutrit et fovet, ipsique necessaria suppeditat. Cùm ergo uxor sit una caro cum marito, debet maritus eam diligere ut corpus suum, illam nutrire, fovere et ornare.

Sicut et Christus... Hoc confirmat rursùs exemplo Christi : *Sicut Christus* Ecclesiam, corpus suum, nutrit verbo, carne suâ et sanguine proprio, illamque vestit gratiâ suâ et Spiritûs sancti donis.

Vers. 30. — Quia membra sumus..... De Ecclesiâ, Christi sponsâ, et de singulis fidelibus, mystici corporis Christi, seu Ecclesiæ membris, dicit hìc Apostolus quod Adam dixit de Evâ ex suo latere sumptâ : *Hoc nunc os ex ossibus meis, et caro de carne meâ*, Genes. 2, 23.

Membra sumus corporis ejus, id est, Ecclesiæ.

De carne ejus et de ossibus ejus; Syr. : *Ex carne ejus et ex ossibus ejus;* id est, spiritualiter formati ex carne ejus, pro nobis cruci affixâ; et de ossibus ejus, pro nobis in cruce etiam suspensis : quia ex toto corpore Christi pro nobis in cruce dormientis, manavit gratia, quâ formatum est corpus Ecclesiæ; sicut ex carne et ossibus Adæ dormientis formata est Eva.

Notæ litterales.

Ad pleniorem ergo horum verborum intelligentiam, nota, quòd Eva, Adæ sponsa, figura fuit Ecclesiæ, Christi sponsæ. Evæ formatio ex latere dormientis Adæ, figura fuit et symbolum formationis Ecclesiæ, ex latere Christi in cruce dormientis et immolati. Christo quippe mortuo, apertum est latus ejus, et *continuò exivit sanguis et aqua*. Aqua significat Baptismum; sanguis significat Eucharistiam; Baptismus est sacramentorum initium; Eucharistia verò est illorum complementum et consummatio; et consequenter hæc duo omnia alia sacramenta comprehendunt et repræsentant. Hinc ex latere Christi emanâsse sacramenta D. Augustinus affirmat, et consequenter ipsa Ecclesia emanavit, et ad hæc omnia aspexisse D. Paulum valdè probabile est.

Aliqui tamen hunc, v. 30, explicant per respectum ad sanctam Eucharistiam, in quâ corpus et sanguinem Domini sumimus; ipsique fimus concorporei et consanguinei, ut aiunt sancti Patres. Et hoc etiam probabile, ita ut Apostolus post allusionem ad Baptismum, v. 26, factam, hìc ad sanctam Eucharistiam alludat.

Prima tamen interpretatio videtur naturalior, quia Eucharistia Ecclesiam supponit jam formatam, pascit enim et nutrit eam; ipsius ergo cibus est, non mater. Atverò Ecclesia, per meritum et pretium carnis et ossium Christi immolatorum, ejusque sanguinis effusi, et formata est, seu instituta, et sanctificata.

Vers. 31. — Propter hoc relinquet homo.... Prosequitur et instat asserti sui probationem, nimirùm uxorem à viro diligendam, idque tandem conficit S. Scripturæ auctoritate. Formatâ Evâ, de eâ dictum est, *propter hoc*, id est, propter feminam ex viro sumptam, *relinquet homo...*, adhærebit, etc.; Græc., *agglutinabitur ad uxorem*, etc. Ambigitur quis hæc verba protulerit : an Deus? an Adam? an Moyses? Matth. 19 ad Deum referuntur; sed constat quòd hæc verba docent arctissimum et inviolabile esse matrimonii vinculum : maritum et uxorem non tam duos esse, quàm unum quid, et consequenter eos etiam unum esse debere in amore, sicque virum debere uxorem suam, ut seipsum, diligere.

Vers. 32. — Sacramentum hoc magnum est.... Explicat mysticè mysterium præcedentibus sacræ Scripturæ verbis expressum, nempe primum Adami et Evæ matrimonium. *Magnum sacramentum*, Græc., *mysterium est*. Ego autem dico...; Græc., *in Christum et in Ecclesiam*, id est, si referatur ad Christum et ad Ecclesiam, quia expressivum et repræsentativum erat unanimis et indissolubilis unionis Christi cum Ecclesiâ. Sicut enim homo relinquit patrem et matrem, ut adhæreat uxori suæ, sic quodammodò Christus in Incarnatione Patrem suum dereliquit, et postea matrem suam Synagogam, ut Ecclesiæ christianæ sponsæ suæ adhæreret.

Ex hoc v. 32, patet quòd Adæ matrimonium cum Evâ fuit sacramentum, seù, ut ait Græcus textus, mysterium; signum rei sacræ, scilicet unionis Christi cum Ecclesiâ. *Idem* dici potest, et pleniori jure, de matrimoniis omnium ejus posterorum, etiam infidelium : hi enim reliquerunt patrem et matrem, ut adhærerent uxoribus suis, quod non potuit Adamus.

Constat aliunde, et est de fide definitum ex traditione, quòd in Ecclesiâ christianâ matrimonium fidelium est non tantùm mysterium, sensu supradicto, sed et sacramentum gratiam conjugibus ex opere operato conferens. Ita concilium Tridentinum. An verò id efficaciter ex hoc loco probetur, affirmat Bellarminus, et aliqui post eum; negat Cajetanus, Vasquez, qui Bellarmini argumenta dissolvit, negant et plerique, quia à Christo hoc signum elevatum est ad gratiam

Vers. 28. — *Ita et viri debent diligere uxores suas ut corpora sua*, etc. Hoc est, exemplo Christi, ea quæ salutaria sunt illis providere, sicut caput providet corpori.

Vers. 29. — *Nemo enim unquàm carnem suam odio habuit*; etc. : Scilicet ut carnem suam nutrit ac fovet, omnia suppeditando quæ ad ejus salutem pertineant.

Vers. 30. — *Quia membra sumus corporis ejus*, etc., quia in hâc naturâ ipse caput est, nos membra.

Vers. 31. — *Propter hoc relinquet homo patrem et matrem suam*, etc. Hoc est, duo erunt velut una caro, unum corpus, unus homo, etc.

Vers. 32. — *Sacramentum hoc magnum est*, etc. Sacramentum seu mysterium præcedentibus verbis significatum magnum est, etc. *Ego autem dico*, id est,

sacramenti ; at ante Christum verum erat id quod hìc dicit Apostolus : *Propter hoc relinquet*, etc.; ergo hinc non colligitur efficaciter quòd matrimonium gratiam conferat. Vide Estium, Fromondum, etc.

Vers. 33. — Verumtamen et vos singuli... Licèt autem hoc ita sit, quòd sit mysterium, et de Christo principaliter intelligatur, *verumtamen et vos* ad litteram adimplete, etc. Vide paraphrasim.

Observatio moralis.

Conjugatorum munera reducuntur ad amorem; in viro, sit tener, purus, vigilans et laboriosus; in uxore, humilis, obediens, reverentialis. Triplex est hujus amoris conjugalis motivum et ratio in verbis D. Pauli supra relatis expressa : Unum sunt corpus; unus homo; unum sacramentum, Christi unionem cum Ecclesiâ repræsentant; diligant ergo se naturaliter, rationabiliter, supernaturaliter. Plura vide in sequenti notâ litterali et morali in hos omnes versus ad conjugatos spectantes.

Notanda et colligenda.

A v. 22 usque ad finem capitis Apostolus conjugatos docuit matrimonii christiani sanctitatem; docuit et eos quæ sua sint munera, si christianè et sanctè velint in suo statu vivere; utrumque autem juxta D. Pauli mentem breviter hìc exponere operæ pretium puto, ut à conjugatis non ita profanetur, quod magnum est sacramentum. Exponam igitur primò quæ sit christiani matrimonii sanctitas; deinde quæ conjugatorum munera.

De sanctitate matrimonii christiani.

Sacramentum hoc magnum est; ego autem dico in Christo et in Ecclesiâ, v. 32. Hinc colligitur quòd sanctitas et excellentia matrimonii christiani consistit in eo quòd matrimonium emanet ab unione Christi cum Ecclesiâ; cujus unionis est imago, signumque repræsentativum. Hanc autem Christi unionem cum Ecclesiâ matrimonium Christianorum quasi adimplet et perficit, cùm dat Ecclesiæ filios, Christoque membra mystica; est ergo unionis Christi ita repræsentatio, ut sit et adimpletio, atque consummatio.

Sacramentum hoc magnum est; ego autem dico in Christo et in Ecclesiâ, v. 32, quasi diceret : Hoc sacramentum magnum est, non in se, nec præcisè ut est signum et sacramentum, sed in suo significato, Christo scilicet et Ecclesiâ; seu quatenùs significat magnam illam et admirabilem unionem Christi et Ecclesiæ. Magnum est ergo suâ significatione, seu quia rem magnam repræsentat. Quatuor sacramenta dicuntur magna, ait D. Thomas hìc : Baptismus, ratione effectûs, delet culpam, aperit paradisi januam; Confirmatio, ratione ministri, à pontificibus solùm confertur : Eucharistia, ratione continentiæ, totum Christum continet; Matrimonium, ratione significationis, quia significat conjunctionem Christi cum Ecclesiâ.

Major hujus excellentiæ dilucidatio.

Ut hæc sublimitas et magnitudo christiani matrimonii clariùs intelligatur, ejusque sanctitas à conjugatis non ita profanetur, duplex notari debet Christi unio cum Ecclesiâ : unio realis et physica, unio moralis et mystica. Realis et physica, facta est per Incarnationem, quâ Christus, seu potiùs Verbum divinum, naturam humanam, et consequenter homines, hominumque Ecclesiam, sibi univit et sponsavit; et hæc unio est arctissima, indissolubilis, et cæterarum origo. Moralis et mystica fit per gratiam et charitatem, quâ copulatur Ecclesiæ, sponsæ suæ. Utramque hanc unionem et physicam et moralem Christi cum Ecclesiâ, repræsentat christianum matrimonium ; et *in hoc magnum est sacramentum*. Realis et physica conjugatorum unio, seu actus matrimonii, est repræsentatio physicæ et realis Christi, per Incarnationem, cum naturâ nostrâ unionis. Hinc tanta præcipitur in actu conjugali sanctitas. *Honorabile connubium*, ait D. Paulus, *thorus immaculatus*. Requiritur puritas in intentione, honestas in modo, moderatio et sobrietas in usu. Qui secùs facit, violat sacramentum, profanat rem sacram; sanctissimam Christi unionem turpiter et impudicè repræsentat; est quasi sacrilegus et profanus. Videant ergo conjugati sanctissimam omnium unionem sanctè et dignè repræsentare, ne fiant profani sacramentorum violatores. Pudeat conjugatos immoderatos, impudicos, qui tantùm abest ut Christi et Ecclesiæ unionem sanctissimam dignè repræsentent, quin et ipsas bestias suâ brutalitate superent. Moralis conjugatorum unio, seu conjugalis affectus, moralem Christi cum Ecclesiâ, per charitatem, unionem repræsentat. Hinc tanto studio hanc cordium unionem et concordiam conjugatis hìc commendat Apostolus. Hinc ergo discant conjugati discordes, se falsarios esse et mendaces; se malè et falsò Christi et Ecclesiæ personas gerere; imò se, suis discordiis Christo et Ecclesiæ maximam injuriam ingerere, quasi Christus ipse et Ecclesia forent discordes. Christi ergo et Ecclesiæ estis opprobrium, ô conjugati discordes et impuri !

De conjugatorum muneribus.

1° Uxoris munera expressè docuit Apostolus, v. 22, 23, 24, 33. Mulier subdita sit viro, quasi Christo, quem in marito debet honorare; à viro, velut à capite suo dependeat; ipsi confidat quasi tutori et servatori; ipsum diligat, quasi nobiliorem suî partem, revereatur tanquàm dominum. Uxor itaque Christum Dominum aspiciat in suo marito, sicque suam sanctificabit dependentiam, perficiet reverentiam, consummabit fidelitatem. Recordetur se suo statu Ecclesiam Christi repræsentare; sit ergo in hâc repræsentatione fidelis et sincera. Sicut Ecclesia Christum reveretur, Christo in omnibus obedit, Christum amat et colit,

mysterium hoc explico, et intelligendum doceo de Christo et Ecclesiâ, *in Christo et in Ecclesiâ*, scilicet significandâ.

Vers. 33. — *Verumtamen et vos singuli*, etc., facite ut Sacramentum quod repræsentatis et geritis, reipsâ præstetis et exprimatis : ut nimirùm quisque maritus diligat uxorem quasi suam carnem, imò quasi seipsum, sicut Christus diligit Ecclesiam : et uxor quæque timeat, id est, revereatur virum suum, sicut Ecclesia reveretur et colit Christum.

ita conjux maritum, qui Christi personam gerit in illum, revereatur, ipsi obediat, ipsum diligat, et ex amore ipsi serviat, et quæcumque poterit humanitatis et charitatis officia persolvat.

2° Viri conjugati munera expressit D. Paulus, v. 25, 26, 27, 28, 29, 35. His versibus maritos docet primò amorem Christi erga Ecclesiam, sponsam suam, exemplar et regulam esse amoris, quem maritus uxori suæ debet. Diligat ergo uxorem suam vir christianus, *sicut Christus Ecclesiam*, v. 25. Secundò docet maritalis in uxorem amoris mensuram esse, semetipsum, si necessitas foret, morti pro eâ tradere, *sicut Christus seipsum tradidit pro Ecclesiâ*, v. 25. Tertiò docet maritalis amoris in uxorem, finem proximum, esse suæ conjugis sanctificationem, atque perfectionem. Sicut *Christus Ecclesiam dilexit ut eam sanctificaret*, ita vir uxorem diligat ut illam sanctificet, v. 26. Quartò docet ejusdem amoris finem ultimum esse, suæ conjugis futuram cum Deo unionem æternam. Sicut Christus Ecclesiam sanctificavit, *ut eam exhiberet sibi sponsam immaculatam*, v. 27, ita vir conjugem suam, quantùm est in illo, sanctificet, ut eam Deo dignam reddat. Hinc ergo discat maritus quàm tener, at quàm purus, quàm vigilans et laboriosus debeat esse suus erga conjugem amor. Amet tenerè, sed pure, sicut Christus; amet vigilanter et laboriosè; ipsi necessaria provideat et suppeditet, et ipsius infirmitates toleret, ipsi compatiatur, sicut Christus providet Ecclesiæ, etc. Sic autem provideat et suppeditet necessaria, ut luxui non indulgeat; sic invigilet ipsi, ut eam non contristet; sic regat et imperet, ut non cogat; sic amet, ut non æmuletur; sic complaceat et compatiatur, ut non adulatur; sic honoret, ut non extollat et inflet; sic illi sit totus, ut non sit servus, sed sponsus; auctoritatem ab amore non separet, nec amorem ab auctoritate; sicut in Christo auctoritas et amor in Ecclesiam sunt inseparabiles. Quò autem major est viri in conjugem auctoritas, utpote auctoritatis Christi in Ecclesiam emanatio et participatio, eò sanctiùs illâ utatur, ipsâ nunquàm abutatur.

Felix connubium, in quo maritus Christum Dominum semper cogitat, ut imitetur; faciens erga sponsam quod Christus erga Ecclesiam; uxor verò Ecclesiam semper habet in mente, ut viro suo sit subdita, sicut Ecclesia Christo.

Corollarium pietatis, seu in hoc capite ad pietatem maximè notanda, et ad praxim redigenda.

1° Ab Apostolo discamus omnes charitatem verè Christianam. Christianus, quia Dei filius, Dei patris sui charitatem debet imitari; sicut ergo Deus totus et semper charitas est, ita Christianus, divinæ charitatis particeps, in charitate semper ambulet, et ab eâ nunquàm deficiat; fratres suos semper diligat, v. 1. Christianus, quia Christi membrum, et quasi Christus alter, Christi charitatem debet imitari, fratres suos debet diligere, sicut Christus dilexit nos; sicut ergo Christus ita nos dilexit, ut semetipsum Deo pro nobis obtulerit ad mortem, sic Christianus fratres suos ita diligat, ut et pro eis, si opus sit, vitam impendat. Hæc duo, Dei charitas, Christi charitas, sunt meæ charitatis exemplaria; nec minora mihi præbet Apostolus imitanda. O Deus charitas! tu te cordi meo imprime; da mihi charitatem; illam novi, illam desidero, utinam et tandem habeam! O Christi charitas! tuis ardoribus ure cor meum, da mihi sic diligere, ut ad tui exemplum paratus sim sanguinem pro fratribus fundere.

2° Ab eodem Apostolo discamus quanta debeat esse nostra puritas. Christianus, quia Christi membrum, Christique corpus, sit mundus totus, corde, corpore, ore, mente. Cor sit ab omni avaritiâ mundum, corpus ab omni impudicitiâ, lingua ab omni verbo obsceno, mens ab impurâ cogitatione. *Fornicatio, omnis immunditia, aut avaritia, nec nominetur in vobis.* De talibus impuritatibus nec cogitate, nec loquimini, ut sitis tali pari, sicut decet sanctos. Heu! quantum ab hâc omnimodâ puritate disto! Da, ô Deus, recordari semper cujus capitis sum membrum, ut omnem vel minimam oris et mentis impuritatem horream, omnimodæ semper studeam puritati: simque tandem omninò purus mente, corde, ore, opere, v. 3.

3° Et ab eodem Apostolo discat omnis quidem Christianus, at præsertim omnis religiosus, omnisque sacerdos, Deo specialiter consecratus, quantum sit illis malum, si verba scurrilia, ad rem non pertinentia, proferant, v. 4. Per Baptismum Deo consecratus es, et Spiritu sancto sigillatus; per vota religionis, et per ordines sacros, specialissimè et totus Deo devotus, verba tamen scurrilia, turpia profers. Heu! sicut alter Balthasar, vasa Deo sacra, usibus profanis impendis, horrendumque quoddam sacrilegium committis! Heu! quot hujusmodi sacrilegia committuntur. *Delicta juventutis meæ et ignorantias meas ne memineris, Domine.* Da in posterum sanctè vivere, piè loqui.

4° Et ab Apostolo nostro tria aut quatuor ad omnes Christianos pertinentia discamus. Nomen nostrum, regulam nostram, munus nostrum, prævaricationum nostrarum reparationem. Nomen Christiani, *lux in Domino*, *filius lucis*, v. 8, seu Christi, *qui lux est mundi.* Regula Christiani, quod beneplacitum Deo, voluntas Dei, v. 10. Munus Christiani, filii lucis, lucere, suâque luce alios illuminare, instruere, arguere, v. 13. Ad hæc tria attendat unusquisque, et in se reflexus, videat quomodò nomini suo respondet: an reverà sit lux, suâ doctrinâ, suis exemplis; an verò titio fumans? Quomodò regulam suam adimplet: an studeat Dei voluntati cognoscendæ et faciendæ? an ad illam omnia sua referat? Quomodò suo munere fungitur: an suâ luce illuminat, instruit, arguit? an verò suo fumo obscurat, suoque fœtore scandalizat? Ad præteriti reparationem, ab Apostolo discamus et quartum, quomodò redimendum tempus, v. 16. Vide observ. moral.

5° Conjugati discant christiani matrimonii sanctitatem; discant et sua munera. Hæc autem videantur exposita in fine capitis, immediatè ante hoc corollarium.

CAPUT VI.

1. Filii, obedite parentibus vestris in Domino: hoc enim justum est.

2. Honora patrem tuum, et matrem tuam; quod est mandatum primum, in promissione:

3. Ut benè sit tibi, et sis longævus super terram.

4. Et vos, patres, nolite ad iracundiam provocare filios vestros; sed educate illos in disciplinâ et correptione Domini.

5. Servi, obedite dominis carnalibus cum timore et tremore, in simplicitate cordis vestri, sicut Christo;

6. Non ad oculum servientes, quasi hominibus placentes, sed ut servi Christi facientes voluntatem Dei ex animo,

7. Cum bonâ voluntate servientes, sicut Domino, et non hominibus:

8. Scientes quoniam unusquisque, quodcumque fecerit bonum, hoc recipiet à Domino, sive servus, sive liber.

9. Et vos, domini, eadem facite illis, remittentes minas; scientes quia et illorum et vester Dominus est in cœlis; et personarum acceptio non est apud eum.

10. De cætero, fratres, confortamini in Domino, et in potentiâ virtutis ejus.

11. Induite vos armaturam Dei, ut possitis stare adversùs insidias diaboli:

12. Quoniam non est nobis colluctatio adversùs carnem et sanguinem, sed adversùs principes et potestates, adversùs mundi rectores tenebrarum harum, contra spiritualia nequitiæ, in cœlestibus.

13. Propterea accipite armaturam Dei, ut possitis resistere in die malo, et in omnibus perfecti stare.

14. State ergo succincti lumbos vestros in veritate, et induti loricam justitiæ,

15. Et calceati pedes in præparatione Evangelii pacis;

16. In omnibus sumentes scutum fidei, in quo possitis omnia tela nequissimi ignea extinguere;

17. Et galeam salutis assumite; et gladium spiritûs (quod est verbum Dei);

18. Per omnem orationem et obsecrationem orantes omni tempore in spiritu, et in ipso vigilantes in omni instantiâ et obsecratione pro omnibus sanctis,

19. Et pro me, ut detur mihi sermo in apertione oris mei cum fiduciâ, notum facere mysterium Evangelii:

20. Pro quo legatione fungor in catenâ, ita ut in ipso audeam, prout oportet me, loqui.

21. Ut autem et vos sciatis quæ circa me sunt, quid agam: omnia vobis nota faciet Tychicus, charissimus frater, et fidelis minister in Domino;

22. Quem misi ad vos in hoc ipsum, ut cognoscatis quæ circa nos sunt, et consoletur corda vestra.

23. Pax fratribus, et charitas cum fide, à Deo Patre, et Domino Jesu Christo.

CHAPITRE VI.

1. Vous, enfants, obéissez à vos pères et à vos mères, en vue du Seigneur; car cela est juste.

2. Honorez votre père et votre mère: c'est le premier des commandements auquel Dieu ait promis une récompense:

3. Afin que vous soyez heureux, et que vous viviez long temps sur la terre.

4. Et vous, pères, n'irritez point vos enfants; mais ayez soin de les bien élever, en les corrigeant et les instruisant selon le Seigneur.

5. Vous, serviteurs, obéissez à ceux qui sont vos maîtres selon la chair, avec crainte et avec respect, dans la simplicité de votre cœur, comme à Jésus-Christ même.

6. Ne les servez pas seulement lorsqu'ils ont l'œil sur vous, comme si vous ne pensiez qu'à plaire aux hommes; mais comme étant serviteurs de Jésus-Christ, faisant de bon cœur la volonté de Dieu.

7. Servez-les avec affection, regardant en eux le Seigneur, et non les hommes,

8. Sachant que chacun recevra du Seigneur la récompense du bien qu'il aura fait, soit qu'il soit esclave, soit qu'il soit libre.

9. Et vous, maîtres, témoignez de même de l'affection à vos serviteurs, ne les traitant point selon vos menaces, sachant que vous avez les uns et les autres un maître commun dans le ciel, qui n'aura point égard à la condition des personnes.

10. Enfin, mes frères, fortifiez-vous dans le Seigneur, et dans sa vertu toute-puissante.

11. Revêtez-vous de toutes les armes de Dieu, afin de pouvoir vous défendre des embûches et des artifices du diable.

12. Car nous avons à combattre, non contre des hommes de chair et de sang, mais contre les principautés et les puissances infernales, contre les princes du monde, c'est-à-dire, de ce siècle ténébreux, contre les esprits de malice répandus dans l'air.

13. C'est pourquoi prenez toutes les armes de Dieu, afin que vous puissiez résister au jour mauvais, et demeurer fermes.

14. Soyez donc fermes: Que la vérité soit la ceinture de vos reins; que la justice soit votre cuirasse;

15. Que vos pieds aient une chaussure qui vous dispose à suivre l'Evangile de paix.

16. Servez-vous surtout du bouclier de la foi, afin de pouvoir repousser tous les traits enflammés du malin esprit.

17. Prenez encore le casque du salut et l'épée spirituelle, qui est la parole de Dieu;

18. Invoquant en esprit et en tout temps, par toutes sortes de supplications et de prières, et vous employant avec une vigilance et une persévérance continuelles, à prier pour tous les saints,

19. Et pour moi aussi, afin que Dieu, m'ouvrant la bouche, me donne des paroles pour annoncer librement le mystère de l'Evangile,

20. Dont j'exerce la légation dans les chaînes; et que j'en parle avec la liberté et la hardiesse que je dois.

21. Quant à ce qui regarde l'état où je suis, et ce que je fais, Tychique, notre cher frère et fidèle ministre du Seigneur, vous apprendra toutes choses.

22. Et c'est pour cela même que je l'ai envoyé vers vous, afin que vous sachiez ce qui se passe à notre égard, et qu'il console vos cœurs.

23. Que Dieu le Père et le Seigneur Jésus-Christ donne à nos frères la paix et la charité avec la foi.

24. Gratia cum omnibus qui diligunt Dominum nostrum Jesum Christum in incorruptione. Amen.

24. Et que la grâce soit avec tous ceux qui aiment notre Seigneur Jésus-Christ d'un amour pur et sans tache. Amen.

ANALYSIS.

Versibus 1, 2, 3, *jubet ut filii parentibus obediant juxta Dei præceptum.*

℣ 4. *Parentes monet ut in filiorum suorum educatione, nimiam vitent severitatem, quæ exacerbet, et nimiam indulgentiam, quæ toleret omnia; sed eos instruant et corrigant juxta doctrinam Domini.*

℣ 5. *Servis præcipit ut dominis obediant cum reverentiâ et sinceritate, sicut ipsi Christi Domino, v.* 6, *ideòque, non in præsentiâ tantùm, sed ubique et semper, v.* 7, *cum benevolentiâ et affectu, scientes quòd in hoc ministerio voluntatem Dei faciunt, à quo mercedem recipient æternam, v.* 8.

℣ 9. *Dominos hortatur ut erga servos suos sese humanè, benignè et benevolè gerant; scientes quòd communem cum eis Dominum et Judicem habent, qui non personas respicit, sed merita.*

His omnium partium familiæ sic compositis, attendens Apostolus quanta et quàm periculosa sit nobis lucta cum dæmonibus, omnes Ephesios alloquens, v. 10, *hortatur ut in Domino sint fortes, in ejusque potentiâ confidant, et, v.* 11, *induant armaturam Dei.*

℣ 12. *Exaggerat hostium nostrorum potentiam, et calliditatem; hincque, v.* 13, *concludit necessitatem assumendæ hujus armaturæ, quam per partes exponit, v.* 15, 16, 17; *balteus vester sit veritas; lorica sit justitia; ocreæ, præparatio animi; scutum fides; galea spes; gladius verbum Dei.*

℣ 18. *Sic armatos hortatur ad assiduam orationem pro omnibus, et, v.* 19, *pro se Paulo, Christi vincto, ut liberè et audacter, annuntiet Evangelium, v.* 20.

℣ 21. *Mittit Tychicum ad eorum consolationem; denique pacis et gratiæ apprecatione claudit Epistolam.*

PARAPHRASIS.

1. Filii, obedite parentibus vestris, secundùm Dominum, seu conformiter legi divinæ, in omnibus quæ divino cultui et pietati non repugnant: hoc enim est justum.

2. Ad hanc obedientiam obligat Dei præceptum: *Honora patrem tuum*, etc., et invitat promissio huic præcepto adjuncta; est enim primum præceptum, cui propria et specialis addita est promissio:

3. Scilicet, ut feliciter et diù vivas.

4. Et vos, parentes, cavete ne filios vestros nimiâ severitate, minis aut verberibus exacerbetis; sed studete ut illos educetis, tum instructionibus, tum correptionibus moderatis, christianis, et conformiter ad Christi Domini doctrinam.

5. Servi, obedite dominis, qui corporibus vestris dominantur, cum timore, id est, eos reveremini; et ad illorum jussa tremite, ea sollicitè exequentes, idque recto et simplici corde, sicut Christo Domino, quem vobis repræsentant.

6. Non solùm in præsentiâ, quasi hominibus tantùm placere studentes; sed, ut servi Christi, voluntatem Dei facite sincerè, et ex animo.

7. Cum benevolentiâ servientes ipsis, non sicut hominibus, sed sicut Christo Domino, qui id à vobis exigit, et qui præmium dabit.

8. Cùm sciatis unumquemque, quod fecerit bonum, reportaturum à Domino, sive sit servus, sive liber; hæc quippe discrimina Deus non respicit in judicio.

9. Et vos, domini, vicissim paria, proportionaliter, facite servis vestris; id est, humanè, benignè et benevolè vos gerite erga illos, scientes quòd communem Dominum et Judicem habetis in cœlo, qui non personas respicit, sed merita.

10. De cætero, fratres mei, fortes estote, vires et animos sumite in Domino nostro Jesu Christo, et in potenti virtute ejus.

11. Induite vos plenam et universam armaturam Dei, quâ à capite ad talos usque armati, possitis resistere insidiosis et astutis diaboli insultibus, illosque irritos reddere.

12. Quoniam colluctatio nostra non est contra homines, carne et sanguine constantes, et consequenter infirmos, sed contra spiritus potentissimos, scilicet contra principatus, contra potestates, contra dæmones illos, qui in hoc tenebricoso mundo dominantur; contra spirituales nequitias, seu spiritus nebulones et nequam, qui in hoc aere degunt.

13. Cùm tales habeatis hostes, propterea assumite universam armaturam Dei, ut illâ induti possitis illæsi resistere in periculoso tentationis die; et per omnia et in omnibus perfecti, seu perfectè armati, stare et vincere.

14. State ergo in prælio circumcincti veritate, tanquàm balteo, et justitiam induti quasi loricam.

15. Et ocreæ vestræ sint animi vestri præparatio ad Evangelium, tum moribus exprimendum, tum verbis annuntiandum et propugnandum.

16. In omnibus tentationibus sumite scutum fidei: hoc quippe clypeo omnia hostis vestri, licèt versutissimi, jacula, licèt ignita, et velut ignis penetrantia, repelletis et extinguetis.

17. Et spes de salute æternâ, ex Christi meritis concepta, sit vobis quasi galea; et verbum Dei, sit gladius vester.

18. Sic à capite ad talos armati, Deum assiduè invocate, corde et animo, omnimodâ oratione, et cum omni instantiâ; et ad hoc ipsum, seu ut in spiritu oretis instanter omni tempore, vigilate cum magnâ sedulitate et perseverantiâ, orantes, non pro vobis tantùm, sed et pro Christianis omnibus,

19. Et pro me speciatim, ut dùm est occasio evangelizandi, et loqui voluero, det Deus verba, quibus liberè et intrepidè notum faciam arcanum Evangelii.

20. Cujus Evangelii gratiâ, legatione apostolicâ,

etiam nunc, licèt in vinculis, fungor; orate igitur, ut detur mihi, prout oportet, illud audacter et liberè prædicare.

21. Quantùm autem ad ea quæ ad me spectant, quomodò res meæ habeant, et quid faciam, hæc omnia Tychicus, noster charissimus frater, et fidelis Christi minister, nota faciet vobis.

22. Illum ad hoc ipsum misi vobis, ut cognoscatis quis sit rerum nostrarum status, et vos consoletur.

23. Pax sit Christianis fratribus, et charitas cum fide augeatur in illis à Deo Patre, et à Domino Jesu Christo.

24. Gratia sit cum omnibus qui diligunt Dominum nostrum Jesum Christum purè et sanctè. Amen.

COMMENTARIA

Vers. 1. — Filii, obedite parentibus... in Domino. *In Domino* jungi debet verbo *obedite*. Postquàm enim dixit generaliter, v. 21, cap. 5 : *Subjecti estote invicem in timore Christi*, tres deinde subjectionis species explicat : scilicet uxoris marito, filiorum parentibus, servorum dominis ; et de unàquàque subjectione dicit verbis æquivalentibus, *in Domino*, ut indicet modum sanctificandi subjectiones. *In Domino*, id est, propter Dominum, ob amorem et reverentiam Domini Patris cœlestis, quem in parentibus revereri debetis.

Hoc enim justum est. Fundat hanc obligationem, primò, in jure naturali, quasi diceret : Quid æquius quàm ut obedias eis per quos vitam recepisti, et quibus par nunquàm poteris reddere? Hanc subjectionem exigit quidem ipsa naturalis æquitas ; sed ut sit verè pia et christiana et supernaturalis hæc filiorum obedientia, subordinetur Deo Patri cœlesti et ad Patrem referatur æternum. Consideret ergo filius Deum in parentibus suis, cujus imaginem gerunt et personam; et sub hoc respectu ipsos colat et revereatur *in Domino* et propter Dominum.

Vers. 2. — Honora patrem tuum... Secundò, hanc filiorum obligationem obediendi parentibus fundat in lege Dei illam præcipientis. Tertiò, in promissione huic præcepto adjunctâ.

Quod est mandatum primum in promissione, seu cum promissione, seu cui adjuncta est promissio specialis et propria, nimirùm longævæ vitæ. Hujus promissionis sapientiam miraberis, si spectes quòd Deus loquatur pueris et adolescentibus, cœlestia et æterna nondùm concipientibus, ideòque promittit illis quod omnis homo naturaliter appetit, statim ac aliquâ ratione utitur, diù scilicet et feliciter vivere. Ejusdem promissionis æquitatem miraberis, si consideres quod D. Thomas docet in opusculis : Filii, inquit, obtinent vitam à parentibus, sicut milites feudum obtinent à rege ; sicut ergo milites feudi conservationem merentur, quamdiù regi homagium præstant, ita filii merentur vitæ conservationem, quamdiù parentes honorant : è contra, sicut milites regi rebelles feudo spoliantur, ita filii parentibus rebelles vitâ privari merentur. Hæc autem longævæ vitæ promissio non est absoluta, quasi Deus tali parentùm honore obligetur ad dandam longam vitam, sed tantùm spem dat longævæ vitæ filiis obedientibus. *Honora patrem... ut sis longævus...*, id est, si honores parentes, est quòd speres longævitatem. Quòd si longævitatem tibi Deus non det, meliora dabit, cœlestia scilicet et æterna. Temporalia Judæis promissa figurabant spiritualia christianis promissa : terra Chanaan erat figura regni cœlestis : sic longævitas vitæ figura erat æternæ vitæ.

Vers. 3. — Ut benè tibi sit... *Ut* non designat præcepti servandi finem, sed effectum præcepti servati.

Vers. 4. — Et vos patres... sed educate... Vide paraphrasim. In disciplina, Græc., ἐν παιδείᾳ. Παιδεία significat tam instructionem quàm castigationem, seu tam instructionem per verba quàm per pœnas.

Et correptione. Græc., ἐν νουθεσίᾳ. Νουθεσία ad verbum est in animo positio, seu instructio quæ in alterius mente ponitur. Est autem ambigua vox, significans, secundùm D. Hieronymum, admonitionem ; secundùm alios, correptionem, objurgationem. Iis itaque verbis docet Apostolus quòd parentes debeant filios instruere et corrigere. Addendo autem *in correptione* Domini, docet quòd correctio debet esse moderata, christiana, secundùm Christi Domini doctrinam. *Discite à me quia mitis sum....*

Duo sunt parentùm vitia in filiorum educatione. Primum, nimia severitas, quæ exacerbat. Secundum, nimia indulgentia, quæ tolerat omnia. Utrumque vitabunt, si primò instruant, deinde corrigant, cum hoc discrimine, quòd instructio debet esse multa, correctio moderata. Instructio sit omnium fidei articulorum et vitæ christianæ officiorum. Correctio, seu punitio sit præcipuarum culparum. Instruant non severè, non minis, non clamoribus; sed rationabiliter, sensum et rationem illis paulatim aperiendo et veritates in illorum mentibus ponendo, ipsisque rationes manifestando propter quas hæc fugienda sunt, illa verò facienda. Puniant non irati, non passionum impetu rapti, sed tranquilli, rationabiles et moderati, postquàm illos de reatu convicerunt, illisque rationem dederunt ob quam pœnâ et correptione digni sunt et puniuntur. Hoc est in Domino instruere et corripere. Primùm, fieri debet instructio per verba, deinde per pœnas : verba sint frequentia, pœnæ ra-

Vers. 1. — *Filii, obedite parentibus vestris in Domino*, id est, Domini amore et reverentiâ. *Hoc enim justum est*, ut à quibus vitam acceperimus, obedientiam iis reddamus.

Vers. 2. — *Honora patrem tuum*, etc., id est, cum promissione, id est, primum cui adjuncta sit expressa et specialis promissio.

Vers. 3. — *Ut benè sit tibi*, etc., hoc est, ut feliciter ac diù vivas super terram.

Vers. 4. — *Et vos, patres, nolite ad iracundiam provocare filios vestros*, ut scilicet vestrâ duritie, asperitate, nimiis verberibus aut laboribus filios vestros oneretis et irritetis. *Sed educate illos in disciplinâ et correptione Domini*, date eis christiana monita, quibus

ræ ; adhibendæ tamen statim ac liciti et illiciti cognitionem habent filii.

Vers. 5. — Servi, obedite dominis carnalibus. Græc., *secundùm carnem*, id est, qui dominium habent in carnem vestram, seu in corpora vestra. *Obedite* cum timore, non tantùm reverentiali, quo et uxor marito, et filii parentibus debent obedire, sed et tremebundo, seu qui in quemdam corporis tremorem excat : corporis gestus interiorem ostendat reverentiam.

In simplicitate cordis vestri, id est, idque non apparenter tantùm, sed recto et simplici corde, Christum Dominum, in dominis vestris repræsentatum, reverentes.

Vers. 6. — Non ad oculum servientes. Græc. : *Non secundùm ocularem servitutem.* Ὀφθαλμοδουλεία, *ocularis servitus.* Id est, non tantùm in præsentiâ, seu, sub oculis dominorum, sicut faciunt qui hominibus tantùm placere student. Ἀνδροπωρεσκοὶ, *hominibus placentes.*

Vers. 7. — Cum bona voluntate. Græc., *cum benevolentiâ.* Sicut *Christo* Domino. Id repetit et inculcat, ut Christum Dominum in suis dominis aspiciant, eisque propter Christum Dominum id jubentem obediant.

Vers. 8. — Scientes quoniam... ; *scientes* per fidem, quòd si propter eum dominis vestris obedieritis, ab eo præmium æternum reportabitis.

Observationes morales.

Nota primò quòd hæc Apostolus loquitur non servis, quales nunc sunt apud Christianos, sed mancipiis, quales tunc erant multi, qui convertebantur ad Christum Dominum, vel cum dominis suis, vel sine illis. Si autem à mancipiis hanc requirit sanctitatem, quantò magis ab ingenuis? Hinc ergo, nota secundò christianæ servitutis conditiones. Servus obediat domino suo, illumque revereatur, sicut Christum Dominum. Sincerè et ex animo, non apparenter tantùm; non metu pœnæ, sed ex benevolentiâ. Non tantùm in oculis, et in illius conspectu, sed ubique et semper, sive videat, sive non videat. Non quasi hominis gratiam aucupari velit, sed ut Deo placeat, cujus se servum agnoscit, cujusque voluntatem facit in hoc suo ministerio : à quo solo, ut pote supremo Domino et judice præmium exspectat; sciens quòd Deus hominis personam non respicit, sed opus, et quòd quicumque bonum fecerit mercedem habebit. Hujus ergo mercedis æternæ, quæ Deus ipse est, memor servus, homini fideliter serviat quasi Deo, cujus personam et auctoritatem repræsentat.

Vers. 9. — Et vos, domini, eadem (proportionaliter), id est, illis imperate humanè, benignè, benevolè, etc.

Scientes quia et illorum... Græc. : *Scientes quia et vester illorum Dominus est*, id est : *Scientes*, quòd vos ipsi, licèt domini, superiorem tamen et Dominum habetis in cœlo, qui et vos, nullo dignitatum habito respectu, judicabit.

Observatio moralis.

Hinc discat herus christianus qualis erga suos domesticos esse debeat, non superbire, non imperiosè in illos agere, sed sese mitem et benignum, benevolum eis exhibere; quippe qui servorum suorum frater est in Christo, ejusdem corporis membrum, ejusdem Domini conservus ; Domini, inquam, apud quem non est personarum acceptio, sed qui unumquemque judicabit secundùm merita ; qui à dominis exiget dominii sui et in servos tyrannidis rationem, quique talem se dominis duris et immisericordibus exhibebit quales illi erga subditos suos fuerunt.

Vers. 10. — De cætero, fratres.... Postquàm instruxit speciatim conjugatos, parentes et filios, dominos et servos, Epistolam finiturus, redit ad generalem fidelium instructionem, eosque omnes, ut Christi milites considerans, hortatur ad pugnam. Et quia militi duo sunt necessaria, scilicet animus et arma : hinc primò, hortatur ut sint fortes ; secundò, ad arma capienda excitat.

Confortamini in Domino. Hinc discamus unde nobis auxilium quærendum ; scilicet *in Domino*, et in *omnipotenti virtute ejus. Dominus mihi adjutor, non timebo... Si Deus pro nobis, quis contra nos?* Dominus noster Jesus Christus suâ potenti gratiâ adest nobis ; fortes itaque et generosi simus : tali duce et propugnatore vincemus. Confortari ergo in Domino, est vires sumere fide et spe in gratiam, opem et auxilium Domini.

Vers. 11. — Induite vos armaturam Dei. Græc.,

modum benè et christianè vivendi addiscant.

Vers. 5. — *Servi, obedite dominis carnalibus, cum timore et tremore*, id est, cum magnâ sollicitudine. *In simplicitate cordis vestri, sicut Christo*, id est, recto et simplici corde, tanquàm serviatis Christo, qui omnia videt, etiam occulta cordis.

Vers. 6. — *Non ad oculum servientes, quasi hominibus placentes*, etc. Sincerè et ex animo facite ea quæ Deus præcipit.

Vers. 7. *Cum bonâ voluntate*, etc., cum benevolentiâ.

Vers. 8-9. — *Scientes quoniam unusquisque quodcumque fecerit bonum... Et vos, domini, eadem facite illis*, exhibete similem humanitatem, *remittentes minas*, ne sitis in servos imperiosi et minaces. *Scientes quia et illorum et vester Dominus est in cœlis.* Scientes quòd communem Dominum ac judicem habetis vos et illi.

Et personarum acceptio non est apud eum, nempe Dominum Christum ; q. d. : Judex ille non personas respicit, sed merita, etc.

Vers. 10. — *De cætero, fratres, confortamini in Domino*, etc., curam adhibete ut ad pugnandum fortes sitis *in Domino*, id est, per Christum, *et in potentiâ virtutis ejus*, id est, per potentiam ac fortitudinem ejus, sive quam ille suppeditat, seu potiùs, quâ ille vos adjuvat ; hæc autem est potentia et virtus divina.

Vers. 11. — *Induite vos armaturam Dei.* Vocat armaturam Dei, quia per hæc arma, tanquàm manu Dei fabricata, pugnamus ; imò Deus ipse in nobis pugnat.

Ut possitis stare adversùs insidias diaboli, id est, ut possitis in fide et rectitudine vitæ christianæ persistere adversùs insidiosos assultus et machinationes diaboli ; quas scilicet ille vobis struit per ministros suos hæreticos, philosophos, Judæos, ac cæteros impios.

πανοπλίαν, *universam armaturam;* seu universum armorum apparatum quem Deus suis militibus subministrat. Hæc arma sigillatim exponit, v. 14, 15, etc.

Adversus insidias diaboli : Quasi diceret : Callidissimum habemus hostem ; nobis itaque necessaria est armorum universitas, ne quis sit in nobis vulneri locus, hincque mortem inferat. Astutias diaboli vide apud Cornelium à Lapide ; hic, ibid., vide vincendi modum.

Vers. 12. — Quoniam nobis non est colluctatio... Tot verba, tot rationes, ob quas et vigilare debemus et semper et universaliter esse armati. Nostra pugna non est contra homines, qui caro sunt et sanguis, et ideò fragiles et infirmi, seu hostes nostri non sunt homines corporei, fragiles et infirmi, sed spiritus subtilissimi, robustissimi, nequissimi, iique principes, potestates... Nostra pugna contra diabolum esse dicitur, non adversùs carnem ; non quòd non sit etiam nobis pugnandum cum carne et mundo, sed quia caro et mundus sint quasi instrumenta et arma, quibus nos impugnat diabolus, sicque hostis noster propriè diabolus est. *Adversùs principes...*; eadem graduum nomina de dæmonibus usurpantur, quæ de angelis, quia ex omnibus ordinibus aliqui cum Lucifero ceciderunt :

Mundi rectores. Græc., κοσμοκράτορας, id est, *mundi dominos*, mundi potentes. Tertull. ad Marc. 5, *mundi tenentes*. Dictio nova et quam D. Hieronymus putat à D. Paulo primùm fictam.

Tenebrarum harum. Hic genitivus meliùs cohæret cum compositâ dictione Græcâ κοσμοκράτορας. Syrus traduxit : *Possessores mundi hujus tenebrosi*. Per mundum autem tenebrosum, intellige impios, infideles, idololatras, quorum tunc plenus erat mundus, et in quibus dominabatur dæmon, tanquàm fortis armatus. Sancti sunt filii lucis et lux, ut dictum est supra, cap. 5, v. 11; infideles, impii, sunt tenebræ et filii tenebrarum : et quia tunc plerique tales erant, hinc dæmon dicitur *princeps hujus mundi, rector tenebrarum harum*, id est, hominum infidelium.

Contra spiritualia nequitiæ, id est, spirituales nequitias, seu spiritus nequam.

In cœlestibus. Syr., *qui sub cœlo sunt*. Hinc ergo collige necessitatem vigilandi et universa arma Dei assumendi. Si enim quæras hostis nostri naturam, spiritus est invisibilis ; si numerum, *Legio mihi nomen est*, ait unus ex illis ; si indolem, nequissimus est et malitiosissimus ; si fraudem et astutias, est versutissimus ; si potestatem, est mundi dominus, rector et princeps tenebrarum ; si odium et inimicitiam, est irreconciliabilis, semper rabidus, semper ubique quærens omni modo mortem et perniciem nostram. Hinc D. Joan. Chrysostomus : Dic, quæso, quomodò deliciaris? Quomodò inermis vincere poteris?

Vers. 13. — Propterea accipite. Græc., *propter hoc*, etc.

In die malo, id est, in die tentationis, in die mortis. Tota vita, dies malus, quia pugna continua. *Militia est vita hominis....*, at præcipuè dies mortis, ubi lucta à quâ pendet æternitas : ut in hâc die vincamus, omni die stemus adversùs diabolum eique resistamus, sicque ob consuetudinem facilè resistemus in fine vitæ.

Et in omnibus perfecti...., perfectè armati. Græc. : *Et omnia conficientes, state :* seu postquàm omnia perfeceritis, *state*. Syr. : *Cùmque in omnibus instructi fueritis, stetis. Stare*, resistere, vincere.

Vers. 14. — State ergo succincti lumbos... Enumerat, et per partes exponit, panopliam hominis christiani, cujus prima pars est balteus. Syr. : *State igitur et accingite lumbos vestros veritate.*

Veritas, id est, bona fides, veracitas, sinceritas, atque fidelitas in promissis, sit vester balteus militaris. Alludit D. Paulus ad Isai. 11, v. 17, ubi dicitur de Christo : *Et fides;* secundùm Septuaginta : *Et veritas erit cinctorium renum ejus*. Et non immeritò bona fides, fidelitas in promissis, balteo comparatur ; astringit enim hominem suis verbis, suisque promissis, sicut balteus circumcingit et astringit corpus militis. Estote ergo Christo fideles, et fidelitas in servando jurejurando quod ei ut vestro duci dedistis in Baptismo, sit vester balteus qui vos ejus milites ostendat.

Et induti loricam justitiæ, id est, justitia et sanctitas operum, sit vestra lorica, justitia scilicet ex fide *per dilectionem operante*. Meritò etiam justitia ex fide per charitatem operante comparatur loricæ, quia cor armat, animat, roborat, perfectâ in Deum fiduciâ ; cor quasi tegit et tutum contra tentationes reddit ob consuetudinem benè agendi et malum fugiendi.

Vers. 15. — Et calceati pedes in præparatione..., quasi diceret : et alacres et prompti, semperque parati et ad ambulandum in viam Evangelii, et ad illud infidelibus annuntiandum, et ad illud contra hæreticos, Simonianos et Gnosticos propugnandum. Alloquitur Ephesios in doctrinâ evangelicâ perfectos, et qui alios docere et arguere possint. Meritò etiam hæc alacritas et promptitudo, seu fervor comparatur

Vers. 12. — *Quoniam non est nobis colluctatio adversùs carnem et sanguinem*. Mundi rectores intelligit dæmones qui in tenebroso hoc aere dominantur.

Vers. 13. — *Propterea accipite armaturam Dei, ut possitis resistere in die malo*. Diem malum intelligit diem periculosum, id est, tempus tentationis, præsertim ejus quæ movetur ab hostibus fidei.

Et in omnibus perfecti stare. Sensus est ut, omni armatu, à sufficienter instructi ac præparati, stare possitis in pugnâ contra hostes, et non cadatis aut loco cedere cogamini.

Vers. 14. — *State ergo succincti lumbos vestros in veritate*. Veritas hic significat fidelitatem et integritatem. Vult esse succinctos veritate, id est, fidelitate quasi cingulo.

Et induti loricam justitiæ, id est, justitia sit vobis pro loricâ seu thorace militari.

Vers. 15. — *Et calceati pedes*, etc. Præparatio autem hæc, est alacris promptitudo, et prompta alacritas animi, partim ad ambulandum in viam Evangelii pacis, partim ad id annuntiandum. Ut per infensissimos dæmonum cuneos fortiter pergamus et penetremus in cœlum.

ocreis, quia sicut qui nudis incedit pedibus, timidè et ægrè incedit in locis arduis, qui autem calceatus, seu ocreatus, incedit audacter per ardua quæque, ita tepidi omnia timent; fervidi autem ad omnia sunt semper parati.

Vers. 16. — In omnibus. Alii vertunt, *super omnia*, sicque sensus est : ante omnia, et præcipuè sumite scutum fidei, etc. Sed meliùs cum nostro interprete : *In omnibus*, supple, tentationibus, *sumite scutum fidei*. Quasi diceret : Fides vestra sit firma, constans et solida; hâc fide omnia diaboli tela, licèt ignita, non modò repelletis, sed et extinguetis. Idem nos docuit D. Petrus 1, 5 : *Cui resistite fortes in fide*. Idem et D. Joan. : *Fides vincit mundum*, Joan. 1, 4.

Ignea tela *diaboli*, sunt libidines omnes quæ concupiscentiam accendunt.

Vers. 17. — Et galeam salutis. Græc., *salutaris*, id est, Christi, ait D. Hieronymus. D. Paulus 1 Thess. 5, v. 8, explicat quæ sit illa galea, *induti galeam, spem salutis*. Itaque spes in Christum, qui est caput nostrum, sit galea nostra.

Et gladium spiritus... Verbum Dei est gladius, quia intima penetrat, hocque possumus uti, tum ad nostram defensionem, tum ad hostis impugnationem. Hoc gladio Christus dæmonem jugulavit in deserto; eodem Christianus potenti Dei gratiâ adjutus ipsum quoque jugulabit. Hominis itaque christiani panoplia hæc est : Ipsius galea, est spes in Christum. Lorica, seu thorax, est justitia, sanctitas, opera sancta. Balteus, veritas, bona fides, fidelitas in servandis Deo promissis. Ocreæ, præparatio animi ad Evangelium exsequendum, annuntiandum, propugnandum. Dextera gladium, id est, verbum Dei tenet; sinistra scutum fidei.

Vers. 18. — Per omnem orationem...; à capite ad talos sic armatos, docet nunc à quo debeant in prælio auxilium petere, et unde exspectanda victoria. Hostis noster nequissimus, versutissimus, semper, ubique, omni modo, nostram quærit perniciem, ut dictum est v. 11. Hinc omni tempore, in omni loco, omni modo, mentaliter, vocaliter, etc., debemus orare, in spiritu *et veritate*, corde verè religioso et in Deum pio; verè humili et reverenti.

Vigilantes in hoc ipsum, ut cor sit verè pium et religiosum, non distractum et non tepidum.

Instanter, cum fervore et perseverantiâ, charitate purâ, universali; pro omnibus sanctis militantibus; pro totâ Ecclesiâ militante; in communione sanctorum per Jesum Christum, sanctum sanctorum totiusque Ecclesiæ caput.

Vers. 19. — Et pro me. Ecce, inquit Grotius (quem cito contra Calvinistas), quanti Paulus preces piorum fecit; cùm ille, tantæ apud Deum gratiæ, speret se aliorum precibus posse adjuvari, et nos æstimabimus Pauli cum Christo regnantis preces nihil nobis prodesse? Hæc omnia Grotius, hic. *Et pro me*. Orandum præcipuè et particulariter pro prælatis, pastoribus, apostolis et concionatoribus, omnibusque Ecclesiæ ministris, ut Deus ipse illorum os aperiat, non ambitio, non avaritia, etc.; det illis verba, sensus, modos subditorum et auditorum saluti congruos; det illis sanctam verum dicendi libertatem et fiduciam : legationis pro Christo munus dignè adimpleant, idque *in ipso*, in Christi Spiritu.

Vers. 20. — Pro quo legatione, Syr., *Cujus legatione fungor in catenis, ut cum fiduciâ eloquar illud, prout oportet eloqui*.

Vers. 21. — Ut autem et vos... hinc colligitur hanc Epistolam per Tychicum latam.

Vers. 22. — Quem misi... et consoletur corda ve-

Vers. 16. — *In omnibus sumentes scutum fidei*. Ante omnia ac præcipuè scutum fidei sumendum est ac manu tenendum in hâc pugnâ.

In quo possitis omnia tela nequissimi ignea extinguere, quo scuto fidei excipere, repellere et extinguere possitis omnia ignita jacula variarum tentationum à diabolo immissa, quibus ille corda hominum incendit, inflammatque ad peccandum : cui resistite fortes in fide; q. d. : Fide tanquàm scuto repellite adversarium vestrum diabolum. Anima quoties peccat, toties vulneratur.

Vers. 17. — *Et galeam salutis assumite*. Per galeam salutis seu salutaris, spes futurorum bonorum videtur accipienda. *Induti galeam spem salutis*, 1 Thess. 5, galeam quæ caput servet et salvet, id est, galeam, quæ est ipsa salus, allata à Christo, et sperata à Christianis, hoc est, spes salutis.

Et gladium spiritûs, quod est verbum Dei. Et gladium sancti Spiritûs, id est, à Spiritu sancto subministratum accipite, ac manu tenete; quem gladium interpretor verbum Dei. Dextra tenet gladium, id est, verbum Dei : sinistra scutum, scilicet fidem.

Vers. 18. — *Per omnem orationem et obsecrationem orantes omni tempore in spiritu*. Sensus est : Et hæc facite, multis orationibus et obsecrationibus Deum assiduè precantes, ut vos pugnantes adjuvet, et victores faciat; idque non solùm voce, sed in spiritu, hoc est, cum devoto cordis affectu. Oratio non est aliud quàm mentis in Deum elevatio, sive mentis cum Deo conjunctio.

Et in ipso vigilantes in omni instantiâ, et obsecratione, et ad hoc ipsum, ut assiduè Deum oretis in spiritu, vigilantes magnâ cum instantiâ, sedulitate et perseverantiâ.

Vers. 19. — *Pro omnibus sanctis; et pro me*. Sanctos intelligit fideles. Humilitatis autem est, quòd se post alios nominet, uti Theophylactus observat.

Ut detur mihi sermo in apertione oris mei cum fiduciâ, etc., q. d. : Ut Deus aperiat os meum, et inspiret sermones quos loquor, ut cum fiduciâ, id est, libertate, evangelizem.

Vers. 20. — *Pro quo legatione*, apostolatu, *fungor in catenâ*. Hinc patet hanc Epistolam Româ è vinculis esse scriptam, ait Hieronymus et Chrysostomus.

Ita ut in ipso, Evangelio scilicet prædicando, *audeam* : quasi dicat : Ut audacter et liberè causam meam è vinculis dicam meque defendam, et rationem reddam prædicati à me Evangelii, *prout oportet me*, tanquàm legatum summi Dei, liberè et intrepidè *loqui*.

Vers. 21. — *Ut autem et vos sciatis quæ circa me sunt*, id est, quæ ad me pertinent, quomodò res meæ habeant. *Quid agam*, in carcere constitutus.

Omnia vobis nota faciet Tychicus, etc., id est, in his quæ ad Christum Dominum pertinent.

Vers. 22. — *Quem misi ad vos in hoc ipsum, ut cognoscatis quæ circa nos sunt*, id est, quis rerum nostrarum sit status.

Et consoletur corda vestra, ne animis deficiatis ob tribulationes meas quas pro vobis et pro Evangelio

STRA, ob meam catenam tristia et sollicita.

VERS. 23. — PAX FRATRIBUS..., pax et concordia sit et augeatur fratribus.

ET CHARITAS fraterna, pacis principium.

CUM FIDE, charitatis fundamento.

A DEO PATRE, *à quo omne bonum perfectum.*

ET DOMINO NOSTRO JESU CHRISTO, nostro mediatore et causâ meritoriâ.

VERS. 24. — GRATIA CUM OMNIBUS... QUI DILIGUNT DOMINUM NOSTRUM JESUM CHRISTUM, IN INCORRUPTIONE, *absque corruptione*, ait Syrus. Id est, purè, sanctè, incorruptibiliter; seu ita ut ejus amor non corrumpatur adulterino amore seculi. Seu qui ita Christum Dominum diligunt, ut se immaculatos servent ab hoc seculo; itaque qui sic diligunt Dominum Jesum, ut et ejus præcepta servent. Da mihi, ò Deus, hujus benedictionis esse participem; ita te diligam ut et ex amore tibi serviam. Amen. Græc. habent : *Ad Ephesios scripta est à Româ per Tychicum.* Syr. : *Epistola ad Ephesios scripta è Româ et missa per Tychicum.* Similiter et Arabica versio.

patior. Pro *consoletur*, verti etiam potest, exhortetur.

VERS. 23. — *Pax fratribus, et charitas cum fide*, etc. Subaudi, sit vel augeatur ac multiplicetur.

VERS. 24. — *Gratia cum omnibus*, etc. *Gratia* complectitur omne genus beneficentiæ divinæ pertinens ad salutem vitæ æternæ. Eam precatur omnibus diligentibus Christum, *in incorruptione*, id est, purè et sanctè, cum vitæ castimoniâ, et absque corruptelis libidinum. Scripta Româ ad Ephesios per Tychicum.

Corollarium pietatis, seu in hoc capite ad pietatem maximè notanda et ad praxim redigenda.

1° Ex versu primo discant filii modum sanctè obediendi parentibus, cœlestem scilicet Patrem in illis considerando.

2° Ex v. 3 discant parentes modum filios suos sanctè educandi; illos scilicet instruant et corrigant; instruant, inquam, multùm; corrigant autem moderatè, et utrumque rationabiliter. Vide v. 3 et 4.

3° Ex v. 5, 6, 7, 8, discant servi modum christianè serviendi. Hos versus lege in commentario. Ex v. 9 discant heri modum sanctè domesticis suis imperandi.

4° Ex reliquo capite discant omnes Christiani necessitatem et modum sanctè et feliciter pugnandi contra nostræ salutis hostes. Quis et qualis iste noster hostis; v. 12. Quæ et qualis esse debeat armatura nostra; v. 13, 14, etc. Unde nobis sic armatis auxilium, quomodò illud implorandum; v. 18.

IN EPISTOLAM AD PHILIPPENSES

Præfationes.



Philippi, urbs Macedoniæ, sic dicta ob Philippum, Alexandri patrem, illius instauratorem.

D. Paulus in Macedoniam à Deo vocatus illo mirabili modo, de quo Act. 16, v. 9, Philippos primùm adiit, ibique Lydiam Purpurariam convertit ad fidem, ibidem, v. 13. Hæc itaque mulier fuit equidem Ecclesiæ Philippensis primitiæ; at primitiæ messis postmodùm, et citò abundantis futuræ.

Erga D. Paulum, apostolum suum, hæc Ecclesia fuit semper studiosissima; ipsaque sola ex tot Ecclesiis à Paulo fundatis, tam boni magistri necessitatibus providere sollicita, ut ipsemet testatur cap. 4, v. 15, huius Epistolæ.

Philippenses, quorum civitas à Philippo Macedoniæ rege conditore suo, nomen accepit; Macedones esse, et ex eâ provinciâ primos apostoli Pauli ministerio fuisse vocatos et conversos ad fidem Christi, idque non sine manifestâ significatione voluntatis divinæ, docet Actorum apostolicorum liber, cap. 16. Cùm ergo Paulus Romam profectus ibidem in vinculis teneretur, eâ re auditâ, Philippenses, quo in apostolum suum erant affectu, per Epaphroditum miserunt ad eum subsidium pecuniarium, quo se in carcere sustentaret, sicut et ante fecerant Thessalonicæ agenti. Quod utrumque Paulus ipse, sub finem hujus Epistolæ, commemorat. Ad eos igitur è vinculis, quorum disertè ac præclarè meminit 1 cap., post primam defensionem suam, secundo quo Romam venerat anno, per eumdem Epaphroditum hanc mittit Epistolam; quæ multam omninò laudem et commendationem Philippensium continet. Et quidem statim initio laudat eorum fidem, et ad profectum ac perseverantiam exhortatur. Deinde eos consolatur commemora-

Cùm audissent ergo Philippenses quòd Romæ in vinculis detineretur Apostolus, ad eum miserunt cum pecuniis Epaphroditum, tum ut per illum cognoscerent quo loco res essent; tum ut per illum forent ei solatio et ministerio, ait D. Chrysostomus in argumento.

Huic utrique muneri tam sedulò studuit Epaphroditus, ut ægrotârit Romæ, et ad mortem ægrotârit; ubi autem convaluit, illum ad suos remisit Apostolus; hanceque ei ad illos deferendam dedit Epistolam; quâ et gratias agit Philippensibus de ipsorum beneficentiâ, et eos edocet quo loco sint res suæ.

Cæteris omnibus lætior est hæc Epistola, blandior

et alacrior; modò congratulatoria, modò consolatoria, modò exhortatoria.

Congratulatur eis ob suam ad Evangelium beneficentiam, ob perseverantiam in fide et in bonis operibus, ob constantiam in passionibus; consolatur eos ob persecutiones quas propter Christum passi sunt, quod magnum Dei donum est. Hortatur, modò ut vitam Evangelio dignam ducant, modò ut adversis non frangantur; modò ut sint unanimes, concordiam, pacemque foveant; modò ut Christi humilitatem, charitatione fructûs evangelici, quæ ex vinculis ipsius provenerat, affirmans se pro Christo et vivere et mori paratum; simul et ipsos animans ad passionum tolerantiam, mox ad concordiam hortatur, et Christi humilitate ad imitandum eis propositâ, ad studium excitat sanctæ conversationis, spem faciens sui adventûs, præmisso interim Epaphrodito. Tertio cap. monet ut vitent pseudo-apostolos judaizantes; in quos Spiritu Dei accensus, ita invehitur, ut eos canes, malos operarios, et inimicos crucis Christi vocet, quorum deus venter sit, etc. Docetque non ex lege, sed ex fide Christi veram esse justitiam. Postremò, traditis quibusdam benè vivendi præceptis, gratias agit pro ipsorum erga se munificentiâ. Sanè, quod ad dogmata attinet convenire videtur argumentum hujus Epistolæ cum iis quæ ad Rom. et ad Gal. scriptæ sunt.

tem, obedientiam æmulentur; modò, ut pseudo-apostolis, quos canes vocat, malos operarios, inimicosque crucis Christi, fidem non habeant; denique, ut omnes christianas virtutes sectentur, quibus, ut filii lucis, seu quasi stellæ, fulgeant inter paganos.

Scripta fuit Romæ in vinculis, à quibus se liberandum insinuat, id est, in primis suis vinculis; à secundis enim non fuit liberatus, sed in illis martyrio coronatus est, anno Christi 62; et per Epaphroditum, jam sanum, probabiliter perlata.

Agitur enim in his omnibus, adversùs eos qui in lege Mosaicâ gloriabantur, observationem ejus ad salutem esse necessariam dictantes, licet nonnulli ea quæ, cap. 3 hujus Epistolæ, contra falsos doctores dicantur, detorqueant ad Simonianos hæreticos, præter Apostoli mentem, ut suo loco videbimus. Hieronymus in Comment. Epist. ad Philemonem, affirmat, et ostendere se putat, hanc Epistolam eodem tempore scriptam esse quo scriptæ sunt ad Ephesios, ad Coloss. et ad Philemonem epistolæ. Certè esse scriptam ex priore captivitate, liquet ex cap. 1, v. 15, et ex cap. 2, v. 24. Ex eodem 2 cap., ubi dicit : *Spero autem me Timotheum citò missurum ad vos*, constat non esse missam cum aliquâ ad Timotheum Epistolâ. Nam Timotheus cum ipso erat.

CAPUT PRIMUM.

1. Paulus et Timotheus, servi Jesu Christi, omnibus sanctis in Christo Jesu, qui sunt Philippis, cum episcopis et diaconibus.

2. Gratia vobis, et pax à Deo Patre nostro, et Domino Jesu Christo.

3. Gratias ago Deo meo in omni memoriâ vestrî,

4. Semper in cunctis orationibus meis pro omnibus vobis, cum gaudio deprecationem faciens,

5. Super communicatione vestrâ in Evangelio Christi à primâ die usque nunc;

6. Confidens hoc ipsum, quia qui cœpit in vobis opus bonum, perficiet usque in diem Christi Jesu :

7. Sicut est mihi justum hoc sentire pro omnibus vobis; eò quòd habeam vos in corde, et in vinculis meis, et in defensione et confirmatione Evangelii, socios gaudii mei omnes vos esse.

8. Testis enim mihi est Deus, quomodò cupiam omnes vos in visceribus Jesu Christi,

9. Et hoc oro ut charitas vestra magis ac magis abundet in scientiâ et in omni sensu :

10. Ut probetis potiora, ut sitis sinceri, et sine offensâ in diem Christi,

11. Repleti fructu justitiæ per Jesum Christum in gloriam et laudem Dei.

12. Scire autem vos volo, fratres, quia quæ circa me sunt, magis ad profectum venerunt Evangelii.

13. Ita ut vincula mea manifesta fierent in Christo in omni prætorio et in cæteris omnibus;

14. Et plures è fratribus in Domino confidentes vinculis meis, abundantiùs auderent sine timore verbum Dei loqui.

15. Quidam quidem et propter invidiam et conten-

CHAPITRE PREMIER.

1. Paul et Timothée, serviteurs de Jésus-Christ, à tous les saints en Jésus-Christ qui sont à Philippes, aux évêques et aux diacres.

2. Que Dieu notre Père et Jésus-Christ Notre-Seigneur vous donnent la grâce et la paix.

3. Je rends graces à mon Dieu toutes les fois que je me souviens de vous;

4. Et je ne fais jamais de prières que je ne prie aussi pour vous tous, ressentant une grande joie

5. De ce que vous avez reçu l'Evangile et y avez persévéré, depuis le premier jour jusqu'à cette heure.

6. Car j'ai une ferme confiance que celui qui a commencé le bien en vous, le perfectionnera jusqu'au jour de Jésus-Christ.

7. Et il est juste que j'aie ce sentiment de vous tous, parce que je vous ai dans le cœur, comme ayant tous part à ma joie, par celle que vous avez prise à mes liens, à ma défense et à l'affermissement de l'Evangile.

8. Car Dieu m'est témoin avec quelle tendresse je vous aime tous dans les entrailles de Jésus-Christ.

9. Et ce que je lui demande est que votre charité croisse de plus en plus en lumière et en toute intelligence,

10. Afin que vous sachiez discerner ce qui est le meilleur et le plus utile, que vous soyez purs et sincères, que vous marchiez jusqu'au jour de Jésus-Christ sans que votre course soit interrompue par aucune chute;

11. Et que, pour la gloire et la louange de Dieu, vous soyez remplis des fruits de justice par Jésus-Christ.

12. Or je désire que vous sachiez, mes frères, que ce qui m'est arrivé a servi à un plus grand progrès de l'Evangile;

13. En sorte que mes liens sont devenus célèbres dans toute la cour de l'empereur, et partout ailleurs pour la gloire de Jésus-Christ;

14. Et que plusieurs de nos frères en notre Seigneur, se rassurant par mes liens, ont conçu une hardiesse nouvelle pour annoncer sans crainte la parole de Dieu.

15. Il est vrai que quelques-uns prêchent Jésus-Christ par un esprit d'envie et de contention, et que

tionem, quidam autem et propter bonam voluntatem Christum prædicant;

16. Quidam ex charitate, scientes quoniam in defensionem Evangelii positus sum;

17. Quidam autem ex contentione Christum annuntiant non sincerè, existimantes pressuram se suscitare vinculis meis.

18. Quid enim? Dùm omni modo, sive per occasionem, sive per veritatem, Christus annuntietur, et in hoc gaudeo, sed et gaudebo.

19. Scio enim quia hoc mihi proveniet ad salutem, per vestram orationem, et subministrationem Spiritûs Jesu Christi,

20. Secundùm expectationem et spem meam, quia in nullo confundar; sed in omni fiducià sicut semper, et nunc magnificabitur Christus in corpore meo, sive per vitam, sive per mortem.

21. Mihi enim vivere Christus est, et mori lucrum.

22. Quòd si vivere in carne, hic mihi fructus operis est, et quid eligam ignoro.

23. Coarctor autem è duobus: desiderium habens dissolvi, et esse cum Christo, multò magis melius:

24. Permanere autem in carne, necessarium propter vos.

25. Et hoc confidens scio quia manebo, et permanebo omnibus vobis ad profectum vestrum, et gaudium fidei;

26. Ut gratulatio vestra abundet in Christo Jesu in me, per meum adventum iterùm ad vos.

27. Tantùm dignè Evangelio Christi conversamini: ut sive cùm venero, et videro vos, sive absens audiam de vobis, quia statis in uno spiritu unanimes, collaborantes fidei Evangelii.

28. Et in nullo terreamini ab adversariis; quæ illis est causa perditionis, vobis autem salutis, et hoc à Deo.

29. Quia vobis donatum est pro Christo, non solùm ut in eum credatis, sed ut etiam pro illo patiamini:

30. Idem certamen habentes, quale et vidistis in me, et nunc audistis de me.

les autres le prêchent par une bonne volonté.

16. Les uns prêchent Jésus-Christ par charité, sachant que j'ai été établi pour la défense de l'Evangile.

17. Et les autres le prêchent par un esprit de jalousie, avec une intention qui n'est pas pure, croyant me causer un surcroît d'affliction dans mes liens.

18. Mais qu'importe? Pourvu que Jésus-Christ soit annoncé de quelque manière que ce soit, soit par occasion, soit par un vrai zèle; je m'en réjouis, et je m'en réjouirai toujours;

19. Car je sais que l'événement m'en sera salutaire par vos prières et par l'infusion de l'Esprit de Jésus-Christ,

20. Selon la ferme espérance où je suis que je ne recevrai point la confusion d'être trompé en rien de ce que j'attends; mais que parlant avec toute sorte de liberté, Jésus-Christ sera encore maintenant, comme toujours, glorifié dans mon corps, soit par ma vie, soit par ma mort,

21. Car Jésus-Christ est ma vie, et la mort m'est un gain.

22. Que, si je demeure plus longtemps dans ce corps mortel, je tirerai du fruit de mon travail: ainsi je ne sais que choisir;

23. Je me trouve pressé des deux côtés; car, d'une part, je désire être dégagé des liens du corps, et être avec Jésus-Christ, ce qui est sans comparaison le meilleur.

24. Et, de l'autre, il est plus utile pour votre bien que je demeure encore en cette vie.

25. C'est pourquoi j'ai une certaine confiance qui me persuade que je demeurerai encore avec vous tous, et que j'y demeurerai même assez longtemps pour votre avancement et pour la joie de votre foi;

26. Afin qu'étant de nouveau retourné chez vous, vous ayez lieu de glorifier Jésus-Christ à mon occasion.

27. Ayez soin seulement de vous conduire d'une manière digne de l'Evangile de Jesus-Christ, afin que je voie moi-même étant présent parmi vous, ou que j'entende dire en mon absence, que vous demeurez fermes dans un même esprit, combattant tous d'un même cœur pour la foi de l'Evangile;

28. Et afin que vous demeuriez intrépides parmi tous les efforts de vos adversaires, ce qui est pour eux le sujet de leur perte, et pour vous celui de votre salut, et cela vient de Dieu.

29. Car c'est une grâce qu'il vous a faite, non seulement de ce que vous croyez en Jésus-Christ, mais encore de ce que vous souffrez pour lui;

30. Vous trouvant dans les mêmes combats où vous m'avez vu, et où vous entendez dire que je suis encore maintenant.

ANALYSIS.

1° *Singularem suum erga Philippenses declarat affectum; pro ipsis Deo gratias agens, et Deum orans; gratias agit ob illorum in Evangelium beneficentiam; orat ut illorum charitas magis ac magis abundet in scientiâ, sintque bonis operibus repleti, per Christi gratiam, à v.* 1 *ad* 12.

2° *Quia scire volunt quæ circa ipsum sunt; docet eos vincula sua ad Evangelii propagationem profuisse; ob illa à multis Christum liberius fuisse prædicatum; equidem ab aliquibus minùs sincerè; sed quidquid sit de modo, gaudet de facto, scilicet quòd annuntietur Christus, à v.* 12 *ad* 20.

3° *Etsi cupiat dissolvi et esse cum Christo, ad eorum tamen utilitatem, vitam præfert, gloriam differt, et in carne se mansurum affirmat, et ad eos venturum, à v.* 20 *ad* 26.

Interim hortatur ad dignam in Christo conversationem, vitamque Evangelio congruam, et ad patientiam in persecutionibus pro Christo, quæ magna Dei dona sunt, à v. 27 *usque in finem.*

PARAPHRASIS.

1. Paulus et Timotheus, servi Jesu Christi, omnibus fidelibus per Christum in Baptismo sanctificatis, qui sunt Philippis, cum episcopis et diaconibus, salutem.

2. Gratia et pax vobis sint à Deo Patre nostro, et à Domino Jesu Christo.

3. Gratias ago Deo meo, quoties mihi recurrit memoria vestri.

4. Et semper in omnibus meis ad Deum precibus, pro vobis omnibus cum gaudio deprecor.

5. Propter beneficentiam vestram, quam ex quo credidistis usque nunc, in Evangelium Christi, et in Evangelii ministros contulistis.

6. Confidens quòd Deus, qui tale bonum opus incœpit in vobis, illud perficere non cessabit, usque ad diem adventûs Domini salvatoris.

7. Et jure quidem merito hoc sentio de vobis omnibus; cùm vos in corde habeam amicissimos; et præterea cùm socii sitis gaudii mei, et in vinculis meis, et in defensione et confirmatione Evangelii : et ob hæc duo, perseverantiæ donum vobis vehementer exopto.

8. Testis enim Deus est, quomodò vos omnes tenerrimè diligam, in ipsis Jesu Christi visceribus.

9. Et hoc à Deo deposco vobis, nimirùm ut charitas vestra magis ac magis in dies crescat, et supercrescat in scientiâ et in omni prudentiâ.

10. Ut dijudicetis quæ meliora sunt et utiliora; ut sitis puri et sinceri, sine ullâ errorum admixtione; et ut inoffenso pede pergatis, et perseveretis usque in diem Christi gloriosam;

11. Repleti copioso bonorum operum proventu, per Jesum Christum, ad Dei gloriam et laudem.

12. Velim autem vos scire, fratres, quoniam quæ mihi acciderunt, Evangelio multùm profuerunt;

13. Ita ut vincula mea celebria facta sint ad Christi gloriam in totâ imperatoris aulâ, et in omnibus aliis Romæ locis.

14. Et plures in Domino fratres, felici vinculorum meorum successu roborati, ausi sunt frequentiùs et liberiùs, sine timore, verbum Dei annuntiare.

15. Equidem aliqui per invidiam in me, et contentionem adversùm me, Christum prædicant; quidam autem benè affecti, seu bonâ voluntate.

16. Quidam, inquam, ex charitate, et in me benè affecti, quia sciunt me à Christo ipso in præconem et propugnatorem Evangelii positum esse :

17. Quidam autem, contentionis animo, intentione non purâ, Christum prædicant, sed existimantes se vinculis meis novam molestiam excitaturos.

18. Quid ad me de modo et de intentione, dùm annuntietur Christus, quovis modo id fiat, seu vano et perverso prætextu, seu vero et sincero affectu? In hoc quòd annuntiatur et gaudeo et gaudebo.

19. Sico enim (quidquid intendant illi) hoc mihi cessurum ad spiritualem utilitatem, per auxilium orationum vestrarum, et per gratiæ Christi subsidium.

20. Conformiter intensæ exspectationi meæ, speique firmæ quam habeo quòd in nullo confundar, sed quòd in omni libertate animi ac fiduciâ Evangelium prædicando, sicut hactenùs prædicavi, Christum glorificabo in corpore meo, sive per vitam, sive per mortem.

21. Etenim vita mea Christus est. (Si vivo, Christo vivam,) et mors mihi lucrum. (Si morior, à miseriis liberabor, et ero cum Christo), sicque lucrabor.

22. Quòd si in hoc mortali corpore vivere fructuosum sit et utile, nescio quid eligam, an vivere, an mori.

23. Me duo simul premunt et coarctant; ex unâ parte desidero mori et esse cum Christo, quod mihi multò magis melius et utilius est (id est, sine ullâ comparatione melius),

24. At aliunde vobis necessarium est ut in carne permaneam et vivam.

25. Et hoc persuasus (quòd vita mea sit vobis necessaria), scio quòd in carne manebo, et (Græc.) compermanebo, id est, unà vobiscum multo tempore manebo, ad profectum vestrum, et ad fidei vestræ gaudium.

26. Ut ob meum ad vos reditum copiosiorem habeatis materiam vobis gratulandi, imò gloriandi in Christo Jesu (qui me vestri gratiâ servavit et liberavit).

27. Hoc unum attendite, ut sicut decet Evangelium Christi conversemini, id est, (vita vestra sit Evangelio congrua;) ut sive venerim vos invi um, sive absens, id est, (sive reddar vobis, sive sejungar;) audiam de vobis quòd in uno spiritu perseveratis, unoque animo (quasi facto agmine) certatis pro fide Evangelii;

28. Et audiam quòd in nullo terreamini ab adversariis fidei nostræ; quorum persecutio suæ ipsorum damnationis, vestræ autem salutis est causa; et hoc à Deo ita disponente.

29. Quia vobis Dei gratiâ donatum est, non solùm ut Christo credatis, sed etiam ut pro illo patiamini.

30. Et idem, seu simile, certamen propter fidem sustineatis quale vidistis me sustinentem apud vos (ubi virgis cæsus fui, et incarceratus, Act. 16, 22), et nunc audistis me Romæ sustinere (ubi vinculis sum detentus, et variis pressus incommodis).

COMMENTARIA.

Vers. 1. — Paulus et Timotheus... Timotheus charus erat Philippensibus, sicut et Philippenses Timotheo valdè chari, ut patet ex capite secundo, v. 20; hinc in salutatione Timothei nomen suo jungit D. Paulus. Salutat autem Timotheus, non verò scribit, ut patet primo post salutationem versiculo : *Gratias ago*, non agimus.

Vers. 1. — *Paulus et Timotheus, servi Jesu Christi, omnibus sanctis*, omnibus fidelibus in baptismo sanctificatis, *in Christo Jesu*, etc. Per episcopos hìc Apostolus intelligit presbyteros.

Servi Jesu Christi.... Apostoli nomen hìc Paulus omittit; tum quia de ejus apostolicâ auctoritate non dubitabatur apud Philippenses, tum quia titulum sibi et Timotheo communem sumere voluit. *Servi Jesu Christi*, non tantùm quia ab ipso redempti, non tantùm quia ipsi credunt et obediunt, sed quia publici sunt ejus Evangelii ministri, ejusque prædicationi et

propagationi totaliter addicti. *Servi Jesu Christi.* Hæc verè magna dignitas est, ac bonorum caput, servum esse Jesu Christi et non tantùm dici, ait D. Chrysostomus. Diceris quidem, vide num sis. Gloriaris de nomine, erubescis de opere. Time quod dixit Christus in Evangelio : *Non omnis qui dicit mihi, Domine, Domine, intrabit in regnum cœlorum ; sed qui facit voluntatem Patris mei*, etc., Matth. 7, 21.

Omnibus sanctis in Christo Jesu, cum episcopis... Salutat primò omnes Christianos, è quorum numero est etiam clerus ; deinde honoris gratiâ clerum distinguit et salutat speciatim : *Cum episcopis*... Sed cur unius tantùm civitatis fidelibus scribens, dicit, *cum episcopis;* num in unâ civitate plures sunt episcopi ?

Nota litteralis.

Equidem unius civitatis unus erat episcopus, sed unius regionis multi erant episcopi ; quidni autem Apostolus omnes regionis illius salutaverit episcopos ? cùm probabile sit hanc Epistolam sic ad Philippenses missam esse, ut et aliis civitatibus vicinis, quæ suos habebant episcopos, communicaretur. Itaque de episcopis propriè dictis intelligi potest hæc salutatio. Nec in hâc opinione incongruum erit quòd D. Paulus presbyteros non nominaverit ; quia fortè in illis civitatibus, ob paucitatem fidelium, soli episcopi cum diaconibus omnia præstabant, nec erant illis necessarii presbyteri alii.

Et hoc confirmari potest exemplo D. Gregorii Neocæsar., qui septemdecim tantùm habebat fideles, cùm episcopatum suscepit, et cui sanè necessarius non erat alius sacerdos. Communior tamen responsio est quòd episcoporum nomine significentur presbyteri omnes, utpote qui gregis curam et inspectionem habebant. Reverà tunc episcopus et presbyter erant nomina communia omnibus omninò sacerdotibus, sive majoribus, quos propriè episcopos nominamus, sive minoribus, quos presbyteros : at verò successu temporis qui primum inter illos locum tenet, per excellentiam dictus est episcopus. Per episcopos ergo benè cum plerisque potes intelligere presbyteros : et ita intellexit Syriaca versio, quæ habet *cum presbyteris.* Reverà presbyteri sunt intendentes et inspicientes. ἐπισκοπὴ, *inspectio,* sed episcopis superintendentibus subditi : comprehenduntur itaque sub episcoporum nomine, sicut subdiaconi sub diaconis. *Omnibus sanctis in Christo Jesu.* Hi omnes, et clerus, et populus christianus sancti sunt et sanctificati per Christum Jesum, sanctum sanctorum, ipsamque sanctitatem, cui inserti sunt per baptismum, sicut rami per inoculationem inseruntur arbori.

Observatio moralis.

Christus itaque fons et radix est omnis sanctitatis ; ab ipso sanctitatem haurit et sugit quisquis sanctus est. Nullus à Christo Jesu separatus potest esse sanctus. Qui autem Christo plenè inseruntur, ii sancti sunt, et eò magis sancti quò pleniùs et perfectiùs Christo uniti. Hinc disce mente, corde, totâ animâ uniri Christo per fidem, spem, charitatem. Per orationem continuam, ipsius sanctitatem continuè suge, hauri, attrahe. Unio mentis, cordis, operis cum Christo, totum plenè sanctificat hominem.

Vers. 2. — Gratia vobis... Vide paraphrasim.

Vers. 3 et 4. — Gratias ago Deo meo... deprecationem faciens. Multorum illis bonorum conscius erat, ait D. Chrysostomus ; hinc pro illis Deum glorificat simul et precatur. Gratias agit pro præteritis ; precatur pro futuris ; Deum glorificat ob bona illorum opera à principio conversionis facta ; Deum precatur ut perseverent usque ad diem Christi. Hinc disce gratias agere pro sanctis initiis, et pro bonis operibus factis ; at semper pro perseverantiâ orare ; non tam initia spectantur quàm finis in Christiano : non enim qui cœperit, *sed qui perseveraverit usque in finem, hic salvus erit.* Quicumque ergo viam virtutis ingressus es, gratias age Deo, illumque glorifica pro præterito : at insta orationi pro futuro ; ora ut qui cœpit, perficiat. Nota quòd Apostolus pro Philippensibus orat cum gaudio, quod sanè magna laus est, magnumque virtutis illorum argumentum. Fidem servaverunt integram, in bonis operibus à primâ die perseveraverunt : hinc laudat eos, gaudetque in proposito cordis eorum. Hinc disce tuâ in fide et in bonis operibus perseverantiâ, sanctis dare lætitiam : si enim ob conversionem peccatoris *gaudium est in cœlo*, quantò majus erit ob perseverantiam illius in bono.

Vers. 5. — Super communicatione vestra... Plerique Latini intelligunt communicationem in Evangelio per fidem, seu quòd Evangelii facti sunt participes, et in eo constanter à primâ die perstiterunt.

Nota litteralis.

Sed multa probabiliorem mihi reddunt D. Joannis Chrysostomi et aliorum sententiam, intelligentium communicationem per beneficentiam in Paulum et alios Evangelii ministros collatam à primâ die quâ crediderunt usque nunc, ubi Paulo in vinculis constituto per Epaphroditum necessaria miserunt Philippenses. Primò, hoc suadet veritas facti : reverà etenim, ipso Paulo teste, cap. 4, v. 15 et sequentibus, sic se res habet ; id est, à principio conversionis suæ, Philippenses necessaria Paulo suppeditavêre, et tandem in vinculis ligato per Epaphroditum munera miserunt ; ob quæ ait v. 18 : *Habeo omnia, et abundo, repletus sum, acceptis ab Epaphrodito quæ misistis.* Et hæc Philippensium beneficentia est hujus Epistolæ occasio et argumentum ; scripsit ut gratias ageret. Secundò, suadet ipsa D. Pauli locutio : confer enim hunc versum cap. 1 cum versu 15 cap. 4, et eumdem ubique reperies loquendi modum, cum hoc solo discrimine, quòd

Vers. 2. — *Gratia vobis et pax à Deo Patre nostro*, etc. Supple multiplicetur.

Vers. 3. — *Gratias ago Deo meo in omni memoriâ vestri*, id est, quoties vestri recordor, quoties vos memoriæ meæ occurritis, gratias ago Deo.

Vers. 4, 5. — *Semper in cunctis orationibus meis pro omnibus vobis..., Super communicatione vestrâ*, etc. Q. d.: Gratias ago Deo cum gaudio, cum deprecans, eo quòd vobis dederit communicationem in Evangelio Christi.

in cap 4 clariùs explicat quod dixerat in primo; hìc enim dixit : *Super communicatione vestrâ*, ibi addit : *Communicavit in ratione dati et accepti.* Tertiò, suadet mos et usus D. Pauli, qui solet subventionem vocare communicationem; in hâc Epistolâ, cap. 4, v. 14 : *Benefecistis communicantes tribulationi meæ.* V. 15 : *Nulla mihi Ecclesia communicavit in ratione dati et accepti.* Rom. 12, 13 : *Necessitatibus sanctorum communicantes.* Hebr. 13, 16 : *Beneficentiæ et communionis nolite oblivisci.* Galat. 6, 6 : *Communicet is qui cathechizatur*, etc. Tandem suadet expressio Græca, εἰς τὸ Εὐαγγέλιον, *in Evangelium*, vel ad Evangelium, scilicet prædicandum et propagandum.

Sensus itaque est : Glorifico Deum, et pro vobis semper cum gaudio precor, non tantùm quòd Evangelio credidistis, non tantùm quòd Evangelium fideliter observatis, sed eò quòd de aliorum etiam salute solliciti, ubique mihi præsentes estis, ubique vestram operam ac diligentiam unà mecum in Evangelii prædicatione collocatis : mihi etenim et aliis Verbi ministris communicâstis, id est, subsidium contulistis ad Evangelium prædicandum et propagandum, nobis vitæ necessaria suppeditando; idque non semel aut iterùm, sed continuè, à tempore quo recepistis Evangelium usque nunc, ubi mihi in vinculis constituto per Epaphroditum, vestrum episcopum, necessaria misistis.

Observatio moralis.

Hinc concludit D. Chrysostomus : Ergo subsidium ferre, hoc est communicatio in Evangelium : ergo, si prædicantem foves et adjuvas, illius coronæ communes tibi sunt. Ergo in manu tuâ est repositas Apostolo (et cuilibet viro sancto) coronas et mercedes communes tibi facere, si illum cures, foveas, sermone et reipsà; si consoleris, vitæ necessaria suppeditando, vel in aliquo ministerio illi inserviendo.

Miramini viros sanctos qui in eremo vivunt, qui vitam angelicam ducunt, vel qui in Ecclesiis eadem ac Apostoli virtutis obeunt munera; doletis quòd longo ab illis intervallo abestis; licet vobis aliquam cum illis coire societatem, scilicet inserviendo, curando, fovendo. Et hoc est Dei benignitatis ut negligentiores et infirmiores, qui duram asperamque vitæ rationem suscipere non possunt, per aliam viam ad eumdem gradum possint pervenire. Vide D. Chrysostomum ex quo hæc excerpta sunt. Hinc itaque discant divites in temporalibus, et sæpè in spiritualibus pauperes, discant, inquam, sese sanctorum virtutibus inserere, se apostolorum meritis vestire, superinduere, illos adjuvando, sustentando, consolando. Discant et quilibet alii in spiritualibus simul et temporalibus pauperes se sanctorum meritis et divitiis ditare, ornare, cumulare; illos, eo quo possunt modo, adjuvando, suis precibus et votis sese illis uniendo, et eorum comparticipes exhibendo.

Vers. 6. — Confidens, id est, sperans, seu persuasum habens, hoc ipsum, scilicet quia qui cœpit..., id est, quòd Deus, qui tale bonum opus incœpit, etc. Vide paraphrasim. Usque in diem Christi, venientis ad judicium; seu universale, in fine mundi; seu particulare, in fine vitæ. De hâc die, quasi proximâ, semper loquitur Apostolus, ut nos ad eam continuè præparemus. Vide 1 Thessal. cap. 4, v. 14. Quomodò autem de facto sit proxima, vide hujus Epist. cap. 4, v. 5.

Vers. 7. — Sicut est mihi justum... Vide paraphrasim; eò quòd habeam vos in corde, et in vinculis... socios. Duplicem dat rationem cur de illorum in bonis operibus perseverantiâ confidat. Primam, *eò quòd habeam vos in corde*, quia vos habeo charissimos, utpote quos in corde gero, et præ oculis semper habeo; et propterea hoc perseverantiæ donum vobis ardenter exopto. Secundam, *et in vinculis...*, quia subsidiis Evangelio subministratis, facti estis socii. Græc., *communicatores*, id est, consortes, et ex æquo participes passionum et meritorum meorum, *in vinculis meis*, seu quæ pro Christo patior.

Et in defensione, Græc., apologiâ, quâ scilicet Evangelium Christi ita propugno, tum publicè, tum privatim, ut et illud ubique stabiliam et confirmem.

Et confirmatione, manifestumque reddam in omni prætorio, et omnibus aliis Romæ locis, v. 13. Spero autem quòd, qui passionum estis socii, eritis et præmii, sicque quòd Dei gratiâ in bonis operibus usque in finem perseverabitis.

Socios gaudii mei. Græc., *gratiæ meæ.* Χαρᾶς, *gaudii*, χάριτος, *gratiæ*, propter affinitatem, unum pro altero facilè positum est; utrumque autem verum est; nam gaudium est pro Christo pati : *Ibant apostoli gaudentes*, etc., Act., 5; et gratia est pro Christo pati : *Vobis donatum est pro Christo pati*, hujus capitis v. 29.

Observatio moralis.

Socios gaudii mei... Ergo subsidium viro apostolico subministratum reddit largientem socium, consortem, ex æquo participem omnium apostolici viri meritorum, sicut Philippenses per subsidia D. Paulo collata facti sunt socii meritorum Pauli *in vinculis, in defensione et confirmatione Evangelii.* Felix itaque dives ille qui suis liberalitatibus sese sanctorum virtutibus inserit; ipsorum enim virtutibus ditescit. Similis est ulmo infructuosæ vitem fructibus abundantem portanti.

Vers. 6. — *Confidens hoc ipsum, quia*, quòd, *qui cœpit in vobis opus bonum*, scilicet Deus, *perficiet usque in diem Christi Jesu. Per opus bonum*, dicit vitam evangelicam sive christianam, ut assiduo opere et studio illam prosequamur et propagemus. *Usque in diem Christi*, id est, usque ad diem judicii tum particularis, tum potiùs universalis.

Vers. 7. — *Sicut est mihi justum hoc sentire* (id est, confidere, uti præcessit) *pro omnibus vobis*, id est, de congregatione vestrâ, de vestrâ Philippensium Ecclesiâ.

Eo quòd habeam vos in corde, et in vinculis meis, et in defensione et confirmatione Evangelii, socios gaudii mei omnes vos esse. Græca non habent *gaudii*, sed *gratiæ*. Vos, inquam, omnes, qui estis socii seu conparticipes gratiæ meæ. Gratiam hìc vocat beneficium illud, quo ei datum erat pati et vinciri pro Christo, sive ipsa vincula : eadem vocat gaudium suum. *Ha-*

Similitudo est à D. Gregorio, hom. 20 in Evang. Etsi proprium fructum ulmus non habet, portare tamen fructum cum vite solet : sic et viri seculares, intra sanctam Ecclesiam, quamvis spiritualium virtutum dona non habeant, dùm tamen sanctos viros, donis spiritualibus plenos, suâ largitate sustentant, quid aliud quàm vitem cum botris portant? Etsi ergo fructum ulmus non habet, vitem cum fructibus portans, hæc ipsa efficit, quæ benè sustentat aliena.

VERS. 8. — TESTIS ENIM EST MIHI DEUS, QUOMODO... Plura sentit quàm exprimere valeat; imò plus desiderat quàm possit exsequi in semetipso. Suum in Philippenses affectum proprio corde suo non valens exprimere, recurrit ad cor Christi, in illud ingreditur, et in hoc corde existens, hocque Christi corde quasi suo utens, Philippenses diligit Christi corde. Et quia hoc latet, testem invocat Deum quomodò in Christi visceribus existens illos omnes Christi corde diligat, illosque omnes in hoc Christi corde cupiat ac vehementer exoptet. Viscera Christi significant amorem intimum, ardentem et supernaturalem; uno verbo, amorem ipsum quo Christus suos diligit.

Praxis verè christiana.

Hinc disce recursum ad cor Christi, ut eo Deum dignè diligas et proximum. A solo Christi corde Deus dignè diligitur, dignè adoratur, dignè colitur; quia infinita persona, hinc infinitus amor, infinita adoratio, infinitus cultus.

Quidquid in temetipso facias, hoc coram Deo nihil est, sicut tu ipse, imò et totus mundus coram ipso tanquàm nihilum et inane. Amor tuus nihil est, adoratio tua nihil; quid enim nihili reverentia et annihilatio? At amor Christi, seu quo Christus Deum diligit, infinitus est, adoratio infinita, cultus infinitus. Ut ergo dignum quid et proportionatum Deo offeras, recurre ad cor Christi; hoc corde dilige Deum, adora Deum, cole Deum; dignè amabis, dignè adorabis et coles : corde quippe Dei Deum amabis, adorabis et coles. Ad hoc datus est nobis Filius Dei mediator noster, ut per eum ad Deum accedamus, Deumque colamus. Ad hoc Christus caput et cor nostrum est, ut nos membra et corpus ejus per eum dignè Deum diligamus. In omnibus itaque religionis actibus recurre ad cor Christi; intra in illud, ipsum tu tibi redde proprium, illoque corde Deum adora, benedic, lauda, etc. Junge cor tuum cordi Christi, ipsique corde unitus, offer Deo cordis Christi adorationes, amorem, omnesque illius cordis actus. Similiter utere Christi corde ad amorem proximi; eum dilige quomodo diligit Christus; illum desidera in visceribus Christi : Christum diligat ut à Christo diligitur.

VERS. 9. — ET HOC ORO UT CHARITAS VESTRA MAGIS... Græc., *ampliùs magis ac magis*, etc. Charitas insatiabile bonum est, ait D. Chrysostomus : nullus est hujus boni modus, nullâ mensurâ usquàm consistit; hinc orat Apostolus ut *charitas* Philippensium *magis ac magis* ABUNDET..., crescat, accrescat, supercrescat, in modum, supra modum. Oremus et nos pro nobis et pro aliis, ut nostra charitas crescat IN SCIENTIA; nostra verò scientia crescat in charitate. Charitas nostra crescat in scientiâ, ne defectu luminis in foveam cadamus ipsi, et nobiscum alios præcipites ducamus. Scientia verò nostra crescat in charitate, ut ædificet et ad Dei gloriam fructus justitiæ in nobis et in aliis ferat abundanter.

VERS. 10. — UT PROBETIS POTIORA... Primus talis scientiæ et charitatis effectus est meliora discernere.

UT SITIS SINCERI. Secundus, puram ad Deum habere conscientiam, sinceram, nullo errore contaminatam.

ET SINE OFFENSA... Tertius, sine offendiculo ambulare, usque IN DIEM CHRISTI.

VERS. 11. — REPLETI FRUCTU JUSTITIÆ... Quartus, justitiæ fructibus abundare.

IN GLORIAM ET LAUDEM DEI. Quintus, Deum continuè glorificare, idque omne PER JESUM CHRISTUM.

VERS. 12. — SCIRE AUTEM VOS VOLO.. Philippenses Epaphroditum miserant ad Paulum in vinculis, ut scirent quo loco res ejus essent, ait D. Chrysostomus; hinc, statim ab initio hujus Epistolæ, D. Paulus, ut Philippensibus satisfaciat, ait : *Scire autem vos volo;* QUIA QUÆ CIRCA ME SUNT, id est, res meæ, etc. Vinculis Pauli territi Philippenses timebant ne illis, quasi remoris, Evangelii propagatio retardaretur; hinc, ut soletur eos, dicit quòd tantùm abest ut vincula sua Evangelio nocuerint, quin imò profuerint.

VERS. 13. — ITA UT VINCULA MEA... IN OMNI PRÆTORIO, id est, toto imperatoris palatio. Prætor ille

bere in corde, est gerere in animo seu memoriâ, velut rem charam et dilectam.

VERS. 8.—*Testis enim mihi est Deus, quomodò cupiam omnes vos*, supple esse, *in visceribus*, id est, in intimo corde et amore *Jesu Christi*. Ut in intimo vos jungam Christo, et quasi in viscera ejus trajiciam. *Quomodò*, id est, quàm propensè, quàm valdè et ardenter *cupiam*, id est, amem vos, quanto vos amore complectar, *in visceribus Christi*, id est, eâ dilectione et affectu, quo Christus in visceribus, id est, intimè et tenerrimè vos omnesque Christianos amat.

VERS. 9. — *Et hoc oro ut charitas vestra magis ac magis abundet in*, id est, cum *omni scientiâ*, rerum scilicet fidei et salutis, ac præsertim justificationis. *Et in omni sensu* : sensum autem pro recto judicio mentis, id est, prudentiâ, posuit; q. d : Oro ut abundetis, tam in charitate, quàm in scientiâ, id est, fide et doctrinâ christianâ.

VERS. 10. — *Ut probetis potiora*. Pertinet autem ad rectum mentis judicium, in actionibus probare, hoc est, eligere et amplecti, meliora. *Ut sitis sinceri*, id est, sinceram et rectam habentes intentionem in bonis vestris operibus. *Et sine offensâ*, ut scilicet nullum offendatis et scandalizetis, *in diem Christi*, et hoc totum perseveranter usque in diem adventûs Christi Domini.

VERS. 11. — *Repleti fructu justitiæ per Jesum Christum*. Fructus justitiæ, vocat opera justitiæ, vel generalis, quæ complectitur omnem virtutem, *per Jesum Christum*; q. d.: Hos fructus facimus et habemus per Christum, ejusque merita et gratiam, idque *in gloriam et laudem Dei*, ut per ea laudetur et glorificetur Deus.

VERS. 12, 13. — *Scire autem vos volo...; ita ut vincula mea manifesta fierent in Christo*; q. d.: Ut manifestum fieret quòd propter Christum vinctus sum, non propter debita, aut scelera, sicque per vincula mea

dicebatur olim qui præibat exercitui. Prætorium propriè tentorium erat imperatoris, et per extensionem dictum est ab aliquibus prætorium Cæsarum domus, seu palatium. Itaque sensus est : Vincula mea celebria facta sunt ad Christi gloriam in toto Neronis palatio et in omnibus aliis Romæ locis; quippe innotuit ubique quòd Christi causâ, non autem ob aliquod scelus, vinctus essem; hincque aulici et cives Romani, curiositate ducti, inquisierunt quis esset Christus, et quæ Christi doctrina; hincque plures, et è domo Cæsaris, et cives Romani facti sunt Christiani, ut patet cap. 4, v. 22.

Deus malis hominum voluntatibus utitur ad suam voluntatem faciendam; et quod homines impedimentum putant, sæpè medium est quo Deus ad fines suos utitur.

Mirare ipsius providentiam, tu te totum illi committe; omnia per respectum ad primam causam respice, sciens *quoniam omnia serviunt* illi, ut ait Propheta Regius, et quoniam omnia justo proveniunt ad salutem, ut de se confidit D. Paulus, v. 19.

Vers. 14. — Et plures è fratribus..., id est, plures Christiani fratres vinculorum meorum felici successu animati ac roborati, liberiùs et frequentiùs prædicaverunt Evangelium.

Vers. 15. — Quidam quidem..., id est, quidam per invidiam gloriæ meæ, et per contentionem, præ me in ministerio volentes excellere. Quippe videntes illi quòd per prædicationem Paulus celebris factus esset in aulâ et in urbe, invidebant illius gloriæ, eamque sibi arripere contendebant, hocque invidiæ simul et contentionis animo, prædicabant.

Vers. 16. — Quidam ex charitate, scientes quoniam in defensionem Evangelii positus sum. Ideò adjuvant me, et quod mihi ob vincula non licet, hoc ipsi præstant et solito ardentiùs, ut meo suppleant defectui.

Vers. 17. — Quidam ex contentione... existimantes pressuram..., id est, existimantes me sibi similem, id est, gloriæ cupidum, et alienæ invidum, intendunt mihi quemdam animi mœrorem, præ gloriæ suæ splendore causare; hocque animi mœrore ob illorum gloriam concepto, novam putant se vinculis meis molestiam excitaturos, utpote qui præter carceris afflictionem, internæ etiam invidiæ igne urar ac torquear. Hunc sensum puto naturalem; multi tamen, post D. Chrysostomum, hanc pressuram intelligunt de novâ et acriori persecutione, quam isti prædicatores in apostolum Paulum intendebant excitare, suis scilicet prædicationibus Neronem exacerbando. Sed hoc minùs probabile videtur, tum quia fratres erant in Domino, id est, Christiani; tum quia in semetipsos hanc persecutionem priùs excitâssent; tum denique quia sic Apostoli gloriam non minuissent, sed potiùs auxissent gloriâ martyrii.

Observatio moralis.

In his versibus 14, 15, 16, etc., notet apostolicus concionator vitiosos concionandi affectus, ut eos vitet; sanctos autem, ut imitetur. Caveat ne sicut illi concionetur per invidiam alienæ gloriæ; per affectum propriæ gloriæ; per contentionem et studium excellendi præ cæteris; per quemdam malignitatis animum, quo intenditur alicui mœrorem et molestiam excitare. Sed, sicut apostolus Paulus, zelo charitatis in Deum et proximum prædicet, ut cognoscatur, ametur et colatur Deus; ut salutem æternam consequatur proximus; Jesum Christum unicè quærat, non sua: illum intrepidè prædicet; pro ipso paratus sit omnia libenter sustinere; Christus sit illi in vitâ et morte lucrum, sicque prædicans speret omnia ad salutem sibi cessura.

Vers. 18. — Quid enim, id est, quid meâ refert? quid ad me de illorum intentione et de modo? bonus est eventus, licèt intentio mala; gaudeo de facto; non curo de modo; lætor de successu, animum non disquiro.

Sive per occasionem; acquirendæ scilicet gloriæ, invidiæ, mœroris causandi, etc. Græcè, προφάσει, significat etiam prætextum, speciem, et cùm opponi videatur hic veritati, non malè traducitur, per vanum prætextum et apparentem pietatem.

Vers. 19. — Scio enim quia hoc..., id est, illorum invidia, odium, quidquid intendant et præstent.

Per vestram orationem et subministrationem..., id est, si pro me oraveritis, vestrisque precibus copiosam mihi Spiritûs Christi, seu gratiæ, subministrationem impetraveritis. Ob hanc conditionem ab Apostolo appositam infer quòd verbum *scio*, fiduciam potiùs quàm veram scientiam significet; idem est ac si diceret, *confido*.

Christi nomen ubique clarescit, *in omni prætorio*, puta in totâ aulâ Neronis; q. d.: Tota aula per mea vincula inaudivit aliquid de fide et Evangelio Christi, *et in cæteris omnibus* locis, plateis, et vicis urbis Romæ.

Vers. 14. — *Et plures è fratribus in Domino confidentes vinculis meis*, etc.; q. d.: Plures fratres, id est, Christiani Romæ videntes meam constantiam, libertatem, fructum et gloriam vinculorum meorum, accensi sunt ad æmulationem, ut pari modo intrepidè evangelizarent verbum Dei.

Vers. 15. — *Quidam quidem et propter invidiam et contentionem.* Per invidiam quidem, resistentes gloriæ Pauli; per contentionem verò, quâ suam quærebant gloriam, volentes præ illo excellere.

Quidam autem et propter bonam voluntatem Christum prædicant, id est, ex benevolentiâ quâ desiderant hominum salutem.

Vers. 16. — *Quidam ex charitate*, etc. Quia scilicet me amant qui sum Christi præco.

Vers. 17. — *Quidam autem ex contentione Christum annuntiant non sincerè*, etc.; ex invidiâ cum Paulo contendebant, superare eum gloriâ cupientes.

Vers. 18. — *Quid enim?* Quid igitur? q. d.: Ipsi putant me premere, affligere et pungere, ergone vere me premunt, affligunt et pungunt? Respondet minimè: nam *dùm omni*, quovis, *modo*, *sive per occasionem*, etc. *In hoc*, scilicet quòd Christus annuntietur.

Vers. 19. — *Scio enim quia hoc*, scilicet eorum odium et invidia, quâ mihi mœrorem, et Neronis iram conciliare student, *mihi proveniet ad salutem*; spiritalem et æternam, *per vestram orationem*, *et subministrationem*, donationem *Spiritûs Jesu Christi*.

Vers. 20. — Secundum expectationem et spem meam. Ἀποκαραδοκία, *attenta expectatio*. Vide dicta ad Rom. cap. 8, 19. Aliqui hæc verba jungunt immediatè præcedentibus : scilicet, si pro me oraveritis, etc., quemadmodùm expecto et spero ; et illi subaudiunt, *scio quia in nullo confundar*. Naturaliùs puto, si jungatur cum primis verbis : nimirùm, *scio quia hoc mihi proveniet ad salutem*, conformiter expectationi et firmæ spei quam habeo *quòd in nullo confundar* ; sed quòd in omni libertate animi ac fiduciâ Evangelium prædicando, sicut hactenùs intrepidè prædicavi, Christum glorificabo in corpore meo, sive per vitam, sive per mortem. Si enim vivam, Christum prædicatione et vitâ glorificabo ; si moriar, passione et martyrio magnificabo.

Vers. 21. — Mihi enim vivere Christus est et mori lucrum, id est, Christus vita mea est ; ideò vivo, ut illi serviam ; non mihi, sed illi vivo. Mors pro Christo mihi lucrum maximum est ; per illam enim Christo fruar, beatitudine fruar ; vel, Christus mihi est in vivere et in mori, in vitâ et in morte lucrum ; vel, Christus, qui vita mea est, erit et mortis meæ lucrum, illum morte meâ lucrabor. Hinc intrepidè et cum omni fiduciâ loquor et ago ; nec enim vivere recuso, nec mori timeo. Hinc sive per vitam, sive per mortem, Christus glorificabitur in corpore meo : si vivam enim, voce et prædicatione viventis glorificabitur ; si moriar pro ipso, glorificabitur passione et martyrio morientis.

Observatio moralis.

Tales et nos omnes Christiani deberemus esse, sic Christo vivere, et pro Christo mori ; sic Christum in corpore nostro, sive per vitam, sive per mortem glorificare, tum bonis operibus in vitâ, tum patientiâ et obedientiâ in morbis et in morte. Per baptismum *Domini sumus ;* sive ergo vivimus, Domino vivamus ; sive morimur, Domino et pro Domini gloriâ moriamur, Rom. 14, 7, 8. Per baptismum Deo sacrati sumus ; Deum ergo in omni statu, seu vitæ, seu mortis, honoremus, toti in ejus honorem consumamur. Hoc debeo, hoc vovi ; concede, ô Deus misericors, ut hoc adimpleam ! sis vita mea, et mors mea sit tuî lucrum ; vita mea sit tuî laus continua, mors mea sit sacrificium ; te Regem seculorum et immortalem, vitæ et mortis dominum, deprædicans et honorans.

PRAXIS.

Ut Christus vita tua verè sit, ipsi, juxta dicta in v. 7, ipsi, inquam, unire frequenter et quantùm potest continuè, mente, corde et opere. Caput nostrum est, nosque singuli membra ejus ; uniaris ergo capiti tuo, ut spiritum influat in te et in opera tua. Cor nostrum est et totius Ecclesiæ, unire ergo cordi à quo motum, vitam et inspirationem sumas. Centrum religionis est, in ipso, cum ipso et per ipsum, Deus colendus ; huic religionis centro unire mente, ut Deum verè cognoscas et laudes ; unire corde, ut Deum in ipso dignè ames, adores et colas ; unire opere, omnia facias in ipso et per ipsum. Sic Christus erit verè vita tua ; sic mors erit tibi verè lucrum : Deum quippe moriens lucraberis, Deo per mortem frueris ; post mortem in Christo, cum Christo et per Christum, Deum videbis, amabis, laudabis in æternum.

Vers. 22. — Quod si vivere in carne, hic (Græc., τοῦτο, *hoc*) mihi fructus operis est. Et (supple ex versu præcedenti *mori lucrum*) quid eligam (vivere an mori), ignoro. Proprium est hominis anxii, dubii, perplexi, unum voce exprimere, alterum mente retinere, verbaque sua non verbis tantùm voce prolatis, sed et verbis mente retentis connectere ; id facit hìc D. Paulus, unum exprimit, *vivere:* aliud cogitat, *mori ;* et ex illis duobus ambigit quid eligat. Itaque sensus est : Si me vivere operæ pretium est, si aliundè mihi lucrum est mori, nescio quid ex alterutro eligam. Arbitratur D. Chrysostomus quòd [vita et mors in Apostoli potestate essent, id est, seu vivere et proximorum saluti laborare ; seu mori et per mortem æternâ gloriâ frui, et nescit quid eligat. Ecce quanti facit animarum salutem ! illam propriæ beatitudini suæ præfert ; in hoc, sicut et in aliis, Christi dilectionis fuit imitator : sicut Christus cùm vixit in terris salutem nostram quasi prætulit gloriæ suæ, ita Paulus proximi salutem propriæ gloriæ suæ prætulit. Quid ad hoc dicant tot pastores qui sua unicè quærunt, qui sua commoda ovium saluti præferunt, qui ne minimùm quidem molestiæ pro illis pati volunt ? Talibus meritò dicit Apostolus : *Imitatores meî estote, sicut et ego Christi.*

Vers. 23. — Coarctor autem e duobus ; Græc., συνέχομαι, utrinque cingor, utrinque premor : hinc desiderio dissolutionis, illinc necessitate vivendi propter vos.

Desiderium habens dissolvi, à vinculo scilicet quo anima corpori alligata est, ut soluta ad Deum auctorem suum evolet ; juxta id quod dicitur Ecclesiast.,

Vers. 20. — *Secundùm expectationem et spem meam*, id est, prout expecto et spero. *Quia in nullo confundar*, id est, pudefiam ab expectatione et spe meâ.

Sed in omni fiduciâ sicut semper, ita *et nunc magnificabitur Christus in corpore meo sive per vitam, sive per mortem.* Si enim occidar, et constanter moriar pro Christo, magnificabo Christum meo martyrio ; sin vivam, constanter Christum prædicabo, itàque eumdem magnificabo.

Vers. 21. — *Mihi enim vivere Christus est*, etc. Ostendit, seu vitam seu mortem suam sibi cessuram ad salutem. Nam, inquit, mea vita Christus est, id est, vitam meam Christo et Evangelio consecravi : et mors lucrum mihi est, id est, mortem pro lucro deputo ; per eam enim consequar ut sim cum Christo. Quasi dicat. Etiam moriendo non moriar, eò quòd vitam habeo in me ipso, etc.

Vers. 22. — *Quòd si vivere in carne, hic*, id est, hoc, *mihi fructus operis est ;* q. d. : Si me adhuc vivere operæ pretium est, fructuosum et utile multis. Ita Anselmus.

Et quid eligam ignoro; q. d. : Si vivere in carne est operæ pretium, et aliâ ex parte, mori mihi lucrum est, quid ex hisce duobus eligam, ignoro.

Vers. 23. — *Coarctor autem è duobus*, id est, à duabus rebus premor et arctor : hinc desiderio dissolutionis ut sim cum Christo, indè necessitate permanendi in carne, propter vos.

Desiderium habens dissolvi, et esse cum Christo. Dissolvi, id est, mori : mors enim est dissolutio animæ

12, 7 : *Spiritus redeat ad Deum qui dedit illum.* Animalium quidem aliorum mors est resolutio in elementa quibus constant : hominis autem mors est dissolutio animæ à vinculo corporis ; quâ factâ, spiritus, qui est à Deo, redit ad Deum, deinde corpus resolvitur. Hæc dissolutio bona est et desiderabilis, quia facit impassibiles, impeccabiles, cœlestes et divinos : seu, ut dicit D. Bernardus, homines ab omni dolore, peccato et periculis liberat. Hæc fusè explicat Cornelius à Lapide. Hanc sancti desiderârunt, qui patienter vixerunt, delectabiliter mortui sunt ; sed, heu ! nos hanc dissolutionem horremus, quia delectabiliter vivimus ; cum dolore ac tristitiâ morimur. S. Augustinus de D. Paulo dixit : Qui desiderat dissolvi et esse cum Christo, non patienter moritur, sed patienter vivit et delectabiliter moritur.

Multo magis melius, excessum significat incomparabilem ; quasi diceret : Sine ullâ comparatione meliùs.

Vers. 24. — Permanere autem in carne necessarium propter vos, non Philippenses tantùm, sed et omnes alios fideles ; toti enim Ecclesiæ necessaria fuit D. Pauli vita, maximè gentibus, utpote gentium apostoli.

Vers. 25. — Et hoc confidens (scilicet quòd vita mea sit vobis et aliis necessaria,

Scio (morali scilicet certitudine) quia manebo et permanebo. Græc. : *Compermanebo omnibus vobis*, id est, unà vobiscum aliquo et quidem multo tempore manebo. Hactenùs inter vitam et mortem seu gloriam coarctatus est Paulus, nesciens quid ex alterutro eligeret ; hìc suum resolvit dubium : judicat vitam laboriosam et Ecclesiæ utilem, propriæ gloriæ et beatitudini suæ præferendam esse. Optat ergo vivere, ut prædicatione Evangelii, proximorum saluti incumbat et laboret ; hocque ita eventurum sibi omninò persuadet, confidit ac pro certo habet. Itaque illud *scio* moralem tantùm certitudinem inducit, ut patebit attentè legenti versus præcedentes, ubi dubius erat an per vitam, an per mortem Christum esset glorificaturus ; ignorabat an vitam, an mortem eligeret ; idem dubium videtur habere in capite sequenti, v. 17 : *Sed et si immolor...* ; cùm ergo hìc dicit, *confidens scio*, idem est ac quod dicit in capite sequenti, v. 4 : *Confido in Domino.*

Vers. 26. — Ut gratulatio ; Græc., *gloriatio* ; D. Chrysostomus hanc gloriationem sumit activè : Ut ego de vobis glorier abundantiùs in Christo Jesu ; seu, ut habeam quo in vobis majorem in modum glorier. Hoc sensu, gloriatio vestra idem est ac gloriatio mea de vobis ; hunc sensum modestiorem putat Estius, sed videtur litteræ minùs conformis. Vide paraphrasim

Vers. 27. — Tantum dignè Evangelio Christi... Vide paraphrasim.

Collaborantes fidei ; Græc., *concertantes*, seu pariter et concorditer decertantes. Fides Evangelii in luctâ est adversùs mundum, carnem et dæmonem. *Hæc est victoria quæ vincit mundum, fides nostra*, ait D. Joannes. Singuli Christiani quasi athletæ et milites sunt ; fidem luctantem et laborantem communi spiritu et unanimi zelo debent adjuvare ; debent cum eâ et per eam contra carnem, mundum et dæmonem, omnes fidei hostes pugnare ; hinc *collaborantes, concertantes fidei Evangelii.*

Vers. 28. — Et in nullo terreamini... Vide paraphrasim.

Quæ illis est causa perditionis ; Græc. : *Quod illis quidem est indicium perditionis* : id est, quòd vobis adversantur, id indicium est eorum perditionis, etc. Vide paraphrasim.

Vers. 29.—Quia vobis donatum est pro Christo... *Pro Christo*, aliqui pleonasmum putant, alii hyperbaton : cùm enim dicere cœpisset : *Vobis donatum est pro Christo pati*, interrupit locutionem, et inseruit : *Non tantùm credere.*

Observationes morales.

Hinc collige primò quòd sicut fides est donum Dei, ita et patientia est donum Dei, et donum mirabilius quàm mortuos ad vitam revocare ac cætera miracula facere, ait D. Chrysostomus, quia pati longè difficilius quàm miracula patrare, ait idem sanctus. Hinc

et corporis. *Cupio dissolvi*, scilicet vinculo, quo anima in hâc vitâ corpori colligatur ; q. d. : Jam alligatus sum corpori, si hoc vinculo solvar, ero cum Christo, illique astringar.

Multò magis meliùs ; q. d. : Multò longèque meliùs ; aut infinitis partibus meliùs quàm permanere in carne, id est, esse cum Christo optimum est.

Vers. 24.— *Permanere autem in carne necessarium propter vos.* Sentit Apostolus, à duobus se coarctari, quorum alterum desideret, alterum verò necessarium judicet, non tamen desideret.

Vers. 25. — *Et hoc*, scilicet necessarium esse vobis ut maneam in carne, *confidens scio quia*, id est, quòd *manebo*. Q. d. : Persuadens mihi vitam meam vobis esse necessariam, scio quòd Deus me vobis adhuc concedet, facietque in vitâ permanere. *Et permanebo omnibus vobis*, etc., id est ut promoveam salutem vestram, et ut afficiam vos gaudio ex fide profecto, etc.

Vers. 26.— *Ut gratulatio*, id est, gloriatio *vestra*, quâ gloriamini et gratulamini vobis, quòd per me sitis ad Christum conversi, *abundet in Christo Jesu*, id est, in Christi doctrinâ, lege, gratiâ, Ecclesiâ ; q. d. : In Christianismo, *in me*, de me vinculis liberato, vobisque reddito, *per meum adventum iterùm ad vos.*

Vers. 27. — *Tantùm dignè Evangelio Christi conversamini*, id est, ut vita vestra Evangelio respondeat, ut Evangelium ex vestrâ conversatione honoretur.

Ut sive cùm venero, et videro vos, sive absens audiam de vobis, quia, quòd *statis in uno spiritu*, id est, perseveratis in pari religionis ac mutuæ charitatis studio, ac fervore.

Unanimes collaborantes fidei Evangelii, vos mutuò adjuvantes, in certamine pro fide Evangelii.

Vers. 28. — *Et in nullo terreamini ab adversariis*, sive infidelibus, gentilibus, qui Christianos persequuntur, *quæ illis est causa perditionis*, etc. Nempè quòd patiamini pro Christo.

Vers. 29. — *Quia vobis donatum est pro Christo*, etc. *Pro Christo*, id est, propter Christum, et Christi merita datum est vobis ut in eum credatis. Omnia dona et gratias, quibus ad salutem dirigimur, tribuit meritis Christi. Pati pro Christo vocat Apostolus donum Dei.

Vers. 30. — *Idem certamen habentes*, etc. *Certamen* appellat patientiam adversorum ; quia qui patitur, certat et pugnat, ne per impatientiam superetur.

pro miraculorum dono debitor sum Dei; pro passione debitorem habeo Christum. O rem mirandam! et donat mihi, et super hoc ipse debet mihi, D. Chrysostomus. Collige secundò quòd credere, agere, pati; credere scilicet in Christum, agere in Spiritu Christi, pati pro Christo, tria hæc verum efficiunt Christianum. Illum fides inchoat, actio sancta continuat et perficit, passio consummat. *Patientia opus perfectum habet*, ait D. Jacobus, 1, v. 4. Opus est consummatum; ergo donum, et maximum donum, utpote omnia alia dona consummans. Hinc *gaudebant apostoli quoniam digni habiti erant pro nomine Jesu contumeliam pati.* Hinc D. Petrus, 1, cap. 4, v. 18, ait : *Communicantes Christi passionibus, gaudete.* Hinc D. Paulus : *Vobis donatum est*, etc.; quasi diceret : Donum est Dei; tantùm abest ergo ut probri loco sit à vobis habendum; quin potiùs à vobis æstimandum est, et ob hoc vobis gaudendum et exultandum.

Corollarium pietatis, seu in hoc capite ad pietatem maximè notanda, et ad praxim redigenda.

Ex primo versu nota quòd Christus Dominus sit omnis sanctitatis fons, à quo unico sanctitas haurienda : quò quis illi perfectiùs unitur, eò sanctior est. Illi itaque unire mente, corde, opere; mente, per fidem; corde, per charitatem; opere, per sanctam operationem, vitamque Christo dignam; sic majorem ab eo sanctitatem hauries continuè, sic Christus erit vita tua. Vide praxim v. 21.

Ex octavo versu disce recursum ad cor Christi, ut in eo et ex eo Deum et proximum dignè diligas. Vide hanc praxim ibidem, v. 8 et v. 21.

Ex v. 6 et 7, disce facilem ditescendi modum, sanctorumque meritis participandi. Vide ibi dicta.

Ex v. 14, 15, 16, notet vir apostolicus vitiosos concionandi affectus, ut eos vitet; sanctos autem et apostolicos, ut eos imitetur.

Ex v. 22, apostolicam, imò divinam Pauli charitatem discat et imitetur pastor christianus.

Ex v. 23, omnis verè Christianus discat patienter vivere, delectabiliter mori.

Ex v. 29, discat patientiam Dei donum esse, ipsâ fide miraculorumque dono mirabilius. Ibidem vide quòd tria christianam vitam componunt, fides, actio, patientia; fides inchoat, actio sancta perficit, passio pro Christo consummat.

CAPUT II.

1. Si qua ergo consolatio in Christo, si quod solatium charitatis, si qua societas spiritûs, si qua viscera miserationis,

2. Implete gaudium meum, ut idem sapiatis, eamdem charitatem habentes, unanimes, idipsum sentientes;

3. Nihil per contentionem, neque per inanem gloriam, sed in humilitate superiores sibi invicem arbitrantes;

4. Non quæ sua sunt singuli considerantes, sed ea quæ aliorum.

5. Hoc enim sentite in vobis, quod et in Christo Jesu;

6. Qui cùm in formâ Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo;

7. Sed semetipsum exinanivit formam servi accipiens, in similitudinem hominum factus, et habitu inventus ut homo.

8. Humiliavit semetipsum factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis.

9. Propter quod et Deus exaltavit illum, et donavit illi nomen quod est super omne nomen.

10. Ut in nomine Jesu omne genu flectatur, cœlestium, terrestrium et infernorum,

11. Et omnis lingua confiteatur quia Dominus Jesus Christus in glorià est Dei Patris.

12. Itaque, charissimi mei (sicut semper obedistis), non ut in præsentià meì tantùm, sed multò magis nunc in absentià meà, cum metu et tremore vestram salutem operamini.

13. Deus est enim qui operatur in vobis et velle et perficere, pro bonâ voluntate.

CHAPITRE II.

1. Si donc il y a quelque consolation en Jésus-Christ, s'il y a quelque douceur et quelque soulagement dans la charité, s'il y a quelque union dans la participation du même esprit, s'il y a dans vos cœurs quelque tendresse et quelque compassion pour moi,

2. Rendez ma joie parfaite, étant tous bien unis ensemble, n'ayant tous qu'un même amour, une même âme et les mêmes sentiments.

3. Ne faites rien par un esprit de contention ou de vaine gloire; mais que chacun, par humilité, croie les autres au-dessus de soi.

4. Que chacun ait égard, non à ses propres intérêts, mais à ceux des autres.

5. Soyez dans la même disposition et dans le même sentiment où a été Jésus-Christ;

6. Qui ayant la forme et la nature de Dieu, n'a point cru que ce fût pour lui une usurpation d'être égal à Dieu;

7. Mais il s'est anéanti lui-même en prenant la forme et la nature de serviteur, en se rendant semblable aux hommes, et étant reconnu pour homme par tout ce qui a paru de lui au-dehors.

8. Il s'est rabaissé lui-même, se rendant obéissant jusqu'à la mort, et jusqu'à la mort de la croix.

9. C'est pourquoi Dieu l'a élevé par dessus toutes choses, et lui a donné un nom qui est au-dessus de tout nom.

10. Afin qu'au nom de Jésus tout genou fléchisse dans le ciel, sur la terre et dans les enfers,

11. Et que toute langue confesse que le Seigneur Jésus-Christ est dans la gloire de Dieu son Père.

12. Ainsi, mes très-chers frères, comme vous avez toujours été obéissants, ayez soin, non seulement lorsque je suis présent parmi vous, mais encore plus en mon absence, d'opérer votre salut avec crainte et tremblement.

13. Car c'est Dieu qui opère en vous le vouloir et le faire, selon qu'il lui plaît.

14. Omnia autem facite sine murmurationibus, et hæsitationibus :

15. Ut sitis sine querelâ, et simplices filii Dei, sine reprehensione, in medio nationis pravæ et perversæ : inter quos lucetis sicut luminaria in mundo,

16. Verbum vitæ continentes ad gloriam meam in die Christi, quia non in vacuum cucurri, neque in vacuum laboravi.

17. Sed et si immolor supra sacrificium, et obsequium fidei vestræ, gaudeo, et congratulor omnibus vobis :

18. Idipsum autem et vos gaudete, et congratulamini mihi.

19. Spero autem in Domino Jesu, Timotheum me citò mittere ad vos; ut et ego bono animo sim, cognitis quæ circa vos sunt.

20. Neminem enim habeo tam unanimem, qui sincerâ affectione pro vobis sollicitus sit.

21. Omnes enim quæ sua sunt quærunt, non quæ sunt Jesu Christi.

22. Experimentum autem ejus cognoscite, quia sicut patri filius, mecum servivit in Evangelio.

23. Hunc igitur spero me mittere ad vos, mox ut videro quæ circa me sunt.

24. Confido autem in Domino, quoniam et ipse veniam ad vos citò.

25. Necessarium autem existimavi, Epaphroditum fratrem, et cooperatorem, et commilitonem meum, vestrum autem apostolum, et ministrum necessitatis meæ, mittere ad vos;

26. Quoniam quidem omnes vos desiderabat, et mœstus erat, propterea quòd audieratis illum infirmatum.

27. Nam et infirmatus est usque ad mortem; sed Deus misertus est ejus, non solùm autem ejus, verùm etiam et mei, ne tristitiam super tristitiam haberem.

28. Festinantiùs ergo misi illum, ut viso eo iterùm gaudeatis, et ego sine tristitiâ sim.

29. Excipite itaque illum cum omni gaudio in Domino, et ejusmodi cum honore habetote.

30. Quoniam propter opus Christi, usque ad mortem accessit, tradens animam suam, ut impleret id quod ex vobis deerat erga meum obsequium.

14. Faites donc toutes choses sans murmures et sans disputes;

15. Afin que vous soyez irrépréhensibles et sincères, et qu'étant enfants de Dieu vous soyez sans tache au milieu d'une nation dépravée et corrompue parmi laquelle vous brillez comme des astres dans le monde,

16. Portant en vous la parole de vie, pour m'être un sujet de gloire au jour de Jésus-Christ, n'ayant pas couru en vain ni travaillé en vain.

17. Mais quand même il devrait se faire une aspersion et une effusion de mon sang sur la victime, et le sacrifice de votre foi, j'en aurais de la joie en moi-même, et je m'en réjouirais avec vous tous.

18. Et vous devriez aussi en avoir de la joie, et vous en réjouir avec moi.

19. Or j'espère qu'avec la grâce du Seigneur Jésus, je vous enverrai bientôt Timothée, afin que je sois aussi consolé, apprenant de vos nouvelles;

20. Car je n'ai personne qui soit autant que lui uni avec moi, d'esprit et de cœur, ni qui se porte plus sincèrement à prendre soin de ce qui vous touche,

21. Parce que tous cherchent leurs propres intérêts, et non ceux de Jésus-Christ.

22. Or vous savez déjà l'épreuve que j'ai faite de lui, puisqu'il a servi avec moi dans la prédication de l'Evangile, comme un fils sert à son père.

23. J'espère donc vous l'envoyer aussitôt que j'aurai mis ordre à ce qui me regarde.

24. Et je me promets aussi de la bonté du Seigneur que j'irai moi-même vous voir bientôt.

25. Cependant j'ai cru qu'il était nécessaire de vous envoyer mon frère Epaphrodite, qui est mon aide dans mon ministère, et mon compagnon dans mes combats, qui est votre apôtre, et qui m'a servi dans mes besoins;

26. Parce qu'il désirait vous voir tous; et il était en peine de ce que vous aviez su sa maladie.

27. Car il a été malade jusqu'à la mort; mais Dieu a eu pitié de lui, et non seulement de lui, mais aussi de moi, afin que je n'eusse pas affliction sur affliction.

28. C'est pourquoi je me suis hâté de vous le renvoyer, pour vous donner la joie de le revoir, et pour me tirer moi-même de l'affliction.

29. Recevez-le donc avec toute sorte de joie en Notre-Seigneur, et honorez de telles personnes.

30. Car il s'est vu tout proche de la mort, pour avoir voulu servir à l'œuvre de Jésus-Christ, abandonnant sa vie afin de suppléer par son assistance à celle que vous ne pouviez me rendre vous-mêmes.

ANALYSIS.

1° *Philippenses ardenter admodùm et patheticè hortatur ad mutuam concordiam, ad fraternam charitatem, ad omnem, tum internam, tum externam, humilitatem,* v. 1, 2, 3, 4. *Ut pressiùs urgeat ad humilitatem et charitatem, Christi Domini proponit illis exemplum, qui cùm in formâ Dei esset, nostrî tamen amore semetipsum exinaniens, formam servi accepit, seque humiliavit usque ad mortem crucis : propter quòd Deus superexaltavit illum,* v. 5, *usque ad* 11.

2° *Hortatur ut cum tremore salutem suam faciant, et ut suis virtutibus quasi luminaria fulgeant inter paganos; pro complendo sanctificationis illorum sacrificio per fidem et conversionem inchoato, sanguinem suum super eos libens et gratulans in libamen effundet, à* v. 12 *ad* 18.

3° *Promittit se ad eos missurum Timotheum et Epaphroditum, quos laudat et commendat à* v. 19, *usque in finem.*

PARAPHRASIS.

1. Si mihi vincto et afflicto vultis aliquam secundùm Christum consolationem exhibere; si quod charitatis solatium impendere; si qua vobis mecum est animorum communio; si qua erga me visceralis commiseratio;

2. Gaudium quo me vestrâ conversione cœpistis

afficere; quo vestrâ conversatione sanctâ, vestrâque mecum in Evangelio propagando communicatione cumulâstis; hoc, inquam, gaudium implete : implebitis autem si idem sapiatis (seu credatis), si mutuam et parem charitatem habeatis; si adeò unanimes sitis, ut idem sentiatis.

3. Ne contentiosè aut ambitiosè quidquam agatis, sed cum humilitate quisque proximum suum se ipso præstantiorem existimet.

4. Unusquisque non sua, sed aliorum commoda quærat :

5. Is enim debet in vobis esse sensus et affectus erga vos invicem qui fuit in Christo Jesu erga nos omnes.

6. Qui cùm in formâ, seu naturâ, Dei esset, seu cùm esset naturâ suâ Deus, non prædam existimavit esse se æqualem Deo;

7. Sed semetipsum evacuavit, exhausit, et ex omni, quasi ad nihilum, redegit; naturam servi, seu hominis mortalis, ultrò accipiens; hominibus similis in naturâ factus, et specie etiam et figurâ externâ, ut quivis alius homo.

8. (Præterea factus homo), humiliavit semetipsum, factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis.

9. Propterea Deus superexaltavit illum, id est, super omnia exaltavit; et dedit illi nomen omnibus nominibus præstantius.

10. Ut ad nomen Jesu omnes creaturæ, cœlestes, terrestres et infernæ genu flectant, et Jesum adorent.

11. Et omnis lingua, in cœlo, in terrâ, et subter terram, confiteatur quòd Dominus Jesus Christus eamdem habet cum Deo Patre gloriam.

12. Itaque, dilecti mei (sicut ex quo credidistis Christo, semper obedistis), seu, quod hactenùs fecistis, salutem vestram operamini cum metu et tremore; non tantùm sicut, me præsente, fecistis, sed multò instantiùs me absente (ut pateat quòd ex animo et propter Deum agitis).

13. Quia Deus est qui pro suo beneplacito operatur in vobis et velle et operari, et bonam voluntatem et bonum opus.

14. Obedite autem sine murmuratione adversùs superiorum mandata, et incunctanter, nihil hæsitantes, facite illorum jussa;

15. Ut sitis irreprehensibiles, seu ut nemo de vobis meritò quæri possit; sinceri et candidi sicut filii Dei, immaculati in medio nationis pravæ et perversæ (infidelium) inter quos lucetis sicut cœlestia luminaria lucent in mundo.

16. Lumen vivificæ fidei suo alios etiam illuminetis et accendatis) conservantes et augentes in vobis; ut ob vestram fidem gloriari possim in die judicii quòd non frustra laboravi in prædicando vobis Evangelio.

17. Quin etiam si contingat me immolari, et sanguinem meum, quasi libamen, super sacrificium et oblationem fidei vestræ effundi, gaudeo in memetipso, et congaudeo omnibus vobis.

18. Ob hoc ipsum gaudete et vos, et mihi gratulamini.

19. Cæterùm spero, adjuvante Domino, quòd vobis citò missurus sim Timotheum, ut læto et bono sim animo cùm didicero quæ circa vos sunt, seu vos vestraque omnia benè se habere.

20. Neminem enim mecum habeo sic animo ac studio mihi conformem, quique tam germanè et sincerè salutis vestræ negotia curet.

21. Siquidem plerique sua commoda, suam utilitatem, suamque gloriam præferunt gloriæ Christi.

22. Timothei autem unanimis mecum concordiæ documentum accipite ex eo quòd mihi, sicut filius patri, subservivit in Evangelio prædicando.

23. Hunc igitur tantum ac talem mittam ad vos, ubi videro quem exitum habitura sint vincula mea, seu quid de me futurum sit.

24. Spero et, Deo dante, quòd et ipse ad vos ibo quamprimùm.

25. E re autem esse judicavi præmittere Epaphroditum, fratrem in Domino, et cooperatorem in Evangelii prædicatione, et commilitonem, in sacrâ scilicet militiâ, sub Christo duce, vestrum autem episcopum, et per quem mihi vincto vitæ necessaria subsidiaque multa subministrâstis.

26. Quoniam ipse ardenter desiderabat revisere vos, et anxiè sollicitus quia et vos de ipso solliciti eratis ob ejus ægritudinem.

27. Nam et usque ad mortem infirmatus est; sed Deus misertus est ejus, cum à morte liberando; et meî, ne tristitiam super tristitiam haberem si ad vincula mea accessisset talis amici jactura.

28. Festinantiùs ergo et sine morâ eum ad vos remisi, ut ad ejus adventum gaudeatis; et ego quieto sim animo nimirùm ubi vos lætos esse cognovero.

29. Illum itaque cum omni gaudio in Domino suscipite, et ejusmodi homines honorate.

30. Quoniam ad mortem usque ægrotavit propter opus Christi (seu ut mihi vincto et propter Christum incarcerato inserviret); non habitâ ratione valetudinis suæ, vitam exposuit pro me, ut mihi nomine vestro obsequia præstaret quæ vosipsi non poteratis impendere.

COMMENTARIA.

Vers. 1. — Si qua ergo consolatio.... Istud *si* non dubitantis est, sed urgentis et instantis vehementer; sicut cùm dicimus : Si benè quid de te merui, etc. Ardenter itaque et patheticè urget Apostolus, instaque tenerrimè, blanda blandis, tedera teneris aggerans. Sensus est : Si qua est in vobis me apostolum

Vers. 1. — *Si qua ergo consolatio in Christo.* Si vultis mihi vincto et afflicto aliquam afferre consolationem in Christo, id est, in negotio Christi, cujus ego sum apostolus.

vestrum, vinctum et afflictum, spiritualiter in Christo consolandi voluntas; si quod lenimen cordis ex charitate profectum mihi vultis impendere; si qua vobis mecum est animorum communio; si qua charitas et meî miseratio.

Societas spiritus. Græc., κοινωνία πνεύματος, *communio animorum*, vel communicatio in uno spiritu, utpote ejusdem corporis commembra.

Viscera miserationis. Græc., *viscera et miserationes;* id est, si qua charitas et miseratio; vel si qua visceralis commiseratio, id est, intima, tenerrima, et quasi ab imis visceribus.

Vers. 2. — Implete gaudium... Syr.: *Implete gaudium meum, ut sit nobis una mens, et una charitas, et una anima, unaque sententia. Implete....* Non dicit afferte, date gaudium, sed *implete*, etc.

Jam superiùs initio primi capitis dixit quòd cum gaudio pro ipsis gratias agat et oret, his verbis indicans quòd ipsum multo gaudio affecerant; tum suâ ad fidem conversione, tum suâ sanctâ et christianâ conversatione, suâque cum illo in Evangelio propagando communicatione, per eleemosynas scilicet ipsi Paulo et aliis Evangelii ministris collatas. Itaque sensus est: Gaudium quo me vestrâ ad Christum conversione affecistis, et quo me vestrâ juxta Evangelium conversatione, vestrâque mecum in Evangelio prædicando cooperatione, cumulâstis; hoc, inquam, gaudium implete, perficite absolutâ vestrî per charitatem perfectione; quasi diceret: Ita regnet in vobis charitas, ut omnium vestrûm una sit mens, una voluntas, una anima, una sententia.

Adverte hic et nota ad quid tendat versûs primi vehemens, ardens et tenera Pauli instantia; seu, quid petat à Philippensibus. Non rogat ut à periculis, à vinculis illum eximant, ut aliquid ipsi impertiantur; sed ut sint unanimes, ut mutuâ sint charitate devincti. Tantum bonum est concordia, ut tam ardenter ab Apostolo desideretur. Adeò pura charitas Pauli non quærentis quæ sua sunt, sed quæ proximi. Bonum proximi, solatium Pauli. Hanc imitare charitatem. In omnibus stude concordiæ, stude et aliorum bono.

Vers. 3. — Nihil per contentionem, neque per inanem gloriam; supple, facite, vel facientes.

Sed in humilitate superiores. Græc., ὑπερέχοντας, *præstantiores*, meliores.

Vers. 4. — Non quæ sua sunt..... sed ea quæ aliorum; in Græc., *sed et aliorum.* Syr.: *Nec de se quisque sit sollicitus, sed quisque etiam de proximo suo.* Istud *et*, seu etiam, indicat quòd non omnis sollicitudo suî sit mala, sed ea quæ proximi est obliviosa, vel proximo nociva.

Adverte quòd D. Paulus, concordiæ super omnia studiosus, in his versibus quatuor designet discordiarum principia, quibus quatuor opponit concordiæ causas et pacis principia. Dividunt mentis tenacitas, amor gloriæ, dominandi desiderium, propriæ utilitatis nimia sollicitudo. Uniunt è contra pacemque fovent mentis humilitas, contemptus gloriæ, amor dependentiæ, commodorum propriorum neglectus. Primo itaque discordiæ principio, mentis tenacitati nimiæ, propriique sensûs amori, opponit mentis propriæ submissionem, idipsum sentientes, v. 2. Secundo discordiarum capiti, amori gloriæ, opponit gloriæ contemptum: *Nihil per inanem gloriam*, v. 3. Tertio divisionum fonti, desiderio dominationis, opponit amorem dependentiæ, cordis humilitatem, *in humilitate superiores*, etc., v. 3. Quarto pacis hosti, propriæ utilitatis nimiæ sollicitudini, opponit commodi sui neglectum, alieni curam. *Non quæ sua sunt..*, v. 4.

Vers. 5. — Hoc enim sentite... Græc., *sentiatur.* Exemplo Christi Domini conficit quod jam verbis incœpit, nimirùm ad humilitatem et charitatem excitare fideles. Ut ergo eos etiam qui vel naturæ, vel gratiæ donis excellunt excitet ad sese sub aliis humiliandum, sicut v. 3 docuit: *In humilitate superiores* sibi invicem arbitrantes, affert exemplum Christi, Filii Dei, qui, licèt ab æterno Deus et Deo æqualis, et consequenter rerum et creaturarum omnium Dominus, tantam majestatem quasi exuit in incarnatione, ut formam servi indueret.

Ut autem eos qui sua quærunt in omnibus confundat, et exemplo Christi Domini doceat proximi salutem suis commodis præponere, affert exemplum Christi Domini, qui in totâ suâ mortali vitâ non sibi aut suis commodis studuit, sed nostræ saluti; propter quam *factus est obediens usque ad mortem*, etc. Sensus igitur est: Is enim debet in vobis esse sensus et affectus humilitatis et charitatis erga vos invicem, qui fuit in Christo Jesu erga nos omnes. Quasi diceret: Christiani estis, Christi discipuli et sectatores estis, Christum itaque imitemini, quicumque, quantique sitis.

Si quod solatium charitatis, id est, si quod solatium ex charitate profectum à vobis expectari potest.

Si qua societas spiritûs; si declarare vultis vos eumdem mecum habere spiritum.

Si qua viscera miserationis: Si quid, inquit, viscerum, id est, misericordiæ, in vobis est; si vultis aliquam erga me misericordiam ostendere.

Vers. 2. — *Implete gaudium meum*, id est, facite unde gaudium meum quod ex præclaris vestræ conversationis initiis jam dudùm concepi, impleatur ac perficiatur.

Ut idem sapiatis, q. d.: Implebitis gaudium meum si idem sapiatis, *eamdem charitatem habentes*, id est, mutuam erga vos invicem charitatem habentes ac retinentes.

Unanimes, idipsum sentientes. Unanimes sunt, qui unum idemque sentiunt, idem velint, idem nolint.

Vers. 3. — *Nihil* (supple facientes) *per contentionem*, irritationem, quâ scilicet alios ad contentiones et lites provocetis, *neque per inanem gloriam.*

Sed in humilitate superiores sibi invicem arbitrantes; sed per humilitatem quisque alium se superiorem et præstantiorem arbitretur et existimet.

Vers. 4. — *Non quæ sua*, etc.; q. d.: Ut charitatem mutuam, ad quam vos hortor, foveatis, satagite ut quisque non sua, sed aliorum commoda spectet, quæret, consectetur.

Vers. 5. — *Hoc enim sentite in vobis*, etc. Sensus est: Is affectus sit in vobis erga vos invicem, qui et in Christo fuit erga nos; ipsum imitamini.

Vers. 6. — Qui cum in forma Dei esset. Græc. : *Qui in formâ Dei existens.* Per formam Dei omnes sancti Patres intelligunt naturam Dei, sicut per formam hominis significatur natura hominis, qui ratione creationis suæ servus est Dei. Videatur præsertim D. Joannes Chrysostomus, videatur et D. Thomas. Hoc idem breviter et solidè probatum reperies apud P. Cornelium à Lapide, qui etiam rejicit commentarium D. Ambrosio perperàm ascriptum et quem sequuntur Erasmus et Grotius, qui, post hunc Ambrosium, per formam Dei intelligunt, non ipsam divinitatem, sed divinitatis specimen, quod Christus per miracula dabat. Sed ex mente sanctorum Patrum intelligenda est Scriptura, per quos constantem habemus Ecclesiarum traditionem, quæ cum Scripturâ est fidei nostræ regula. Sensus ergo est : Qui cùm verus esset Deus, Deo Patri coæqualis et consubstantialis : et consequenter super omnes homines et creaturas quaslibet infinities elevatus, utpote Creator et rerum omnium Dominus.

Non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo; Græc., *Non prædam reputavit esse paria Deo,* id est, pariter seu æqualiter Deo. Cum esset, inquam, verè Deus, unius cum Patre substantiæ et essentiæ, *non rapinam arbitratus est,* sentire, dicere, profiteri *se æqualem Deo.* Sciebat se naturâ suâ Deo per omnia æqualem esse, non verò rapinâ, quam attentavit Lucifer, dicens : *Similis ero Altissimo.* Poterat ergo jure et sine ullâ rapinâ sese omnibus non tantùm hominibus, sed et creaturis præeminere et dominari.

Vers. 7. — Sed semetipsum exinanivit... ; at tantùm abest ut ita se gesserit, seu, ut hanc suam cum Deo æqualitatem ostentaverit, et ob illam inter homines præeminentiam et dominationem affectaverit; quinimò hanc suam æternam majestatem, et cum Deo æqualitatem celavit et abscondit sub formâ servi, seu naturâ hominis, quam in incarnatione assumpsit.

In similitudinem hominum factus..., in quâ, et per quam Incarnationem, qui Deo connaturalis et coæqualis erat, hominibus in naturâ similis factus est, ipsis connaturalis et similis interiùs.

Et habitu inventus ut homo, et etiam exteriùs (celatâ omni majestate Dei) schemate, seu figurâ externâ visus est, ut quivis vulgaris homo; et consequenter qui rerum omnium Dominus erat, servus factus est. Is ergo sit in vobis humilitatis sensus : Quicumque Christiani estis, quanti qualesque sitis, vel in naturâ, vel in gratiâ, vel in mundo, exinanite vosmetipsos, fratrumque vestrorum servi et ministri estote. Hunc puto naturalem Apostoli sensum, et patere mihi videtur ex apostolici sermonis contextu.

Nota litteralis.

Ut ergo mentem Apostoli pleniùs capias, recordare scopi ad quem tendit, filumque sermonis attende. Vult ut cum humilitate quisque proximum suum semetipso præstantiorem existimet, ipsique tanquàm superiori libenter sese subdat. Vide v. 3. Huic humilitati obstat præeminentia, seu in naturâ, seu in fortunâ, seu in gratiâ; ut hoc obstaculum vincat Apostolus, et omnes, etiam qui præ aliis eminent, aut in quocumque genere præcellunt, ad humilitatem excitet, affert exemplum Christi Domini, qui cùm Deus esset, Deo æqualis, super omnes creaturas infinities elevatus, ob hanc tamen suam præeminentiam, hic honores mundi non quæsivit, sed illam quasi celans et abscondens sub formâ servi, *exinanivit semetipsum.* Supremam majestatem suam quasi evacuavit, formam servi induens : servus enim factus est in incarnatione, et ut servus obedivit usque ad mortem atrocem et infamem crucis.

Hujus itaque ineffabilis exinanitionis memores, vosmetipsos exinanite, quicumque sitis, ô Christiani, fratrumque vestrorum servi estote.

Et hæc quoad Apostoli mentem capiendam sufficiant, sed verba rursùs explicanda : *Semetipsum exinanivit;* Græc., *evacuavit;* non deponendo naturam divinam, sed illam celando, et assumendo naturam humanam, quæ quasi nihilum est et inane. *Formam servi accipiens,* id est, hominis, qui ratione creationis suæ servus est Dei. Hic non omittendam puto D. Thomæ notam in verbum *exinanivit :* Inane opponitur pleno, ait Angelicus doctor; Divinitas est omnis esse plenitudo; humanitas et omne creatum, est mera dependentia, et quasi nihilum; Divinitas, omne bonum; humanitas, tabula rasa et quasi inane. *Exinanivit* ergo, ex pleno vacuus ex omni nihilum factus est; celatâ omni suâ majestate, æternitate, infinitate, potentiâ, etc., infantulus, parvus, infirmus, etc., factus et visus est. *In similitudinem hominum factus,* id est, similis factus omnibus aliis hominibus in naturâ; ejusdem cum illis substantiæ; verus homo interiùs et substantialiter. *Et habitu...,* Græc., *schemate,* id est, specie etiam et externâ figurâ, ut quivis alius homo vulgaris. Interiùs ergo et exteriùs, naturâ et figurâ aliis hominibus similis.

Vers. 6. — *Qui cùm in formâ Dei esset.* Forma Dei, est natura Dei, divinitas, et Deus ipse. Ita Chrysost., Hilarius, August. *Non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo;* q. d. : Non rapinam arbitratus est (sibandi, se facere cùm sentiret et diceret) esse se æqualem Deo, ut cùm dixit : Ego et Pater unum sumus, Joan. 17, quia quod sentiebat et dicebat, sibique attribuebat, idipsum reipsâ erat : unde quod naturæ, non putavit esse rapinæ. Ita Augustin. Rapina hæc est arrogantia vel arrogantiæ effectus : rapere enim alterius gloriam, est eam sibi arrogare.

Vers. 7. — *Sed semetipsum exinanivit formam servi accipiens;* q. d. : Christus, cùm ante incarnationem esset Deus, Deoque æqualis, seipsum tamen postea exinanivit quando per incarnationem formam servi accepit, factusque est ex Domino servus, ex Deo homo, ex creatore creatura.

In similitudinem hominum factus, id est, similis hominibus factus, *et habitu inventus ut homo.* Vult dicere Apostolus Verbum æternum et invisibile ita assumpsisse formam et naturam hominis, ut illam hominibus spectandam objecerit, et per speciem ac figuram corporis humani à se assumpti, hominum oculis visibilis apparere viderique voluerit; itaque ab hominibus visus et inventus sit ut homo; *ut homo,* id est, verus homo

Hæc tria, *formam servi accipiens*, *in similitudinem hominum factus*, *habitu inventus ut homo*, perfectam notant exinanitionem, seu evacuationem. Quasi diceret : Qui Deo connaturalis et consubstantialis erat, hominibus connaturalis et consubstantialis factus fuit: qui Deo per omnia æqualis, erat omnipotens, æternus, immensus, etc., hominibus similis et æqualis, factus est infirmus, temporalis, parvus; qui Deus erat et per effectus apparebat, rerum omnium Dominus, celatâ omni majestate et omnipotentiâ, homo vulgaris, servus et obediens visus est et omnibus apparuit. Tantum et tale dedit nobis humilitatis exemplum! Is ergo sit in vobis sensus, vestras celate præeminentias, illas abscondite, vosmetipsos exinanite, ut aliorum servos vos exhibeatis. Tandem erubescat homo superbus esse, propter quem Deus factus est humilis, D. Augustinus. Insanabilis illa superbia, quam tanta non curat humilitas.

Vers. 8. — Humiliavit semetipsum factus obediens... Attende nunc et vide cum humilitate charitatis exemplum : Factus homo, non suæ studuit utilitati, sed nostræ saluti ; propter quam *humiliavit semetipsum*, et obedivit usque ad mortem et mortem doloribus et ignominiâ plenam. Voluntas humana ad duo tendit, ait D. Thomas, ad vitam et ad honorem : Christus propter nos non recusavit mortem, nec fugit ignominiam. Et propter fratres nostros modicum quid pati reformidabimus!

Observatio moralis.

Christus Deus, Deoque æqualis, propter meam salutem *factus est obediens*... Obedivit Deo, cujus servus factus est in Incarnatione ; *non sicut ego volo, sed sicut tu*, Matth. 26. Obedivit hominibus, à quibus capi, torqueri, damnari et tandem se crucifigi passus est. O immensa charitas! ô ineffabilis humilitas!

Hoc sentite in vobis. Utraque ab omnibus Christicolis sentienda quidem, sed à nullo prorsùs concipienda; sentiri potest, concipi non potest. Hinc D. Paulus nobis dicit : *Hoc sentite ;* non dicit, concipite ; cordis opus hoc est, non mentis. Taceat ergo mens, sileat lingua ; at sentiat cor quid sit Deum pro nobis obedire, pati, mori. Hoc tu solus nôsti, ô Deus! hoc tu solus comprehendis! sed da cordi meo sentire quid Deo propter me exinanito debeat; quid Deo propter me usque ad mortem, mortem autem crucis obedienti, debeat. Hujus sensûs effectus erit in corde meo profunda humilitas, perfecta et universalis obedientia. Deo et propter Deum, hominibus obediam, humilis, ipsisque, in salutis præsertim negotio, humilis et cum charitate ministrabo.

Vers. 9. — Propter quod et Deus exaltavit illum. Post humilitatis et obedientiæ exemplum, ostendit exaltationis fastigium, ut nos omnes, spe similis exaltationis futuræ, excitet ad imitandam Christi Domini charitatem et humilitatem. *Propter quod*, seu, quia *humiliavit se, et factus est obediens...*, ideò *exaltavit*, Græc., *superexaltavit*, seu, super omnia exaltavit : illum scilicet à mortuis suscitando et super omnes creaturas, ad dexteram suam collocando. Nota Christum à Deo exaltatum tribus modis ipsius humiliationi correspondentibus. Primò, dedit illi nomen super omne nomen, Dei scilicet nomen, ut Deus agnitus est, qui creatura, homo, servus factus est; seu qui servi formam induit; secundò, omnes subdidit creaturas ei qui factus est obediens Deo et hominibus ; tertiò, vult ut omnes credant et confiteantur quòd in gloriâ Dei Patris sit ille, qui ut homo vulgaris apparuit, quique pro nobis crucis ignominiam cum latronibus subiit. Ita *qui se humiliaverit, exaltabitur*, et quò sese profundiùs humiliaverit, eò excelsiùs et gloriosiùs exaltabitur; æterna nostra gloria, temporali nostræ humiliationi respondebit.

Et donavit illi nomen quod est super omne nomen, id est, quo nihil excelsius nominari potest. Hoc nomen quod omne aliud infinitè superat, est nomen Dei, seu Filii Dei ; fama divinitatis, quam post resurrectionem suam et in cœlum ascensionem præsertim habuit; ex tunc præcipuè innotuit Christi divinitas. Hinc dicitur quòd Deus illi nomen dedit, quando rem nomine significatam, omnibus fecit innotescere. Non malè tamen ab aliis hoc ipsum intelligitur de nomine Jesu, seu Salvatoris, quia, licèt illud habuerit à conceptione, illud tamen propriè complevit in morte, tuncque verè et perfectè se Jesum et Salvatorem exhibuit.

Vers. 10. — Ut in nomine Jesu omne genu, ita ut omnes omninò creaturæ, seu quæ in cœlis sunt, angeli scilicet et animæ beatæ; seu quæ in terris, homines nimirùm; seu quæ in inferis, seu limbo, seu purgatorio, seu inferno (dæmones enim licèt coactè Christum adorant) ; omnes, inquam, creaturæ ad nomen Jesu, seu hominis illius qui Jesus vocatur, Christo

Vers. 8. — *Humiliavit semetipsum*, etc. Intelligitur autem obedientia, quâ voluntatem suam humanam, perfectè conformavit æterno decreto Patris ; q. d. : Humiliavit se per obedientiam, sive dùm obedivit Patri usque ad mortem crucis. Christus humiliavit se, et obedivit non quà Deus est et Verbum, sic enim Patri non est subditus, cùm sit illi par ; sed quatenùs formam servi accepit, seu quatenùs est homo.

Vers. 9. — *Propter quod et Deus exaltavit illum.* Græcè, *superexaltavit illum*, id est, in summam extulit sublimitatem, ad vitam scilicet et gloriam immortalem super omnes angelos et cœlos statuens Christum ad dexteram Dei. *Et donavit illi nomen quod est super omne nomen*, id est, quo nihil excelsius nominari potest. *Nomen* Dei, est ipse Deus, et divinitas, cujus majestas, potentia, et gloria ab omnibus et super omnia nominatur et celebratur. Hinc, Apoc. 5, dicitur Agnus, qui occisus est, accipere divinitatem, non quasi eam acceperit primùm post mortem et resurrectionem ; constat enim eam habuisse à primo instanti incarnationis suæ ; sed quòd eam acceperit in notitiâ et famâ apud homines in toto mundo, ut nimirùm omnibus innotesceret, omnesque crederent Christum esse verum Deum Deique Filium, eumque, ut talem, colerent et celebrarent.

Vers. 10. — *Ut in nomine Jesu*, etc. *Jesus*, id est, Salvator, et ipsa salus. Nomen Jesu, est nomen proprium Verbi incarnati. *Jesus* fons est et principium gratiæ, gloriæ et salutis. *Cœlestes* sunt angeli et animæ beatæ : *terrestres*, homines in terris agentes ; *infernorum*, id est, subterraneorum, qui sub terra degunt, puta eorum qui expiantur in purgatorio, et eorum qui damnati sunt in inferno, sive homines sint, sive dæmones, ait Anselmus.

genuflectant, Christum adorent, Christoque tanquàm Domino ac Deo suo sese subjiciant. Hoc ex parte quidem completur nunc, sed perfectè complebitur in extremo judicio, sicut et quod sequitur.

VERS. 11. — ET OMNIS LINGUA... CŒLESTIUM scilicet, TERRESTRIUM ET INFERNORUM, id est, omnes creaturæ confiteantur Christum rerum omnium Dominum esse, et eamdem cum Patre suo gloriam habere. Hujus et vos divinæ gloriæ participes eritis, ô Philippenses, si Christi humilitatis et charitatis fueritis imitatores.

VERS. 12. — ITAQUE, CHARISSIMI MEI... Hæc vox, *itaque*, notat sequentium cum præcedentibus connexionem et illationem illorum ex istis.

Ut igitur totam Apostoli mentem in his paucis verbis intelligas, recordare priùs ab eo dictorum. Initio capitis hortatus est ad concordiam, ad charitatem, ad humilitatem, etc. Ut pressiùs ad has virtutes excitaret, Christi humilitatis, charitatis, obedientiæ et exaltationis exemplum proposuit. Attende nunc conclusionem, seu adducti exempli applicationem : *Itaque, charissimi mei*, SICUT SEMPER OBEDISTIS, supple, obedite. Primò, Philippenses hortatur ut intuitu obedientiæ Christi, obediant et ipsi, si gloriæ et exaltationis Christi velint esse participes ; quasi diceret : Sicut Christus obediens fuit, ita et vos obedite ; secundò, hortatur ut propter Deum, non propter homines tantùm obediant.

NON UT IN PRÆSENTIA MEI TANTUM, id est, non quasi me revereamini præsentem ; quasi diceret : Non meî causâ, sed Dei vos intuentis gratiâ, obedite divinis ejus præceptis de concordiâ, de charitate, etc., à me supra traditis.

Tertiò, quia hucusque obedierunt Philippenses, ut ipse testatur Apostolus : *Sicut semper obedistis;* et cap. 1, v. 5 : *A primâ die usque nunc.* Ne fortè segnescant in posterum, vel ob suam obedientiam, et in bonis operibus perseverantiam, efferantur animo, monet ut sedulò et humiliter suam salutem per bona opera perficiant.

CUM METU ET TREMORE SALUTEM VESTRAM OPERAMINI. Non tantùm dixit : ἐργαζέσθε, operamini, ut notat D. Chrysostomus, sed : κατεργάζεσθε, sedulò et magno cum studio operamini. Ecce sedulitatem in bonis operibus requisitam, addit : *Cum metu et tremore;* ecce humilitatem. Ad utrumque autem excitat quod adjungit : DEUS EST ENIM QUI OPERATUR IN VOBIS... ; et bona voluntas, et bonum opus sunt à Dei gratiâ, non à nostris viribus. *Deus est qui operatur* ET VELLE ET PERFICERE. Quid superbis? quid gloriaris de bonâ voluntate, aut bono opere? *Quid habes quod non acceperis?*

Deus utrumque *operatur* PRO *suâ* BONA VOLUNTATE ; time, age sedulò, corresponde gratiæ fideliter, ne vel tuâ superbiâ, vel tuâ segnitie offensus, te deserat, suam subtrahendo gratuitam operationem. Itaque *cum metu et tremore salutem vestram* sollicitè et accuratè *operamini.*

Vides quàm hæc inter se connexa sint, et quàm paucis verbis multa conficiat Apostolus, plura mente cogitans quàm verbis formalibus exprimens, sed ex præcedentibus colligenda relinquens.

Ecce quod ad sensum et mentem Apostoli, nunc ad verba :

ITAQUE, CHARISSIMI MEI, SICUT SEMPER OBEDISTIS, ita et nunc obedite. Quod hactenùs fecistis, et nunc facite, salutem scilicet vestram sedulò operamini, CUM METU ET TREMORE.

OPERAMINI, inquam, et sedulò et humiliter.

VERS. 13. — DEUS EST ENIM QUI OPERATUR IN VOBIS ET VELLE ET PERFICERE PRO BONA VOLUNTATE. A Deo, inquam, non tantùm *perficere*, seu bonum opus ; sed et *velle*, seu bona voluntas. Hinc humiles estote, et timete ne vos ob vestram superbiam deserat suamque vobis subtrahat gratiam. Dat, inquam, *velle et perficere*, non ob vestra merita, sed pro suo beneplacito ; hinc seduli et fideles estote ; cooperamini, consentite ipsius gratiæ prævenienti. *Spiritus enim ubi vult spirat, et nescis.... quò veniat, aut quò vadat.*

Observatio dogmatica et moralis.

Ad majorem horum intelligentiam, nota quòd in Scripturis nostræ salutis operatio, bonum opus, bona voluntas, nostra conversio et sanctificatio, adscribantur nunc Deo, nunc nobis, interdùm utrisque. Et reverà sunt à Deo tanquàm à causâ principe ; et sunt à nobis liberè cooperantibus. A Deo quidem, ut à causâ principe, est bona voluntas, bonum opus, etc., nostra salus, quatenùs per gratias prævenientes, excitantes, Deus illuminat intellectum, bonas illi cogitationes immittendo ; et voluntatem excitat, illi pios affectus et motus indendo. Et hæ gratiæ prævenientes et excitantes, seu bonæ cogitationes, seu pii affectus et motus, à Deo sunt *pro bonâ voluntate suâ*, id est, gratis omninò subministrantur : nec cadunt sub meritum. A nobis autem est bonum opus, nostra salus, etc., quatenùs gratia Dei non excludit nostri liberi arbitrii cooperationem, imò includit. Licèt enim Deus primum cogitare, seu primas gratias prævenientes et excitan-

VERS. 11. — *Et omnis lingua* (cœlestium, terrestrium et infernorum, ut præcessit) *confiteatur quia* (quòd) *Dominus Jesus Christus in gloriâ est Dei Patris.* Et omnes confiteantur, Jesum Christum esse Dominum : quæ quidem ejus dignitas et dignitatis agnitio cedit ad gloriam Dei Patris ; quia gloria Patris est exaltatio filii.

VERS. 12. — *Itaque, charissimi mei (sicut semper obedistis)*, admonens, ut, sicut antea semper ex quo fideles esse cœperant, exemplo Christi obedientes se præstiterant Dei præceptis ab Apostolo traditis ; ita faciant deinceps, si gloriæ Christi participes fieri ve-

lint. *Non ut in præsentiâ meî tantùm, sed multò magis nunc in absentiâ meâ.* Ita moneo ut quod hactenùs facitis, facere pergatis.

VERS. 13. — *Deus est enim*, etc. Hortor, inquit, ut cum metu et tremore vestram salutem operemini : quia nec velle nec operari consistit in vestris viribus ; sed Deus est qui per suam gratiam utrumque in vobis operatur. Deus operatur velle per gratiam prævenientem et excitantem, quà intellectum illuminat, immittendo illi bonas cogitationes, etc. ; excitat voluntatem et affectum, pios motus, etc. Deus hæc tria, scilicet cogitare, velle, perficere, operatur in nobis : primum,

tes in intellectu et voluntate operetur in nobis, sine nobis; velle tamen, seu consentire gratiis prævenientibus, nonnisi nobiscum operatur; sicut perficere, seu bonum opus exsequi, per nos operatur. Ut enim benè docet D. Bernardus, libro de Gratiâ et Libero Arbitrio, sub finem, cogitare, velle, perficere, Deus operatur in nobis; primum sine nobis : secundum nobiscum; tertium per nos. Sic autem ista cum libero arbitrio operatur, ut tantùm illud in primo præveniat, in cæteris comitetur; ad hoc utique præveniens, ut jam sibi deinceps cooperetur. Hinc humiliter et gnaviter facienda salus nostra : humiliter quidem, quia primùm et principaliter à Deo; gnaviter verò, quia etiam à nobis sedulò cooperantibus. Humiliter, inquam, quia à Dei bonâ voluntate et purâ misericordiâ primæ gratiæ prævenientes et excitantes : diligenter ac sedulò, quia non nisi nobiscum et per nos operantur; cavenda itaque omnis superbia, omnisque segnities.

Vers. 14. — Omnia autem facite sine murmurationibus et hæsitationibus. Græc., *disceptationibus*, seu dissidiis. Dixerat v. 3 : *Nihil per contentionem...;* ad hoc respiciens dicit nunc ut exemplo Christi, qui velut agnus ad mortem ductus est, obediant sine murmuratione, et incunctanter superiorum jussa perficiant.

Vers. 15. — Ut sitis sine querela. Græc., *irreprehensi*. Syr., *perfecti*. Ambrosianus, *irreprehensibiles*, id est, tales sitis ut nemo de vobis meritò queri possit.

Simplices, id est, candidi : opponit simplices murmurantibus et disceptantibus. Qui simplices sunt et candidi, nec murmurant nec disputant; omnia in meliorem partem interpretantur; quæ sua sunt pacificè agunt, quemque suo relinquunt officio et judicio.

Filii dei. Græc., τέκνα Θεοῦ ἀμώμητα, *filii Dei immaculati*, inculpati. Hinc patet quòd *filii Dei* non sit jungendum cum *simplices;* sunt enim diversi generis, sed vel legendum separatim, vel, ut in Græco, jungendum cum sequenti, filii Dei inculpati, id est, sicut decet filios Dei, inculpatam ducite vitam.

In medio nationis...; quasi diceret : Eò magis inculpati sitis quò degitis inter infideles, qui de vestris etiam bonis operibus malè dijudicant.

Inter quos lucetis; potest etiam verti, *lucete*, in imperativo : ita Syrus qui totum hunc versum sic traduxit : *Ut sitis perfecti, absque nævo, tanquàm puri filii Dei, qui habitant in generatione asperâ et tortuosâ; et præbete vos inter eos tanquàm luminaria in mundo*, hucusque Syriaca versio.

Observatio moralis.

Hic Philippensibus dicit Paulus quod Christus omnibus suis discipulis dixit : *Luceat lux vestra coram hominibus...* Christianus itaque, ut filius Dei, debet esse exemplo vitæ quasi stella fulgens in cœlo, quasi quædam terrestris stella. Vel quasi fax in alto posita, ut aliis hominibus, in mundi pelago navigantibus et naufragantibus, portum salutis ostendat, iter ad cœlum sanctâ conversatione suâ demonstret errantibus. Si hoc de quolibet Christiano, quantò magis de religioso, de sacerdote, de prælato? Sed heu! quot in Ecclesiæ cœlo stellæ sunt sine lumine? Quot faces non fulgentes, sed fumantes, non iter salutis, sed æternæ damnationis viam demonstrantes, imò et ad eam suis scandalis pertrahentes?

Vers. 16. — Verbum vitæ retinentes, id est, conservantes. Potest etiam verti : Verbum vitæ, seu facem vitæ, sustinentes, in vertice tenentes, aliis prætendentes, ut in portum salutis lumine vitæ vestræ invehantur. Sed meliùs puto si intelligatur per comparationem ad luminaria; sicut sol et luna et stellæ vitam dant animalibus et plantis, sic et vos tanquàm luminaria lumine vivifico fidei illuminate, accendite, convertite.

Ad gloriam meam in die Christi, id est, ut de vobis glorier in die judicii, ob copiosum scilicet in vobis Evangelii à me prædicati fructum. Nota quòd Paulus in die judicii tantùm et coram Deo vult de prædicationis suæ fructu gaudere et gloriari; optat quidem hunc fructum semper, at illum gustare vult in cœlo tantùm. Hic laborandum, seminandum; ibi messis et merces erit.

Vers. 17, 18.—Sed et si immolor. Græc., *libor*. Sacrificii duæ partes erant, scilicet victima, v. g., bos, vitulus, aries, etc., et libamen, v. g., vinum, oleum, etc. Victima solemni ritu per levitas et sacerdotes præparabatur; deinde super eam fiebat libatio. Ad hoc alludens D. Paulus, Philippenses ut victimas

scilicet cogitare, sine nobis; secundum, scilicet velle, nobiscum; tertium, scilicet perficere, per nos facit. Ita Bernardus. *Pro bonâ voluntate*, non hominis, sed Dei; est enim Græcè beneplacitum, ultronea propensaque affectio.

Vers. 14.— *Omnia autem facite*, etc. Redit ad versum tertium, ubi jussit ut nihil agant per contentionem, nec per inanem gloriam : ex his enim oriuntur murmurationes et hæsitationes, hoc est, disceptationes.

Vers. 15. — *Ut sitis sine querelâ*, irreprehensibiles, id est, tales de quibus nemo possit conqueri.

Et simplices, id est, integri, sinceri, innoxii.

Filii Dei sine reprehensione, immaculati, ut sitis sine querelâ et simplices, quemadmodùm decet veros Dei filios, id est, ex Dei imitatione vitam ducentes inculpatam, et in quos non cadat reprehensio.

In medio nationis pravæ et perversæ : inter quos lucetis sicut luminaria in mundo. Monet ut in nocte hujus seculi quasi stellæ resplendeant et refulgeant. Vult ut Christiani sint quasi stellæ, quæ in cœlo fixæ non curant terrena, sed totæ intendunt ut suos cursus et motus peragant, lucemque spargant mundo, inquit Anselmus.

Vers. 16. — *Verbum vitæ continentes*; id est, lumen vivificæ fidei vobis prædicatæ in vobis habentes, conservantes ac retinentes.

Ad gloriam meam in die Christi; id est, ad gloriationem mihi in die Christi, id est, in die judicii, quæ erit dies Christi judicis, declarans summam ejus potestatem, dominium et imperium.

Quia non in vacuum cucurri, neque in vacuum laboravi; in prædicando vobis Evangelio; utpotè qui per meam prædicationem egregiè profeceritis, ac lumina quædam mundi facti sitis.

Vers. 17. — *Sed et si immolor supra sacrificium*, etc.;

considerat quas Deo per Evangelii prædicationem paraverat. Quòd si, inquit, super sacrificium et oblationem fidei vestræ necessaria sit sanguinis mei libatio, gaudebo de tanto honore, scilicet quòd sanguis meus sit sacrificii vestri consummatio; et vos ob hoc ipsum gaudete et congratulamini mihi, tanqnàm de bono meo. Lenit dolorem Philippensium qui timebant ne Paulus à Nerone occideretur; tantùm abest ut id timeri velit, quin imò et desiderat illud, et vult ab illis desiderari, ut bonum et suum et illorum.

Obsequium, Græc., *liturgia*, sacrum ministerium. Prædicatio est mystica liturgia; per eam victimæ Deo præparantur : in hoc sacrificio, concionator est quasi sacerdos; auditores, quasi victimæ; prædicatio, quasi victimæ præparatio; Spiritus sanctus, seu charitas, quasi ignis, quo comburi debet victima. Vide Rom. 15, v. 16. Idem intellige de directione animarum : fiat in spiritu sacrificii et oblationis : director animas fideles sibi subditas consideret ut victimas, sancti Spiritûs igne sanctificandas, suoque ministerio comburendas. Felicem se reputet si pro illarum salute vitam impendat, pro quibus et Christus mortuus est. Non se suaque quærat in illis temporalia, sed super illarum devotionis sacrificium et oblationem libari desideret.

Vers. 19. — Spero autem in Domino Jesu, Timotheum... Philippenses Epaphroditum miserant ut res Pauli cognoscerent Paulumque sublevarent : nunc Paulus promittit Timotheum se citò missurum ad Philippenses ut res eorum cognoscat, eorumque salutis negotium promoveat.

Ut et ego..., vicem rependit : hinc superior nihil negligat eorum quæ majorem possunt charitatis unionem conciliare.

Vers. 20. — Neminem enim habeo tam unanimem... Timotheum laudat ex duobus. Primò, ex unanimitate, unione, concordiâ, seu conformitate animi cum Paulo, cui servit ut Filius patri. Secundò, ex zelo sincero et germano erga Philippensium salutem. Unanimem. Græc., ἰσόψυχον, *paris animi*; ἰσοψυχία, *paritas animi*. Syrus, *qui sit ad mentem meam*. Timotheus pari animo, parique sinceritate zeli, Philippensium curam gerebat.

Vers. 22. — Experimentum ejus cognoscite. Alii legunt, cognoscitis : nôstis per experientiam, etc. Fuit cum Paulo Philippis. Hoc probat unanimem Timothei concordiam, fidelemque in Evangelio prædicando obedientiam. Vide paraphrasim.

Vers. 23. — Hunc igitur spero. Vide paraphrasim.

Vers. 24. — Confido autem. Vide paraphrasim.

Vers. 25. — Necessarium existimavi Epaphroditum.... Timotheum et se promisit; Epaphroditum autem præmittit, quem ob quinque laudat. Primò, quia frater, id est, Christianus. Secundò, quia cooperator, id est, adjutor et particeps laboris in Evangelii prædicatione. Tertiò, quia commilito, id est, in hâc sacrâ militiâ, sub Christo duce, periculorum particeps. Quartò, quia apostolus Philippensium, id est, episcopus, ait Theodoretus : legatus, seu nuntius ad Paulum, ait Theophylactus : doctor Philippensium, ait D. Joannes Chrysostomus. Quintò, quia minister necessitatis meæ, id est, qui mihi vincto et incarcerato necessaria subministravit, multaque obsequia præstitit. Hinc collige episcopi excellentias : frater est apostolorum in fide; cooperator ipsorum in ministerio; commilito in sacrâ militiâ; apostolus in suâ diœcesi, pauperum et afflictorum ministrator et procurator, et pater. Caveat autem episcopus ne vacua relinquat tot et tanta nomina.

Vers. 26. — Quoniam quidem omnes vos desiderabat... Rationem dat multiplicem cur Epaphroditum remiserit, tum ex parte Epaphroditi; quia *desiderabat*, etc., hìc, tum ex parte Philippensium, ut viso eo gaudeatis, v. 28, tum ex parte Pauli : *Et ego sine tristitiâ sim*, v. 28.

q. d. : Magni gaudii materia vobis erit, valdèque vobis gaudendum erit, si me immolatum pro fide Christi et vestrâ, martyrioque affectum audiveritis.

Vers. 18. — *Idipsum autem et vos gaudete*, etc. Gaudeatis, inquàm, de bono vestro quod jam habetis; mihi verò congaudeatis de bono meo quod expecto. Verba sunt consolantis eos, ne de ipsius morte, si contingat, tristentur, sed potiùs gaudeant.

Vers. 19. — *Spero autem in Domino Jesu, Timotheum me citò mittere ad vos*. Ob id nimirùm ut rerum nostrarum ac profectûs evangelici certiores vos faciat. Quod utique cedet ad gaudium et consolationem vestram.

Ut et ego bono animo sim cognitis quæ circa vos sunt. Supponit autem Timotheum bona ac læta de Philippensibus renuntiaturum; utpote ex animo sollicitum quò res Philippensium benè se habeant.

Vers. 20. — *Neminem enim habeo tam unanimem*. Neminem alium habeo qui pari mecum animo et studio curet ea quæ sunt Jesu Christi.

Qui sincerâ affectione pro vobis sollicitus sit, qui germanè, verè, cordatè, ea quæ circa vos sunt, id est, res vestras, curabit.

Vers. 21. — *Omnes enim quæ sua sunt quærunt*, etc. Quærunt autem sua, non quæ Jesu Christi, qui privata commoda præponunt gloriæ Christi, etiam in eo quòd Christi negotium agere videntur. *Omnes*, id est, plurimi, valdè multi.

Vers. 22. — *Experimentum autem ejus cognoscite*, etc.; id est, experimento discite, probate qualis sit cùm apud vos erit, et videbitis me non vanè eum commendâsse.

Vers. 23. — *Hunc igitur spero me mittere ad vos*, etc.; hunc igitur spero me ad vos missurum, statim ut videro qualem sint exitum habituræ res meæ, negotia mea, vincula mea.

Vers. 24, 25. — *Confido autem in Domino... Necessarium autem existimavi*, scilicet ad consolationem vestram, interim dùm Timothei ad vos profectio differtur, *Epaphroditum fratrem*, etc., id est, præmittere ante Timothei adventum; *cooperatorem*, scilicet in Evangelio, et Evangelii prædicatione ac propagatione; *apostolum*, id est, doctorem : qui eos in fide post Pauli discessum instruxerat, inquit Chrysost.; *Apostolum*, id est, episcopum, inquiunt Theodoretus et Baronius; *ministrum necessitatis meæ*; quia Paulo vincto necessaria vitæ alimenta à Philippensibus submissa deferebat, et obsequia præstabat.

Vers. 26. — *Quoniam quidem omnes vos desiderabat*, supple videre et revisere; *et mœstus erat*, anxius erat et anxiè sollicitus. Græcum verbum significat gravem animi mœrorem, ut cùm quis penè exanimatur, ac præ dolore deficit; *propterea quod audieratis illum infirmatum*. His verbis tacitè commendat insignem Epaphroditi erga Philippenses suos amorem;

Et mœstus erat. Græc., *anxius*. Ambrosius, *impatienter sollicitus erat*.

Vers. 27. — Nam et infirmatus est. Vide paraphrasim.

Vers. 28. — Festinantius, id est, studiosiùs, sine morâ.

Et ego sine tristitia sim. Græc., *minùs trister*, seu minùs habeam tristitiæ; Syr. : *Ut mihi levior sit animæ ægritudo*. Nunquàm sine dolore aut tristitiâ Paulus : *Quis infirmatur et ego non infirmor?* etc., 2 Cor. 21, sed aliquando plùs, aliquando minùs tristis.

Vers. 29. — Excipite itaque illum cum omni gaudio in Domino; id est, cum gaudio spirituali et christiano, etc., seu quale Christianum decet. Græca et Syrus : *Excipite illum in Domino, cum omni gaudio*; excipite illum fraternè et christianè, et ut patrem in Domino : utrumque in idem redit.

Vers. 30. — Quoniam propter opus Christi, id est, propter subsidia mihi ab illo propter Christum subministrata.

Tradens animam suam, id est, vitam suam periculis objiciens. Græc., *Parabolatus est animam suam*. Syr. : *Neglexit, sprevit animam suam*, id est, nihil fecit seipsum, suæ valetudinis curam non habuit. Parabolani dicuntur qui cum vitæ periculo adsunt ægrotis. Vide Calepinum.

Ut impleret id..., id est, ut obsequia mihi præstaret quæ vos ob absentiam personaliter non potuistis.

ut pote ex quo tam mœstitudo quàm desiderium hoc proficiscebatur.

Vers. 27. — *Nam et infirmatus est usque ad mortem:* id est, ita ut esset morti vicinus; *sed Deus misertus est ejus*, scilicet eripiens eum periculo, et sanitati restituens. Quod quidem beneficium *misericordia* vocatur, quatenùs est miseriæ cujusdam remotio.

Non solùm autem ejus, verùm etiam et meî, ne tristitiam super tristitiam haberem; id est, ne dolorem quem patiebar ob infirmitatem ejus exciperet novus dolor, idemque acerbior, ex ejus morte.

Vers. 28. — *Festinantiùs ergo misi illum*, etc. Significat Apostolus sibi molestum fuisse, quòd aberat ab eis Epaphroditus, atque hâc parte doloris se levandum per ejus reditum.

Vers. 29. — *Excipite itaque illum cum omni gaudio in Domino*, excipite illum affectu christiano, idque magno cum gaudio; *et ejusmodi cum honore habetote;* habete in pretio, ac debito honore afficite.

Vers. 30. — *Quoniam propter opus Christi usque ad mortem accessit. Opus Christi* vocat visitationem Pauli, incarcerati, propter Christum. *Accessit ad mortem*, etenim periculosum erat familiariùs accedere, et secretiùs colloqui cum eo, cui Nero imperator infensus erat.

Tradens animam suam, id est, non habitâ ratione vitæ; vitam suam negligens.

Ut impleret id quod ex vobis deerat erga meum obsequium. Ut plenè adimpleret vestrum defectum ministerii circa, vel potiùs erga me.

Corollarium pietatis, seu in hoc capite ad pietatem maximè notanda, et ad praxim redigenda.

1° Insculpe menti tuæ nunquàm obliviscendum mirabile humilitatis Christi exemplum, v. 5, 6, 7, 8; qui cùm in formâ Dei esset, etc., semetipsum exinanivit, formam servi accipiens, etc., v. 6, 7. Utramque formam perpende, compara; tandem hanc exinanitionem concipere non valens, illam mirare, senti, tuo modulo imitare. Quantus, qualisque sis, non superbies, sed temetipsum exinaniens, cæterosque te reputans præstantiores, omnium fies servus et minister, præsertim ad salutem.

2° Insculpe et ejusdem Christi Domini ineffabile charitatis exemplum. Factus homo, non sua quæsivit, sed nostræ saluti totus incubuit; ob quam *factus est obediens usque ad mortem, mortem autem crucis*, v. 8; pati contemni, opprobriis saturari, tandem pro te mori voluit. Hanc charitatem concipere non valens, mirare, senti, imitare. Obedi Deo, et propter Deum totus proximi saluti stude et vaca; pro quâ pati, sperni et mori non refugies.

3° Ex v. 12 et 13 disce humiliter et sedulò tuam propriam salutem operari; et ibidem vide rationem urgentem ad utrumque.

4° Ex v. 15 et 16 nota, et nusquàm obliviscaris, quanta debeat esse Christiani, et à fortiori religiosi et sacerdotis sanctitas. Sit doctrinæ lumine, et exemplo vitæ, quasi stella fulgens; fax in alto posita, portum salutis ostendens aliis hominibus, in mundi pelago navigantibus. Attende tibi, et vide num talis sis, hujusque in occasionibus recordare.

5° Ex v. 17 scias quo animo debeas, seu Dei verbum annuntiare, seu animas dirigere. Sacrum ministerium, seu prædicationis, seu animarum directionis, est liturgia mystica, quâ victimæ Deo præparantur, sancti Spiritûs igne sanctificandæ. Hoc vide fusiùs ibidem. Has ergo victimas Deo præpara, non te, nec tua quærens; imò paratus sanguinis tui libatione illarum sacrificium consummare.

6° Apostolicas episcoporum qualitates in Epaphrodito poteris annotare, v. 25.

CAPUT III.

1. De cætero, fratres mei, gaudete in Domino. Eadem vobis scribere, mihi quidem non pigrum, vobis autem necessarium.

2. Videte canes, videte malos operarios, videte concisionem.

3. Nos enim sumus circumcisio, qui spiritu servi-

CHAPITRE III.

1. Au reste, mes frères, réjouissez-vous en Notre-Seigneur. Il ne m'est pas pénible, et il vous est avantageux que je vous écrive les mêmes choses.

2. Gardez-vous des chiens; gardez-vous des mauvais ouvriers; gardez-vous des faux circoncis;

3. Car c'est nous qui sommes les vrais circoncis,

mus Deo, et gloriamur in Christo Jesu, et non in carne fiduciam habentes :

4. Quanquàm ego habeam confidentiam et in carne. Si quis alius videtur confidere in carne, ego magis.

5. Circumcisus octavo die, ex genere Israel, de tribu Benjamin, Hebræus ex Hebræis ; secundùm legem, pharisæus ;

6. Secundùm æmulationem, persequens Ecclesiam Dei ; secundùm justitiam quæ in lege est, conversatus sine querelâ.

7. Sed quæ mihi fuerunt lucra, hæc arbitratus sum propter Christum detrimenta.

8. Verùmtamen existimo omnia detrimentum esse, propter eminentem scientiam Jesu Christi Domini mei ; propter quem omnia detrimentum feci, et arbitror ut stercora, ut Christum lucrifaciam,

9. Et inveniar in illo, non habens meam justitiam, quæ ex lege est, sed illam quæ ex fide est Christi Jesu, quæ ex Deo est justitia in fide ;

10. Ad cognoscendum illum, et virtutem resurrectionis ejus, et societatem passionum illius, configuratus morti ejus :

11. Si quo modo occurram ad resurrectionem quæ est ex mortuis ;

12. Non quòd jam acceperim, aut jam perfectus sim ; sequor autem, si quo modo comprehendam, in quo et comprehensus sum à Christo Jesu.

13. Fratres, ego me non arbitror comprehendisse : unum autem, quæ quidem retrò sunt obliviscens, ad ea verò quæ sunt priora extendens meipsum,

14. Ad destinatum persequor, ad bravium supernæ vocationis Dei in Christo Jesu.

15. Quicumque ergo perfecti sumus, hoc sentiamus ; et si quid aliter sapitis, et hoc vobis Deus revelabit.

16. Verùmtamen ad quod pervenimus, ut idem sapiamus, et in eàdem permaneamus regulâ.

17. Imitatores meî estote, fratres, et observate eos qui ita ambulant, sicut habetis formam nostram.

18. Multi enim ambulant quos sæpè dicebam vobis (nunc autem et flens dico), inimicos crucis Christi :

19. Quorum finis interitus, quorum deus venter est : et gloria in confusione ipsorum, qui terrena sapiunt.

20. Nostra autem conversatio in cœlis est ; unde etiam Salvatorem expectamus Dominum nostrum Jesum Christum.

21. Qui reformabit corpus humilitatis nostræ, configuratum corpori claritatis suæ secundùm operationem, quâ etiam possit subjicere sibi omnia.

puisque nous servons Dieu en esprit et que nous nous glorifions en Jésus-Christ, et sans nous flatter d'aucun avantage charnel.

4. Ce n'est pas que je ne puisse prendre moi-même avantage de ce qui n'est que charnel ; et si quelqu'un croit pouvoir le faire, je le puis encore plus que lui,

5. Ayant été circoncis au huitième jour, étant de la race d'Israel, de la tribu de Benjamin, né Hébreu de pères hébreux ; ayant été pharisien pour ce qui est de la manière d'observer la loi.

6. Pour ce qui est du zèle du judaïsme, en ayant eu jusqu'à persécuter l'Eglise, et pour ce qui est de la justice de la loi, ayant mené une vie irréprochable.

7. Mais ce que je considérais alors comme un gain et un avantage m'a paru depuis, en regardant Jésus-Christ, une perte et un désavantage.

8. Je dis plus ; tout me semble une perte au prix de cette haute connaissance de Jésus-Christ mon Seigneur, pour l'amour duquel je me suis privé de toutes choses, et je les regarde comme des ordures, afin que je gagne Jésus-Christ ;

9. Que je sois trouvé en lui, n'ayant point une justice qui me soit propre, et qui me soit venue de la loi, mais ayant celle qui naît de la foi en Jésus-Christ, cette justice qui vient de Dieu par la foi ;

10. Et que je connaisse Jésus-Christ, avec la vertu de sa résurrection, et la participation de ses souffrances, étant rendu conforme à sa mort,

11. Afin que je puisse parvenir, de quelque manière que ce soit, à la bienheureuse résurrection des morts.

12. Ce n'est pas que j'aie déjà reçu ce que j'espère, ou que je sois déjà parfait ; mais je poursuis ma course, pour tâcher d'atteindre où Jésus-Christ m'a destiné en me prenant à son service.

13. Non, mes frères, je ne pense point avoir encore atteint où je tends ; mais tout ce que je fais maintenant, c'est qu'oubliant ce qui est derrière moi, et m'avançant vers ce qui est devant moi,

14. Je cours incessamment vers le bout de la carrière, pour remporter le prix de la félicité du ciel, à laquelle Dieu nous a appelés par Jésus-Christ.

15. Tout ce que nous sommes donc de parfaits, soyons dans ce sentiment, et si vous avez quelque autre sentiment de vous-mêmes, Dieu vous découvrira ce que vous devez en croire.

16. Cependant, pour ce qui regarde les connaissances auxquelles nous sommes déjà parvenus, ayons les mêmes sentiments, et demeurons dans la même règle.

17. Mes frères, rendez-vous mes imitateurs ; et proposez-vous l'exemple de ceux qui se conduisent selon le modèle que vous avez vu en nous.

18. Car il y en a plusieurs dont je vous ai souvent parlé, et dont je vous parle encore avec larmes, qui se conduisent en ennemis de la croix de Jésus-Christ ;

19. Qui auront pour fin la damnation, qui font leur dieu de leur ventre, qui mettent leur gloire dans leur propre honte, et qui n'ont de pensées et d'affections que pour la terre.

20. Mais pour nous, nous vivons déjà dans le ciel, et c'est de là aussi que nous attendons le Sauveur, Notre-Seigneur Jésus-Christ,

21. Qui transformera notre corps, tout vil et abject qu'il est, afin de le rendre conforme à son corps glorieux, par l'opération de cette puissance par laquelle il peut s'assujétir toutes choses.

ANALYSIS.

Superiora concludit, et ad alia transit, de quibus jam multa præsens dixit Philippensibus, ut scilicet caveant à doctoribus judaizantibus, quos vocat canes, et falsò circumcisos, quia carne tantùm, nos verò Christiani verè sumus circumcisi, quia corde, v. 1, 2, 3.

Paulus plus quàm ullus ex eis posset de legalibus gloriari, quia octavo die circumcisus, etc. ; v. 4, 5, 6.

At legalia, imò et omnia temporalia bona præ Christo, et propter Christum, habet ut nihilum ; omnia ergo contemnit, dummodò Christum lucretur, sitque meritorum illius particeps, v. 7, 8, 9, 10, 11.

Non ideò perfectum se reputat ; sed ad vocationis suæ perfectionem magno conatu contendit ; idem faciant Philippenses, v. 12, 13, 14, 15.

Ipsum imitentur, non falsos doctores, qui sunt inimici crucis Christi, ventricolæ, nihil nisi terrena cogitantes et curantes, v. 17, 18, 19.

Christiani verò municipes cœlorum, menti et corde conversantur in cœlis; unde et Salvatorem expectamus, qui nos ab omni miseriâ liberos, donabit corporis et animæ gloriâ, v. 20, 21.

PARAPHRASIS.

1. De cætero, fratres mei, spiritualiter in Domino gaudete. Eadem vobis scribere non me piget quidem, quia vobis necessarium est.

2. Cavete à canibus; cavete à malis operariis; cavete à falsis circumcisis, seu carne tantùm concisis.

3. Nos enim Christiani sumus veri circumcisi, qui spiritualiter et animo puro Deum colimus, et qui in Domino Jesu Christo gloriamur, non autem in carne fiduciam habemus,

4. Quanquàm ego quoque (si hæc juvarent) in carnalibus meritò possem confidere; si quis id alius sibi posse videtur, ego præ aliis magis possum.

5. Quippe qui octavo die fui circumcisus; qui sum de prosapiâ Jacob, de tribu Benjamin; Hebræus et familiâ et linguâ: ex Hebræis oriundus; sectâ Pharisæus.

6. Zelo Judaicæ religionis tam ardens, ut fuerim persecutor Ecclesiæ Dei; justitiæ legalis tam accuratus observator, ut vixerim irreprehensibilis.

7. Sed has carnis, seu Judaismi, prærogativas, quas ut lucra olim magno in pretio habui, propter Christum arbitratus sum ut damna et detrimenta.

8. Enim verò non illa tantùm quæ dixi, sed et omnia hujus vitæ bona, existimo inopiam et detrimentum esse, præ dignitate eminentis scientiæ, seu cognitionis Jesu Christi Domini mei; propter quem libenter omnium jacturam feci, omniaque arbitror ut stercora, dummodò Christum lucrer, seu Christi beneficiorum sim particeps;

9. Utque in Christo reperiar, seu existam non habens justitiam meam, meis scilicet viribus partam, quæ ex legis notitiâ et observatione acquiritur, sed habens illam justitiam quæ habetur per fidem Christi; illam, inquio, justitiam quæ à Deo manat, et in Christi fide fundatur.

10. Ut cognoscam illum, et potentiam resurrectionis illius, et communionem passionum ejus; me conformans morti et passionibus ejus, scilicet per labores et cruces.

11. Ut, si quomodò possim, perveniam ad beatam sanctorum resurrectionem.

12. Hæc dico, non quasi metam jam apprehenderim, aut ad terminum perfectionis pervenerim, sed maximo conatu curro ut, si quo modo queam, illud assequar, ad quod, et propter quod, Christus me fugientem quasi manu suâ apprehendit.

13. Fratres mei, ego non arbitror quòd perfectionem assecutus sim: unum autem ago, scilicet obliviscens præterita, quæ retrò sunt, ad ea verò quæ ante me sunt, seu à fronte, meipsum extendens,

14. Ad scopum contendo ut præmium obtineam, ad quod assequendum supernè vocatus sum à Deo per Christi merita.

15. Quicumque ergo perfectionis studiosi sumus, hoc ipsum de nobis sentiamus; et si quid aliter sapitis, spero quòd Deus revelabit vobis idem mecum esse sentiendum.

16. Interim rogo ut in eo ad quod pervenimus idem sapiamus, et in eâdem permaneamus regulâ (doctrinæ scilicet et vitæ).

17. Imitatores mei estote, et attentè considerate eos qui vitam ducunt juxta exemplar quod ego vobis præbui.

18. Sunt enim multi qui longè aliter incedunt; quos sæpè coram vobis appellavi, nunc et flens rursùs appello, inimicos crucis Christi;

19. Quorum finis erit æterna perditio; qui sunt ventricolæ; qui gloriantur in suo ipso dedecore; qui non nisi terrena cogitant, diligunt et curant.

20 Nos autem in cœlis mente et animo conversamur, ex quo loco exspectamus nostrum Salvatorem Dominum nostrum Jesum Christum,

21. Qui transformabit hoc humile et vile corpus nostrum, illudque configurabit gloriosissimo corpori suo; idque per efficacem virtutem quâ omnia sunt ei subdita; seu per virtutem adeò potentem ut per eam possit etiam omnia sibi subjicere, et consequenter quodlibet in quodlibet transmutare.

COMMENTARIA.

Vers. 1. — De cætero. Græc., *reliquum*. Syr., *proinde*. Arab., *quod superest*. Superiora concludit ut ad alia transeat. Primò itaque vult ut abjecto omni mœrore, tum ob sua vincula, tum ob Epaphroditi morbum, gaudeant in Domino, seu gaudio quod Christianos decet. Quasi diceret: Vincula mea Evangelio non nocent, imò proficiunt, Epaphroditum habetis, brevi et habebitis Timotheum, ego quoque jamjamadvenio: itaque reliquum est ut gaudeatis omnique spirituali lætitiâ repleamini. Secundò transit ad alia de quibus jam scripsit ad Romanos, ad Galatas, et de quibus multa præsens dixit Philippensibus, ut patet ex hoc capite, v. 18: *Quos sæpè dicebam vobis*: et quia de eisdem jam sæpè dixit; hinc EADEM SCRIBERE, NON MIHI grave est, sed non me piget: VOBIS AUTEM EST NECESSARIUM, scilicet, ut firmiùs hæreant animo, utque vos

Vers. 1. — *De cætero*, id est, proinde, *fratres mei, gaudete in Domino* Christo, id est, eo gaudio quod et quale christianos decet. *Eadem vobis scribere mihi quidem non pigrum*, id est, non est mihi tædiosum aut molestum toties eadem vobis scribere; *vobis autem necessarium*, q. d.: Quòd toties eadem scribo, facio ut

efficiant cautiores. *Vobis autem necessarium.* Græc., *vobis tutum*, securum. Syr. : *Non mihi tædio, eò quòd vos cautiores efficiant.* In suis exhortationibus consulit Apostolus fidelium utilitatem, non gustum; et ubi quid illis necessarium videt, statim hoc ipsi grave non est. Sic omnis prælatus, animarum sibi subditarum necessitatem et profectum attendat; et ubi quid illis necessarium, aut utile deprehenderit, hoc illis sine tædio subministret; illarum saluti in suis concionibus et exhortationibus unicè consulat.

VERS. 2. — VIDETE CANES.... *Videte*, id est, cavete. *Canes.* Olim hoc erat nomen gentium : *Non est bonum sumere panem filiorum et mittere canibus*, Matth. 15, 26; sed cum rebus translata sunt nomina, et gentes quidem *filii*, Judæi autem vocantur *canes*, ait Theodoretus. *Canes* ergo vocat judaizantes, quia oblatrabant, mordebant et lacerabant verbi Dei prædicatores.

MALOS OPERARIOS, quia Evangelium corrumpebant Judaismi admixtione; non ædificabant, sed opus Dei diruere conabantur.

CONCISIONEM, seu scissionem, tum quia circumcisio tunc, post Christum, erat mera carnis scissio, nihil ampliùs significans, aut efficiens spirituale; hinc et ipso circumcisionis nomine indigna; tum quia ipsi judaizantes errore suo Ecclesiæ christianæ scissores et laceratores erant.

VERS. 3. — NOS SUMUS *vera* CIRCUMCISIO, id est, veri circumcisi. Carnis circumcisio significabat cordis circumcisionem. Christiani itaque corde circumcisi vera sunt circumcisio; illa quippe signum erat, nos res significata.

QUI SPIRITU SERVIMUS DEO..... Explicat discrimen quod est inter falsos et veros circumcisos, seu inter Judæos carne tantùm concisos et inter Christianos corde circumcisos. Judæi carnaliter, seu cæremoniis carnalibus, Deo serviunt; nos *spiritu*, seu animo puro; Judæi gloriantur in carnalibus, v. g., in carnis circumcisione, suamque in eis fiduciam reponunt; nos IN CHRISTO JESU, nostræ salutis auctore, GLORIAMUR, nostramque in ejus meritis FIDUCIAM COLLOCAMUS. Hinc disce quis sit verè Christianus. Primò, qui corde circumcisus est; seu cujus passiones et vitiosæ cupiditates mortificationis cultro circumcisæ sunt. Secundò, qui spiritu Deo servit; seu qui, ut ait Christus, Deum colit et adorat *in spiritu et veritate*, id est, spirituali, sed vero et sincero cultu et sacrificio fidei, spei, charitatis et obedientiæ : seu qui in Deum sincerè credit, firmè sperat, Deum et proximum verè diligit, præcepta Dei in spiritu charitatis servat, omniaque ad Dei gloriam facit et refert; uno verbo, in cujus corde sola regnat charitas. Tertiò, qui in Christo Jesu, salutis auctore, gloriatur, totamque suam spem et fiduciam in Christi meritis reponit, non in suis operibus. Hinc è contra disce quòd qui, neglectâ cordis mortificatione, neglectisque amoris Dei et proximi præceptis, cultum Dei quibusdam in exterioribus reponit, in quibus suam collocat fiduciam, is Judæus est censendus, non verè Christianus.

VERS. 4. — QUANQUAM EGO..., id est, *quanquàm*, si aliqua esset in carne gloria et fiducia, hæc mihi non deesset; imò majorem quàm quilibet alius haberem gloriandi materiam.

VERS. 5. — CIRCUMCISUS OCTAVO DIE... Enarrat carnis prærogativas ob quas gloriari posset, et in quibus judaizantes ipsos supergreditur. *Circumcisus* fui *octavo die*, sicut Isaac et posteri ejus. Judæus ergo natus sum; non autem proselytus accepi circumcisionem; sicut plerique judaizantes, qui ætate jam provecti, fuerunt circumcisi, suntque Judæi tantùm proselyti et ascititii.

EX GENERE ISRAEL. Natus sum, inquam, non de proselytis, aut ascititiis, sed de genere Israel, seu de prosapiâ Jacob.

DE TRIBU, seu familiâ, BENJAMIN, quem præ cæteris dilexit Jacob, quemque habuit de Rachele ob quam tot annis serviit. *De tribu*, inquam, *Benjamin*, quæ in aliarum schismate tribui Judæ constans et fidelis adhæsit, Deique templo et regno; nec legem unquàm deseruit, aut regem.

HEBRÆUS EX HEBRÆIS, id est, *Hebræus*, Hebræorum filius, seu totâ majorum serie *ex Hebræis*. Multi putant hinc significari quòd D. Paulus fuerit non familiâ tantùm, sed et linguâ, Hebræus, idque innuit D. Chrysostomus. Hæ quatuor præcedentes prærogativæ

vos corroborem faciamque tutiores, cautiores et vigilantiores, ne in errorem aliquem aut peccatum prolabamini.

VERS. 2. — *Videte canes*, q. d.: Observate et cavete imprudentes et improbos judaizantes et hæreticos, qui nos allatrant et mordent quasi canes; *videte*, id est, videndo cavete.

Videte malos operarios, operarios subdolos; cavete et fugite pseudo apostolos, qui christianismum miscent et corrumpunt judaismo, inquit Chrysost.

Videte (cavete) *concisionem.* Concisionem vocat circumcisionem, idque ut eam elevet, et christianis parvi pendendam doceat; q. d.: Circumcisio olim tam pretiosa, nunc post Christum, tantùm est concisio, nihil aliud est, quàm carnis sectio et concisio; inquit Chrysost.

VERS. 3. — *Nos enim sumus circumcisio*, quatenùs scilicet in nobis spiritualis significatio circumcisionis impletur. Circumcisio cordis in spiritu, non litterâ, Rom. 2. Qui carnalia desideria pariter et Judaicas cæremonias circumcidentes et resecantes, spiritu servimus Deo, quæ sola vera est, et Deo placens circumcisio. Ita Theoph.

Qui spiritu servimus Deo, hoc est, spiritualiter et mente, ut spiritu servire Deo, sit ei servire ex animo et secundùm hominem interiorem, id est, cultu interno, quod est spiritualiter servire, q. d.: Nos Christiani verè sumus circumcisi, qui spirituali fide, spe et charitate Deo religiosè servimus.

Et gloriamur in Christo Jesu tanquàm auctore salutis nostræ. *Et non in carne fiduciam habentes. Carnem* vocat res externas et carneas, puta carnis circumcisionem, nobilitatem, legis scientiam, pharisaismum. Ita Chrysost., Anselm.

VERS. 4. — *Quanquàm ego habeam confidentiam et in carne*, etc. De judaizantibus loquitur.

VERS. 5. — *Circumcisus octavo die.* Significare voluit se non esse proselytum, id est, advenam populi Dei. *Ex genere Israel*, hoc est, ex prosapiâ Jacobi patriarchæ, qui alio nomine dictus est Israel.

De tribu Benjamin, quæ fortissima fuit, primumque regem Saulem dedit toti Israeli.

suum propriè opus non erant, nec ab electione suâ; ipsi præterea cum multis aliis communes. Tres sequentes ei propriæ sunt et ex electione suâ.

Secundum legem Pharisæus, id est, secundùm legis sectam, seu institutum, Pharisæus; quæ est inter Judæos secta melior et præcipua.

Vers. 6. — Secundum æmulationem....., at Pharisæus tanto paternarum traditionum ardens zelo, ut et Ecclesiam Christi ferro persecutus fuerim.

Secundum justitiam..., Pharisæus denique justitiæ legalis, seu quæ ex lege et per legem paritur, tam accuratus observator, ut fuerim irreprehensibilis; nihil omisi, nihilque feci reprehensione dignum, intellige, coram hominibus.

Vers. 7. — Sed quæ mihi fuerunt lucra..... Sed has, quas dixi, carnis prærogativas, quasque olim magno habebam in pretio; ut Christum cognovi, præ Christo et propter Christum habeo ut nullius pretii, imò ut damna reputo et mihi noxia, quia sunt impedimenta Christianismi, id est, gratiæ et salutis. Tanta est Evangelii excellentia, ut præ illo lex vetus sit quasi nihil. Evangelium est quasi adamas; lex quasi plumbum, ait D. Chrysostomus; hinc lex præ Evangelio damnum est et jactura. Comparatione potiorum, damnum vocat ea quæ sunt deteriora. Supervacanea est lucerna, si sol apparuerit: supervacaneus pædagogus iis qui perfectam acceperunt sapientiam; inutile lac nutricis iis qui solido cibo vescuntur, Theodoretus.

Vers. 8. — Verumtamen existimo omnia..... Plus dicam, omnia hujus mundi bona, gloriam, opes, vitam ipsam, si comparentur cum fide, quâ eminentem Christi cognitionem acquisivi, tanquàm nihilum et inutile reputo, imò tanquàm damnum et quid noxium.

Propter eminentem scientiam. Græc.: *Propter eminentiam cognitionis*. Estius istud *propter* vertit in *ut*, quasi diceret D. Paulus: Ut assequar eminentiam et excellentiam cognitionis Christi et beneficiorum ejus. Significans se hujusmodi cognitionem nondùm esse consecutum, sed adhuc in eâ se proficere, ut expressiùs docet infra. Naturalius videtur si *propter* vertatur in *præ*, ut in paraphrasi, et ita Syrus: *Enimverò existimo omnia inopiam esse præ dignitate scientiæ Jesu Christi Domini mei.*

Propter quem omnia detrimentum feci, id est, omnia projeci, contempsi, et pro stercore habui.

Arbitror ut stercora. Græc., *arbitror esse stercora*, σκύβαλα εἶναι. Arbitror esse quisquilias, seu stipulam frumenti, ait D. Chrysostomus, qui putat id intelligi posse de lege per comparationem ad Christum. Quisquiliæ sunt rejectamenta frumenti, seu paleæ; et hoc benè convenit legalibus; nunc enim ex quo lex excussa, Christum quasi frumentum nobis exhibuit, legalia omnia quasi quisquiliæ sunt. Theodoretus idem sentit: Scybalum, inquit, crassior et durior est palea; hæc quidem fert frumentum, sed, postquàm collectum est frumentum, abjicitur; ita lex Christum ostendit; postquàm autem is apparuit, ea deinceps est supervacanea. Photius hunc eumdem cogitatum fusiùs explicat. Quemadmodùm necessaria est stipula, donec creverit triticum, et separatum inde fuerit, ita Christo, qui fuit verum granum frumenti, nondùm nato, et in legis stipulâ latente, utilis erat lex: ubi autem per passionem et resurrectionem collectum est nobis hoc granum, et per ascensionem in horrea æterni Patris reconditum, ad nihil ampliùs utilis fuit legis culmus et stipula. D. tamen Chrysostomus vero simile putat Paulum id non de legalibus, sed de mundanis rebus dicere, ut in paraphrasi explicui. Omnia ergo prorsùs bona mundana et delicias Paulus vocat stercora, quia plerùmque conspurcant habentem; quisquilias, quasi inania, vacua, superflua, non vera bona.

Observationes morales.

Nota itaque quòd bona terrena sunt *damna*, quia nocent plerùmque. Sunt *stercora*, quia fetent et commaculant. *Quisquiliæ* sunt, quia inutilia et inania. Solus Christus lucrum est, hic per fidem et gratiam possidendus, aliquando per gloriam. Da mihi, ô misericors Deus, oculos fidei; illos, inquam, oculos quos Apostolo tuo dedisti, cùm omnia terrena respiciebat ut inutilia, ut damna, ut stercora. Contemnam illa, ut inutilia, vacua et inania; quisquiliæ sunt. Fugiam illa ut damna, ut detrimenta; nocent plerùmque. Horream illa ut stercora, fetent enim et conspurcant. Eadem

Hebræus ex Hebræis oriundus. *Secundùm legem Pharisæus*, legem Mosaicam profitens, Act. 26. Secundùm certissimam sectam nostræ religionis vixi Pharisæus, Act. 23. Ego Pharisæus sum, filius Pharisæi.

Vers. 6. — *Secundum æmulationem, persequens Ecclesiam Dei.* Tantus, inquit, in me fuit zelus et studium legis, ac paternarum traditionum; ut quidquid eis adversarium videretur, impatienter ferrem, ipsamque adeò Christi Ecclesiam tanquàm apostatricem legis, persequerer, per hoc existimans obsequium me præstare Deo.

Secundùm justitiam, quæ in lege est, conversatus sine querelâ. Ita conversatus coram hominibus, ut nemo de me queri possit, aut objicere, quòd legem ullâ parte fuerim transgressus.

Vers. 7. — *Sed quæ mihi fuerunt lucra*, etc., q. d.: Has carnis excellentias quas jam recensui, quas olim cùm Judæus essem tanto in pretio habui, collegi, seposui velut mercator sua lucra; postquàm Christi Evangelii veritatem et dignitatem agnovi, jam pro Christo, et propter Christum, habeo ut nullius pretii, imò et damna, puta impedimenta veritatis et salutis à Christo percipiendæ. Ita Anselmus.

Vers. 8. — *Verùmtamen existimo omnia detrimentum esse, propter eminentem scientiam Jesu Christi Domini mei.* Omnia quæ tunc magni faciebam, ut genus, sectam, legisperitiam, quam Gamaliele doctore accepi, et quidquid ad Christum me non promovet, arbitror esse detrimentum; hoc est, non solùm inutile, sed etiam damnosum et noxium: idque *propter eminentem scientiam*, sive propter *eminentiam scientiæ*, id est, ut assequar excellentiam cognitionis Christi et beneficiorum ejus. Addit autem *Domini mei* ut ardentem animi sui affectum erga Redemptorem suum declaret.

Propter quem omnia detrimentum feci, et arbitror ut stercora; non hæc in contemptum legis, sed justitiæ quæ ex lege est, ab Apostolo dicuntur. Nec verò quisquam mirabitur legalem justitiam ab Apostolo vocari stercora; si cogitet eamdem à prophetâ vocari *immunditiam*, et comparari cum panno mulieris menstruatæ,

fides, quæ ostendit omnia terrena nihil esse, dat eminentem scientiam Jesu Christi : *ut cognoscam illum....*

Fusiùs vide apud D. Chrysostomum, hom. 10, in cap. 3 Epist. ad Philipp., Moral., pag. 99, 100. Primò, quòd bona terrena verè damna sunt, non lucra, quia laborem multum habent, lucrum verò nullum. Secundò, quòd amentes faciunt; mulieres et equos eodem honore dignantur : unus est utrorumque ornatus; seu ex iisdem rebus mulieres volunt splendidiores apparere, ex quibus et vehicula et pelles cortinarum in quibus vehuntur. Tertiò, quòd supervacanea et inutilia sunt; non à morte liberant, non morbum propulsant, non prohibent senescere. Disce ex eodem Patre quòd omnia tamen creata bona nobis erunt lucra, et non damna, si in Dei convertantur obsequium : hunc bonum usum te docebit eadem homilia. Fecit tibi oculum, hunc ipsi præsta, opera ipsius considerans, ipsumque glorificans, etc.; fecit tibi manus, dedit et pecunias, etc. Ab eodem mirabili Patre disce, quòd nec divitiæ, nec paupertas cœlos comparant, aut gehennam, sed utraque bonus et malus animus. Hunc ergo corrige, hunc compone, hunc talem qualem esse oportet præsta; et omnia tibi erunt utilia, pag. 101. Nam quemadmodùm artifex, sive ferream, sive auream, securim habeat, æquè ligna cædit ac dolat; ita sive per divitias, sive per paupertatem, paratur virtus, pag. 102. Faciliùs tamen per paupertatem, sicut meliùs per ferrum cæditur lignum.

Ut Christum lucrifaciam, id est, Christi gratiam, justitiam, meritorum participationem.

Vers. 9. — Et inveniar in illo, id est, ut sim et existam in Christo, sicut membrum illius corporis, cujus est caput : vel *ut inveniar* in Dei judicio.

Non habens meam justitiam, scilicet, quæ mea sit et à meipso; justitiam nimirùm legalem, seu quæ ex legis notitiâ et observatione acquiritur, absque spiritu fidei et gratiæ.

Sed illam *habens justitiam*, quæ per fidem Christi gratis acquiritur; justitiam, inquio, quæ divina est, utpote quæ à Deo manat, quamque Deus operatur in nobis et quæ in Christi Jesu fide fundatur. Nota primò quòd fides veræ justitiæ radix sit et fundamentum. Vide Ep. ad Rom., c. 1, v. 17; c. 4, v. 3. Nota secundò, duas veræ justitiæ conditiones; a Deo est et per Christum : illius auctor, seu causa efficiens, Deus : illius promeritor, id est, causa meritoria, Christus. Tota divina est, à Deo manans, à Spiritu sancto infunditur per fidem vivam in Christum Jesum : et hæc est fides quæ verè et coram Deo justificat. Legalis autem et Pharisaica justitia, externa tantùm est, humana, in solis operibus hominis fundata; hinc politicè tantùm et coram hominibus justificat, seu facit ut justi videamur ob externam legis observationem. Hæc justitia dicitur *mea*, quia à me, meis propriis viribus. Ut Christiana sit, lex observetur in Spiritu Christi et per fidem in Christum.

Vers. 10. — Ad cognoscendum illum.... Potest hoc immediatè præcedentibus jungi, ita ut sensus sit : Justitia est ex fide, quâ fide cognoscitur Christus et virtus resurrectionis illius et communio passionum. Ita Syr. : *Ut per eam* (fidem) *cognoscam Jesum et virtutem resurrectionis ejus, et particeps fiam passionum ejus et conformis fiam morti ejus.* Ita etiam D. Chrysostomus et Theodoretus. Sed probabiliùs puto quòd altiùs referendum sit, nimirùm ad *arbitror ut stercora, ut Christum lucrifaciam, et ut inveniar...* utque *cognoscam illum...* Ita ut hæc pars sit continuatio bonorum ex judaismi contemptu profectorum; seu est explicatio eminentiæ cognitionis Christi : *Ad cognoscendum illum*, Christum scilicet speculativè et practicè. Quis? Quantus? Qualis? homo, Deus, Salvator mundi : omnia quæ spectant ad utramque illius naturam; ad nostræ justificationis et salvationis œconomiam : omnia mysteria, at præcipuè,

Virtutem resurrectionis ejus, id est, insignem illam omnipotentiam, quâ et semetipsum suscitavit, et nos aliquando suscitabit à mortuis. Admirabilem illum Christi suscitati statum æternum, in quo humanitatis nostræ infirmitas, in divinitatis abyssum sic absorpta est, ut totus sit Deus. Statum, inquam, illum gloriosum, qui nostræ resurrectionis futuræ exemplar est, seu, in quo ipsi conformes erimus in æternâ beatitudine; statum denique in quo mihi Ecclesiam persequenti apparuit, dicens : *Saule, Saule, quid me persequeris?*

Et societatem, Græc., *communionem*, passionum ejus, seu ut cognoscam virtutem sanctæ crucis. Ut cognoscam quàm honorificum sit, quàmque proficuum cum Christo pati; Christo per passiones in cruce communiri. Crux Christi, fons et origo gloriæ : so-

Sic enim in personâ carnalium Judæorum, justitiam ex lege quærentium, loquitur Isaias, cap. 64, etc.

Ut Christum lucrifaciam, id est, ut bonorum ejus particeps efficiar. Habetur hæc participatio primùm quidem per fidem et notitiam Christi, veramque justitiam; deinde per consortium resurrectionis et gloriæ ejus.

Vers. 9. — *Et inveniar in illo, non habens meam justitiam quæ ex lege est, sed illam, quæ ex fide est Christi Jesu. Inveniar*, id est, existam, et ut sim in illo, scilicet Christo, sicuti palmes in vite; *non habens meam justitiam*, id est, quæ mihi à meipso sit, eam nimirum quæ ex solâ legis notitia habetur; *quæ ex lege est*, id est, legalem, quæ ex legis observatione acquiritur absque spiritu fidei et gratiæ Christi; *sed quæ ex fide est Christi*, hoc est, sed sim habens justitiam quæ per fidem Christi gratis acquiritur. *Quæ ex Deo est justitia in fide.* Justitiam, inquam, quæ à Deo auctore est, et fundatur in fide; quia fides hujus justitiæ fundamentum est. *Quæ ex Deo est justitia*, hoc est, quæ divina est justitia, à Deo manans, ut Deus nos faciat et habeat justos, coramque coverè justi simus; non autem humana, quæ ex lege est.

Vers. 10. — *Ad cognoscendum illum*, etc.; et ut cognoscam illum, nempe quis et quantus sit, utpote Deus et homo, et cætera quæ ad utramque ejus naturam pertinent. Item ut cognoscam virtutem seu potentiam resurrectionis et gloriæ ejus, nempè quòd ea sit exemplaris causæ nostræ resurrectionis et gloriæ, quia nos ad ejus similitudinem reformandi sumus. Et ut cognoscam communicationem passionum ejus, in quam venio, et quæ mihi contingit, dùm per passiones et mortis pericula quæ pro nomine ejus sustineo

cictas itaque crucis, seu passionum Christi, erit causa societatis gloriæ.

Nota inter Christum et Christianum communionem passionum. Christi passio fuit nostra, quia pro nobis, et vice nostrâ passus est : nostræ passiones Christi sunt; quia particulæ et communicationes sunt passionum Christi : applicationes sunt Christi passionum. Dùm patimur pro Christo, Christus sua nobis applicat merita, dùm patior, in societatem passionum illius venio. Et hæc est hujus vitæ felicitas : *Beati qui persecutionem patiuntur...* Felicitas æterna erit Christo glorioso conformari; felicitas temporalis, Christo patienti esse conformem; ipsi passionibus communiri.

Configuratus morti ejus. Græcum participium est præsentis temporis. Hinc Ambrosius, *conformans me morti ejus.* Alii, *dùm conformis fio.*

Quasi diceret, *et societatem passionum illius*, in quam venio, dùm conformis fio morti ejus, per labores, passiones, mortis pericula, quæ pro ipso patior. Per calamitates itaque ad Christi similitudinem fingimur; ipsius imago fimus : fratres illius efficimur; Christi quodammodò evadimus. Vide D. Chrysostomum. En quanta est ærumnarum dignitas!

Vers. 11. — Si quomodo occurram ad resurrectionem..., id est, ut, si *quomodò* possim, *occurram* et perveniam ad beatam justorum resurrectionem.

Notæ litterales et morales.

Nota primò, *si quomodò*, quod innuit difficultatem et incertitudinem. Paulus, *vas electionis*, de suâ salute certus non erat; timebat ne reprobus fieret, primæ Corinth. 9; quis ergo securus? Nota secundò nomen Græcum ἐξανάστασιν, quod significat non simpliciter resurrectionem, sed exresurrectionem, id est, gloriosam, sublimem, plenam et perfectam resurrectionem, quam nulla mors, nullaque mala sequentur; resurrectionem, quâ in altum feremur, obviàm Christo in aera; uno verbo, resurrectionem quam expectant justi.

Nota autem quòd, ad hanc beatam resurrectionem nos duo conducunt, viva fides gloriosæ Christi resurrectionis, et conformitas, seu communio passionum Christi. Prima nos reddet amore ferventes; et quasi desiderio nos sursùm extollet; secunda Christi meritis ditabit, dignosque reddet qui reverà extollamur; sicque quasi duæ alæ erunt, quæ nos aliquando rapient in aera. Ergo firmè et vivè credamus gloriosam Christi resurrectionem; de illâ, tanquàm nostræ futuræ exemplari sæpè cogitemus. Christo passo communiamur, ut hâc temporali conformitate, æternam mereamur in gloriâ.

Vers. 12. — Non quod jam acceperim....; dixi, *si quomodò...;* nec enim præsumo quòd metam apprehenderim, aut ad perfectionis apicem pervenerim; sed persequor, maximo conatu currens, ut si quomodò possim, ad apicem illum perveniam, ad quem, ut pervenirem, Christus prior me, quasi suâ manu, apprehendit et in stadium deduxit : nimirùm cùm mihi propè Damascum apparuit. *Non quòd jam acceperim*, scilicet palmam, bravium, apprehenderim metam.

Aut perfectus sim, consummatus, aut ad perfectionis terminum pervenerim.

Sequor, id est, persequor, curro, eò tendo majorè quo possum conatu, ut illud assequar, ad quod Christus me fugientem, etc. Ipse me prior retibus illigavit, ait Theodoretus. Fugiebam illum et valdè aversabar; ipse me fugientem apprehendit. Itaque ego quoque persequor, enitens eum apprehendere, ne à salute excidam, Theodoretus.

Gratias immensas, ô misericors Deus, qui me fugientem, quasi manu tuâ apprehendisti et in stadium deduxisti; ignosce meam hucusque in tuo servitio socordiam; auge animum, da vires ut alacriùs curram, braviumque tandem assequar ad quod et propter quod me comprehendisti.

Vers. 13. — Fratres, ego non arbitror.... Unum autem, supple, sollicitus ago; uni totus intendo, incumbo, scilicet quæ retro sunt, id est, à tergo præterita, obliviscens.

Ad ea quæ priora, quæ à fronte, quæ ante me *sunt*, cursum meum dirigens et extendens.

Vers. 14. — Ad destinatum persequor, id est, ad scopum seu versùs signum præfixum totis viribus

(sicut dicit se quotidiè mori, 1 Cor. 15), conformis efficior morti ejus.

Vers. 11. — *Si quo modo occurram*, etc. Sensus est : Compatior et commorior Christo, ut si quo modo possim, perveniam ad beatam resurrectionem mortuorum quam justi expectant.

Vers. 12. — *Non quòd jam acceperim*, id est, apprehenderim, aut potiùs prehenderim, *aut jam perfectus sim;* q. d. : Non eâ mente dixi, quasi putem me jam apprehendisse hunc christianæ justitiæ apicem, hanc perfectam resurrectionis ac passionis Christi cognitionem, etc.

Sequor autem, si quo modo comprehendam. Sequor, id est, persequor. Significat autem insequi cum extremo conatu assequendi et apprehendendi. Sensus est : Nondùm assecutus sum perfectionem, ut mihi jam quiescendum sit, sed adhuc curro, contendo, persequor, ut illam, si queam, apprehendam. Non loquitur de præmio vitæ æternæ, quod infra vocat bravium supernæ vocationis, sed de perfectione cognitionis et vitæ, ad quam in hoc seculo, post quantumlibet profectum, semper adhuc aspirandum est.

In quo et comprehensus sum a Christo Jesu; q. d. : Cùm pergerem Damascum ut christianos caperem et vincirem, à Christo in viâ apprehensus sum, etc., et hæc omnia hoc fine fecit Christus, ut vicissim satagerem comprehendere tam ipsum, quàm perfectionem Christianismi, etc. Sicut aliquando procul aberrans et fugiens à Christo, comprehensus sum ab eo per gratiam ejus prævenientem : ita nunc vicissim hanc præsto diligentiam, ut totis viribus eum insequar, et nitar apprehendere virtutum perfectione.

Vers. 13. — *Fratres, ego me non arbitror comprehendisse, unum autem*, subaudi, ago; id est, in unam rem totus sum intentus. *Unum autem* illud exponit Apostolus sequentibus verbis :

Quæ quidem retrò sunt obliviscens, ad ea verò quæ sunt priora extendens meipsum. Obliviscitur autem operum præteritorum, quamvis justorum, non quòd ea contemnat, sed quòd iis non contentus, semper ad majora et perfectiora nitatur. Tota vita boni Christiani sanctum est desiderium proficiendi, inquit Augustinus.

Vers. 14. — *Ad destinatum persequor*, id est, ver-

curro; seu oculis in scopum unicè defixis, ad eum totis viribus contendo, ut bravium, seu palmam, præmium assequar, ad quod Deus è cœlo me per Christum vocavit. Eheu! quantùm ab hâc apostolicâ praxi disto! Quidni, ô Deus bone, sicut apostolus tuus, oculos in bravium unicè defixos habeo, ut ad illud totis contendam viribus? cur toties ab æternitate distractus, terrenis implicor, cursum ad cœlestia remorantibus? *Averte oculos meos, ne videant vanitatem, in viâ tuâ vivifica me;* da mihi fidem vivam, ardens desiderium, illuminatos oculos cordis mei, ut sciam quæ sit spes vocationis meæ, et quæ divitiæ gloriæ hæreditatis meæ in sanctis, etc., ut hoc unicè videns, cætera omnia obliviscens, huic totus incumbam.

Vers. 15. — Quicumque ergo perfecti, seu, ut dixit alibi, *spirituales, firmiores*, seu in rebus divinis benè versati, et perfectione aliis præeuntes. Perfecti hominis est non se existimare perfectum esse; hoc perfectio est, D. Chrysostomus.

Hoc sentiamus, scilicet nos ad perfectionem nondùm pervenisse. Nec in hoc est contradictio; etsi enim aliorum comparatione sint perfecti, in se tamen sunt adhuc perficiendi: multa illis desunt.

Et si quid aliter sapitis, id est, sentitis ab aliquibus fortè decepti, spero quòd Deus vobis revelabit, ita sentiendum vobis esse, ut dixi. Vides quàm verecundè, ait D. Chrysostomus, *si quid aliter sentitis*, ut ignoratio videatur potiùs quàm improbitas.

Vers. 16. — Verumtamen ad quod pervenimus.... Græc.: *Verùmtamen ad quod pervenimus, eâdem incedere regulâ, idem sapere* (infinitum pro imperativo); Syr.: *Verùmtamen id ad quod pervenimus, eâdem persùs scopum totus feror. Ad bravium supernæ vocationis Dei in Christo Jesu.* Bravium propriè significat præmium certantibus propositum. Ego, inquit, ea quæ sunt à tergo relinquens, ad ea verò quæ sunt à fronte, meipsum extendens, oculis semper in scopum defixis, cursu contendo ad palmam seu præmium regni cœlestis, ad quod à Deo vocati sumus per Christi fidem et merita. Aliud est scopus, aliud præmium, seu palma, seu corona. Apparet per *scopum* seu *destinatum* intelligi perfectionem illam de quâ dicebat: Non quòd jam acceperim, aut jam perfectus sim, etc. Per bravium verò seu palmam significari præmium supernæ beatitudinis, ad quod obtinendum currere se dicit, habendo oculos semper intentos in scopum perfectionis propositæ. *In Christo Jesu*, per Christum Jesum, per Christi merita. Ita Chrysostomus; q. d.: Deus hoc *bravium* nobis proposuit, et ad illud nos vocat per merita Christi.

Vers. 15. — *Quicumque ergo perfecti sumus, hoc sentiamus. Perfectos* dicere videtur, quos alibi spirituales, et firmiores, et perfectos vocat; id est, sapientiæ sublimioris capaces, et percipientes ea quæ sunt spiritûs Dei, et eos qui pro consuetudine exercitatos habent sensus ad discretionem boni et mali. *Quicumque ergo perfecti sumus*, id est, intelligentiâ rerum divinarum cæteris præstamus, vel reipsâ, vel nostrâ, aut aliorum opinione; hoc sentiamus quod ego de meipso jam professus sum, scilicet, nos nondùm apprehendisse aut perfectos esse, sed adhuc multa nobis deesse, ideòque nos eorum quæ retrò sunt oblitos, semper ad anteriora debere extendi.

Et si quid aliter sapitis, vel sentitis, *et hoc vobis Deus revelabit.* Et si qui vestrùm aliter sentiunt de eâ re de quâ jam egi, nimirùm arbitrantes se jam apprehendisse perfectionem, ut proficere ultra non debeant: equidem confido Deum vobis qui tales estis, etiam hoc quod sentiendum dixi, revelaturum per internam inspirationem atque doctrinam. Oliter significat Dei donum esse, quòd quis rectè sapit, et imperfectionem suam agnoscit. Deus hoc revelat, dùm homini seipsum, et sua vitia sensim patefacit, etc.

Vers. 16. — *Verùmtamen ad quod pervenimus*, etc. Interim quantùm ad id quod de rebus divinis jam assecuti sumus; hortor vos omnes, eâdem regulâ doctrinæ et fidei incedere, eamdemque regulam tenere, et idem sapere, id est, concordes esse. *Regulam*, vocat legem et fidem Christi.

Vers. 17. — *Imitatores mei estote, fratres*, unà cum aliis qui me imitantur. Sicut alios videtis esse studiosos mei imitandi, ita et vos facite. *Et observate eos qui ita ambulant*, etc., id est, nos ut formam et exemplar. *Et observate*, sive considerate eos, qui vitam suam instituunt ad exemplar, quod ego vobis præbui, quodque à me accepistis; et eos imitamini.

Vers. 18. — *Multi enim ambulant*, subaudi, aliter quàm ego; quia ego prædico et sequor Christi crucem, et austeram vitam, illi et verbo et facto Christi crucem negant. *Quos sæpè dicebam vobis* (subaudi, esse) *nunc autem et fleus dico.* Flentem se introducit, ut commendet amorem suum erga Philippenses, quorum periculum metuebat.

Inimicos crucis Christi, qui justitiam prædicabant ex lege quærendam; ut benè Thomas adnotat: quamvis in Christum crucifixum credere se dicerent, ex consequenti tamen hostes crucis Christi, se declarabant. Quia, sicut alibi dicit, Galat. 2., si per legem justitia, ergo gratis Christus mortuus est. Græci *inimicos crucis Christi* interpretantur eos qui voluptates et luxum

quod adversatur cruci, ait D. Chrysostomus. Nihil æquè à Christiano alienum est, ac requiem et otium quærere, etc. Dominus tuus in crucem actus est, et tu requiem quæris? Dominus tuus clavis confixus est, et tu deliciaris? hæccine militis generosi? D. Chrysostomus. Si Dominum tuum amas, illius vitam vive, mortem illius morere; ipse te crucifige, non ut ipse te interimas, sed ut cum Paulo dicas : *Mihi mundus crucifixus est...*, idem.

Vers. 19. — Quorum finis interitus, id est, qui ad extremum peribunt, æternumque subibunt supplicium. Pereant ergo necesse est, qui crucem Christi, fontem salutis, evacuant.

Quorum deus venter est, quia ejus gratiâ faciunt omnia; quasi summum bonum in deliciis sensualibus reponunt. Hinc ventricolæ.

Et gloria in confusione ipsorum; Syr. : *Gloria ipsorum, dedecus ipsorum,* id est, gloriantur in flagitiis, quorum ipsos pudere oporteret. Grave malum est turpia facere; sed si te, cùm facis, pudeat, quasi dimidium malum est, D. Chrysostomus; sin autem inde te efferas, summus jam est animi stupor.

Qui terrena sapiunt, id est, cogitant diligunt et curant.

Vers. 20. — Nostra autem conversatio...; Græc., *administratio nostra;* Syr., *nostrum exercitium;* Æthiop., *civitas nostra;* Tertullianus, *noster municipatus.* Sensus est : Tales sunt illi; nos autem è contra, cœlestia cogitamus, diligimus et curamus, quia cœlum patria nostra, civitas nostra, municipatus noster. Πολίτευμα, ex Budæo, significat regimen politicum, rempublicam, civitatem. Quasi diceret Paulus : Regimen nostrum, nostra respublica, nostra civitas, municipatus noster in cœlis est; id est, conversamur ut cives cœlorum; nos gerimus ut municipes cœlorum; vivimus et regimur jure, legibus et politiâ regni cœlestis. Talis est omnis verè Christianus; attende tibi.

Unde etiam Salvatorem... Ex quo cœlo expectamus Dominum nostrum Jesum Christum, qui veniens ad judicium, nos amicos suos liberabit ab omni corporis et mentis ærumnâ, nosque donabit gloriâ corporis et animæ.

Vers. 21. — Qui reformabit; Græc., *transfigurabit,* transformabit, id est, in aliam figuram accidentalem commutabit, ex passibili, corruptibili et terreno, faciens impassibile, incorruptibile, æternum.

Corpus humilitatis nostræ. Hebraismus, id est, corpus humile, abjectum ac miserum;

Configuratum corpori claritatis suæ. Græc. : *Ut fiat conforme corpori claritatis Christi;* Syr. : *Ut fiat in similitudinem corpori gloriæ suæ.* Hæc configuratio, conformatio corporis nostri cum glorioso corpore Christi, fiet per, et propter passiones. *Si compatimur, et conglorificabimur.* Quot vulnera pro Christo, tot nobis coronæ cum Christo; quot mortificationes propter Christum, tot consolationes in gloriâ cum Christo. Quid ergo murmuras, ô caro misera? quid recalcitras? patere, mortificare in tempore, ut in æternum gaudeas et glorieris. *Pœna brevis, gaudium erit æternum.*

hujus vitæ sectantes, crucem Christi videntur odisse; utpote quæ non ad delicias, sed ad labores et austeritatem vitæ nos invitet.

Vers. 19. — *Quorum finis interitus,* id est, qui ad extremum interibunt ac perdentur : loquitur autem de æternâ perditione.

Quorum deus venter est, nam ventrem habent pro Deo, quia causâ ventris omnia faciunt, id est, finem constituunt in deliciis cibi et potûs. Hujusmodi Christo Domino non serviunt, sed suo ventri; Rom. 16.

Et gloria in confusione ipsorum, id est, in dedecore, ignominiâ, turpitudine, pudore ipsorum, et qui gloriantur in iis quorum ipsos oportebat pudere, id est, in flagitiis et malè factis, etc.

Qui terrena sapiunt. Quorum cor terræ affixum, non nisi terrestres habet affectus, non nisi terrestria bona amat, desiderat, curât, cogitat, prosequitur.

Vers. 20. — *Nostra autem conversatio in cœlis est.* Pro *conversatione* Græcè est conversatio civilis, id est, civium inter se; tanquàm dicat Apostolus : Civitas nostra, in quâ ut cives conversamur, in cœlis est; itaque nos non terrena sapimus, sed cœlestia. Hoc enim est conversationem habere in cœlis, cœlestia sapere, quærere, meditari.

Unde (ex quo scilicet cœlo, vel ex quibus cœlis) *etiam Salvatorem expectamus Dominum nostrum Jesum Christum.* Ut veniens ad judicium nos fideles, ad cœlestia anhelantes, cœlo adjudicet, et in cœlo secum triumphantes ducat. Nota : Salvare propriè est rem amissam aut perditam recuperare, sic Christus dicitur Salvator, quia nos nobis, puta primævæ nostræ integritati, spei, saluti et felicitati restituit.

Vers. 21. — *Qui reformabit corpus humilitatis nostræ, configuratum corpori claritatis suæ.* Pro *reformabit,* Græcè est, transfigurabit, transformabit, hoc est, in aliam figuram et formam commutabit, ut scilicet ex corruptibili faciat corpus incorruptibile, ex passibili impassibile, ex terrestri cœleste. Sensus : Qui transmutabit corpus nostrum humile, vile, miseriis et corruptioni obnoxium; ut sit tale quale est corpus ipsius gloriosum. *Configuratum corpori;* Græcè est, ut fiat conforme corpori claritatis Christi. Syrus vertit, ut fiat in similitudinem corporis gloriæ suæ. Papæ! inquit Chrysost., illine qui ad dexteram Patris sedet, conforme fiet hoc corpus? Illi qui adoratur ab angelis? Illi cui astant incorporales illæ virtutes? Illi, qui est super omnem principatum, potestatem et virtutes, illi conforme fiet? etc.

Secundùm operationem quâ etiam possit subjicere sibi omnia. Causam dat hujus transformationis, potentiam scilicet ac potentem Christi operationem, quâ potens est subjicere sibi omnia, etc.; ergo facile ipsi est, ut suo jussu faciat corpora nostra corrupta resurgere ad immortalitatem et gloriam. Ita Chrysost. Christus efficaciter potest omnia sibi subjicere; ergo potest conformare corpora nostra mortalia corpori suo glorioso, idque adeò facturus est, quia facturum se promisit.

Corollarium pietatis, seu in hoc capite ad pietatem maximè notanda, et ad praxim redigenda.

1° Conserva, et altâ mente repositam tene ideam de vero Christiano. Corde circumcisus, spiritu servit Deo, et in Domino Jesu Christo gloriatur. Vide v. 3. Ut hanc in te adimpleas ideam, cultro mortificationis, in corde tuo, concupiscentiæ vitia continuè reseca. Spiritu, seu fide vivâ, spe firmâ, charitate sin-

cerâ, Deum cole; sic in corde tuo regnet ejus charitas, ut omnium tuarum actionum, et internarum, et externarum, sit principium et forma. In Christo Jesu, Filio Dei, Salvatore tuo, gloriare, totamque tuam spem pone.

2° Conserva et veram de mundanis bonis ideam, ut ea contemnas. Sunt quisquiliæ, damna, stercora; seu inania sunt, nociva, fœtida, et conspurcantia. Vide v. 8. Inania, et inutilia sperne; nociva fuge; fœtida horre. Observa tamen quòd ex se nec bona sunt, nec mala; sed ea talia facit bonus, vel malus animus. Illic ergo si corrigatur, omnia erunt utilia. Vide ibidem.

3° Conserva et notitiam de dignitate passionum, ut eas libentiùs feras : passio, communio, communicatio, societas est passionis Christi. Vide v. 10. Patiens ergo gaude, quia Christi passioni communicas; Christi autem passio, fons est beatitudinis æternæ; Christo patienti fis conformis; Christo itaque glorioso conformis eris. Vide et v. 21.

4° Observa, et sequere christianas Apostoli praxes, quibus se ad perfectionem evangelicam excitabat. Vers. 12, 13, 14, semetipsum considerans in evangelicâ palæstrâ, quasi stadiodromum in stadio, majori quo potest conatu, currit ad bravium; quæ retrò sunt obliviscens, oculis in scopum unicè defixis, ad eum totis viribus contendit. Eheu! miser, in eodem stadio positus, languens hactenùs torpui, et torpeo! da vires et animum, ô Deus, apostolum tuum imitandi, in fine saltem meæ tepidæ vitæ. Vers. 20, se cœlorum civem et municipem considerans, mente et corde à terrenis abstractus, cœlestia cogitat, diligit et curat; jure et legibus cœlestis regni vivit et regitur. Eodem ac Apostoli insignitus sum honore; cœlorum sum civis, domesticus Dei; cur ergo, ut talpa, hæreo terræ, mente et corde inclusus in terrâ? Sursùm cor, ô anima mea! mentem erige, suspice cœlum; hæc est patria tua, domusque æterna; ad hanc anhela, ibi conversare, donec veniat Salvator, qui te ab hujus exilii miseriis eripiat, suâque gloriâ donet in patriâ.

CAPUT IV.

1. Itaque, fratres mei charissimi et desideratissimi, gaudium meum et corona mea; sic state in Domino, charissimi.

2. Evodiam rogo, et Syntychen deprecor, idipsum sapere in Domino.

3. Etiam rogo et te, germane compar, adjuva illas quæ mecum laboraverunt in Evangelio, cum Clemente, et cæteris adjutoribus meis, quorum nomina sunt in libro vitæ.

4. Gaudete in Domino semper; iterùm dico, gaudete.

5. Modestia vestra nota sit omnibus hominibus: Dominus propè est.

6. Nihil solliciti sitis; sed in omni oratione et obsecratione, cum gratiarum actione petitiones vestræ innotescant apud Deum.

7. Et pax Dei, quæ exsuperat omnem sensum, custodiat corda vestra et intelligentias vestras in Christo Jesu.

8. De cætero, fratres, quæcumque sunt vera, quæcumque pudica, quæcumque justa, quæcumque sancta, quæcumque amabilia, quæcumque bonæ famæ, si qua virtus, si qua laus disciplinæ, hæc cogitate.

9. Quæ et didicistis, et accepistis, et audistis, et vidistis in me, hæc agite : et Deus pacis erit vobiscum.

10. Gavisus sum autem in Domino vehementer, quoniam tandem aliquando refloruistis pro me sentire: sicut et sentiebatis; occupati autem eratis.

11. Non quasi propter penuriam dico : ego enim didici, in quibus sum, sufficiens esse.

12. Scio et humiliari, scio et abundare (ubique et in omnibus institutus sum), et satiari, et esurire, et abundare, et penuriam pati.

13. Omnia possum in eo qui me confortat.

14. Verumtamen benè fecistis, communicantes tribulationi meæ.

CHAPITRE IV.

1. C'est pourquoi, mes frères très-chers et très-désirés, qui êtes ma joie et ma couronne, continuez, mes bien-aimés, et demeurez fermes dans le Seigneur.

2. Je conjure Evodie et je conjure Syntyche de s'unir dans les mêmes sentiments en Notre-Seigneur.

3. Je vous prie aussi, vous qui avez été le fidèle compagnon de mes travaux, d'assister celles qui ont travaillé avec moi dans l'établissement de l'Evangile, avec Clément, et les autres qui m'ont aidé dans mon ministère, dont les noms sont écrits dans le livre de vie.

4. Réjouissez-vous sans cesse en Notre-Seigneur; je le dis encore une fois : réjouissez-vous.

5. Que votre modestie soit connue de tous les hommes : le Seigneur est proche.

6. Ne vous inquiétez de rien; mais en quelque état que vous soyez, présentez à Dieu vos demandes par des supplications et des prières accompagnées d'actions de grâces.

7. Et que la paix de Dieu, qui surpasse toutes nos pensées, garde vos cœurs et vos esprits en Jésus-Christ.

8. Enfin, mes frères, que tout ce qui est véritable et sincère, tout ce qui est honnête, tout ce qui est juste, tout ce qui est saint, tout ce qui peut vous rendre aimables, tout ce qui est d'édification et de bonne odeur, tout ce qui est vertueux, et tout ce qui est louable dans le réglement des mœurs, soit l'entretien de vos pensées.

9. Pratiquez ce que vous avez appris et reçu de moi, ce que vous avez entendu dire de moi, et ce que vous avez vu en moi; et le Dieu de paix sera avec vous.

10. Au reste, j'ai reçu une grande joie en Notre-Seigneur, de ce qu'enfin vous avez renouvelé les sentiments que vous aviez pour moi, non que vous ne les eussiez toujours dans le cœur, mais vous n'aviez pas d'occasion de les faire paraître.

11. Ce n'est pas la vue de mon besoin qui me fait parler de la sorte, car j'ai appris à me contenter de l'état où je me trouve.

12. Je sais vivre pauvrement, je sais vivre dans l'abondance : ayant éprouvé de tout, je suis fait à tout, au bon traitement et à la faim, à l'abondance et à l'indigence.

13. Je puis tout en celui qui me fortifie.

14. Vous avez bien fait néanmoins de prendre part à l'affliction où je suis.

15. Scitis autem et vos, Philippenses, quòd in principio Evangeli, iquando profectus sum à Macedoniâ, nulla mihi Ecclesia communicavit in ratione dati et accepti, nisi vos soli;

16. Quia et Thessalonicam semel et bis in usum mihi misistis.

17. Non quia quæro datum, sed requiro fructum abundantem in ratione vestrâ.

8. Habeo autem omnia, et abundo; repletus sum, acceptis ab Epaphrodito quæ misistis, odorem suavitatis hostiam acceptam, placentem Deo.

19. Deus autem meus impleat omne desiderium vestrum, secundùm divitias suas, in gloriâ in Christo Jesu.

20. Deo autem et Patri nostro gloria in secula seculorum. Amen.

21. Salutate omnem sanctum in Christo Jesu.

22. Salutant vos, qui mecum sunt, fratres. Salutant vos omnes sancti, maximè autem qui de Cæsaris domo sunt.

23. Gratia Domini nostri Jesu Christi cum spiritu vestro. Amen.

15. Or, vous savez, ô Philippiens, qu'après avoir commencé à vous prêcher l'Evangile, ayant depuis quitté la Macédoine, aucune autre Eglise ne m'a fait part de ses biens; et que je n'ai rien reçu que de vous seuls,

16. Qui m'avez envoyé deux fois à Thessalonique de quoi satisfaire à mes besoins.

17. Ce n'est pas que je désire vos dons, mais je désire le fruit que vous en tirez, qui augmentera le compte que Dieu tient de vos bonnes œuvres.

18. Or j'ai maintenant tout ce que vous m'avez envoyé, et je suis dans l'abondance; je suis rempli de vos biens que j'ai reçus d'Epaphrodite, comme une oblation d'excellente odeur, comme une hostie que Dieu accepte volontiers, et qui lui est agréable.

19. Que mon Dieu, selon les richesses de sa bonté, remplisse tous vos besoins, et vous donne encore sa gloire par Jésus-Christ.

20. Gloire soit à Dieu notre Père dans tous les siècles des siècles. Amen.

21. Saluez de ma part tous les saints en Jésus-Christ.

22. Les frères qui sont avec moi vous saluent: tous les saints vous saluent, mais principalement ceux qui sont de la maison de César.

23. La grâce de notre Seigneur Jésus-Christ soit avec votre esprit. Amen.

ANALYSIS.

Primò Philippenses hortatur tenerrimè ad perseverantiam, v. 1; *ad concordiam, v.* 2, 3; *ad spirituale gaudium, v.* 4; *ad modestiam, v.* 5; *ad orationem, ad gratiarum actionem, v.* 6; *ad omnia laudabilia et sancta, v.* 8, 9.

Deinde laudat antiquam et præsentem eorum erga se liberalitatem, v. 10, 14, 15, 16, *idque facit, ipsorum potissimùm causâ; ipse enim scit abundare, et penuriam pati, v.* 11, 12, 13 *et* 17.

Denique eis vicissim bona precatur, eosque salutat omnes.

PARAPHRASIS.

1. Quapropter, fratres mei, quos diligo, quosque videre desidero; vos, inquam, qui estis gaudium, decusque meum, perseverate in vitâ christianâ, eo quo dixi modo, ô charissimi.

2. Evodiam, Syntychenque rogo, ut sint in Domino concordes et unanimes.

3. Quin etiam et rogo te, mi vere sodalis, ut eas adjuves, utpote quæ (cùm apud vos essem) mecum laboraverunt Evangelii promovendi causâ, unà cum Clemente, cæterisque meis adjutoribus, quorum nomina scripta sunt in libro vitæ.

4. Gaudete in Domino semper; iterùm dico vobis, gaudete;

5. Sic tamen ut modestia vestra nota sit omnibus hominibus. Dominus appropinquat.

6. De nullâ re solliciti sitis; sed in omni negotio (vel in omni tempore) per orationem et obsecrationem, cum gratiarum actione, petitiones vestræ deferantur et innotescant apud Deum.

7. Et pax Dei, quæ major est omni intellectu, custodiat corda vestra et animas vestras in Christi gratiâ.

8. De cætero, fratres, quæcumque vera sunt, quæcumque pudica, quæcumque justa, quæcumque sancta, quæcumque digna quæ amentur, quæcumque bonæ famæ, seu laudabilia; si qua virtus, si qua inter vos disciplina digna laude; hæc animo versate (ut ea suo tempore faciatis).

9. Facite quæ didicistis, et accepistis, et audistis, et vidistis in me, et Deus pacis vobiscum erit.

10. Magnoperè gavisus sum, sed gaudio spirituali et christiano, quia tandem aliquando reviruistis et refloruistis, ut mihi benè afficeremini, sicut et antea afficiebamini; id est, reviguit, ac refloruit vester erga me affectus, vestraque mei sollicitudo, quâ solebatis mei curam gerere; sed opportunitate destituebamini.

11. Non quòd penuriam passus sim, id dico (scilicet quòd gaudeam, etc.); ego enim didici, ut mihi sufficiat id quod habeo, seu in iis in quibus sum, contentus esse.

12. Novi humiliari, novi et abundare (in omnibus eventibus ad omnia sum institutus et instructus, seu exercitatus); et satiari possum et esurire, et abundare, et penuriam pati.

13. Omnia possum, corroborante me Christo, Græc.

14. Verumtamen benè fecistis, qui afflictioni meæ communicâstis; seu, qui per vestrorum bonorum communicationem meam sublevâstis inopiam.

15. Scitis autem et vos, Philippenses, quòd in principio Evangelii vobis à me prædicati, quando exivi à Macedoniâ ut irem in Achaiam, nulla Ecclesia mihi quidquam tribuit quod referrem in codicem datorum et acceptorum; sed vos soli tribuistis.

16. Mihi enim, cùm essem Thessalonicæ, semel et

iterùm misistis id quo ad usus meos indigebam.

17. Non hæc dico quasi requiram munera, sed requiro ut ob ea fructus et lucrum abundans inscribatur in rationibus vestris.

18. Recepi autem omnia, et abundo, ac repletus sum, acceptis muneribus quæ mihi per Epaphroditum misistis; sacrificium bonæ fragrantiæ, hostia Deo accepta ac beneplacita.

19. Deum precor ut pro suâ opulentiâ omnem vestram indigentiam impleat, detque vobis gloriam per Jesum Christum.

20. Deo autem, qui et Pater noster est, sit gloria in secula seculorum. Amen.

21. Salutate quemlibet Christianum in Christo sanctificatum.

22. Omnes sancti qui Romæ sunt, seu omnis Ecclesia Romana, maximè qui de familiâ et aulâ Neronis imperatoris, vos salutant.

23. Gratia Domini nostri Jesu Christi cum spiritu vestro. Amen.

COMMENTARIA.

Vers. 1. — Itaque, fratres mei... Græc., *dilecti et exoptati*. Ob propositum præmium, concludit in fide constanter esse perseverandum sanctèque vivendum juxta exemplar vitæ quod illis præbuit imitandum; non verò juxta judaizantium errores et vitam corruptam, quasi diceret: Cùm itaque tanta sit corporis et animæ vobis à Christo promissa gloria, *ô fratres mei dilecti et exoptati, ô gaudium meum et corona mea*, perseverate in fide et in vitâ christianâ, ô dilecti mei, eo quo jam dixi vobis modo.

Gaudium meum et corona mea. Per metonymiam, id est, causa et objectum gaudii mei meæque apud Deum et homines gloriæ. Non tantùm gaudium, sed et gloria, ait D. Chrysostomus, non tantùm gloria, sed et corona. Quid huic virtuti par inveniatur, quippe cùm Pauli corona sint? Felicem prælatum qui in die judicii de subditis suis dicere poterit quod Paulus de Philippensibus: *Gaudium meum*, etc.

Necessariò è duobus unum; vel gaudium, vel tristitia; vel gloria et corona, vel confusio et damnatio illius erunt.

Sic state, quomodò stetistis immoti, perseverate, viventes juxta vitæ nostræ formam, non juxta illorum corruptionem quorum finis erit æterna perditio.

Vers. 2. — Evodiam rogo et Syntychen... Duæ feminæ erant Philippis apud Christianos primariæ, quæ in convertendis et instruendis aliis mulieribus plurimùm laborârunt, sed quæ cùm scriberet Paulus discordes erant. Ita omnes Græci et Latini. Has, inquit D. Chrysostomus, commendat viro cuidam admirabili, quem suum comparem vocat. Ob hunc Græcorum et Latinorum consensum, audiendus non est Grotius, qui vult duos fuisse viros; quia, inquit, συντυχὴς et εὔτυχὴς, est virile nomen. Hincque vult de viduis in genere, non Evodiâ et Syntyche, intelligendum quod sequitur, adjuva illas, etc.

Idipsum sapere in Domino. Rogo ut una sit eis mens et voluntas propter Dominum.

Vers. 3. — Etiam rogo et te, germane compar... Græc., σύζυγε γνησίε, *conjugalis sincere*, socie germane, id est, collega genuine, in jugo scilicet evangelicæ prædicationis ferendo per agrum dominicum. Ζύγος, *jugum*, σύζυγος, *conjugalis*, idem jugum nobiscum trahens. Γνήσιος, *germanus*, sincerus, genuinus. Est itaque metaphora ducta à bobus qui in aratro ferendo combinantur. Comparem, seu conjugalem, vocat hominem quemdam qui cum eo laboravit in agro Domini. Ecclesia quippe ager est Domini: *Dei agricultura vos estis*, ait ad Corinthios, 1 Epist. cap. 3, v. 9. Hinc insignem aliquem doctorem, suum in ferendo per agrum dominicum evangelicæ prædicationis jugo collegam, Paulus vocat conjugalem, collegam, sodalem, verum, germanum et sincerum.

Nota litteralis.

Notandum autem est quòd omnes versiones in masculino genere loquantur. Syr., *mi vere sodalis*. Æthiop., *frater mi et socie mi*. Arab., *ô candide syziga*. Item omnes Patres Græci et Latini. Quin etiam Calvinus et Beza. Hinc prorsùs rejiciendum quod ut omninò falsum rejicit D. Chrysostomus et quod stultum vocat Theodoretus, scilicet in feminino hæc verba velle sumere, et per ea significari uxorem Pauli. Faber Stapulensis, *ingenua conjux*. Erasmus, *compar germana*: hocque placuit Cajetano et Catharino.

Vers. 1. — *Itaque, fratres mei charissimi et desideratissimi*; q. d.: Amabiles et desiderabiles; id est, quos meritò amet, quorumque præsentiâ frui desideret. Sic enim dixit, cap. 1: *Testis mihi est Deus quomodo cupiam omnes vos in visceribus Jesu Christi.*

Gaudium meum, et corona mea. Vocat eos *gaudium suum*, quia de eorum fidei constantiâ gaudebat; quanquam hoc gaudium adhuc augeri vult per eorum profectum: *Implete*, inquit, *gaudium meum*, cap. 2. *Coronam* autem *suam* eos vocat, quòd essent vel ornamentum capitis ejus, de quo gloriari posset: vel potiùs, quia pro labore prædicationis evangelicæ, quâ eos ad Christum adduxerat, coronam à Deo expectabat. De quâ, 2 Tim. 4: *Reposita est mihi corona justitiæ quam*, etc.

Sic state in Domino, charissimi, hoc est, quod paulò ante admonui, ut sitis unanimes in fide Christi, in eo perseverate. State et constanter persistite in Domini Christi fide, spe, gratiâ, justitiâ, eo modo quo in iis standum esse docui.

Vers. 2. — *Evodiam rogo*, etc. Duæ hæ feminæ primariæ erant inter Christianos Philippis, quæ rem christianam promovere satagebant, inter quas aliquid dissidii coortum fuerit. Eas rogat et hortatur, ut *idem sapiant*, sive sentiant, *in Domino*, id est, ut concordes sint in charitate Christi.

Vers. 3. — *Etiam rogo et te, germane compar.* Hic vocat socium et collegam suum, insignem scilicet aliquem doctorem. Quisquis autem fuerit, multùm ab Apostolo honoratur, dùm eum vocat *germanum*, hoc est, sincerum adjutorem, ac laboris socium. Illum igitur virum, tacito ejus nomine, compellans, rogat ut faciat quod sequitur.

Adjuva illas quæ mecum laboraverunt in Evangelio. Duas feminas intelligit, quas modò nominavit. Illæ, inquit, versantur in opere ad utilitatem Ecclesiæ per-

Equidem Atticè loquendo, σύζυγε γνησίε, significare potest germanum et germanam conjugalem : sed D. Paulus erat, ut ait, *imperitus sermone*, nec adeò eloquens ut loqueretur Atticè. Præterea ex ipso D. Paulo constat, 1 Cor. cap. 7, quòd vitam duxerit cælibem. Non audiendi itaque supradicti auctores, sed illis præferenda Scripturæ et sanctorum Patrum auctoritas. Fusiùs eos refellit Estius.

Quis autem sit insignis iste D. Pauli collega, ignoratur. Aliqui putant σύζυγος nomen esse proprium. Alii volunt hoc nomine honorari unum ex episcopis et diaconis, quos salutavit in exordio Epistolæ. Vatablus, à P. Cornelio citatus, censet esse Epaphroditum. Post quem Grotius ait : Ad Epaphroditum se vertit oratio, tanquàm præsentem futurum ubi Epistola hæc Philippis legeretur. Alii virum, vel fratrem alterius prædictarum mulierum. Hoc parùm interest, ait D. Joannes Chrysostomus : sed hoc valdè mirandum est, tantum illis ab Apostolo honorem deferri jussum.

Adjuva illas... Quod intelligi potest per respectum ad reconciliationem, vel per respectum ad illarum honestam sustentationem. *Adjuva illas* ut eas inter se reconcilies, vel opitulare illis ut habeant unde se et suos honestè sustentent. In hoc sensu, satis probabiliter Epaphrodito loquitur, qui erat episcopus et cujus in eleemosynis distribuendis præcipua erat auctoritas. Hanc conjecturam roborat, v. 25, cap. 2, hujus Epist., ubi Epaphroditum vocat *cooperatorem suum*.

Quæ mecum laboraverunt... Rationem affert inducentem, ut eis opituletur, nempe, quia *laboraverunt mecum*. Græc, *simul mihi* (mecum) *decertaverunt* : quasi diceret : Adjuva eas, quia me adjuverunt in certamine propter Evangelium inito, nec modica propter Christum tolerârunt incommoda. Hinc sollicitudo et cura erga illas, non ob amicitiam, sed ob benefacta, D. Chrysostomus. Variis autem modis potuerunt adjuvisse Paulum et alios Evangelii operarios ; sive hospitio, sive subministratione rerum necessariarum, sive etiam aliarum feminarum instructione ; quia enim apud Græcos non erat viris liber ad mulieres aditus : hinc feminæ per feminas primâ Christianismi cognitione erant imbuendæ.

Quorum nomina sunt in libro vitæ : Quasi diceret : Quos non nomino, nec hic ascribo, sed *quorum nomina* feliciùs alibi *scripta sunt*, scilicet, *in libro vitæ*. Multò melius est à Deo probari quàm ab hominibus laudari. *Liber vitæ* est catalogus prædestinatorum ad vitam æternam. Hic catalogus existit in mente, præscientiâ et prædestinatione Dei ; quæ dicitur *liber* seu catalogus Dei, *liber vitæ*, *liber viventium*. Sicut autem duplex concipitur prædestinatio, ad gratiam scilicet et ad gloriam, sic et duplex liber vitæ ; vel, ut ait Cornelius à Lapide, dupliciter quis potest scribi in libro vitæ, completè et incompletè. Vide fusiùs apud ipsum.

Hinc collige nullam actionem bonam apud Deum deperdi, quod enim fit boni super terram, scribitur in cœlis. Quò minùs laudis ob id recipitur in terrâ, eò major laus et remuneratio apud Deum habebitur.

Vers. 4. — Gaudete... Quia rerum natura dolorem sæpè pariebat ; vexabantur enim rerum molestarum perpessione : *Vobis donatum est*... hinc illos ad spiritale gaudium excitat frequenter. *Gaudete* in Domino ; non sicut gentiles in rebus prosperis hujus seculi, sed sicut filii Dei et discipuli Christi *in Domino*. Ob vestram ad Deum vocationem, ob beneficia vobis à Christo collata et conferenda, ob gratiam et Dei filiationem vobis in Baptismo collatam, ob gloriam vobis promissam, et vobis ob passiones vestras pro Christo toleratas debitam.

Iterum dico, gaudete. Ista geminatio ostendit ei qui in Deo est, semper gaudendum esse, etiamsi prematur ac quidvis patiatur. Passio semen est gloriæ : hinc mediis etiam in tribulationibus gaudete. *Momentaneum enim et leve tribulationis nostræ*... Passio communicatio est passionum Christi, *itaque communicantes Christi, passionibus gaudete ;* quia *si compatimur et glorificabimur*. Spoliatio bonorum temporalium præjudicium est possessionis æternorum ; spoliati ergo bonis vestris ob Christum, gaudete ; in æternitate Dei bona possidebitis.

Vers. 5. — Modestia, id est, moderatio, suavis morum vestrorum compositio, nota sit..., ut exemplo vestro discant agere modestè.

Dominus propè est, id est, jam imminet judicium. Jam instat tempus factorum rationem reddendi, et

tinente : hoc opus et tu cum iis capesse, easque adjuva ; ut sensus sit : Suscipe earum infirmitatem, easque inter se reconcilia, adjuva eas quæ me adjuverunt in certamine ; vel, suscipe eas quæ me susceperunt officio suo usque ad periculum.

Cum Clemente et cæteris adjutoribus meis. Eæ mulieres unà cum Clemente cæterisque Pauli cooperariis, Paulo sociæ et adjutrices fuêre laboris ac certaminis in Evangelio. Hic est Clemens Romanus, discipulus SS. Petri et Pauli, qui Petro, post Linum et Cletum, in pontificatu successit.

Quorum nomina sunt (scripta) *in libro vitæ*, id est, viventium, sive eorum qui conscripti sunt ad vitam æternam ; q. d. : Quorum multò feliciùs alibi scripta nomina, quàm si hic ascriberentur ; scripta sunt enim in libro vitæ.

Vers. 4. — *Gaudete in Domino semper*, etc. Quàm frequentissimè excitate ac renovate in vobis gaudium spirituale, recolentes animo ineffabile beneficium vocationis vestræ, quâ vocati estis per fidem in spem vitæ et gloriæ æternæ.

Vers. 5. — *Modestia vestra nota sit omnibus hominibus*. Significat autem eam vitæ ac morum compositionem, quâ quis cum aliis hominibus, omni justitiâ, æquitate, modestiâ, facilitate conversatur, quam et Ambrosianus rationabilem conversationem exponit. Exigit Apostolus à fidelibus agentibus inter infideles, ut per hanc eorum conversationem, benè ubique audiat nomen christianum, unde et Petrus, 1 Epist., 2, ait : *Conversationem vestram inter gentes habentes bonam*, etc.

Dominus propè est, id est, Christus judex appropinquat, ut veniat ad judicium, ut coronet nostram patientiam et modestiam, ut gaudium nostrum compleat, utque hostium nos persequentium injurias vindicet et puniat.

mercedem factis proportionatam recipiendi. Appropinquat Salvator, quem de cœlis expectamus, *quique reformabit*, etc.

Observatio moralis.

Nihil sic juvat ad morum compositionem, et ad omnes prorsùs virtutes, ac cogitatio imminentis judicii Dei. Hinc Christus adventùs sui tempus occultavit : hinc apostoli hunc diem semper ut proximum nobis annuntiant, ut illum præ oculis habeamus semper ut proximum, nobis annuntiant; ut illum præ oculis habeamus semper et ad eum nos continuè præparemus. Propè est autem ille dies, quia totum temporis interstitium, respectu æternitatis, est quasi punctum.

Dominus propè est, omnia brevì deseram; utquid ergo terrena diligo, eisque adhæreo? *Dominus propè est*, brevì de omnibus rationem sum redditurus; utquid ergo superflua possideo, jamjam rationem redditurus ei qui necessaria tantùm mihi concessit? *Dominus propè est;* ecce venit Salvator remuneraturus; utquid patientiam in tribulationibus amitto? *Dominus propè est*, unicuique secundùm opus suum redditurus; utquid ergo mundanorum felicitatem et gaudium invideo? *Dominus propè est;* itaque *modestia*, moderatio, animi mansuetudo, morum compositio *nota sit omnibus hominibus.* Videant mansuetudinem in actibus, in eloquiis, in gressibus nostris, utpote qui sumus discipuli Christi, quem in corde gerimus. Videant patientiam in passionibus, utpote qui æternam ob eas coronam expectamus. Videant frugalitatem in usu, utpote qui de superfluis judicandi sumus.

Vers. 6. — Nihil solliciti sitis. Quia *Dominus propè est*, de rebus hujus seculi ne sitis anxii; brevì omnia finem habebunt; brevì omnia vobis deserenda sunt : ne ergo de rebus caducis solliciti sitis, sed æterna sedulò curate.

Potest et explicari : *Dominus propè est*, ad opitulandum vobis; ne ergo *solliciti sitis.* Sed naturalior sensus hic est : Appropinquat Salvator, quem de cœlis expectamus, quique patientiam et labores nostros coronabit : ne ergo vos angat sollicitudo bonorum, aut malorum temporalium.

Sed in omni, supple, negotio, vel tempore. Non enim jungendum est hoc *omni* cum *oratione*, quippe quæ in Græco discordant genere; ἐν παντί, neutrius, προσευχῇ, feminini.

Oratione et obsecratione, id est, per attentam orationem et instantem obsecrationem, junctam cum gratiarum actione et laude Dei, Deum adite, vestraque illi desideria exponite, et opem ipsius implorate.

Observationes morales.

Nota tres bonæ orationis conditiones : orandum cum fiduciâ, cum instantiâ, cum gratitudine, cum fiduciâ accipiendi, cum gratitudine acceptorum, cum instantiâ et obsecratione per Jesum Christum Mediatorem nostrum. Dei bonitas, omnipotentia, misericordia, fiduciam dabunt; accepta à Deo bona gratitudinem; infinita Christi merita obsecrandi et instanter petendi libertatem.

Notat hìc et meritò D. Chrysostomus, quòd de omnibus, etiam de molestis, gratiæ sint habendæ; idque est hominis verè grati, in Deum benè affecti, et ab eo penitùs pendentis, certòque persuasi quòd omnia ad utilitatem nostram administret, etsi non percipiamus. Has preces cum talibus gratiarum actionibus Deus agnoscit; alias ne nôsse quidem vult, ait D. Chrysostomus.

Vers. 7. — Et pax Dei, quæ exsuperat omnem sensum, id est, quæ major est, quàm ut possit intelligi quanta qualisque sit.

Custodiat, id est, instar custodiæ militaris tueatur voluntatem et intellectum, id est, totam animam vestram, contra metus et anxietates; ne per alterutrum aut per utrumque peccetis, sicque à gratiâ decidatis Græc. et Syr. habent, *custodiet.*

Vers. 8. — De cætero, fratres, quæcumque sunt vera...; properat ad finem, et paucis omnia comprehendit. *Quæcumque sunt vera*, id est, sincera, à mendacio remota;

Quæcumque pudica, gravia, honesta, verecunda. In primo, commendatur verborum sinceritas, rerumque ingenuitas; in secundo, morum gravitas et actionum honestas.

Quæcumque justa, ut nulli fiat injuria.

Quæcumque sancta; Græc., ἁγία, *pura*, remota ab omni specie impudicitiæ. Noster interpres legit ἁγία, sed parùm refert; sanctum est enim quod purum.

Quæcumque amabilia, id est, digna quæ amentur; vel, cum aliis, gratiosum hominem facientia.

Quæcumque bonæ famæ, ædificantia et bonam famam parientia.

Si qua virtus, quidquid ad virtutem pertinet.

Si qua laus, quidquid ad laudabilem vitæ conversationem confert. Hæc animis vestris versate, ut factis suo tempore præstetis. Hæc quidem ad omnes dirigit

Vers. 6. — *Nihil solliciti sitis*, etc. *In omni*, subaudi, re et negotio, de quo solliciti estis. *Oratione*, id est, per orationem et instantem ac ferventem obsecrationem junctam cum gratiarum actione petitiones vestras notas facite et exponite Deo, ut ejus opem flagitetis et impetretis.

Vers. 7. — *Et pax Dei quæ exsuperat omnem sensum*, etc. *Pax Dei*, est reconciliatio quam fecit Deus cum hominibus, quando olim eis iratus, jam per Christum factus est placatus, inquit Chrysost. Hæc pax omnem intellectum superat, quia omnem opinionem et expectationem humanam excedit, quòd Deus pro inimicis sibi reconciliandis, Filium suum dederit in mortem. *In Christo*, id est, in Christi fide et gratiâ maneatis et crescatis.

Vers. 8. — *De cætero, fratres, quæcumque sunt vera*, id est, sincera et aliena ab hypocrisi.

Quæcumque pudica, id est, honesta, verecunda.

Quæcumque justa; significat eam justitiam quæ est specialis virtus.

Quæcumque sancta, id est, pura sive casta. *Sanctum* enim dicitur quod est incontaminatum.

Quæcumque amabilia, id est, talia per quæ sitis amabiles hominibus. Nihil sit in moribus asperum, nihil quod offendat eos cum quibus conversamini.

Quæcumque bonæ famæ, quæ vobis et Christo, ac Christianismo nomen et famam concilient.

Si qua virtus, si qua laus disciplinæ, id est, disciplina morum laudabilis.

Hæc cogitate, ut ea faciatis et exequamini.

Apostolus; at speciatim sacerdotibus et religiosis conveniunt, quippe qui commodiùs ea possunt exequi. Nostrum itaque studium et exercitium sit hæc supradicta animo versare, et de facto exequi. Gratias immensas Deo, qui mihi hæc cogitandi et faciendi otium dedit. Fac, ò Deus misericors, ut tantâ non abutar gratiâ, sed ut de facto hæc cogitem et agam. Nota quòd laudabilia et bonam famam parientia, facere quidem debeamus, non tamen laudem spectare. Fac itaque laudabilia, non spectans ad laudem.

Vers. 9. — Quæ et didicistis..., id est : Quæ *didicistis* à me docente; quæ *accepistis* à me scribente; quæ *audistis* de me absente; quæ *vidistis* in me præsente.

Hec agite, quæ prædicavi, quæ scripsi, quæ dixi, quorum vobis exemplum dedi, hæc facite. Optima docendi ratio, seipsum in omnibus formam præbere, D. Chrysostomus. Tres hic adverte christianæ fidei et vitæ regulas, scilicet doctrinam prædicatam, aut scriptam ab apostolis; traditiones apostolicas, fidem et facta apostolica, seu vitam et exempla illorum.

Vers. 10.— Gavisus sum autem in Domino... Transit ad gratiarum actionem, in quâ miro modo laudes cum correptione, correptionem cum excusatione, gratitudinem suam cum sanctâ sufficientiâ et evangelicâ quâdam independentiâ miscet. Grandia et humilia loquitur, at omnia sic contemperat, ut ne verbulum quidem proferat, quod redoleat animi aut abjectionem, aut ingratitudinem, aut duritiem aut mollitiem.

Gavisus sum..., magnoperè quidem et impensè lætatus sum, sed lætitiâ piâ, spirituali et christianâ.

Quoniam tandem aliquando; Græc. : *Quoniam jam aliquando*, id est, jam tandem. Hoc longum tempus indicat, ait D. Chrysostomus; expressit illud Arabica versio; quòd post intervallum clapsum, quo vixistis,

Refloruistis. Græc., *reviruistis*; Arab., *repullulavit cura vestra.*

Pro me sentire, id est, meî curam et sollicitudinem gerere.

Sicut et sentiebatis, id est, sicut solebatis de rebus mihi necessariis procurandis esse solliciti. Græc. : *In quo sentiebatis*, id est, quâ in re solebatis sentire. Ita Syrus : *Vehementer autem gavisus sum in Domino nostro, quòd rursùs cœperitis esse solliciti de me, quemadmodùm et solliciti eratis; sed non eratis compotes*, id est, satis liberi. Ita D. Chrysostomus, qui in verbo, *refloruistis*, metaphoram agnoscit ductam ab arboribus vere germinantibus, deinde hyeme arefactis, ac rursùs vere germinantibus. Hoc verò indicat, ait, illos cùm antea florerent, ac postea extabuissent, rursùs, vigere ac germinare cœpisse. Itaque vox ista, objurgationem et laudem habet : non enim parùm est, cùm extabueris, reflorere, Chrysostomus. Juxta hanc interpretationem, quæ communior est, *sicut et sentiebatis*, significat, sicut olim sentiebatis, et indicat quòd Philippenses cessârint sentire. Alii tamen è contra volunt istud, *sicut et sentiebatis*, esse quasi correctionem et mitigationem verbi *refloruistis*; quasi diceret : Non quòd idem pro me sentire cessaveritis, sed quia opportunitatem non habebatis. Ita Estius, Grotius. Favet et Theodoretus, dicens : Novi scopum vestrum et lætor hunc in vobis cernens; jamdudùm volebatis meæ subventioni prospicere, sed non habuistis opportunitatem. Huic etiam sensui favere putant textum Græcum hodiernum, qui habet : *In quo et sentiebatis*, id est, juxta illorum interpretationem, quod et quidem sentiebatis, sed opportunitate carebatis.

Occupati autem eratis; Græc. : *Opportunitate autem carebatis.* Hanc opportunitatem alii aliter intelligunt : primò, occupati eratis aliis negotiis; secundò, non habebatis in manibus, non abundabatis, sicque dare non poteratis. Hoc significat, ἠκαιρεῖσθε, ait D. Chrysostomus, ex communi loquendi consuetudine; ita enim plerique dicunt, cùm non satis ampla res est, sed in angustiis versantur. Tertiò, non habebatis fidum nuntium per quem mitteretis. Noster interpres hæc ferè omnia includit, dicens : *Occupati eratis*, sive negotiis, sive paupertate vestrâ, etc.

Ex dictis duplicem collige sensum. Primum : Gaudeo quòd prior vester erga me refloruit affectus, vestraque meî sollicitudo; non quòd cessârit iste vester affectus, sed quia vobis defuit opportunitas; seu voluntas quidem adfuit, sed defuit opportunitas. Alterum, quem magis litteralem puto : Gaudeo quòd jam tandem reviguerit vester erga me affectus, quo meî curam gerere solebatis. In quo laus est expressa, *refloruit.* Objurgatio tacita, *sicut et sentiebatis*, quasi refriguerit ardor charitatis. Ut hanc autem objurgationem temperet, excusationem adjicit tacitam et expressam. Tacitam et quæ debet subintelligi, credo quidem quòd voluntatem et affectum habebatis. Expressam, sed defuit opportunitas, non poteratis tum ob inopiam, tum ob negotia, tum ob occasionis defectum.

Vers. 11. — Non quasi propter penuriam. .. Suam excusat congratulationem, seu suum explicat gaudium, quasi diceret : Putatis fortè quòd ideò gaudeam quia per vestram beneficentiam à penuriâ meâ sub-

Vers. 9. — *Quæ et didicistis, et accepistis, et audîstis et vidistis in me;* q. d. : Hæc à vobis exigo, quæ et docui vos, et tam absens quàm præsens opere atque exemplo monstravi.

Hæc agite. Exponit enim quod dixerat, *hæc cogitate*, ut ostendat non nudam cogitationem se exigere, sed eam quæ cum actione seu praxi sit conjuncta.

Et Deus pacis erit vobiscum. Quæ si feceritis, Deus auctor pacis erit vobiscum, per insigne illud et incomprehensibile donum ejusdem pacis, de quâ paulò ante; id est, eam pacem Deus vobis cumulabit.

Vers. 10. — *Gavisus sum autem in Domino vehementer, quoniam tandem aliquando* (post longiorem moram et torporem) *refloruistis pro me sentire*, pro me solliciti esse, meique curam habere, etc.

Sicut et sentiebatis, id est, animum gerebatis pro me sollicitum; nec deerat largiendi voluntas, sed opportunitas. *Occupati autem eratis*, id est, opportunitatem non habebatis.

Vers. 11. — *Non quasi propter penuriam dico*, id est, respiciens ad penuriam quam patior, quasi meum

levatus sum. Non est ita : Ego enim didici in iis quæ reperio contentus esse. Minùs itaque propter penuriam meam sublevatam gaudeo, quàm propter charitatem vestram.

Mirare hìc et imitare D. Pauli prudentiam : nihil dicas aut facias unquàm in ministerii exercitio, quo tuam exponas inopiam, aut quo pateat quòd ab eâ cupias sublevari. Disce ab Apostolo in paucis sufficiens esse, multa non desiderare : divinus hic vir, perpetuus Dei imitator, sibi sufficiens, nihil appetens, omnibus communicat et liberaliter effundit. Hunc tuo imitare modulo, paucis contentus, nihil appetens, benefac omnibus.

(De Dei sufficientiâ, vide Cornelium à Lapide.)

Vir apostolicus Dei sit imitator.

Vers. 12. — Scio et humiliari, scio et abundare, id est, scio in rebus exiguis patienter me gerere ; scio et rebus abundantibus uti moderatè. Utramque fortunam et tenuitatis et abundantiæ novi ferre moderatè. Scientia hæc apostolica pauperum evangelicorum doctrina sit et norma : sciant in penuriâ non tristari, non dejici, sed patientes esse, sciant in abundantiâ non dissolvi, non deliciari, sed frugales esse et moderati.

Ubique et in omnibus institutus sum. Græc. : *In omni et in omnibus.* ἐν παντί, καὶ ἐν πᾶσι. Syr. : *in omnibus et in omnibus exercitatus sum.* Μεμύημαι, *mysteriis imbutus*, initiatus sum, institutus sum, quasi diceret : Mysteriis initiatus sum, ad omnia religionis exercitia formatus, ubique et in omnibus eventibus novi me christianè gerere.

Et satiari et esurire, id est, utraque abundè sum expertus et satietatem et famem et egestatem et abundantiam, Theodoretus.

Nota litteralis et moralis.

Nota quòd verbo Græco utitur, à quo derivatur mysterium, μεμύημαι, *initiatus sum ; μύω, initio ;* hinc μυστήριον, ut indicet quòd vita christiana, si sit interior, mysterium est, sacrificium, lausque Dei perennis. In omnibus eventibus, sive copia occurrat, sive inopia, cor nostrum debet sacrificare et sacrificari. Sacrificare quidem, omnia ad Dei gloriam referendo ; sacrificari verò, per temperantiam in abundantiâ ; per patientiam in penuriâ. Utrobique debemus modum tenere, temperantiæ metas non excedere in opibus ; animi quietem conservare in penuriâ. Sacrificet ergo et sacrificetur simul cor nostrum, hanc sui mortificationem in utroque statu, ubique Deo offerens. Vita christiana sic ducta laus erit Deo perennis, sacrificium perpetuum, mysterium absconditum. Hoc mysterium perfectè noverat Apostolus, erat initiatus, et ad omnia institutus ! utinam ego sim tandem aliquando catechumenus ac novitius !

Vers. 13.— Omnia possum in eo qui... Græc., *in eo corroborante me.* Gratia Christi intùs corroborat. Quia supradicta magniloquentiam redolent, vide quamprimùm corrigat. Non hoc, inquit, meum benefactum est, sed ejus qui vires dat. Qui me docuit hoc vitæ christianæ mysterium, ille me ipse corroborat interiùs, ut illud in praxim redigam. *Omnia possum in eo.....* ; in me, nihil sum, nihil possum ; in Christo sum et possum omnia. Utramque veritatem et mei proprii nihili, meæque nullipotentiæ ; et mei in Christo per gratiam esse divini, meæque in illo et per illum omnipotentiæ, menti et cordi meo sic imprime, Deus, ut nunquàm præsumam, nunquàm dejiciar.

Vers. 14. — Verumtamen benefecistis.... Ne ob supradicta videatur munus datum despicere, ideòque ne eos molestiâ afficiat, quasi res illi fuisset superflua, hineque fiant in dando negligentiores, illorum alacritatem excitat et inflammat, dicens : *Verùmtamen benè fecistis...* Quanquàm ita sit, licèt *sciam esurire.....*, benè tamen fecistis, et rem mihi gratam, dùm per vestram beneficentiam sublevâstis inopiam meam ; verè enim egebam, et mihi egenti subvenistis. Hìc gratitudinem miscet cum evangelicâ sufficientiâ ; licèt didicerim contentus esse in rebus arctis, rem tamen gratam mihi fecistis, nec mea in Christo sufficientia meam minuit erga vos gratitudinem.

Vers. 15. — Scitis autem et vos, Philippenses... Ut majorem exhibeat gratitudinem, ostendit se memorem et gratum antiquæ illorum beneficientiæ : quæ Philippensium beneficentia eò laudabilior est in se, et Paulo gratior, quò antiquior est, nimirùm à principio Evangelii ; et Philippensibus specialior ; nulla.... nisi vos soli... Sic autem illos laudat, ut se purget ; hæc quippe singularitas ita Philippenses extollit super alios omnes, ut et D. Paulum purget ab avaritiæ suspicione ; quippe qui, si ab omnibus aliis ecclesiis recepisset, brevì opibus abundâsset.

Communicavit in ratione dati et accepti... Alludit ad libros mercatorum rationarios, quorum duæ sunt partes, expensorum scilicet et acceptorum. *Scitis*, vos, Philippenses, et aliis testari possetis.

Quod a principio, seu cùm primùm vobis Evangelium prædicavi, cùm exivi à Macedoniâ ut irem in Achaiam, *nulla* Ecclesia *communicavit...*, id est, quidquòd mihi res vestras et facultates communicâstis in tribulatione meâ, cùm vinctus essem, benè fecistis ; sicut participes vos facere et communicare voluistis meæ tribulationi et vinculis, sic et præmio.

Vers. 15. — *Scitis autem et vos, Philippenses, quòd in principio Evangelii,* scilicet à me vobis prædicati, de quo Act. 16. *Quando profectus sum à Macedoniâ*, id est, quando Macedoniam, in quâ vos estis, reliqui, et transivi in *Achaiam*, Act. 17. *Nulla mihi Ecclesia communicavit in ratione dati et accepti, nisi vos soli ;* compensando scilicet spiritualia à me accepta datis suis temporalibus donis, vel potiùs stipendiis. Ita Chrysostomus.

commodum hìc spectem. *Ego enim didici*, etc. ; hoc est, ego didici contentus esse iis quæ habeo, tanquàm illa mihi sufficiant.

Vers. 12. — *Scio et humiliari*, etc. *Humiliari*, hìc significat esse inopem et indigum, unde ei opponitur, *abundare ;* q. d. : Scio ferre penuriam, scio ferre et abundantiam.

Vers. 13. — *Omnia possum in eo*, etc. Omnia jam enumerata, et alia quæcumque perferenda mihi sunt, possum et præsto per eum qui mihi ad hæc omnia vires subministrat, quique omnia hæc in me operatur, scilicet per Christum.

Vers. 14. — *Verùmtamen benè fecistis*, etc., id est,

quam mihi tribuit quod in rationes meas, seu computum meum, referrem. *Nisi vos soli;* seu nulla Ecclesia datis temporalibus spiritualia ei à me data compensavit, nisi vestra, quæ ultrò semel et iterùm mihi misit, cùm essem Thessalonicæ, id quo indigebam.

Vers. 16. — Quia Thessalonicam... Cùm in metropoli esset, ab exiguâ civitate alebatur, ait D. Chrysostomus; et hoc est magnum encomium Philippensium; non solùm præsentem reverentur, sed et absentis curam gerunt, Theodoretus.

In usum mihi misistis. Syr.: *Necessitatem meam misistis.*

Nota litteralis et moralis.

Nota *communicavit in ratione dati...* Non dixit, dedit, sed *communicavit*, quia res hæc communicatio quædam est; spiritualia seminavit Apostolus, carnalia messuit. Communicaverunt Philippenses *in ratione dati*, carnalia dando; et *in ratione accepti*, accipiendo spiritualia. Itaque eleemosyna negotiatio, seu mercatura quædam est, in quâ terrenis emitur cœlum; in quâ melior est dantis conditio quàm accipientis, quia quæ accipiuntur, hìc consumuntur, dantibus autem æterna merces est reposita, D. Chrysostomus. Hàc ergo negotiatione nihil quæstiosius; fit in terrâ, perficitur in cœlo; emptores sunt in terrâ, emunt verò quæ sunt in cœlis, idem. Verùm non desperet quisquam (pauper scilicet); cœlestia non emunt pecuniæ, sed animus, sed humanitas, sed misericordia; non divitiis opus est, sed voluntate. Hanc si habes, duobus minutis cœlorum regnum emes, idem ibidem. Qui dat voluntatem seipsum dat, hominem dat : homo autem par pretium non habet, idem D. Chrysostomus.

Vers. 17. — Non quia quæro datum. Syr. : *Non quia munus requiram.* Ne videatur illos sui gratiâ laudare, seu propter subventionem corporalem; sicut priùs dixit, *non quasi propter penuriam.....* ita nunc : *Non quia quæro datum*, id est, hoc dico, non quia vestra munera requiram, sed quia vestrum lucrum requiro; cupio scilicet, ut fructus, seu lucrum abundans, inscribatur in rationibus vestris, seu in libro vestro rationario. Perseverat in metaphorâ librorum rationariorum, seu computuum, quos habent mercatores, in quibus data et accepta conscribunt. Hinc collige quòd unusquisque librum habet rationum cum Deo, in quo ex unâ parte inscribuntur quæ à Deo accepit; ex alterâ parte quæ Deo reddidit, quæ ad Dei gloriam egit et passus est. Examina hunc tuum librum; seriò perpende accepta; vide et compara reddita. Eheu! quàm dispar ratio!

Vers. 18. — Habeo autem omnia... Rursùs, ne fiant negligentiores, quia dixit, munus non requiro, ipsorum subventionem magnificat. *Habeo omnia*, et abundo per vestram dationem; vestra eleemosyna non tantùm inopiam meam sublevavit, sed et abundantiam contulit. *Abundo, repletus sum.*

Nota tamen quòd hìc mirum in modum superiùs dicta confirmet : illorum quippe magnificentiam sic laudat, ut tamen quasi debitam asserat. Utitur verbo ἀπέχω, *recipio*, quasi censum et fructus ex agro, ait D. Chrysostomus.

Acceptis ab Epaphrodito. Accepi ab Epaphrodito quæ misistis. Liberat Epaphroditi fidem.

Odorem suavitatis, hostiam... Deus autem per me accepit ea, quasi sacrificium bonæ fragrantiæ, suavissimi odoris. Eleemosyna vestra est quasi thus, seu thymiama suavissimi odoris. Imò quasi victima et hostia, quæ cum thure per ignem offertur Deo, et cujus fumus et odor Deo suavissimus.

Notat hìc D. Chrysostomus Scripturam loqui ad nostrum captum : *Odoratus est Dominus*, etc., quia nos cum lætitiâ et voluptate odores suavissimos percipimus, ideò dicit : *Odorem suavitatis.* Notat autem quòd non fumus faciebat accepta sacrificia, sed animus qui offerebat, ita et de eleemosynâ.

Vers. 19. — Deus autem impleat omne desiderium. Græca variant; alia habent χαρὰν, *gaudium*, quod noster interpres vertit *desiderium*, quia dùm nostrum impletur desiderium, impletur et gaudium. Alia χάριν, *gratiam*, alia χρείαν, *necessitatem*, indigentiam vestram, ita Syrus. Et hoc ultimum probabilius putat D. Chrysostomus, vultque hunc versum referri ad id quod supra dixit Apostolus : *Occupati eratis*, seu indigebatis; hincque precatur Apostolus ut Deus illis necessaria vitæ donet. Impleat id omne quod vobis opus est, ait Theodoretus. Precatur ergo illis benedictionem temporalem et æternam. Notat D. Chrysostomus quòd hujus vitæ necessaria illis precatur, ut se ad eorum captum demittat. Nam si S. Paulo similes fuissent; si adeò crucifixi ac ipse, non hæc sanè fecisset; sed quia homines erant opifices, pauperes, uxores et filios habebant, etc., quâdamque propterea rerum cupiditate tenebantur : hinc precatur necessaria, sicut et Christus nos docuit dicere : *Panem nostrum quotidianum*, etc.

Secundum divitias suas. Syr. : *Impleat omnem indigentiam vestram, secundùm opulentiam suam.* Quasi diceret Apostolus : Hoc Deo facillimum est, utpote qui ditissimus est, habetque divitias immensas.

Vers. 16. — *Quia et Thessalonicam semel et bis* (semel et iterùm) *in usum* (id quo indigebam) *mihi misistis.*

Vers. 17. — *Non quia quæro datum*, etc. Si quid à vobis accipio, vestrum est lucrum et commodum, vester fructus ex hoc augetur, etc.

Vers. 18. — *Habeo autem omnia, et abundo*, id est, recepi ea quæ ad me misistis, adeò largè, ut nunc abundem. Hoc addit ut intelligamus facilè abundare eum qui in re modicâ ac tenui contentus est.

Repletus sum, q. d. : Omnis mea penuria, omnis fames, omnis egestas, omne desiderium meum, expletum est, *acceptis* (postquàm accepi) *ab Epaphrodito quæ misistis*, etc.

Vers. 19. — *Deus autem meus impleat omne desiderium vestrum, secundùm divitias suas*; q. d. : Facilè est Deo vobis rependere, vos ditare, vestra vota explere : est enim ditissimus. Ita Chrysostomus.

In gloriâ, in Christo Jesu; q. d. : Ita precor vobis à Deo rerum hujus vitæ sufficientiam, ut ea vobis cedat ad gloriam vitæ æternæ per Christum.

Vers. 20. — *Deo autem et Patri nostro*, etc. De his omnibus bonis quæ præstitistis, et quæ speratis, glorificetur Deus, Pater noster, in omnem æternitatem,

In gloria, in Christo Jesu, id est, det et gloriam æternam quæ est *in Christo Jesu;* vel det gloriam per Jesum Christum.

Vers. 21. — Salutate omnem sanctum. Quomodò omnis Christianus sit sanctus, vide c. 1, v. 1.

Vers. 22. — Maximè qui de domo Cæsaris sunt. Ipsos erigit et confirmat, ait D. Chrysostomus, ostendens eis quòd etiam ad imperatoris domum pervenerit fides: si enim qui in regiis, omnia propter cœlorum regem despexerunt, multò magis id ipsis faciendum.

Vers. 23. — Gratia Domini nostri Jesu Christi. Nil aliud optat bonum, quia reverà nullum aliud in hâc vitâ. Sola gratia cordis nostri remedium et sanitas. In corde nostro est ægritudo nostra, cupiditas scilicet; hanc gratia sola sanat. *Fiet in eo fons aquæ* refrigerantis. Deus unus cor nostrum implere potest et beare; gratia, Dei emanatio, ac quasi vicaria, illud nunc impleat et incipiat beare; donec gloria penitùs repleat et accumulet, reddatque in æternum felix et beatum. *Gratia itaque Domini nostri Jesu Christi*, etc.

Addit, *amen*, illud solemne, quo precationem confirmet; q. d.: Vehementer opto et precor ut fiat quod dico.

Vers. 21. — *Salutate omnem sanctum in Christo Jesu*, id est, Christianum, qui baptismo sanctificatus est per Christum, et professione et vocatione christianâ sanctus est.

Vers. 22. — *Salutant vos qui mecum sunt fratres*, id est, qui circa me sunt; ut qui mihi vincto ministrant, qui me visitant, qui mecum hic in Evangelio laborant.

Salutant vos omnes sancti, scilicet qui Romæ sunt, id est, omnis Romana Ecclesia.

Maximè autem qui de Cæsaris domo sunt. Domo, id est, familiâ. *Cæsarem* Romanum intelligit, nec aliud quàm Neronem, sub cujus potestate vinctus erat.

Vers. 23. — *Gratia Domini nostri Jesu Christi*, etc. Sensus est: Deus per Christum det vobis, et multiplicet beneficia gratiæ suæ. Scripta est Romæ è vinculis primis.

Corollarium pietatis, seu in hoc capite ad pietatem maximè notanda, et ad praxim redigenda.

Et praxes hic apostolicas habemus et exemplum mirabile ad omnem sanctitatem conducentia.

Prima praxis.

Diem seu mortis, seu judicii, semper proximam cogitare. *Dominus propè est.* Vide v. 5. Hæc cogitatio stimulus est ad omne bonum faciendum. Vide ibidem. Ad idem maximè confert recordatio quòd sit in cœlo liber vitæ, v. 3, in quo scribitur quidquid boni fit in terris. Quò minùs hic laudis receperimus, eò major erit merces et gloria in cœlis. Recordare et quòd habeas apud Deum librum rationarium, in cujus unâ parte inscribuntur quæ à Deo recipis; et in alterâ parte quæ Deo reddis. Hunc tuum librum lege, examina; vide accepta, compara reddita. Eheu, quàm dispar ratio! Vide v. 17.

Secunda praxis.

Quæcumque sancta et sanctificantia, perfecta et perficientia jugiter animo versare, diligere, desiderare, et suis temporibus exsequi. Vide v. 8. Non ea tantùm quæ sunt de præcepto facere, sed ad perfectionem semper tendere.

Admirandum perfectæ seu apostolicæ vitæ exemplum.

Paulus semper idem, suo statu semper contentus, sibi, Deo juvante, sufficiens, nihil appetens. Vide v. 11. Paulus scit, Dei gratiâ, et inopiam patienter ferre, et abundantiâ uti moderatè, v. 12. Paulus, uno verbo, ad omnia institutus est, v. 16. Illius exemplum ita mirare ut et imitari studeas. Disce itaque primò, paucis et merè necessariis contentus nihil appetere. Secundò, in paupertatis inopiâ patiens et constans esse; in abundantiâ frugalis, moderatus et pauper. Tertiò, ad omnes eventus semper esse paratus. Talis vita sacrificium est perpetuum, laus Dei perennis. Vide vers. 12.

Tertia praxis.

Circa eleemosynam faciendam.

Recordare quòd eleemosyna sit quædam negotiatio, v. 16. Quâ nihil quæstiosius, quia terrenis emitur cœlum, ibidem. Quâ nihil facilius, quia ubi deest pecunia, sufficit animus. Vide ibidem. Quâ nihil Deo gratius, quia eleemosyna est quasi thymiama illi suavissimum, v. 18. Quasi hostia Deo gratissima, ibidem. Sacrificium, cujus non fumus, sed offerentis animus Deo placet, ibidem. Harumque veritatum memor, da libenter et cum gaudio pro amore Dei. Da cor tuum, *da de tuâ substantiâ* internâ affectum; externâ, bona temporalia, hisque temporalibus æternitatem regni cœlorum eme. Pauper astans coram te altare Christi est; super hoc altare sacrifica, offer Deo *hostiam acceptam, placentem, odorem suavitatis.*

Quarta praxis.

Circa eleemosynam recipiendam.

Beatius est magis dare quàm accipere, Act. 20, 15. Melior est dantis quàm accipientis conditio, ait D. Chrysostomus. Vide v. 16. Itaque da cum gaudio; accipe cum humilitate, imò et cum timore, ne fortè judicium recipias, si eleemosynarum sis latro, eas sine verâ necessitate, aut ultra necessitatem, recipiens. Si autem vera sit accipiendi necessitas, humili simul et grato animo recipe, v. 10, 18. Quantùm opus habes, accipe, v. 15. *Vos soli*, v. 16, necessitatem meam, *in usum*.

Benefactoribus benè precare: *Deus impleat omne desiderium vestrum*, etc., v. 19. Accipe, non tuî causâ, sed illorum gratiâ, v. 17; cùm non dederint, non indignare, sed illorum vices dole. Ubique patientiam habe: *Ubique et in omnibus institutus, scias satiari et esurire, et abundare, et penuriam pati*, v. 12.

Multa alia de eleemosynâ vide 2 Cor. 8, et 9, in corollariis.

IN EPISTOLAM AD COLOSSENSES

Praefationes.

Colossæ erant urbs Phrygiæ, vicina Laodiceæ et Hierapoli, ut colligi potest ex hâc Epistolâ, cap. 2, v. 1; et cap. 4, v. 13, 15 et 16, ubi jubet Apostolus ut Colossenses legant Epistolam Laodicensium; et è contra ex hoc Colossarum cum Loadiceâ et Hierapoli vicinio, patet Colossenses, ad quos scribit D. Paulus, non fuisse Rhodios, ut putârunt aliqui; licèt horum civitas à Colosso solis famoso fuerit eodem forsitan nomine nuncupata.

Colossas, Laodiceam et Hierapolin, non multò post scriptam hanc Epistolam, terræ motu corruisse, narrat Orosius; refert et Eusebius in Chronico, sed creduntur restitutæ, ut de Laodiceâ patet Apocal. 3, v. 14.

Omnes, tum Latini, tum Græci interpretes, si Theodoretum excipias, censent D. Paulum Colossis nunquàm prædicâsse, idque colligunt ex diversis hujus Epistolæ locis, maximè ex cap. 1, v. 7, ubi testatur ipse Paulus quòd Epaphras fuerit Colossensium doctor; et cap. 2, v. 1, ubi testari videtur quòd non fuerit visus ab illis; et ex aliis locis, de quibus suo loco.

Ad illos tamen scribit, tum quia omnium gentium doctor, tum maximè quia Epaphram ipse ad eos miserat, illorumque episcopum constituerât, ait Martyrologium Romanum, die decimâ nonâ julii.

Scribit autem ut eos à virulentis hæreticorum dogmatibus eximat, et ut in fide evangelicâ confirmet.

Penetrârant enim Colossas pseudo-apostoli, Simoniani, et Judaizantes; quorum primi dicebant, non Christum, sed angelos, esse nostræ salutis auctores et mediatores; et consequenter per angelos, non per Christum, esse accedendum ad Deum; secundi verò urgebant Judaicarum, et gentilitiarum multarum superstitionum observationem.

Utrorumque errores primò redarguit Apostolus; deinde cuilibet hominum generi dat vitæ et morum documenta.

Hæc Epistola, quoad materiam et sententias, affinis est Epistolæ ad Ephesios; hæcque, sicut illa, sublimis est et grandiloqua.

Romæ scripta est in primis vinculis, quorum pluries mentionem facit; per Tychicum et Onesimum

Colossenses in eâ fuerunt Asiæ Minoris parte quæ magna Phrygia vocabatur. Civitas eorum Colossæ ab Hierapoli et Laodiceâ, quarum in hâc Epist. mentio fit, haud procul dissita. Quod observandum, propter nonnullos qui, contra auctoritatem Græcorum interpretum, Colossas easdem cum Rhodo faciunt: quam eo nomine appellatam putant ob nobilem illum Colossum, qui numeratur inter septem mundi miracula. Sed, ut ita sit quòd Rhodii aliquando dicti fuerint Colossenses, uti Suidas asserere videtur, attamen eos ab his ad quos istâ mittitur Epistola diversos esse, ex iis quæ diximus planè liquet. Scribit autem ad Coloss. Paulus, non quòd iis Evangelium prædicâsset (siquidem eos ne viderat quidem, uti colligitur ex cap. 2), sed quòd tanquàm gentium Apostolus et sollicitudinem gerens omnium Ecclesiarum (quam sibi tribuit, 2 Cor. 11), huic quoque parti Ecclesiæ à falsis magistris periclitanti, pro officio succurrendum putârit. Instituti autem erant in fide Christi per Epaphram, Apostoli discipulum, quemadmodùm de eo testatur cap. 1. Nam Archippus, cujus ult. cap. mentionem facit, non apostolus eorum, sed episcopus aut presbyter fuisse videtur. Et hæc quidem communis est sententia commentatorum, tam Latinorum quàm Græcorum, Colossenses ipsum Paulum prædicantem non audivisse. Dissentit autem unus Theodoretus, qui locum allegatum, cap. 2, contendit aliter intelligendum esse; de quâ re videbitur cùm ad ejus loci expositionem perventum erit. Adducit ille pro se quod legitur Act. 18, Paulum ex ordine perambulâsse Galaticam regionem, et Phrygiam, in quâ utique sunt Colossenses, uti dictum est, sed argumentum hoc non est certum. Erant enim multæ aliæ civitates illius regionis, quas recenset lib. 6 naturalis Hist., cap. 32, quarum aliquas perambulâsse potuit Paulus, Colossensibus omissis. Atqui vicissim contra Theodoretum facit quòd Paulus in totâ Epist. nusquàm significat se Colossensibus Evangelium prædicâsse, aut eorum apostolum esse, quin potiùs paulò post exordium Epist., ubi locus erat id commemorandi, non se, sed Epaphram nominat, ut Evangelii primum ac præcipuum apud eos ministrum. *Sicut*, inquit, *didicistis ab Epaphrâ charissimo conservo nostro*, etc. Et in Epist. ad Philemonem Colossensem: *Spero per orationes vestras donari me vobis.* Non enim ait *restitui*, sicut Heb. ult., sed *donari*, quasi apud eos nunquàm fuisset. Cæterùm occasio scribendi Colossensibus Paulo fuit, quòd post acceptum Evangelium, à quibusdam, quorum studium erat sinceritatem apostolicæ doctrinæ corrumpere (Simonianos fuisse credibile est), persuasi essent accessum se habere ad Deum, non per Filium, sed per angelos, ut per quos antiquitùs omnia gesta legamus. Filium autem Dei majorem esse, quàm ut eo mediadiatore atque intercessore ac deprecatore uti nobis liceat. Accedebant observationes ac superstitiones tam Judaicæ quàm Græcæ, sive ab iisdem auctoribus introductæ, sive ab aliis acceptæ, philosophis scilicet, ac Judæis, sed ab Evangelio, quod semel receperant, prorsùs dissentaneæ. Primùm igitur ac præcipuè docet Apostolus nonnisi per Christum Dei Filium, per quem omnia condita sunt, nos instaurari ac reconciliari cum Deo, et proinde religioni angelorum, quâ nimirùm Christi mediatoris officium ad angelos transferatur, non esse auscultandum. Judaicas autem, aut philosophicas observationes cum Evangelio minimè miscendas esse, neque eas ad sanctificationem nostram quidquam habere momenti. Atque hæc agit 1 et 2 cap. Reliqua pars Epist. fermè usque ad finem in tradendis vitæ christianæ præceptis consumitur. Confer quæ diximus in argum. Epist. ad Ephes. Scripta est hæc Epist., non Ephesi, ut habet vulgare argumentum, quod est in Latinis codicibus, sed Romæ, ut habent Græcorum subscriptiones. Nam vinculorum suorum sub finem Epist. ter meminit; Romæ autem, non Ephesi, Paulum vinctum fuisse legimus. Adde quòd missa est per Tychicum et Onesimum; quem

missa, anno Christi 62. Vide cap. 4, v. 7 et 9.

Una est ex illis Epistolis quas Romæ scripsit in vinculis, et quæ ideò sanctiores sunt, habentque aliquid amplius quàm aliæ; ut si vir fortis scriberet à cædibus interim desistens et trophæis, ait D. Chrysostomus initio hujus Epistolæ.

posteriorem Romæ in vinculis Christo genuerat, ut habet Epist. ad Philemonem. In quam ad Philemonem Epist. scribens Hieronymus, affirmat Româ è vinculis, unà cum hâc Epist., missas fuisse eas quæ datæ sunt ad Ephes., ad Philipp., et ad Philemonem. Quæ utique omnes è primis vinculis datæ sunt.

CAPUT PRIMUM.

1. Paulus, apostolus Jesu Christi per voluntatem Dei, et Timotheus frater:

2. Eis, qui sunt Colossis, sanctis et fidelibus fratribus in Christo Jesu.

3. Gratia vobis, et pax à Deo Patre nostro, et Domino Jesu Christo. Gratias agimus Deo et Patri Domini nostri Jesu Christi, semper pro vobis orantes:

4. Audientes fidem vestram in Christo Jesu, et dilectionem quam habetis in sanctos omnes,

5. Propter spem quæ reposita est vobis in cœlis: quam audistis in verbo veritatis Evangelii,

6. Quod pervenit ad vos, sicut et in universo mundo est, et fructificat, et crescit, sicut in vobis, ex eâ die quâ audistis, et cognovistis gratiam Dei in veritate,

7. Sicut didicistis ab Epaphrâ charissimo conservo nostro qui est fidelis pro vobis minister Christi Jesu,

8. Qui etiam manifestavit nobis dilectionem vestram in spiritu.

9. Ideò et nos ex quâ die audivimus, non cessamus pro vobis orantes et postulantes, ut impleamini agnitione voluntatis ejus, in omni sapientiâ et intellectu spiritali;

10. Ut ambuletis dignè Deo per omnia placentes, in omni opere bono fructificantes, et crescentes in scientiâ Dei:

11. In omni virtute confortati secundùm potentiam claritatis ejus, in omni patientiâ et longanimitate cum gaudio,

12. Gratias agentes Deo Patri, qui dignos nos fecit in partem sortis sanctorum in lumine;

13. Qui eripuit nos de potestate tenebrarum, et transtulit in regnum Filii dilectionis suæ,

14. In quo habemus redemptionem per sanguinem ejus, remissionem peccatorum:

15. Qui est imago Dei invisibilis, primogenitus omnis creaturæ;

16. Quoniam in ipso condita sunt universa in cœlis et in terrâ, visibilia et invisibilia, sive Throni, sive Dominationes, sive Principatus, sive Potestates; omnia per ipsum et in ipsum creata sunt:

17. Et ipse est ante omnes, et omnia in ipso constant.

18. Et ipse est caput corporis Ecclesiæ, qui est principium, primogenitus ex mortuis; ut sit in omnibus ipse primatum tenens:

19. Quia in ipso complacuit, omnem plenitudinem inhabitare;

20. Et per eum reconciliare omnia in ipsum, pacificans per sanguinem crucis ejus sive quæ in terris, sive quæ in cœlis sunt:

CHAPITRE PREMIER.

1. Paul, apôtre de Jésus-Christ par la volonté de Dieu, et Timothée son frère,

2. Aux saints et aux frères fidèles en Jésus-Christ qui sont à Colosse.

3. Que Dieu notre Père, et Jésus-Christ Notre-Seigneur, vous donnent la grâce et la paix. Nous rendons grâces à Dieu, qui est le Père de Notre-Seigneur Jésus-Christ, et nous le prions sans cesse pour vous,

4. Depuis que nous avons appris quelle est votre foi en Jésus-Christ, et votre charité envers tous les saints,

5. Dans l'espérance de la béatitude qui vous est réservée dans le ciel, et dont vous avez déjà reçu la connaissance par la parole très-véritable de l'Évangile,

6. Qui est parvenu jusqu'à vous, comme il est aussi répandu dans tout le monde, où il fructifie et croît, ainsi qu'il a fait parmi vous, depuis le jour où vous vous l'avez entendu, et où vous avez connu la grâce de Dieu selon la vérité;

7. Comme vous en avez été instruits par notre très-cher Epaphras, qui est notre compagnon dans le service de Dieu, et un fidèle ministre en Jésus-Christ, pour le bien de vos âmes,

8. Et de qui nous avons appris aussi votre charité toute spirituelle;

9. C'est pourquoi, depuis le temps où nous avons su ces choses, nous ne cessons point de prier pour vous, et de demander à Dieu qu'il vous remplisse de la connaissance de sa volonté, en vous donnant toute la sagesse et toute l'intelligence spirituelle;

10. Afin que vous vous conduisiez d'une manière digne de Dieu, tâchant de lui plaire en toutes choses, portant des fruits de toutes sortes de bonnes œuvres, et croissant dans la connaissance de Dieu;

11. Que vous soyez remplis de force par la puissance de sa gloire, et que vous ayez, en toutes rencontres, une patience et une douceur persévérante accompagnée de joie,

12. Rendant grâces à Dieu le Père, qui, en nous éclairant de sa lumière, nous a rendus dignes d'avoir part au sort et à l'héritage des saints;

13. Qui nous a arrachés à la puissance des ténèbres et nous a transférés dans le royaume de son Fils bien-aimé,

14. Par le sang duquel nous avons été rachetés, et nous avons reçu la rémission de nos péchés;

15. Qui est l'image du Dieu invisible; qui est né avant toutes les créatures:

16. Car tout a été créé par lui dans le ciel et sur la terre; les choses visibles et les invisibles, soit les Trônes, soit les Dominations, soit les Principautés, soit les Puissances, tout a été créé par lui et pour lui,

17. Et il est avant tous, et toutes choses subsistent en lui.

18. Il est le chef et la tête du corps de l'Eglise; il est comme les prémices et le premier-né d'entre les morts; en sorte qu'il est le premier en tout,

19. Parce qu'il a plu au Père que toute plénitude résidât en lui;

20. Et de réconcilier par lui toutes choses avec soi, ayant pacifié par le sang qu'il a répandu sur la croix, tant ce qui est sur la terre que ce qui est dans le ciel;

21. Et vos cùm essetis aliquando alienati, et inimici sensu in operibus malis :

22. Nunc autem reconciliavit in corpore carnis ejus per mortem, exhibere vos sanctos, et immaculatos, et irreprehensibiles coram ipso :

23. Si tamen permanetis in fine fundati, et stabiles, et immobiles à spe Evangelii, quod audistis, quod prædicatum est in universâ creaturâ quæ sub cœlo est, cujus factus sum ego Paulus minister,

24. Qui nunc gaudeo in passionibus pro vobis, et adimpleo ea quæ desunt passionum Christi, in carne meâ, pro corpore ejus, quod est Ecclesia,

25. Cujus factus sum ego minister secundùm dispensationem Dei, quæ data est mihi in vos, ut impleam verbum Dei :

26. Mysterium quod absconditum fuit à seculis et generationibus, nunc autem manifestatum est sanctis ejus,

27. Quibus voluit Deus notas facere divitias gloriæ sacramenti hujus in gentibus, quod est Christus in vobis spes gloriæ :

28. Quem nos annuntiamus, corripientes omnem hominem, et docentes omnem hominem in omni sapientiâ, ut exhibeamus omnem hominem perfectum in Christo Jesu;

29. In quo et laboro, certando secundùm operationem ejus, quam operatur in me in virtute.

21. Vous étiez vous-mêmes autrefois éloignés de Dieu ; et votre esprit, abandonné à des œuvres criminelles, vous rendait ses ennemis :

22. Mais maintenant Jésus-Christ vous a réconciliés, par sa mort, dans son corps mortel, pour vous rendre saints, purs et irrépréhensibles devant lui,

23. Si toutefois vous demeurez fondés et affermis dans la foi, et inébranlables dans l'espérance que vous donne l'Evangile qu'on vous a annoncé, qui a été prêché à toutes les créatures qui sont sous le ciel, et dont j'ai été établi ministre, moi Paul,

24. Qui me réjouis maintenant dans les maux que je souffre pour vous, et qui accomplis dans ma chair ce qui reste à souffrir à Jésus-Christ, en souffrant moi-même pour son corps, qui est l'Eglise,

25. De laquelle j'ai été établi ministre, selon la charge que Dieu m'a donnée, pour l'exercer envers vous, afin que je m'acquitte pleinement du ministère de la parole de Dieu,

26. Vous prêchant le mystère qui a été caché dans tous les siècles et dans tous les âges, et qui maintenant a été découvert à ses saints,

27. Auxquels Dieu a voulu faire connaître quelles sont les richesses de la gloire de ce mystère dans les gentils, lequel n'est autre chose que Jésus-Christ reçu de vous, et devenu l'espérance de votre gloire.

28. C'est lui que nous prêchons, reprenant tous les hommes, et instruisant tous les hommes dans toute la sagesse, afin que nous rendions tous les hommes parfaits en Jésus-Christ.

29. C'est aussi la fin que je me propose dans mes travaux, combattant par la force que sa puissance produit en moi.

ANALYSIS.

In hoc capite tria facit Apostolus. Primò, confirmat Epaphræ doctrinam à v. 4 ad v. 12. Deinde refutat errores hæreticorum, explicans catholicam fidem, à v. 12, ad v. 23. Tertiò, se Christi ministrum dicit, pro quo multa pati gloriatur.

Ut catholicam Epaphræ doctrinam confirmet; primò, ob Colossensium fidem, spem, et charitatem, Deo gratias agit. Secundò, asserit quòd idem illis Evangelium prædicatum sit quod in toto mundo prædicatur. Tertiò, laudat Epaphram, ut fidelem ministrum. Quartò, orat ut Deus eos in acceptâ fide perficiat, vitamque ducant Deo dignam, in omni opere bono et patientiâ.

ỳ 12. Gratias agit Deo ob beneficia Christianis omnibus collata, hâcque gratiarum actione parat sibi viam ad excellentias Christi super angelos declarandas; sicque hæreticorum errores, angelos Christo præferentium, refutat indirectè.

Christus, imago Dei, omnium prorsùs creator, etiam angelorum; Redemptor hominum, etiam gentilium; caput Ecclesiæ, pax universi, in quo omnis gratiarum plenitudo, etc.

ỳ 21, etc., *Christi beneficium Colossensibus applicat : dummodò in fide expositâ, et ab illis receptâ, stabiles permaneant.*

Denique Apostolus, ut calumnias contra seipsum sparsas dissipet, declarat se, per Dei voluntatem, constitutum esse Christi ministrum, ad patefaciendum gentibus mysterium hactenùs incognitum; pro quo mysterio in gentibus implendo, multa, gaudens et glorians, patitur.

PARAPHRASIS.

1. Paulus, Dei voluntate et jussu, apostolus Jesu Christi, et Timotheus frater ;

2. Christianis qui sunt Colossis, quique Christo Jesu fideliter serviunt, salutem.

3. Gratia et pax vobis detur, et multiplicetur à Deo Patre nostro, et à Domino nostro Jesu Christo. Gratias Deo Patri Domini nostri Jesu Christi semper agimus, et pro vobis oramus.

4. A quo audistis fidem quam in Christum Jesum habetis, et charitatem quam erga omnes sanctos exercetis.

5. Propter spem futurorum bonorum quæ vobis asservantur in cœlis apud Deum, prout audistis per sermonem Evangelii, quod est veritatis verbum.

6. Quod Evangelium pervenit ad vos, sicut et in universo mundo, ubi disseminatum est, et fructificat et crescit, sicut et in vobis crescit et fructificat, ex quo audistis et cognovistis veritatem gratiæ Dei.

7. Prout didicistis ab Epaphrâ, nostro charissimo conservo Christi Jesu, cujus est apud vos fidelis minister.

8. Et per quem novimus vestram erga nos dilectionem spiritualem.

9. Propterea, ex quo die hæc audivimus, non desivimus pro vobis orare, et postulare à Deo ut impleamini cognitione voluntatis ejus per dona omnis sapientiæ et prudentiæ spiritualis;

10. Ut vitam Deo dignam ducatis, scilicet ipsi per

omnia placentes, fructum omnis generis bonorum operum ferentes, et in Dei cognitione magis ac magis proficientes;

11. Ut omni genere roboris spiritualis roboremini per gloriosam Dei potentiam; ita ut patiamini mala constanter, mansuetè, et cum gaudio.

12. Gratias agentes Deo Patri, qui nos immeritos solâ suâ gratiâ dignos fecit qui per lumen fidei participes essemus hæreditatis sanctorum luminosæ, seu quæ sita est in lumine, scilicet in visione Dei.

13. Qui nos eripuit de potestate et regno tenebrarum, dæmonum scilicet et infidelitatis, et transtulit in regnum, seu in Ecclesiam, dilectissimi Filii sui.

14. Per cujus sanguinem redempti sumus, peccataque nostra remissa sunt.

15. Qui Filius est imago Dei Patris invisibilis, estque ante omnem creaturam genitus à Deo.

16. Quoniam per ipsum universa sunt creata, tum quæ in cœlis, tum quæ in terrâ, visibilia et invisibilia, sive Throni, sive Dominationes, sive Principatus, sive Potestates, omnia per ipsum, et ad ipsum, seu ad ejus gloriam, creata sunt.

17. Et ipse est ante omnes creaturas, et omnia per ipsum et in ipso subsistunt, et conservantur.

18. Et ipse caput est corporis mystici, scilicet Ecclesiæ; ipse, inquam, qui resurrectionis est principium, et primus omnium resurgentium, seu regeneratus ad vitam immortalem; ut in omnibus primatum habeat.

19. Quia Deo Patri placuit, ut in Christo Filio suo omnis inhabitaret perfectio.

20. Et eidem Patri placuit omnes sibi reconciliare, pacificando per sanguinem, quem Christus in cruce fudit, terrestria et cœlestia.

21. Et vos, Colossenses, qui olim eratis abalienati à Deo, quin et ejus inimici sensu vestro, vestrâque malitiâ, per vestra opera mala;

22. Vos, inquam, nunc idem Christus reconciliavit Patri suo per mortem in suo carneo corpore toleratam, ut vos eidem Patri suo exhiberet sanctos, et immaculatos, et irreprehensibiles.

23. Dummodò permaneatis in fidei fundamento firmi et stabiles; non dimoveamini à spe bonorum cœlestium, quæ promittit Evangelium, quod audistis, quodque prædicatum est universis gentibus quæ sunt per totum mundum, cujusque prædicandi munus mihi Paulo creditum est.

24. Qui Paulus nunc gaudeo in afflictionibus quas pro vobis vestroque bono patior; quia iis adimpleo in carne meâ, pro corpore ejus mystico, scilicet Ecclesiâ, quæ desunt passionibus quas Christus in suâ carne tulit.

25. Cujus Ecclesiæ, mystici Christi corporis, factus sum minister, juxta providam Dei dispensationem, quâ constitutus sum gentium apostolus; ut meo ministerio impleam verbum Dei (de vocatione gentium).

26. Quod verbum, mysterium est seculis et generationibus præteritis absconditum; nunc autem manifestatum sanctis apostolis et fidelibus novi Testamenti.

27. Quibus sanctis voluit Deus notum facere quantæ sint divitiæ, quantaque gloria hujus mysterii quod in gentibus completur, scilicet de Christo Dei Filio, qui est spes æternæ vestræ gloriæ, seu causa spei vestræ.

28. Quem nos annuntiamus, corripientes omnem hominem (in ignorantiâ Dei et in peccatis versantem), et omnem hominem instituentes in omni sapientiâ spirituali, seu in perfectâ Dei cognitione; ut omnem hominem in Christo Jesu perfectum exhibeamus.

29. Ad hoc etenim laboro, strenuè et viriliter decertans, non meis viribus, sed vi et efficaciâ Christi, qui in me potenter operatur.

COMMENTARIA.

Vers. 1. — Paulus, apostolus Jesu Christi per voluntatem Dei. Statim ab initio se Jesu Christi apostolum, per Dei voluntatem, non suâ voluntate propriâ, commemorat, ut sese opponat pseudo-apostolis, qui suâ sponte munus assumpserant prædicandi. Nullus est major defectus quàm potestatis defectus; missio itaque inprimis est necessaria : ad Deum autem pertinet suos ministros et vocare, et mittere. Hinc per Dei voluntatem, non proprià sponte ministerium assumatur.

Et Timotheus frater. Præ omnibus aliis qui cum Paulo erant, Timotheum in salutatione sibi adjungit, quia Colossensibus notus erat, et apud omnes fideles clarus.

Vers. 2. — Iis qui sunt Colossis, sanctis et fidelibus fratribus. *Sanctis*, scilicet per Christi mortem, seu in baptismo sanctificatis. *Fidelibus*, id est, qui credunt in Jesum Christum; seu, ut ait D. Chrysostomus, qui mysteria credunt, quæ ne Angeli quidem ante nos noverunt; quique, hæc credentes, vitam ducunt Deo dignam; uno verbo, qui Christo fideliter serviunt. *Fratribus*, utpote qui eodem Christi sanguine regenerati sunt omnes. Tria in his verbis nota Christiani insignia : Primò, sanctus est, per baptismum in Christi sanguine consecratus; secundò, fidelis est, verus filius Abrahæ, qui fidelium pater est; imò filius ipsiusmet Dei, qui verus est Abraham, et consequenter hæres Dei; tertiò, frater Christi et omnium Christianorum.

Vers. 3. — Gratia vobis et pax... Gratia pacis

Vers. 1. — *Paulus, apostolus Jesu Christi per voluntatem Dei*, etc. Passim Apostolus se à Deo et Christo missum significat, ut falsos doctores, qui non mittuntur à Deo, sed suâ sponte docendi munus assumunt, perstringat et excludat.

Vers. 2. — *Eis qui sunt Colossis*, etc, id est, Ecclesiæ Colossensium. Hoc nomen *sancti* monet Christianos ut assiduè studeant sanctitati et perfectioni.

Vers. 3. — *Gratia vobis et pax à Deo Patre nostro, et Domino Jesu Christo.* Supple, donetur et multipli-

semen est; pax gratiæ fructus : utraque verò Dei filiorum hæreditas, in Christi sanguine fundata, seu per Christi merita nobis debita. Utraque autem à nobis semper optanda, et pro nobis, et pro aliis. Hinc consueta Apostoli salutatio sit et nostra.

Gratias agimus Deo Patri... Consuetum etiam Epistolarum D. Pauli exordium, à gratiarum scilicet actione, et ab oratione. Deum laudat ipsique gratias agit ob fidem, spem et charitatem, Colossensium. Deum orat ut illarum virtutum eis largiatur complementum. Seu gratias agit pro collatis beneficiis; orat pro conferendis. Hunc apostolicum imitare morem, lauda et ora. *Semper oramus*, id est, frequenter, assiduè, quoties oramus.

Vers. 4. — Audientes fidem vestram... Græc., ἀκούσαντες, participium præteriti temporis, *postquàm audivimus;* seu quoniam audivimus; vel auditâ fide vestrâ.

Vers. 5. — Propter spem, id est, propter bona sperata; vel propter spem futurorum bonorum. Ergo bonum est intuitu mercedis æternæ charitatem exercere. Equidem propter temporalia et caduca agere, mercenarium est, et christiano viro, cœlorum cive et domestico Dei, indignum; agere verò propter cœleste regnum et æternam vitam nobis à Christo promissam, id Christiano, Dei filio et hærede, dignum.

Itaque fidei oculis paratum nobis regnum frequenter aspiciamus; spe firmâ ad illud anhelemus, hujusque regni intuitu et spe animati, bonum viriliter operemur, mala libenter toleremus.

Quam audistis. Græc., *De quâ spe audistis jam ante*, seu priùs audistis per prædicationem verissimi Evangelii.

Verbo veritatis, id est, verbo verissimo.

Vers. 6. — Quod pervenit ad vos..., Græc., τοῦ παρόντος; participium præsens, quod aliqui vertunt : *Quod præsens est apud vos.* D. Chrysostomus utrumque jungit simul, præteritum et præsens; quod pervenit et est apud vos : non enim, inquit, accessit, et recessit, sed mansit, et est illic.

Sicut et in universo mundo, id est, præcipuis terræ partibus, Europâ, Asiâ, Africâ. Vel *in universo mundo* per famam et rumorem.

Est, et fructificat, et crescit. Ubique adest, ubique dominatum obtinet, ubique stat, ait D. Chrysostomus. *Fructificat* per opera bona; augetur, quòd multos assumat, quòd magis firmetur ac stabiliatur, ait idem D. Chrysostomus. Evangelium tanquàm arbor *fructificat et crescit:* fructus ejus, laudabilis fidelium vita; incrementum verò credentium est multitudo.

Sicut in vobis, subauditur *fructificat et crescit.*

Ex ea die, qua per prædicationem ejus audistis et cognovistis veritatem gratiæ Dei, nobis per Christum collatæ.

Felix ille de quo verè dici potest, quia ex quo audivit et cognovit Dei gratiam, in ipso gratia mansit, fructificavit, incrementum continuum habuit! præsta, ô misericors Deus, ut saltem in posterum maneat, fructificet, crescat in me gratia tua.

Vers. 7. — Sicut didicistis ab Epaphra. In superioribus versiculis incœpit commendare doctrinam, quam ab initio receperunt Colossenses, *veritatis est verbum;* idem est Evangelium *quod est et fructificat et crescit in universo mundo :* per illud audierunt *in veritate gratiam Dei.* Hic verò eamdem doctrinam expressiùs approbat, laudans Epaphram qui eam illis administravit; sicque Simonianorum errores, huic doctrinæ oppositos, refutat indirectè. *Sicut didicistis ab Epaphrâ.* Hinc infertur Epaphram Colossensium apostolum fuisse, non verò D. Paulum, qui, licèt in Phrygiâ pluries fuerit, non potuit tamen omnes Phrygiæ urbes invisere. Itaque vero simile est quòd eò miserit Epaphram, qui inde ad Paulum per Colossenses Romam missus est, ut ei in vinculis ministraret.

Conservo meo, id est, qui mecum Christo servit in Evangelii prædicatione.

Qui est fidelis, id est, sincerus Evangelii minister et præco; aliorum quidem, at vestro specialiter bono. Laudat eum à fidelitate ministerii; ne à doctrinâ, quam eos docuit, sinant se per pseudo-apostolos abduci.

Ex hâc laude Epaphræ ab Apostolo datâ, inferat omnis Evangelii præco, et quilibet animarum minister, se Christi ministrum esse, se Christo in membris servire; hincque ministerium suum cum reverentiâ et charitate Christo debitâ exhibeat. Ministerium ecclesiasticum verè servitus est; ergo cum humilitate subeundum, non cum superbiâ ambiendum; Christi Domini servitus est; ergo reverenter et ex animo exercendum, sicut Domino et non hominibus.

Vers. 8. — Qui etiam manifestavit nobis dilectio-

cetur. *Gratia* complectitur omne genus beneficiorum Dei, quæ ad salutem spectant vitæ æternæ.

Gratias agimus Deo, et Patri Domini nostri Jesu Christi, semper pro vobis orantes. Scribit Apostolus se et Timotheum semper in orationibus suis, id est, cùm orant gratias agere Deo pro beneficiis in Colossenses collatis, de quibus sequitur.

Vers. 4. — *Audientes fidem vestram in Christo Jesu*, id est, auditâ fide, quâ creditis in Christum, vel quam habetis de universo Christi mysterio. Hinc sequitur fidem esse donum Dei; nam gratiarum actio, gratiæ testificatio est.

Et dilectionem quam habetis in sanctos omnes. Sensus : Et auditâ charitate vestrâ quam exercetis erga quoscumque fideles.

Vers. 5. — *Propter spem* (id est bona sperata) *quæ reposita est vobis in cœlis : quam audistis in verbo* (per verbum) *veritatis Evangelii;* q. d. : In verbo veritatis quæ est ipsum Evangelium; at ipsam veritatem vocet Evangelium.

Vers 6. — *Quod pervenit ad vos, sicut et in universo mundo est, et fructificat, et crescit, sicut in vobis*, sicut et in vobis, subaudi, fructificat et crescit.

Vers. 7. — *Sicut didicistis ab Epaphrâ charissimo conservo nostro*, etc., id est, qui est fidus ac sinceras Christi minister, in procurandâ salute vestrâ.

Vers. 8. — *Qui etiam manifestavit nobis dilectionem vestram* (quam habetis erga me et omnes Christianos) *in spiritu;* id est, spiritualem, quæ sola vera, firma ac solida est dilectio. *Dilectionem in spiritu*, id est, à

NEM VESTRAM IN SPIRITU, id est spiritualem, à Spiritu sancto manantem.

VERS. 9. — IDEO ET NOS EX QUA DIE AUDIVIMUS..., id est, propter quod, simul atque audivimus hæc, nimirùm fidem, spem et dilectionem vestram.

NON CESSAMUS PRO VOBIS ORARE, repetit quod v. 3 dixit.

POSTULANTES UT IMPLEAMINI. Suarum pro illis orationum materiam explicat : scilicet *ut impleamini.*

AGNITIONE. Græc., *agnitionem*, subaudi, κατὰ *secundùm*, ait Estius : vel more Græcorum, apud quos passiva eumdem casum regunt atque activa, ait Grotius. Id est, *ut impleamini* majori et exactiori *cognitione* VOLUNTATIS *Dei.* Quod quidem intelligi potest de perfectâ cognitione voluntatis Dei in omni re ; à D. tamen Chrysostomo, et ab aliis multis post ipsum, intelligitur de cognitione voluntatis Dei circa reconciliationem generis humani; seu de voluntate quâ Deus decrevit ab æterno nos sibi reconciliare nosque salvare, non per angelos, sed per unigenitum Filium suum.

IN OMNI SAPIENTIA ET INTELLECTU SPIRITUALI, id est, per completam sapientiam et prudentiam spiritualem. Quoniam humanâ sapientiâ decipiebant eos Simoniani : Volo, inquit, vos esse in omni sapientiâ spirituali, D. Chrysostomus. Per *sapientiam* intellige mysteriorum assecutionem : per *intellectum*, seu ut alii vertunt, *prudentiam*, intellige applicationem mysteriorum cognitorum ad actiones, seu intellige rerum agendarum cognitionem.

VERS. 10. — UT AMBULETIS DIGNÈ DEO, id est, ut vivatis sicut filios Dei decet. Græc., *dignè Domino;* scilicet Christo, id est, sicut decet discipulos Christi.

PER OMNIA PLACENTES. Græc., *in omnem placentiam*, id est, ut in omnibus Deo placeatis. Ambulare dignè Deo et per omnia placere Deo, idem sunt : dignè enim Deo ambulat qui Dei beneplacitum in omnibus implet. Id autem textus Græcus expressit hâc unicâ sententiâ, ut ambuletis dignè Deo in omnem placentiam.

IN OMNI OPERE BONO FRUCTIFICANTES... Explicat utrumque et quid sit *ambulare dignè Deo*, et quid sit *Deo per omnia placere :* nimirùm, omnis generis bonorum operum fructus ferre; in Dei cognitione magis ac magis proficere.

VERS. 11. — IN OMNI VIRTUTE CONFORTATI, id est, oramus ut roborati omni genere roboris spiritualis, per gloriosam Dei potentiam (quâ vos in se sperantes communiet), in omnibus adversis sitis patientes, longanimes et mansueti, imò gaudeatis.

Observationes litterales et morales.

Nota primò quòd dixerit Apostolus *secundùm potentiam gloriæ...*, quia, ut ait D. Bernardus, sermone 85, in Cant., nihil omnipotentiam Verbi clariorem reddit, quàm quòd omnipotentes facit omnes qui in se sperant. Nota secundò quòd dixerit *in omni patientiâ*, quia fortitudo magis in patiendo quàm in agendo elucet. Si fortia agere Romanorum est, ut aiebat Scævola, fortia pati Christianorum est : et pati non cum constantiâ tantùm, sed et cum gaudio : *Ibant apostoli gaudentes à conspectu concilii;* hoc Christi gratiæ potentissimæ effectus est. Nota tertiò quid oraverit Apostolus, et in hâc illius pro Colossensibus oratione disce orationum tuarum materiam, tum pro te, tum pro aliis. Ora primò *ut implearis cognitione voluntatis Dei :* prima quippe gratia benè nôsse voluntatem Dei; quid velit de nobis; secundò, *ut ambules dignè Deo :* vita fidei, seu cognitioni respondeat. Deum nôsti, Dei servus, imò filius Dei factus es; vive dignè Deo, quem nôsti, quem colis, cujus filius et hæres es; adora in spiritu et veritate; dilige, et ex amore fac omnia ; ad ejus gloriam omnia tua refer : non ad horam, sed omni tempore; non semel, sed continuè. Hoc significat *ambulare*, ait D. Chrysostomus. Tertiò, *ut per omnia Deo placeas.* Hoc tuum sit unicum studium, Deo, Domino tuo, Patri tuo, placere, non in unâ re solùm, sed in omni. *Ut fructifices*, ne sis arbor sterilis, habens quidem flores et folia, sed fructum non ferens; voluntates et desideria sterilia producens, non opera. *In omni opere bono*, non aliqua tantùm opera bona faciens, sed omne boni operis genus, pro temporis et rerum ratione; quartò, *ut crescas in scientiâ Dei*, per verbi divini meditationem ; per continuam mentis tuæ cum Christo unionem ; ut per Filium, qui lumen est de lumine, Deo, Patri luminum, conjungaris ; sicque lumen haurias in fonte; quintò, *ut omni virtute conforteris*, contra omnia impendentia pericula. Hanc virtutem expecta à gratiâ Dei gloriosâ, non à tuis viribus : hanc ora, hanc spera; in hâc sit tota spes et fiducia tua. Quò major erit fiducia, eò potentior et gloriosior erit gratiæ virtus, quâ feras patienter, libenter, hilariter, et Deo gratias agens, qui te per passiones dignum efficit hæreditatis sanctorum, quæ sita est in lumine clarâ, scilicet visione Dei. Eadem et pro aliis ora frequenter.

Spiritu sancto, qui in vobis est, non autem à carne manantem, ait Anselmus.

VERS. 9. — *Ideò et nos ex quâ die audivimus*, scilicet hæc bona de vobis, ut fidem, dilectionem, etc.

Non cessamus pro vobis orantes, et postulantes ut impleamini agnitione voluntatis ejus, quâ Deus voluit et decrevit nos sibi reconciliare, justificare et servare per Christum.

In omni sapientiâ et intellectu spiritali. Spiritali, id est, à Spiritu sancto profectâ.

VERS. 10. — *Ut ambuletis dignè Deo per omnia placentes.* Significat dignè Deo ambulare, non esse aliud quàm Deo per omnia placere.

In omni opere bono fructificantes, id est, fructum omnis generis bonorum operum ferentes.

Et crescentes in scientiâ Dei. Crescit in agnitione, sive scientiâ Dei, qui in divinorum mysteriorum notitiâ quotidiè proficit.

VERS. 11. — *In omni virtute confortati*, omni robore corroborati. *Secundùm potentiam claritatis ejus.* Magnâ virtute corroboremini, juxta potentiam gloriosam illius, scilicet Dei. Quia potentia Dei relucet et glorificatur in fortitudine et patientiâ Christianorum ; velut causa in effectu.

In omni patientiâ et longanimitate. Hinc patet veram fortitudinem sitam esse in patientiâ.

Vers. 12. — Gratias agentes Deo Patri... Syrus hanc gratiarum actionem jungit cum præcedenti gaudio; sic enim habet: *Atque cum gaudio, gratias agentes Deo*, etc. D. Chrysostomus et Theodoretus idem faciunt, sed et hæc verba, quæ communiter attribuuntur Colossensibus, adaptant D. Paulo, dicentes: *Gratias agimus.* Itaque nectunt *gratias agentes* cum præcedente *non cessamus*, v. 9, ita ut sit sensus, juxta illos: Non cessamus pro vobis orare, etc., et non cessamus pro vobis gratias agere.

Nota litteralis.

Communis opinio, quæ hæc verba Colossensibus tribuit, mihi primò visa est simplicior et naturalior, quia omnia alia participia præcedentia ad Colossenses referuntur. Sed textum attentiùs relegens, animadverti quòd hìc, versiculo 12, personam mutet Apostolus, dicens: Qui dignos nos fecit, etc., cùm in secundâ personâ hactenùs locutus sit: *Impleamini, ambulare vos.*

Et ad hanc personæ mutationem reflectens, in D. Chrysostomi sententiam libentiùs inclinor. Et puto quòd sicut D. Paulus hucusque oravit pro Colossensibus, ut Deus eis supradicta concedat, sic nunc pro ipsis Deo gratias agit, propter collata eis beneficia. Sic autem gratias agit, ut ingressum sibi faciat ad id quod præcipuè intendit in hâc Epistolâ, scilicet exponere et confirmare evangelicam de Christo Salvatore doctrinam et hæreticorum errores refutare. Non cessamus itaque gratias agere Deo Patri, qui vos et *nos*, omnes Christianos, licèt immeritos, utpote suos priùs inimicos, solâ suâ gratiâ *dignos fecit*, qui in album sanctorum ascriberemur, et eâdem cum illis hæreditate frueremur.

In lumine, aliqui intelligunt de medio, quo ad sanctorum sortem itur, scilicet per lumen fidei; alii intelligunt de ipsâ sanctorum sorte, quæ sita est *in lumine*, clarâ Dei visione. Potest autem de utroque intelligi, de lumine scilicet fidei in terris; et de lumine gloriæ in cœlis: utrumque lumen est et sors sanctorum. Sors vocatur hæreditas, cur? Vide Ephes. 1, v. 11.

Vers. 13. — Qui eripuit nos de potestate tenebrarum, id est, à tyrannide dæmonum, qui sunt principes tenebrarum, ab infidelitate et à peccato. Vobis dominabantur ignorantia, idololatria, omnia scelera, dæmon ipse, tenebrarum princeps; ab hâc vos eripuit tyrannide.

Et transtulit in regnum Filii dilectionis suæ, Filii dilectionis; Hebraismus est, sicut mons sanctitatis. Regnum Christi, qui lux est, regnum est lucis; regnum diaboli, regnum tenebrarum; à tenebris ergo transtulit vos ad lucem, ad regnum lucidum. Hæc translatio per Baptismum facta est, quo è diaboli potestate erepti, inseriimur mystico Christi corpori, seu Ecclesiæ, quæ lucis est regnum.

Vers. 14. — In quo habemus redemptionem..., per quem Filium redempti sumus, nimirùm per sanguinem suum, quem in lytrum, seu pretium obtulit pro nobis Patri suo, et in quo sanguine peccata nostra lavit. Sic itaque construe et intellige: *In quo* scilicet, *per sanguinem ejus, habemus redemptionem*, scilicet, *remissionem peccatorum.*

Observationes dogmaticæ et morales.

Perpende seriò bona tibi, à Deo per Christum, collata, et his versibus 12, 13, 14, expressa. Ineffabilia sunt; inexhauribilis itaque sit tua gratitudo. Continuas Deo gratias age.

1° Te immeritum, utpote inimicum, suâ gratiâ dignum effecit sortis, seu hæreditatis sanctorum, scilicet æternæ beatitudinis, ad quam, per baptismi gratiam, jus habes. Et hoc agnoscens, cave ne, tanti beneficii immemor, gratiam peccato perdas, teque tuâ malitiâ dæmonum sortis dignum reddas.

2° Te obtenebratum, tenebrarumque servum, à tenebris ereptum, à dæmonumque tyrannide liberatum, repentè transtulit in lucidum dilectissimi Filii sui regnum, id est, in Ecclesiam, ut eodem cum Filio suo fruaris honore; nempe, ut sis filius Dei, dilectus, hæres regni; seu, ut in æternum regnes cum Deo Patre tuo. Hoc perpende et erubesce. Ad regnum vocatus es! ad regnum Filii, ad regnum Filii dilecti, ut pari cum Filio Dei in æternum honore fruaris, et ad æternum Filii Dei regnum vocatus; hias totus et oscitas, fricasque et scalpis et torpescis, ait D. Chrysostomus, quem vide hìc. Væ tibi, si tanti doni et honoris immemor, glorioso Christi regno, per opera tenebrarum renuntians, te dæmonum servituti rursùm subdis et temetipsum tenebris adjudicas æternis!

3° Te homunculum, infinito sacratissimi sanguinis sui pretio redemit; te tuaque peccata in sanguine divino lavit. Cogita, ô Dei sanguine redempte, quanti Redemptori tuo valeas, quo te redemit pretio, scilicet sanguinis, vitæ et honoris pretio. Hæc cogitans et agnoscens, tuum Redemptorem dilige, redemptionis gratiam serva, peccatum horre, fuge, detestare. Væ

Vers. 12. — *Cum gaudio gratias agentes Deo Patri*, etc.: Sensus est: Qui dignatus est nos assumere in partem hæreditatis electorum, et sanctorum suorum; id est, qui nobis dignitatem et excellentiam illam contulit, ut essemus inter sanctos et electos ejus, scilicet participes ejusdem cum illis hæreditatis cœlestis. Sap. 5: *Inter sanctos sors illorum est.* Hæreditas sanctorum vocatur sors; quia nulli hominum ad eam jus habebant. Nos sorte vocati sumus ad fidem et gratiam. *Qui de tenebris vos vocavit in admirabile lumen suum*, ait Petrus.

Vers. 13. — *Qui eripuit nos de potestate tenebrarum*, id est, è potestate diaboli. Vocatur autem diabolus tenebræ, quia per peccatum totus factus est tenebrosus, utpote totus à Deo, qui vera lux est, aversus.

Et transtulit in regnum Filii dilectionis suæ, id est, Filii sui dilecti, veri, proprii et unici Filii sui, unicèque dilecti. Ait Theodoretus: Qui transtulit nos in regnum Filii sui dilecti. Ephes. 1: *Gratificavit nos in dilecto Filio suo.* Hujus Filii regnum Apostolus Ecclesiam intelligit. Hæc enim et corpus est et regnum Christi, et domus Dei.

Vers. 14. — *In quo habemus redemptionem per sanguinem ejus*, etc. Redemptio nostra à servitute peccati reipsà non est aliud quàm remissio peccatorum.

enim tibi, si, pretioso Filii Dei sanguine contempto et quasi pedibus calcato, ad peccata tibi remissa recurris! Notat D. Chrysostomus quòd D. Paulus dixerit ἀπολύτρωσιν, perfectam ac plenam redemptionem. Ne ampliùs corruamus, neque mortales efficiamur.

Ex eisdem versibus disce quid sit baptismus: est vocatio, adoptio ad sortem sanctorum, ad æternam scilicet beatitudinem, ad quam jus datur; est translatio à tenebris ad lucem, à servitute peccati ad libertatem filiorum Dei, à tyrannide dæmonum ad regnum æternum Christi; est remissio peccatorum, animæ lotio, seu purificatio in pretioso Filii Dei sanguine. Hanc tuam adoptionem, translationem, hunc transitum, hoc pascha, cum jubilo celebra singulis annis, quovis mense, imò, si fieri potest, quotidiè et continuè, Deum laudans, Deo gratias agens. Hanc animæ tuæ lotionem, sanctificationem, consecrationem, recognosce; ob eam Deum adora, lauda, continuas Deo gratias age.

Vers. 15. — Qui est imago Dei invisibilis. Patet ex Græco quòd *invisibilis* sit in genitivo, sitque epithetum *Dei*. Est ergo sensus: Qui Filius, est Dei Patris (*quem nullus hominum vidit nec videre potest*, primæ Tim. 6) *imago*, per omnia similis, æqualis, consubstantialis, utpote ab ipso procedens per intellectum, ut Verbum adæquatum. Per hanc autem imaginem consubstantialem, carneis coloribus indutam, visus est in tempore, qui invisibilis est in æternitate.

Primogenitus..., id est, à Deo genitus ante omnem creaturam, sicque omni creaturâ præstantior, quas omnes æternitate præcedit et quas omnes in tempore creavit. Primogenitus dicitur, etc., non primò creatus, quia generatio illi convenit, non creatio, D. Chrysostomus.

Vers. 16. — Quoniam in ipso condita sunt universa...; Græc.: *Quæ in cœlis et quæ in terrâ.*

Visibilia et invisibilia..., etiam omnes angeli, quidquid dicant Simoniani. Omnia per ipsum facta sunt, et propter ipsum; omnium principium est et finis. Græc.: *Omnia per ipsum et in ipsum creata sunt*, id est, ad ejus gloriam, seu ad ipsum.

Vers. 17. — Et ipse est ante omnes..., intellige creaturas, vel cum Syro et aliis multis dic *ante omnia.*

Omnia in ipso constant, id est, per ipsum consistunt et conservantur. Itaque creator, conservator et finis ultimus rerum omnium, etiam angelorum.

Observatio dogmatica et moralis.

In tribus præcedentibus versibus qui Christo, ut Deo, conveniunt, perpende Redemptoris nostri dignitatem supereminentem, ut redemptionem tuam, quantùm potes, æstimes. Imago Dei est viva, adæquata, consubstantialis, à Deo Patre suo genitus est ab æterno, ante Luciferum et omnem creaturam, in splendoribus Divinitatis; generatione, quæ nec principium, nec finem habet. *Ego hodiè genui te.* Per ipsum, in ipso et propter ipsum omnia facta sunt cœlestia, terrestria, visibilia et invisibilia. Per ipsum et in ipso omnia constant, consistunt et conservantur. Omnium itaque creator, omnium conservator, omnium finis ultimus. Et qui tantus est ab æterno, ante quem omnis creatura quasi nihilum est et inane, à cujus solo nutu pendent omnia, hic tantus Deus homuncionem perditum, inimicumque suum, cogitavit, amavit, redemit, et suo sanguine redemit! Propter nos miseros homo factus est, passus est, mortuus est, cruentè et ignominiosè mortuus est! O amor! ô amor! ô nimius amor! Hunc amorem, homuncio, mirare, stupens adora, ama, cole, recognosce; ob eum obedi, vive totus tanto, tamque bono, Deo, Redemptori tuo.

Vers. 18. — Et ipse est caput corporis Ecclesiæ... *Et ipse*, idem de quo, ut Deo, hactenùs dixi, ut homo, *est caput corporis Ecclesiæ*, quam regit et movet, in quam, velut in suum connaturale corpus, influit omnia gratiarum genera. *Ipse*, inquam, qui principium, seu primitiæ resurrectionis est, utpote, primogenitus, etc., qui primus et ante omnes resurrexit ad vitam æternam. Aliqui Græcos multos secuti, loco ἀρχή, id est, *principium*, legunt ἀπαρχή, *primitiæ*, seu nobilior pars corporis Ecclesiæ, totumque corpus sanctificans, sicut primitiæ cæteros fructus sanctificant. Primitias dixit tanquàm de fructu aliquo, ostendens quòd nos omnes sanctificavit et tanquàm sacrificium obtulerit, D. Joan. Chrysostomus.

Vers. 15. — *Qui* (Filius) *est imago Dei* (Patris) *invisibilis.* Consequenter ab excellentiâ personæ redimentis, beneficium redemptionis commendat, ostendens quis et quantus sit Christus. Est igitur Filius imago Dei, quia perfectissima Dei similitudo est, ab eo expressa, per generationem quâ ex illo natus est. Filius est Verbum Patris, Patri omninò similis et æquale, adeòque ejusdem planè cum Patre essentiæ.

Primogenitus omnis creaturæ. Primogenitus hìc idem est quod unigenitus. Dicitur verò Christus primogenitus, quia primò, puta ante omnem creaturam, est genitus, utpote ab æterno, et per hoc, omni creaturâ præstantior, atque in universam creaturam principatum habens.

Vers. 16. — *Quoniam in ipso condita sunt universa in cœlis, et in terrâ. In ipso*, id est, per ipsum, *visibilia et invisibilia*, id est, corporea et incorporea, tam angeli quam homines sunt à Filio creati.

Sive Throni, sive Dominationes, sive Principatus, sive Potestates; omnia per ipsum et in ipso creata sunt. Pro, *in ipso*, Græcè est, in ipsum, puta ad ipsius gloriam, creata sunt omnia. Ita Vatablus.

In ipso significat immensitatem Filii, scilicet Filium esse ubique per essentiam, præsentiam et potentiam, adeò ut extra se nihil creare vel agere possit, sed omnia quæ creat et agit, in seipso creet et agat. *In ipso*, ut significet Filium consortem imperii, immensitatis, potentiæ et essentiæ paternæ.

Vers. 17. — *Et ipse est ante omnes*; vel ante omnia: quod Deo maximè proprium est. Ita et Christus in Evangelio, Joann. 8: *Antequàm Abraham fieret*, inquit, *ego sum.*

Et omnia in ipso constant, hoc est, omnia per eum consistunt et conservantur.

Vers. 18. — *Et ipse est caput corporis Ecclesiæ.* Hactenùs egit de Christo ut Deo, ejusque divinitatem ostendit: jam agit de Christo ut homo est, et Christi hominis dignitatem ostendit. Christus enim quà homo est, non quà Deus, est propriè caput Ecclesiæ.

Qui est principium. Christus est principium, id est, fons, dux et auctor resurrectionis et resurgentium ex

Nota convenientias : Ille ipse, qui, ut Deus, *est ante omnes*, et in quo *constant omnia* ut homo, *est Ecclesiæ caput*, fons omnis cognitionis, omnisque motûs supernaturalis gratiæ; *de cujus plenitudine nos omnes accepimus*. Ille ipse qui, ut Deus, rerum omnium principium est, ut homo, principium, fons et auctor est resurrectionis ad vitam gloriosam. Ille ipse qui, ut Deus, *primogenitus est omnis creaturæ*, ut homo, *primogenitus est* resurgentium ad immortalitatem.

Ut sit in omnibus ipse primatum tenens. Ex supradictis concludit Apostolus quòd Christus Dominus et secundùm divinam et secundùm humanam naturam in omnibus primatum habeat. Quippe qui ut Deus, per suam generationem æternam, est ante omnia; utpote per quem omnia, in quo omnia, et ad quem omnia. Ut homo, per suam resurrectionem gloriosam, est primus resurgentium ad vitam immortalem; primus tempore, dignitate et causalitate. Primus enim omnium resurrexit, nunquàm moriturus; ipsius resurrectio est exemplar et causa nostræ resurrectionis futuræ.

Vers. 19. — Quia in ipso complacuit omnem plenitudinem inhabitare, id est, quia Patri æterno et cœlesti *placuit omnem* gratiarum et perfectionum *plenitudinem* in Christo *inhabitare* perpetuò et inseparabiliter.

Notæ litterales.

Nota primò *complacuit;* Dei beneplacitum fuit, benigna Patris fuit voluntas, non Christi meritum; nec enim hanc gratiarum plenitudinem promeruit, sed Dei benignitate data fuit ei. Hinc Christus est exemplar gratiæ sicut et prædestinationis : quidquid habet, gratis habet, et ex solo Dei beneplacito. Nota secundò *omnem plenitudinem*, id est, omnem perfectionem sapientiæ, gratiæ, potentiæ, Christo, ut capiti, congruam. Cæteri per partes recipiunt dona Dei; Christus omnem habet plenitudinem non solùm gratiæ, sed et divinitatis. Nota tertiò *inhabitare:* non ad tempus, sed perpetuò et inseparabiliter; non tantùm ad operationem, sed per essentiam. Omnis itaque gratia capiti congrua ad plenum usque, in Christo capite nostro sedem fixam et perpetuam habet; ad hoc scilicet, ut à capite fluat ad membra; seu ut unusquisque fidelis gratiam sibi congruam, pro suo modo, in Christo gratiarum fonte hauriat. Hinc ad Christum, gratiæ fontem, nobis continuè recurrendum.

Vers. 20. — Et per eum reconciliare omnia in ipsum, id est, et per Christum, non per angelos, omnia, terrestria scilicet et cœlestia reconciliare *sibi. In ipsum.* Hebraismus significans sibi.

Pacificans, id est, pacificando per sanguinem, quem Christus in crucis arà fudit, homines et angelos. Peccatum fecerat inimicitias inter cœlum et terram; per Christi sanguinem deletum est peccatum, inimicitiarum causa; sicque pacificata sunt cœlum et terra. Cum D. Chrysostomo mirare quòd nos reconciliavit per ipsum, per mortem, per crucem. Magnum est reconciliare *per ipsum;* majus et eò majus *per sanguinem;* et adhuc eò majus *per crucem*, D. Chrysostomus.

Observationes dogmaticæ et morales.

In versibus 18, 19, 20, agnosce relativas Christi dignitates, et eis ad tuum profectum utere. Caput est Ecclesiæ, caput tuum est, utpote caput corporis cujus es membrum. Ab ipso pende, ipsius sequere motus, ipsique penitùs subdere. Principium et fons est gratiæ; ab ipso et per ipsum, gratiam pete. Primitiæ resurrectionis et exemplar gloriæ; ad hanc gloriosam resurrectionem, seu perfectam filiorum Dei regenerationem, aspira : ad hanc patientiâ te præpara; compatere ut conregnes. Plenitudo omnis perfectionis est : *In quo sunt omnes thesauri*, etc. In ipso hauri quidquid tibi deest; hauri, inquam, fide, desiderio, oratione. Pontifex noster est, animarumque nostrarum episcopus, oleo divinitatis unctus; per eum ad Deum accede, ora, adora, gratias age, omnia religionis officia Deo redde. Pax nostra est, universi pacificator, omnium reconciliator, *reconciliavit, pacificavit per sanguinem suum.* Attende autem reconciliationis modum. Reconciliavit, non verbis, sed factis; seipso dato et oblato in sacrificium. Per se ipsum, ipse se obtulit : sacerdos sui sacrificii. Per sanguinem suum, obtulit semetipsum, ipse sui sacrificii victima. *Per sanguinem crucis*, id est, in cruce effusum : cruciatus est, et cum acerbis doloribus oblatus.

Per mortem, usque ad mortem cruciatus est.

In corpore carnis ejus; mortem passus est, et dolores acerbissimos passus est in corpore carneo, nostrisque simili. Mirare hunc reconciliationis modum : ama reconciliatorem tuum, perpetuas ei gratias age. Utere frequenter hâc tuâ mirabili reconciliatione, offer assiduè Christum victimam, teque cum illo. Offer Christum patientem, crucifixum, suum pro te

mortuis. *Primogenitus ex mortuis*, id est, primò resurgens ex mortuis ad vitam immortalem.

Ut sit in omnibus ipse primatum tenens. Primogenitus est omnium mortuorum, qui beatâ donabuntur immortalitate.

Vers. 19. — *Quia in ipso* (Christo) *complacuit* (Patri) *omnem plenitudinem inhabitare*, id est, omnem perfectionem tum sapientiæ, tum gratiæ, tum potestatis, tum denique ipsius divinitatis. Inhabitare, inquam, non tantùm per vim et operationem; sed etiam per seipsum suamque essentiam. Ita Theophyl et Anselmus.

Vers. 20. — *Et per eum reconciliare omnia* (id est, omnes homines) *in ipsum*, id est, sibi.

Pacificans per sanguinem crucis ejus, sive quæ in terris, sive quæ in cœlis sunt, id est, homines et angelos inter se; quod fit dùm per Christum tollitur obstaculum peccati, quod homines ab angelis dirimebat. Deus Pater voluit per Christum omnia, nimirùm cœlestia atque terrestria, id est, angelos et homines inter se reconciliare, uniendo eos tanquàm unum corpus in Christo, ut capite; pace inter eos compositâ per sanguinem ejus in cruce effusum, quo peccatum, quod erat inimicitiæ causa, deletum est.

sanguinem cum dolore fundentem, et pro peccatis tuis morientem. Fide, charitate, fiduciâ, hanc victimam, hos dolores, hanc mortem redde tibi propria.

Vers. 21. — Et vos cum essetis aliquando... Applicat speciatim Colossensibus quæ generatim dixit de omnibus. *Et vos*, ô Colossenses, *cùm essetis aliquando* mente à Deo alienati, quippe qui Dei cognitione carebatis. Et inimici sensu. Græc., *inimicos mente*. Syr., *mentibus vestris*, seu hostili in eum animo; agentes nempe quæ sunt inimicorum, id est, operibus malis illum offendentes : vitam quippe impiam et scleratam ducebatis. A Deo mente eratis alienati : illum non noscebatis : eratis reverà inimici; vestris scilicet malis et impiis operibus.

Vers. 22. — Nunc autem reconciliavit.... Vos Christus nunc fecit amicos, non per angelos, sed per semetipsum; nempe per corpus suum carneum, seu carne et ossibus constans, simileque nostris; *per mortem* scilicet, quam in hoc corpore carneo nostrisque simili pertulit, ut vos sisteret Patri suo sanctos, immaculatos, irreprehensibiles.

Vers. 23. — Si tamen permanetis in fide... Tales autem eritis, *sancti et immaculati...*, vosque ut tales exhibebit Patri suo, si traditam vobis fidei doctrinam stabilem servetis, et consequenter nova judaizantium dogmata non audieritis.

Et stabiles et immobiles a spe Evangelii. Si perseveretis in spe cœlestium bonorum, quæ promisit vobis Evangelium quod audistis ab Epaphrâ et quod idem est ac illud quod per universum mundum prædicatum est, et cujus ego sum minister.

In universa creatura, id est, omni genti, per synecdochen; quæ sub cœlo est, hyperbole : Plerisque, permultis, tam Orientalibus, quàm Occidentalibus, quàm Meridionalibus, quàm Septentrionalibus, non autem omnibus omninò. Hic repetit Apostolus quod jam dixit supra de Evangelio ab Epaphrâ prædicato; præterea verò declarat se ejusdem Evangelii ministrum. Fortè quia judaizantes Paulum, sicut et Epaphram Pauli discipulum, calumniati erant, quasi aliud prædicarent quàm quod cæteri apostoli. Hinc dicit ac repetit Evangelium quod audierant ab Epaphrâ idem esse ac illud quod ubique per universum mundum prædicatur. Hinc etiam addit quòd hujus Evangelii prædicandi sit minister, non auctoritate suâ, sed à Christo institutus.

Vers. 24. — Qui nunc gaudeo in passionibus pro vobis... et adimpleo ea quæ desunt passionum Christi in carne mea

Notanda ad intelligentiam.

Ad pleniorem hujus loci intelligentiam, duo notanda sunt verba quibus usus est Apostolus. Primum, ἀνταναπληρῶ, quod componitur ex ἀντὶ, quod significat *vicem;* ex ἀνὰ, quod valet idem ac *re*, et πληρῶ, *impleo*. Hoc itaque compositum hic significat, vice Christi, vel vicem reddens Christo, reimpleo, id est, rursùs et frequenter impleo, seu, ut vertit Syrus, *suppleo*. Secundum, ὑστερήματα, *defectiones*, defectus. Sensus itaque litteralis est : Vice et loco Christi reimpleo in carne meâ quæ desunt Christi passionibus. Syrus : *Suppleo quod deerat afflictionibus Christi in carne meâ*, etc. Arab. : *Defectus afflictionum Christi suppleo pro ipso in carne meâ*. Æthiop. : *Impleo reliquias afflitionum Christi*, etc.

Notanda est et Evangelii doctrina, quam hic supponit Apostolus, scilicet : Sicut æterno Dei decreto statutum est ut Christus pro Ecclesiâ suâ pateretur ac moreretur, ita eodem decreto statutum est, ut apostoli, apostolicique viri, Christi legati et ministri, pro eâdem Ecclesiâ paterentur, ac plerique morerentur. Hoc multis in locis Christus suis prædixit apostolis : *Ad præsides, et ad reges ducemini*, etc., Matth. 10, 18. Hoc de D. Paulo speciatim prædixit : *Ostendam illi quanta oporteat pro nomine meo pati*, Act. 9, 16, seu quanta illi reliquerim patienda pro Ecclesiâ, corpore meo.

His notatis, videtur sensus omnium naturalissimus esse is qui sequitur : *Ego Paulus factus sum Evangelii* Christi *minister* : at minister fidelis, *qui gaudeo* in malis quæ pro vobis patior; quia Christi vice, Christique loco, patior in carne meâ quæ mihi, sui loco, reliquit toleranda, pro suo mystico corpore, quod est Ecclesia. Voluisset equidem Christus ipse solus omnia ad Ecclesiæ suæ formationem atque perfectionem necessaria tolerare, at Dei voluntas fuit ut nobis, ministris suis, multa relinqueret toleranda, utque nos

Vers. 21. — *Et vos cùm essetis aliquando alienati*, etc. Pro *sensu*, Græcè est, mente et voluntate, id est, per mentem et voluntatem; vos olim alienati et inimici mente.

Vers. 22. — *Nunc autem reconciliavit in corpore carnis ejus per mortem, exhibere* (ut exhiberet) *vos sanctos et immaculatos*, etc., id est, in conspectu ejus, nempe Dei Patris.

Vers. 23. — *Si tamen permanetis in fide fundati et stabiles*, id est, pro fundamento fidem stabiliter retineatis.

Et immobiles à spe Evangelii quod audistis; id est, neque patiamini vos dimoveri à spe bonorum cœlestium, quæ promittit Evangelium quod audivistis.

Quod prædicatum est in universâ creatura quæ sub cœlo est; hoc est, per omnes gentes, aut per universum mundum. Videte ergo, ô Colossenses, ne fidem mutetis, quæ à toto orbe jam recepta est.

Cujus factus sum ego Paulus minister, id est, cujus Evangelii prædicandi munus ac ministerium mihi Paulo à Christo Domino concreditum est.

Vers. 24. — *Qui nunc gaudeo in passionibus* (sive afflictionibus meis) *pro vobis*, id est, quas pro vobis sustineo.

Et adimpleo ea quæ desunt passionum Christi, in carne meâ pro corpore ejus, quod est Ecclesia; q. d. : Patiendo in carne meâ, adimpleo ea quæ desunt passionibus quas passus est Christus in carne suâ; q. d. : Multis laboribus, sudoribus et afflictionibus opus est ad colligendam Ecclesiam, hominesque ad fidem vocandos, et ad salutem perducendos. Uti jam ego vincula hæc patior in carne, ut ea quæ desunt passionibus Christi, in gentium conversione procurandâ ego adimpleam, multaque patiar pro corpore Christi, quod est Ecclesia, ut nimirùm inter gentes Ecclesia propagetur, crescat et perficiatur, passionisque ac redemptionis Christi planè fiat particeps. Passionibus Christi deest aliquid, non in se, sed in nobis.

apostoli, per longas et graves afflictiones, suam formaremus atque congregaremus Ecclesiam. Dùm ergo pro vobis patior, *gaudeo; quia passionum* mihi à Christo, pro suâ Ecclesiâ formandâ, relictarum partem meam *adimpleo*, tanquàm illius vicarius ac minister, ipsiusque vices supplens.

Cùm itaque dicit Apostolus : *Adimpleo quæ desunt Christi passionibus;* cave ne intelligas quòd desit aliquid ex parte Christi, seu quòd passio Christi non sit sufficiens ad redemptionem, hoc enim hæreticum est, ait D. Thomas. Sed intellige quòd desit aliquid ex parte Pauli. Christus, ut dictum est supra, v. 20, passus est in carne suâ ut nos Deo reconciliaret, nostrisque peccatis satisfaceret, Ecclesiamque exhiberet Deo sanctam, immaculatam et irreprehensibilem. Passus est autem non sufficienter tantùm, sed et abundanter, imò superabundanter, etiam pro mundis infinitis sanctificandis. At idem Christus ministris suis reliquit multa pro suo mystico corpore toleranda; Christo passo, restabat, ait Theodoretus, ut Paulus prædicaret gentibus, munificum salutis largitorem ostenderet, multaque propterea pateretur. Hoc adimplens Paulus, adimplet quæ ex parte suâ desunt passionibus Christi, id est, patitur quæ sibi, loco et vice Christi, patienda supersunt pro Ecclesiâ. Hoc autem adimplet gaudens, et quia pro Christo patitur, Christi vice, Christique loco patitur, et quia pro mystico Christi corpore patitur.

Observatio moralis.

Quod Paulus patiens de se dixit, hoc quisque fidelis patiens de semetipso dicere potest : *Nunc gaudeo in passionibus*, etc. Sicut enim Dei decretum fuit ut Christus pateretur, et per passiones intraret in regnum cœlorum, sic et Dei decretum est ut quisque patiatur Christianus, et per multas tribulationes ingrediatur in gloriam. Christus per suas passiones æternam nobis beatitudinem meruit, at vult ut per passiones assequamur quod passionibus promeruit. Æquum est ut per id salus nobis applicetur per quod salus nobis facta est. Æquum est ut membra mystica Christi, Christo capiti suo, et naturalibus Christi membris, per omnia conformentur; ut patiantur et per passiones in vitam ingrediantur, sicut Christus passus est et per passiones intravit in regnum cœlorum. Gaudendum itaque nobis dùm patimur, quia nobis applicatur passio Christi; gaudendum, quia patimur pro regno adipiscendo quod nobis Christus acquisivit sanguine suo; gaudendum, quia *tunc momentaneum et leve tribulationis nostræ æternum gloriæ pondus operatur in nobis.*

Alii sensus versiculi 24.

Plures alii sensus dantur ab interpretibus. Aliqui passiones Christi interpretantur passiones quas Paulus pro Christo tolerabat, sicut D. Paulus, 2 Cor. 1, dixit : *Abundant passiones Christi in nobis.* Et hic sensus est facilis : *Gaudeo in passionibus* quas pro vobis gentibus tolero, quia iis adimpleo quæ mihi toleranda restant pro Christo, propter mysticum ejus corpus. Hunc sensum putat Estius non contemnendum. Alii passiones Christi interpretantur passiones, quas in se quidem tolerabat Paulus, et quas Christi vocat, quia Christus membrorum suorum passiones reputat suas; sicut Saulo Ecclesiam olim persequento, Christus questus est quòd se persequeretur : *Saule, quid me persequeris?* ita, Paulo pro Ecclesiâ patiente, Christus patitur in Paulo.

Ut hæc sententia, quæ communis est, explicetur, Christus dupliciter considerari potest : vel in suo corpore naturali, quod in alvo virginali B. Mariæ sumpsit, vel in suo corpore mystico, quod est Ecclesia; Christus enim et Ecclesia, est una persona mystica, ait D. Thomas hic, cujus caput est Christus; corpus autem omnes justi; quilibet verò sanctus, membrum hujus corporis. Quemadmodùm autem Christus in suo naturali corpore usque ad finem vitæ passus est, ita in suo mystico corpore, id est, in Ecclesiâ, et in singulis suis membris, usque ad finem mundi patietur. Passus est in suo corpore naturali, ut redemptionem nobis mereretur; patitur usque ad finem mundi in singulis membris, ut nobis salutem applicet. *Adimpleo itaque quæ desunt passionum Christi*, scilicet mysticè sumpti, seu quæ desunt passionibus Ecclesiæ, quæ dicuntur Christi, quia Christus est Ecclesiæ caput. Hoc sensu dicit D. Leo quòd passio Domini usque ad finem perducitur mundi. Vide Estium. Primasius, quòd Christus passionem quidem inchoavit, Ecclesia verò continuat. Addunt aliqui, inter quos D. Godeau, et P. Amelotte, quòd Christus infinito gloriæ Patris sui zelo pressus, et immenso peccatorum nostrorum odio ductus, voluerit omnia mala et supplicia ipse solus usque ad finem mundi pati, ut Deum honoraret infinitè, ut peccatum pleniùs destrueret, ut homines abundantiùs sanctificaret; unicum autem crucis supplicium Christo concessum fuit, cætera mala fidelibus dispersa. Quod ergo in spiritu et animo passus est, seu quod pati cupiit Christus, hoc Christiani ferunt in corpore, sicque adimplent quæ Christi desunt passionibus; adimplent vice Christi, quod ipsius passioni defuit, juxta cordis illius desiderium.

Vers. 25. — Cujus factus sum ego minister... *Cujus*, scilicet Ecclesiæ, patet ex Græc. ἧς, femin. Qui est Evangelii minister, Christi et Ecclesiæ minister est : Christi quidem, cui servit; Ecclesiæ verò, cujus bono servit.

Secundum dispensationem, Græc., *œconomiam*, id est, secundùm providam patrisfamiliâs dispensationem, etc., quâ factus sum gentium apostolus; ut inter vos, et inter alias gentes ministerio meo impleam æternum Dei decretum, et promissum de vestrâ vocatione ad salutem.

Ut impleam verbum Dei, id est, plenè prædicem verbum Dei, et compleam prædicationem Evangelii, quam cœpit Christus.

Vers. 25. — *Cujus* (scilicet Ecclesiæ) *factus sum ego minister secundum dispensationem Dei, quæ data est mihi in vos;* ut dispensem toti familiæ, id est, singulis fidelibus, bona et dona Dei, Domini mei.

Ut impleam verbum Dei. Multiplex est sensus : Primus, quem modò posui. Secundus : Ut impleam, seu compleam verbi Dei prædicationem, quam Christus incœpit ; vel : Ut per Evangelii prædicationem absolvam opus redemptionis, quod fecit Christus. Prædicatores opus redemptionis humanæ, ad quod Christus missus est, absolvunt et complent, sicque opus Christi perficiunt actionibus suis, Christique passionem suis adimplent passionibus. Tertius : Ut impleam omnia loca verbo Dei. Quartus : Ut plenè et perfectè annuntiem verbum Dei.

Vers. 26. — Mysterium quod absconditum.... ; quod verbum Dei, seu propositum vocationis gentium, mysterium est præteritis seculis et generationibus absconditum. Prophetæ enim et angeli, ut dictum est ad Ephes. cap. 3, v. 9, 10, non ita clarè noverunt hæc mysteria, Incarnationis Verbi ac vocationis gentium, sicut apostolis deinde revelata sunt.

Vers. 27. — Quibus voluit Deus notas facere... *Quibus*, apostolis, *Deus voluit* manifestare quantæ sint divitiæ, quantaque sit gloria hujus mysterii, quod completur in gentibus. Hoc explicuit ad Ephes. 3, 6, dicens, *gentes esse cohæredes et comparticipes promissionis Dei in Christo Jesu per Evangelium.*

Quod est Christus, quod mysterium est Christus, objectivè scilicet ; seu, est de Christo Jesu, Dei Filio, incarnato, passo, etc.

In vobis spes gloriæ, id est, qui Christus Jesus, pro nobis incarnatus et mortuus, et à vobis creditus, est causa spei, quam habetis de glorià æternâ. Christus fons salutis nostræ, et tota spei nostræ causa.

Vers. 28. — Quem nos annuntiamus corripientes..., vel admonentes. Græca vox νουθετοῦντες, significat admonentes, increpantes, seu cum increpatione admonentes. Omnes homines Deum ignorabant, malè vivebant ; apostoli, tanquàm Dei legati ac ministri, illos monent et increpant.

Omnem hominem, quantùm est in nobis, seu quàm plurimos possumus.

Vers. 29. — In quo et laboro, id est, ad quod, seu ad quem finem laboro decertans ; sic laboro, sic enitor, ut me periculis objiciam.

Secundum operationem ejus, id est, secundùm vim et efficaciam Spiritûs Christi, qui potentissimè operatur in me et per me, in virtute ; *in me, virtute* quâ me induit ex alto ; *per me, virtute* miraculorum, quâ dat verbis meis efficaciam. Græc. : Κατὰ τὴν ἐνέργειαν αὐτοῦ, τὴν ἐνεργουμένην ἐν ἐμοὶ ἐν δυνάμει. Alii ἐνεργουμένην sumunt in sensu activo, *operantem ;* alii in passivo, *operatam.* Utrumque verum arbitror : nam Christus sancto Paulo per internam suam gratiam vires conferebat eximias, illumque virtute interiùs induebat. Et Christus per eumdem Paulum, sic ex alto indutum virtute, patrabat miracula, quibus Pauli verbis efficaciam dabat ad hominum penetranda corda, et ad fidem convertenda.

Observatio moralis.

In ultimis quinque versibus, omnis Christi minister agnoscat ministerii sui partes et munia, videatque seriò num illa repleat. An, sicut D. Paulus, Christum, Christi mysteria, Evangelii veritates prædicat, secundùm talenta, gratiasque sibi creditas, v. 25. Num omnem hominem, etiam pauperem, idiotam, sine personarum acceptione, docet et instruit, v. 28. Num omnem, cujuscumque conditionis, quantùm est in se, ad perfectionem adducit, v. 28. Num omnem curam, laborem et sollicitudinem, ad hunc effectum ordinat, v. 29.

Vers. 26. — *Mysterium* (verbum Dei vocat mysterium) *quod absconditum fuit à seculis et generationibus.* Loquitur autem de mysterio vocationis gentium. Sensus est : Mysterium hoc absconditum et incognitum fuit hominibus omnium præcedentium seculorum et generationum. Sic Ephes. 3 : « Quod aliis generationibus non est agnitum filiis hominum. »

Nunc autem manifestatum est sanctis ejus. Hujus expositio est illud ad Ephesios, sicuti nunc revelatum est sanctis apostolis ejus et prophetis in spiritu.

Vers. 27. — *Quibus voluit Deus notas facere divitias gloriæ*, id est, divitem, locupletem, et bonis spiritualibus abundantem gloriam *sacramenti* (mysterii) *hujus in gentibus, quod*, scilicet sacramentum vel mysterium, *est Christus*, qui *in vobis* est *spes gloriæ*, id est, spes gloriosa ; quia videlicet per Christum magnifica et gloriosa bona speratis vos adepturos.

Vers. 28. — *Quem nos annuntiamus*, quem Christum nos apostoli mundo annuntiamus.

Corripientes omnem hominem. Erat autem totum genus humanum in peccatis et ignorantiâ Dei ; ac proterea de his corripiendum.

Et docentes omnem hominem, in omni sapientiâ ; ut sensus sit : Instituentes omnem hominem in perfectâ cognitione Dei et mysteriorum fidei, quæ est vera sapientiâ. Sic Augustinus, Anselmus.

Ut exhibeamus omnem hominem perfectum in Christo Jesu, id est, ut omnem hominem reddamus, et Deo sistamus perfectè instructum in his quæ ad fidem et cognitionem Christi pertinent.

Vers. 29. — *In quo* (ad quod) *et laboro certando*, id est, in quem finem etiam enitor, multùmque laboro, cum difficultate et periculo decertans.

Secundùm operationem ejus, quam operatur in me in virtute. Sensus est : Decertans secundùm efficacem ac potentem operationem seu motionem Christi in me. *In virtute*, id est, potenter, valide et efficaciter ; patrando scilicet miracula tot et tanta, dando tantam efficaciam verbis meis, ut omnium corda penetrent et convertant ; suggerendo animos, vires ac zelum, ut igneâ charitate, et igneâ linguâ prædicem, omnibusque ignem hunc divini amoris afflem et aspirem.

Corollarium pietatis, seu in hoc capite ad pietatem maximè notanda, et ad praxim redigenda.

Vix est alibi major quàm in hoc capite notandorum abundantia : at quia suis locis fusè et practicè sunt explicata, sufficiat materias indicare, et loca notare.

1° Orationum christianarum materiam, seu quid præcipuè debeamus pro nobis et aliis orare, vide v. 10, 11.

2° Bona nobis per Christum collata, vide v. 12, 13, 14. Vide et in hos versiculos observationes dogmaticas et morales.

3° Excellentias Christi, ut Dei, vide v. 15, 16, 17. Vide et ibidem observationem dogmaticam et moralem.

4° Excellentias Christi, ut hominis, vide v. 18, 19, 20. Vide et ibidem observationes dogmaticas et morales, ut relativas Christi dignitates agnoscas, eisque ad tuum profectum utaris. Ibidem attende ad nostræ per Christum reconciliationis modum, ut hâc mirabili tuâ reconciliatione frequenter utaris, Christi passionem et mortem pro tuis peccatis offerens Deo, v. 20.

5° Quòd, et quare nobis in passionibus nostris sit gaudendum; vide v. 24, et observationem moralem.

6° Omnis Ecclesiæ minister agnoscat ministerii sui partes, videatque num illas repleat, v. 25, 26, 27, 28, 29. Vide observationem moralem.

CAPUT II.

1. Volo enim vos scire qualem sollicitudinem habeam pro vobis, et pro iis qui sunt Laodiciæ, et quicumque non viderunt faciem meam in carne :

2. Ut consolentur corda ipsorum, instructi in charitate, et in omnes divitias plenitudinis intellectûs, in agnitionem mysterii Dei Patris et Christi Jesu :

3. In quo sunt omnes thesauri sapientiæ et scientiæ absconditi.

4. Hoc autem dico, ut nemo vos decipiat in sublimitate sermonum.

5. Nam etsi corpore absens sum, sed spiritu vobiscum sum; gaudens, et videns ordinem vestrum, et firmamentum ejus, quæ in Christo est, fidei vestræ.

6. Sicut ergo accepistis Jesum Christum Dominum, in ipso ambulate,

7. Radicati, et superædificati in ipso, et confirmati fide, sicut et didicistis, abundantes in illo in gratiarum actione.

8. Videte ne quis vos decipiat per philosophiam, et inanem fallaciam, secundùm traditionem hominum, secundùm elementa mundi, et non secundùm Christum :

9. Quia in ipso inhabitat omnis plenitudo divinitatis corporaliter;

10. Et estis illo repleti, qui est caput omnis principatûs et potestatis :

11. In quo et circumcisi estis circumcisione non manu factâ in expoliatione corporis carnis, sed in circumcisione Christi.

12. Consepulti ei in baptismo, in quo et resurrexistis per fidem operationis Dei, qui suscitavit illum à mortuis.

13. Et vos, cùm mortui essetis in delictis, et præputio carnis vestræ, convivificavit cum illo, donans vobis omnia delicta :

14. Delens quod adversùs nos erat chirographum decreti, quod erat contrarium nobis, et ipsum tulit de medio, affigens illud cruci.

15. Et expolians principatus, et potestates traduxit confidenter, palam triumphans illos in semetipso.

16. Nemo ergo vos judicet in cibo, aut in potu, aut in parte diei festi, aut neomeniæ, aut sabbatorum :

17. Quæ sunt umbra futurorum : corpus autem Christi.

18. Nemo vos seducat, volens in humilitate, et religione angelorum, quæ non vidit, ambulans, frustra inflatus sensu carnis suæ,

CHAPITRE II.

1. Car je suis bien aise que vous sachiez combien est grande l'affection et le soin que j'ai pour vous, pour ceux qui sont à Laodicée, et pour tous ceux qui ne me connaissent point de visage, et qui ne m'ont jamais vu;

2. Afin que leurs cœurs soient consolés, et qu'étant unis ensemble par la charité, ils soient remplis de toutes les richesses d'une parfaite intelligence, pour connaître le mystère de Dieu le Père et de Jésus-Christ :

3. En qui tous les trésors de la sagesse et de la science sont renfermés.

4. Or je dis ceci afin que personne ne vous trompe par des discours subtils et élevés;

5. Car, quoique je sois absent de corps, je suis néanmoins avec vous en esprit, voyant avec joie l'ordre qui se garde parmi vous, et la solidité de votre foi en Jésus-Christ.

6. Continuez donc à vivre en Jésus-Christ notre Seigneur, selon l'instruction que vous en avez reçue,

7. Étant attachés à lui comme à votre racine, et édifiés sur lui comme sur votre fondement, vous affermissant dans la foi qui vous a été enseignée, croissant de plus en plus en Jésus-Christ par de continuelles actions de grâces.

8. Prenez garde que personne ne vous surprenne par la philosophie et par des raisonnements vains et trompeurs, qui ne sont fondés que sur les traditions des hommes, et sur les principes d'une science mondaine, et non sur la doctrine de Jésus-Christ;

9. Car c'est en lui que la plénitude de la divinité habite corporellement.

10. Et c'est en lui que vous en êtes remplis, lui qui est le chef de toute principauté et de toute puissance;

11. Et c'est en lui aussi que vous avez été circoncis d'une circoncision qui n'est pas faite par la main des hommes, mais qui consiste dans le dépouillement du corps des péchés que produit la concupiscence charnelle, c'est-à-dire, de la circoncision de Jésus-Christ.

12. C'est encore avec lui que vous avez été ensevelis par le baptême, et avec lui que vous êtes ressuscités, par la foi que vous avez eue que Dieu l'a ressuscité d'entre les morts par l'efficacité de sa puissance.

13. Car lorsque vous étiez dans la mort de vos péchés, et dans l'incirconcision de votre chair, Jésus-Christ vous a fait revivre avec lui, vous pardonnant tous vos péchés.

14. Il a effacé la cédule qui nous était contraire, il a entièrement aboli le décret de notre condamnation, en l'attachant à sa croix;

15. Et ayant désarmé les principautés et les puissances, il les a menées hautement en triomphe, à la face de tout le monde, après les avoir vaincues en lui-même.

16. Que personne donc ne vous condamne pour le manger et pour le boire, ou sur le sujet des jours de fêtes, des nouvelles lunes, et des jours de sabbat;

17. Puisque toutes ces choses n'ont été que l'ombre de celles qui devaient arriver, et que Jésus-Christ en est le corps et la vérité.

18. Que personne ne vous séduise en affectant de paraître humble, par un culte superstitieux des anges, se mêlant de parler des choses qu'il ne sait point, étant enflé par les vaines imaginations d'un esprit humain et charnel·

19. Et non tenens caput, ex quo totum corpus per nexus et conjunctiones subministratum et constructum, crescit in augmentum Dei.

20. Si ergo mortui estis cum Christo ab elementis hujus mundi, quid adhuc tanquàm viventes in mundo decernitis?

21. Ne tetigeritis, neque gustaveritis, neque contrectaveritis;

22. Quæ sunt omnia in interitum ipso usu, secundùm præcepta et doctrinas hominum;

23. Quæ sunt rationem quidem habentia sapientia in superstitione et humilitate, et non ad parcendum corpori, non in honore aliquo ad saturitatem carnis.

19. Et ne demeurant pas attaché à celui qui est la tête, et le chef duquel tout le corps, recevant l'influence par les vaisseaux qui en joignent et lient toutes les parties, s'entretient et s'augmente par l'accroissement que Dieu lui donne.

20. Si donc vous êtes morts avec Jésus-Christ à ces premières et plus grossières instructions que Dieu a données au monde, comment vous laissez-vous imposer des lois, comme si vous viviez dans ce premier état du monde?

21. Ne mangez pas, vous dit-on, d'une telle chose; ne goûtez pas de ceci, ne touche pas à cela.

22. Cependant ce sont des choses qui périssent toutes par l'usage qu'on en fait, et en quoi vous ne suiviez que les préceptes et les ordonnances des hommes,

23. Qui ont quelque apparence de sagesse dans leur superstition et leur humilité affectée, dans le rigoureux traitement qu'ils font au corps, et dans le peu de soin qu'ils prennent de rassasier la chair.

ANALYSIS.

1° *Suam Paulus pro Colossensibus sollicitudinem, et hujus suæ sollicitudinis finem declarat; scilicet ut solatium habeant, charitate compaginati, et plenè instructi de mysterio Christi, in quo sunt omnes thesauri scientiæ et sapientiæ Dei, v.* 1, 2, 3. *Hàc eâdem sollicitudine monet eos ut sibi caveant ab imposturis pseudo-apostolorum; hortatur autem ut in Christo radicati et firmati crescant, et proficiant in acceptâ fide, v.* 4, 5, 6, 7.

2° *Monet speciatim ut caveant à Simonianis, Gnosticis, et aliis, qui per vanæ philosophiæ fallacias conantur eos decipere. A Christo Deo, veritatis fonte, omni scientiâ ad salutem necessariâ repleti estis; cur vanos auditis philosophos? v.* 8, 9, 10.

3° *Contra judaizantes verò, circumcisionem et alia legalia deprædicantes, monet Colossenses quòd in Christo circumcisi sunt, non carne, sed spiritu; quando per baptismum cum Christo consepulti fuerunt et à mortuis suscitati, v.* 11, 12.

4° *A baptismo, qui fit in sanguine Christi, ad cruentum Christi sacrificium ascendens, Colossensibus et aliis Christianis repræsentat hujus sacrificii effectus: omnia nostra peccata sunt condonata; noster mortis æternæ reatus remissus; chirographum laceratum, cruci affixum; à dæmonum captivitate liberati sumus, ipsis dæmonibus à Christo devictis et triumphatis: ad quid ergo nunc legalia sacrificia? v.* 13, 14, 15.

5° *Ex his contra judaizantes ultimò dictis, Colossenses avertit à legalibus observantiis, v.* 16, 17. *Ex dictis supra contra Simonianos, avertit Colossenses à falsâ angelorum religione, v.* 18, 19.

6° *In reliquo capite Colossenses paternè corrigit quòd Christiani cùm sint pseudo-apostolos, seu judaizantes, seu Simonianos, audierint.*

PARAPHRASIS.

1. Etenim velim ut sciatis qualiter et quantùm anxius et sollicitus sum pro vobis, et pro Laodicensibus, et pro cæteris, qui æquè ac vos faciem meam nunquàm viderunt.

2. Hic est autem anxietatis, et meorum pro vobis et illis laborum, finis, ut solidum in Domino solatium habeatis, ut charitatis vinculo arctiùs inter vos compaginemini, ut plenè et perfectè sitis intelligentes, et persuasi circa ea quæ pertinent ad cognitionem Dei unius et trini, et mysterii incarnationis Domini nostri Jesu Christi.

3. In quo Christo, homine Deo, abditi continentur omnes thesauri sapientiæ et scientiæ.

4. Hoc autem quod de tantâ Christi sapientiâ et scientiâ dico, propterea dico, ut maximè caveatis ne quis artibus humanis instructus vobis imponat falsis sermonibus, sed speciosis, et ad persuadendum compositis.

5. Hanc de vobis curam gero: quamvis enim corpore absim à vobis, mente tamen et corde vobiscum sum; et gaudeo videns omnia benè et ordinatè apud vos agi, videnque firmitatem et constantiam fidei vestræ in Jesum Christum.

6. Quemadmodùm ergo Christum Christique doctrinam edocti estis, ita in ejus doctrinâ et vitâ perseverate.

7. In ipso radicati, et super ipsum ædificati, et in eâ fide quam didicistis confirmati, ut in eâ crescatis ac proficiatis cum gratiarum actione.

8. Cavete ne quis vos decipiat, fidemque vestram suffuretur per doctrinam illam fallacem quæ grandia promittit in nomine, re autem inania suggerit; per illam, inquio, doctrinam, quæ est secundùm adinventionem humanam et sophisticam institutionem; secundùm futilia mundanæ scientiæ principia, non secundùm doctrinam vobis à Christo traditam; et ideò à vobis non est audienda.

9. Quia Christum, in quo tota Deitas verè, realiter, et substantialiter habitat, et qui consequenter ipsa veritas est, doctorem habetis.

10. Et ab illo repleti estis omni scientiâ ad salutem necessariâ; ab illo, inquam, qui et omnium angelorum caput, rector, et Dominus est; quos tantoperè extollunt illi fallaces philosophi.

11. Cavete et ab illis qui circumcisionem vobis ut necessariam deprædicant; in Christo enim circumcisi estis, non circumcisione hominum manu factâ, quæ fit per excisionem corporis carnei, sed per circum-

cisionem christianam, quæ fit per rejectionem vitiorum.

12. Quando per baptismum consepulti estis cum Christo; et ad vitam gratiæ resurrexistis per fidem, quâ credidistis efficacem et potentem operationem Dei, quâ Christum à mortuis suscitavit; (breviùs) per fidem resurrectionis Christi, omnipotentiâ Dei factæ;

13. Vos, inquam, cùm essetis spiritualiter mortui, tum per vestra peccata actualia, tum per originale peccatum, tunc Deus vivificavit eâ virtute quâ Christum suscitavit, id est, novam vobis justitiæ vitam dedit; omnia delicta vestra vobis condonans ob Christi merita in cujus sanguine baptizati estis.

14. Deleto priùs, per Christum, decreto damnationis in nos lato: Christus enim pro nobis in cruce moriens, hoc mortis decretum, nostramque syngrapham, tulit de medio, dirupit, diruptamque affixit cruci.

15. Dæmonesque devictos, et illo quod in homines prætendebant imperio destitutos, liberè palàmque traduxit, et de illis, ignominiâ sic affectis, suâ propriâ virtute triumphavit.

16. Tanta ergo per Christum beneficia nacti, ne timeatis ne quis vos quasi reos judicet ob neglectas legis Mosaicæ cæremonias, videlicet ob cibum, aut potum, mundum, aut immundum; ob id quod pertinet ad diem festum, ad neomeniam, aut ad sabbatum.

17. Siquidem hæc omnia sunt umbræ futurorum, quorum veritas, soliditas, corpus ad Christum pertinet: corpore autem seu veritate comparente, evanescunt umbræ; seu ubi autem corpus et veritatem tenemus, quid curamus de umbris?

18. Cavete ne quis seductor bravium vestrum intercipiat, à verâ religione vos, per affectatam humilitatem, deducens ad superstitiosam angelorum religionem, pedem immittens in ea quæ non vidit, inaniter tumens proprii sui cerebri sensu, seu cogitatione.

19. Non tenens per fidem caput Ecclesiæ Christum, ex quo totum Ecclesiæ corpus per juncturas et commissuras constructum et subministratum divino crescit augmento.

20. Cùm igitur Christiani sitis, et per baptismum cum Christo mortui sitis primis et rudibus hujus mundi institutionibus; quare, quasi in illis adhuc viveretis, hæc docetis, vel docemini?

21. Scilicet ne tetigeritis hoc; ne gustaveritis illud; ne contrectaveritis istud.

22. Non animadvertitis quid sint et à quibus sint hæc omnia; nempe quòd ipso usu pereunt et consumuntur, et quòd hominum sunt adinventiones et doctrinæ.

23. Et hæ quidem speciem aliquam habent sapientiæ, dùm superstitiosam præferunt religionem, et fictam humilitatem, et austeram macerationem; corpori enim suo non indulgent, nec illud ad saturitatem nutriunt, sed jejuniis miserè affligunt; ob hæc, inquam, sapientiæ speciem habent; at quia superstitiosa hominum commenta, hinc à Christi discipulo contemnenda.

COMMENTARIA.

Vers. 1. — Volo enim vos scire... Particula *enim* hunc versum nectit cum ultimo versu capitis præcedentis: rationem ergo reddit Apostolus cur dixerit: *Laboro in agone, certando*, quia sollicitus sum pro vobis, etc.

Qualem sollicitudinem... Græc., *quantum certamen*, etc. Syr. et Arab., *quale sit mihi certamen*, etc. Æthiop., *quantùm contendo pro vobis*. Benè etiam ab interprete nostro, *quantam* anxietatem et *sollicitudinem*, ἡλίκον ἀγῶνα.

Et quicumque non viderunt faciem meam... Syr.: *Et pro cæteris illis, qui faciem meam*, etc. D. Chrysostomus, et alii communiter post ipsum, intelligunt: *Et cæteri quicumque alii, qui æquè ac vos, Colossenses, non viderunt faciem meam;* hincque inferunt D. Paulum Colossis nunquàm prædicâsse. Theodoretus, et post ipsum Baronius, traducit: *Non solùm pro vobis, et pro iis qui sunt Laodiciæ, sed et pro iis qui me non viderunt*, negatque sequelam à D. Chrysostomo illatam. Primus sensus videtur naturalior, licèt non convincat.

Vers. 2. — Ut consolentur, in sensu passivo, id est, ut consolationem accipiant.

Corda ipsorum, instructi in charitate. Græc.: *Compactorum in charitate*. Syr.: *Ut consolationem accipiant corda eorum, et cum charitate accedant ad omnem opulentiam persuasionis, et ad intelligentiam cognitionis arcani Dei Patris et Christi.*

Nota litteralis.

Hic locus in Græco et in nostrâ Vulgatâ, ob brevitatem, aliquid obscuritatis habet: hinc necessariò aliquid addendum ut tollatur obscuritas. Communiter additur, *ut consolentur corda ipsorum*, cùm fuerint *instructi*, seu constructi, seu compacti *in charitate;* et cùm fuerint introducti *in omnes divitias plenitudinis intellectûs*, etc. Mihi hunc versum meditanti, et ad mentem D. Pauli seriò attendenti, visum est quòd Apostolus his paucis verbis anxietatis suæ suorumque

Vers. 1. — *Volo enim vos scire qualem sollicitudinem habeam pro vobis.* Græcè, quantum certamen habeam de vobis, id est, sustineam pro vobis. *Et pro iis qui sunt Laodiciæ*, etc., id est, faciem carnis. Volo vos scire quantùm laboris sustineam pro vobis et pro Laodicensibus, et pro cæteris qui me non viderunt.

Vers. 2. — *Ut consolentur corda ipsorum. Consolentur*, id est, consolationem accipiant.

Instructi in charitate, id est, cùm fuerint instructi in charitate.

Et in omnes divitias plenitudinis intellectûs; et cùm fuerint introducti in omnes divitias, id est, largissimam copiam plenæ intelligentiæ. Et cùm fuerint plenè edocti, scilicet de mysterio, ut sequitur.

In agnitionem mysterii Dei Patris et Christi Jesu, ut scilicet in omnibus mysteriis fidei quæ pertinent ad

pro Colossensibus laborum finem exprimat. Nimirùm sollicitus sum primò, ut consolemini, juxta proph. Isai. 40, 1; secundò, ut charitatis vinculo compaginemini; tanquàm unius corporis membra; tertiò, ut sitis perfectè intelligentes, et plenè persuasi circa ea quæ pertinent ad cognitionem mysterii Dei Patris, et Christi Jesu. Græc., *Dei et Patris et Christi*, id est, Dei unius, et trini in personis; et Christi, hominis-Dei, seu sanctissimæ Trinitatis, et dominicæ incarnationis. Ecce tria ad quæ tendit Apostoli labor et cura; tria quæ Colossensibus et aliis exoptat, et quorum fortassè contrarium tacitè redarguit in illis. Hæc autem tria sic inter se subordinata sunt, ut duo ultima sint media ad primum; quippe consolabimini, si corda vestra charitate compaginentur; si mentes vestræ sint plenè intelligentes et persuasæ, etc.; *in omnes divitias*, etc., id est, usque ad omnem abundantiam plenissimæ intelligentiæ, seu maximæ, quæ possit hic haberi, ita ut de nullo dubitetis. In his itaque paucis verbis habemus finem laborum D. Pauli; habemus ejus votum et cordis desiderium; habemus tacitam exhortationem ad charitatem mutuam et ad firmam persuasionem; quæ exhortatio aliquam fortè supponit divisionem in Colossensium cordibus et dubitationem in mentibus. Utramque vitemus et nos, si ad divinas consolationes aspiramus: firma sit nostra fides in mente; regnet charitas in corde.

Vers. 3. — In quo sunt omnes thesauri..., id est, in quo Christo continentur omnes, etc., quia, ut Deus, est ipsa sapientia Patris; ut homo, mirabilem habet sapientiam, licèt finitam, sicut finita est ejus anima. In Christo, velut in arcâ pecuniariâ continentur *omnes thesauri* sapientiæ et scientiæ. Ergo extra Christum nihil nisi vanitas, error, illusio. Ergo in solo Christo quærenda sapientia, scientia, veritas. Ergo ab eo continuè petenda sapientia, etc., non à Simone, non à Gnosticis, ob scientiam sic dictis, seu quia se scientes jactabant; non ab angelis, quos illi præferebant Christo.

Absconditi. Christus thesaurus est absconditus, quem sola fides revelat, humilitas aperit, ut charitas eo potiatur: fide itaque et humilitate ad hunc accede thesaurum.

Vers. 4. — Hoc autem dico, scilicet de Christi sapientiâ et scientiâ.

Ut nemo vos decipiat, nimirùm, sub specioso nomine scientiæ et sapientiæ, quod ambiunt et promittunt.

In sublimitate sermonum. Græc., *in suasibilitate sermonis*, ἐν πιθανολογίᾳ, *oratione speciosâ*. Colossenses contra quoscumque pseudo-apostolos præmunit quidem, at speciatim contra Simonianos, qui vanæ philosophiæ placitis imbuti, sublimia dicebant de angelis, de Æonibus, etc., suisque sermonibus simplices à Christo avertere satagebant, ut ad angelorum cultum transferrent.

Vers. 5. — Nam etsi corpore absens sum... Consequens erat dicere: Et novi deceptores, ait D. Chrysostomus, sed desinit in encomium.

Gaudens et videns ordinem vestrum.... Syr.: *Et gaudeo quòd videam ordinem vestrum, et firmitatem fidei vestræ, quæ est in Christo Jesu.* D. Chrysostomus notat quòd hæc dicantur tanquàm militibus ordinatè firmiterque stantibus. Nec cecidistis, nec ordinem vestrum confudit aliquis. Virum apostolicum duo solantur in suis subditis; firmitas fidei, et ordo disciplinæ; seu vita regulis fidei conformis.

Vers. 6. — Sicut ergo accepistis Jesum Christum, id est, sicut ab Epaphrâ Christi fidem edocti estis, nimirùm quòd Dominus Redemptor ac Mediator est.

In ipso ambulate, id est, ita in ejus fide, doctrinâ ac vitâ perseverate.

Vers. 7. — Radicati, id est, firmas in ipso radices habeatis.

Et superædificati in ipso, velut firmissimo fundamento.

Et confirmati fide, id est, confirmemini in fide, quam edocti estis; imò crescite in eâ per gratiarum actionem. His verbis fideles munit contra quoslibet novatores in genere, quos sigillatim aggreditur in sequentibus. Christus via est; ergo in ipso et per ipsum nobis ad vitam eundum. Christus radix; ergo debemus ipsi continuè inhærere, et cordis vitam ab eo sugere. Quod arbor sine radice, hoc anima sine Christo. Christus fundamentum; in ipso et super ipsum debemus ædificare. Quod domus sine fundamento, hoc homo sine Christo. Credere non sufficit; debemus in fide proficere, abundare, pleniorem in dies mysteriorum cognitionem acquirere. Hoc autem fit per gratiarum actionem pro tantis per Christum acceptis beneficiis. Cor gratum terra bona in quo multiplicat gratia Dei.

agnitionem Dei Patris et Christi Jesu, instructi et plenè persuasi, planèque intelligentes sitis.

Vers. 3. — *In quo* (scilicet Christo) *sunt omnes thesauri*, etc. Communis expositio est de scientiâ divinâ, quæ in Christo est ut Dei Verbo. Cùm dicit, *thesauros*, copiam ac multitudinem ostendit; quod addit, *omnes*, nihil omninò esse quod ignoret; quod autem subjungit, *absconditi* seu reconditi, ipsum solum omnia scire declarat, ab eoque scientiam et sapientiam omnem petendam esse, nam Christus est ipsa sapientia, et per sese cognitio.

Vers. 4. — *Hoc autem dico*, etc. Hoc autem quod dixi de excellentiâ scientiæ Christi, propterea dico, ne allecti specioso nomine scientiæ, quam quidam promittunt, sinatis vos circumveniri probabilibus, sed falsis argutiis humanarum ratiuncularum.

Vers. 5. — *Nam etsi corpore absens sum, sed spiritu vobiscum sum.* Spirituali oculo et curâ vobiscum sum, quia spiritu et mente vos sæpè contemplor.

Gaudens et videns ordinem vestrum. Cum gaudio intueor. Videbat autem in spiritu ex iis quæ retulerat ad eum Epaphras. *Ordinem*, id est, bonam ordinationem, quo benè et ordinatè omnia fiunt.

Et firmamentum ejus quæ in Christo est fidei vestræ; hoc est, et videns firmitatem, soliditatem, constantiam, fidei vestræ in Christum, id est, quâ in Christum credidistis.

Vers. 6. — *Sicut ergo accepistis*, etc., id est, in ipsius fide et institutione ambulate.

Vers. 7. — *Radicati et superædificati in ipso, et confirmati fide.* Græcè, *in fide*, scilicet Christi.

Sicut et didicistis, sicut edocti estis.

Vers. 8. — Videte ne quis vos decipiat. Græc. : *Ne quis sit vos abigens.* Syr. : *Ne quis vos spoliet.* Arab. : *Spoliet ac deprædetur.* D. Chrysostomus : *Deprædetur ac suffuretur.* Id est, cavete ne quis vos decipiat, fidemque vestram suffuretur.

Per philosophiam, scilicet, qualis erat omnium Ethnicorum philosophia ; nulla quippe quæ de Deo præsertim et rebus divinis vacaret crassis erroribus. Talem philosophiam Apostolus, 1 Tim., cap. 6, v. 20, vocat *falsi nominis scientiam.*

Et inanem fallaciam, id est, philosophiam, dico inanem, et quæ solidi nihil habet, sicque vera scientia non est, sed mera fallacia, sophistica deceptio.

Secundum traditionem hominum, id est, hæc inanis et mendax philosophia, seu fallacia, tradita non est à Deo, qui veritas est, sed ab hominibus vanis, errantibus, et mendacibus inventa et tradita : hinc vana, inanis, et mendax.

Secundum elementa mundi, id est, juxta principia et axiomata quæ prima sunt rudimenta mundanæ philosophiæ, seu quibus à pueritiâ imbuuntur mundani homines.

Et non secundum Christum, id est, non secundùm doctrinam nobis à Christo traditam. Hæc contra Simonianos, et ab eis prognatos Gnosticos, qui principiis partim à Platone et à Pythagorâ sumptis, partim à proprio cerebro inventis, multa vana, falsa, et Evangelio contraria, docebant. Hæreticos Paulus fures et prædones vocat, quippe qui fidem, gratiam, animæ vitam, Christum et Deum auferre moliuntur. Sicut autem prædo quod vi non potest auferre, fraude eripit, ita hæretici doctrinam quam apertè proferre non audent, per fallacias et verborum artificia mentibus insinuant.

Vers. 9. — Quia in ipso inhabitat omnis plenitudo... Dat rationem cur philosophis Evangelio Christi contrariis credendum non sit, sed ab eis cavendum. Potuisset equidem repetere quod dixit v. 3 : *Quia in Christo sunt omnes thesauri sapientiæ*, etc., at maluit hujus etiam rationis jam allatæ causam assignare. Quia in Christo, tota plenaque Divinitas, cum omnibus suis perfectionibus ac attributis, et consequenter omnis sapientia, scientia et veritas. *Inhabitat*, id est, inexistit, commoratur, perpetuò et permanenter inhæret.

Corporaliter, id est, sicut anima in corpore suo habitat. *Corporaliter*, id est, non umbraticè, sicut olim in propitiatorio, sed verè, realiter, substantialiter. Umbra fuit in veteri Testamento ; corpus, realitas, veritas in novo ; quo sensu *corporaliter* opponitur *umbratico*, sicut v. 17. *Corporaliter*, id est, substantialiter, non per accidens, per operationem, sed per suam substantiam. Non per gratiam tantùm, sicut in sanctis angelis et hominibus, sed per unionem substantialem, hypostaticam. Non in animâ tantùm, sed et in corpore. Non ut in animâ et corpore alienis, sed ut in animâ et corpore propriis. Duplici vinculo substantiali unitivo, divina Verbi persona unita est humanæ Christi naturæ ; uno spirituali, quo anima unitur Verbo ; altero corporali, quo corpus eidem Verbo unitur. Hinc intellige quòd *omnis Deitatis plenitudo inhabitat* etiam *corporaliter in Christo*, sicut anima in corpore suo inhabitat corporaliter, seu verè, realiter, substantialiter, essentialiter. Hinc et consequenter intellige quòd in Christo sit omnis sapientia, scientia, veritas, quia Deus est ; quòd nullus præ ipso sit audiendus, quantùmlibet doctus ; quòd Evangelium Christi sit supra omnes scientias et traditiones hominum ; quòd debeat esse omnium nostrarum cognitionum regula, ipsique subjici et captivari debeat omnis intellectus humanus.

Vers. 10. — Et estis in illo repleti..., id est, et vos *in illo*, utpote corporis ejus membra ; et per illum utpote caput vestrum in vos influens, *estis repleti*. unusquisque pro suâ mensurâ, sapientiâ, scientiâ aliisque donis salutaribus.

Qui est caput omnis principatus..., id est, in illo, inquam, qui non vestrûm tantummodò caput est, sed et omnium angelorum, quantâcumque præeminentiâ et dignitate sint præditi. Hoc contra philosophos Simonianos, qui angelorum cultum prædicabant. Angelorum caput, rex et Dominus, est Christus : ergo præ illis adorandus. Caput nostrum est, *de cujus plenitudine nos omnes accepimus ;* ergo illi continuè debemus inhærere ; ab eo gratiam, fidem, sapientiam, scientiam, omnia cœlestia dona petere, exspectare et recipere. Ipse solus habet plenitudinem Divinitatis, plenitudinem sapientiæ, scientiæ, etc. ; ergo ab ipso participationem Deitatis, gratiam scilicet, participationem sapientiæ, scientiæ, omnesque divitias plenitudinis intellectûs, de quibus v. 2, petere et exspectare. Cavete ergo ne quis vos, per inanem et noxiam philosophiam decipiens, avertat à Christo ut ad angelos convertat ; etenim à fonte vos abduceret ut ad rivulos deduceret ; à Domino et à rege ad subditos et servos.

Abundantes in illo in gratiarum actione. Non solùm volo vos esse confirmatos in fide, verùm etiam in eâ proficere, et proficiendo abundare per pleniorem mysteriorum Christi cognitionem ; idque cum gratiarum actione erga Deum, ut auctorem hujus totius boni.

Vers. 8. — *Videte ne quis vos decipiat per philosophiam et inanem fallaciam, secundùm traditionem hominum.* Respicit autem Apostolus ad dogmata philosophica scholæ Simonianæ.

Secundùm elementa mundi, secularis ac mundanæ philosophiæ rudimenta.

Et non secundùm Christum, id est, secundùm doctrinam de Christo vobis traditam ; sed magis contra Christum ejusque doctrinam.

Vers. 9. — *Quia in ipso* (Christo) *inhabitat omnis plenitudo divinitatis corporaliter ;* id est, reverà, realiter et substantialiter. Sensus est : In ipso plena deitas inhabitat, non solummodò per gratiam, et mirabilium operum efficientiam ; sed *corporaliter*, id est, per unionem ipsius divinitatis cum corporeâ substantiâ seu carne humanâ, in personâ Verbi, juxta illud : *Verbum caro factum est.*

Vers. 10. — *Et estis in illo* (Christo) *repleti.* Et vos per illum repleti estis scientiâ, aliisque donis salutaribus, itemque ampliùs etiam implendi, etc.

Qui est caput omnis principatûs et potestatis, qui non solùm vestrum est caput, dona sua vobis communicans ; verùm etiam caput est omnium ordinum angelicorum, quantâcumque sint potestate præditi.

Vers. 11. — In quo et circumcisi estis. Hic contra judaizantes, qui circumcisionem et alia legalia urgebant, christianam circumcisionem extollit supra legalem. *In quo*, et per quem Christum, *circumcisi fuistis.*

Circumcisione non manu facta, non circumcisione quæ fit per manus hominum.

In exspoliatione corporis carnis, quæ consistit in excisione pelliculæ corporis, sed spirituali Christi circumcisione, seu rejectione vitiorum.

Græci legunt : *Circumcisione non manu factâ, in exutione corporis peccatorum carnis, in circumcisione Christi.* Syr. : *Circumcisione sine manibus factâ, cùm exuistis carnem peccatorum per circumcisionem Christi.* Estque sensus secundùm D. Chrysostomum, Theodoretum, et alios Græcos : In quo circumcisi estis ; non externâ circumcisione, quæ fit manibus hominum (et quæ consistit in ablatione exiguæ corporis pelliculæ), sed spirituali et divinâ, cujus auctor est Christus, et quâ totum peccatorum corpus, seu totus homo vetus, deponitur et exuitur.

Hic nota plures nostræ circumcisionis excellentias supra legalem ; hæc externa et carnalis, nostra spiritualis et interna ; hæc fit hominum manibus ; nostra divina est ; hæc est ablatio exiguæ corporis pelliculæ, nostra est liberatio ab omni corruptione ; hæc à lege, seu ab Abrahamo, nostra à Christo fuit instituta ; hæc figura fuit, nostra veritas ; post hanc igitur Christi circumcisionem, legalis est superflua, inutilis et novia.

Vers. 12. — Consepulti ei in baptismo... Declarat expressiùs quæ sit illa Christi circumcisio, scilicet baptismus, in quo et per quem consepulti sumus cum Christo. Immersio baptizati sepulturam Christi significat, sicut et efficit in nobis quod Christi sepultura significat, scilicet veteris hominis mortem et sepulturam. Vide Epist. ad Rom., cap. 6, v. 4 et 5.

In quo et resurrexistis. Græc., *conexcitati estis.* Hoc emersio significat simul et efficit, vitam nobis novam gratiæ conferendo et jus ad gloriosam Christi vitam largiendo.

Per fidem, tanquàm dispositionem necessariam ut gratiam in nobis divinâ virtute producat baptismus. *Per fidem* operationis... seu quâ credimus Christum omnipotentiâ Dei suscitatum à mortuis.

Baptismus est sepultura in mortem. Homo priùs moritur, deinde sepelitur ; peccator, vetus homo, sepelitur ut moriatur ipse, ejusque peccatum putrefiat. Hinc jugiter mori debet Christianus : hinc debet in Christo et cum Christo sepulto abscondi ; mundo mortuus, soli Christo vivere : *Et vita vestra abscondita est.* Baptismus est resurrectio à peccato ad gratiam ; ab Adæ vitâ, quæ mors est, ad Christi vitam, quæ vitæ gloriosæ principium est : hinc ad hanc gloriam perpetuò debemus anhelare, in vitâ gratiæ semper proficere. Vide dicta c. 6 Epist. ad Rom.

Vers. 13. — Et vos cum mortui essetis.... Explicat quod de sepulturâ et resurrectione dixit. *Et vos*, seu vos, inquam, cùm ante Deum, per peccata vestra, *mortui essetis.*

Et præputio carnis vestræ, id est, et per vestras concupiscentias, quæ sunt vera incircumcisio. Est metonymia quâ signum pro re significatâ ponitur : præputium enim, quod per circumcisionem amputabatur, erat signum peccati originalis, in quo nascimur ; et consequenter signum concupiscentiæ et omnium carnis operum quæ ex originali peccato sequuntur. Hoc autem signum hic ponitur pro peccato originali et concupiscentiâ, quasi diceret : Cùm spiritualiter eratis mortui peccato, tum originali, tum actuali et habituali, quippe qui concupiscentiis omnibus vestris obediebatis.

Convivificavit cum illo, id est, vos, inquam, Deus in baptismo *convivificavit cum Christo :* seu eâdem potentiâ vobis vitæ gratiam contulit quâ Christum suscitavit, ut gloriosus vivat.

Donans. Syr., *et remisit*, id est, condonans vobis omnia delicta, originale, actualia, habitualia, etc., idque merito passionis Christi, in cujus sanguine baptizati estis ; seu cujus passionis baptismus est applicatio.

Vers. 14. — Delens quod adversus nos erat chirographum... Syr., *et delevit*, etc. Ambrosius, *deleto chirographo quod erat adversarium nobis.*

Observatio litteralis.

Prudenter hic commentator, D. Ambrosius vulgò dictus, observavit hos versus obscuros esse, quia multa in illis Apostolus conglomerat facta, quibus genus humanum ad indulgentiam pervenit. Ad horum ergo elucidationem distinguenda sunt facta, distinguendæ sunt et personæ quibus conveniunt : alia enim Patri attribuuntur, alia Filio conveniunt. Quoad facta,

Vers. 11. — *In quo et circumcisi estis*, etc., id est, eâ quæ fit sine manibus.

Vers. 12. — *Consepulti ei in baptismo*, q. d. : Circumcisi estis illâ Christi circumcisione, quando simul cum eo sepulti estis in baptismo, id est, tunc quando baptizati estis.

In quo (scilicet Christo) *et resurrexistis*, in novam vitam, novos mores, novum spiritum, quem accepistis in baptismo.

Per fidem operationis Dei, qui suscitavit illum à mortuis. Sensus est : Per fidem quâ credidistis efficacem et potentem operationem Dei, quâ Christum à morte suscitavit ; hoc est, per fidem resurrectionis ejus divinâ virtute factæ.

Vers. 13. — *Et vos cùm mortui essetis* (privati vitâ gratiæ) *in delictis, et præputio carnis vestræ, convivificavit cum illo, donans* (condonans et gratis remittens) *vobis omnia delicta.* Per *præputium carnis* intelligit incircumcisionem carnis, quâ scilicet quis desideria et concupiscentias carnis non resecat, non circumcidit, sed eas pronus sequitur, eisque obedit et indulget.

Vers. 14. — *Delens quod adversus nos erat chirographum decreti, quod erat contrarium nobis. Chirographum decreti*, est obligatio ad pœnam æternam juxta decretum Dei, et sententiam damnationis in Adamum et posteros ejus peccantes latam. Huic enim obligationi ad pœnam æternam sponte peccando quasi manu nostrâ subscripsimus, nosque diabolo quasi vindici hâc obligatione obligavimus.

Et ipsum (chirographum sive obligationem) *tulit de medio* (id est, sustulit), *affigens illud cruci* ; q. d. : Confixit hoc chirographum, et crucifixit, id est, cassavit illud, et abolevit suâ cruce ac morte Christus moriens in cruce. Ita Theodoretus.

D. Paulus, v. 11, egit de baptismo, christianâ circumcisione, quâ non carnis pars scinditur, sed omnia peccata resecantur.

ỳ 12 et 13, explicuit expressiùs effectus baptismi, in quo cum Christo mortui sumus et resuscitati; hosque effectus attribuit Deo Patri, qui nobis eâ potentiâ novam gratiæ vitam dedit quâ potentiâ Christo vitam gloriæ in resurrectione dedit, omniaque nostra peccata condonavit.

Hic autem, v. 14, à baptismo, qui fit in sanguine Christi, transit ad mortem Christi, quæ causa meritoria est remissionis peccatorum et gratiæ nobis in baptismo collatæ : transit ergo et consequenter ad personam Filii, de quo intelligenda sunt sequentia.

Versibus itaque 14 et 15, Christi passionis effectus commemorat; seu causam explicat ob quam omnia peccata nobis in baptismo condonata sunt à Deo; quia scilicet Christus in cruce pro nobis moriens, omnia debita nostra solvit, chirographum nostrum laceravit et cruci affixit, nosque à dæmonum captivitate liberavit.

Ecce sensum, veniamus ad textum.

Delens. Hoc participium, sicut et alia, in Græco vim habet præteriti; hinc Syr., Æthiop. versio, *et delevit;* hinc et Erasmus post D. Ambrosium, *et deleto.*

Itaque deleto priùs chirographo debiti.

Disquisitio litteralis.

Sed quodnam est illud debitum illudque chirographum debiti? Plerique interpretes per *debitum* intelligunt obligationem servandi legem Mosaicam; per *chirographum* intelligunt professionem hujus legis servandæ, factam in circumcisione, voluntque his verbis significari quòd Christus et legem et obligationem legis abolevit in cruce.

Quantùmcumque communis sit hæc interpretatio, huic tamen subscribere repugno. Primò, quia non de Judæis tantùm, sed de omnibus loqui videtur Apostolus, ut patet legenti v. 13 : *Et vos*, Colossenses gentiles, *convivificavit*, *donans vobis*, etc.; v. 14 : *Delens quod adversùs nos*, etc.; in eâdem phrasi, *vos* et *nos* jungit ut omnes comprehendat. Secundò, quia vel hi interpretes legunt cum nostrâ Vulgatâ *chirographum decreti;* vel cum Græco hodierno *decretis.* Si primum, quomodò hoc legi convenit? Quando, et ubi, lex à D. Paulo, vel ab alio, in Scripturis vocata est decretum? Si secundum, ita ut velint significari quòd Christus legem Mosaicam præceptis evangelicis aboleverit. Primò, sine causâ deserunt Vulgatam, à concilio Tridentino declaratam ut authenticam; cui Vulgatæ hâc in re conformis est Æthiopica versio, quæ sic habet: *Et delevit pro nobis scripturam debiti nostri in decreto, quod erat contra nos.* Deinde propositionem faciunt hiulcam, intercisam : *Delens chirographum decretis quod*, etc., quæ constructio? Denique non cohærent sequentia : quomodò enim legem Christus affixit cruci? Quæ connexio versûs sequentis, *et expolians*, etc. Sed sensum habemus plenum, naturalem, cohærentem, sublimem et dignum magnificâ D. Pauli eloquentiâ, quam ipsum eloquentiæ flumen D. Chrysostomus hic miratur; si per decretum intelligamus sententiam mortis in Adamum et ejus posteros decretam, ob esum ligni vetiti : *In quocumque die comederis*, etc., *morte morieris*, Genes. 2, v. 17; si per chirographum intelligamus nostram manu subscriptionem, quâ per peccata nostra actualia, quasi manu propriâ, decreto illi in omnes peccatores lato subsignavimus, nosque ipsos æternæ morti, æternisque suppliciis obnoxios reddidimus. Sit itaque *chirographum decreti* noster æternæ mortis reatus, nostra suppliciis obnoxietas et debitum; at debitum ita certum, ac si manu propriâ, seu chirographo, consignatum esset : quippe qui peccando subsignavimus decreto in peccatores lato. Et hoc posito, clara et connexa sunt omnia : *Delens quod adversùs nos erat chirographum.* Hoc mortis *decretum*, hunc mortis æternæ reatum Christus suâ propriâ morte abolevit : hoc *chirographum* nostrum, quo nostræ mortis decreto subsignavimus, Christus suo pretioso sanguine delevit, expunxit.

Et ipsum tulit de medio..., id est, utrumque et *decretum* mortis et *chirographum* nostrum Christus pro nobis moriens, nostrisque satisfaciens debitis, abolevit, cassavit, antiquavit. Alludit ad syngraphas, quæ, soluto debito, nullius sunt valoris, sed annullantur, quasi non sint. Ita Christus pro nobis solvens, et debitum nostrum abolevit, et syngrapham nostram *tulit de medio*, disrupit.

Affigens illud cruci. Alludit ad morem quorumdam clavis transfigendi edicta antiquata (is tunc fortè vigebat in Asiâ, ait Grotius), Vel etiam alludit ad morem syngraphas solutas, laceratas stylo vel unco affigendi. Vide apud Cornelium à Lapide quid in simili fecerit imperator Adrianus : remisit debita, syngraphas combussit.

Vers. 15. — Et expolians principatus... Homo peccando duo incurrit, ait D. Thomas; reatum culpæ et servitutem diaboli : postquàm dixit Apostolus quomodò Christus omnes nostros reatus delevit, nunc dicit quomodò nos à diaboli servitute liberavit. *Et expolians*, seu expoliavit dæmones illo quod in homines, ob hoc peccati chirographum, prætendebant imperio, illosque subactos et spoliatos

Traduxit confidenter. Græc., *in libertate.* Syr., *confudit eos*, id est, audacter et palàm ostentavit, Deo scilicet et angelis, quasi victor et triumphator circumducens secum hostes devictos in triumphum.

Triumphans illos, id est, de illis ignominiâ sic affectis, in semetipso, id est, suâ virtute triumphavit.

Observatio dogmatica et moralis.

Nunquàm tam magnificè locutus est, ait D. Chrysostomus : et ego non miror, quia crucifixi prædica-

Vers. 15. — *Et expolians principatus et potestates* (id est, spolians dæmones suâ potestate, dominio et tyrannide in homines, sibi hoc peccati chirographo obligatos et subditos) *traduxit confidenter*, *palàm triumphans illos*, triumphans de illis, scilicet de hostibus devictis atque subjectis. *In semetipso*, id est, per semetipsum, per suam virtutem et victoriam.

tor, crucifixi virtutem contra crucis inimicos eloquitur. Spiritualem Christi circumcisionem, baptismum, supra circumcisionem legalem mirificè jam extulit; et quia in Christi sanguine fit baptismus, et per hunc sanguinem peccatorum remissio, ut ipsemet alibi docuit; hinc ad ipsum baptismi fontem, et remissionis peccatorum originem, ascendens, Christum scilicet crucifixum, mirificam salutaris illius sacrificii virtutem paucis explicat, ut omnem ad legalia sacrificia recurrendi prætextum amputet, quasi diceret : Hoc unico Christi sacrificio, omnia nostra delicta condonata sunt; noster mortis æternæ reatus est remissus; omnia nostra debita soluta, chirographum deletum, laceratum, cruci affixum; à dæmonum præterea captivitate liberati sumus; dæmones ipsi devicti, subacti, confusi, in triumphum ducti sunt. Quid restat ultra nobis desiderandum? Ad quid necessarius nobis est quicumque ad legalia recursus? Unico sacrificio præstitit Christus quod lex per omnia sua sacrificia, omnesque suas legales cæremonias, præstare nunquàm potuit.

Da mihi, ô Deus misericordissime, hanc crucis dilecti Filii tui virtutem penetrare; hancque Domini mei Jesu Christi bonitatem sentire! Sentiam in me quod in Christo Jesu et à Jesu Christo factum est pro me! Propriâ morte suâ meum mortis æternæ reatum abolevit; pretioso sanguine suo decretum mortis in me latum delevit et expunxit; acerbis doloribus suis omnia mea debita solvit; solutis debitis meis, syngrapham, quâ me peccando suppliciis æternis obstrinxeram, laceravit, dirupit; diruptam et laceratam affixit cruci; tandem à dæmonum captivitate, cui me peccato meo subdideram, liberavit. O bonitas! ô misericordia! ô ineffabilis amor! Anathema sit ei qui te, ô Jesu amantissime et amabilissime, non amat; qui in tuo pretiosissimo sanguine non confidit; qui in morte tuâ totam spem suam non reponit. In hanc ego confidens, totamque spem meam reponens, illam offero tibi, Pater æterne Deus, in omnium peccatorum meorum remissionem. Multa sunt, fateor; enormia sunt, scio, nec diffiteor; confidens tamen et audacter dico quòd multò plus offero; quippe qui non infinitum tantummodò, sed infinities infinitum offero, regem pro servo, Deum pro homunculo.

Vers. 16. — Nemo ergo vos judicet... Syr. : *Nemo igitur vobis molestiam exhibeat.* Ex præcedentibus principiis concludit contra omnes sui temporis hæreticos. Ac primò contra judaizantes ex ultimis versibus : Cùm tanta sit novæ legis excellentia, tantaque nobis beneficia præstiterit unicum Christi sacrificium, nullam vobis molestiam afferat illorum reprehensio qui vos peccati damnant ob neglectum, aut inobservantiam, legis Mosaicæ, quæ certa ciborum genera, quosdam dies festos, præcipit.

In parte, id est, ex parte diei festi : seu, in hoc quod attinet ad diem festum. Syr. : *In partitionibus dierum festorum;* quia judaizantes festa judaica partiebantur, alia præcipiebant, alia negligebant, ait D. Chrysostomus.

Vers. 17. — Quæ sunt umbra futurorum..., id est, quæ omnia erant umbræ futurorum in Christo mysteriorum, et per ipsum completorum; cùm ergo veritatem et adimpletionem illorum habeamus in Christo : ad quid nobis umbræ? In his versibus manifestè de judaicis festis agitur, non de christianis : perperàm itaque contra nos his abutuntur hæretici.

Vers. 18. — Nemo vos seducat... Ex dictis v. 3, 9, 10, concludit contra Simonianos : *Nemo vos seducat.* Græc., καταβραβεύετω, id est, palmâ, bravio, præmio defraudet, quasi diceret : Benè curritis, palmam quasi manu contingitis, cavete ne quis seductor à verâ religione ad superstitionem vos deducat, sicque palmâ vos defraudet. Brabentas appellant judices eorum qui in agone decertant, καταβραβεύειν autem est injustè adjudicare victoriam, ait Theodoretus.

Volens, sunt qui referunt ad *seducat*, *seducat volens*, id est, de industriâ, datâ operâ; vel, etsi id maximè velit et conetur. Alii jungunt cum humilitate, quasi diceret : Volens videri humilis et religiosus erga angelos; seu potiùs, affectatâ humilitate, superstitiosam angelorum religionem introducens. Dicebant illi hæretici, indignum Filio Dei unigenito ut ad nos mitteretur, nosque per eum adduceremur ad Patrem, sed omnia, sicut in lege, per angelos Deum operari; hâcque fictâ humilitate falsam angelorum religionem introducebant, docentes nobis ad angelos mediatores nostros recurrendum; non ad Christum, ita ex D. Chrysostomo, Theophylacto, Gagnæo.

Quæ non vidit ambulans, id est, ea quæ non novit

Vers. 16. — *Nemo erga vos judicet*, id est, reprehendat, vel damnet, *in cibo aut in potu*, id est, in delectu et abstinentiâ ciborum et potuum Judæis præscriptâ, Levit. 11.

Aut in parte diei festi, aut neomeniæ, aut sabbatorum. Jam infert non esse audiendos judaizantes, qui ciborum delectum et dies festos à lege vetere præscriptos, Christianis observandos esse docebant.

Vers. 17. — *Quæ sunt umbra futurorum*, id est, quæ sunt obscuræ significationes rerum futurarum.

Corpus autem Christi. Sensus : Corpus autem cujus illa sunt umbra, Christi est; hoc est, veritas illorum signorum in Christo adimpletur; illius umbræ corpus est Christus.

Vers. 18. — *Nemo vos seducat volens in humilitate et religione angelorum;* q. d. : Nemo vos à Christo et Ecclesiâ seorsùm post se abducat, nemo vos sibi subdat, ut novus quasi doctor et hierarcha ad suam se-

ctam et cultum angelorum vos pertrahat, volens ambulare vel volenter ambulans in hâc falsâ religione angelorum. Hanc hæresim ortam esse à philosophis, qui finxerunt eos esse quasi minores deos, opifices et gubernatores hominum et mundi; hunc errorem in eo situm fuisse, quòd dicerent angelos digniores esse Christo, etc., et hâc de causâ dignitatem et præeminentiam Christi super angelos tam studiosè cap. 1 et alibi inculcat Apostolus, eaque est communis sententia Chrysost., Theodor., Theophyl.

In humilitate, id est, humili gestu, se prosternendi et adorandi angelos. Jactare falsas angelorum visiones; rursùm non tenere caput, id est, Christum excludere, ut angelos suum statuant caput.

Quæ non vidit ambulans, in iis quæ non vidit fastuosus incedens.

Frustra inflatus sensu carnis suæ, id est, frustra superbiens sensu et mente suâ carnali, quasi cognitio-

: [illegible]ecter pronuntians : multa de angelis ita certò dicebant ac si cœlos penetrassent; eorum nomina, classes, præfecturas, etc.

Frustra inflatus sensu. Græc., *à sensu*. Syr., *et frustra turgescit sensu*, etc., id est, frustra superbiens, sibique placens, ac tumens scientiâ carnali, seu non à Deo revelatâ, sed ab humano carnalium hominum spiritu inventâ et traditâ.

Vers. 19. — Non tenens caput, Ecclesiæ, Christum, ipsique non adhærens.

Ex quo totum corpus Ecclesiæ vitam et augmentum recipit, per illorum canalem qui sunt nexus et vincula, id est, per pastores et doctores, etc. Vide ad Ephes. cap. 4, v. 16. Hinc patet unus ex præcipuis illorum hæreticorum erroribus, scilicet, quòd Christum non credebant caput Ecclesiæ : contra quos D. Paulus asseruit, v. 10, Christum *caput et Dominum omnis principatûs*... Qui autem fuerint illi hæretici angelici, vide apud Cornelium à Lapide : Erant, inquit, semi-Judæi et semi-Platonici ; ubi etiam vide quòd angelorum cultus cœpit ab idololatris, seu ab hæreticis; sed correctus fuit ab Ecclesiâ. Vide etiam Estium.

Vers. 20. — Si ergo mortui estis... Hic versus refertur ad versum octavum : *Videte ne quis vos decipiat per philosophiam... secundùm elementa mundi*. Itaque de philosophiâ intelligendus est, non de lege Mosaicâ; estque sensus : Cum per baptismum in Christo renuntiaveritis omni sectæ et philosophiæ mundanæ, quæ non secundùm Deum, sed secundùm elementa mundi, seu principia naturalia et mundana, vivere docet, etc.,

Quid adhuc tanquam viventes..., id est, cur ea repetitis, quasi rursùs secundùm illa mundi elementa, principia, dogmata, institutiones, vivere velletis?

Decernitis. Græc., *dogmatizatis*, vel dogmatizamini; nam utrumque significat, δογματίζεθε, id est, *docetis*, vel docemini, seu vos doceri sinitis, quasi secundùm mundi doctrinam et non secundùm Evangelium Christi vivere velletis.

Vers. 21. — Ne tetigeritis... ita loquebantur eorum magistri; hoc autem dicebant et judaizantes et philosophi, qui multa quoque suis asseclis prohibebant.

Hinc variant interpretes, quorum aliqui judaizantibus, alii philosophis hæc applicant verba, quæ reverà utrisque communia sunt; at sequentia (nimirùm secundum præcepta et doctrinas hominum) indicant ad philosophos dirigi, nec enim legalia sunt ab hominibus, sed à Deo instituta.

Ne tetigeritis neque custetis; hoc ad cibos, vinum aut carnem : neque contrectaveritis... ; hoc ad mulieres, quas Pythagoristæ, v. g., nunquàm tangebant.

Vers. 22 — Quæ sunt omnia in interitum. Græc., *in corruptionem*. Syr., *usùs sunt corruptibilis*, quasi diceret : Non animadvertitis quid sint hæc omnia, et à quibus sint. Hæc ergo despicit primò in se considerata, *sunt in interitum*, id est, ipso usu pereunt, esse desinunt, corrumpuntur, in fimum convertuntur, et in secessum vadunt. Quæ ergo ex hujusmodi corruptibilibus utilitas? Quid necesse est ea scrupulosè doceri? Hæc ad cibos. Secundò despicit ex parte auctorum; hominum sunt adinventiones : omnis autem vera religio à Deo est, nec corruptibilia possunt æternis deservire, nisi ex ordinatione Dei.

Vers. 23. — Quæ sunt rationem quidem habentia sapientiæ, id est, quæ præcepta aliquam habent quidem speciem sapientiæ.

In superstitione. Græc., *in voluntario cultu*, id est, in voluntariâ et arbitrariâ religione, seu superstitione.

Et humilitate. Græc., *et submissione animi*, scilicet voluntariâ pariter et arbitrariâ, et ab hominibus inventâ.

Et non ad parcendum corpori. Græc., *et subductione corporis*. Syr., *neque parcunt corpori*, id est, in austerâ corporis maceratione, cui non indulgent.

Non in honore aliquo ad saturitatem. Græc., *expletionem carnis*. Honor, Hebræorum more, est rerum necessariarum ad nutritionem et vestitum subministratio, id est, neque nutriunt aut curant corpus ad saturitatem, sed jejuniis affligunt. Itaque hæc præcepta speciem habent sapientiæ, ob superstitiosum cultum, ob fictam humilitatem, ob austeram corporis macerationem, sed quia veritatem non habent, et à Deo non sunt, sed commenta hominum et somnia, hinc à Christiano, veritatis discipulo, despicienda.

nem, imò visiones habeat rerum sublimium, puta angelorum rerumque cœlestium.

Vers. 19. — *Et non tenens caput* (scilicet Christum, sed pro Christo angelos substituens, ita Theodor.) *ex quo* (capite Christo) *totum corpus* (Ecclesiæ), *per nexus et conjunctiones subministratum* (id est, subministrationem accipiens spiritûs, motûs et sensûs vitalis à capite) *et constructum, crescit in augmentum Dei*, puta incremento fidei et Spiritûs Dei.

Vers. 20. — *Si ergo mortui estis cum Christo*, etc., q. d. : Cùm per Christum mortui sitis, et renuntiaveritis omni sectæ et philosophiæ mundanæ Christo contrariæ, quæ non secundùm Deum, sed secundùm elementa mundi, id est, secundùm principia naturalia et mundana vivere docet; cur iterùm ea repetitis, quasi rursùm secundùm hæc mundi elementa vivere velitis? *Decernitis*, dicentes scilicet id quod sequitur :

Vers. 21. — *Ne tetigeritis*, etc., q. d. : Quid ex hæresi et religione angelorum decernitis, his illisve cibis aut creaturis esse abstinendum, dicentes, verbi gratiâ, ne tetigeritis uxorem, ne gustaveritis vinum aut carnem, quia hæc à malis angelis creata sunt, et bonis angelis displicent.

Vers. 22. — *Quæ sunt omnia in interitum ipso usu*, etc., q. d. : Quæ observantiæ superstitiosi cultûs angelorum jam dictæ interitum afferunt et damnationem æternam iis qui ea observant, in iisque et in suis angelis, quos ita colunt, sperant, non autem in Christo. Ita Ambrosius et Augustinus.

Vers. 23. — *Quæ sunt rationem quidem habentia sapientiæ in superstitione*, etc. *Rationem*, id est, speciem; q. d. : At sunt superstitiosa, quia abstinentiis et observantiis à se conflictis, colunt angelos quasi mediatores, excluso Christo. *In humilitate*, scilicet fictâ et superstitiosâ. *Et non ad parcendum corpori*, id est, imparcentia corporis. *Non in honore*, etc., id est, negato corpori honore, vel subsidio necessario ad famem exsaturandam.

Corollarium pietatis, seu in hoc capite ad pietatem maximè notanda et ad praxim redigenda.

1° Ex hoc capite disce Christum. *In ipso inhabitat omnis plenitudo Divinitatis*, v. 9, et ideò omnis sapientia, scientia, veritas; *in quo sunt omnes thesauri*, etc., v. 3. Hoc penetra, hincque infer quantâ certitudine debeas ei credere, ejusque doctrinæ adhærere. Vide v. 9, 10. Caput nostrum est, radix nostra, fundamentum nostrum, via nostra, v. 7, 10. Hinc ei semper et continuè inhærendum, in eo ambulandum, crescendum. Vide v. 7, 10.

2° Disce christianam circumcisionem, seu baptismum et ejus excellentias. Vide v. 11. Per ipsum morimur peccato, et per ipsum à peccato ad gratiæ vitam resurgimus. Vide v. 12. Utrumque de facto perfice; et morere, et vive, ibidem.

3° Disce mirabiles dominicæ passionis effectus. Lege, relege, mirare magnificam hâc de re Apostoli eloquentiam, v. 14, 15. At in temetipso senti quod in Christo et à Christo pro te factum est; ejusque verè divinâ charitate tactus, ama Christum Redemptorem tuum, et in eo totam tuam spem repone.

CAPUT III.

1. Igitur, si consurrexistis cum Christo, quæ sursùm sunt quærite, ubi Christus est in dexterâ Dei sedens:

2. Quæ sursùm sunt sapite, non quæ super terram.

3. Mortui enim estis, et vita vestra est abscondita cum Christo in Deo.

4. Cum Christus apparuerit, vita vestra, tunc et vos apparebitis cum ipso in gloriâ.

5. Mortificate ergo membra vestra, quæ sunt super terram: fornicationem, immunditiam, libidinem, concupiscentiam malam, et avaritiam, quæ est simulacrorum servitus:

6. Propter quæ venit ira Dei super filios incredulitatis,

7. In quibus et vos ambulâstis aliquando, cùm viveretis in illis:

8. Nunc autem deponite et vos omnia: iram, indignationem, malitiam, blasphemiam, turpem sermonem de ore vestro.

9. Nolite mentiri invicem, expoliantes vos veterem hominem cum actibus suis,

10. Et induentes novum, eum qui renovatur in agnitionem, secùndùm imaginem ejus qui creavit illum:

11. Ubi non est gentilis et Judæus, circumcisio et præputium, barbarus et Scytha, servus et liber; sed omnia et in omnibus Christus.

12. Induite vos ergo, sicut electi Dei, sancti et dilecti, viscera misericordiæ, benignitatem, humilitatem, modestiam, patientiam:

13. Supportantes invicem, et donantes vobismetipsis, si quis adversùs aliquem habet querelam: sicut et Dominus donavit vobis, ita et vos.

14. Super omnia autem hæc, charitatem habete, quod est vinculum perfectionis:

15. Et pax Christi exultet in cordibus vestris, in quâ et vocati estis in uno corpore; et grati estote.

16. Verbum Christi habitet in vobis abundanter, in omni sapientiâ: docentes, et commonentes vosmetipsos, in psalmis, hymnis, et canticis spiritualibus, in gratiâ cantantes in cordibus vestris Deo.

17. Omne quodcumque facitis in verbo aut in opere, omnia in nomine Domini Jesu Christi, gratias agentes Deo et Patri per ipsum.

CHAPITRE III.

1. Si donc vous êtes ressuscités avec Jésus-Christ, recherchez ce qui est dans le ciel, où Jésus-Christ est assis à la droite de Dieu.

2. N'ayez de goût que pour les choses du ciel, et non pour celles de la terre;

3. Car vous êtes morts, et votre vie est cachée en Dieu avec Jésus-Christ.

4. Lorsque Jésus-Christ, qui est votre vie, viendra à paraître, vous paraîtrez aussi avec lui dans la gloire.

5. Faites donc mourir les membres de l'homme terrestre qui est en vous, la fornication, l'impureté, les abominations, les mauvais désirs, et l'avarice qui est une idolâtrie;

6. Puisque ce sont ces excès qui font tomber la colère de Dieu sur les enfants de l'incrédulité.

7. Et vous avez vous-mêmes commis autrefois ces actions criminelles, lorsque vous viviez dans ces désordres;

8. Mais maintenant quittez aussi vous-mêmes tous ces péchés: la colère, l'aigreur, la malice, la médisance; que les paroles déshonnêtes soient bannies de votre bouche.

9. N'usez point de mensonge les uns envers les autres; dépouillez le vieil homme avec ses œuvres;

10. Et revêtez-vous de cet homme nouveau, qui, par la connaissance de vérité, se renouvelle selon l'image de celui qui l'a créé.

11. Où il n'y a ni gentil ni Juif, ni circoncis ni incirconcis, ni barbare ni Scythe, ni esclave ni libre; mais où Jésus-Christ est tout en tous.

12. Revêtez-vous donc, comme élus de Dieu, saints et bien-aimés, de tendresse et d'entrailles de miséricorde, de bonté, d'humilité, de modestie, de patience;

13. Vous supportant les uns les autres, chacun remettant à son frère tous les sujets de plainte qu'il pourrait avoir contre lui, et vous entre-pardonnant comme le Seigneur vous a pardonné.

14. Mais surtout revêtez-vous de la charité, qui est le lien de la perfection.

15. Et faites régner dans vos cœurs la paix de Jésus-Christ, à laquelle vous avez été appelés, comme ne faisant tous qu'un corps, et soyez reconnaissants.

16. Que la parole de Jésus-Christ habite en vous avec plénitude, et vous comble de sagesse. Instruisez-vous et exhortez vous les uns les autres par des psaumes, des hymnes et des cantiques spirituels, chantant de cœur avec édification les louanges du Seigneur.

17. Quoi que vous fassiez ou en parlant ou en agissant, faites tout au nom du Seigneur Jésus-Christ, rendant grâces par lui à Dieu le Père.

18. Mulieres, subditæ estote viris, sicut oportet, in Domino.

19. Viri, diligite uxores vestras, et nolite amari esse ad illas.

20. Filii, obedite parentibus per omnia : hoc enim placitum est in Domino.

21. Patres, nolite ad indignationem provocare filios vestros, ut non pusillo animo fiant.

22. Servi, obedite per omnia dominis carnalibus, non ad oculum servientes, quasi hominibus placentes, sed in simplicitate cordis, timentes Deum.

23. Quodcumque facitis, ex animo operamini, sicut Domino, et non hominibus :

24. Scientes quòd à Domino accipietis retributionem hæreditatis ; Domino Christo servite.

25. Qui enim injuriam facit, recipiet id quod iniquè gessit ; et non est personarum acceptio apud Deum.

18. Femmes, soyez soumises à vos maris, comme il est bien convenable, en ce qui est selon le Seigneur.

19. Maris, aimez vos femmes, et ne les traitez point avec aigreur et avec rudesse.

20. Enfants, obéissez en tout à vos pères et à vos mères ; car cela est agréable au Seigneur.

21. Pères, n'irritez point vos enfants, de peur qu'ils ne tombent dans l'abattement.

22. Serviteurs, obéissez en tout à ceux qui sont vos maîtres selon la chair, ne les servant pas seulement lorsqu'ils ont l'œil sur vous, comme si vous ne pensiez qu'à plaire aux hommes, mais avec simplicité de cœur et crainte de Dieu.

23. Faites de bon cœur tout ce que vous faites, comme le faisant pour le Seigneur et non pour les hommes,

24. Sachant que vous recevrez du Seigneur l'héritage du ciel pour récompense, c'est le Seigneur Jésus-Christ que vous servez ;

25. Mais celui qui agit injustement, recevra la peine due à son injustice ; car Dieu n'a point égard à la condition des personnes.

ANALYSIS.

In capite præcedenti, v. 12 *et* 13, *Colossensibus dixit quòd per baptismum mortui sunt, simul et à mortuis cum Christo suscitati : hinc ad eorum mores multa concludit in hoc capite.*

Ac primò hortatur eos, quia ad divinam vitam sunt suscitati, ut cœlestia atque divina diligant et curent ; et, quia mundo mortui, terrena despiciant, v. 1, 2, 3, 4.

Secundò, quia veteri homini per baptismum sunt mortui, mortificent illius hominis membra, id est, omnia vitia, tum quæ corpore, tum quæ corde, tum quæ linguâ committuntur ; uno verbo, hominem veterem exuant, v. 5, 6, 7, 8, 9. *Hortatur è contra, quia suscitati, et novæ in Christo creaturæ, novum induant hominem, omnesque illius virtutes. Erga Deum, majori in dies cognitione, amore, et perfectiori imitatione, v.* 10, 11. *Erga proximum, induant viscera misericordiæ, infirmitates sustineant, condonent offensas ; super omnia charitatem habeant, et paci studeant, v.* 12, 13, 14, 15. *Erga semetipsos, evangelicæ Christi doctrinæ intendant assiduè ; hymnos et cantica spiritualia piè canant et suaviter ; omnia sua, seu facta, seu verba, ad Dei gloriam referant, v,* 16, 17.

Denique ad singulos status descendens, maritos, uxores, parentes, filios, dominos, servos, sua docet officia in reliquo capite.

PARAPHRASIS.

1. Quandoquidem per baptismum unà cum Christo resurrexistis, superna quærite, ubi Christus resuscitatus residet ad dextram Dei.

2. Superna diligite, curate, gustate, non terrena.

3. Terrena, inquam, despicite, quia illis per baptismum mortui estis : cœlestia verò curate, quia per baptismum cœlesti vitâ vivitis, ignotâ quidem hominibus, et totâ nunc cum Christo absconditâ in Deo, at quæ apparebit aliquando.

4. Cùm Christus, in quo et de quo vivitis, judicaturus apparuerit, gloriamque suam manifestaverit, tunc et vos cum ipso apparebitis gloriosi, vitaque vestra fulgebit omnium oculis conspicua.

5. Mortificate ergo hominis terreni, qui in vobis est, membra, seu affectus pravos, fornicationem scilicet, immunditiam, omnem libidinem, omnia mala desideria, et speciatim avaritiam, quæ est idololatria.

6. Propter quæ peccata venire solet ira Dei in incredulos.

7. Quæ vitia et vos aliquando commisistis, cùm juxta concupiscentiæ vestræ motus viveretis.

8. Nunc autem deponite etiam hæc omnia, scilicet iram et indignationem, malitiam, maledicentiam, turpem sermonem.

9. Nolite fraudibus et mendaciis vos circumvenire, sed in totum deponite veterem hominem cum actionibus suis.

10. Et novum cum suis induite ; illum, inquio, qui per veritatis cognitionem spiritu renovatur ad imaginem Dei, Creatoris sui.

11. In quo reformationis negotio non attenditur an sis gentilis et Judæus, circumcisus et incircumcisus, barbarus aut barbaro barbarior Scytha, servus aut liber ; quia Christus est omnia in omnibus.

12. Propterea vos, tanquàm electi Dei, à Christo sanctificati, et à Deo dilecti, intimum erga fratres vestros induite affectum misericordiæ, comitatem, humilitatem, modestiam, patientiam ;

13. Alii aliorum infirmitates sustinete ; alii aliis illatas offensas condonate ; sicut et Christus offensas nobis condonavit.

14. Super omnia autem hæc charitatem habete, quæ vinculum est perfectissimum.

15. Et pax Christi, ad quam vocati estis cùm unum corpus facti estis, victrix exsultet in cordibus vestris : et beneficiorum memores estote, vel et comes, et gratiosi omnibus estote.

16. Doctrina Christi habitet jugiter in mentibus et cordibus vestris, vosque repleat omni sapientiâ. Docete vos et erudite alii alios psalmis, hymnis, et can-

tilenis mysticis, grato, jucundoque corde cantantes Dei laudes.

17. Omnia vestra, seu verba, seu opera, dirigite ad Dei gloriam, invocato nomine Domini Jesu Christi, et per eum Deo Patri gratias agentes.

18. Mulieres, subditæ estote viris vestris, juxta Christi legem Deique voluntatem.

19. Viri, diligite uxores vestras, et nolite erga illas esse difficiles et morosi, et ad amaritudinem provocantes.

20. Filii, obedite parentibus in omnibus : hoc enim Deo placet, vel tale est Domini beneplacitum.

21. Patres, nolite nimiâ severitate filios vestros ad indignationem provocare, ne concidant animo, hincque nihil boni faciant.

22. Servi, in omnibus obedite dominis vestris temporalibus, non oculârem illis exhibentes servitutem, quasi hominibus placere studentes, sed simplicem et sine simulatione, utpote qui timetis Deum videntem abscondita cordis.

23. Quodcumque in vestro ministerio facitis, illud libenti animo facite, perinde ac si Domino ipsi, non hominibus, ministraretis.

24. Et scitote quoniam à Domino eximiam referetis mercedem, æternam scilicet hæreditatem : Christum ergo tanquàm Dominum vestrum respicite, illique servite, heris vestris obsequentes.

25. Cæterùm, qui facit injuriam, sive servus infidelis domino suo, sive dominus in servum suum durus, injustitiæ suæ pœnam recipiet : Deus enim personam non respicit.

COMMENTARIA.

Vers. 1. — Igitur si consurrexistis... Capite secundo, v. 12, dixit Apostolus quòd cum Christo per baptismum sepulti sumus, et quòd cum eo resurreximus. Ex hoc principio, duo continente, scilicet nostram mortem et resurrectionem, duplicem elicit conclusionem.

Ejusdem capitis secundi v. 20, ex morte conclusit : *Si ergo mortui estis cum Christo*, etc., *quid adhuc tanquàm viventes decernitis?* etc. Hic verò ex resurrectione nostrâ spirituali concludit : *Igitur si consurrexistis*, etc. Quasi diceret : Quandoquidem per baptismum cum Christo in spiritualem ac divinam emersistis vitam ; spiritualia, cœlestia ac divina magnifacite, diligite, ac quærite. Sursùm mentes et corda vestra.

Ubi Christus ad novam vitam resuscitatus assidet ad dexteram Dei, id est, assidet Deo majestate proximus. Christus, ut Deus, Patri par est majestate ; ut homo, est Patri majestate proximus. Hoc autem Scriptura, humano more loquens, et ad nostros conceptus descendens, exprimit per sessionem ad dexteram Dei. Ut Deus, est illi in omnibus æqualis ; ut homo, assidet illi proximè, et honoratissimè, in potissimis bonis honoris, gratiæ et gloriæ.

Vers. 2. — Quæ sursum sunt sapite, id est, magnifacite, curate, gustate, diligite, non terrena. Cœlum amate, non terram.

Vers. 3. — Mortui enim estis... Duo dixit in versiculo præcedente, scilicet quòd amanda sint cœlestia et parvipendenda terrena. Amborum rationem hic assignat, quasi diceret : Terrena spernite, quia per baptismum illis renuntiâstis ; Christo enim mortuo et sepulto insiti et consepulti, terrenis cum Christo mortui estis. Cœlum et cœlestia diligite, quia per baptismum Christi resurrectionis participes facti estis, filii Dei, hæredes regni cœlestis effecti ; vitâ vivitis gratiæ ; jus habetis ad vitam gloriæ.

Et vita vestra abscondita..., id est, fateor, hæc vita gratiæ quâ vivitis interiùs, hæc vita gloriæ quâ vivetis in æternum, nunc quidem invisibilis est, et hominibus ignota ; in sinu Dei cum Christo *abscondita est.* Illam nôrunt angeli, ideò suspiciunt eam, et vobis cum veneratione ministrant. Illam ignorant homines mundani ; hincque despiciunt : *Mundus non novit nos.* 1 Joan. 3, 1.

Vers. 4. — Cùm Christus apparuerit... Apparebit autem omnibus aliquando, nimirùm, *cùm Christus*, vita vestra, id est, vitæ vestræ, tum per gratiam, tum aliquando per gloriam, causa efficiens, meritoria, exemplaris et finalis, cùm, inquam, Christus mundum judicaturus, apparuerit in gloria, tunc et vos perfectè regenerati ac resuscitati, cum ipso parebitis gloriosi, Christo tanquàm fratri vestro conformes, Deoque Patri vestro similes. *Scimus quoniam cùm apparuerit similes ei erimus*, 1. Joan., 3.

Observationes morales.

Talibus Colossensium mentes et corda sursùm at-

Vers. 1. — *Igitur si consurrexistis cum Christo*, *quæ sursum sunt quærite;* quoniam per baptismum non solùm commortui estis Christo, verùm etiam unà cum eo resurrexistis in novam vitam : facite ea quæ novæ vitæ per Christi resurrectionem adumbratæ, conveniunt. *Quæ sursum sunt quærite*, id est, cogitationes ac studia vestra conferte ad res supernas, cœlestes ac divinas.

Ubi Christus est in dexterâ Dei sedens, scilicet in supernis et cœlestibus, sedet Christus homo à dextris Dei, id est, præest omnibus quasi summus rex ac judex, qui tantâ dignitate præcellit ; ut in eodem solio cum Deo sit, et eâdem cum eo adoratione colatur. Ita Patres passim. Significat ergo hæc sessio humanæ naturæ Christi, illius excellentiam super omnem excellentiam creatam, summam ac singularem ejus beatitudinem et gloriam.

Vers. 2. — *Quæ sursùm sunt sapite*, vel curate. Nam cœlestia sapere aut curare, non aliud est quàm cœlestia quærere.

Non quæ super terram, non bona terrena. Similis est Phil. 3 : *Qui terrena sapiunt*, etc.

Vers. 3. — *Mortui enim estis;* q. d. : Meritò vos adhortor non sapere terrena ; quia illis jam mortui estis per baptismum. Mortui estis mundo, carni, peccatis, vitæ et conversationi mundanæ et carnali ; imò mortui estis vobis ipsis, quia non estis id quod eratis ante.

Et vita vestra est abscondita cum Christo in Deo ; q. d. : Mundus non videt vestram divinam vitam gratiæ, quam habetis, et gloriæ quam expectatis ; sicut non videt vitam gloriosam, ad quam resurrexit quâque vivit jam Christus in Deo, id est, apud Deum.

Vers. 4. — *Cùm Christus apparuerit*, etc. Nunc quidem, ait, vita vestra cum Christo abscondita est ;

tollebat Apostolus. Hinc divinæ gratiæ, quâ potiebantur, dignitatem et excellentiam illis exhibebat, ut ad vitam Deo dignam excitaret. Illinc divinæ gloriæ, quâ in æternitate fruituri erant, claritatem illis præostendebat, ut illius spe constantes essent in adversis et in suî mortificatione. Talibus et nos sursùm corda nostra feremus, et ad Deo dignè vivendum et ad christianè patiendum. Meminerimus itaque primò, nos cum Christo per baptismum sic esse mortuos ut unà cum illo in novam vitam simus suscitati; vitam scilicet spiritualem, cœlestem ac divinam; vitam nimirùm gratiæ quâ, Christo uniti et quasi Christus facti, vivimus cum Christo in Deo. Hujus vitæ nostræ spiritualis ac divinæ memores, vitam spernamus animalem, terrena despiciamus, ad cœlestia suspiremus, divinis toti vacemus.

Cœlum mihi patria est; ibi ergo sit mea cum Christo conversatio, meusque municipatus. Sicut Christus, caput meum, vitaque mea, resuscitatus terram deseruit, et sedet ad dexteram Dei, sic et ego terram, corruptionis sedem, corde deserens, dexteram Dei, immortalitatis et gloriæ fontem, votis meis continuè ambiam; vivam ut exul, ad patriam anhelabo. Interim, quantùm potero, Deo dignè vivam, ut filius Dei, ut Christus alter. Adjuva, Deus, da robur, fer auxilium.

Meminerimus secundò quòd præter hanc gratiæ vitam, alia sit futura gloriæ vita. Vita non est hæc nostra, est alia quædam vita, ait D. Chrysostomus. Nunc quidem filii Dei sumus, *sed nondùm apparuit quid erimus*. 1 Joan. 3, 2. Videmur sicut et cæteri, mortales, infirmi, miseri, etc. Sicut Christus nunc non apparet mundo, sed in sinu Patris absconditus est, ita et *vita nostra*, vita scilicet æterna, gloriosa, ad quam jus habemus, *cum Christo abscondita est in Deo*.

Hanc Apostoli loquelam nota : *Abscondita est cum Christo in Deo*, id est, in sinu Dei. Sinus Dei, æternum vitæ Christi principium; est et hujus gloriosæ vitæ nostræ principium.

Sinus Dei, sedes et centrum in quo quiescit Christus; est et gloriæ nostræ centrum et sedes. Hoc in sinu, cum Christo, filiorum adoptivorum *abscondita est vita*. Non apparet quid simus, multò minùs quid erimus. Vitam Dei nunc in spiritu tantùm possidemus. Semen habemus gloriæ; sed sicut in semine non apparet arbor, sic nec in gratiâ, seu in hoc gratiæ statu, apparet divinæ filiationis nobilitas, gloria, felicitas, immortalitas, etc. Tota hæc gloria residet in Christo, capite nostro, qui absconditus est in sinu Dei. Sed euge, anima mea! non semper abscondita erit vita tua; tandem apparebit quid sit esse filium Dei; quanta sit hujus divinæ filiationis gloria. Cùm Christus in mundum judex redibit, gloriamque suam manifestaverit, tunc et nos apparebimus cum illo gloriosi, ipsi, fratri nostro, conformes, Deo patri nostro similes. *Scimus quoniam cùm apparuerit, similes ei erimus...* 1 Joan. 3, 3; *quoniam videbimus*, etc. Similes in mente, per speciem Dei expressam, seu per verbum mentis simile Deo, ipsumque ad vivum repræsentans. Similes in qualitate, sancti, beati, immortales, impassibiles, gloriosi. Humile corpus nostrum configuratum erit corpori claritatis Christi. Tunc apparebit quid sit esse filium Dei, seu quanta sit divinæ filiationis nobilitas, gloria, felicitas, etc. Hæc cogita et mente revolve, ut et vitæ præsentis excellentiâ et futuræ vitæ gloriâ animeris ad divinè agendum et ad christianè patiendum.

Vers. 5. — Mortificate ergo membra vestra... Hoc ut ita sit in vobis, scilicet ut appareatis aliquando gloriosi, sitisque Christo conformes et Deo similes, *mortificate* nunc terreni vestri, seu veteris hominis, qui in vobis est, *membra*, id est, pravos affectus et concupiscentiæ motus ad deteriora.

Nota quòd sicut omnia peccata simul et collectivè sumpta vocavit *corpus peccati*, Rom. 6, 6, sic singulatim et distributivè considerata vocat hìc *membra*. Addit autem quæ sunt super terram, id est, terrena, seu terreni hominis. Singula quippe peccata sunt quasi putida hominis terreni, seu veteris, membra.

Fornicationem, id est, omnem maris et feminæ concubitum non conjugalem.

Immunditiam, seu omnem actum, quo fœdatur caro.

Libidinem, seu obscenam passionem.

Concupiscentiam malam, quæ est adversùs spiritum.

Et avaritiam, πλεονεξίαν, nimiam habendi cupiditatem; vel cum D. Hieronymo insatiabilem voluptatum carnalium cupiditatem, quæ est simulacrorum servitus. Utraque cupiditas, seu divitiarum, seu voluptatum, est idololatria, quia honorem Deo debitum defert seu argento, seu voluptati, quibus totam mentem, totum cor, totam animam, totumque hominem applicat.

Observatio dogmatica et moralis.

Duplex in nobis Christianis est homo; terrenus unus, scilicet Adamus, è quo nati sumus, et qui per concupiscentiam vivit in nobis. Cœlestis alter, nimirùm Christus Dominus, per quem regenerati sumus, in quo sumus insiti, et qui per gratiam vivit in nobis. Terreni hominis membra sunt vitia omnia et concu-

sed quando ille toti mundo manifestabitur, veniens gloriosus ad judicium, ille, inquam, qui est vita vestra vel vita nostra; tunc et vos perfectam et immortalem vitam assecuti, simul cum eo manifestabimini, magnâ cum gloriâ. In hoc corpore quasi latentes vivere debemus, ab omni gloriæ cupiditate alieni; cùm autem hoc corruptibile corpus dissolutum fuerit, tum gloria nostra resplendebit.

Vers. 5. — *Mortificate ergo membra vestra, quæ sunt super terram*, hoc est, membra vestra terrena. *Terrena* autem vocantur hæc membra, quia velut in terram deprimunt hominem, et à Deo elongant. Dixit, *mortui estis*, id est, mori cœpistis peccatis; hìc verò dicit, *mortificate*, id est, pergite ea mortificare. Membra terrestria, hìc vocat affectus pravos, et motus concupiscentiæ : hi enim sunt quasi membra veteris hominis, etc., unde explicans subdit :

Fornicationem, immunditiam, libidinem, concupi-

piscentiæ malæ : virtutes autem sunt cœlestis hominis membra. Ut vivat nunc et crescat in nobis cœlestis homo, necesse est ut pereat et mortificetur terrenus : secundùm hujus mortem, crescit alterius vita. Per baptismum mori quidem cœpimus homini terreno : per mortificationem verò mori quotidiè pergere debemus. Peccatis mortui sumus, deleta sunt nostra peccata præterita, peccato in posterum renuntiavimus. At quia concupiscentia, radix peccati, remansit in nobis, et quia ex hâc radice pullulant perpetuò mali concupiscentiæ motus, pravique affectus, hinc per mortificationem illos continuè rescindere debemus : renascuntur quotidiè, mortificationis cultro reseca quotidiè. Hæc est omnium baptizatorum jugis obligatio.

Vers. 6. — Propter quæ venit ira Dei... Vide Ephes. 5, v. 6, ubi dicitur quòd *venit* significet hìc tempus præsens et aliquo modo futurum.

Super filios incredulitatis, Syr., *inobedientiæ*, seu super incredulos et inobedientes Evangelio.

Vers. 7. — In quibus et vos ambulastis... *Ambulare* et *vivere* hìc differunt velut actus et habitus : *vivere* in peccato, est in habitu peccati permanere : *ambulare* verò est actiones peccaminosas committere. Significat itaque, quæ peccata et vos aliquando commisistis, etc., ut in paraphrasi. Dicendo, *in quibus ambulâstis*, Apostolus pudorem incutit, ait Chrysostomus : laudat verò cùm addit, cum viveritis..., ut qui nunc non vivant.

Vers. 8. — Nunc autem deponite et vos omnia.... Non illa tantùm graviora peccata, in quibus non vivitis ampliùs, sed et omnia reliqua, licèt minora.

Iram et indignationem....; explicata sunt hæc Ephes. 4, 31.

Blasphemiam. Hìc intellige maledicentiam, agitur enim de blasphemiâ in homines.

Vers. 9. — Nolite mentiri invicem, id est, fraudibus et mendaciis vos circumvenire.

Exspoliantes vos veterem hominem..... Vide Ephes. 4, v. 22, in commentario, quid sit vetus homo, et v. 24 quid sit novus. Hìc nota quòd mores sint animi vestes, moribus quippe suis dignoscitur, sicut magistratus infulis.

Vers. 10. — Et induentes novum... qui renovatur in cognitionem... Syr. : *Qui renovatur per cognitionem*. Estque sensus : Qui novus homo mente et spiritu renovatur, seu quotidiè magis ac magis proficit per cognitionem et amorem, ad imaginem Dei creatoris sui.

Peccatum elongavit à Deo, hominemque Deo dissimilem fecit ; fides, charitas, religio nos appropinquat Deo, ipsique similes facit ; deperditam reparat similitudinem. Alii vertunt, *in cognitionem*, ut clariùs Deum Deique voluntatem cognoscat et faciat, sicque Deo creatori suo similis fiat. Vel donec Deo fiat similis.

Observatio moralis.

Quotidiè spiritu renovari debemus ; magis ac magis proficere in fide, in amore, in cultu Dei, donec fiamus Deo similes, vel ut fiamus, etc. Ad hoc facti sumus creatura nova, ut deperdita in nobis reparetur similitudo Dei. Ideò Christum, imaginem Dei induimus in baptismo, ut in illo et per illum simus imagines Dei. Hæc autem imago quotidiè renovanda est, indesinenter perficienda, per actus fidei, amoris, religionis, omniumque virtutum (qui sunt actus novi hominis), donec fiamus perfectæ imagines Dei. Ad hoc deponendus omninò vetus homo, omniaque vitia ejus. Ad hoc induendus et continuè renovandus Christus in nobis, et in omnibus imitandus.

Vers. 11. — Ubi non est gentilis et Judæus... In quo renovationis, seu reformationis negotio, non attenditur natio, regio, nativitas, dignitas, etc. An sis gentilis, Judæus, circumcisus, incircumcisus, Græcus, barbarus, barbaris barbarior ac Scytha, servus aut liber, etc., nihil refert. Quia Christus est omnia in omnibus, et sanctitas, et justitia, et nobilitas, et omne bonum, sicque Christus unicè attendendus. Non attenditur quis vel qualis fueris, sed quantùm Christo communicaveris, seu de Christo traxeris. Vel in quo homine novo confunduntur nationes ac qualitates, nec distinguitur gentilis à Judæo, etc., quia omnes unus sunt Christus, qui est omnia in omnibus. Omnes Christiani unus sunt Christus : Christus illis omnibus est omnia. Ergo Christus in illis unicè considerandus et honorandus, deposito omni gentis odio, vel conditionis contemptu.

scentiam malam, et avaritiam, quæ est simulacrorum servitus. Avaritiam, ad significandam insatiabilem cupiditatem turpium voluptatum.

Vers. 6. — *Propter quæ venit* (venire solet) *ira Dei super filios incredulitatis*, id est, inobedientiæ. Q. d. : Super filios inobedientes, incredulos, rebelles Deo et Evangelio.

Vers. 7. — *In quibus*, id est, inter quos ; vel *in quibus*, scilicet libidinibus et peccatis jam enumeratis.

Vers. 8 et 9. — *Nunc autem deponite et vos omnia... Nolite mentiri invicem*, etc., id est, alius ad alium, vel alius adversùs alium. Sub nomine *mendacii*, prohibetur omnis fraus et deceptio.

Vers. 10. — *Et induentes novum*, etc. Vetus homo est homo vitiatus, quatenùs scilicet est infectus concupiscentiâ Adæ : hujus motus sunt actus concupiscentiæ, puta motus iræ, gulæ, superbiæ, etc. Novus homo est idem homo, quatenùs spiritu et gratiâ Christi renovatus est. Eum dico hominem, qui renovatur ad agnitionem, id est, ad cognoscendum mysteria revelata, et sapiendum ea quæ Dei sunt ; renovatur, inquam, secundum imaginem Dei creatoris sui ; ut sicut in creatione suâ factus est ad imaginem et similitudinem Dei per naturam suam rationalem ; ita nunc ad Dei imaginem reformetur per gratiam. Est enim homo dupliciter imago Dei ; per naturam et per gratiam. Imago naturæ consistit in intellectu et voluntate ; imago gratiæ, in sanctitate et justitiâ. Sic exponit Apostolus, Ephes. 4, dicens : *Indutite novum hominem, qui*, etc. Renovatio ergo hæc in eo consistit, ut deponentes vitia, et studentes virtutibus, in dies clariùs Deum Deique voluntatem cognoscamus.

Vers. 11. — *Ubi non est gentilis et Judæus, circumcisio et præputium* (id est, circumcisus et præputiatus) *Barbarus*, etc., q. d. : In hâc renovatione Christianâ non refert an Judæus sis, an gentilis, an barbarus, an servus, etc., quia *in omnibus* ita renovatis, qui

Vers. 12, 13. — Induite vos ergo sicut electi Dei.... Hoc attendentes, scilicet, quòd Christus est omnia in omnibus fratribus vestris. Attendentes insuper, et quantis estis à Deo beneficiis affecti, quippe qui fuistis ab eo *electi*, in Christo sanctificati, et dilecti à Deo. Ut tales et vos intimum erga fratres vestros induite affectum misericordiæ, comitatem, humilitatem, modestiam, etc.

Nota quòd priùs docuit scelera deponi, nunc docet acquiri merita. Actus veteris hominis recensuit, nunc opera novi hominis.

Vers. 14. — Super omnia autem hæc, charitatem habete, quod est vinculum perfectionis, id est, perfectum, tum quia cæteras connectit et complectitur virtutes, tum quia fideles sanctè et perfectè unit inter se et cum Deo.

Vers. 15. — Et pax Christi exultet... Græc., βραβεύετω. Βραβεύειν autem duo significat, palmam obtinere, seu referre; et palmam distribuere, seu adjudicare.

Nota litteralis et moralis.

Hinc duplex potest esse sensus. Primus, pax Christi, seu quam Christus attulit de cœlo, et ad quam nos obligat unitas corporis Ecclesiæ, cui inserti estis; palmam obtineat, superet ac vincat in cordibus vestris. Si molestiâ afficimini, si quid dissensionis inter vos accidat, victrix sit non ira, non cupiditas, non superbia, sed pax christiana. Quasi diceret : Paci inprimis studete ; pacem omnibus anteponite. Et hic sensus conformior videtur præcedentibus : *Super omnia autem hæc...;* conformior est et Vulgatæ nostræ : *Exultet*, scilicet, victrix et triumphatrix de omni tum passione, tum interesse ; seu proprio commodo.

Alter sensus : Pax sit quasi brabeuta in cordibus vestris; sit instar judicis agonum, justus certaminis arbiter. Si qua inter vos lis, dissensio, certamen oriatur, litem decidat non ira, non superbia, non passio, sed amor, studiumque pacis. Hunc sensum sequitur et exornat D. Joan. Chrysostomus ; sequitur et Theodoretus : Habete, inquit, in corde pacem, certamini præsidentem et præmia distribuentem. Sequi videtur et Syrus : Pax Christi gubernet corda vestra (scilicet quasi brabeuta et agonotheta, seu præses certaminum).

Uterque sensus docet nos Christianismum esse scholam ac professionem pacis.

In qua, seu ad quam vocati estis.... Unum corpus facti sumus omnes, ut pacem habere doceamur. Pax itaque sit victrix de omnibus animi passionibus. Pax quasi regina, omnes nostri cordis affectus regat ac contineat in officio. Pax quasi agonotheta certaminibus nostris præsideat, palmamque patienti distribuat, non ulciscenti.

Et grati estote. Græc., εὐχάριστοι, *gratifici*, seu, ut ait Syrus, *et gratias agite Deo*, ob beneficia, ob patientiam, ob victoriam. Vel, ut volunt Vatablus, Erasmus post D. Hieronymum, *gratiosi*, amabiles, comes et benigni estote. Hoc enim confert ad pacem. Hic sensus, licèt minùs communis, huic loco tamen aptior videtur, qui est de concordiâ et pace. Adde quòd de gratiis Deo habendis agit, v. 17.

Vers. 16. — Verbum Christi habitet in vobis abundanter.... Doctrina Christi, Evangelium, verbum Dei, inhabitet in vobis cum magnâ abundantiâ, vosque opulentos faciat in omni sapientia. Audite quicumque estis mundani et uxori præestis et liberis, quomodò vobis quoque maximè mandet legere Scripturas, non leviter, nec temerè, sed magno studio et diligentiâ, D. Chrysostomus.

Nota litteralis et moralis.

Cuncta notanda sunt verba; docent quippe nos modum legendi Scripturas. *Habitet.* Græc., *inhabitet*, resideat, radicem figat : semper sit præsens. *In vobis*, id est, mentibus et cordibus vestris. Lex Moysi in tabulis lapideis scripta fuit : lex evangelica inscribatur in cordibus vestris. *Abundanter*, copiosè, ita plenè ac perfectè impleat ac imbuat mentes vestras, ut *omni sapientiâ* pleni, illam quasi eructantes, vos invicem doceatis ac erudiatis. Hinc docemur Evangelium Christi legendum esse non leviter ac præ-

novum hominem, Christum scilicet, induerunt, ipse *Christus est omnia*, id est, omnis sanctitas, justitia, religio, et omne bonum, quia Christus eis communicat suam sanctitatem, justitiam, etc.

Vers. 12. — *Induite vos ergo sicut electi Dei, sancti et dilecti*, sicut decet sanctos, dilectos et electos à Deo, ad gratiam et gloriam. *Viscera misericordiæ*, id est, miserationum, puta visceralem misericordiam et commiserationem. *Benignitatem*, ut sitis comes, blandi, non austeri. *Humilitatem*, *modestiam*, id est, mansuetudinem, lenitatem, *patientiam*, id est, longanimitatem.

Vers. 13 et 14. — *Supportantes invicem... Super omnia autem hæc*, etc. Id est, vinculum perfectum quia vinculum est perficiens, id est, perfectè uniens fideles inter se.

Vers. 15. *Et pax Christi exultet in cordibus vestris, in quâ et vocati estis in uno corpore ;* q. d., inquit Anselmus: Gaudete et tripudiate ob pacem animi. Pax victrix instar triumphantis exultet in cordibus vestris. *Pax Christi*, quasi brabeuta imperet et regat animi vestri motus, gubernet corda vestra. Pax, quæ quasi regina omnes affectus animæ in officio contineat, et passionum bella reprimat. Pax, inquit Augustinus, est serenitas mentis, tranquillitas animi, simplicitas cordis, amoris vinculum, consortium charitatis.

In quâ (id est, ad quam) *et vocati estis in uno corpore*, id est, in unum corpus, puta in unam Ecclesiam. *Et grati estote*, id est, gratiosi, amabiles estote, qui enim tales sunt, solent proximis esse benigni, misericordes, compatientes.

Vers. 16. — *Verbum Christi habitet in vobis abundanter*, id est, opulenter, copiosè. Sensus est : Fides seu doctrina Christi fixam in vobis sedem habeat, vosque faciat locupletes et abundantes omni sapientiâ ; hoc est, perfectâ rerum divinarum cognitione, quanta nimirùm in hâc vitâ sperari potest.

Docentes et commonentes vosmetipsos, psalmis, hymnis et canticis spiritualibus, et ita quidem ut vos invicem, id est, alii alios doceatis et commoneatis, sive exhortemini, canendo psalmos, hymnos, et cantica spiritualia.

In gratiâ cantantes in cordibus vestris Deo. In gratiâ, inquit Chrysostomus, id est, ex gratiâ et afflatu Spiritûs sancti. *In gratiâ*, hoc est, cum gratiâ et voluptate spirituali, scilicet eorum qui audiunt.

cipitanter, sed cum meditatione ac reflexione, ita ut inhabitet in nobis, radicesque figat. Non rarò, sed abundanter, sæpè ac multùm, ita ut mentem imbuat, repleatque verâ sapientiâ, perfectâque rerum divinarum notitiâ, quam in alios possimus eructare;

Docentes et commonentes... Circa psalmos, hymnos, Vide Ephes. 5, 19 et 20, in commentario.

In gratia cantantes..; satis communiter intelligitur, cum gratiarum actione, ut Ephes. 5, 19, 20, *gratias agentes*, etc. Optimè etiam intelligitur, gratiosè, venustè, ita ut voluptatem spiritualem vobis et aliis procuretis. Vult itaque ut piè canant et suaviter, ita ut ex corde pio vox grata erumpens, suis mysticis cantilenis, delectationem spiritualem foveat in animis.

Vers. 17. — Omne quodcumque facitis... Sive loquamini, sive agatis, omnia facite in nomine..., id est, invocato nomine Domini, et per eum Deo gratias agentes. Omnia nostra, seu verba, seu opera externa, seu interna, ad Dei gloriam referenda, sed in nomine et virtute Christi. Eum vocans adjutorem, eum priùs orans : Res tuas aggredere, ait D. Chrysostomus. *Gratias agentes Deo* et Patri per ipsum, per eum gratiarum actio reddenda per quem et propter quem omnia nobis bona dantur à Deo. His in verbis : *Omne quodcumque facitis... omnia in nomine Domini Jesu facite*, præceptum continetur negativum, scilicet, non in nomine angelorum (quos Simoniani jubebant adorare), sed *in nomine* Domini Jesu Christi; non per angelos, gratias agentes Deo, sed per Jesum Christum, ita Theodoretus, D. Chrysostomus. Est etiam præceptum affirmativum, ait D. Thomas hìc, sed ut impleatur non est necesse quòd omnia actu referantur in Deum, sed habitu. Ex D. Thomâ, videtur impleri præceptum hoc, cùm opera nostra talia sunt quòd in Dei gloriam cedere possunt; ait enim : Qui facit contra gloriam Dei et præcepta ejus, facit contra hoc præceptum. Perfectio autem charitatis est, et omnibus consulenda, si omnia actu, vel saltem virtute, ad Dei gloriam referantur, in nomine et virtute Christi. Sic enim omnia opera nostra laudes erunt Dei, et virtutis ac meriti rationem induent. Itaque in praxi per ipsum, cum ipso et in ipso, fac omnia. Per ipsum, ut mediatorem ac pontificem tuum. Cum ipso, ut capite tuo. In ipso, in ipsius spiritu, motivis ac intentionibus.

Vers. 18. — Mulieres, subditæ estote viris. Græc., *propriis*, in Domino, est restrictio subjectionis. Juxta Christi legem, ac Dei voluntatem; in iis quæ vult Deus, scilicet in rebus honestis. Hæc fusiùs Ephes. 5, 22, in commentario.

Vers. 19. — Viri, diligite uxores vestras, et nolite amari esse ad, id est, erga illas. *Amari*, id est, difficiles, morosi, ad amaritudinem provocantes. Vide fusiùs conjugatorum munia, Ephes. 5, 22, in comment., in fine capitis.

Vers. 20. — Filii, obedite parentibus per omnia, id est, in omnibus scilicet quæ non sunt contra Deum, seu quæ paternam non excedunt potestatem, Vide Ephes. 6, 1, 2 et 3.

Vers. 21. — Patres, nolite ad indignationem..., id est, nimiâ severitate et intempestivâ morositate irritare filios vestros, ne animum despondeant, seu animo dejiciantur, desperationemque concipiant. Vide fusiùs Ephes. 6, 4.

Vers. 22. — Servi, obedite per omnia, id est, in omnibus.

Dominis carnalibus, id est, temporalibus, etiam ethnicis.

Non ad oculum,... id est, non ocularem exhibeatis servitutem, quasi hominibus placere studentes, sed simplicem, innocentem, sine simulatione et dolo, quasi qui Deum timent, Deumque in omnibus suis actibus testem ac judicem prospiciunt.

Vers. 23. — Quodcumque facitis... Obsequia vestra reddite ita libenter et alacriter, ac si Domino, non hominibus, ministraretis.

Vers. 24. — Scientes quod a Domino... Syr., *et scitote*, etc., quoniam à Deo eximiam referetis mercedem, æternam scilicet hæreditatem. Ut promptiores et in obsequiis alacriores reddat, mercedem illis promittit, non servorum, sed filiorum æternam hæreditatem. A Dominis modicam servi recipiunt mercedem, hæreditatem verò nullam : à Domino autem mercedem eximiam recipient, hæreditatem æternam, retributionem hæreditatis.

Christo Domino servite. Cùm à Christo Domino sed commodos ac faciles vos eis præbete.

Vers. 17. — *Omne quodcumque facitis in verbo aut in opere, omnia in nomine Domini Jesu Christi.* Supple, facite. Sensus Apostoli est, Christianum omnia christianè agere debere, hoc est, in omnibus actionibus suis virtuali intentione, tendere in Deum creditum et speratum, idque per meritum Christi fide apprehensum; q. d.: Propter Christum ejusque gloriam facite omnia quæcumque facitis. Omnia opera vestra talia sint, quæ cedere possint in gloriam Christi, Christusque vestræ vitæ et actionum sit ultimus finis.

Gratias agentes Deo et Patri per ipsum, quia per Christi meritum omnia nobis dona salutaria à Deo Patre proveniunt.

Vers. 18.— *Mulieres, subditæ estote viris*, etc., id est, sicut oportet, secundùm Christi Domini legem, voluntatem, Evangelium.

Vers. 19.— *Viri, diligite uxores vestras*, etc., id est, ne sitis amarulenti, morosi, difficiles adversùs eas,

Vers. 20.— *Filii, obedite parentibus per omnia*, scilicet quæ non sunt contra Deum. *Hoc enim placitum est in Domino*, id est, apud Dominum, et coram Domino.

Vers. 21.— *Patres, nolite ad indignationem*, etc.; id est, ne animum despondeant, ne animo dejiciantur; atque ita resiliant ab officio, vel etiam à fide Christi susceptâ.

Vers. 22. — *Servi, obedite per omnia dominis carnalibus* (temporalibus, etiam ethnicis), *non ad oculum servientes, quasi hominibus placentes*, velut qui hominibus placere studeatis, *sed in simplicitate cordis*, id est, recto et simplici corde, sine simulatione.

Timentes Deum, q. d. : Sed, inquam, Dei timorem qui videt abscondita cordis, ante oculos habentes.

Vers. 23. — *Quodcumque facitis*, etc. Libenter promptoque ac liberali animo; perinde atque si Christo Domino et non hominibus, ministraretis.

tantam sitis mercedem recepturi; ergo heris vestris, velut *Christo Domino, servite* : seu respicite Christum tanquàm vestrum Dominum, illique servite. Græc., *nam Christo Domino servitis*. Syr., *Christo enim Domino servitis*. Tunceque sensus erit : Quidni reciperetis hæreditatem æternam ; christo enim Domino servitis, si piè et christianè, juxtaque Dei voluntatem, dominis vestris serviatis.

Vers. 25. — Qui enim facit injuriam... Græc., *at qui facit injuriam*, etc. Syr., *cæterùm qui peccaverit*, luet pœnas, prout peccaverit, nec est acceptio facie rum. Alii hoc de servis injustis intelligunt ; alii de dominis : meliùs si de utrisque intelligatur, ut Ephes. 6, 8 ; sensus est ergo : Qui fecerit injuriam, sive servus infidelis domino suo; sive dominus in servum durus et injustus, injustitiæ suæ pœnam recipiet. Deus enim non magis dominis parcet iniquis quàm servis ; nec enim dominorum iniquorum potestatem reverebitur, nec servorum infidelium miseriâ tangetur.

Vide christianæ servitutis conditiones, Ephes. 6, v. 5, 6, etc.; post v. 8, in eodem cap., v. 9, vide modum christianæ dominationis.

Vers. 24. — *Scientes quòd à Domino accipietis retributionem hæreditatis*. Si ergo heris ita obedietis, ipsimet Deo obedietis, qui *retributionem* æternæ *hæreditatis* in cœlo servis ita obedientibus uti promisit, ita reverà præstabit pro hoc eorum obsequio. Pro *retributionem*, Græcè est mercedem, quæ pro merito operum datur.

Domino Christo servite ; nam Christo Domino servitis; q. d. : Ac proinde ille Dominus, utpote fi lelissimus et liberalissimus, vestrum servitium compensabit abundantissimè in futurâ hæreditate cœlesti.

Vers. 25. — *Qui enim injuriam facit*, etc. Qui injusti sunt, sive domini sint, sive servi, accipient à Deo retributionem damnationis.

Corollarium pietatis, seu in hoc capite ad pietatem maximè notanda et ad praxim redigenda.

1° Ut Deo Christoque dignè vivas, frequenter attende ad spiritualem et divinam gratiæ vitam, cujus factus es per Christum in baptismo particeps ; mundo, peccatoque mortuus, vivis vitâ Christi ; vitâ quidem cum Christo absconditâ in Deo, at verâ, reali, divinâ, omnibus aliquando manifestandâ. Hujus gratiæ memor, sursùm mentem et cor attolle; terrena sperne, cœlestia quære : ad hoc vide v. 4, et observationes morales. Ut christianè patiaris, attende ad futuram vitam quam cum Christo in sinu Dei victurus es in æternum. Hæc vita præsens non est propriè vita nostra, est afia quàm in cœlis cum Christo vivemus in Deo, beati, immortales, impassibiles, gloriosi, Christo Deoque similes. Hujus æternæ vitæ memores, nunc cum Christo patiamur, ut cum Christo simus in æternum beati in Deo. Ad omnia itaque christiana munia dignè obeunda, attende quid sis et quid futurus sis. Ad hæc lege v. 3 et 4, et observationes morales.

2° Ut in Christo continuè proficias, recordare quòd Christianismus sit veteris hominis exutio, et novi hominis indutio. Utrumque in baptismo cœpisti ; utrumque per totam vitam perficiendum est. *Mortificate ergo* veteris hominis *membra*, quæ sunt in vobis, v. 5 ; *deponite et vos*, v. 8. *Et induentes novum*, v. 10, *induite vos ergo*, etc., v. 12. Hos versus lege, et videbis quòd utrumque sit jugiter faciendum, et quòd juxta veteris hominis mortem novus homo vivat ; et consequenter eò perfectior christianus eris, quò perfectiùs Adamo renuntiaveris.

3° Ut paci cum omnibus habendæ studeas, et pacificè vivas, attende ad cœlestem D. Pauli doctrinam, v. 15. *Pax Christi*, pax quam Christus attulit de cœlo ; *pax ad quam* per baptismum *vocati estis*, *exultet in cordibus vestris*, victrix et triumphatrix de omnibus animi passionibus. Quasi regina, omnes vestri cordis affectus regat ; quasi agonotheta, certaminibus vestris præsideat, palmamque patienti distribuat. Vide v. 15 explicationem, etc.

4° Ut omni sapientiâ christianâ replearis, Christusque Dei Verbum abundanter inhabitet in te, lege, relege sanctum ejus Evangelium, eo modo quem præscribit Apostolus. Vide v. 16, et notas litterales et morales.

CAPUT IV.

1. Domini, quod justum est et æquum servis præstate : scientes quòdet vos Dominum habetis in cœlo.

2. Orationi instate, vigilantes in eâ in gratiarum actione ;

3. Orantes simul et pro nobis, ut Deus aperiat nobis ostium sermonis ad loquendum mysterium Christi (propter quod etiam vinctus sum),

4. Ut manifestem illud, ita ut oportet me loqui.

5. In sapientiâ ambulate ad eos qui foris sunt, tempus redimentes.

6. Sermo vester semper in gratiâ sale sit conditus, ut sciatis quomodò oporteat vos unicuique respondere.

7. Quæ circa me sunt, omnia vobis nota faciet Tychicus, charissimus frater, et fidelis minister, et contervus in Domino ;

CHAPITRE IV.

1. Vous, maîtres, rendez à vos serviteurs ce que l'équité et la justice demandent de vous, sachant que vous avez aussi bien qu'eux un maître dans le ciel,

2. Persevérez et veillez dans la prière, en l'accompagnant d'actions de graces.

3. Priez aussi pour nous, afin que Dieu nous ouvre une entrée pour prêcher sa parole, et pour annoncer le mystère de Jésus-Christ, pour lequel je suis dans les liens ;

4. Et que je le découvre aux hommes de la manière que je dois le découvrir.

5. Conduisez-vous avec sagesse envers ceux qui sont hors de l'Église, en rachetant le temps.

6. Que votre entretien étant toujours accompagné d'une douceur édifiante, soit assaisonné du sel de la discrétion ; en sorte que vous sachiez comment vous devez répondre à chaque personne.

7. Mon très-cher frère Tychique, fidèle ministre du Seigneur et mon compagnon dans le service que je lui rends, vous apprendra tout ce qui regarde l'état où je suis.

8. Quem misi ad vos ad hoc ipsum ut cognoscat quæ circa vos sunt, et consoletur corda vestra,

9. Cum Onesimo, charissimo et fideli fratre, qui ex vobis est. Omnia quæ hìc aguntur nota facient vobis.

10. Salutat vos Aristarchus concaptivus meus, et Marcus consobrinus Barnabæ, de quo accepistis mandata; si venerit ad vos, excipite illum;

11. Et Jesus, qui dicitur Justus, qui sunt ex circumcisione; hi soli sunt adjutores mei in regno Dei, qui mihi fuerunt solatio.

12. Salutat vos Epaphras, qui ex vobis est, servus Christi Jesu, semper sollicitus pro vobis in orationibus, ut stetis perfecti, et pleni in omni voluntate Dei.

13. Testimonium enim illi perhibeo, quòd habet multum laborem pro vobis, et pro iis qui sunt Laodiciæ, et qui Hierapoli.

14. Salutat vos Lucas medicus, charissimus, et Demas.

15. Salutate fratres qui sunt Laodiciæ, et Nympham, et quæ in domo ejus est Ecclesiam.

16. Et cùm lecta fuerit apud vos epistola hæc, facite ut et in Laodicensium Ecclesiâ legatur; et eam quæ Laodicensium est, vos legatis.

17. Et dicite Archippo: Vide ministerium quod accepisti in Domino, ut illud impleas.

18. Salutatio, meâ manu Pauli. Memores estote vinculorum meorum. Gratia vobiscum. Amen.

8. Et je vous l'ai envoyé exprès, afin qu'il apprenne l'état où vous êtes, et qu'il console vos cœurs.

9. J'envoie aussi Onésime, mon très-cher et fidèle frère, qui est de votre pays. Vous saurez par eux tout ce qui se passe ici.

10. Aristarque, qui est prisonnier avec moi, vous salue; et Marc, cousin de Barnabé, sur le sujet duquel on vous a écrit : s'il va chez vous, recevez-le bien.

11. Jésus aussi, appelé le Juste, vous salue. Ils sont du nombre des fidèles circoncis; ce sont les seuls qui travaillent maintenant avec moi pour avancer le royaume de Dieu, et qui ont été ma consolation.

12. Epaphras, qui est de votre ville, vous salue : c'est un serviteur de Jésus-Christ, qui combat sans cesse pour vous dans ses prières, afin que vous demeuriez fermes et parfaits, et que vous accomplissiez pleinement tout ce que Dieu demande de vous.

13. Car je puis bien lui rendre ce témoignage, qu'il a un grand zèle pour vous, et pour ceux de Laodicée et d'Hiérapolis.

14. Luc, médecin, notre très-cher frère, et Démas vous saluent.

15. Saluez de ma part nos frères de Laodicée, et Nymphas, et l'Eglise qui est dans sa maison.

16. Et lorsque cette lettre aura été lue parmi vous, ayez soin qu'elle soit lue aussi dans l'Eglise de Laodicée, et qu'on vous lise de même celle des Laodicéens.

17. Dites de ma part à Archippe : Considérez bien le ministère que vous avez reçu du Seigneur, afin d'en remplir tous les devoirs.

18. Moi Paul, j'écris de ma propre main cette salutation. Souvenez-vous de mes liens. La grâce soit avec vous. Amen.

ANALYSIS.

℣ 1. *Dominos hortatur ad æquitatem et benignitatem in servos. Deinde rediens ad officia omnibus communia,*

℣ 2, 3 *et* 4, *fideles omnes hortatur ad orationis instantiam, eosque rogat ut et pro se Paulo deprecentur, ut os illi Deus aperiat ad intrepidè et convenienter annuntiandum arcanum Incarnationis mysterium.*

℣ 5 *et* 6, *hortatur eos ad cautam et circumspectam inter gentiles conversationem, et ad gratiam et prudentiam in loquendo.*

℣ 7, 8 *et* 9, *à Tychico, hujus epistolæ bajulo, scient quæ circa ipsum Romæ gerantur; quem ad eos cum Onesimo mittit ut et ipsos consoletur.*

℣ 10, 11, 12, 13, 14, *suo, et aliorum qui ei aderant, nomine varios salutat Colossis.*

℣ 15, 16, *salutat et fideles Laodicenses, hancque epistolam vult et in eorum Ecclesiâ legi.*

℣ 17, *Archippum monet attendere ad ministerium quod accepit à Domino.*

Denique propriâ manu subsignans rogat ut vinculorum illius sint memores, eisque Dei gratiam apprecatur.

PARAPHRASIS.

1. Heri, servis vestris exhibete quod justum est et æquum, scientes quòd vos quoque Dominum habetis in cœlo.

2. In oratione perseverate, et vigilate cum gratiarum actione.

3. Orate etiam pro nobis, ut Deus auferens impedimenta, libertatem det prædicandi salutis humanæ mysterium per Christum (propter quod mysterium vinculis nunc constringor);

4. Et ut illud aptè et convenienter annuntiem.

5. Prudenter et providè conversemini cum ethnicis ad Ecclesiam non pertinentibus, temporis opportunitate benè utentes.

6. Sermo vester sit semper sapientiæ sale, cum gratiâ, seu gratâ jucunditate conditus, ita ut sciatis quomodò unicuique loqui et respondere debeatis.

7. Tychicus, charissimus frater meus, qui mecum Domino servit, estque fidelis illius minister, certiores vos reddet eorum quæ circa me sunt.

8. Illum ad vos misi, ut cognoscat (mihique referat) quomodò se habeant res vestræ, et ut vos consoletur.

9. Misi, inquam, cum Onesimo charissimo et fideli fratre, qui et Colossensis est. Uterque vobis nota faciet omnia quæ hìc apud nos fiunt.

10. Aristarchus, qui mecum captivus est, salutat vos, et Marcus Barnabæ consobrinus, de quo Marco commendatitias recepistis litteras; illum itaque recipite benevolè si ad vos ierit.

11. Et Jesus, qui vocatur Justus, salutat vos. Hi tres Judæi sunt, et illi soli me adjuvare solent,

in prædicando regno Dei, mihique magno fuerunt solatio.

12. Salutat vos Epaphras, Colossensis, servus Jesu Christi, et qui pro vobis orat assiduè, ut perfectè et plenè adimpleatis omnem Dei voluntatem.

13 Testor enim vobis de eo, quòd zelum plurimum habeat pro vobis et pro iis qui sunt Laodiceæ et Hierapoli.

14. Lucas medicus, mihi charissimus, et Demas salutat vos.

15. Salutate fratres qui sunt Laodiciæ, et Nympham, et Ecclesiam, quæ in illius ædibus est.

16. Et cùm apud vos lecta fuerit hæc Epistola, efficite ut in Ecclesiâ quoque Laodicensium legatur; et eam quæ Laodicensium est legite.

17. Et Archippo dicite : Attende ministerio tibi quod accepisti à Domino, ut diligenter illud adimpleas.

18. Salutationem meam hic propriâ manu vobis adscribo. Memores estote vinculorum meorum. Gratia vobiscum. Amen.

COMMENTARIA.

Vers. 1. — Domini, quod justum est... Hic versus à multis reponitur in capite tertio, et benè; cohæret enim præcedentibus. Græc. : *Domini, justum et æqualitatem servis præstate* τὴν ἰσότητα, *æqualitatem*, æquabilitatem, ait Erasmus. Date illis quod justum est, victum, vestitum et cætera necessaria, et æquitatem erga illos servate; ab illis operas exigite cum moderatione, et unicuique quod illi convenit, proportione servatâ, tribuite.

Scientes quòd et vos Dominum habetis in cœlo, qui vos prospectat, quique vobiscum aget quomodò cum servis vestris egeritis. Quales erga servos vestros fueritis, talis erga vos Dominus vester et Dominus omnium erit. *In quâ mensurâ mensi fueritis*... Matth. 7, 2; Marc. 4, 24. *Non est acceptio personarum*..... Rom. 2, 11; Ephes. 6, 9. Ergo non tam dominos vos existimate quàm conservos.

Vers. 2. — Orationi instate... Redit ad officia omnibus communia. Omnes orationi vacent instanter, attentè et gratias agant incessanter.

Triplex hìc notatur orationis conditio. Prima, sit instans, assidua, perseverans. Secunda, sit vigil, attenta, devota. Tertia, sit grata, humilis, memor beneficiorum. Omnes, etiam laici (omnibus enim loquitur Apostolus), orent assiduè et incessanter. Oratio quippe cœlestis est fistula per quam gratia Dei ad nos descendit. Et quia gratiâ semper egemus, hinc assiduè orandum. Orent attentè, devotè, reverenter et vigilantes : Deum quippe, entium et sæculorum Regem alloquimur, nos qui nihilum, mera dependentia, sumus. Orent humiles et grati, præteritorum memores : gratitudo quippe de præteritis beneficiis, et fiducia in futuri postulatione, misericordem Dei manum aperit. Itaque gratiarum actio pars est orationis maxima.

Vers. 3, 4. — Orantes simul et pro nobis, ut Deus aperiat nobis ostium sermonis... Non ostium carceris, sed ostium sermonis : det opportunitatem liberè prædicandi Evangelium Christi, seu salutis humanæ mysterium per Christum; et ut illud mysterium (propter quod vinctus sum) aptè et convenienter annuntiem. Duo concionatori apostolico sunt necessaria, scilicet salutaria loqui, et illa convenienter ad suadendum loqui. Utraque suis et fidelium orationibus postulet à Spiritu sancto, cujus est os concionatoris et corda audientium aperire.

Vers. 5. — In sapientia ambulate... Docet quomodò erga ethnicos agere debeant : scilicet, cum magnâ prudentiâ vitantes omnia quæ possent eorum animos offendere, ne quæ sit intempestiva vexatio, quæ pacem Ecclesiæ evertat, et libertatem Deo serviendi et Evangelium promovendi eripiat.

Tempus redimentes. Vide dicta ad Ephes. 5, 16.

Vers. 6. — Sermo vester semper in gratia, id est, sermo vester sit suavis ac sapidus : unicuique respondens prout necessitas et circumstantiæ postulant.

Non minùs comiter loquendum quàm prudenter. Talis sit præcipuè sacerdotum ac religiosorum loquela, comis et prudens : non in ministerio tantùm, sed et in omni, etiam familiari, conversatione. Maximè prosunt et ædificant talia colloquia. D. Chrysostomus, hìc, Epist. Ad Coloss. cap. 4, paginâ 242 et 243, comitatem docens et prudentiam, multa tradit axiomata utilia, v. g.: Si absque periculo colere oportet, ne recuses; si tempus sit placidè loquendi, ne eam rem existimes assentationem. Fac omnia quæ ad honorem attinent absque eo quòd lædatur pietas. Ibi-

Vers. 1. — *Domini, quod justum est et æquum, servis præstate.* Monet ut non solùm præbeant servis id quod eis jure debetur, veluti victum et vestitum, verùm etiam ut æquos et humanos se eis exhibeant; nec omne debitum servitutis ad amussim exigant, nec omne eorum delictum rigidè puniant.

Vers. 2. — *Orationi instate*, id est, in oratione perseverate, *vigilantes in eâ in gratiarum actione.*

Vers. 3. — *Orantes simul et pro nobis, ut Deus aperiat nobis ostium sermonis ad loquendum mysterium Christi*, ut faciat me aperire os meum ad proferendum mysterium salutis humanæ per Christum.

Propter quod etiam vinctus sum. Relativum *quod* aut ad *mysterium Christi* refertur, aut ad totum complexum illud, quod est loqui mysterium Christi.

Vers. 4. — *Ut manifestem illud ita ut oportet me loqui*; ut loquar mysterium Christi, non quomodòcumque, sed ut manifestè illud eloquar, sicut oportet me loqui, id est, aptè et convenienter ad persuadendum.

Vers. 5. — *In sapientiâ ambulate ad eos qui foris sunt*, id est, sapienter et prudenter agite cum ethnicis, ut illos ad fidem Christi pelliceatis. Ita Ambrosius.

Tempus redimentes. Cum infidelibus, inquit, cautè conversamini, ita ut redimendæ vexationis atque evitandæ persecutionis causâ, quò tempus habeatis liberum ad serviendum Deo, patiamini, si opus sit, etiam dispendium aliquod rerum temporalium.

Vers. 6. — *Sermo vester semper in gratiâ sale sit conditus.* Monet ut sermo quem habent cum proximis, semper sit respersus sale sapientiæ, idque cum gratiâ, id est, cum gratâ jucunditate.

Ut sciatis quomodò oporteat vos unicuique respondere,

dem, hom. undecimà, in cap. 4 Coloss., pag. 245, docet quòd divitibus et principibus magis se demittere et accommodare oporteat, quia illorum animi sunt imbecilliores, ut qui tumeant et diffluant. Cum pauperibus verò majori loquendi libertate utendum, quia pauperum et inferiorum solidiores et prudentiores animi (id est, ut quidem reor, patientiores, et in virtute plerùmque exercitatiores). In utrisque ædificatio spectanda; non propter divitias magis honorandus dives, sed propter imbecillitatem magis ferendus. Vide locum citatum, paginâ 245.

Vers. 7. — Quæ circa me sunt, omnia vobis nota faciet Tychicus. Vide paraphrasim.

Vers. 8. — Quem misi ad vos ad hoc ipsum, ut... Vide paraphrasim.

Vers. 9. — Cum Onesimo charissimo et fideli fratre. Vide paraphrasim. Sed post Theodoretum in his versiculis nota D. Pauli prudentiam Tychicum mittentis ad consolandam et docendam Colossensem Ecclesiam: Onesimum verò ex servo fugitivo recens factum Christianum mittentis non ut doceat, vel hortetur, sed ut cum Tychico de rebus Pauli certiores reddat Colossenses. Hinc jungendum *quem misi ad vos cum Onesimo*... Tychicum quidem ut cognoscat et consoletur... Onesimum verò ut Tychico nota faciat quæ hic aguntur. In iisdem versibus D. Chrysostomus notat et miratur D. Pauli modestiam et humilitatem servum vocantis fratrem suum. Qui in regnum cœlorum primas tenebat, qui fuit coronatus, qui in tertium ascendit cœlum, servos fratres vocat et conservos. Ubi est insania? Ubi arrogantia? Deprimamus omnes fastum; conculcemus arrogantiam.

Hoc ad gratiam sermonis pertinet, nôsse loqui et respondere unicuique quemadmodùm oportet et convenit, ut sermone afficiatur.

Vers. 7. — *Quæ circa me sunt*, etc. Nimirùm is per quem mitto hanc Epistolam.

Vers. 8. — *Quem misi ad vos ad hoc ipsum, ut cognoscat, quæ circa vos sunt*, id est, ut cognoscat quomodò res vestræ se habeant, ut ipse tranquillet.

Et consoletur corda vestra, referendo quæ circa me sunt.

Vers. 9. — *Cum Onesimo charissimo, et fideli fratre, qui ex vobis est*, id est, qui ex vobis natus est, scilicet est Colossensis, [illegible] vobis.

Omnia quæ hic aguntur, nota facient vobis, scilicet ii quos dixi, Tychicus et Onesimus.

Vers. 10. — *Salutat vos Aristarchus concaptivus meus*. Hic erat Macedo Thessalonicensis, comes Pauli, Act. 19, 20 et 27.

Et Marcus consobrinus Barnabæ. Hic, Actor. 12, vocatur Joannes, cognomento Marcus, etc.

De quo accepistis mandata, id est, litteras commendatitias seu testimoniales. Si quæras à quo mandata acceperant Colossenses, dicendum arbitror, ab Ecclesia Romana. Nam si ab ipso Paulo, dixisset: De quo dedi vobis mandata.

Si venerit ad vos, excipite illum, id est, hospitalitatis officium illi impendite, humanitèr cum tractate.

Et Jesus, qui dicitur Justus, supple, salutat vos; *qui sunt ex circumcisione*, id est, Judæi.

Vers. 11. — *Hi soli sunt adjutores mei in regno Dei*, id est, in prædicatione Evangelii, quod est via ad regnum Dei cœleste, etc.

Qui mihi fuerunt solatio; tales, inquiam, qui mihi in carcere constituto solatium attulerunt.

Vers. 10. — Salutat vos Aristarchus..... Vide paraphrasim.

De quo accepistis mandata...; non Barnabà, tanti quippe nominis erat in totâ Ecclesiâ ut commendatitiis litteris non indigeret, sed Marco Joanne, qui talibus indigebat litteris ob id quod narratur Act. 15, v. 39. Sed à quo acceperant mandata? Fortassè à Barnabà, ait D. Chrysostomus; Barnabæ autem commendationi D. Paulus jungit et suam, ut manifestet quòd sit jam charus.

Vers. 11. — Et Jesus qui dicitur... Vide paraphr.

Hi soli sunt adjutores mei... Græc.: *Hi soli cooperarii ad regnum Dei*, id est, soli cooperarii mei in prædicando Evangelio, per quod stabilitur regnum Dei in hominibus, et homines discunt acquirere regnum Dei.

Vers. 12. — Salutat vos Epaphras.... Vide paraphrasim.

Ut stetis perfecti et pleni... Ut perseveretis perfecti et adimpleti, etc., seu ut perseveretis in perfectâ et plenâ adimpletione omnis voluntatis Dei, illam perfectè noscatis et plenè adimpleatis: idem rogat et ipse Paulus cap. 1, v. 9.

Vers. 13. — Testimonium enim... Vide paraphrasim.

Quod habet multum laborem. Græc.: *zelum*, ardens desiderium, scilicet profectûs vestri.

Vers. 14. — Salutat vos Lucas... Vide paraphr.

Vers. 15. — Salutate fratres... Et Nympham, patet ex Græc. quòd masculini sit generis, αὐτοῦ.

Vers. 16. — Et cum lecta fuerit... Vide paraphrasim.

Salutat vos Epaphras, qui ex vobis est, servus Christi Jesu, semper sollicitus pro vobis in orationibus, id est, cum orationibus, quibus nimirùm hoc petebat quod sequitur:

Ut stetis perfecti, et pleni in omni voluntate Dei, id est, in omni eo in quo vult Deus vos esse perfectos et plenos, scilicet in sapientiâ et vitâ christianâ.

Vers. 13. — *Testimonium enim illi perhibeo, quòd habet multum laborem pro vobis*, id est, studium cum sollicitudine, quale est vel sponsi vel paranymphi pro sponsâ.

Et pro iis qui sunt Laodiciæ, et qui Hierapoli. Erant hæ civitates Colossis vicinæ.

Vers. 14 — *Salutat vos Lucas medicus, charissimus*. Hieronymus tradit Lucam evangelistam medicum fuisse; et eum ipsum, cujus hic mentio est. *Et Demas*. Baronius existimat eum, Paulo ad tempus derelicto, postea Romam ad ipsum rediisse, atque in vinculis constituto rursùs ministrâsse.

Vers. 15. — *Salutate fratres qui sunt Laodiciæ*. Hoc monet ad confovendam christianam amicitiam inter fideles urbium vicinarum.

Et Nympham, et quæ in domo ejus est Ecclesiam. Nympha vir fuit, non mulier. Magni nominis hic vir fuit, qui domum suam fecerit ecclesiam.

Vers. 16. — *Et cum lecta fuerit apud vos Epistola hæc*, quam ad vos scribo.

Facite ut et in Laodicensium Ecclesiâ legatur; et eam quæ Laodicensium est, vos legatis. Ex quo liquet Apostolum loqui de Epistolâ ex Laodiciâ scripta. Quænam ea sit, et a quo scripta, adhuc quæritur.

Et eam quæ Laodicensium est... Græc. τὴν ἐκ Λαοδικείας, *eam quæ ex Laodiceâ*. D. Chrysostomus et Theodoretus id notârunt iisdem verbis : Non dixit eam quæ est ad Laodicenses, sed quæ scripta est à Laodiceâ, ita D. Chrysostomus et Theodoretus. Iidem Patres opinantur Laodicenses ad Paulum scripsisse. Et in hoc sensu non malè hanc Epistolam noster interpres vertit, *eam quæ Laodicensium est ;* epistola enim ejus est à quo scripta fuit. In quâ opinione dicendum est quòd unicâ et eâdem Epistolâ D. Paulus respondit Laodicæis sibi scribentibus, et succurrit Colossensibus non scribentibus, sed eodem morbo cum his laborantibus. Alii tamen volunt quòd reverà D. Paulus ad Laodicenses scripserit, suamque Epistolam Colossensibus communicari voluerit, sed quòd hæc Epistola fuerit deperdita ; quæ enim sub hoc nomine apparet, ab antiquis Patribus fuit semper reprobata. Alii putant quod hæc Laodicensium Epistola, de quâ hic, sit eadem ac Epistola ad Ephesios, quæ ad utramque Ecclesiam, Ephesinam et Laodicensem fuerit directa, sed quia Laodicea Colossis propior erat quàm Ephesus, ideò maluit Apostolus inde trahi exemplar Epistolæ : hâc in re nihil certum.

Vers. 17. — Archippo dicite... Baronius Epaphram putat episcopum Colossensem, Archippum verò diaconum. Alii Epaphræ coadjutorem, et tandem successorem.

Vers. 18. — Salutatio mea... Hucusque per amanuensem scripsit Apostolus, hìc propriâ manu subscribit et salutat. Memores estote vinculorum, etc.

Vers. 17. — *Et dicite Archippo*, etc. Ut sensus sit : Dicite Archippo vestræ Ecclesiæ presbytero, ut ministerium sibi ab Epaphrâ discedente injunctum in his quæ Domini sunt, probè ac diligenter exsequatur. Certè Apostolus in Epistolâ ad Philemonem vocat eum commilitonem suum.

Vers. 18. — *Salutatio, meâ manu Pauli.* Hæc verba cum iis quæ sequuntur usque ad finem, affirmat Paulus suâ manu se scripsisse loco salutationis, quâ claudi solet epistola. Nam reliquam Epistolam totam ipso dictante scriptam ab alio quopiam fuisse, existimandum est.

Memores estote vinculorum meorum. Clarum est in carcere scriptam esse hanc Epistolam. Quòd autem rogat ut vinculorum suorum memores sint, non sui causâ facit, quasi subsidium tacitè postulans ; sed ut confirmentur in fide, pro quâ viderent ipsum tanta pati.

Gratia vobiscum. Amen. Græci codices hìc subscribunt : *Scripta è Româ per Tychicum et Onesimum.*

Corollarium pietatis, seu in hoc capite ad pietatem maximè notanda, et ad praxim redigenda.

1° Ex v. 2, disce quomodò orandum; assiduè, attentè, humiliter.

2° Ex v. 5 et 6, disce quomodò conversandum; prudenter et comiter. Ibidem vide quædam hâc de re D. Joannis Chrysostomi axiomata.

3° Memor apostolicorum Pauli vinculorum, gratias age Deo, qui talem toti Ecclesiæ, et consequenter tibi, dedit apostolum, qui ob Evangelium ligatus, et de suî liberatione non sollicitus, nihil nisi nostram doctrinam et salutem curabat; v. 18; v 3 et 4.

IN PRIMAM
AD THESSALONICENSES EPISTOLAM
Præfationes.

Thessalonica, quæ nunc Salonica dicitur, totius Macedoniæ metropolis erat.

Actorum cap. 17, narrat D. Lucas quomodò apostolus Paulus hanc in urbem advenerit, Evangelium in Judæorum synagogâ, per tria sabbata prædicaverit; aliquos quidem Judæos, magnam verò gentilium multitudinem, et plures præsertim nobiles matronas, ad fidem converterit.

Ibidem narratur quomodò, hâc de causâ, Judæi Paulo et Evangelio invidentes, seditionem in eum concitârunt : quam ut declinaret beatus Apostolus, à Thessalonicâ per noctem profectus, venit Beræam, à Beræâ autem navigavit Athenas.

Ex hujus Epistolæ capite tertio, v. 2, discimus quòd D. Paulus, licèt absens, Thessalonicensium tamen curam semper gerens, eorumque salutis ardenti de-

Thessalonicensium civitas Macedoniæ metropolis fuit, apud quos Paulus, postea quàm Philippis digressus esset, Evangelium Christi non sine fructu prædicavit, etsi Judæis insano studio contra nitentibus, quemadmodùm refertur Act. 17. Hos igitur recenter conversos, quòd inter domesticas persecutiones in acceptâ fide constantes permansissent, missâ ad eos Epistolâ, collaudat, et Deo gratias agit; interim suæ personæ commendationem admiscens, ut qui non, solùm purè atque sincerè Christum iis annuntiâsset, verùm etiam ne eos gravaret, à sumptu accipiendo abstinuisset. Quod cur commemoret, ex 2 Epist. certiùs intelligetur. Et hæc quidem agit 1, 2 et 3 capitibus. Mox subjungit præcepta vitæ christianæ ; ut conjugio castè utantur, et libidinum corruptelas fugiant, utque otium vitent, et res alienas non appetant. Deinde ab immoderatâ tristitiâ quâ mortuos lugebant quasi qui omninò periissent, eos revocat, et certis-

siderio pressus, Athenis ad eos Timotheum misit ut eos in fide fulciret, et contra omnes adversariorum machinationes muniret.

Timotheus ad Paulum reversus (rediit autem non Athenas, ubi Paulus non demoratus est, sed Corinthum, in quâ diù permansit, ut patet ex Act. 18). Timotheus ergo ad Paulum reversus, laudavit Thessalonicensium fidem inexpugnabilem, ait Theodoretus: dixit tamen eos opus habere aliquâ exhortationis doctrinâ, de quibusdam quæstionibus quæ apud eos movebantur.

Ob talem nuntium gaudet Apostolus, optatque Thessalonicenses revisere; interim hanc ad eos scribit Epistolam.

In cujus primo capite laudat eorum constantiam in fide, et patientiam in adversis.

In secundo, ut ad perseverantiam excitet, in memoriam eis revocat quantâ sinceritate, quantoque zelo ipsis Evangelium prædicaverit.

In tertio, narrat quomodò eorum desiderio pressus, Athenis miserit ad illos Timotheum; et quomodò, cognitâ ex Timotheo ad se reverso eorum in fide constantiâ, mirè gaudeat, ob id Deo gratias agat, oretque Deum, ut eos revisere et in fide perficere sibi concedat.

In quarto, hortatur ad castitatem, ad fugam otii, ad honestum laborem; mortis proponit solatium, scilicet mortuorum resurrectionem, cujus modum exponit et ordinem.

In quinto, ob incertitudinem diei judicii, hortatur ad vigilantiam et ad omnia bona opera.

Græca et Syra in fine Epistolæ habent quòd hæc Epistola scripta sit Athenis : sed Baronius, an. 52, probat scriptam fuisse Corinthi.

Omnium Epistolarum quas scripsit Apostolus hanc primam esse affirmat D. Chrysostomus, Theodoretus, Baronius, quibus viri docti subscribunt.

simâ spe resurrectionis consolatur; cujus et modum describit. Postremo capite, ex eo quòd tempus resurrectionis ac judicii divini incertum sit atque incognitum, admonet vigilandum esse, sanctisque operibus incumbendum, ne judicii dies imparatos opprimat. Quo loco addit et alia quædam præcepta, brevia quidem sed utilitate præcipua. Hanc Epist. inter omnes Paulinas tempore primam esse censet ejus commentator Anselmi titulo, cui Baron., anno Christi 52, § 22, aliique docti facilè suffragantur. Constat enim scriptam esse non multò postquàm ad fidem conversi essent Thessalonicenses. Nam quòd in vulgari argumento Latinorum codicum scribitur missa per Onesimum, scilicet eum quem Paulus Romæ Christo genuit in vinculis, prorsùs nequit consistere cùm iis quæ dicuntur in hâc Epist. de Timotheo ex Athenis ad Thessalonicenses misso. Cùm enim Paulus Athenas pervenisset, atque illùc ad se Timotheum è Beroà Macedoniæ accersivisset, ut habetur Act. 17, sollicitus ac metuens Thessalonicensibus, ne propter afflictiones, quas post ipsius discessum ab adversariis fidei patiebantur, animo commoverentur; rursùs ad eos Athenis adhuc agens Timotheum misit, ut eos in fide confirmaret, atque in tribulationibus consolaretur; quemadmodùm ipse, cap. 3, hujus Epist. testatur. Porrò Timotheus non Athenas, ubi Paulus non diù moratus fuit, sed Corinthum è Thessalonicâ ad eum rediit unà cum Silâ, sicut Act. lib. narrat cap. 18. Atqui post adventum Timothei à Thessalonicensibus reversi scriptam esse hanc epist. ex eodem cap. 3 manifestum est. Ex quibus planè colligitur, et primò omnium scriptam esse (nulla enim invenitur Epistolarum Pauli scripta ante id tempus), et è Corintho missam, non autem ex Athenis, ut habet Græcorum codicum hypographe, tametsi cum ea sentiunt Athanasius in Synopsi, et Theodoretus in Præfat. Epist. Pauli, aliique nonnulli. Falsum etiam illud, quòd missa sit per Timotheum, ut in editione Syriacâ ascribitur. Nam Timotheus unus eorum est à quibus Epist. mittitur, uti liquet ex ejus initio quod sic habet:

CAPUT PRIMUM.

1. Paulus, et Silvanus, et Timotheus, Ecclesiæ Thessalonicensium, in Deo Patre, et Domino Jesu Christo.

2. Gratia vobis, et pax. Gratias agimus Deo, semper pro omnibus vobis, memoriam vestrî facientes in orationibus nostris sine intermissione,

3. Memores operis fidei vestræ, et laboris, et charitatis, et sustinentiæ spei Domini nostri Jesu Christi, ante Deum et Patrem nostrum :

4. Scientes, fratres dilecti à Deo, electionem vestram;

5. Quia Evangelium nostrum non fuit ad vos in sermone tantùm, se det in virtute, et in Spiritu sancto, et in plenitudine multâ, sicut scitis quales fuerimus in vobis propter vos.

6. Et vos imitatores nostri facti estis, et Domini, excipientes verbum in tribulatione multâ, cum gaudio Spiritûs sancti :

7. Ita ut facti sitis forma omnibus credentibus in Macedoniâ et in Achaiâ.

8. A vobis enim diffamatus est sermo Domini non solùm in Macedoniâ et in Achaiâ, sed et in omni loco

CHAPITRE PREMIER.

1. Paul, Silvain et Timothée, à l'Eglise de Thessalonique, qui est en Dieu le Père et en Notre-Seigneur Jésus-Christ.

2. Que la grâce et la paix soient avec vous. Nous rendons sans cesse grâces à Dieu pour vous tous, vous souvenant continuellement de vous dans nos prières,

3. Et nous représentant, devant Dieu qui est notre Père, les œuvres de votre foi, les travaux de votre charité, et la fermeté de l'espérance que vous avez en Notre-Seigneur Jésus-Christ ;

4. Car nous savons, ô frères chéris de Dieu, quelle a été votre élection ;

5. Parce que la prédication que nous vous avons faite de l'Evangile n'a pas été seulement en paroles, mais elle a été accompagnée de miracles, de la vertu du Saint-Esprit, et d'une grande abondance de grâces. Vous savez aussi de quelle manière nous avons vécu parmi vous pour votre salut.

6. Et vous, vous êtes devenus nos imitateurs et les imitateurs du Seigneur, ayant reçu la parole parmi de grandes afflictions, avec la joie du Saint-Esprit

7. De sorte que vous avez servi de modèle à tous ceux qui ont embrassé la foi dans la Macédoine et dans l'Achaïe.

8. Car non seulement vous êtes cause que la parole du Seigneur s'est répandue avec éclat dans la Macédoine et dans l'Achaïe, mais même la foi que

fides vestra, quæ est ad Deum, [illegible] ut non sit nobis necesse qui[illegible] loqui.

9. Ipsi enim de nobis annuntiant qualem introitum habuerimus ad vos; et quomodò conversi estis ad Deum à simulacris, servire Deo vivo et vero,

10. Et expectare Filium ejus de cœlis (quem suscitavit ex mortuis), Jesum, qui eripuit nos ab irâ venturâ.

[illegible] partout, qu'il n'est point nécessaire que nous en parlons,

9. Faisant eux mêmes raconter, en parlant de nous, quel a été le succès de notre arrivée parmi vous; et comment, ayant quitté les idoles, vous vous êtes convertis à Dieu pour servir le Dieu vivant et véritable,

10. Et pour attendre du ciel son fils Jésus, qu'il a ressuscité d'entre les morts, et qui nous a délivrés de la colère à venir.

ANALYSIS.

Paulus pro Thessalonicensibus continuos Deo gratias agit, et pro ipsis orat quoties ad Deum fundit preces; semper memor operatricis eorum fidei, laboriosæ charitatis, speique sustinentis, v. 2, 3. In memoriam illis revocat admirandas circumstantias fervidæ ipsorum ad Christum conversionis, factæ per efficaciam suæ prædicationis, per virtutem miraculorum, per dona Spiritûs sancti ipsis plenè communicata. Hâcque refricatione confirmat eos in doctrinâ divinitùs confirmatâ, v. 4, 5, 6. Laudat eorum in fide conservandâ constantiam, quâ facti sunt aliis fidelibus in exemplum, v. 7. Ab illorum eximiâ virtute et constantiâ Evangelium, non in reliquâ tantùm Macedoniâ et Achaiâ, sed et in omni circumquàque regione publicatum est, v. 8, 9. Hâcque laude extimulat eos ad perseverandum in fide ubique celebri, et quâ à simulacris conversi sunt ad Deum vivum et verum, et Filium ejus Jesum Christum, v. 10.

PARAPHRASIS.

1. Paulus et Sylvanus, seu Sylas, et Timotheus, Thessalonicensium Ecclesiæ in Deo Patre et Domino nostro Jesu Christo existenti, seu congregatæ.

2. Gratia vobis et pax. Gratias Deo semper agimus pro vobis omnibus, et mentionem vestrî facimus in precibus nostris.

3. Indesinenter coram Deo Patre nostro, memores operum fidei vestræ, et laborum charitatis vestræ, et patientiæ vestræ, ob spem quam habetis in Dominum nostrum Jesum Christum.

4. Si quidem novimus, fratres mei, à Deo dilecti, qualis fuerit electio vestra, seu à mundo segregatio.

5. Quoniam nostra apud vos Evangelii prædicatio facta fuit non verbali tantùm explicatione, sed cum miraculorum potentiâ (seu patratione), cum communicatione Spiritûs sancti donorum, cum plenâ et perfectâ veritatis persuasione: vos ipsi scitis quales apud vos exstiterimus, vestrî causâ (ut vos ad fidem converteremus).

6. (Et rane non infelici successu,) nam imitatores nostri facti estis, et Domini nostri; quippe qui recepistis verbum Evangelii, cum gaudio Spiritûs sancti, licèt inter tribulationes multas;

7. Ita ut omnibus fidelibus in Macedoniâ, et in Achaiâ, præstiteritis exemplum constanter et alacriter propter fidem patiendi.

8. A vobis enim fama Evangelii, non solùm in Macedoniam et in Achaiam manavit, sed et rumor fidei vestræ erga Deum ubique sic sparsus est, ut non sit nobis necesse de vobis quidquam dicere.

9. Ipsi enim (qui in illis locis sunt) prævenium nos, narrantes qualis fuerit ad vos noster accessus (quàm efficax), et quo pacto à simulacrorum cultu conversi estis ad Deum, ut illis relictis, coleretis Deum vivum et verum.

10. Et ut Filium ejus Jesum, quem suscitavit à mortuis, spe certâ expectaretis de cœlo venturum, qui nos eripiat ab irâ venturâ.

COMMENTARIA.

Vers. 1. — Paulus, et Sylvanus, et Timotheus.... Paulus non se nominat hic apostolum, sicut alibi, ob reverentiam Sylvani, ne se supra ipsum videretur extollere, ait Cajetanus. *Sylvanus*, ille idem qui Act. 18, v. 5, dicitur Sylas, fuitque comes peregrinationis Pauli, post discessum Barnabæ, Act. 15, v. 40. Sylvanum autem et Sylam eumdem esse patet historiam legenti. Hinc D. Hieronymus vult scribæ errorem esse, Sylamque legendum, non Sylvanum. Alii verò communiter putant nomen sic immutatum fuisse, ut fieret Latinum. Judæi quippe sua nomina non rarò sic immutabant, ut ea Græca vel Latina redderent. *Sylvanus et Timotheus*... Prior nominatur Sylas, quia antiquior, gravior et maturior: quique adhæserat Paulo, antequàm Paulus Timotheum in sociam adhibiberet. Vide Act. 16. Hos verò duos in salutatione assumit Apostolus, quia Thessalonicensibus noti erant et chari, ut qui apud eos apostolicorum Pauli laborum socii fuerant. Assumit autem eos et ut honoret, et ut illorum auctoritate et testimonio suam doctrinam confirmet.

In quibus mirare primò Pauli prudentiam, suos cooperarios sic honorantis et doctrinam suam (quamvis cœlestem et à Christo ipso edoctam) suorum cooperariorum testimonio confirmantis; secundò, Pauli modestiam sese suis cooperariis coæquantis; tertiò, ut socius evangelicæ prædicationis, etc. Ejusdem Silæ sub nomine Silvani meminit Apostolus, 2 Cor. 1.

Vers. 1. — *Paulus, et Silvanus, et Timotheus, Ecclesiæ Thessalonicensium.* Subaudi scribunt, aut mittunt hanc Epistolam. Est enim hic Silvanus idem cum Silâ, qui post discessum Barnabæ, assumptus à Paulo

In Deo Patre et Domino Jesu Christo. Quæ Ecclesia est in Deo Patre, etc. Dicitur autem esse *in Deo Patre*,

ordinatam modestiam se primum omnium nominantis. Et ex primo, discat Christi minister, quicumque sit, et quantumvis doctrinâ et dignitate sublimis, suam aliorum testimonio doctrinam confirmare. Ex secundo, discat in cleris non dominari.

Ex tertio, discat quòd suum possit et debeat ordinem servare ac primatum.

Ecclesiæ Thessalonicensium in Deo Patre et Domino Jesu Christo, subaudi, existenti, vel congregatæ, seu colenti Deum Patrem et Dominum nostrum Jesum Christum. Vide plura in secundâ Epistolâ ad Thess., cap. 1, v. 1. Presbyteros et diaconos non nominat, quia Ecclesia illa nondùm erat benè formata, utpote recens et quasi nascens.

Gratia vobis et pax. Græc. addunt à Deo Patre et Domino Jesu Christo; idem habent D. Chrysostomus, Theodoretus. Non tamen legit Syrus, nec Æthiopica versio.

Vers. 2. — Gratias agimus Deo semper... Docet eos se modestè gerere, propemodùm dicens universum esse Dei virtutis, ait D. Chrysostomus. A Deo procedit omne bonum. Hinc de omnibus rectè factis et bonis Deo gratiæ sunt agendæ. Sic autem gratias agit Apostolus, ut et oret pro Thessalonicensibus. Quibus docet duo nobis continuè necessaria; gratias agere et orare, nec unum ab altero separandum. Ob beneficia semper gratiarum actio reddenda. Ob miserias nostras semper imploranda misericordia. Hoc in omnibus Epistolis docet Apostolus.

Vers. 3. — Memores.... In Græco huic versui jungitur quod communiter in præcedenti versu reponitur, scilicet, *indesinenter memores*. Ita etiam D. Chrysostomus, Theodoretus, Theophylactus, et post illos Estius, Grotius, idque videtur convenientius, estque sensus : *Gratias agimus Deo semper* pro omnibus vobis, memoriam vestri facientes... Hoc *semper* ad gratiarum actionem et ad orationem extenditur. Deinde explicans de quibus gratias agit semper, addit, *indesinenter memores coram Deo....*

Operis fidei vestræ : seu, ut vertit Syrus, *operum fidei vestræ*. Opera fidei sunt ea quæ ex fide nascuntur, fidemque perficiunt et comprobant. Hoc opus fidei in Thessalonicensibus fuit præsertim constantia in periculis et in persecutione. Institutum vestrum et constantiam nemo flexit : hoc est opus fidei, ait D. Chrysostomus.

Et laboris et charitatis. Secunda conjunctio *et* non est in Græco, nec in Syriacâ, nec in Arabicâ, nec in Æthiopicâ versionibus, nec in D. Chrysostomo, nec Theodoreto : qui omnes legunt *et laboris charitatis*. Estius putat illud *et* irrepsisse negligentiâ scribæ legendumque *et laboris charitatis*. *Labor charitatis* est labor ex charitate susceptus : Thessalonicenses autem ex charitate laboraverunt, ut seditionem contra Paulum concitatam sedarent, et ut eum è periculo liberarent. Laboraverunt et passi sunt ut fidem ipsi servarent, ut infirmos in fide corroborarent, ut egenos suis facultatibus adjuvarent, sicut dicitur cap. 4, v. 10. Horum autem laborum coram Deo Paulus erat indesinenter memor.

Et sustinentiæ spei Domini nostri Jesu Christi, id est, patientiæ, seu perseverantiæ, quam hactenùs servâstis ob spem in Dominum nostrum Jesum Christum. Neque enim, ait D. Chrysostomus, uno tantùm tempore fuit illa persecutio, sed perpetuo : neque solùm cum Paulo magistro bellum gerebant, sed etiam cum discipulis. Non obstante tali persecutione, perseverârunt Thessalonicenses, et constanter à concivibus suis passi sunt quæ fideles Jerosolymitani à Judæis, capite 2, v. 14. Ob hanc constantem perseverantiam Paulus Deo gratias agit. Congruè autem dicitur *sustinentiæ spei*, quia spes salutis æternæ à Christo promissæ patientiam producit et perseverantiam in adversis. *Sustinentiæ spei Domini nostri Jesu Christi.* Ambrosius habet *exspectationis spei*, id est, spei expectantis Dominum nostrum Jesum Christum, seu adventum Domini nostri Jesu Christi. Nec contemnendam puto hanc interpretationem; utpote quæ respondet ultimo versui hujus capitis, *et exspectare Filium...*; et præterea conformis est devotioni et praxi quam alibi sæpè commendat Apostolus, scilicet expectare Jesum Christum judicem, qui præmiet et glorificet in se credentes et sperantes.

Observationes dogmaticæ et morales.

Ex tribus epithetis hìc à beato Paulo theologicis virtutibus attributis, disce primò quòd fides debeat esse operatrix, non iners et otiosa, sed operum effectrix. Sicut sine fide frustra quis agit, sic sine opere frustra quis credit. Per opera et per patientiam debet ostendi fides. Hinc D. Chrysostomus : Si credis, omnia patere; si autem non pateris, non credis : an non enim sunt ejusmodi quæ promissa sunt, ut vel mille mortes ele-

tanquàm efficiente et gubernante principio. *In Christo*, ut salutis ejus, per meritum suæ passionis, auctore.

Vers. 2. — *Gratia vobis, et pax*, videlicet multiplicetur. *Gratia* sermone apostolico significat beneficium Dei gratuitum ad salutem pertinens; ut est fides, justitia ejusque partes et incrementa. *Pax* autem est ejusmodi bonorum quieta possessio.

Gratias agimus Deo semper pro omnibus vobis, etc. Id est, pro beneficiis in vos omnes collatis; qualia nimirùm postea enumerat, ut fidem, charitatem, sustinentiam.

Vers. 3. — *Memores operis fidei vestræ*, memores vestri operis ex fide profecti. Id opus Græci interpretantur firmitatem et constantiam in periculis, quam suscepto Evangelio Thessalonicenses ostenderant, uti docet Act. cap. 17.

Et laboris, et charitatis. Idem est, labor charitatis, id est, labor et molestia, quam sustinuerunt propter amorem Christi dilecti sui. Laborem charitatis intellige laborem ex charitate susceptum.

Et sustinentiæ spei Domini nostri Jesu Christi. Tres virtutes mysticas Thessalonicensibus attribuit : fidem, charitatem et spem; quibus singulis propria quædam adaptat : fidei, opus; charitati, laborem; et spei, sustinentiam seu patientiam. Nam fides ex operibus ostenditur; charitas laborem reddit levem ac facilem; et spes patientiam gignit. Quod enim speramus, per patientiam exspectamus.

Ante Deum et Patrem nostrum; id est, coram Deo,

eturus sit qui credit? Propterea regnum cœlorum et immortalitas et vita æterna; qui ergo credit, omnia patietur, hucusque D. Chrysostomus. Secundò, quòd charitas sit laboriosa : diligere nullus labor; germanè sincerè diligere, multus labor, ait D. Chrysostomus. Quia, ut ait Theodoretus, ferenda sunt fratris delicta, si invideat si irascatur, si efferatur, si ingrati animi vitio laboret : hinc laborem charitati conjungit Apostolus. Tertiò, quòd spes sit patiens, perseverans et sustinens ob præmium æternum.

Ante Deum et patrem nostrum. Hoc non legit Syrus, nec Arabica versio, referri autem debet ad *memores*, scilicet, *memores ante Deum;* aliqui tamen referunt ad opus fidei et laborem et sustinentiam, quæ sunt *ante Deum*, id est, sine fuco, verè et sincerè coram Deo, vel, secundùm Theophylactum, quæ sunt *ante Deum*, id est, quas videt Deus, et quarum reddet mercedem.

Vers. 4. — Scientes, fratres... ; *gratias agimus, scientes*, si quidem novimus, ut post Syrum dixi in paraphrasi.

Electionem vestram, scilicet ad fidem et ad gratiam, seu vestram à mundo infideli segregationem, ut in regnum Filii Dei, per Baptismum transferremini, et, si in fide et gratiâ acceptâ perseveretis, *vestram* ad gloriam *electionem*.

Vers. 5. — Quia Evangelium nostrum. Scimus, inquam, *electionem vestram*, et qualis illa fuerit, quia nostra apud vos evangelicæ doctrinæ promulgatio,

Non fuit ad vos in sermone tantum, id est, facta fuit à nobis non simplici verborum expositione, seu non stetit intra verba,

Sed in virtute, id est, sed fuit per virtutem miraculorum comprobata,

Et in Spiritu sancto, fuit per communicationem charismatum Spiritûs sancti confirmata; scilicet per donum linguarum, prophetiæ, curationum, etc., quæ tunc communiter recipiebantur, etiam visibiliter;

Et in plenitudine multa, fuit denique plenè et perfectè certificata. Græc., ἐν πληροφορίᾳ. Syr., *in persuasione verâ*. Arab., *in persuasione multâ*. Idem Æthiop., id est, in plenâ certitudine et perfectâ persuasione, ita ut nihil defuerit eorum quæ facerent ad plenè vobis suadendum Evangelii veritatem.

Sicut ipsi scitis..., id est, vos ipsi mihi testes estis qualiter apud vos, salutis vestræ causâ, conversati fuerimus; scilicet, tanquàm *si nutrix foveat filios suos..;* qui quidem est pater noster per spiritum adoptionis.

Vers. 4.— *Scientes, fratres*, etc. ; q. d.: Scio ex signis et conjecturis : qui scilicet vestra fidei, constantiæ, patientiæ, charitatis opera video, inde scio, id est, probabiliter colligo, *vestram electionem*, id est, vos esse electos ad gratiam et amicitiam Dei, et, si in ea perseveretis, ad gloriam et fruitionem ejusdem. Ita Theoph.

Vers. 5. — *Quia Evangelium nostrum non fuit ad vos in sermone tantùm, sed et in virtute*, id est, potentiâ et efficaciâ miraculorum confirmatum fuit; *et in Spiritu sancto*, id est, in largitione Spiritûs sancti et donorum ejus.

Et in plenitudine multâ. Plenitudinem multam vocat *cupidè volens non solùm vobis Evangelium tradere, sed et animas nostras*, ut ipse explicat cap. 2, v. 6, 7, 8, et sequentis Epistolæ cap. 3.

Cessârunt jam miracula Evangelii doctrinam confirmantia; caveat tamen evangelicus concionator ne sua prædicatio stet intra verba, seu sit in sermone tantùm, sed opere verba comprobet, conversatione demonstret ea quæ verbo docet; sanctæ vitæ exempla sint illius miracula, seu sint illi miraculorum vice

Vers. 6. — Et vos imitatores nostri... Et sanè non me meorum pœnitet laborum; adeò felix fuit eorum successus. *Vos* enim nostri non tantùm *imitatores* facti estis, sed, quod plus est, Christi Domini.

Excipientes verbum..., in hoc scilicet, quòd Evangelii verbum cum Spiritûs sancti gaudio recepistis, licèt medias inter tribulationes multas. Lege Act. cap. 17, et videbis quòd hoc ipso tempore quo Thessalonicenses Evangelium recipiebant, multa passi sunt propter illud, non constanter tantùm, sed et alacriter et cum spirituali lætitiâ. Et in hoc imitatores facti sunt Pauli et aliorum apostolorum, qui propter Evangelium multa passi sunt gaudentes : *Ibant apostoli gaudentes à conspectu concilii*, etc. Christi Domini facti sunt imitatores, qui tot et tanta pro nobis pertulit, quique passionem suam reputavit gloriam, Patri suo dicens : *Clarifica me...*

Observationes morales.

Papæ! exclamat D. Chrysostomus, quantum encomium! Discipuli repentè facti sunt magistri; non solùm audierunt verbum, sed ad idem pervenerunt fastigium ad quod Paulus; sed hoc nihil est : *Imitatores facti estis Domini.*

Hinc primò erubesce, quia veteranus, post tot annos in fide transactos, non gaudes, imò tristaris, gemis et reluctaris in passionibus quas illi tyrones tulerunt alacriter et gaudentes.

Secundò, disce à quo, et quomodò, fiat illa mirabilis unio tribulationis et gaudii in corde fideli. Hoc Christianismi secretum et quasi mysterium explicat D. Chrysostomus, dicens : Afflictio est in corporalibus, et gaudium in spiritualibus, etc. Sicut in igne rore aspergebantur tres pueri, ita vos quoque in afflictionibus. Sed quomodò illic non est naturæ ignis rore aspergere, sed sibilantis spiritûs, ita hic quoque; non est enim naturæ afflictionis gaudium procreare, sed propter Christum perpessionis et rore perfundentis Spiritûs, constituentisque in quiete et recreatione per omnia argumenta quibus plenam Evangelio suo fidem faciebat, putà miracula, linguas, prophetias, sanctitatem, patientiam, etc.

Sicut scitis quales fuerimus in vobis propter vos, quomodò fuerimus inter vos conversati vestræ salutis causâ. Significari vult humilitatem conversationis suæ tantam, ut immemor juris ac potestatis suæ, cum labore et fatigatione manibus operaretur; scilicet ut à gratuito doctore commendabilius redderetur Evangelium.

Vers. 6. — *Et vos imitatores nostri facti estis*, etc. Spiritus sanctus, qui per tribulationes bona cælestia et divina repromittit, efficit ut homo hæc bona sibi proponens in tribulatione, quò magis affligitur, eò magis gaudeat.

fornacem tentationum, Chrysostomus. Itaque in tribulatione positus recurre ad Spiritum sanctum, ora ut tecum sit, te adjuvet, tribulationis fornacem refrigeret : patere in Spiritu sancto, patere ad exemplum Christi Domini. Christi Domini verus eris imitator, si mala sustineas cum gaudio Spiritûs sancti.

Tertiò, disce quòd non sit major Christiani gloria, nec majorem agnovit Apostolus, quàm pro Christo et ad exemplum Christi pati. Omne quod ille patitur, pro nobis est, ait D. Bernardus, serm. 1, in cap. Jejunii. Felix membrum quod huic adhæserit per omnia capiti, et sequetur illud quòcumque ierit! Itaque in tribulatione dic cum eodem D. Bernardo, ibidem : *Mihi* omninò *adhærere tibi bonum est*, ò caput gloriosum et benedictum in secula : sequar te quòcumque ieris; si transieris per ignem, non avellar à te; tu dolores meos portas, et pro me doles; tu priùs transis per angustum passionis foramen, ut latum præbeas sequentibus membris ingressum. D. Bern., serm. 2, in cap. Jejunii.

Vers. 7. — Ita ut facti sitis forma. Græc., *typus;* exemplar quod imitentur omnes Christiani, non Macedoniæ tantùm, in quâ degitis, et Achaiæ, vobis vicinæ, è quâ scribo vobis, sed et qui sunt in toto orbe.

Notat Theophylactus quòd non sint facti forma, ut crederent alii, jam enim credebant, sed quomodò oportet credere; nimirùm cum fervore et promptitudine ad pericula. Magna laus præluxisse Macedonibus, genti maximæ et insigni, è quâ Alexander, ideò dictus Macedo : major præluxisse Achæis, sapientiâ celeberrimis; in Achaiâ enim erant Athenæ et Corinthus : at maxima universo orbi præluxisse, juxta id quod sequitur :

Vers. 8. — A vobis enim diffamatus, id est, divulgatus est, etc. Græc., *personuit sermo Domini*, id est, fama Evangelii et Christianismi non solum in Macedonia et in Achaia,

Sed et in omni loco, scilicet, ubi fideles; vel est hyperbole significans, quaquaversùm fides vestra, quæ est in Deum, exiit. Grammaticè debuisset dici, *in omnem locum*, sed quia priùs dixerat : *In Macedoniâ...*

Profecta est. Græc., *exiit*. Syr., *audita est;* rumor scilicet et fervor fidei vestræ ubique auditus est : ita ut non sit nobis necesse quidquam de vobis loqui. Hæc hyperbolica non videbuntur, si spectetur quàm insignis fuerit Macedonum gens in totâ Græciâ, ex D. Chrysostomo. Adde quòd è Thessalonicâ, Macedoniæ metropoli, mercatores multi per totam Græciam negotiabantur : hinc fama facilè spargebatur. Tantùm potest virtutis exemplum! Est quasi benè olens unguentum, aerem odore suo perfundens. Quasi tuba clarè resonans, totum locum sono suo replens.

Vers. 9. — Ipsi enim de nobis annuntiant..., id est, prævenit nos ubique fama, et ab aliis audimus quæ dicere volumus; nimirùm ipsi referunt qualis fuerit apud vos accessus noster, et quales erga me et Evangelium fueritis, quod etiam cum vitæ vestræ periculo suscepistis : quàm promptè à simulacrorum cultu conversi sitis ad Deum, ut, illis statim relictis, coleretis Deum vivum et verum.

Vers. 10. — Et exspectare Filium..., id est, et exspectaretis, de cœlo Jesum Christum Filium Dei, Redemptorem nostrum, quem Deus suscitavit a mortuis, qui nos eripiat à pœnâ damnationis æternæ, quæ impiis et infidelibus superventura est, nosque coronâ donet æternâ.

Qui eripuit. Græc., *liberantem*, id est, qui eripiat, seu liberet. Paucis omnia comprehendit : quòd Jesus sit Filius Dei; quòd sit pro nobis in crucem actus; quòd sit suscitatus; quòd sit in cœlum assumptus; quòd veniat ad judicandos vivos et mortuos. His autem paucis verbis Apostolus animum addit, et solatur eos : afflictis enim maxima est consolatio exspectare Filium Dei, pro nobis mortuum et liberatorem.

Observatio moralis.

Tria his in versibus nota ad veram religionem necessaria : scilicet idola contemnere, Deum vivum colere, in Christum sperare. Primò deserenda sunt idola, non aurea tantùm aut argentea, aut lignea, etc., hæc jam non adorantur apud nos, sed ab aliquibus adorantur divitiæ, ab aliis voluptas, ab aliis honor; hisque idolis sæpè et sua bona, et corpora et animas devovent, et ipsum Deum vivum et verum postponunt. Nulla vera conversio nisi hæc destruatur idololatria; nullus verus Christianismus, nisi verè renuntietur mundi pompis, carnis voluptatibus, omnibus concupiscentiis illicitis. Hæc omnia Deo vivo sacrificanda. Secundò, Deo vivo et omnia videnti serviendum; in ejus conspectu ambulandum in spiritu et veritate. Tertiò, in Christum Redemptorem sperandum, qui nos eripiat à pœnis, gloriâ coronet æternâ.

Vers. 7. — *Ita ut facti sitis forma*, id est, exemplaria, typi, et in exemplum, *omnibus credentibus in Macedoniâ et in Achaiâ.*

Vers. 8. — *A vobis enim*, à vestrâ fide, patientiâ, constantiâ, zelo, *diffamatus*, divulgatus *est sermo Domini.* A vobis manavit fama sermonis Domini, id est, prædicationis evangelicæ.

Non solum in Macedoniâ, et in Achaiâ. In Macedoniâ, inquam, in quâ vos estis; et *in Achaiâ*, in quâ sum ego.

Sed et in omni loco fides vestra, rumor et fama fidei et sanctitatis vestræ; *quæ est ad Deum*, in Deum, erga Deum; *profecta est*, hoc est, dimanavit.

Ita ut non sit nobis necesse quidquam loqui. Id est, ut nobis non sit opus apud alios exponere ac referre quantum apud vos fructum fecerit semen verbi Dei; jam enim fama sermonem nostrum præcurrit.

Vers. 9. — *Ipsi enim de nobis annuntiant qualem introitum habuerimus ad vos.* Ipsi homines annuntiant quòd noster ad vos adventus refertus fuerit innumeris mortibus. Vos tamen non estis offensi in nobis.

Et quomodò conversi estis ad Deum à simulacris, servire Deo vivo et vero, ita ut serviretis Deo viventi.

Vers. 10. — *Et expectare Filium ejus de cœlis (quem suscitavit ex mortuis) Jesum.* Id est, et ut Filium ejus Jesum, quem à mortuis suscitavit, spe certâ expectaretis de cœlo venturum, scilicet fidei vestræ remuneratorem; qui vos ad eamdem secum gloriam assumet.

Qui eripuit nos ab irâ venturâ. Id est, qui eripit, qui nos liberat à pœnâ damnationis æternæ, quæ superventura est impiis et infidelibus.

Corollarium pietatis, seu in hoc capite ad pietatem maximè notanda, et ad praxim redigenda.

1° Nota, v. 2, praxim Apostolo nostro consuetam, et quam in omnibus suis Epistolis peragit et docet, Deo gratias agens, simul et Deum orans. Hincque disce duo frequenter, et quasi continuè, facienda : Deo scilicet gratias agere, Deumque deprecari. Ipsi gratias agere ob tot accepta beneficia; misericordiam ejus semper implorare ob indesinentes miserias nostras. Vide v. 2.

2° Nota, v. 3, tria virtutibus theologicis attributa epitheta ; fides operatrix, charitas laboriosa, spes sustinens. Hincque in te reflexus attende num hæ virtutes tales sint in te. Erubesce ob præteritum. In posterum stude ut tua fides sit operatrix, non iners; charitas laboriosa, non otiosa; spes sit patiens, exspectans Dominum nostrum Jesum Christum liberatorem.

3° Nota ex v. 6, christianum patiendi modum, scilicet cum gaudio, et ibidem disce à quo tale gaudium, ut in tribulatione positus ad eum recurras. Ibidem disce quòd non sit major christiano gloria quàm pro Christo pati.

4° Ex v. 9 et 10, disce ad veram et perfectam conversionem necessaria, quæ vide in observatione morali. Ibidem nota quæ sit vero christiano, et in Christum perfectè credenti, maxima consolatio; scilicet exspectare Jesum Christum, Dei Filium, pro nobis passum, et Judicem, et Salvatorem.

CAPUT II.

1. Nam ipsi scitis, fratres, introitum ad vos, quia non inanis fuit;

2. Sed ante passi et contumeliis affecti (sicut scitis) in Philippis, fiduciam habuimus in Deo nostro, loqui ad vos Evangelium Dei in multâ sollicitudine.

3. Exhortatio enim nostra non de errore, neque de immunditiâ, neque in dolo;

4. Sed sicut probati sumus à Deo, ut crederetur nobis Evangelium, ita loquimur, non quasi hominibus placentes, sed Deo, qui probat corda nostra.

5. Neque enim aliquando fuimus in sermone adulationis, sicut scitis; neque in occasione avaritiæ : Deus testis est :

6. Nec quærentes ab hominibus gloriam, neque à vobis, neque ab aliis,

7. Cùm possemus vobis oneri esse ut Christi apostoli; sed facti sumus parvuli in medio vestrûm, tanquàm si nutrix foveat filios suos.

8. Ita desiderantes vos, cupidè volebamus tradere vobis, non solùm Evangelium Dei, sed etiam animas nostras; quoniam charissimi nobis facti estis.

9. Memores enim estis, fratres, laboris nostri et fatigationis; nocte ac die operantes, ne quem vestrûm gravaremus, prædicavimus in vobis Evangelium Dei.

10. Vos testes estis, et Deus, quàm sanctè, et justè, et sine querelâ, vobis, qui credidistis, fuimus;

11. Sicut scitis, qualiter unumquemque vestrûm (sicut pater filios suos),

12. Deprecantes vos et consolantes, testificati sumus, ut ambularetis dignè Deo, qui vocavit vos in suum regnum et gloriam.

13. Ideò et nos gratias agimus Deo sine intermissione : quoniam cùm accepissetis à nobis verbum auditûs Dei, accepistis illud, non ut verbum hominum, sed (sicut est verè) verbum Dei, qui operatur in vobis, qui credidistis.

14. Vos enim imitatores facti estis, fratres, Ecclesiarum Dei, quæ sunt in Judæâ in Christo Jesu : quia

CHAPITRE II.

1. Car vous-mêmes, ô frères, vous n'ignorez pas que notre arrivée vers vous n'a pas été vaine :

2. Mais après avoir beaucoup souffert auparavant, comme vous savez, et avoir été traités avec outrage dans Philippes, nous ne laissâmes pas, en nous confiant en notre Dieu, de vous prêcher hardiment l'Evangile de Dieu parmi beaucoup de combats.

3. Car nous ne vous avons point prêché une doctrine d'erreur ou d'impureté, et nous n'avons point eu dessein de vous tromper.

4. Mais comme Dieu nous a choisis pour nous confier son Evangile, nous parlons ainsi, non pour plaire aux hommes, mais à Dieu, qui voit le fond de nos cœurs.

5. Car nous n'avons usé d'aucune parole de flatterie, comme vous le savez : et notre ministère n'a point servi de prétexte à notre avarice; Dieu en est témoin :

6. Et nous n'avons aussi recherché aucune gloire de la part des hommes, ni de vous, ni d'aucun autre.

7. Nous pouvions, comme apôtres de Jésus-Christ, vous charger de notre subsistance; mais nous nous sommes rendus petits parmi vous, comme une mère qui a soin de nourrir ses enfants.

8. Ainsi, dans l'affection que nous ressentions pour vous, nous aurions souhaité de vous donner, non seulement la connaissance de l'Evangile de Dieu, mais aussi notre propre vie, tant était grand l'amour que nous vous portions.

9. Car vous vous souvenez, ô frères, de la peine et de la fatigue que nous avons souffertes, et comme nous vous avons prêché l'Evangile de Dieu, en travaillant de nos mains jour et nuit, pour n'être à charge à aucun de vous.

10. Vous êtes témoins vous-mêmes, et Dieu l'est aussi, combien la manière dont je me suis conduit envers vous, qui avez embrassé la foi, a été sainte, juste et irréprochable;

11. Car vous savez que j'ai agi envers chacun de vous comme un père envers ses enfants,

12. Vous exhortant, vous consolant, et vous conjurant de vous conduire d'une manière digne de Dieu, qui vous a appelés à son royaume et à sa gloire.

13. C'est pourquoi aussi nous rendons à Dieu de continuelles actions de grâces, de ce qu'ayant entendu la parole de Dieu que nous vous prêchions, vous l'avez reçue, non comme la parole des hommes, mais comme étant, ainsi qu'elle l'est véritablement, la parole de Dieu, qui agit en vous qui êtes fidèles.

14. Car, mes frères, vous êtes devenus les imitateurs des Eglises de Dieu, qui ont embrassé la foi de Jésus-Christ dans la Judée, ayant souffert les mêmes

eadem passi estis et vos à contribulibus vestris, sicut et ipsi à Judæis :

15. Qui et Dominum occiderunt Jesum, et prophetas, et nos persecuti sunt, et Deo non placent, et omnibus hominibus adversantur,

16. Prohibentes nos gentibus loqui ut salvæ fiant, ut impleant peccata sua semper; pervenit enim ira Dei super illos usque in finem.

17. Nos autem, fratres, desolati à vobis ad tempus horæ, aspectu, non corde, abundantiùs festinavimus faciem vestram videre cum multo desiderio;

18. Quoniam voluimus venire ad vos : ego quidem Paulus, et semel, et iterùm, sed impedivit nos Satanas.

19. Quæ est enim nostra spes, aut gaudium, aut corona gloriæ? Nonne vos ante Dominum nostrum Jesum Christum estis in adventu ejus?

20. Vos enim estis gloria nostra et gaudium.

persécutions de la part de vos concitoyens que ces églises ont souffertes de la part des Juifs,

15. Qui ont tué même le Seigneur Jésus, et les prophètes, qui nous ont persécutés, qui ne plaisent point à Dieu, et qui sont ennemis de tous les hommes,

16. Qui nous empêchent d'annoncer aux gentils la parole qui doit les sauver, pour combler ainsi toujours la mesure de leurs péchés. Car la colère de Dieu est tombée sur eux jusqu'à la fin.

17. Aussi, ô frères, ayant été pour un peu de temps séparés de vous, de corps, non de cœur, nous avons désiré avec d'autant plus d'ardeur et d'empressement de vous revoir.

18. C'est pourquoi nous avons voulu aller vous trouver : et moi Paul j'en ai eu le dessein plus d'une fois ; mais Satan nous en a empêchés.

19. Car quelle est notre espérance, notre joie, et la couronne de notre gloire? N'est-ce pas vous qui l'êtes devant Notre-Seigneur Jésus-Christ, au jour de son avénement?

20. Car vous êtes notre gloire et notre joie.

ANALYSIS.

Eodem motivo quo supra, ut eos scilicet consoletur, et ad perseverantiam excitet, suum ad illos accessum enarrat, prædicationisque suæ sinceritatem, zelum, sanctitatem et successum exponit.

1° *Revocat illis in memoriam quomodò, licèt multa jam propter Evangelium passus esset Philippis, liberè tamen ad eos accessit, audacter prædicavit, quamvis magno cum periculo, v.* 1 *et* 2.

2° *Prædicationis suæ materiam et animum exponit. Quoad materiam, sancta fuit et sana, et qualis à Deo tradita, v.* 3, 4. *Quoad animum, purus et divinus fuit : non animo placendi hominibus, sed Deo; non animo suæ cupiditati serviendi, v.* 4, 5, 6. *Imò cùm posset ab eis exigere vitæ necessaria; ne quemquam gravaret, die ac nocte suis laboravit manibus, fuitque inter illos quasi mater nutriens filios suos, vitamque suam pro illis dare semper paratus, v.* 7, 8, 9.

3° *Testes ipsos, quin et Deum ipsum testem, invocat, quàm sanctè, quàm justè, quàm inculpatè vixerit apud eos; affectu paterno unumquemque modò exhortans, modò consolans, modò obtestatus, v.* 10, 11, 12.

4° *Exponit et laudat suam ipsorum in suscipiendo Dei verbo religionem, et in conservando constantiam; ob quas Deo gratias agit, v.* 13, 14. *Obiter Judæorum invidiam damnat, v.* 15, 16.

5° *Suum in Thessalonicenses tenerrimum declarat affectum, eos suam spem, gaudium, coronam vocans et gloriam,* 17, 18, 19, 20.

PARAPHRASIS.

1. Quid opus est ut vobis hic referam quod ubique fama celebrat de nostro ad vos accessu : nam vos ipsi, fratres, scitis quem et qualem fructum habuerit.

2. Nostis quòd licèt Philippis, antequàm ad vos veniremus, multis malis afflicti fuissemus et contumeliis affecti (utpote flagellis cæsi), liberè tamen et intrepidè ausi sumus, Dei gratiâ nixi, vobis ipsius Evangelium prædicare, multo licèt cum periculo, et anxietate magnâ.

3. (Et meritò id ausi sumus in Domino, eo scil. scilicet) quòd prædicatio nostra, nec falsa, nec fallens esset; nec impura docens, nec alicui dolo aut hypocrisi conjuncta.

4. Sed sicut nobis à Deo probatis Evangelium commissum est, sic illud sincerè prædicamus (nihil adulterantes), quippe qui hominibus placere non quærimus, sed Deo corda nostra inspicienti et scrutanti.

5. Vos ipsi scitis quod placentia et adulatoria verba nunquàm sectati fuerimus (sed utilia), Deus ipse scit quòd non prædicavimus animo pecuniæ cupido (seu ut captaremus occasionem nos avarè ditandi),

6. Nec animo humanæ gloriæ cupido, illam nec à vobis, nec ab aliis quæsivimus unquàm.

7. (Tantùm abest ut Evangelium crexerimus in titulos avaritiæ et superbiæ;) quin imò, cùm possemus, ut apostoli Christi, vobis oneri esse (alimenta, et vitæ necessaria exigentes), facti sumus inter vos parvuli (nec potestatem, nec auctoritatem allegantes), quasi nutrix mater proles suas blandè fovens ac nutriens.

8. Ad eum modum nos amantissimè erga vos affecti (sicut nutrix erga filios suos), cupiebamus ex animo non tantùm Christi Evangelium vobis tradere, sed et vitam quoque nostram vobis impendere (non propter nostrum aliquod lucrum,) sed quia charissimi nobis estis.

9. (Ita vos diléximus) ut ne quemquam vestrûm gravaremus, nocte et die laboraverimus, prædicantes vobis Evangelium Dei; vos ipsi scitis, et memores estis, quoties præ labore fatigati, lassatique fuerimus.

10. Vos ipsos testes appello, imò et Deum ipsum testem adjuro, scilicet quam sanctè, et justè, et irreprehensibiliter vobiscum, qui credidistis, conversati fuerimus.

11. Nostis quoque quemadmodùm unumquemque vestrûm (proinde ac pater filios suos)

12. Precibus exhortati fuerimus (ad fidei constan-

tiam), consolati sumus mœstos (ob persecutiones), denique obtestati sumus ut vitam duceretis Deo dignam, qui vos, operâ nostrâ, vocavit in suum regnum suamque gloriam, id est, ad Ecclesiam.

13. Ideò et nos assiduè Deo gratias agimus quòd cùm per nostram prædicationem audiretis verbum Dei, seu doctrinam evangelicam, suscepistis illam, non ut doctrinam hominum, seu ab hominibus inventam, sed, ut est reverà, verbum Dei, seu doctrina à Deo revelata; (quod ex ipsis effectibus demonstratur) cùm potenter operetur in vobis credentibus.

14. Vos enim imitatores facti estis Ecclesiarum christianarum quæ sunt in Judæâ; eadem quippe passi estis à concivibus vestris quæ Judæi christiani à suis contribulibus. (Incarcerati fuistis, rapinam bonorum vestrorum tolerâstis.)

15. Qui Judæi Dominum Jesum occiderunt, et suos proprios prophetas; qui et nos apostolos persequuntur; qui Deo displicent et sunt exosi; qui omnium hominum saluti adversantur,

16. Dùm prohibent nos gentibus verbum salutis loqui, ut ei credentes salvæ fiant; hoc restabat, ut peccatorum suorum implerent mensuram; pervenit enim in illos ira Dei usque in finem permansura.

17. Nos autem, fratres, vobis (velut charissimis filiis) orbati, licèt ad breve tempus, et aspectu duntaxat, non affectu, vehementissimè tamen studuimus, et operam dedimus quàm citò videre vos.

18. Propterea, hoc desiderio pressi, voluimus venire ad vos, et ego nominatim Paulus, semel et iterùm, sed obstitit Satanas.

19 (Necmirum, si id ardentissimè desideravimus:) quæ est enim nostra spes, aut gaudium, aut gloriosum decus et ornamentum? Nonne vos, coram Domino nostro Jesu Christo, cùm ad judicium redierit? supplet estis spes nostra, gaudium et corona. Ita sanè, vos estis gloria nostra et gaudium nostrum.

COMMENTARIA.

Vers. 1. — Nam ipsi scitis, fratres... Ultimis primi capitis versibus breviter dixit quòd ubique fama celebret suum ad Thessalonicenses introitum et sinceram Thessalonicensium conversionem ad Deum vivum: hic autem, ut eos saletur et ad perseverandum excitet, paulò fusiùs enarrat ipse hunc suum ad eos accessum. Non opus est ut de eo vobis loquar, *vos enim ipsi*, *fratres*, illius testes oculati fuistis; *scitis*, experientiâ, quia non fuit inanis, id est, inefficax, sine fructu. Modesta expressio significans: Scitis quantum et qualem fructum habuerit. Non fuit vacuus, sed plenus, ait D. Thomas.

Vers. 2. — Sed ante passi.... Primò tangit breviter, et in memoriam revocat, mala et prœbra quæ Philippis, antequàm Thessalonicam veniret, passus erat. Vide Act. apostolorum cap. 16. Nôstis quòd, antequàm ad vos accederemus, Philippis publicè fueramus virgis cæsi, incarcerati, pluribus malis impetiti. At non cessimus ignominiâ simul et plagis affecti; imò nobis inde fiducia, unde contumelia; inde nobis crevit animus, unde aliis vultus erubescit. Licèt ergo propter Evangelium impetiti, virgis publicè cæsi; liberè tamen et audacter idem Evangelium vobis ausi sumus prædicare, etiam cum magno labore et periculo, quia multi nobis obsistebant.

In multa sollicitudine. Græc., *in multo agone*, seu certamine.

Observationes dogmaticæ et morales.

Nota hic veri et fidelis prædicatoris signum; si in pressurâ propter Evangelium positus, verbum Dei prædicare non timet, si in Deo fidens, passione gaudens, fiduciam prædicandi non amittit, hujus prædicatoris sermo non erit vacuus, sed fructuum plenus. Nota et mirare simul Dei omnipotentis erga servos suos voluntatem. Paulus, divino monitu et jussu, in Macedoniam vadit Evangelium prædicaturus; Deo tamen sic volente, Paulus Dei servus, Deo obediens, ibi virgis cæditur, incarceratur, multis malis et probris impetitur. Vide Act. 16, v. 9. Adeò verum est quòd Deus electos suos velit ad exemplum Christi Filii sui pati. Adeò verum est quòd religio christiana, in cruce fundata, cruce sit multiplicanda. Adeò verum est quòd salutis nostræ et alienæ gratia sit in humilitate et patientiâ fundata. Fides sicut granum frumenti non multiplicatur, nisi mortificetur; quò duriùs tractatur, eò uberiùs crescit et dilatatur. Hinc Augustinus, serm. 9 de Divers., c. 4: Quasi semine sanguinis impleta est martyribus terra, et de illo semine seges surrexit Ecclesiæ. Labor ergo et humiliatio in animarum ministerio quærenda sunt. *Benè patientes erunt ut annuntient*, psalm. 61. Cor suum scrutetur hic animarum minister.

Vers. 3. — Exhortatio enim nostra... Secundò, explicat qualis fuerit prædicationis suæ animus et materia. Græc.: *Nam exhortatio nostra non ex imposturâ*, neque *ex* immunditia. Istud *ex* prædicantis animum indicat. Quasi diceret: Prædicatio nostra non fuit animo mentes vestras errore decipiendi, aut corda vestra impuris sermonibus corrumpendi, aut vos dolo aut fraude aliquâ circumveniendi. Vulgata nostra per particulam de materiam potiùs concionis significi-

Vers. 1. — *Nam ipsi scitis*, etc. Id est, fructu vacuus, sed valdè fructuosus.

Vers. 2. — *Sed ante passi*, id est, malis afflicti, *et contumeliis affecti (sicut scitis), in Philippis*. Hæc Paulus de se et Silâ commemorat, qui gravem persecutionis impetum passi sunt, et publicè virgis cæsi (id enim est quod dicit *contumeliis affecti*), ac postea in carcerem conjecti, Act. 16.

Fiduciam tamen *habuimus in Deo nostro*; id est, libertate, audaciâ usi sumus, *loqui ad vos*, ad loquendum et prædicandum vobis *Evangelium Dei*, *in multâ sollicitudine*, id est, in multo agone, luctâ, certamine.

Vers. 3. — *Exhortatio enim nostra non de errore* fuit; q. d.: Non prædicavi falsa dogmata, uti faciunt philosophi et gentium doctores et sacerdotes. *Neque de immunditiâ*; q. d.: Non docui immunda, sive carnis magica, ut magistri vestri, inquit Theophyl.

eat, NON *fuit* DE ERRORE, seu imposturâ; falsa dogmata non docui, sicut philosophi; non impura, sicut Simoniani; non dolosa, utilitati nostræ subdolè venantes, ut pseudo-apostoli. Non fui impostor, non obcœna docui, non utilitatem meam in Evangelii prædicatione subdolè quæsivi. Argumentum veræ religionis est sanctitas doctrinæ, et puritas vitæ. Pura autem fuit et divina doctrina nostra, purus et divinus fuit noster prædicandi animus.

VERS. 4. — SED SICUT PROBATI... Quippe prædicavimus, ut decet præcones à Deo probatos, et ad id munus electos et missos. Prædicavimus, inquam, non ut humanæ serviamus cupiditati; sed ut divinæ placeamus Majestati, cordium nostrorum inspectrici.

VERS. 5, 6. — NEQUE ENIM ALIQUANDO... Probat quòd Evangelium sincerè et coram Deo prædicaverit, non animo hominibus placendi aut suæ cupiditati serviendi. Si hominibus placere studuissem, adulatoriis sermonibus usus fuissem : vos autem ipsi testes estis quòd assentatoriis verbis nunquàm usus fuerim. Si in Evangelii prædicatione cupiditati servire voluissem, maximè vel divitiarum, vel gloriæ cupiditati. Deum autem testem appello quòd nec avaritiæ studui, nec gloriæ; quam nec à vobis, nec ab aliis quæsivi. Thessalonicenses testes appellat quòd non fuerit adulatus, quia res externa, de quâ homines testificari possunt : SICUT SCITIS. Quòd verò avaritiæ aut superbiæ animo non prædicaverit, Deum ipsum testem advocat, quia intentio soli Deo nota : DEUS TESTIS EST. Tria hìc notat vitia pseudo-apostolorum, scilicet hominibus adulari, quæstum ex Evangelio venari, gloriam suam quærere.

VERS. 7. — CUM POSSEMUS VOBIS ONERI ESSE... Pergit probare quòd nec ob avaritiam, nec ob gloriam prædicaverit. *Cùm possemus vobis oneri esse*, id est, alimenta, et alia vitæ necessaria, à vobis exigere : æquum enim est ut qui Evangelio servit, de Evangelio vivat. Hoc Christus ordinavit 1 Cor. 9, v. 14.

SED FACTI SUMUS PARVULI IN MEDIO VESTRUM, id est, nostro juri et auctoritati cedentes, nec potestatem ullam, nec auctoritatem allegantes, *facti sumus parvuli*, humiles et demissi inter vos. Ecce humilitas superbiæ opposita.

Neque in dolo, quasi in tradendo Evangelio non Christi gloriam, neque salutem vestram, sed lucrum et gloriam nostram spectaremus.

VERS. 4. — *Sed sicut probati sumus à Deo ;* id est, electi : Deus enim Paulum probavit, id est, elegit, et eligendo dignum et probatum fecit apostolum et Evangelii præconem; Act. 9.

Ut crederetur nobis Evangelium : ita loquimur. Ita cum omni fide, sinceritate et integritate illud prædicamus.

Non quasi hominibus placentes, hoc est, placere cupientes et satagentes ; sed Deo cupientes placere, cujus in Evangelio prædicando ministri sumus. *Qui probat corda nostra*, id est, expendit et explorat intentionem, desideria et fundum cordis nostri.

VERS. 5. — *Neque enim aliquando fuimus in sermone adulationis, sicut scitis.* Id est, nunquàm studium nobis fuit vobis assentiri ; non fuimus vobis loculi placentia, sed utilia ; quemadmodùm ipsi nôstis ac testari potestis.

TANQUAM SI NUTRIX FOVEAT FILIOS SUOS, id est, facti sumus inter vos quasi mater nutrix suos proprios filios blandè fovens et nutriens. Ecce beneficentia et liberalitas avaritiæ opposita.

Notæ litterales.

Nota primò quòd duplex possit esse sensus hujus nominis *oneri ἐν βάρει*. Primus : *Oneri vobis esse*, alimenta exigentes à vobis. Se nudus, quem sequuntur multi Græci : In pondere et auctoritate apud vos esse ; seu cùm possemus apud vos auctoritatem nobis vindicare, UT APOSTOLI CHRISTI. Sed priorem puto naturaliorem, quia vox Græca, ἐν βάρει, onus, onerare, gravare, apud Apostolum gravamen sustentationis frequenter et multis in locis significat ; nullibi auctoritatem, seu gravitatem auctoritatis, ut benè notat Estius.

Nota secundò quòd ubi nostra Vulgata habet : *Facti sumus parvuli*, Græca habent : Facti sumus lenes, blandi ac benevoli. Quoad sensum, parùm refert, cùm parvuli in Evangelio nobis à Christo dentur in exemplum humilitatis et lenitatis. Quoad litteram, affinitas vocum hanc fecit differentiam lectionis. Noster interpres in suis manuscriptis habuit νήπιοι, *parvuli*. Græca nunc habent ἤπιοι, *lenes*.

Nota tertiò ex Græco patere quòd nutrix sit suorum filiorum nutrix ; habent enim : *Tanquàm si nutrix foveat suos ipsius filios ;* est ergo mater nutrix filiorum suorum.

VERS. 8. — ITA DESIDERANTES VOS... Græc., ἱμειρόμενοι, ita cupidi vestri avebamus, etc., id est, ad eum modum, seu ut nutrix erga filios suos, erga vos amantissimè affecti. Vel vos amantes, sicut nutrix filios suos, avebamus, cupiebamus ex animo impertiri vobis NON SOLUM EVANGELIUM DEI, SED ET ANIMAS NOSTRAS ; quippe qui nobis estis CHARISSIMI, quasi diceret : Non spe lucri ullius, sed quia vos ex charitate diligimus. Theophylactus rejicit ἱμειρόμενοι, *desiderantes ;* vult ergo legi, ὀμειρόμενοι, *obligati*, adhærentes, conjuncti vobis ; sed quid sit de hâc voce, ecce rursùs charitatem cupiditati oppositam. Et ecce qualis debet esse pastoris, omnisque animarum ministri, charitas. Induat modò infantium simplicitatem, humilitatem, lenitatem ; fiat sicut parvulus, nullam sibi vendicans

Neque in occasione avaritiæ, congregandi opes, et ditandi me : *Deus testis est.*

VERS. 6.—*Nec quærentes ab hominibus gloriam*, etc., quibuscumque.

VERS. 7. — *Cùm possemus vobis oneri esse ut Christi apostoli.* Id est, potestatem et jus haberemus onerandi vos sumptu sustentationis nostræ, sicut habent apostoli Christi.

Sed facti sumus parvuli in medio vestrùm. Id est, humiliter ac submissè nos gerentes, itemque lenes ac placidi, nec auctoritatem præferentes, nec allegantes potestatem.

Tanquàm si nutrix foveat filios suos. Id est, more matris prolem nutrientis, blandiens, non imperans, etc.

VERS. 8. — *Ita desiderantes vos*, id est, cum affectu desiderantes, *cupidi volebamus tradere vobis non solum Evangelium Dei, sed etiam animas nostras ;* non solùm impertire doctrinam evangelicam, verùm etiam vitam nostram impendere.

Quoniam charissimi nobis facti estis, quia vos ex animo diligebamus.

auctoritatem, sit verè minister. Modò induat nutricis affectuosam teneritudinem, lac doctrinæ sic effundat ut et sanguinem paratus sit effundere, non spe lucri, non spe humanæ gloriæ, sed ex charitate, ut illarum animarum saluti cooperetur pro quibus Christus suum effudit sanguinem pretiosum : Christi vices gerit, Christi animum induat.

VERS. 9. — MEMORES ENIM, FRATRES, ESTIS.... Ut hunc suum probet affectum, hìc illorum memoriam pulsat, conscientiam verò in versu sequente. *Memores enim estis* LABORIS..., id est, quoties ad defatigationem usque laboraverim. Vide paraphrasim.

NE QUEMQUAM VESTRUM GRAVAREMUS. Innuit Thessalonicenses fuisse pauperes, ait Theophylactus.

VERS. 10. — VOS TESTES ESTIS ET DEUS ; quasi diceret : Vestram ipsorum conscientiam appello testem ; quin et Deum ipsum testem invoco.

QUAM SANCTÈ, quoad Deum : QUAM JUSTÈ, quoad proximum, ET SINE QUERELA : seu quàm irreprehensibiliter erga vos omnes sim conversatus. *Vel sanctè*, in doctrinâ et vitâ ; *justè*, sine ullâ injuriâ, exactione, importunitate ; *inculpatè*, sine ullo infirmorum offendiculo.

VERS. 11.—SICUT SCITIS QUALITER UNUMQUEMQUE VESTRUM (amplexi fuerimus), SICUT PATER FILIOS : ita supplendum putat Erasmus, qui addit : Hæc est balbuties apostolicæ charitatis, quæ se verbis humanis, ceu temulenta, non explicat. Estius supplendum putat eo quo dixi modo in paraphrasi, quam vide.

VERS. 12. — DEPRECANTES VOS. Græc. : *Hortantes vos et consolantes et obtestati ad ambulare*, etc. Vide paraphrasim. Hinc discat omnis animarum pastor ac minister, velut pater, affectu paterno deprecari, consolari, obtestari. Precibus exhortari desides, ne torpescant, sed in incœptam salutis viam assiduè progrediantur ; consolari mœstos, ne deficiant animo, sed in Domino sperantes, anchoram salutis firmiter teneant, fortiter patiantur ; obtestari omnes ut unusquisque in suo statu dignè Deo ambulet, QUI VOCAVIT NOS IN REGNUM SUUM ET GLORIAM.

Observatio moralis.

Duo his in verbis ultimis nota, quæ omnis Christianus continuè versare debet animo. Primum, Deus vocavit me ad regnum suum et ad gloriam suam. Per fidem et baptismum vocavit me ad regnum dilectissimi Filii sui, ad Ecclesiam : vocando me ad hoc regnum, vocavit et ad æternum gloriæ suæ regnum, cujus pignus Spiritum sanctum accepi. Secundum, et quod inde sequitur : Ergo dignè Deo debeo vivere ; dignè Deo tam bono, qui vocavit me ; dignè regno, ad quod vocavit me ; dignè gloriâ, cujus pignus habeo Spiritum sanctum. Cogita regnum, cogita gloriam, cogita Deum vocantem ad regnum et gloriam. Spe regni et gloriæ, adversa sustine, prospera despice. Intuitu Dei ad regnum misericorditer vocantis, vive dignè Deo, sanctè, justè, inculpatè et irreprehensibiliter.

VERS. 13. — IDEÒ ET NOS GRATIAS AGIMUS DEO..... Suppositis quæ hucusque de suo adventu et de suæ prædicationis animo, materiâ et modo, dixit, nunc gratias agit Deo, de bono suæ prædicationis successu, probatque quod initio capitis dixit, introitum suum ad eos inanem non fuisse. *Ideò et nos* assiduè *Deo gratias agimus*, QUONIAM CUM A NOBIS prædicantibus audiretis Evangelii doctrinam, illam suscepistis, non ut inventum hominum, sed, ut est reverà, doctrina Dei, et à Deo revelata, VERÈ VERBUM DEI.

VERBUM AUDITUS DEI, est verbum prædicationis de Deo, seu prædicatio de Deo, quæ, quia per auditum creditur, *fides ex auditu*, dicitur *verbum auditûs Dei*. Quòd verò reverà sit *Verbum Dei*, patet ex ipsis effectibus : nimirùm ex vestrâ constantiâ et cæteris vestris virtutibus, quas *Verbum Dei*, ut semen quoddam cœleste ac fructiferum, producit in vobis credentibus.

QUI OPERATUR ; *qui* in Vulgatâ ad Deum refertur ; in Græco tam ad λόγον quàm ad *Deum* referri potest. Sed parùm refert, cùm Deus operetur per Verbum.

Observatio moralis.

Ergo semen est Verbum Dei, semen cœleste, divinum, fecundum, charitatis productivum, ex naturâ suâ, sicut in sinu Dei, Verbum producit amorem, Spiritum sanctum ; cum hoc tamen discrimine maximo, quòd in Deo Verbum agit necessariò, hinc semper amorem producit. In nobis autem Verbum Dei agit liberè, cum quâdam à nostrâ voluntate dependentiâ ; hinc sæpè ex malitiâ nostrâ, inefficax est, sine fructu ;

VERS. 9.— *Memores enim estis, fratres, laboris nostri et fatigationis*, etc. Intelligit opus manuum, quod cum labore et fatigatione exercebat, victûs quærendi causâ, ne Thessalonicenses sumptu gravaret : quod sanè maximi erga eos amoris indicium erat.

VERS. 10.— *Vos testes estis, et Deus.* Id est, vos ipsos hujus rei quam dicturus sum, testes appello ; imò et Deum advoco testem.

Quàm sanctè et justè, et sine querelâ, vobis, qui credidistis, fuimus ; id est, vobiscum versati sumus, vobiscum nos gessimus.

VERS. 11. — *Sicut scitis*, etc. Se comparat patri filios suos instituenti.

VERS. 12. — *Deprecantes vos et consolantes, testificati sumus, ut ambularetis dignè Deo.* Id est, ut conversaremini sicut decet cultores ac servos Dei.

Qui vocavit vos in suum regnum et gloriam. Gloriæ mentionem adjungit, ut eos inter afflictiones animet, et spe præmii corroboret ad perseverantiam conversationis Deo dignæ.

VERS. 13. — *Ideò et nos gratias agimus Deo sine intermissione*, indesinenter, assiduè. Post multa de suo erga eos officio interposita, declarat, gratias agens Deo pro beneficio tam boni successûs,

Quoniam cùm accepissetis à nobis verbum auditûs Dei, verbum auditum à Deo, seu quod ego et apostoli à Deo audivimus et accepimus. *Verbum Dei* vocat Evangelii doctrinam ab ipso Deo traditam, sive ea scripto mandata sit, sive non. Sic Isaias, cap. 53, ait : *Domine, quis credidit auditui nostro ?* Hoc est, sermoni nostro, quem à te, Domine, audivimus.

Accepistis illud, non ut verbum hominum, sed (sicut est verè) verbum Dei ; id est, ut verbum quod Deus ipse locutus est : qui cùm sit prima veritas nec falli potest, nec fallere.

Qui (Deus) *operatur in vobis qui credidistis.* Quod verbum agitur, exercetur, incitatur (nimirum agente Deo) in vobis qui credidistis, id est, qui illud velut semen quoddam fructiferum fide suscepistis ; agitur [illegible] per piarum actionum.

quod Christus in feminis parabolâ divinè nobis expressit. Obstacula itaque, quantùm est ex parte nostrâ, tollamus : scilicet distractionem mentis, sollicitudines, duritiem cordis. Verbum Dei suscipiamus sicut est verè Verbum Dei, in corde bono, benevolo ; ut suum producat fructum, charitatem, patientiam, omne bonum opus, imitationem Christi.

Vers. 14. — Vos enim imitatores facti. .. Probat operationem Verbi Dei, seu Dei per Verbum suum in illis. *Vos enim imitatores.....*; ut in paraphrasi. Nisi autem Verbum Dei, ut Verbum Dei suscepissetis, et nisi operaretur in vobis, tot et tantas tentationes nunquàm superasseti.

Eadem enim passi estis.... Indicat in quo facti sint imitatores, etc.

Contribulibus, id est, concivibus; non significat hic ex eâdem tribu, seu familiâ, sed ex eâdem civitate et gente.

Vers. 15. — Qui et Dominum occiderunt... Ex occasione patientiæ Thessalonicensium, damnat obiter Judæorum invidiam, simul et Thessalonicenses solatur, ex eo quòd participes facti sint passionum Christi Domini, prophetarum, et apostolorum. Græc., *proprios prophetas*, etc. Non debet discipulorum conditio melior esse quàm magistri conditio : *Si me* persecuti sunt, etc. Hinc D. Paulus in omnibus tentationibus nostris, Domini passionum nobis memoriam refricat.

Omnibus hominibus adversantur, quia omnium hominum saluti sese obstinatè opponunt, dùm verbum salutis prædicari prohibent. Nec credunt, nec alios credere volunt. Sunt verè canes in præsepi vel in horto, qui paleas, vel legumina, nec comedunt, nec comedi sinunt. Invidiâ quasi hæresiâ orbis terrarum salutem impediunt.

Vers. 16. — Ut impleant peccata sua... *Ut*, particula hic consecutiva, non causalis ; quasi diceret : Sic peccatorum suorum mensuram implent. Hoc restabat, ut peccatorum suorum implerent mensuram, et ad summam pervenirent malitiam. Ergo quædam est peccatorum mensura, à Deo statuta, regnis, urbibus, peccatoribus ; quà impletà, omnia simul et perfectè peccata castigat Deus. Vide alia loca Scripturæ apud Cornelium à Lapide.

Pervenit enim ira Dei... Jamjam imminet ipsis implacabilis ira Dei ; gentis ipsorum excidium per Vespasianum et Titum vigesimo post hanc Epistolam anno futurum. Græc., *prævenit*, inopinatos, et nihil tale cogitantes, sed ad Pascha celebrandum Jerosolymam convenientes ; prævenit, præoccupavit eos ira Dei implacabilis ; præteritum pro futuro. Hoc excidium, judicii ultimi imago. Hæc præventio, plerorumque hominum per mortem præoccupationis significatio. Ne, sicut tot alii, præoccupemur, vigilemus, oremus, pœnitentiam nunc agamus.

Vers. 17. — Nos autem, fratres, desolati a vobis... Redit ad Thessalonicenses, suumque erga eos paternum et maternum declarat affectum. Nos orbati vobis, charissimis filiis nostris. Pergit in metaphorâ patris et matris, ad quos pertinet orbitas filiorum. Ad tempus horæ, id est, brevissimum tempus.

Aspectu, non corde, in quo vos gerimus semper.

Abundantius festinavimus, sedulam operam navavimus, ut quamprimùm vos videremus.

Vers. 18. — Ego quidem Paulus, speciatim ego Paulus ; sed impedivit Satanas, scilicet per inexspectatas et vehementes quasdam tentationes, ait D. Chrysostomus ; nam cùm ei fuissent structæ à Judæis insidiæ, retentus est in Heliade tres menses, idem D. Chrysostomus.

Vers. 19 et 20. — Quæ est enim nostra spes... Rationem reddit sui vehementissimi desiderii, scilicet quòd in illorum fidei firmitate fundata sit spei, gaudii, et gloriæ suæ, materia. Agnoscite verba matrum charitatis et misericordiæ visceribus valdè inflammatarum, parvulos suos alloquentium, ait D. Chrysostomus et post illum Theophylactus. Patris et matris amor in unum commixtus amorem Pauli non æquiparabit, ex eodem Chrysostomo. Si hæc Paulus dixit hominibus adhuc mortalibus, quidni beatæ Mariæ Virgini Deiparæ in cœlis regnanti dicere poterimus ?

Vers. 14. — *Vos enim imitatores facti estis, fratres*, etc. ; id est, quæ in fide et religione Christi Jesu sunt perseverantes.

Vers. 15. — *Qui* (scilicet Judæi) *et Dominum occiderunt Jesum, et prophetas, et nos persecuti sunt, et Deo non placent;* imò magnoperè displicent atque exosi sunt, gravissimè ab eo puniendi.

Et omnibus hominibus, id est, omnium hominum saluti, *adversantur*.

Vers. 16. — *Prohibentes nos gentibus loqui ut salvæ fiant*. Id est, impedientes nos quantùm in ipsis est ne gentibus annuntiemus Evangelium salutis.

Ut impleant peccata sua semper. Dùm peccare non desinunt, semper peccata peccatis accumulant, donec tandem impleant eorum mensuram usque ad summum ; quando jam non aliud eis restabit quàm terribile judicium Dei.

Pervenit enim ira Dei super illos usque in finem, id est, ad extremum usque. Exponimus de permanentia iræ divinæ usque in æternum, super multitudine eorum qui ex illo populo sunt à Deo reprobati.

Vers. 17. — *Nos autem, fratres, desolati à vobis ad tempus horæ, aspectu, non corde*. Ostendit se invitum urgente persecutione ab eis discessisse, Act. 17. *Desolati*, vel orbati, quomodò filius patre, aut pater filiis orbatur.

Abundantius festinavimus faciem vestram videre cum multo desiderio, id est, ut vobis, etiam corpore, præsentes essemus.

Vers. 18. — *Quoniam voluimus venire ad vos*, etc. Id est, adversarius, nimirùm diabolus. Quia mali homines instigante Satanâ progressum Evangelii impediebant ; vel insidias Apostolo struentes in viâ, etc.

Vers. 19. — *Quæ est enim nostra spes*, etc. Id est, nonne vos estis spes nostra, et gaudium nostrum, et corona gloriæ coram Domino nostro Jesu Christo, cùm advenerit redditurus unicuique secundùm opera sua ? *Corona gloriæ*, id est, decus, ornatus, splendor, gloria, magnificentia.

Vers. 20. — *Vos enim estis gloria nostra et gaudium*, per vos ero gloriosus et illustris in regno Christi, ut meritò de vobis gloriari possit.

Corollarium pietatis, seu in hoc capite ad pietatem maximè notanda, et ad praxim redigenda.

1° Ab exemplo D. Pauli discat omnis bonus pastor, apostolicus concionator, universas officii sui partes. Qualis esse debeat, quàm in Deum fidens, quàm fortis in passionibus, quàm liber et audax in prædicando Dei verbo; v. 2. Qualis esse debeat illius doctrina; quàm vera, pura, divina; v. 3 et 4. Quo animo prædicare debeat; non ut placeat hominibus, non ut suæ cupiditati serviat, sed ut Deo, cordium inspectori, placeat; v. 4, 5, 6. Quo affectu se gerere erga subditos, sicut mater nutriens filios suos; paratus non lac doctrinæ tantùm dare, sed et vitam; v. 7. Quomodò cum illis conversari; piè, justè, inculpatè; v. 10. Quantâ sollicitudine modò exhortari, modò consolari, modò obtestari, v. 12; sicut pater filios suos, v. 11, ab illis corde nunquàm abesse, quia ab eorum salute pendet et sua; v. 17, 19.

2° Ab exemplo Thessalonicensium discat omnis verè Christianus qualiter erga suos pastores et doctores gerere debeat. Illos tanquàm Christum et Deum ipsum audire ad regnum et gloriam suam vocantem; v. 12. Illorum conciones tanquàm Dei verbum audire, credere, exsequi; v. 13. Vitam Christo Deoque dignam ducere, v. 12; Christum imitari, pro illo libenter pati, v. 14. Tales Christiani erunt pastorum spes, gaudium et corona; v. 19 et 20.

CAPUT III.

1. Propter quod non sustinentes ampliùs, placuit nobis remanere Athenis, solis:

2. Et misimus Timotheum, fratrem nostrum, et ministrum Dei in Evangelio Christi, ad confirmandos vos, et exhortandos pro fide vestrâ,

3. Ut nemo moveatur in tribulationibus istis: ipsi enim scitis quòd in hoc positi sumus.

4. Nam et cùm apud vos essemus, prædicebamus vobis passuros nos tribulationes, sicut et factum est, et scitis.

5. Propterea et ego ampliùs non sustinens, misi ad cognoscendam fidem vestram: ne fortè tentaverit vos is qui tentat, et inanis fiat labor noster.

6. Nunc autem veniente Timotheo ad nos à vobis, et annuntiante nobis fidem et charitatem vestram, et quia memoriam nostrî habetis bonam semper, desiderantes nos videre, sicut et nos quoque vos:

7. Ideò consolati sumus, fratres, in vobis, in omni necessitate et tribulatione nostrâ, per fidem vestram.

8. Quoniam nunc vivimus, si vos statis in Domino.

9. Quam enim gratiarum actionem possumus Deo retribuere pro vobis, in omni gaudio, quo gaudemus propter vos ante Deum nostrum,

10. Nocte ac die abundantiùs orantes, ut videamus faciem vestram, et compleamus ea quæ desunt fidei vestræ?

11. Ipse autem Deus et Pater noster, et Dominus noster Jesus Christus, dirigat viam nostram ad vos.

12. Vos autem Dominus multiplicet, et abundare faciat charitatem vestram in invicem, et in omnes, quemadmodùm et nos in vobis:

13. Ad confirmanda corda vestra sine querelâ in sanctitate, ante Deum et Patrem nostrum, in adventu Domini nostri Jesu Christi cum omnibus sanctis ejus. Amen.

CHAPITRE III.

1. Ainsi, n'y tenant pas plus longtemps, nous préférâmes demeurer seuls à Athènes,

2. Et nous avons envoyé Timothée notre frère, et ministre de Dieu dans l'Évangile de Jésus-Christ, afin qu'il vous fortifiât, et qu'il vous exhortât à demeurer fermes dans votre foi,

3. Et que personne ne fût ébranlé pour les persécutions qui nous arrivent; car vous savez que c'est à quoi nous sommes destinés.

4. Et dès lors même que nous étions parmi vous, nous vous prédisions que nous aurions des afflitions à souffrir, comme nous en avons eu en effet, ainsi que vous le savez.

5. Ne pouvant donc attendre plus longtemps moi-même, je vous l'ai envoyé, pour reconnaître l'état de votre foi, ayant appréhendé que le tentateur ne vous eût tentés, et que notre travail ne devînt inutile.

6. Mais Timothée étant revenu vers nous après vous avoir vus, et nous ayant rendu un si bon témoignage de votre foi et de votre charité, et du souvenir plein d'affection que vous avez sans cesse de nous, qui vous porte à désirer de nous voir, comme nous avons aussi le même désir pour vous;

7. C'est ce qui fait, ô frères, que, dans toutes les afflictions et dans tous les maux qui nous arrivent, votre foi nous a fait trouver notre consolation en vous.

8. Car nous vivons maintenant, si vous demeurez fermes dans le Seigneur.

9. Et certes quelles assez dignes actions de grâces pouvons-nous rendre à Dieu, pour la joie dont nous nous sentons comblés devant lui à cause de vous?

10. Ce qui nous porte à le conjurer jour et nuit, avec une ardeur extrême, de nous permettre d'aller vous voir, afin d'ajouter ce qui peut manquer encore à votre foi.

11. Je prie donc Dieu notre Père, et Jésus-Christ notre Seigneur, qu'il lui plaise de nous conduire vers vous.

12. Que le Seigneur vous fasse croître de plus en plus dans la charité que vous avez les uns envers les autres, et envers tous, et qu'il la rende telle que la nôtre l'est envers vous;

13. Qu'il affermisse vos cœurs, en vous rendant irréprochables par la sainteté devant Dieu notre Père, au jour où Jésus-Christ notre Seigneur paraîtra avec tous ses saints. Amen.

ANALYSIS.

1° *Paternam indicat suam in Thessalonicenses sollicitudinem, quâ pressus elegit solus Athenis relinqui, et Timotheum, licèt sibi necessarium, ad eos mittere*, v. 1, 2, 3, 4, 5.

2° *Ex Timotheo ad se reverso cognitâ eorum in fide constantiâ, mirè gavisum se affirmat*, v. 6, 7, 8.

3° *Ob id Deo gratias agit, ipsumque orat ut eos revisere et in fide perficere sibi concedat*, v. 9, 10, etc.

PARAPHRASIS.

1. Ideò vestri desiderium diutiùs ferre non valentes, decrevimus (licèt hoc triste) Athenis soli relinqui.

2. Et Timotheum, fratrem nostrum, licèt mihi necessarium, utpote Dei ministrum, et in Evangelio Christi prædicando meum coadjutorem, misimus ad vos, ut in fide roboraret, et ad perseverantiam hortando et consolando vos animaret.

3. Ne quis vestrûm turbaretur in afflictionibus istis; ipsi enim scitis quòd ad passiones sustinendas destinati sumus.

4. Etenim cùm apud vos essemus, prædicebamus vobis nos afflictum iri, quemadmodùm et factum esse nôstis.

5. Cùm ergo diutiùs rerum vestrarum ignarus esse non ferrem, propterea Timotheum ad vos misi, ut per eum scirem quomodò se vestra fides haberet: metuebam enim ne fortè vos tentàsset Satanas, inanisque et infructuosus fieret labor quem in vobis instituendis impendi.

6. Nunc autem cùm à vobis ad nos redierit Timotheus, et faustum nobis nuntium retulerit de fide et charitate vestrâ, de honorificâ quam habetis de nobis memoriâ, de ardenti desiderio quo nos videre tenemini, sicut et nos desideramus vos conspicere,

7. Propter hæc nobis à Timotheo nuntiata, et præsertim propter constantem fidem vestram, fratres, tantam in omni pressurâ et angustiâ nostrâ consolationem accepi, ut præ lætitiâ omnium mearum afflictionum penè oblitus fuerim.

8. Ita sanè vitam nunc lætam duco, quia statis in Domino; vestra quippe in fide confirmatio vita mea est.

9. Sed quas gratiarum actiones pro vestrâ constantiâ Deo reddere possum, et pro ingenti lætitiâ quam propter vos coram Deo percepi?

10. Assiduè et vehementissimè precor Deum ut vos revisere nobis concedat et verbis perficere possimus, si quæ desunt fidei vestræ (seu verbis fidem vestram perficere, perfectiùs et clariùs vos instruendo, v. g., de resurrectione mortuorum).

11. Deus, qui et Pater noster est, et Dominus noster Jesus Christus (desiderium meum impleat, et) prosperum nobis iter ad vos concedat.

12. Precor et Dominum ut vos multiplicet (seu numero crescatis), et charitatem vestram abundare faciat in invicem, imò et in omnes, quemadmodùm et ego vos amore complector.

13. Et hoc oro, ut hâc virtute corda vestra magis ac magis stabiliantur in sanctitate, sintque irreprehensibilia ante Deum et Patrem nostrum in die quo Dominus noster Jesus Christus cum omnibus sanctis suis adveniet. Amen.

COMMENTARIA.

Vers. 1. — In præcedenti capite, patri et matri semetipsum comparavit Apostolus. In ultimis versibus pergens in eàdem similitudine, dixit se suo è Thessalonicâ exitu præpropero charissimis suis filiis orbatum fuisse. Addidit denique quòd præ amore simul et mœrore ardentissimè desideraverit eos revisere, idque sæpè vehementi studio conatus fuerit, sed hucusque Satanas id impedierit; nunc consequenter ad hæc dicit:

Propter quod non sustinentes, id est, ideò hoc vestri desiderium diutiùs ferre non valens, satiùs duxi Athenis relinqui solus. In plurali loquitur, sed in singulari intelligendus, ut patet ex v. 5 hujus capitis, et ex Act. cap. 18, ubi Sylas cum Timotheo e Macedoniâ ad Paulum Corinthi agentem revertitur. Vulgata nostra grammaticam negligens dixit: *Non sustinentes, placuit nobis*, id est, decrevimus, libenter voluimus, satiùs duximus relinqui soli, licèt hoc triste foret nobis, quàm vos necessario destitui auxilio. Pastores non sibi, sed suo gregi.

Vers. 2. — Et misimus Timotheum fratrem nostrum et ministrum Dei... Græca addunt, et cooperatorem nostrum in Evangelio Christi. Tali coadjutore tot et tantis in laboribus et periculis sese privare, plusquàm paterna charitas est; sacrificium est Paulino corde dignum.

Ad confirmandos vos... Ecce finem missionis Timothei, confirmare, exhortari, consolari: utrumque enim significat verbum Græcum, παρακαλῆσαι. Confirmare fortes in fide, vacillantes et infirmos ad perseverantiam exhortari, mœstos ob persecutionem solari, ne quis succumbat, talis esse debet pastorum sollicitudo.

Vers. 3. — Ut nemo moveatur in tribulationibus istis. Aliqui id intelligunt de Pauli tribulationibus, quasi diceret: Ne quis vestrûm moveatur ob tribulationes quas patior. Sed cùm ex apostolo constet quòd et ipsi Thessalonicenses persecutionem passi sint, satiùs videtur id intelligendum de propriis Thessalonicensium tribulationibus; multò magis enim timendum erat Paulo ne Thessalonicenses suis propriis quàm apostoli sui tribulationibus moverentur. Hinc ad eos in periculis constitutos Timotheum mittit.

In hoc positi sumus, scilicet ad patiendum.

Vers. 1. — *Propter quod non sustinentes amplius*, id est, non ampliùs ferentes; supple, desiderium cognoscendi res vestras et vobiscum agendi, *placuit nobis remanere Athenis, solis.*

Vers. 2. — *Et misimus Timotheum fratrem nostrum*, ut per eum meam præsentiam vobis exhiberem.

Et ministrum Dei in Evangelio Christi. Cur autem miserit ad eos Timotheum, exponit verbis sequentibus.

Ad confirmandos vos, et exhortandos pro fide vestrâ. Ut vos in fide confirmaret et exhortaretur ad perseverantiam.

Vers. 3. — *Ut nemo moveatur in tribulationibus istis*, persecutionibus Judæorum et gentium. De suis afflictionibus Apostolum loqui sequentia docent.

Observatio moralis.

Audiant quibus sunt aures ad audiendum. In hoc positus est Christianus; de omnibus fidelibus dicit: *In hoc positi sumus*, ait D. Chrysostomus. *Omnes qui piè volunt vivere in Christo Jesu, persecutionem patientur*, 2 Tim. 3. Nullus excipitur, si modò piè seu christianè vivere velit. Hinc D. Leo : Nunquàm deest tribulatio persecutionis, si nunquàm desit observantia pietatis, etc. Sicut ergo totius est corporis (Ecclesiæ) piè vivere, ita totius est corporis crucem ferre quæ meritò ferri unicuique suadetur, quia propriis modis atque mensuris ab uno quoque toleratur. Unum nomen est persecutionis, sed non una est certaminis causa, D. Leo, serm. 9 de Quadrag., circ. med. Sicut *oportuit pati Christum, et ita intrare in gloriam suam*, sic oportet pati Christianum, et ita intrare in gloriam. Certa autem, ait idem S. Leo, atque secura est expectatio promissæ beatitudinis, ubi est, participatio dominicæ passionis; ibidem. *In hoc positi sumus*, id est, ad hoc nati sumus : hoc est nostrum munus et officium; hæc est vita nostra : et tu quæris quietem et recreationem, D. Chrysostomus, hic. Non instat lictor latus lacerans et cogens sacrificare, sed instat vehemens pecuniæ cupiditas, et avaritia nobis effodens oculos; idem. Amor pecuniæ, voluptatis et gloriæ, vincendus. Vide Chrysostomum, pag. 237.

Vers. 4. — Nam cum apud vos. . . Hoc et de Pauli persecutionibus intelligendum. Omnibus quidem Christianis passiones à Deo destinatæ sunt, sed apostolis et viris apostolicis atque sanctioribus in majori mensurâ. Quò major gloria ad quam destinati sumus, eò major nobis passionum mensura destinatur, quà gloriam assequamur. Itaque in passionibus respice gloriam. Afflictio mater est gloriæ, ait D. Hieronymus. *Momentaneum et leve tribulationis nostræ æternum gloriæ pondus operatur in nobis*, ait D. Paulus.

Vers. 5. — Propterea et ego amplius. . . . . Vide paraphrasim.

Ne fortè tentaverit vos qui tentat, scilicet diabolus, cujus officium est tentare : hinc, Matth. 4, dicitur tentator. Tentat autem ad decipiendum, ut explicat D. Thomas. Tentat verò Deus, v. g., tentavit Abraham, ut illius fidem aliis manifestaret et ad bonum promoveret.

Vers. 6. — Nunc autem veniente Timotheo . . . Græc., *super autem*, etc. Syr., *nuper autem*. Vide paraphrasim. Tria magnifacienda Paulo de Thessalonicensibus retert Timotheus, fidei puritatem, charitatis fervorem, honorificam ministrorum Evangelii recordationem. De hoc reditu vide Act. 18.

Vers. 7. — Ideo consolati sumus... Vide paraphrasim. Primus effectus boni nuntii quem Timotheus de Thessalonicensibus Paulo retulit, consolatio fuit spiritualis; et tanta consolatio, ut præ illâ omnium suarum afflictionum, licèt ingentium et innumerarum, penè oblitus fuerit.

Vers. 8. — Quoniam nunc vivimus... Quia etsi quotidianis in mortibus verser *(quotidiè morior*, ait 1 Cor. 15), lætam tamen duco vitam, si vos, fratres, in susceptâ fide constantes perstatis. Vestra quippe in fide confirmatio vita mea est. Non dixit lætamur, sed *vivimus*, quasi absque hoc ne vivere quidem esse existimaret, ait D. Chrysostomus. Sic affectos oportet esse magistros; sic discipulos, et nihil unquàm erit absurdum, idem D. Chrysostomus. Fides, charitas, sanctitas discipulorum sit magistrorum vita : absque hoc, vitam nihilum reputent. Discipuli præceptorum suorum mentionem faciant semper cum laude; ipsos diligant et honorent, non præsentes tantùm et miracula patrantes, sed et absentes et innumerabilia probra et mala patientes.

Vers. 9. — Quam enim gratiarum actionem.... Vide paraphrasim. Secundus effectus boni per Timotheum relati nuntii, gratiarum actio. Quasi diceret, ait Theodoretus : Linguæ laudes vincit lætitiæ magnitudo; non possumus enim Deo hymnum ferre qui lætitiæ quam de vobis capimus respondeat.

Vers. 10. — Nocte et die abundantius. Græc., *super exabundanti :* seu plus quàm abundanter, abundantissimè, supra modum. Tertius effectus hujus boni est, cùmque nuntiâsset vos retinere bonam et honorificam nostri memoriam, eamque jugem ac perpetuam.

Ipsi enim scitis quòd in hoc positi sumus; q. d. : Novum vobis videri non debet quòd hæc patiar, etc. Respicit ad illud quod de ipso Dominus dixerat, Act. 9 : *Ego enim ostendam illi quanta oporteat eum pro nomine meo pati.*

Vers. 4. — *Nam et cùm apud vos essemus*, etc. Partim experientiâ, partim famâ et relatu aliorum.

Vers. 5. — *Propterea et ego amplius non sustinens*, desiderium, scilicet agnoscendi fidem et res vestras, *misi* (Timotheum) *ad cognoscendam fidem vestram;* num firma esset et constans, an aliquâ parte labefactata.

Ne fortè tentaverit vos is qui tentat. Utpotè qui metuam ne quo pacto tentator ille, scilicet diabolus, occasione mearum afflictionum vos tentaverit, ac tentatione impulerit ad aliquem fidei defectum.

Et inanis fiat labor noster; labor, quem vobis instituendis insumpsi, reddatur irritus et infructuosus : quamvis Apostolo salva manerent præmia sui laboris.

Vers. 6. — *Nunc autem veniente Timotheo ad nos à vobis, et annuntiante nobis fidem et charitatem vestram*, id est, bonum nuntium retulisset fidei, et charitatis vestræ perseverantis et inconcussæ.

Et quia memoriam nostri habetis bonam semper. Id est, cùmque nuntiâsset vos retinere bonam et honorificam nostri memoriam, eamque jugem ac perpetuam.

Desiderantes nos videre sicut et nos quoque vos. Per hoc significat se ab illis ut præceptorem à discipulis redamari; quod ut sibi gratissimum commemorat.

Vers. 7.—*Ideò consolati sumus, fratres, in vobis*, etc.; q. d. : Nihil istorum malorum grave duco, posteaquàm cognovi fidem vestram, de quà metuebam, esse in tuto.

Vers. 8. — *Quoniam nunc vivimus*, etc.; q. d. : Licet ad mortem usque affligamur, dùm tamen audivimus vestram constantiam et fidem, quam habetis in Domino, quasi reviviscimus, et à mortuis excitamur.

Vers. 9. — *Quam enim gratiarum actionem possumus Deo retribuere pro vobis*, de vobis, qui perstitistis in fide? q. d. : Nullas satis dignas, ac tanto beneficio pares.

In omni gaudio, super omni gaudio, *quo gaudemus propter vos*, in fide inter adversa constantes, *ante Deum nostrum*, id est, in conspectu Dei nostri.

Vers. 10. — *Nocte ac die abundantius orantes*, etc.; q. d. : Opto vos videre ut imperfectam evangelizationem meam et instructionem vestram, quam ob Judæorum persecutionem abrumpere coactus sum, absolvam et perficiam.

nuntii, desiderium eos videndi, ut si quæ desunt eis, verbis perficiat. *Nocte* igitur *et die*, id est, assiduè, plus quàm abundè, id est, ardentissimè, vehementissimè precor ut vos videam. Quemadmodùm agricola quispiam audiens agros à se cultos fructibus abundare desiderat illos oculis intueri, D. Chrysostomus et Theophylactus.

Et compleamus, amplioribus scilicet et clarioribus instructionibus, quæ desunt fidei vestræ. Non omnem perceperant doctrinam, ut ait Theophylactus post S. Chrysostomum, sed deerant fortassè ipsis quædam de resurrectione, idque genus alia : hoc dicit, defectus fidei. Hoc Pauli de Thessalonicensibus visitandis desiderium, etsi à Timotheo jam visitatis, omnium prælatorum, de suis subditis in propriâ personâ visitandis, est instructio : alium miserint Timotheum, debent tamen ipsi personaliter visitare.

Vers. 11. — Ipse autem Deus... Hanc primam Epistolæ partem finit oratione ad Deum. Orat autem primò ut ad eos ipse prosperum iter habeat. Vide paraphrasim.

Vers. 11. — *Ipse autem Deus et pater noster;* id est, Deus qui idem est Pater noster, eâ nimirùm ratione quâ nos sibi in filios adoptavit.

Et Dominus noster Jesus Christus, dirigat viam nostram ad vos. Verba sunt optantis cum precatione, ut prosperum iter ad eos habeat, ea facturus quæ dixit.

Vers. 12. — *Vos autem Dominus multiplicet*, ut numerus fidelium, quem relinquere coactus sum, multiplicetur, et numero augeatur. *Et abundare faciat charitatem vestram in invicem et in omnes;* abundare et exuberare faciat mutuam inter vos charitatem : nec solùm inter vos, sed erga omnes homines, etiam infideles et vestræ salutis inimicos.

Quemadmodùm et nos in vobis; quemadmodùm ego charitate abundo erga vos omnes, ut qui etiam mori paratus sum pro vestrâ salute.

Vers. 12. — Vos autem Dominus multiplicet..... Secundò orat ut eos Deus augeat in fide, seu fideles multiplicet.

Et abundare faciat charitatem vestram. Græc. : *Et abundare faciat charitate.* Tertiò, ut eorum augeantur merita per charitatis augmentum, quæ semper crescere debet in hâc vitâ. D. Ambrosius et D. Anselmus habent etiam, *abundare faciat charitate.* Syr. : *Et multiplicet et abundare faciat charitatem vestram unius erga alterum, et erga unumquemque, quomodò nos amore vos complectimur.*

Nos in vobis. Græc., *nos in vos*, id est, erga vos.

Vers. 13. — Ad confirmanda corda vestra sine querela, in sanctitate. Græc., *inculpata.* Syr., *inculpabilia.* Hæc autem orat, ut in sanctitate stabiliti sint irreprehensibiles in die judicii. Vide paraphrasim. In omnibus ad Dei judicium attende, et ad illud tu te vitæ sanctitate præpara.

Vers. 13. — *Ad confirmanda corda vestra sine querelâ in sanctitate.* Dominus vos abundare faciat charitate, ita ut per eam confirmet corda vestra in omni bono ; vos, inquam, reddendo irreprehensibiles atque sine offensione viventes, idque cum sanctimoniâ, id est, puritate et munditiâ privatâ animi et corporis.

Ante Deum et Patrem nostrum. Id est, coram Deo, ut tales sitis in conspectu Dei Patris nostri, quem nihil latet, et non solùm in oculis hominum qui tantùm vident ea quæ foris apparent. Periphrasis est veræ sanctitatis.

In adventu Domini nostri Jesu Christi cum omnibus sanctis ejus ; ut in adventu Christi tales sitis, et inveniamini cum omnibus sanctis ejus, id est, cum omnibus per ipsum sanctificatis. Amen, id est, fiat.

Corollarium pietatis, seu in hoc capite ad pietatem maximè notanda, et ad praxim redigenda.

1° Nota breve et grande verbum, *in hoc* (ad patiendum scilicet) *positi sumus*, v. 3. Penetra necessitatem, utilitatem et gloriam passionum. Necessitatem : in hoc positus est Christianus. *Sicut oportuit pati Christum...*, sic oportet pati Christianum, etc. *Omnes qui piè volunt vivere in Christo Jesu, persecutionem patientur;* 2 Tim. 3. *Regnum cœlorum vim patitur, et violenti rapiunt illud ;* Matth. 11, 12. Necessariò vincendus amor pecuniæ, voluptatis et gloriæ ; ad hoc autem vis sibi facienda. Vide v. 3 et observationem moralem. Utilitatem et gloriam : *Momentaneum et leve tribulationis nostræ supra modum in sublimitate æternum gloriæ pondus operatur in nobis.* 2 Cor. 4, 17. Afflictio mater gloriæ, D. Hieronymus. Certa atque secura est expectatio promissæ beatitudinis, ubi est participatio dominicæ passionis, S. Leo. Gloriæ et passionum est quædam proportio. Vide v. 3 et 4, et observationes.

2° Aliud breve et grande verbum pro se notet pastor apostolicus : *Vivimus, si statis in Domino*, v. 8. Ovium sanctitas sit pastoris vita. Absque eâ vitam pro nihilo ducat. Ad illam vigilet, laboret, vitam impendat. Notet etiam ardens D. Pauli desiderium Thessalonicenses visitandi, v. 10, ut illud imitetur. Et in oratione D. Pauli pro Thessalonicensibus observet quid intendere et quid orare debeat in suorum subditorum visitatione, v. 11, 12, 13.

CAPUT IV.

1. De cætero ergo, fratres, rogamus et obsecramus in Domino Jesu, ut quemadmodùm accepistis à nobis, quomodò oporteat vos ambulare, et placere Deo, sic et ambuletis, ut abundetis magis.

2. Scitis enim quæ præcepta dederim vobis per Dominum Jesum.

3. Hæc est enim voluntas Dei, sanctificatio vestra ; ut abstineatis vos à fornicatione,

CHAPITRE IV.

1. Au reste, ô frères, nous vous supplions, et nous vous conjurons par le Seigneur Jésus, qu'ayant appris de nous comment vous devez marcher dans la voie de Dieu pour lui plaire, vous y marchiez aussi d'une telle sorte, que vous vous y avanciez de plus en plus.

2. En effet, vous savez quels préceptes je vous ai donnés de la part du Seigneur Jésus.

3. Car la volonté de Dieu est que vous soyez saints; que vous vous absteniez de la fornication ;

4. Ut sciat unusquisque vestrûm vas suum possidere in sanctificatione et honore;

5. Non in passione desiderii, sicut et gentes, quæ ignorant Deum:

6. Et ne quis supergrediatur, neque circumveniat in negotio fratrem suum; quoniam vindex est Dominus de his omnibus, sicut prædiximus vobis, et testificati sumus.

7. Non enim vocavit nos Deus in immunditiam, sed in sanctificationem.

8. Itaque qui hæc spernit, non hominem spernit, sed Deum, qui etiam dedit Spiritum suum sanctum in nobis.

9. De charitate autem fraternitatis, non necesse habemus scribere vobis: ipsi enim vos à Deo didicistis, ut diligatis invicem.

10. Etenim illud facitis in omnes fratres in universâ Macedoniâ; rogamus autem vos, fratres, ut abundetis magis,

11. Et operam detis ut quieti sitis, et ut vestrum negotium agatis, et operemini manibus vestris, sicut præcepimus vobis,

12. Et ut honestè ambuletis ad eos qui foris sunt; et nullius aliquid desideretis.

13. Nolumus autem vos ignorare, fratres, de dormientibus, ut non contristemini, sicut et cæteri, qui spem non habent.

14. Si enim credimus quòd Jesus mortuus est, et resurrexit, ita et Deus eos qui dormierunt per Jesum, adducet cum eo.

15. Hoc enim vobis dicimus in verbo Domini, quia nos, qui vivimus, qui residui sumus in adventum Domini, non præveniemus eos qui dormierunt.

16. Quoniam ipse Dominus in jussu, et in voce archangeli, et in tubâ Dei descendet de cœlo: et mortui qui in Christo sunt, resurgent primi.

17. Deinde nos, qui vivimus, qui relinquimur, simul rapiemur cum illis in nubibus obviàm Christo in aera; et sic semper cum Domino erimus.

18. Itaque consolamini invicem in verbis istis.

4. Que chacun de vous sache posséder le vase de son corps saintement et honnêtement,

5. Et non point en suivant les mouvements de la concupiscence, comme font les païens qui ne connaissent point Dieu;

6. Que personne aussi n'opprime son frère, ni ne lui fasse tort dans aucune affaire, parce que le Seigneur est le vengeur de tous ces péchés, comme nous vous l'avons déjà déclaré et protesté.

7. Car Dieu ne nous a pas appelés pour être impurs, mais pour être saints.

8. Celui donc qui méprise ces règles, méprise, non un homme, mais Dieu, qui nous a même donné son Saint-Esprit.

9. Quant à ce qui regarde la charité fraternelle, il n'est pas besoin que nous vous en écrivions, puisque Dieu vous a appris lui-même à vous aimer les uns les autres.

10. Et vous le faites aussi à l'égard de tous les frères, qui sont dans toute la Macédoine; mais nous vous exhortons, ô frères, à vous avancer de plus en plus dans cet amour;

11. A vous étudier à vivre en repos; à vous appliquer chacun à ce que vous avez à faire; et travailler de vos propres mains, ainsi que nous vous l'avons ordonné;

12. Afin que vous vous conduisiez honnêtement envers ceux qui sont hors de l'Eglise, et que vous vous mettiez en état de n'avoir besoin de personne.

13. Or nous ne voulons pas, ô frères, que vous ignoriez ce que vous devez savoir touchant ceux qui dorment, afin que vous ne vous en attristiez pas, comme font les autres qui n'ont point d'espérance.

14. Car si nous croyons que Jésus est mort et ressuscité, nous devons croire aussi que Dieu amènera avec Jésus ceux qui se seront endormis en lui.

15. Aussi nous vous déclarons, comme l'ayant appris du Seigneur, que nous, qui vivons, et qui sommes réservés pour son avénement, nous ne préviendrons point ceux qui sont déjà dans le sommeil.

16. Car aussitôt que le signal aura été donné par la voix de l'archange, et par le son de la trompette de Dieu, le Seigneur même descendra du ciel, et ceux qui seront morts en Jésus-Christ ressusciteront les premiers:

17. Puis nous autres, qui sommes vivants, et qui serons demeurés jusqu'alors, nous serons emportés avec eux dans les nues, pour aller au-devant du Seigneur au milieu de l'air. Et ainsi nous serons pour jamais avec le Seigneur.

18. Consolez-vous donc les uns les autres par ces vérités.

ANALYSIS.

Rogat eos ut perseverent et proficiant in præceptis quæ dedit illis; v. 1 et 2. Paucis refricat præceptum quod eis auctoritate Domini dedit de sanctitate in conjugio servandâ; de omni in eo impuritate vitandâ, v. 3, 4, 5, ac speciatim de adulterio fugiendo, à quo multis deterret, v. 6, 7, 8. Laudat fraternam charitatem quam per universam Macedoniam exercent, hortaturque ut in eâ semper proficiant, v. 9, 10. Ne autem aliqui hâc divitum charitate abutantur, hortatur pauperes ad fugam otii et ad honestum laborem, v. 11. Quia verò suos mortuos immoderatè lugebant Thessalonicenses, solatium eis proponit mortis, scilicet, resurrectionem futuram; resurrecturi sunt ad gloriam qui modò dormiunt in Christo, v. 12, 13. Hujus gloriosæ fidelium resurrectionis modum et ordinem exponit in reliquo capite, quod concludit Thessalonicenses exhortans ad consolationem habendam ex spe beatæ hujus resurrectionis.

PARAPHRASIS.

1. De cætero, fratres, rogamus vos et obsecramus per Dominum nostrum Jesum Christum ut quemadmodùm audistis à nobis quomodò vos (in viâ Dei) oporteat ambulare ut Deo placeatis, sic et ambuletis ut in eâ proficiatis, Deoque magis ac magis placeatis.

2. Nôstis enim quæ præcepta et institutiones vobis dederim Jesu Christi Domini nostri auctoritate.

3. Hæc est enim Dei voluntas ut sancti sitis et ab omni impudicitiâ remoti.

4. Ut unusquisque vestrûm sciat corpus suum sanctè et honestè possidere.

5. Non autem in passionibus concupiscentiæ, sicut gentiles illi qui Deum ignorant.

6. Et ne quis in isto negotio fratrem suum oppri-

mat, aut injuriâ afficiat (thorum ejus scandendo), nam horum omnium Christus Dominus vindex est, sicut jam pridem dixi vobis et testificatus sum (cùm essem apud vos).

7. Non enim ad Christianismum vocavit nos Deus ut impuritatem sectemur, sed ut sanctimoniam assequamur.

8. Qui hæc ergo spernit, non hominem ea docentem spernit, sed Deum ipsum illa præcipientem, qui nobis etiam in baptismo Spiritum suum sanctum (omnis puritatis fontem) communicavit.

9. Porrò de charitate fraternâ necesse non est ut vobis scribam, quandoquidem à Deo ipso edocti estis ut mutuo vos amore complectamini.

10. (Et ita edocti,) ut et illud faciatis, charitatem scilicet fraternam exercendo erga fratres omnes qui sunt in totâ Macedoniâ; rogamus autem vos ut magis ac magis in hâc virtute proficiatis,

11. Et sedulam navetis operam ut quieti sitis et pacifici, et ut vestra curetis, alienis non immisceamini negotiis, et operemini propriis vestris manibus, sicut præcepimus vobis, ut honestè conversemini cum extraneis, et nullius operâ indigeatis.

12. Nolumus autem, fratres, vos ignorare quod spectat ad mortuos, ut ob eos non contristemini sicut cæteri (gentiles ad Christum non conversi), qui resurrectionis spem non habent.

13. Sicut ergo credimus quòd Dominus Jesus mortuus est et à mortuis resurrexit, ita et (credere debemus) quòd Deus eos qui in fide Christi mortui sunt resuscitabit, et è sepulcris evocatos adducet ad vitam Christi gloriosam.

14. Dico enim vobis quod à Domino didici, idque tanquàm Dei verbum dico, scilicet quòd nos qui vivimus seu quicumque usque ad adventum Domini superstites fuerimus, non præveniemus in resurrectione eos qui jam pridem mortui sunt et in pulverem redacti (adeò prompta, celer, et momentanea erit resurrectio).

15. Quoniam Dominus ipse Jesus Christus, ubi jusserit archangelo vocem dare, et tubâ Dei (quasi classico, mortuos omnes evocare), descendet de cœlo Judex, et tunc qui in Christi fide mortui sunt resurgent primi;

16. Deinde nos, qui tunc vivemus et hucusque in vitâ relicti fuerimus, simul cum illis celerrimè efferemur obviàm Christo in aera; et sic semper cum Domino nostro erimus (ejus gloriæ consortes).

17. Itaque consolamini vos mutuò (in luctu) his de resurrectione sermonibus (*ut non contristemini sicut cæteri qui spem non habent*)

COMMENTARIA.

Vers. 1. — De cætero, fratres, rogamus vos... Incipit in hoc capite morales Thessalonicensibus instructiones dare proportionatas, juxta monita quæ de eorum statu receperat à Timotheo. Ac primò quidem hortatur illos ad majorem sanctitatem, seu ad continuum in vitâ spirituali profectum: *De cætero rogamus vos* in viâ Dei, à nobis traditâ vobis, sic ambulare, ut in eâ proficiatis in dies, Deoque magis ac magis placeatis.

Græc. et Syr. non habent sic et ambuletis, hinc paulò aliter intelligunt ut abundetis magis. *Rogamus vos*, ait Syr., *ut modum acceptum à nobis, quo oporteat vos ambulare et placere Deo, magis adaugeatis*. Ita ut mandata et constitutiones exsuperetis, ait D. Chrysostomus. Ita ut aliquid supra mandata facere nitamini, atque imperata superetis, ait Theophylactus. Juxta hanc lectionem hortatur Apostolus ad supererogatoria mandatis superaddenda. Uterque sensus bonus et in re parùm discrepans; sed primus est plenior, et aliunde conformis est pluribus manuscriptis quæ citat P. Amelotte. Grotius etiam citat suum manuscriptum, interpreti nostro conforme. Ex utroque discimus quòd Christiani sit non stare, sed continuè ambulare, semper proficere, imperatis superaddere, ire de præceptis ad consilia, de virtute in virtutem, seu, ut vertit D. Hieronymus, de fortitudine in fortitudinem, usque in Sion, id est, cœlum.

Vers. 2. — Scitis enim quæ præcepta dederim. Græc., *dederimus*. Hic versus respondet his primi versiculi verbis: Quemadmodum accepistis a nobis. Quasi diceret: Non frustra dixi: *Quemadmodum accepistis à nobis*; meministis enim quæ præcepta vobis dederimus Domini Jesu vice et auctoritate.

Per Dominum Jesum, seu nomine et auctoritate Domini Jesu, Regis regum, loquuntur prælati. Hinc qui spernunt eos, Jesum Christum spernunt.

Vers. 3. — Hæc est enim voluntas Dei....., et quasi omnium præceptorum summa, ut studeatis sanctitati, quodlibet et omne peccatum fugiendo, speciatim verò omnem impuritatem. *Voluntas Dei*. Intellige voluntatem signi, quâ Deus significat quid velit nos facere, non voluntatem beneplaciti, quâ facit ipse quidquid vult. Per fornicationem intelligit omnem immunditiam, aiunt S. Chrysostomus, Theophylactus, Theodoretus. Multæ sunt species libidinum, quas, ne nominet, dixit: *Ab omni fornicatione*, ἀπὸ πάσης πορνείας; ita legerunt.

Vers. 1. — *De cætero ergo, fratres, rogamus vos et obsecramus in Domino Jesu, ut quemadmodum accepistis a nobis quomodo oporteat vos ambulare, et placere Deo*. Magna ars et sapientia est nôsse ambulare cum Deo. *Sic et ambuletis, ut abundetis magis*. Supple, in hâc ambulatione et placentiâ Dei, ut in eo quod dixi, magis magisque proficiatis.

Vers. 2. — *Scitis enim*, etc. Id est, per auctoritatem et mandatum Domini Jesu, ego Paulus quasi legatus Jesu præcepta vobis dedi.

Vers. 3. — *Hæc est enim voluntas Dei*, etc., scilicet, ut studeatis sanctitati. Sanctitas, inquit S. Dionys., est ab omni inquinatione libera, incontaminatissima et perfectissima puritas. Et sic sanctitas opponitur cuivis peccato, estque virtutum omnium completio.

Observatio moralis.

Generalis voluntas Dei est ut sancti simus et ab omni peccato remoti. In quocumque ergo statu, in quàcumque conditione simus, hanc Dei voluntatem in mente et corde fixam habeamus, hæc sit actionum nostrarum regula, hæc sit cordis nostri votum continuum, sicut est et Dei voluntas et desiderium. Duo Deus semper vult: ut sanctificetur in nobis nomen suum, et ut sanctificemur in ipso per Jesum Christum. Utrumque et nos oremus continuè. *Sanctificetur nomen tuum* à nobis et in nobis. Sanctificemur et nos à te, in te, et per te. Specialis voluntas Dei est, ut Christianus sit purus, et ab omni præsertim immunditiâ remotus. HÆC EST VOLUNTAS DEI, SANCTIFICATIO VESTRA, id est, temperantia vestra, ait Theophylactus. Impuritatem horret Spiritus Dei, tanquàm sibi oppositam. *Non permanebit Spiritus meus in homine, quia caro est.* E contra Deus, quia spiritus, et quia sanctus, homines vult esse spirituales, et sanctos, et id eò paros. Hinc Ecclesiam christianam quasi arcam dedit mundo, in quâ purificentur et salvi fiant homines. Castitas est specialiter sanctificatio seu sanctitas, quia hominem facit angelicum et divinum, angelis et Deo similem. Impuritas è contra bestiam facit et suem.

VERS. 4. — UT SCIAT UNUSQUISQUE VAS SUUM, id est, proprium corpus suum sanctè et honestè possidere; ita ferè omnes. D. tamen Augustinus per *vas suum* corpus uxoris intelligit, vultque Apostolum uxoratis præcipere ut sanctè et honestè utantur matrimonio. Sed prior sensus est naturalior, quia omnibus, etiam non conjugatis, loquitur Apostolus. Nota *vas suum possidere*, id est, per puritatem dominus sit corporis sui, non mancipium. Puritas libertas est et dominium; impuritas verò servitus. Qui libidini servit, mancipium est.

VERS. 5. — NON IN PASSIONE DESIDERII..., id est, nemo autem vestrùm serviat passionibus concupiscentiæ, etc.

SICUT ET GENTES QUÆ IGNORANT DEUM. Heu quot Christiani gentiliter vivunt et juxta concupiscentias suas ambulant! Quasi verò Christianismus non sit professio sanctitatis et detestatio libidinis. Quot Christiani in matrimonio gentiliter vivunt, secundùm desideria passionum, qualia cernuntur in gentibus Deum ignorantibus! Quasi matrimonium non esset sacramentum, quo sanctè et honestè sit utendum, et quasi sub oculis Dei, ut ait Tertullianus. In fine sit sanctitas, in modo honestas, in usu moderatio, seu temperantia. Videantur dicta de sanctitate matrimonii in fine cap. 5 Epist. ad Ephes.

VERS. 6. — ET NE QUIS SUPERGREDIATUR... Græc.: *Non opprimere et circumvenire in negotio*, etc. Syr.: *Neque sitis audaces ad transgrediendum et ad circumveniendum fratrem suum in isto negotio.* Id est, ne quis terminos sui conjugii transgrediens, alienum thorum invadendo, proximum suum in hoc negotio fraudet aut injuriâ afficiat. Quòd sic intelligi debeat, de adulterio scilicet, id duo probant: Primum, articulus, ἐν τῷ πράγματι, id est, ut vertit Syrus, *in isto negotio*, seu in negotio de quo locutus est cùm dixit: *Abstineatis ab omni fornicatione*, seu immunditiâ. Secundum, ratio sequens: *Non enim vocavit nos Deus in immunditiam.* Aliqui tamen hunc locum de mercaturâ interpretantur, hocque monitum putant ab Apostolo dari Thessalonicensibus, quia Thessalonicæ magnæ fiebant mercationes. Sed prior sensus magis cohæret cum præcedentibus et sequentibus. Adulterium transgressio est, circumventio, defraudatio, latrocinium et latrocinio gravior injuria, ait D. Chrysostomus.

QUONIAM VINDEX EST DOMINUS... Ab adulterio deterret Apostolus per minas vindictæ Dei.

VERS. 7. — NON ENIM VOCAVIT... Secundò, per rationem quam reddit de vindictâ Dei. Vide paraphrasim.

VERS. 8. — ITAQUE QUI HÆC SPERNIT... Tertiò, per enormitatem hujus transgressionis, quâ Deus ipse spernitur et Spiritus sanctus contumeliâ afficitur.

Observationes morales.

Primò, nota quòd per adulterium et impuritatem spernitur Deus, Christus et Spiritus sanctus. Deus, qui vetat illud, quique nos vocavit ad sanctitatem. Christus Dominus, cujus membrum facti sumus in baptismo; membrum autem Christi per libidinem fit membrum meretricis. Spiritus sanctus, cujus templum facti sumus, quique datus est nobis, habitavit in nobis, et qui per impuritatem expellitur, profanato ejus templo. Deus ergo seipsum vindicabit eritque hujus flagitii ultor, per quod ipse spernitur, Christus inquinatur, Spiritus sanctus expellitur. Secundò, disce ab Apostolo quomodò castè de rebus inhonestis sit loquendum, cùm de eis loquendi necessitas urget. *Ne quis supergredia-*

VERS. 4. — *Ut sciat unusquisque vestrùm vas suum possidere in sanctificatione*, id est, in puritate et castitate. *Et honore.* Per vas accipiemus corpus; corpus enim est vas et instrumentum animæ. Vult ut qui que vas, id est, corpus suum, possideat in sanctificatione et honore, id est, sancte, hoc est, castè et honestè.

VERS. 5. — *Non in passione desiderii*, id est, non in affectu libidinis, ut scilicet mens non serviat desideriis carnis, sed caro serviat rectis voluntatibus mentis, ait Anselmus.

Sicut et gentes quæ ignorant Deum. Significat autem Dei ignorantiam fuisse causam cur gentiles sese in omne genus turpium voluptatum immergerent.

VERS. 6. — *Et ne quis supergrediatur, neque circumveniat in negotio fratrem suum.* Agit de libidine et immunditiâ. Adulterium ergo vocat supergressionem, id est, prævaricationem. Idem circumventionem vocat, quâ quis fraudulenter usurpat uxorem alterius.

Quoniam vindex est Dominus de his omnibus, sicut prædiximus vobis, et testificati sumus; sicut jam ante, cùm apud vos essemus, contestando ac denuntiando vobis diximus: uti fieri solet in re gravi.

VERS. 7. — *Non enim vocavit nos Deus in* (ad) *immunditiam, sed in* (ad) *sanctificationem, id est, castimoniam.*

VERS. 8. — *Itaque qui hæc spernit, non hominem spernit, sed Deum.* Igitur qui spernit ac rejicit illa præcepta, non tam spernit hominem Dei ministrum, à quo proponuntur, quàm ipsum Deum, à quo data sunt.

tur, inquit, aut in NEGOTIO CIRCUMVENIAT. Quia turpe est illud commercium et innominabile, indicat illud per *negotium*, per *supergredi*, *circumvenire*.

VERS. 9. — DE CHARITATE AUTEM FRATERNITATIS. Græc., περὶ τῆς φιλαδελφίας, *de amore fraterno*.

NON NECESSE HABEMUS. Græc. *habetis*.

IPSI ENIM A DEO EDOCTI ESTIS. Græc., θεοδίδακτοί ἐστε. Fratres sumus, eumdem Patrem Deum et Christum, eamdem matrem, Ecclesiam habentes. Hinc amor fraternus. Deus, qui charitas est, et charitatis doctor et magister est. O Deus charitas! ô Deus charitatis doctor! charitatem sic doce me, ut et charitatem inspires mihi; cor meum charitatis igne accende, inflamma, combure.

VERS. 10. — ETENIM ILLUD FACITIS, id est, charitatem fraternam exercetis, non Thessalonicæ tantùm, sed et per totam Macedoniam.

ROGAMUS AUTEM VOS, FRATRES, UT ABUNDETIS MAGIS. Semper in charitate proficiendum : *Ambulate in dilectione*, ut dicit alibi; non stetis, sed semper ad vitæ finem usque ambuletis, incedatis, proficiatis, *ut abundetis magis*.

VERS. 11. — ET OPERAM DETIS UT QUIETI SITIS.... Ad liberalitatem versibus superioribus hortatus est; sed quia pauperes aliqui, hâc divitum munificentiâ abutentes, otio et inertiæ vacabant, curiosè sese negotiis alienis immiscebant, ut tales corrigat Apostolus, primò, consulit ut curiositatem et otium fugiant, quieti sint, sua curent, alienis sese non immisceant. *Operam date*. Studiosè et ambitiosè conemini, ait Erasmus, ut quieti, tranquilli, pacifici sitis, vestra curantes. Secundò, præcipit ut propriis suis laborent manibus, tum ut eis necessaria non desint, alienaque non desiderent; penuria quippe fures facit aut mendicos. Tùm ut gentilibus qui parasitos scurrasque contemnebant ob suam inertiam et mendicitatem non fiant contemptui, sicque sint opprobrium Ecclesiæ. Dedecus enim est, ait Theodoretus, in otio vivere; non quæ sunt necessaria ex labore quærere, sed mendici vitam eligere, et exspectare aliorum munificentiam. Hujusmodi homines vocabant Christemporas, Christum cauponantes, Christi mercatores, D. Chrysostomus, Theophylactus.

Qui etiam dedit Spiritum suum sanctum in nobis, qui per Spiritum sanctum, quem nobis impertivit, nos fecit verbi sui ministros, ac potestatem dedit præcipiendi.

VERS. 9. — *De charitate autem fraternitatis non necesse habemus scribere vobis*. De charitate fraternâ, quâ nimirùm vos invicem Christiani diligatis, non admodùm opus habetis, ut hâc Epistolâ vos admoneam.

Ipsi enim vos à Deo didicistis; q. d. : A Deo docti vel edocti estis; Deus enim per legem Christi, et per internam Christi gratiam et instinctum vos docuit, *ut diligatis invicem*. A quo jam edocti erant se invicem diligere.

VERS. 10. — *Etenim illud*, diligere, et signa dilectionis exhibere, *facitis in*, erga, *omnes fratres in universâ Macedoniâ*.

Rogamus autem vos, *fratres*, *ut abundetis magis*, id est, ut in hâc fraternâ charitate quam à Deo didicistis, eodem doctore studeatis proficere.

Observatio dogmatica.

Hoc loco abutuntur hæretici contra religiosos mendicantes, sed perperàm : hoc enim de labore corporali præceptum spectat ad quosdam, ut diximus supra, inertes, otiosos, curiosos et inquietos, qui fidelibus erant onerosi, infidelibus scandalosi, et Ecclesiæ opprobrium. Talibus præcipit Apostolus ut laborent; et meritò; labor enim horum malorum erit remedium. Nihil tale religiosis mendicantibus convenit : quin imò, ut ait Estius, student, vacant prædicationi verbi Dei, aliisque id genus actionibus, quibus salus populi christiani promovetur. Cùmque ratione hujus ministerii possent à populo petere vitæ stipendia, juxta id quod Christus ordinavit, *ut qui Evangelium annuntiant, de Evangelio vivant;* huic tamen potestati renuntiantes, rogare malunt et mendicare, quod magnæ perfectionis est, ait Estius, quem vide. Itaque dicendum quod præceptum de labore corporali spectat ad eos qui indigent et sublimioribus functionibus non sunt alligati, ut ait idem Estius.

VERS. 12. — NOLUMUS AUTEM VOS IGNORARE... Thessalonicenses immoderatè lugebant suos mortuos; ut huic morbo medeatur Apostolus, solatur eos spe resurrectionis. Sed, an ignorabant resurrectionem futuram? Minimè; jam enim semel et iterùm, in fine primi et tertii capitis, locutus est Paulus de adventu Christi judicis, tanquàm ab illis credito et exspectato. Sed quia ad hanc veritatem non satis attendebant, et ideò in suorum obitu lugebant immoderatè, et more paganico, hinc resurrectionis futuræ articulum in eorum mentibus resculpit, ut malum curet à principio. *Nolumus* ergo *vos ignorare* DE DORMIENTIBUS. Non mortuos dicit, sed *dormientes*, ut ex ipso nomine consolationem procuret; si enim dormiunt, ergo evigilabunt aliquando. Sciatis itaque velim quòd chari vestri, quos ut mortuos lugetis, mortui non sint, sed dormiunt, evigilandi verbo Dei.

UT NON CONTRISTEMINI... Dat rationem cur nolit hoc ignorari, seu potiùs cur velit ut resurrectionis fidem in mentibus fixam habeant; scilicet, ut in morte vestrorum non lugeatis sicut gentiles qui, fidei lumine destituti, SPEM resurrectionis NON HABENT. Non prohibet omnem dolorem, sed immoderatum, sed paganum :

VERS. 11. — *Et operam detis, ut quieti sitis*, id est, placidè et sine tumultu agant, aliorum quietem non turbent, alienis officiis et negotiis non se misceant, sed propria curent.

Et ut vestrum negotium agatis. Vult unumquemque suæ vocationi et operi intendere, non alienis rebus sese ingerere.

Et operemini manibus vestris, sicut præcepimus vobis, cùm apud vos essemus.

Et ut honestè ambuletis ad eos qui foris sunt, decenter atque honestè vos geratis erga eos qui non sunt Christiani; hoc est, decorè vos geratis cum gentibus.

Et nullius aliquid desideretis; q. d. : Ne inopiâ quæ ex otio sequi solet cogamini aliena desiderare. *Piger enim*, inquit Sapiens, *semper est in desiderio*.

VERS. 12. — *Nolumus autem vos ignorare, fratres, de dormientibus*, illud scilicet mysterium resurrectionis. Mortui vocantur dormientes ob spem resurrectionis quâ celerrimè evigilabunt ex somno mortis, et ex

mortuos suos lugeat paganus, qui vitam hâc meliorem non agnoscit; at potiùs lætetur Christianus; moderatè saltem lugeat, qui vitam credit æternam, ad quam fideles morte transeunt. Mors somnus est, à quo per Dei verbum evigilandi sumus. Mors transitus est à vitâ miserâ ad beatam : ne ergo lugeatis, quin potiùs lætemini. O mirabilem efficaciam fidei; terribilium terribilissimum reddit gratum et optandum! *Cupio dissolvi et esse cum Christo.*

Vers. 13. — Si enim credimus... Scire ergo debetis eos resurrecturos. Cùm enim fide credamus quod Dominus Jesus Christus mortuus sit, et à mortuis resurrexerit; sanè et credere debemus quòd Deus eos qui Christo ad finem usque fideles fuerunt resuscitabit, et è sepulcris evocatos adducet ad Christi gloriam. Quia membra capiti suo debent conformari et esse cum capite; hanc rationem fusiùs explicat, 1 Cor. 15.

Notæ litterales.

Nota primò quòd conjunctio *si*, non sit dubitantis, sed rem certissimam præsupponentis pro fundamento, mortem scilicet et resurrectionem Christi. Secundò, quòd de Christo loquens dicat absolutè quòd *mortuus* sit, de fidelibus verò quòd dormiant. Primum quidem, ne de morte Christi quis hæreticus dubitet, quasi tantùm fuerit apparens : verè *mortuus est*, verè à mortuis *resurrexit*. Secundum verò, ut lugentes consoletur. Tertiò, quòd de fidelium resurrectione tantùm hìc agat, seu de resurrectione ad gloriam, utpote qui ad fidelium consolationem scribat. Mors et resurrectio Christi consolatio nostra. Mors quidem, quia nobis fons vitæ, mortis mors, mortis nostræ sanctificatio; supplicium quippe convertit in sacrificium. Resurrectio verò, quia resurrectionis nostræ ad gloriam causa est, exemplar et forma, sicut nostræ ad gratiam resurrectionis, seu vitæ christianæ et spiritualis, est origo, causa et idea. Nota denique *eos qui dormierunt per Jesum*. Conditio necessaria ut quis cum Christo resurgat, est ut cum Christo et in Christo dormiat.

Vers. 14. — Hoc enim dicimus vobis in verbo Domini... Aggreditur modum et ordinem resurrectionis, et ut majorem fidem faciat, affirmat se id quod dicturus est à Domino ipso didicisse. Hoc igitur quod jam vobis dicturus sum, non à memetipso, aut tanquàm meum, aut à me inventum dico, sed *ut verbum Domini*, quod ab ipso didici, quodque tanquàm verbum Dei, in nomine et auctoritate Domini dico. Scilicet quòd nos qui vivimus, id est, qui vivent, seu ex nobis, seu ex posteris nostris, tempore adventûs Domini, non præveniemus in resurrectione, nec in occursu Domini, eos qui jam pridem mortui computruerunt.

Notæ litterales.

Opinor quòd Thessalonicenses scirent quidem mortuos suos fore resurrecturos, sed quòd nescirent omnium omninò hominum resurrectionem futuram *in momento, et in ictu oculi*. Hincque successionem temporis in eâ fingentes, timebant ne priùs mortui et jam corrupti, tardiùs resurgerent quàm qui vivi et superstites forent in adventu Domini. Ideòque suos defunctos lugebant amariùs, timentes ne, propter hanc resurrectionis tarditatem, tardiùs illos in gloriâ viderent. Ut hanc mœroris causam auferat Apostolus, docet eos non solùm quòd resurrecturi sint illorum mortui, sed et tam promptè per omnipotentiam Dei resurgent, ut nec ipsi vivi præcessuri sint eos in occursum Domini.

Cogita quòd hoc opus opus erit omnipotentiæ Dei, cui nihil resistit, nihil difficile, neque difficilius : æqualiter omnia Deo possibilia sunt et facilia. Sicut in principio *dixit*, *et facta sunt* omnia, ita in fine ipsemet dicet, et fiet quod dixerit; sicut ex nihilo fecit omnia, ita ex pulvere faciet corpora. Nota quòd Apostolus in primâ loquatur personâ, *nos qui vivimus*..... Non quòd suspicaretur vitæ suæ tempore mortuorum resurrectionem futuram; id enim rejicit in secundâ Epistolâ ad Thessalonicenses, cap. 2, ubi docet quæ debeant adventum Domini præcedere. Sed ita loquitur ut nos exemplo suo doceat de incertâ et terribili judicii die cogitare et loqui, quasi statim et nostris temporibus futurâ, scilicet, ut nos ad illam continuè comparemus. Nostræ mortis dies judicii nostri dies erit; hanc igitur mortis diem quasi instantem præ

lecto, id est, de sepulcro suo.

Ut non contristemini, sicut et cæteri qui spem non habent; sicut gentiles, qui destituti lumine fidei, spem resurrectionis ac vitæ post mortem secuturæ nullam habent.

Vers. 13. — *Si enim credimus quòd Jesus mortuus est, et resurrexit : ita et* (supple pariter credere debemus quòd) *Deus eos qui dormierunt per Jesum, adducet cum eo.* Fideles enim qui Christum in seipsis habentes moriuntur, dormiunt per Jesum, id est, in Jesu, puta in Jesu fide, charitate, ac spe resurrectionis. *Adducet* hos Deus, scilicet è sepulcris evocatos ad vitam novam et gloriosam, atque ad beatam immortalitatem.

Vers. 14. — *Hoc enim vobis dicimus in verbo Domini*, id est, per verbum, revelationem et doctrinam Domini; q. d. : Non quod à meipso, sed quod à Christo didici, loquor et doceo, mysterium scilicet resurrectionis.

Quia nos qui vivimus, qui residui sumus in adventum Domini, id est, quicumque vivent sive ex nobis, sive ex posteris nostris, quorum ego personam hìc induo et subeo, ut de iis in meâ personâ loquar. Ita S. August. *Non præveniemus*, in resurrectione, *eos qui dormierunt*, id est, somno (scilicet mortis) sopitos, qui antè dormierunt. Priùs ergo mortui, non longiùs distant à resurrectione quàm posteriùs defuncti, aut ii qui vivunt : utrique enim simul resurgent.

Vers. 15. — *Quoniam ipse Dominus* (Christus judex) *in jussu, et in voce archangeli, et in tubâ Dei descendet de cœlo.* Vox archangeli non tantùm colliget, sed et suscitabit mortuos. *In jussu*, id est, cum jussu. *In voce*, id est, cum voce. *In voce archangeli*, quæ sit tuba Dei, vel in voce tubæ, aut tubali Dei. Vox ergo archangeli eadem erit cum tubâ Dei. Hæc tuba archangeli, Joan. 5, vocatur vox Filii Dei, quia licèt ministerio angelorum, jussu tamen Filii Dei formabitur, ab eoque vim suscitandi mortuos accipiet. Audient vocem Filii Dei, id est, sentient vim hujus vocis, vel audient, id est, illi obedient resurgendo.

Et mortui qui in Christo, in Christi fide et gratiâ, sive Christi fideles et amici, *sunt, resurgent primi*, id est, primùm, nimirùm antequàm rapiantur obviàm Christo in aera.

oculis habeamus semper et exspectemus suspensi.

Vers. 15 et 16. — Quoniam ipse Dominus... Magnificum et momentaneum describit adventum Domini, quasdamque ejus circumstantias. Primò, *ipse Dominus*, non angelus sui vice, sed ipsemet in suâ propriâ personâ. Qui descendit humilis in suo primo adventu, gloriosus descendet in secundo. Secundò in jussu, cum imperio et potestate magnâ, suis stipatus angelis veniet. Græc., ἐν κελεύματι, quod significat etiam hortamen commune, seu conclamationem, quâ nautæ seu milites sese mutuò excitant ad rem strenuè agendam. Hinc Erasmus vertit, *cum hortatu*. At Græci interpretes hanc vocem in suâ propriâ significatione accipiunt, scilicet pro *jussu*, imperio, quo Christus Dominus suos angelos et ministros jubebit esse præstò. Tertiò, et in voce archangeli : quippe archangelo Michaeli, angelorum principi, et totius Ecclesiæ custodi, imperabit vocem dare; quâ, quasi instrumento resurrectionis, mortuos omnes ad vitam revocet. Hæc vox, Joan. 5, dicitur *vox Filii Dei* : quia jussu ejus et nomine facta. Quartò, et in tuba Dei, sive quòd vera et realis sit tuba, ut affirmat D. Gregorius, D. Anselmus apud Cornelium à Lapide, quem vide. Sive quòd illa vox archangeli, tam clara et sonora, tamque potens et efficax futura sit, ut propterea dicatur *tuba Dei*, ubique penetrans, usque ad aures dormientium; omnes evigilans et ad judicium convocans. Surgite mortui, venite ad judicium. Christus Dominus, D. Paulus et D. Joannes de tubâ hâc loquuntur. Hæc erit tuba novissima, de quâ 1 Cor. 15. Hæc tubæ vox erit morale resurrectionis instrumentum, sicut verba consecrationis sunt transubstantiationis instrumentum, ait Tirinus, post Cornelium à Lapide. Quintò, et mortui qui in Christo sunt.... Et ad primum hujus vocis, seu jussûs Dei, instans, resurgent omnes mortui quidem (sed Apostolus Christianos hic tantùm nominat, ad quorum consolationem scribit) et tam promptè et subitò, ut eamdem vocem paulò protractam et adhuc personantem audituri sint resumpti corporis auribus. *Audient vocem Filii Dei*, vel ad vocem, surgite, resurgent, sicque audient obediendo : ad vocem venite, audient corporaliter et ad judicium venient. Vide Cornelium à Lapide qui Suarem citat. Resurgent primi. Græc., *primùm*. Illud *primùm*, et sequens *deinde*, non significat prioritatem et posterioritatem in resurrectione, quasi aliqui priùs, alii posteriùs sint resurrecturi, fiet enim omnium resurrectio in eodem instanti, sed denotat prioritatem inter resurrectionem aliquorum et raptum omnium. Itaque *resurgent primi*, seu primùm, id est, primò resurgent mortui, ut simul cum vivis rapi possint in aera, non post eos.

Vers. 16. — *Deindè nos, qui vivimus, qui relinquimur, simul rapiemur cum illis* (qui ex mortuis resurrexerunt) *in nubibus obviàm Christo in aera*. Rapiemur tum ab angelis, tum à virtute Christi in aera, ut ibi in nube spendidissimâ quasi throno considenti ad judicium peragendum, sancti omnes in nubibus splendidis, quasi thronis assistant, ac quasi assideant, ita tamen ut quisque suo ordine et gradu pro meritis consideat.

Deinde, id est, peractâ resurrectione, tam nos, qui tunc vivemus, quàm alii sancti jam pridem mortui et tunc resuscitati, rapiemur in aera, non ante illos, sed simul et unà. Sed vivi, fientne sine morte immortales? Ita opinati sunt Græci multi, quos sequitur Cajetanus; quin et D. Augustinus id affirmavit aliquando, lib. 2 de peccatorum Meritis, cap. 31, sed retractavit, lib. 20 de Civit., cap. 20. Communiter tamen omnes Latini, ob Scripturæ auctoritatem omnes homines ad mortem condemnantis, docent quòd, vel in ipso raptu, vel ante raptum, omnes omninò homines morientur. Vide fusiùs apud Estium.

Hic ergo concipitur ordo in resurrectione, licèt in instante fiat. *Dominus* descendet de cœlo, stipatus angelis suis, qui quasi voce communi conclamabunt, ut se ad Domini jussum præstò esse testentur. Imperabit Dominus archangelo vocem dare resurrectionis signum et instrumentum. Vocem dabit archangelus, quæ quasi tuba Dei clarissima ubique personabit et ut potentissima efficiet id quod jubebit. Ad hanc vocem resurgent omnes mortui. Immutabuntur vivi, sive paulò post mortui sint et tunc resurgant; sive in instanti moriantur et in altero resurgant. Omnes deinde justi simul rapientur in aera, obviàm Christo judicium exercenti, reprobis ad sinistram humi relictis. Aliqua desunt in hoc ordine non expressa, sed alibi dicta à D. Paulo 1 ad Cor. 15; et à Christo, Matth. 24.

Et sic semper cum Domino erimus, ejus scilicet gloriæ consortes. O felix consortium! ô beatam æternitatem! semper cum Domino erimus. Ut hoc tunc eveniat nobis, nunc studeamus semper esse cum ipso, mente, corde, affectu, moribus et vitâ; in ejus vivamus gratiâ ut in illius gloriâ vivamus.

Vers. 17. — Itaque consolamini invicem... His ergo de resurrectione gloriosâ, et de æternâ cum Christo in beatitudine permansione, sermonibus consolemini vos mutuò in morte vestrorum, et ne lugeatis sicut gentiles qui talem spem non habent. O solidam Christianorum consolationem, in Dei verbo fundatam et in æternâ Dei gloriâ stabilitam! resurgam immortalis; æternæ Christi gloriæ consors futurus, sine fine. Hæc est spes mea, ô Deus; hæc est consolatio mea. Hâc spe erectus, hâc consolatione sustentatus, omnia terrena, mortalia, caduca, aliquando peritura contemno; te solum, ô Deus meus, desidero, diligo; tibi unicè adhærere in æternum volo; tibi soli servire, tibi totus esse, in tempore, et in æternitate.

Adjuva, Deus, infirmitatem meam; et qui dedisti velle, da et perficere; omnia mea rumpe vincula, ut liber ab omnibus me in occursum tuum præparem assiduè; hoc unicum sit negotium meum.

Et sic semper, videlicet tam in judicio quàm in cœlo, ad quod mox ascendent. *Cum Domino* (Christo) *erimus*.

Vers. 17. — *Itaque consolamini invicem in verbis istis*, nimirùm eorum commemoratione mutuam fidem et spem excitando.

Corollarium pietatis, seu in hoc capite ad pietatem maximè notanda, et ad praxim redigenda.

1° Ex v. 1, discamus omnes in salutis viâ nunquàm standum, sed semper ambulandum, continuè proficiendum; de virtute in virtutem eundum usque ad cœlum. Vide v. 1, in commentario. Vide etiam v. 10.

2° Ex v. 3, discamus mentique nostræ inscribamus nunquàm oblitterandam omnium Dei præceptorum summam, seu epitomem. *Hæc est voluntas Dei, sanctificatio nostra.* Deus vult ut sim sanctus, id est, omne peccatum fugiam, omne bonum amplectar. Hæc erit ergo deinceps tota mea voluntas, hoc omne studium meum: omne malum horrebo, omne bonum et sanctum cum Dei gratiâ operabor. Deus vult ut sim sanctus, ab omni malo alienus, et speciatim ab omni immunditiâ remotus. Deus est spiritus, et, quia spiritus, vult me spiritualem, sanctum, purum. Deus est spiritus, et, quia spiritus, impuritatem horret tanquàm sibi oppositam. *Non permanebit spiritus meus in homine, quia caro est.* Omnem itaque impuritatem horrebo; castitati magis ac magis studebo. Impuritatis enormitatem et ab eâ deterrentia vide in v. 7, 8. Per eam Deus spernitur, Christus inhonoratur, Spiritus sanctus contumeliâ afficitur. Ibidem discamus quomodò de rebus etiam inhonestis castè loquendum, ubi est loquendi necessitas.

3° Notemus et diligenter exsequamur omnes Apostoli præceptum de fugâ otii et de labore honesto, ut quieti et pacifici nostra curemus, de alienis non immisceamur negotiis, sed operemur indesinenter. Vide v. 11.

4° Qui veritatem de mortuorum resurrectione benè et seriò penetraverit, hinc solidam et Christianam de morte, tum suâ, tum suorum, consolationem percipiet. Vide à v. 12 usque ad finem, et præsertim v. 17.

CAPUT V.

1. De temporibus autem et momentis, fratres, non indigetis ut scribamus vobis :

2. Ipsi enim diligenter scitis quia dies Domini, sicut fur in nocte, ita veniet.

3. Cùm enim dixerint : Pax et securitas, tunc repentinus eis superveniet interitus, sicut dolor in utero habenti, et non effugient.

4. Vos autem, fratres, non estis in tenebris, ut vos dies illa tanquàm fur comprehendat.

5. Omnes enim vos filii lucis estis, et filii diei : non sumus noctis, neque tenebrarum.

6. Igitur non dormiamus sicut et cæteri, sed vigilemus et sobrii simus.

7. Qui enim dormiunt, nocte dormiunt; et qui ebrii sunt, nocte ebrii sunt.

8. Nos autem, qui diei sumus, sobrii simus, induti loricam fidei et charitatis, et galeam spem salutis.

9. Quoniam non posuit nos Deus in iram, sed in acquisitionem salutis per Dominum nostrum Jesum Christum,

10. Qui mortuus est pro nobis, ut sive vigilemus, sive dormiamus, simul cum illo vivamus.

11. Propter quod consolamini invicem, et ædificate alterutrum, sicut et facitis.

12. Rogamus autem vos, fratres, ut noveritis eos qui laborant inter vos, et præsunt vobis in Domino, et monent vos,

13. Ut habeatis illos abundantiùs in charitate propter opus illorum : pacem habete cum eis.

14. Rogamus autem vos, fratres, corripite inquietos, consolamini pusillanimes, suscipite infirmos, patientes estote ad omnes.

15. Videte ne quis malum pro malo alicui reddat; sed semper quod bonum est sectamini in invicem et in omnes.

16. Semper gaudete.

17. Sine intermissione orate.

18. In omnibus gratias agite; hæc est enim volun-

CHAPITRE V.

1. Or pour ce qui regarde les temps et les moments, il n'est pas besoin, ô frères, que nous vous en écrivions,

2. Parce que vous savez bien vous-mêmes que le jour du Seigneur doit venir comme un voleur pendant la nuit.

3. Car lorsqu'ils diront : Nous sommes en paix et en sûreté, ils se trouveront surpris tout d'un coup par une ruine imprévue, comme l'est une femme grosse par les douleurs de l'enfantement, sans qu'il leur reste aucun moyen de se sauver.

4. Mais quant à vous, ô frères, vous n'êtes pas dans les ténèbres, en sorte que ce jour puisse vous surprendre comme un voleur.

5. Vous êtes tous des enfants de lumière, et des enfants du jour: nous ne sommes point enfants de la nuit ni des ténèbres.

6. Ne dormons donc pas comme les autres, mais veillons, et gardons-nous de l'enivrement du péché.

7. Car ceux qui dorment, dorment durant la nuit; et ceux qui s'enivrent, s'enivrent durant la nuit.

8. Mais nous qui sommes enfants du jour, gardons-nous de cette ivresse, et armons-nous en prenant pour cuirasse la foi et la charité, et pour casque l'espérance du salut.

9. Car Dieu ne nous a pas destinés pour être les objets de sa colère, mais pour nous faire acquérir le salut par Notre-Seigneur Jésus Christ,

10. Qui est mort pour nous, afin que, soit que nous veillions, soit que nous dormions, nous vivions toujours avec lui.

11. C'est pourquoi consolez-vous mutuellement, et édifiez-vous les uns les autres, ainsi que vous le faites.

12. Or nous vous supplions, ô frères, de considérer beaucoup ceux qui travaillent parmi vous, qui vous gouvernent selon le Seigneur, et qui vous avertissent de votre devoir ;

13 Et d'avoir pour eux une particulière vénération par un sentiment de charité, à cause qu'ils travaillent pour votre salut. Conservez toujours la paix avec eux.

14. Je vous prie encore, ô frères, reprenez ceux qui sont déréglés, consolez ceux qui ont l'esprit abattu, supportez les faibles, soyez patients envers tous.

15. Prenez garde que nul ne rende à un autre le mal pour le mal, mais soyez toujours prêts à faire du bien, et à vos frères, et à tout le monde.

16. Soyez toujours dans la joie.

17. Priez sans cesse.

18. Rendez grâces à Dieu en toutes choses, car

tas Dei in Christo Jesu, in omnibus vobis.

19. Spiritum nolite extinguere.

20. Prophetias nolite spernere.

21. Omnia autem probate; quod bonum est tenete.

22. Ab omni specie malâ abstinete vos.

23. Ipse autem Deus pacis sanctificet vos per omnia, ut integer spiritus vester, et anima, et corpus sine querelâ in adventu Domini nostri Jesu Christi servetur.

24. Fidelis est qui vocavit vos; qui etiam faciet.

25. Fratres, orate pro nobis.

26. Salutate fratres omnes in osculo sancto.

27. Adjuro vos per Dominum, ut legatur epistola hæc omnibus sanctis fratribus.

28. Gratia Domini nostri Jesu Christi vobiscum. Amen.

c'est-là ce que Dieu veut que vous fassiez tous en Jésus-Christ.

19. N'éteignez pas l'Esprit.

20. Ne méprisez pas les prophéties.

21. Mais éprouvez tout, et admettez ce qui est bon.

22. Abstenez-vous de tout ce qui a quelque apparence du mal.

23. Que le Dieu de paix vous sanctifie lui-même en toute manière, afin que tout ce qui est en vous, l'esprit, l'âme et le corps, se conservent sans tache pour l'avénement de Notre-Seigneur Jésus-Christ.

24. Celui qui vous a appelés est fidèle, et c'est lui qui fera cela en vous.

25. O frères, priez pour nous.

26. Saluez tous nos frères, en leur donnant le saint baiser.

27. Je vous conjure par le Seigneur de faire lire cette lettre devant tous les saints frères.

28. Que la grâce de Notre-Seigeur Jésus-Christ soit avec vous. Amen.

ANALYSIS.

Veritatem, modum et ordinem resurrectionis docuit; restabat ut indicaret tempus et diem. At hoc, inquit, vobis fidelibus non est necessarium, quia fide scitis quòd dies Domini sit inopinatò venturus, et improbos occupaturus ex improviso, sicut fur obrepit nocte, et dormientibus adest inexspectatus, v. 1, 2, 3. *Vos autem dies illa non comprehendet imparatos, quia* filii lucis estis, *v.* 4, 5. *Hoc ut ita sit, ut* filii lucis *vigiles et sobrii simus, v.* 6, 7, *insuper et armati fide et charitate quasi thorace, spe quasi galeâ salutis; v.* 8. *Salutem verò speremus ex Dei bonitate, qui nobis Filium suum dedit, in suo proprio sanguine Salvatorem; v.* 9, 10, 11.

Commendat inferioribus honorare eos qui præsunt et in Evangelio prædicando laborant, v. 12, 13. *Præsules autem hortatur ut suo ritè fungantur officio, arguant, solentur, suscipiant, tolerent, v.* 14; *attendant subditis, v.* 15.

Omnes fideles hortatur ad gaudium spirituale, ad orationem assiduam, ad gratiarum actionem, ut Spiritum non exstinguant, prophetias probent, ab omni specie mali abstineant; v. 16, 17, 18, 19, 20, 21, 22.

Denique omnimodam eis sanctitatem apprecatur, v. 23, 24. *Se eorum commendat orationibus, v.* 25. *Omnes salutat, v.* 26. *Adjurat eos ut hæc Epistola omnibus sanctis fratribus legatur, v.* 27, *quam consuetâ gratiam precandi formulâ claudit, v.* 28.

PARAPHRASIS.

1. Cæterùm de temporibus et momentis quibus ad judicium venturus sit Christus necesse non est ut scribamus vobis.

2. Ipsi enim exactè nôstis quòd dies Domini inopinatò et inexspectata veniet, sicut fur in nocte.

3. Cùm enim dixerint: Pax et securitas est, nihilque periculi; tunc illis repentinum superveniet exitium, quod non effugient, sicut mulieri prægnanti, et aliud cogitanti, dolor partûs repentè supervenit.

4. At vos, fratres, non estis in tenebris, ut vos dies illa tanquàm fur deprehendat.

5. Quomodò enim in tenebris essetis vos qui filii lucis estis, et filii diei? nos Christiani non sumus filii noctis, neque tenebrarum.

6. Ne dormiamus ergo sicut cæteri, sed vigilemus et sobrii simus.

7. Qui enim dormiunt, noctu dormiunt; et qui inebriantur, nocte inebriantur.

8. At nos, qui diei sumus filii, vigiles et sobrii simus; insuper et armati, fidem scilicet et charitatem pro loricâ, et spem salutis pro galeâ induti.

9. Spem salutis dixi; non enim nos, filios suos, Deus destinavit ad damnationem, sed ad salutem æternam per Domini nostri Jesu Christi merita acquirendam,

10. Qui pro nobis mortuus est, ut, sive vivi, sive mortui, æternâ cum illo gloriâ perfruamur.

11. Propter quod, scilicet et propter Christi mortem pro nobis, et propter futuram æternæ Christi gloriæ perfruitionem, vos invicem consolamini et ædificate mutuò, sicut reverà facitis.

12. Rogamus autem vos, fratres, ut notetis eos qui in Evangelio vobis prædicando laborant, et qui præsunt vobis in Domino, et vos admonent de faciendis et de fugiendis.

13. Illos, inquam, noveritis, ut speciatim eos honoretis et impensiùs diligatis, propter opus quod exercent in vobis; pacem habete cum eis.

14. Rogamus autem vos, fratres prælati, ut corrigatis inquietos, consolemini pusillanimes, suscipiatis infirmos, patientes sitis ad omnes, sive infirmi sint, sive pusillanimes, sive inordinati.

15. Videte ne quis cuiquam malum pro malo reddat; sed studete semper benefacere omnibus, non fratribus tantùm, sed et infidelibus.

16. Læto semper sitis animo;

17. Orate assiduè;

18. De omnibus Deo gratias agite: hæc enim Dei voluntas est, seu vult Deus ut id faciatis omnes per Jesum Christum.

19. Spiritum sanctum ne extinguatis, scilicet in donis suis.

20. Prophetias speciatim ne spernatis :

21. Omnia tamen (à prophetis proposita) examinate, et quod bonum est retinete.

22. Quod speciem habet mali fugite.

23. Deus autem pacis auctor vos totaliter et perfectè sanctificet, et totum spiritum vestrum, et animam, et corpus, in sanctitate custodiat, usque ad adventum Domini nostri Jesu Christi.

24. Deus qui vos vocavit, fidelis est, perficiet quod incœpit.

25. Fratres, orate pro nobis

26. Nomine meo salutate fratres nostros, eosque osculo, charitatis symbolo, osculemini.

27. Obtestor vos in nomine Domini nostri Jesu Christi ut hæc Epistola in publico fidelium conventu legatur.

28. Gratia Domini nostri Jesu Christi sit vobiscum. Amen.

COMMENTARIA.

Vers. 1. — De temporibus autem et momentis... Iisdem utitur verbis ac ipse Christus Dominus : *Non est vestrùm nôsse tempora vel momenta*, ait Christus, Act. 1. *De temporibus autem et momentis...* ait Paulus. Χρόνοι, hìc majorum sunt temporum spatia, v. g., anni ; καιροί, minora, menses scilicet, dies, horæ. Sensus Apostoli hic esse videtur : Equidem, ô Thessalonicenses, necessarium erat ad fidei et spei vestræ confirmationem, et ad vestram, in defunctorum vestrorum luctu, consolationem, ut de resurrectione et de resurrectionis modo et ordine scriberem vobis ; atverò *de temporibus et momentis* quibus fiet omnium resurrectio scribere vobis, nec vobis necessarium est, nec mihi possibile. Non possibile quidem, quia latet omnes hæc dies : *Veniet ut fur*, v. 2 ; non autem necessarium vobis, *quia vos, fratres, non estis in tenebris*, v. 4.

Meritò notat hìc D. Chrysostomus quòd hæc sit ingenii nostri curiositas, ut quæ maximè latent ea maximè scire cupiat ; præsertim verò tempus consummationis seculi. De hoc ipsi apostoli ante passionem exquisierant ; Matth. 24 : *Dic nobis quando hæc erunt, et quod signum adventûs tui, et consummationis seculi.* Post passionem et resurrectionem, Act. 1 : *An in tempore hoc restitues*, etc. At non sic, postquàm Spiritu sancto digni sunt habiti ; quin verò reprimunt hanc intempestivam curiositatem, nec sinunt quærere *de temporibus et momentis*, etc.

Reverà, quid hinc lucri, ait Chrysostomus ? Sit longè, sit propè, quid ad nos, cùm vitæ nostræ finis sit unicuique nostrùm seculorum consummatio ? Quid de communi fine curiosè sollicitus es ? Finem tuum cura, hunc finem præpara, ab alio fine tibi grave nihil accidet, ex D. Chrysostomo. Cur autem finem communem et particularem nobis celaverit Deus, vide D. Chrysostomum et Theophylactum, ne in vitium nos præcipites demus, ne in socordiam, ne mercedem nobis amputet. Hæc fusiùs D. Chrysostomus.

Vers. 2. — Ipsi enim diligenter, id est, exactè, planè et certò scitis.

Quia dies Domini sicut fur.... Sicut enim fur in nocte obrepit, et hominibus dormientibus adest inexspectatus, ita dies Domini inopinatò veniet, et homines incredulos et incautos occupabit ex improviso.

Vers. 3. — Cum enim dixerint : Pax... Loquitur de improbis, præsertim infidelibus, ac fidelium persecutoribus. Cùm ergo putaverint illi omnia esse pacifica et in tuto posita, tunc repentinus eis superveniet ; Græc., *instat*, imminet interitus, seu adest proximum et certum exitium.

Sicut dolor in utero habenti, id est, sicut dolor partûs prægnantem occupat ex improviso. Exemplum valdè appositum et in Scripturis frequens. Novit mulier prægnans quòd pariet : quando verò paritura sit, an septimo, an octavo, an nono, an decimo mense, quo die, quâ horâ, ignorat ; sed sæpè jocans, ludens et ridens, ineffabilibus repentè comprehenditur doloribus. Ita et nos scimus venturum Dominum, sed adventûs illius momenta vel tempora ignoramus. Ita et impiis ridentibus et gaudentibus supervenit repentinus interitus.

Et non effugient, nec ullo modo poterunt effugere. Hujus rei figuram habes in diluvio. *Sicut in diebus Noe, ita erit et adventus Filii hominis ;* Matth. 24, v. 37 ; et in Balthasare comedente, et cum lætitiâ bibente, et tamen audiente : *Mane, thecel, phares ;* Daniel. 5, 25.

Observatio moralis.

Quod Apostolus de judicii generalis die hìc dicit, illud et intellige de mortis nostræ nostrique judicii particularis die : sicut fur, venit inopinatus. Heu quot novimus quos dormientes, sicut Miphiboseth, præoccupavit ? quot, sicut Balthasarem, bibentes et gaudentes ? *Vigilate itaque*, ait Christus in Evangelio ; *iterùm dico, vigilate ; omnibus dico, vigilate*, ne scilicet tale quid eveniat nobis, Matth. 24, 42 ; Lucæ 13, 35, 37. Mirare hìc ineffabilem Dei misericordiam, toties totque modis impios homines de suo adventu inopinato commonentis. Sanè imperatos invenire non vult, quos toties invitat ad præparationem.

O Deus bone ! Deus misericors ! etiam cùm *vis irasci, misericordiæ recordaris. Dedisti metuentibus te signifi-*

Vers. 1. — *De temporibus autem*, etc. ; quo scilicet tempore et momento Christus venturus sit ad judicium.

Vers. 2. — *Ipsi enim diligenter*, id est, exactè, planè, certò, *scitis quia dies Domini, sicut fur in nocte, ita veniet ;* scilicet inopinatò et inexpectatus.

Vers. 3. — *Cùm enim dixerint pax, et securitas ;* id est, tuta sunt omnia, nihil est periculi, nullus metus ; *tunc repentinus eis superveniet interitus ;* id est, instat vel imminet exitium.

Sicut dolor in utero habenti, id est, parturienti : hanc enim repentè nesciam dolor partûs corripit. *Et non effugient ;* q. d. : Nec ullâ ratione poterunt effugere malum imminens.

cationem, *ut fugiant à facie arcûs*, psal. 59, 6. Quàm meritò itaque singulis improperas pereuntibus : *Perditio tua ex te!* Da mihi, ô Deus clemens, hàc tuâ sic uti misericordià, ut fidei vigilantià præveniam mortis præoccupationem, pœnitentiæque doloribus effugiam damnationis æternæ dolores.

Sed circa litteram objici potest : Nonne Elias et Antichristus præcessuri sunt eruntque signum adventûs Christi? Erunt, respondet Theophylactus, erunt quidem signum consummationis seculi, Christi adventûs non item; subitaneus erit enim et incertus. Sed, inquies iterùm, *erunt signa in sole*... Fateor et hæc signa præcedent adventum Domini, sed non diem adventûs Domini : quippe tempus signorum illorum erit ipse dies Domini, nec diù durabit tempus illud. Vide Estium.

Vers. 4. — Vos autem, fratres...., utpote fide illuminati, non estis in tenebris, scilicet infidelitatis et cupiditatum, ut vos dies illa, sicut fur, comprehendat. Omnibus quidem, ipsis etiam fidelibus et piis ignotus est hic dies, non tamen omnes occupat ex improviso, sed improbos tantùm et tenebrarum operibus deditos. Sicut in luce vigilantibus et excubias agentibus etsi superveniat fur, non nocebit; atverò dormientes in tenebris spoliat et nudat.

Vers. 5. — Omnes enim vos filii lucis estis... Sic in Scripturis appellantur Christiani ob Christum qui lux est mundi Paterque noster, et ob fidem quæ vera lux est, et justitiæ diem parit. Hoc autem sæpè repetit Apostolus ut filios lucis laudans, excitet ad opera lucis, id est, sanctitatis; sicque non paveant hanc diem omnibus tenebrarum filiis terribilem. Verus Christianus adventum Christi Patris nostri non horret, sed optat; quippe, ait S. Augustinus, perversum omninò est quem diligis timere ne veniat : orare quotidiè : *Adveniat regnum tuum*, et timere ne exaudiaris.

Unde iste timor? Quia judex venturus est. Sed numquid invidus? numquid malevolus? Nihil horum prorsùs : quis enim venturus est judicare, nisi qui venit judicari pro te? August., psalm. 147, citatus à P. Cornelio. Idem vide fusiùs in Epist. secundâ ad Thessalonicenses, cap. 2, v. 1.

Vers. 6. — Igitur non dormiamus... Ne præsumant de nomine, hortatur ut et de facto sint *filii lucis*, vigiles et sobrii. Quid enim prodesset nobis nomine et professione externâ filios lucis esse, si operibus simus tenebrarum filii; si sicut pagani dormiamus in peccato et in oblivione Dei et salutis nostræ? Tantò severior erit nostra damnatio, quantò majori luce donati fuerimus; quippe complebitur in nobis quod dixit Christus : *Hoc est judicium mundi, quia lux venit in mundum, et dilexerunt homines magis tenebras, quàm lucem. Igitur non dormiamus* somno peccati, ne sertamus saluti nostræ negligentes.

Sed vigilemus attenti : qui vigilat domumque suam custodit, furis adventum persentit; ita qui vigilat, Domini adventûs signa percipit.

Et sobrii simus : non à vino tantùm, sed ab omni cupiditate et perturbatione animi, quæ spiritualis est ebrietas. Ebrietas animæ sunt divitiæ, pecuniæ cupiditas et amor corporum, D. Chrysostomus.

Vers. 7. — Qui enim dormiunt... Vigilantiæ et sobrietatis nostræ rationem petit ex metaphorâ jam dictâ noctis et dici. Nocturnum tempus somno et ebrietati magis opportunum : hinc *qui dormiant*... Dies verò vigiliæ et sobrietatis tempus est.

Vers. 8. — Nos igitur, qui sumus filii diei, vigiles et sobrii simus, insuper et armati. Sobrietatem supra addidit vigilantiæ; si quis enim vigilet quidem, sed ebrius sit, hunc prædo facilè subripiet et spoliabit. Hic autem arma sobrietati superaddit, quia hominem etiam vigilem et sobrium, sed inermem, latro facilè conficit. Itaque vigiles, sobrii, armati simus.

Induti loricam fidei, id est, dogmata, ait D. Chrysostomus. Et charitatis, id est, bonam vitam, idem Chrysostomus. Et galeam spem... Spes autem salutis nobis per Christi merita promissæ sit mentis nostræ galea. Fides charitate animata cor et vitam hominis interioris protegit et conservat, sicut lorica pectus et interiora; spes verò mentem erigit ad cœlestia.

Observatio moralis.

Itaque tria nobis necessaria sunt, vigilantia, sobrietas, armatura. Ad vigilantiam D. Chrysostomus hic, in fine moralis, nos excitat exemplo funambulorum et ambulantium super cacumina et præcipitia. Angustam, inquit, viam ingredimur, præcipitiis undique circumdatam, quæ duos simul pedes non capit : quantâ itaque nobis opus est vigilantiâ! Vides quòd ii qui ejusmodi vias ingrediuntur non solùm pedes muniunt, sed et oculos, etc. Sic et nos omnia diligenter et accuratè circumspiciamus : magnum est vitii profundum, magna præcipitia, magnæ inferiùs tenebræ; angustias observemus, cum timore et tremore ambulemus. Sobrietas nobis duplex est necessaria. Sobrii,

Vers. 4.— *Vos autem, fratres, non estis in tenebris.* Id est, vos cùm sitis illuminati per fidem vivam, non jam estis in nocte tenebrarum, id est, infidelitatis ac cæterorum vitiorum.

Ut vos dies illa tanquàm fur comprehendat, hoc est, opprimat ac perdat; sed eos solos quos somno ac tenebris occupatos inveniet, id est, malos.

Vers 5. — *Omnes enim vos filii lucis estis, et filii diei*; id est, fide illuminati, et ad opera lucis ac dici (quæ sunt opera fidei, cæterarumque virtutum) exercenda per Christi gratiam vocati.

Non sumus noctis, neque tenebrarum, scilicet filii; id est, noctis ac tenebrarum opera sectantes.

Vers. 6. — *Igitur non dormiamus sicut et cæteri :* somno peccatorum, desidiæ, ignorantiæ Dei et salutis.

Sed vigilemus, et sobrii simus, quasi in die; hoc est, semper simus in exspectatione judicis venturi, quod est vigilare; semperque justis ac temperatis actionibus intenti, quod est sobrius esse.

Vers. 7. — *Qui enim dormiunt, nocte dormiunt.* Dormientes vocat eos, qui in malitiâ dormiunt. *Et qui ebrii sunt, nocte ebrii sunt.* Vocat ebrios scilicet eos qui cupiditatibus animi et perturbationibus indulgent.

Vers. 8. — *Nos autem qui diei sumus*, etc. Non satis est vigilare, verùm opus etiam armari. *Lorica* ergo quâ pectus et totum corpus obarmemus, sit fides, et bona opera charitatis; *galea* verò nostra sit spes salutis.

seu liberi, debemus esse ab omni vitioso affectu, et sobriè debemus uti hujusmodi rebus. Audi eumdem D. Chrysostomum : Nullus talem ingrediens viam in risum effunditur, nec ebrietate gravatur; sed in sobrietate et jejunio hanc viam ingreditur. Nullus hâc viâ incedens aliquid defert superfluum, sed succinctus et expeditus, etc.; nullus suos pedes impedit, sed liberos dimittit et solutos, etc.

Panopliam hominis Christiani vide Ephes. 6; hic ad tria reducitur : Sint fides attenta ad cœlestia; spes firma et hæc exspectans; charitas operans, quæ hæc æterna promereatur bona. Est in nostrâ potestate ut Deus nostrî misereatur, ait D. Chrysostomus : miserere proximi, et Deus ipse miserebitur tuî. Vide in fine moral.

Vers. 9. — Quoniam non posuit nos Deus... Spem nostram firmat ex Dei bonitate salutem nostram adeò volentis, ut Filium suum unigenitum dederit pro nobis. Sensus ergo est : Et meritò sperare debemus, quia nos Deus, filios suos, non destinavit ad perditionem, sed ad salutem æternam. Unde hoc tibi constat?

Vers. 10. — Qui mortuus est pro nobis... Quia Filium suum dedit pro nobis. Adeò vult nos salvos fieri, ut Filium suum dederit, et non solùm dederit, sed dederit ad mortem. Quanta hinc spes!

Ut sive vigilemus, sive dormiamus... Aliter hic *vigilare et dormire* sumuntur quàm supra; significant enim hic, vivere et mori. Itaque pro nobis mortuus est Christus, ut, sive vigiles, sive dormientes, sive vivi, sive mortui, sive in hâc vitâ, sive post mortem, cum illo vivamus; nunc scilicet per gratiam, tunc per gloriam. Vivam ergo, an moriar, nihil meâ refert, cum illo vivam : etiamsi mortuus fueris, cum illo vives. Nihil itaque timeamus, nec vitam, nec mortem; utrumque nobis indifferens, ex D. Chrysostomo.

Vers. 11. — Propter quod, id est, quia Christus pro nobis mortuus est ut cum illo in æternum vivamus;

Consolamini invicem, et vos ædificate mutuo. Mutuam salutem piis promovete sermonibus et exemplis.

Observatio moralis.

Deus vult salutem meam; me destinavit ad vitam; salutis meæ causâ Filium suum dedit ad mortem. Filius pro me mortuus est ut, sive vigil, sive dormiens, sive in hâc, sive in alterâ vitâ, sim et vivam cum illo, simque æternæ gloriæ suæ particeps. O bonitas! ô misericordia ineffabilis! O consolatio solida quæ in tali fundatur bonitate et misericordiâ! Quis non speret in hâc clementi voluntate Dei, in hâc pretiosâ morte Fili Dei? *Etiamsi me occiderit*, in hoc sperabo. Hoc non contentus, ut Deum et Christum imiter, volo, desidero, ardeo salutem proximi mei; verbis et exemplis illam, quantùm potero, promovebo : nihil recusabo ei pro quo Christus mortuus est; cuique vitam suam dedit et sanguinem.

Ædificate alterutrum. Metaphora ducta ab architectis qui murum simul ædificant. Debet unusquisque proximum suum *ædificare*, id est, ipsius salutem verbis et factis promovere. Ne dicas, non sum doctor, ait Theophylactus; doctores non sufficiunt ad omnium ædificationem, *hinc unusquisque proximum ædificet.*

Vers. 12. — Rogamus autem vos, fratres, ut noveritis... Præcepta dat ad vitæ christianæ institutionem spectantia, ac primò commendat honorem prælatis et Ecclesiæ ministris debitum. Rogat ergo fideles inferiores ut omnes Ecclesiæ ministros, sive doctores sint, sive prælati, sive quodcumque officium exerceant, revereantur, diligant, eisque necessaria suppeditent. Omnes Ecclesiæ ministros dixi, nec enim necessariò hæc tria eidem personæ conveniunt. Imò tres gradus videtur distinguere, scilicet doctores, prælatos, presbyteros.

Ut noveritis : hæc agnitio significat hic reverentiam, obedientiam, rerum necessariarum subministrationem. *Rogamus ergo* ut respectu et affectu noscatis, seu ut consideretis et honoretis,

Eos qui laborant inter vos, docendo scilicet, et ea quæ sunt salutis vobis administrando.

Et præsunt vobis in Domino, id est, et qui vobis præsunt in iis quæ spectant ad Dominum, seu prælatos ecclesiasticos.

Et monent vos, id est, et qui vos monent de faciendis et de fugiendis, seu presbyteros, quibus hoc maximè convenit.

Hic nota tria prælatorum in subditos munia. Laborent assiduè in docendo et necessaria salutis administrando. Præsint et regant sollicitè circa ea quæ Domini sunt. Fortiter et charitativè moneant de faciendis et de fugiendis.

Vers. 9. — *Quoniam non posuit nos Deus in iram.* Id est, Deus non posuit, constituit, ordinavit nos ad iram seu vindictam; id est, non prædestinavit nos ad æternam damnationem.

Sed in acquisitionem salutis, id est, sed ad æternam salutem efficaciter acquirendam.

Per Dominum nostrum Jesum Christum. Deus per Christum nos prædestinavit ad salutem. Nam à Deo per Christum nos electos esse, sermo est Apostolo frequens. Ephes. 1, et alibi.

Vers. 10. — *Qui mortuus est pro nobis.* Mortuus est autem pro nobis, ne nos maneremus in morte, sed ut in æternum viveremus.

Ut sive vigilemus, id est, vivamus, *sive dormiamus*, id est, moriamur, *simul cum illo vivamus*, nimirùm hic in gratiâ, post mortem verò in gloriâ : id quod propriè est vivere cum Christo. Nam alioqui, durante mortali hâc vitâ, magis in Christo, quàm cum Christo vivere dicimur.

Vers. 11. — *Propter quod consolamini invicem.* Scilicet per ea quæ de resurrectione mortuorum et vitâ perpetuâ cum Christo ducendâ jam ex me audivistis.

Et ædificate alterutrum; id est, mutuam salutem promovete piis sermonibus, quibus ad spem beatæ resurrectionis et vitæ æternæ, fratrum animi excitentur.

Sicut et facitis. Hoc addit, quò gratior sit exhortatio laudi permixta.

Vers. 12. — *Rogamus autem vos, fratres, ut noveritis*, id est, notetis, et rationem eorum habeatis, *eos qui laborant*, in prædicando Evangelio et re christianâ procurandâ ac promovendâ, *inter vos.*

Et præsunt vobis in Domino, id est, in Domini Christi familiâ, hoc est, Ecclesiâ. *Et monent vos*, nem-

Vers. 13. — Ut habeatis illos abundantius in charitate. Græc.: *Et ducere illos superexuberanti in charitate.* Quod vertit Syrus. : *Ut æstimentur à vobis cum charitate abundantiori.* Ambrosius : *Ut illis summum honorem habeatis in charitate.* Theophylactus post D. Chrysostomum : *Ut abundantiùs diligatis eos, sicut filii parentes suos.* Sensus ergo est : *Rogamus vos* ut eos omnes summoperè revereamini ex charitate, propter ministerium quod in vobis exercent, et quod omni veneratione dignum est.

Audi Chrysostomum : Per ipsos generati estis æternâ generatione ; per ipsos estis regnum assecuti ; per manus ipsorum fiunt omnia ; per ipsos vobis portæ cœlorum aperiuntur. Qui Christum diligit, cujusmodicumque sit sacerdos, eum diligit, quòd per eum veneranda sit assecutus sacramenta.

Pacem habete cum eis. Græc. : *Pacem habete in vobis ipsis.* Sed Syrus, Æthiops, D. Chrysostomus, Theodoretus, habent sicut Vulgata. Theophylactus utrumque conciliat : *Habete pacem cum ipsis, idque non externâ specie, sed in vobis ipsis.*

Sicut supra notâsti prælatorum in subditos tria officia, sic tria hic inferiorum in prælatos debita : honorem, amorem, pacem, idque ob tremenda mysteria quæ per ipsos assequuntur.

Vers. 14. — Rogamus autem vos... Prælatos nunc alloquitur.

Corripite inquietos. Græc., *inordinatos.* Syrus, *malè agentes.* Æthiop., *contumeliosos.* Arab., *eos in quibus non est ordo.* Ἄτακτος, *qui regulam et ordinem non servat.* E contra, εὔτακτος, *ordinis observator.* Itaque intellige negligentes sui ordinis, regulæ, et officii ; qui suis dissolutis moribus aliorum pacem et tranquillitatem perturbant.

Consolamini pusillanimes, quibus scilicet, deficit animus ad magna, seu facienda, seu ferenda.

Suscipite infirmos. Ambrosius, *opitulamini infirmis.* Grotius, *sustentate eos, velut manu prehensos,* id est, tolerate et opitulamini. Græcus significat utrumque tolerare et opitulari.

Patientes estote ad omnes. Sive infirmi sint, sive pusillanimes, sive inordinati. Patientia, lenitas, mansuetudo, virtus est generalis et ad omnes debet extendi.

Vers. 15. — Videte ne quis malum pro malo reddat. Interdicitur vindicta. Si malum pro malo non est reddendum, multò minùs malum pro bono ; multò minùs si non fuerit priùs malum, Chrysostomus.

Sed semper quod bonum est... Sed studete omnibus semper benefacere, non tantùm fratribus, sed et infidelibus et persecutoribus vestris.

Nota *semper* et in omnes. Præceptum Domini est : *Ego autem dico vobis, diligite...*

Vers. 16.— Semper gaudete ; etsi in tentationes incidatis. Alloquitur omnes, et prælatos et subditos, quos hortatur ut læto semper sint animo, etiam in mediis et urgentibus malis, ait D. Athanasius. Quasi dicat Apostolus : Omnia pro Christo æquo tolerate animo. Quomodò potest hoc fieri ?

Vers. 17 et 18. — Sine intermissione orate. Viam aperit ad perpetuam spiritualem lætitiam : scilicet orent assiduè et de omnibus Deo gratias agant, etiam de adversis. Age Deo gratias, et malum mutatur in bonum, ait S. Chrysostomus. Hinc D. Augustinus laudat morem antiquum dicendi, Deo gratias. Vide Cornelium à Lapide.

Hæc est enim voluntas Dei... Scilicet, ut hoc omnes vos præstetis per Jesum Christum. Sicut per Christum omnia accipimus, sic per ipsum gratiarum reddenda est actio. Ipse enim mediator noster est et nostra hostia laudis. Potest etiam hoc intelligi de aliis præcedentibus. *Hæc est voluntas Dei,* ut gaudeatis, ut oretis, ut gratias agatis : in Christo Jesu, id est, per Dominum nostrum Jesum Christum cooperatorem, ait Theophylactus ; per gratiam adjutor erit, qui dicit ut fiat. Hinc collige tria cuivis Christiano necessaria : Primum, ut non reddat malum pro malo. Secundum, ut faciat bonum, etiam malum facientibus. Tertium, ut tam de bonis quàm de malis gaudeat et Deo gratias agat. Hæcque *in Christo Jesu* cooperatore.

Vers. 19. - Spiritum nolite extinguere. Spiritus sanctus frequenter in Scripturis igni comparatur. 2 Tim. 1, 6 : Suscitatur sicut ignis sopitus : hic verò extinguitur. Suscitatur autem precibus assiduis, meditatione continuâ, perpetuo pietatis studio, et jugi operatione sanctâ. Extinguitur è contra desidiâ in Deum, nimiis circa terrena occupationibus, carnali-

pè de iis quæ agere aut fugere debeatis.

Vers. 13.— *Ut habeatis illos abundantiùs,* etc. Ut eos abundantiùs ametis et foveatis, quasi filii parentes vestros spirituales. Ita Theophyl.

Vers. 14. — *Rogamus autem vos, fratres.* Hic jam alloquitur eos qui præsunt, et partes quasdam eorum officii attingit.

Corripite inquietos, admonete inordinatos, qui pacem et tranquillitatem publicam turbant malis ac dissolutis moribus.

Consolamini pusillanimes, ne in adversis animum despondeant, ne graviori tentatione pulsati victoriam desperent.

Suscipite infirmos ; sublevate infirmos, eos qui fide sunt infirmi, quique in viâ Dei facilè scandalizantur.

Patientes estote ad omnes. Id est, longanimes, lenes et mansueti estote erga omnes ; non solùm infirmos et pusillanimes, verùm etiam erga inquietos.

Vers. 15. — *Videte ne quis malum pro malo alicui reddat*, etc. Id est, benefacite invicem et omnibus.

Vers. 16. — *Semper gaudete*, gaudio spirituali ; hoc enim inter adversitates et pressuras singulare levamen est, iis præsertim qui patiuntur pro Christo.

Vers. 17. — *Sine intermissione orate.* Iter monstrat quò fiat ut semper gaudeamus, orationem nimirùm quæ non cesset, atque gratiarum actionem. Oratio est tutela pacis, mœrentium consolatio, lætantium jucunditas, lugentium solamen, morientium sepultura, etc. Nulla est alia in totâ vitâ humanâ pretiosior oratione possessio, ait S. Ephrem.

Vers. 18. — *In omnibus gratias agite*, tam in adversitate, quàm in prosperitate, etc.

Hæc est enim voluntas Dei in Christo Jesu, per Christum Jesum, *in omnibus vobis.* Quasi dicat : Hæc faciendo placebitis Deo per Christum, sine quo nihil placere potest.

Vers. 19. — *Spiritum nolite extinguere*, id est, donis, gratias, lumina, afflatus, impulsus, et, ut sequitur,

bus desideriis, incredulitate, peccato. Itaque *Spiritum* sanctum, id est, Spiritûs sancti gratias, illustrationes et impulsus, quibus quasi lampadibus vos in hoc caliginoso loco illuminat, *nolite extinguere*, vestrâ in Deum desidiâ, nimiis circa terrena dissipationibus, vitâ immundâ. Vide plura v. 21.

Rectè tamen, et magis ad mentem Apostoli, puto, si intelligatur de Spiritûs sancti donis, ad aliorum utilitatem concessis, v. g., de dono linguarum, prophetiæ, etc., de quibus 1 Cor. 12, et quæ tunc erant communia. Tunc, ait Theophylactus et Theodoretus, apud ipsos erant prophetæ Dei, erant et prophetæ vani, de quibus 2 Thessal. 2; sed quia incertum erat utri essent veri, omnes aversabantur et spernebant. Hinc Apostolus omnibus loquens, ac præsertim prælatis, dicit, nolite charismatum spiritualium usum prohibere; hoc enim esset Spiritum sanctum in suis donis extinguere.

Vers. 20. — Prophetias nolite spernere. Licèt apud vos aliqui sint prophetæ vani, ne propterea prophetias spernatis, et prophetas aversemini. Quin imò prophetiam inter alia magnifacite, gratiam scilicet vel futura prædicendi, vel Scripturas interpretandi.

Vers. 21. — Omnia autem probate, id est, examinate tamen quod à prophetantibus proponitur; et quod bonum est et sanæ doctrinæ congruum retinete. *Omnia probate*, id est, eas quæ veræ sunt prophetiæ, ait D. Chrysostomus, Theophylactus, et ita interpretatur ipse Grotius. Malè ergo hoc extendunt hæretici ad examen dogmatum fidei ab Ecclesiâ in conciliis receptorum quod de prophetiis privatis dixit Apostolus.

Quamvis, ut dixi v. 19, magis ad litteram intelligatur de donis gratuitis, benè tamen et verè potest et de internis gratiis etiam intelligi; et circa hoc videndus est D. Chrysostomus; ex quo : Hæc vita nox est crassa, lunâ carens; ut in eâ ambulemus, dedit nobis Deus lampadem præclaram, scilicet Spiritûs sancti gratiam accendit in cordibus nostris. Hanc lampadem acceptam alii splendidiorem faciunt, ut sancti; alii extinguunt, ut fatuæ virgines. Propterea Paulus ait : *Spiritum nolite extinguere;* hoc est, gratiam.

Sed quomodò extinguitur? Id S. Chrysostomus egregiâ comparatione describit. Sicut lucerna, vel aquæ infusione, vel terræ injectione, vel olei substractione, vel vento vehementi extinguitur, ita Spiritûs sancti gratia, vitâ immundâ, nimiâ circa terrena sollicitudine, pietatis in Deum defectu et in pauperes misericordiæ, spiritu nequitiæ. Itaque claude januas, id est, sensus, os, oculos, aures, ne ingrediatur spiritus malitiæ; fac eleemosynam, vaca Deo, terrena contemne, purè et sanctè vive. Hæc quidem excerpsi ex D. Chrysostomo, sed verba non sumpsi.

Circa januam claudendam, egregiè comparat duorum hominum ora se verbis appetentium duabus januis apertis, et ex adverso positis, per quas irruit ventus; unam si claudas, cessat ventus.

Vers. 22. — Ab omni specie mali abstinete. Quod speciem habet mali, etsi reverà malum non sit, relinquite tamen, metu scandali. Infirmis plus nocet species mali quàm malum ipsum fortioribus. Cave itaque, frater, ne per te pereat infirmus, propter quem mortuus est Christus.

Vers. 23. — Ipse autem Deus pacis... Quia non monitis tantùm, sed et Dei gratiâ indigemus ad sanctitatem, hinc datis monitis, orat tandem Apostolus ut Deus eos in omnibus, et per omnia, sanctificet, in spiritu, animâ et corpore, sicque hæc tria sanctificet ut et in sanctitate servet usque ad adventum Domini nostri Jesu Christi. *Deus pacis*, id est, qui pacis est auctor : hoc utitur epitheto, quia pax ad sanctificationem maximè confert, et ubi pax non est, ibi nec sanctitas est. *Deus* ergo *pacis* et sanctitatis auctor sanctificet vos totos; seu ut ait Syrus : *Vos omnes perfectè sanctificet, et totum spiritum vestrum et animam vestram, et corpus vestrum custodiat sine culpâ in adventum Domini nostri Jesu Christi. Sanctificet vos* per omnia. Græc., *totaliter;* sensus ergo est : Ita ut sitis toti et perfectè sancti, spiritu, animâ et corpore.

Ut integer spiritus, et anima, et corpus..... Græc., *et integer*, etc. Ut hæc tria integrè et omni ex parte immaculata et irreprehensibilia custodiantur usque ad adventum Domini nostri Jesu Christi. *Spiritus* est rationalis pars animæ, seu mens. *Anima* est ejusdem animæ pars sensitiva, seu pars inferior, quæ nobis cum bestiis communis est. *Corpus* est utriusque domicilium. Tres hominis partes nominat, ut indicet ad sanctitatem requiri ut interiùs et exteriùs simus irreprehensibiles; seu ut mens et voluntas, et omnes sensus interni et externi, ab omni sorde peccati custodiantur immunes.

Vers. 24. — Fidelis est Deus, qui vocavit vos : qui etiam faciet. Hoc sperat et exspectat, non pre-

prophetias Spiritûs sancti, qui est quasi lampas præfulgens in nocte hujus seculi. *Nolite* desidiâ, terrenis curis, desideriis carnalibus, quasi injectâ aquâ vel pulvere extinguere. Spiritum, inquit Ambrosius, extinguit, qui incipientem loqui spiritualia, contradictione suâ sopit.

Vers. 20, 21. — *Prophetias nolite spernere... Omnia autem probate*, etc. Hoc est, omnia quæ dicuntur à fratribus tanquàm prophetantibus, diligenter expendite, discutite et dijudicate, qualia sint; et quidquid inveneritis bonum, sanæque doctrinæ consentaneum, id retinete.

Vers. 22. — *Ab omni specie malâ abstinete vos.* Monet ne quid agant quod mali, id est, peccati, speciem præ se ferat, etiam si per se malum non sit.

Vers. 23. — *Ipse autem Deus pacis sanctificet vos per omnia.* Deus pacis, scilicet auctor, sanctitatem addat, id est, vitæ puritatem, etc. *Per omnia*, id est, totos, ut toti sitis sancti et perfecti in omnibus, nimirùm in spiritu, animâ et corpore.

Ut integer spiritus vester, et anima, et corpus sine querelâ in adventu Domini nostri Jesu Christi servetur. Precor ut Deus pacis vos totos, ac per omnia sanctificet, id est, spiritu, animâ et corpore mundos constituat, utque integrè et omni ex parte hæc omnia irreprehensa serventur, et servata inveniantur in adventu Domini, quando reddet unicuique secundùm opera sua.

Vers. 24. — *Fidelis est*, etc. Id est, efficiet et perficiet ut integritatem jam dictam, ad quam vos voca-

cum suarum meritis et efficacià, sed à Dei fidelitate. *Deus*, qui vos ad sanctitatem vocavit et ad perseverantiam, *fidelis est* sperantibus in se : vobis ergo petentibus vires dabit et gratias ad sanctitatem et perseverantiam necessarias. *Qui vos vocavit fidelis est*, perficiet itaque quod incœpit, id est, vires dabit ad perseverantiam necessarias.

VERS. 25. — FRATRES, ORATE PRO NOBIS.

Agnoscit quòd ipse precibus indigeat adjuvari, in quo D. Chrysostomus Pauli miratur humilitatem.

VERS. 26. — *Salutate fratres omnes in osculo sancto.* Quod erat charitatis symbolum. Quasi diceret : Nomine meo salutate, et pro me osculemini.

VERS. 27. — *Adjuro vos per Dominum...*

Obtestor vos in nomine Christi Domini, ut hæc epistola legatur in publico fidelium conventu.

VERS. 28. — *Gratia Domini nostri Jesu Christi vobiscum. Amen.*

vit, conservetis, et ad æternam salutem perveniatis, si videlicet ejus gratiæ non desitis, illique cooperemini. Theophyl. et Anselm.

VERS. 25. — *Fratres, orate pro nobis.* Quid cupiat declarat in 2 Epistolà, dicens : *Orate pro nobis, ut sermo Dei currat et clarificetur*, etc.

VERS. 26. — *Salutate fratres omnes in osculo sancto*; similis salutatio in Epistolà ad Rom. et utràque ad Corinthios.

VERS. 27. — *Adjuro vos per Dominum*, etc., scilicet iis qui apud vos sunt.

VERS. 28. — *Gratia Domini nostri Jesu Christi vobiscum. Amen.* Concludit epistolam consuetà valedicendi formà, quà Christi gratiam iis precatur; eo nomine comprehendens omne genus beneficiorum quæ nobis à Deo per Christum donantur.

Corollarium pietatis, seu in hoc capite ad pietatem maximè notanda, et ad praxim redigenda.

1° Nota et mirare ineffabilem Dei misericordiam, toties totque modis et exemplis nos omnes, etiam improbos, monentem de suo adventu inopinato, quasi Deus ipse metueret ne nos inveniat imparatos; v. 3. Adeò verum est *quòd vult omnes salvos fieri, neminemque perire* imparatum. Huic ergo divinæ misericordiæ respondens, in peccato ne dormias unquàm, sed vigil, attentus, et exspectans Dominum, dic cum prophetà : *Anima mea in manibus meis semper*, etc.

2° Illustrem Christiani dignitatem observa et suscipe cum gaudio; filius est lucis, filius Christi, qui lux est mundi. *Omnes vos filii lucis estis;* v. 5. At hujus qualitatis consequentias animadverte, ut in praxim redigas. Filius es lucis; sis ergo vigil, et non dormias; sis sobrius, non ebrius; sis semper armatus, nunquàm nudus. Vide quæ ad hæc omnia spectant in v. 5, 6, 7, 8, et in observatione morali. Tria nobis necessaria sunt, vigilantia, sobrietas, armatura.

3° Nota quanta debeat esse tua spes in Deum. *Quoniam non posuit nos Deus in iram*, seu in perditionem, *sed in acquisitionem salutis;* v. 9. Nota et quod sit hujus tuæ spei fundamentum, seu per quem debeas hanc salutem sperare, scilicet *per Dominum nostrum Jesum Christum, qui pro nobis mortuus est ut simul cum illo vivamus* et æternà glorià perfruamur; v. 10. Hanc veritatem si benè penetraveris, juxta D. Pauli mentem, consolaberis, sperabis, benè facies; v. 11. Mortem non timebis, imò potiùs optabis, juxta ejusdem Apostoli mentem; v. 5.

Vide v. 9, 10, 11, et observationem moralem.

4° Notet superior tria officii sui in subditos munia; v. 12. Videat et v. 14. Notet inferior tria in superiores suos debita; v. 13.

Omnis denique Christianus, v. 19 : *Spiritum nolite extinguere*, observet quomodò Spiritus in nobis suscitatur, quomodò extinguitur. Hàc de re vide pulchra ex D. Chrysostomo, v. 20, 21.

IN EPISTOLAM II
AD THESSALONICENSES
Præfationes.

Secunda hæc ad Thessalonicenses Epistola videtur mihi primæ quasi supplementum, aut potiùs complementum. In prioris enim Epistolæ capite secundo, v. 27 et 28, cum multo desiderio semel et iterùm voluerat Paulus ad Thessalonicenses redire. In capite tertio, v. 10, hujus sui desiderii impletionem oraverat, ut scilicet sermonibus suis compleret quæ deerant Thessalonicensium fidei. Variis autem negotiis et obstaculis impeditus ne redeat ad eos, per hanc Epistolam, quasi per præsentiæ suæ supplementum,

Secundæ ad Thessalonicenses Epistolæ scribendæ plures causæ fuerunt. Cùm enim revisere eos Paulus statuisset, atque ejus rei spem fecisset, in priori Epist., cap. 3, dicens se Deum orare ut rursùs videat faciem eorum et compleat ea quæ desunt ipsorum fidei : variis tamen negotiis, ac fortè etiam periculis impeditus

facit absens quod fecisset præsens, fidem quippe Thessalonicensium roborat, spem firmat, animos erigit ad constanter pro Christo patiendum.

Pro regno Dei patimini, inquit; vobis tribulatis à justo judice requies æterna dabitur, vos autem tribulantibus tribulatio retribuetur; pœnas illi dabunt æternas, in vobis verò sanctis suis glorificabitur et admirabilis fiet Deus; tantùm ergo vestrâ digni sitis vocatione.

His et similibus, in capite primo, illorum fidem et patientiam confirmat; laudat utramque, ut utramque confirmet, augeat et compleat.

In prioris Epistolæ capite quarto et quinto, de resurrectione mortuorum, et de glorioso Christi adventu egerat, ad Thessalonicensium in suorum obitu consolationem. Sed quia de utroque sic locutus fuerat quasi brevi futuro, de resurrectione enim agens capite quarto, v. 15, dixerat in primâ personâ : *Nos qui vivimus*, etc., quasi suo tempore futura foret resurrectio; de die autem adventûs Christi ad judicium loquens capite quinto, v. 2 et 4, etc., Thessalonicenses hortatus erat ad vigilandum, ne imparatos illos dies illa, tanquàm fur, comprehenderet, hinc turbati Thessalonicenses putabant et mortuorum resurrectionem et diem judicii instare; ipsorum terrorem augebant fraudulenti quidam doctores, tum fictis quibusdam revelationibus, tum suppositis ejusdem Pauli litteris.

Ut hunc ergo Thessalonicensium metum adimat Paulus, impostoresque redarguat, docet in secundo hujus Epistolæ capite nondùm instare diem judicii; cujus duo dat authentica signa illud præcedentia; apostasiam à fide et adventum Antichristi, quem hìc graphicè describit.

In priori denique Epistolâ, cap. 5, v. 14, otiosos quosdam, et inquietos corrigi voluerat; et, quia nondùm emendatos noverat, in hâc secundâ, cap. 3, v. 6, illos acriùs castigat, et, nisi resipiscant, excommunicandos denuntiat.

Tandem dat signum Thessalonicensibus, quo suas Epistolas distinguant à suppositiis quas proferebant impostores.

Verè ergo toto aberravit cœlo neotericus ille, qui, contra communem omnium sanctorum Patrum et doctorum Ecclesiæ sensum, asseruit hanc Epistolam esse omnium Paulinarum primam, sub Caligulâ scriptam, de quo Caligulâ, et de Simone Mago, vult intelligi quæ D. Paulus de Antichristo dixit in capite secundo.

Hujus opinionis falsitas, quoad primam sui partem, seu quòd hæc Epistola non sit omnium Paulinarum prima, patet primò ex ipsâ Epistolæ serie, quæ manifestat quòd secunda sit et alterius complementum. Vide hucusque dicta. Secundò, ex ipso textu capitis secundi, v. 14, primam citante. Denique ex eo quòd id asserat Grotius nullâ fulcitus auctoritate, nullam enim citat; nullâ ratione stabilitus, quam enim affert nulla prorsùs est.

Hujus rei argumentum est, inquit Grotius in præfatione, quòd manûs suæ signum Apostolus vult observari, quod non fecisset si jam alias scripsisset. Hæc, inquam, ratio nulla prorsùs; apponit enim signum D. Paulus, quia, sicut jam dixi, supponebantur Epistolæ falsæ; ut veræ scilicet à suppositiis discernerentur.

Ejusdem opinionis, quoad secundam sui partem, falsitas, seu quòd falsa sit interpretatio Grotii de Caligulâ et de Simone Mago, videbitur suo loco, capite secundo, v. 11.

Porrò, ubi et quando scripta sit hæc Epistola, non conveniunt doctores : communiter tamen, post Baronium, putatur scripta Corinthi, sicut et prima; ibi enim D. Paulus per octodecim menses permansit, teste D. Lucâ, Act. c. 18, v. 11; fuit ergo scripta anno vel 52, vel 53.

et prohibitus, ad eos non rediit. Quare per epistolam id nunc facit, quod præsens facturus fuerat. Primùm igitur animos eorum confirmat in adversis quæ pro Christi nomine tolerabant; ostendens, quanta et ipsos gloria, et adversarios vindicta, secutura sit; idque agit 1 cap. Deinde, quoniam in superiori epist. de resurrectione mortuorum et adventu Christi ita locutus videbatur, quasi brevì futura essent, dicens in primâ personâ : *Nos qui vivimus, qui residui sumus*, etc., admonens quoque Thessalonicenses ut ad illum diem vigilarent, ne eos ex improviso opprimeret : turbati hinc erant, suspicantes diem Domini jam instare. Quam opinionem insuper augebant rumores temerè sparsi de eâdem re. Hunc igitur errorem corrigit 2 cap., docens non priùs Christum adventurum, quàm apparuerit Antichristus, illius adventu destruendus. Postremò, cùm intellexisset nondùm emendatos esse eos, quos in epist. priori notaverat ut otiosos et inquietos; nunc eosdem acriùs et pluribus verbis castigat, excommunicandos denuntians ni resipiscant. Hanc epist. inter Paulinas ordine temporis secundam esse, utpote proximè scriptam post priorem ad Thessal., rectè censent eruditi : de loco minùs inter eos convenit. Athenis scriptam significat hypographe Græcorum codicum; sed hoc ex iis quæ in argumento prioris epist. diximus facilè refellitur. Nam si priorem scripsit postquàm Athenis discesserat, quò postea non est reversus, certè non potuit posteriorem in eâ urbe scripsisse. Qui verò Romæ tradunt, ut Athanasius in Synopsi, et Œcumenius in commentario, nimiùm distrahunt eam à priori, cùm ex connexione argumenti, et iisdem personis in fronte epist. nominatis, satis constet hanc post illam brevi temporis intervallo scriptam esse. Quare verisimiliùs putamus cum cardinale Baronio hanc quoque, sicut priorem, è Corinthò, ubi Paulus, teste Lucâ, Act. 18, sesquianno resedit, missam fuisse. Per quos autem missa fuerit, incertum est. Argumenta quidem Latina Titum diaconum et Onesimum acolytum nominant; verùm si scripta est epistola priusquàm Paulus Romam veniret, ubi in vinculis Onesimum Christo genuit, nulla ratio est, cur per eum missa dicatur.

CAPUT PRIMUM.

1. Paulus et Silvanus, et Timotheus, Ecclesiæ Thessalonicensium, in Deo Patre nostro, et Domino Jesu Christo.

2. Gratia vobis et pax à Deo Patre nostro, et Domino Jesu Christo.

3. Gratias agere debemus semper Deo pro vobis, fratres, ita ut dignum est, quoniam supercrescit fides vestra, et abundat charitas uniuscujusque vestrûm in invicem :

4. Ita ut et nos ipsi in vobis gloriemur in Ecclesiis Dei, pro patientiâ vestrâ, et fide, et in omnibus persecutionibus vestris et tribulationibus, quas sustinetis,

5. In exemplum justi judicii Dei, ut digni habeamini in regno Dei, pro quo et patimini :

6. Si tamen justum est apud Deum, retribuere tribulationem iis qui vos tribulant,

7. Et vobis, qui tribulamini, requiem nobiscum in revelatione Domini Jesu de cœlo cum angelis virtutis ejus,

8. In flammâ ignis dantis vindictam iis qui non noverunt Deum, et qui non obediunt Evangelio Domini nostri Jesu Christi :

9. Qui pœnas dabunt in interitu æternas à facie Domini, et à glorià virtutis ejus,

10. Cùm venerit glorificari in sanctis suis, et admirabilis fieri in omnibus qui crediderunt, quia creditum est testimonium nostrum super vos in die illo.

11. In quo etiam oramus semper pro vobis, ut dignetur vos vocatione suâ Deus noster, et impleat omnem voluntatem bonitatis, et opus fidei in virtute,

12. Ut clarificetur nomen Domini nostri Jesu Christi in vobis, et vos in illo, secundùm gratiam Dei nostri, et Domini Jesu Christi.

CHAPITRE PREMIER.

1. Paul, Silvain et Timothée, à l'Eglise de Thessalonique, qui est en Dieu notre Père, et en Jésus-Christ notre Seigneur.

2. Que Dieu notre Père et le Seigneur Jésus-Christ vous donnent la grâce et la paix.

3. Nous devons, ô frères, rendre pour vous à Dieu de continuelles actions de grâces ; et il est bien juste que nous le fassions, puisque votre foi s'augmente de plus en plus, et que la charité que vous avez les uns pour les autres s'accroît tous les jours ;

4. De sorte que nous nous glorifions en vous dans les Eglises de Dieu, à cause de la patience et de la foi avec laquelle vous demeurez fermes dans toutes les persécutions et les afflictions qui vous arrivent,

5. Qui sont les marques du juste jugement de Dieu, pour nous rendre dignes de son royaume, pour lequel aussi vous souffrez,

6. Car il est bien juste devant Dieu qu'il afflige à leur tour ceux qui vous affligent maintenant ;

7. Et qu'il vous console avec nous, vous qui êtes dans l'affliction, lorsque le Seigneur Jésus descendra du ciel et paraîtra avec les anges de sa puissance,

8. Lorsqu'il viendra au milieu des flammes se venger de ceux qui ne connaissent point Dieu, et qui n'obéissent point à l'Evangile de Notre-Seigneur Jésus Christ,

9. Qui souffriront la peine d'une éternelle damnation, étant confondus par la face du Seigneur, et par la gloire de sa puissance,

10. Lorsqu'il viendra pour être glorifié dans ses saints, et pour se faire admirer dans tous ceux qui auront cru en lui, puisque le témoignage que nous avons rendu à sa parole a été reçu de vous dans l'attente de ce jour-là :

11. C'est pourquoi nous prions sans cesse pour vous, et nous demandons à notre Dieu qu'il vous rende dignes de sa vocation, et qu'il accomplisse, par sa puissance, tous les desseins favorables que sa bonté a sur vous, et l'œuvre de votre foi ;

12. Afin que le nom de Notre-Seigneur Jésus-Christ soit glorifié en vous, et que vous soyez glorifiés en lui, par la grâce de notre Dieu, et du Seigneur Jésus-Christ.

ANALYSIS.

In hoc capite tria facit Apostolus : Deo gratias agit, Thessalonicenses solatur, orat pro ipsis.

1° *Salutatione præmissâ, v.* 1 *et* 2, *pro fidei et charitatis Thessalonicensium augmento, mediis etiam in persecutionibus, Deo gratias agit continuas, v.* 3 *et* 4.

2° *Spe futurorum solatur eos, animique magnitudinem excitat, asserens quòd condigna suæ patientiæ præmia recipient ; illorum verò persecutores dignas dabunt pœnas in die judicii, v.* 5, 6, 7.

Christi Domini, ut Judicis, adventum ita depingit, ut duos illius fines exprimat ; infideles scilicet et impios punire, sanctos glorificare, v. 8, 9, 10.

3° *Orat pro Thessalonicensibus, ut Deus eos suâ vocatione dignos efficiat, suâque gratiâ opus fidei compleat in ipsis ; ut in illis Deus glorificetur ; v.* 11, 12, 13.

PARAPHRASIS.

1. Paulus et Silvanus, seu Sylas, et Timotheus, Thessalonicensium Ecclesiæ, in Deo Patre nostro, et Domino Jesu Christo existenti.

2. Gratia vobis et pax detur ac multiplicetur à Deo Patre nostro, et à Domino Jesu Christo.

3. Debemus gratias Deo semper agere pro vobis, ut par et æquum est, eò quòd fides vestra supra modum accrescat, et uniuscujusque vestrûm charitas in proximum suum magis ac magis multiplicetur.

4. Adeò ut et nos ipsi apud alias Ecclesias Dei gloriemur de vobis, de fide vestrâ, et de vestrâ patientiâ in omnibus persecutionibus et tribulationibus vestris ;

5. Quas patimini, seu vos pati sinit Deus ; ut in vobis ostendat justum suum in impios judicium futurum, et ut vos regno suo dignos reddat.

6. Si quidem justum est coram Deo vos affligentibus afflictionem rependere ;

7. Vobis autem afflictis concedere requiem, seu solatium nobiscum apostolis ; cùm scilicet apparebit Dominus noster Jesus Christus, descendetque de cœlo cum angelis virtutis suæ ministris.

8. In medio ignis flammei ultionem facturus de iis qui Deum non noverunt, et de iis qui non obediunt Evangelio Domini nostri Jesu Christi.

9. Qui pœnas luent, interitum scilicet æternum,

quem pronuntiabit os Domini, et exsequetur magnifica virtus ejus, seu gloriosa et terribilis illius omnipotentia :

10. Cùm venerit in sanctis suis glorificari, et mirificari in omnibus fidelibus, et consequenter in vobis qui prædicationi nostræ de die illâ credidistis.

11. Propterea semper pro vobis oramus, ut vos Deus noster vocatione suâ (ad hanc scilicet gloriam) dignos efficiat; et sic impleat æternum bonitatis suæ beneplacitum (quo vos elegit), et divinâ gratiæ suæ potentiâ opus fidei perficiat in vobis;

12. Ut in vobis glorificetur Dominus noster Jesus Christus, et vos per gratiam Dei nostri et Domini Jesu Christi sitis etiam in illo glorificati.

COMMENTARIA.

Vers. 1. — Paulus et Silvanus... Idem exordium ac in primâ Epistolâ ad Thessalonicenses, quam vide.

Ecclesiæ Thessalonicensium, in Deo Patre..., id est, Ecclesiæ Thessalonicensium christianæ, seu gratiâ Dei Patris et Domini nostri Jesu Christi existenti; seu quam adoptavit Deus, fidelium Pater, et quam Dominus noster Jesus Christus, auctor fidei nostræ, et animarum episcopus, ad fidem vocavit, sibique per baptismum adunavit, suum corpus effecit, sanctoque Spiritu suo animavit. Hoc est in Deo existere : talis est omnis Ecclesia verè christiana, seu in Deo existens. Talis sit ergo unusquisque christianus : sit in Deo Patre per adoptionis gratiam, sit Christo, Dei Filio, adunatus ut membrum capiti suo; sit à Spiritu sancto animatus et actus. Recordetur semper se, per baptismum, esse Dei filium, Christi membrum, Spiritûs sancti habitaculum; vivat itaque ut Dei filius, ut alter Christus; agat in Spiritu sancto, aut potiùs agatur à Spiritu sancto.

Vers. 2. — Gratia vobis... Vide primam Epistolam.

Vers. 3. — Gratias agere debemus. In primâ Epistolâ ad Thessalonicenses, D. Paulus fidem et charitatem Thessalonicensium laudavit; hic utriusque virtutis laudat incrementa; hæc ergo alterâ posterior, et verè secunda.

Ex hâc Apostoli laude et gratiarum actione disce quod fides et charitas sint veræ Christiani divitiæ, semper optandæ, semper augendæ, et pro quarum acquisitione, conservatione et incremento (sive fiat in nobis, sive in aliis) gratiæ Deo semper agendæ. Sed, inquies, unde agnoscam illud augmentum fidei? Quando pro eâ grave quid patimur, ait D. Joannes Chrysostomus; quando in tentationum inundatione non submergimur, sed *supercrescit fides nostra.*

S. percrescit. Nota hoc verbum, altitudinis excessum indicat, ait Theophylactus ex sancto Chrysostomo. Hoc seculum, vita præsens, est instar maris; sæpè irruunt venti; fit tempestas, attolluntur crebri et densi fluctus : ad fidem recurre : illa sit tibi instar montis, quò fugiens inundationem tentationum superes; tunc supercrescat fides tua, fluctibus altior fiat, sicque non submergeris.

Vers. 4. — Ita ut et nos ipsi in vobis gloriemur... Non tristatur, non dolet, non lamentatur Paulus ob fidelium tribulationes, sed pro illorum patientiâ Deo gratias agit, et apud alias Ecclesias ob illam gloriatur. Discamus hinc et nos gaudere et gloriari in tribulationibus nostris, quippe quæ indicium, ostensio et demonstratio sunt justi judicii quo Deus nos regno suo dignos reddit et judicat.

Vers. 5. — In exemplum justi judicii Dei.. Est quædam in textu varietas : Græcus enim textus, facto puncto post verbum sustinetis, habet ἔνδειγμα τῆς δικαίας κρίσεως, etc., *indicium certum judicii Dei, ad dignos censeri vos regno Dei;* et ita etiam legit D. Chrysostomus. Vulgata verò nostra habet sine puncto, *quas sustinetis in exemplum...* Legit noster interpres εἰς ἔνδειγμα, ita etiam legit Syrus, imò et Theophylactus. Major est in explicando textu varietas, ob quam aliquandiù hæsitavi : tandem mihi textum legenti, relegenti, et ad sequentia attendenti, occurrit explicatio, quam naturalem puto, et est sequens : *Quas sustinetis in exemplum justi judicii Dei...;* id est, quas patimini, seu quas Deus sinit vos pati, ut in vobis ostendat justum suum in impios futurum judicium.

Ut digni habeamini in regno Dei, id est, et ut vos suo regno dignos reddat. In his itaque verbis duos puto designari fines ob quos Deus sinit bonos à malis affligi : scilicet, ut in bonorum punitione Deus demonstret præjudicium sui futuri in impios judicii; et ut justi per patientiam mereantur regnum patientibus promissum. In hâc explicatione omnia cohærent : versus enim 6 et 7 sequentes explicant hæc duo hujus v. 5 membra, seu duos fines hic tactos, malorum

Vers. 1. — *Paulus, et Silvanus,* etc. Addens *nostro,* significat Deum, qui Christi pater est, ut filii naturalis, etiam nostrum esse patrem ut filiorum adoptionis; per hoc innuere volens dignitatem vocationis nostræ, qua vocati sumus in societatem et fraternitatem Filii Dei.

Vers. 2, 3. — *Gratia vobis et pax à Deo Patre nostro.... Gratias agere debemus semper Deo pro vobis, fratres. Semper,* id est, assiduè, quam frequentissimè.

Ita ut dignum est. Uti par est, uti postulat à nobis ratio ja tunc erga Deum.

Quoniam supercrescit fides vestra. Id est, quòd fides vestra vehementer auget'ur, quòd in fide plurimum proficitis.

Et abundat charitas unusquisque vestrûm in invicem; et quòd vestrûm omnium charitas cujusque in alterum exuberat, nimirùm declarata quotidianis et frequentibus beneficiis, quæ vobis mutuò impenditis.

Vers. 4. — *Ita ut et nos ipsi in vobis gloriemur in Ecclesiis Dei.* Hoc est, ut nos ipsi de vobis gloriemur apud alias Ecclesias Dei, vestro exemplo cohortantes cæteros.

Pro patientiâ vestrâ, et fide, et in omnibus persecutionibus vestris, et tribulationibus, quas sustinetis. Patientiæ fidem adjungit, eò quòd fide Christi, ac spe futurorum bonorum ad ferendas persecutiones animati fuerant Thessalonicenses.

Vers. 5. — *Quas sustinetis in exemplum justi judicii Dei,* etc. *In exemplum,* id est, in documentum; q. d. : Vos qui tanta patimini, estis documentum, et ostenditis

scilicet punitionem, et bonorum requiem et solatium. Ad idem collimant versus 8 et 9, ubi de malorum punitione, et versus 10, ubi de bonorum glorià ; et ideò hanc dixi naturalem ; sed ad verba : *In exemplum*, id est, in præjudicium *justi judicii* in impios, scilicet qui vos persequuntur, futuri : si enim et in vos justos Deus nunc apparet severissimus, quantò severior erit aliquando in impios qui vos injustè persequuntur? *Si in viridi ligno..., in arido quid fiet?* Si justis non parcit, sed eos punit Deus ut purificet et ampliùs sanctificet, quomodò puniet impios nunquàm purificandos, nec convertendos? De hoc judicio Dei in impios vide primam D. Petri, cap. 4, v. 17, 18, etc. *Ut digni habeamini in regno Dei.* Ad horum verborum clariorem intelligentiam,

Observatio litteralis et moralis.

Suppono ex D. Paulo, Act. 14, v. 21, quòd *per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum Dei*, seu quòd Deus suum nobis regnum promisit sub conditione patiendi : *Sicut oportuit pati Christum, et ita*, etc., sic oportet pati Christianum. Tribulationes autem et persecutiones quaslibet sustinebant Christiani Thessalonicenses; adimplebant ergo conditionem sub quà promissum illis erat regnum. Illorum itaque passiones erant certum indicium, ostensio et demonstratio justi judicii Dei quo illis regnum suum, etiam ex justitiâ, adjudicaturus est, seu quo illos regno suo dignos judicabit, quasi diceret Apostolus : Deus regnum æternum promisit iis qui pro fide patientur ex charitate; vos, ô Thessalonicenses, pro fide omnia tribulationum et persecutionum genera patimini, nec minùs constantes estis quàm fideles. Quod ergo Deus ex misericordiâ et liberalitate promisit, illud vobis nunc ex justitiâ et fidelitate debet. Tribulationes ergo vestræ certum sunt indicium justi judicii quo vobis Deus regnum suum ex justitiâ dabit; seu cum nostrâ Vulgatâ : *Patimini ergo, ut ostendatur justum judicium, quo Deus vos regno suo dignos judicabit.*

Quanta et quàm mira hinc afflictis consolatio ! Afflictio mea certum est indicium, declaratio, ostentamen et demonstratio justi judicii Dei quo Dei regno dignus judicabor in fine mundi, palàm, coram angelis et hominibus. Afflictio mea nunc parit in me regni Dei meritum, ipsum regnum aliquando paritura. *Momentaneum et leve tribulationis nostræ æternum gloriæ pondus operatur in nobis.* Verè itaque afflictio mater gloriæ. Verè itaque crux amabilis et desideranda.

Vers. 6 et 7. — Si tamen justum est apud Deum. Græc., *siquidem.* Syr., *quandoquidem justum est*, etc.; itaque *si* non est hic dubitantis, sed certissimè affirmantis; quasi diceret Apostolus : Etenim si naturalis æquitas et ipsa recta ratio, etiam apud homines, postulat ut alios injustè vexantibus retribuatur vexatio, et injustè vexatis concedatur requies et à pœnis relaxatio, quantò magis æquum est apud Deum, ipsiusque tum justitiâ, tum bonitate, dignum ut iis qui vos propter fidem injustè persequuntur pœnas rependat debitas, vobis autem propter se tribulatis det requiem! Si autem hoc exigit ipsa naturalis æquitas et recta ratio, tum apud homines, tum apud Deum, etiamsi nulla Dei propter fidem patientibus facta foret promissio, et nulla alios injustè persequentibus comminatio, quantò magis ubi supponitur facta à Deo malis omnibus et injustis inferni comminatio, et bonis propter fidem patientibus regni cœlestis repromissio ! Bono itaque estote animo, constantes estote; *levate capita vestra, appropinquat redemptio vestra*, dies in quâ et vestris persecutoribus justitia Dei reddet debitas pœnas, et vobis propter Deum patientibus requiem et gaudium æternum.

Nobiscum, id est, cum ipsis apostolis, quorum gloriæ participes eritis, sicut et passionum socii nunc estis. Eamdem ac apostoli fidem habetis, itaque si eadem ac Apostoli pro fide patimini, eâdem ac ipsi glorià fruemini.

Collige hic dispersas in verbis Apostoli consolationes. Primò, Thessalonicenses solatur cùm pro fidei et charitatis illorum augmento gratias agit. Secundò, cùm apud alias Ecclesias eâdem de causâ gloriatur. Tertiò, cùm afflictiones illorum vocat indicium, præjudicium futuri in eorum persecutores judicii Dei. Quartò, cùm easdem passiones dicit esse meritum regni cœlestis et demonstrationem futuræ eorum beatitudinis. Quintò, cùm affirmat quòd hâc beatitudine cum ipsis apostolis fruentur. *Nobiscum*, en consolatio ex parte societatis.

In revelatione. Adest temporis designatio quo fiet et malorum punitio et bonorum remuneratio. Intellige tempus quo generaliter perfectè et palàm coram angelis et hominibus fiet bonis et malis æqua retributio, in corpore et in animâ : singulis enim animabus in articulo mortis fit hæc retributio. *In revelatione* Domini nostri Jesu Christi, id est, cùm veniet et apparebit palàm, omnibusque conspicuus ut Deus et Dominus Jesus Christus. Breviter describit majestatem venientis ad judicium, de quo fusiùs in primâ ad Thessal. 4, v. 15, quem vide.

De cœlo. Vide ibi dicta.

Cum angelis... Comitabuntur eum angeli, cruciatque virtutis suæ ministri, omniaque sua jussa exequentur.

Vers. 8.— In flamma ignis. Græc.: *in igne flammæ*,

rectum esse judicium Dei, cùm ob tantas tribulationes retribuit vobis regnum æternum : hoc enim justo Dei judicio tantùm patientibus debetur.

Vers. 6. — *Si tamen justum est apud Deum*, etc. Ergo patientia hæc meretur hanc gloriam, sicut scelera pœnam; ergo est meritum bonorum operum.

Vers. 7. — *Et vobis, qui tribulamini, requiem nobiscum*, scilicet à pressuris hujus mundi, quam Joannes vocat requiem à laboribus, Apoc. 14.

In revelatione Domini Jesu de cœlo, cum Christus apparebit judex in die judicii, *cum angelis virtutis ejus;* id est, potentiæ, cum virtute, id est, exercitu angelorum : qui potentissimas secum ducet acies angelorum ad judicium et vindictam impiis.

Vers. 8.—*In flammâ ignis dantis vindictam iis*, etc.; q. d. : Dominus Jesus per flammam ignis dabit vindictam impiis.

id est, flammeo. Ubi egit de ministris, angelis scilicet, statim et de instrumento quo ad impios puniendos utetur, igne nimirùm urente simul et lucente, et ideò aspectu et contactu torquente.

DANTIS VINDICTAM. *Dantis* refertur ad *Domini Jesu*, non ad *ignis*; patet ex Græco. Sensus est : Cùm veniet in medio ignis flammei, ultionem facturus de iis qui Deum non noverunt, et de iis qui noverunt quidem, sed ejus Evangelio non obediunt, id est, et de infidelibus, quibus vel prædicatum non fuit Evangelium, vel illud non receperunt, et de fidelibus illis qui receperunt quidem Evangelium, sed secundùm illud vitam suam non instituerunt, imò factis fidem negârunt. Duo itaque ad salutem necessaria, scilicet Evangelio credere et Evangelio obedire; et non minùs, imò graviùs punientur Evangelio inobedientes quàm Evangelio non credentes : *Servus qui scit voluntatem Domini et non facit, vapulabit multis.*

VERS. 9. — QUI PŒNAS DABUNT IN INTERITU ÆTERNAS. Græc.: *Qui pœnam luent interitum æternum.* Sensus est : Pœnas luent mortis æternæ : ita miseri erunt ac si semper interirent, seu interitûs et agoniæ dolores in æternum sentient. Propriè interibunt nunquàm, seu esse non desinent, sed interitûs pœnas semper luent, et in æternum.

A FACIE DOMINI, id est, ab ore et sententiâ Christi Domini.. Vide paraphrasim. Vel hanc pœnam recipient in judicio, ab ipso et solo aspectu Domini. Tanta erit ejus majestas et gloria, tanta virtus et potentia, adeò terribilis aspectus omnibus impiis ob iram et indignationem, ut ejus præsentiam ferre non valentes, mortis æternæ pœnas et agoniam æternam, ex ipsius solo aspectu luituri sint.

Observatio litteralis et moralis.

A facie Domini. Facilitatem declarat, ait Theophylactus : satis est visum esse Deum, et inobedientes in pœnâ erunt. Magno non opus est negotio ad perdendos scilicet impios, quos sola pessumdabit Domini præsentia; aliis quidem est lux, aliis verò supplicium, S. Chrysostomus. Hæc ergo eadem Domini facies, præsentia, majestas, seu aspectus, qui lætificat ac beatificat sanctos, torquebit et occidet impios. Unde hæc effectuum diversitas? Ex diversâ bonorum et malorum dispositione.

Sicut eadem lux solis oculum sanum recreat, ægrum torquet, ita sancti, quia sancti et mundi corde, Deum, sanctitatem ipsam videntes, gaudent et vivunt; impii, quia impii et immundi corde, Deum, munditiem ipsam videntes, torquentur et interitûs dolores sentiunt. *Beati ergo mundo corde..., quoniam ipsi Deum videbunt*; et, quia mundi Deum summum bonum videntes, possidebunt. Væ immundis corde, quoniam et ipsi Deum videbunt, at Deum mundum immundi videntes agonizabuntur, mortis æternæ pœnas luent. Quid est ergo Deus? Non minùs perversorum pœna, quàm humilium gloria; lux est enim. Hoc divinitùs explicat D. Bernardus, lib. 5 de Consid., cap. 12; vide divinum hoc caput.

Quod D. Paulus hic dicit de Domini præsentiâ, quoad malorum supplicium in judicio ultimo, idem intellige et de judicio quod fit in mortis articulo. *A facie Domini* pœnas luunt impii; à Dei gloriâ, sanctitate et justitiâ, sic reverberantur in instanti mortis, ut ab eâ quasi fulmine icti et prostrati corruant in gehennam, idque suâ quasi sponte, scilicet ut fugiant majestatem, cujus fulgorem ferre non valent. Sicut noctuæ fugiunt solem, tenebras quærunt; conformiter ad verbum Domini : *Montes cadite super nos...*

VERS. 10.— CUM VENERIT GLORIFICARI..... Duos ob fines fiet generale judicium : primò, ut puniantur mali, et de hoc in versibus superioribus : secundò, ut remunerentur sancti, de quo hic. *Cùm venerit* ad sanctos suos præmiandos, et ad tantam gloriæ suæ participationem evehendos, ut et ipse ob hanc suæ gloriæ irradiationem in sanctis suis admirabiliter gloriosus videatur. Græc., *mirificari*, id est, admirandus fieri, seu dignus quem admirentur alii. Hujus gloriæ sanctorum aspectus augebit impiorum dolorem; videntes, *turbabuntur timore horribili..., dicentes : Hi sunt quos habuimus in derisum. Nos insensati !.....* Sap. 5.

QUIA CREDITUM EST..... Quod de omnibus fidelibus dixit, adaptat Thessalonicensibus. Supplendum itaque : *et in vobis;* hoc enim continetur IN OMNIBUS. Seu è quibus vos estis, quia testimonium nostrum, seu prædicatio nostra credita est à vobis de die illâ.

SUPER VOS, id est, inter vos, apud vos, à vobis; IN ILLA DIE, de die illâ.

VERS. 11.— IN QUO ETIAM ORAMUS... Syr., *propterea.* Quapropter, seu ut Christus sic in vobis glorificetur, SEMPER PRO VOBIS ORAMUS.

UT DIGNETUR VOS VOCATIONE SUA DEUS NOSTER. Id

VERS. 9. — *Qui pœnas dabunt in interitu æternas*, id est, interitum et mortem æternam luent, etc.; *à facie Domini*, id est, à præsentiâ, vel ab ore et sententiâ Christi judicis.

Et à gloriâ virtutis, id est, roboris et potentiæ, *ejus;* id est, à majestate gloriosâ, terribili et potentissimâ Christi judicis.

VERS. 10. — *Cùm venerit glorificari in sanctis suis.* Cùm venerit Dominus ut glorificetur, id est, gloriosus appareat, in sanctis suis. Quod nimirùm fiet dum eos ad gloriæ suæ similitudinem evehet, et membra capiti, hoc est, sibi ipsi reddet conformia.

Et admirabilis fieri in omnibus qui crediderunt. Et ut appareat admirandus in fidelibus suis, dùm eos, olim abjectos et miseros, usque ad miraculum claros et elatos efficiet. Mirificandus dicitur Dominus propter excellentiam gloriæ quâ sanctos suos donabit. Unde et de impiis justorum gloriam conspecturis dicitur, Sap. 5 : Quod *mirabuntur in subitatione insperatæ salutis.*

Quia creditum est testimonium nostrum super vos in die illo. Id est, prædicatio nostra fide suscepta est à vobis, cum spe retributionis in illo die percipiendæ, scilicet, adventûs Domini.

VERS. 11. — *In quo etiam oramus semper pro vobis.* Ad quam rem, scilicet ut etiam in vobis Christus cùm venerit, glorificetur, et admirabilis fiat, nos Deum assiduè pro vobis oramus, id petentes quod sequitur :

Ut dignetur vos vocatione suâ Deus noster; q. d. : Oro ut Deus suam vocationem et gratiam vocantem, quâ vos ad Christi fidem, salutem et Christianismum

est, ut vos Deus noster dignos efficiat suâ vocatione, seu quâ vos jam vocavit ad fidem et ad gratiam, et per eam ad hanc excellentem gloriam; dignos, inquam, efficiat per sanctam in fide, charitate, bonis operibus et in patientiâ perseverantiam. Græc. non habet *suâ*, sed tantùm, *vocatione*, cum articulo, quem aliqui vertunt, *istâ*. Syrus vertit : *Vestrâ vocatione*.

Et impleat omnem voluntatem bonitatis suæ. Græc. : *Omnem bonam voluntatem bonitatis.* Εὐδοκία ἀγαθωσύνης. S. Anselmus, Vatablus et alii intelligunt bonam hominis voluntatem; quasi diceret : Oro Deum ut faciat vos velle omne bonum. Syrus. : *Et adimpleat vos omni voluntate bonorum operum, et actionibus fidei in virtute.* Theophylactus : *Ut quidquid ei placuerit, impleatur in vobis, et omne bonum transigatis.* Alii : *Perficiat in vobis omnem bonitatem sibi gratam.*

Communiùs, et, ut puto, meliùs intelligitur de bonâ Dei voluntate, quæ dicitur hìc *bona voluntas bonitatis*, seu benevolentiæ, seu benevolentissima, quasi satis deprædicari nequeat : sit itaque sensus : Et hâc sanctâ, quam dixi, perseverantiâ, adimpleat Deus in vobis omnem bonam voluntatem misericordiæ suæ, quâ scilicet vos elegit ab æterno, vosque vocavit in tempore.

Et opus fidei. Demùm divinâ gratiâ, vos illuminando scilicet, demulcendo et roborando, perficiat *opus fidei*, seu salutis, quod in baptismo inchoatum est.

Vers. 12. — Ut clarificetur... Ut in vobis glorificetur Christus, et vos in Christo : utrumque autem per gratiam Dei nostri et Domini Jesu Christi.

vocavit, conservet, adaugeat, perficiat, etc.

Et impleat omnem voluntatem bonitatis. Sensus est : Et ut compleat æternum beneplacitum bonitatis suæ, quâ vos elegit ad consortium gloriæ Christi.

Et opus fidei in virtute. Subaudi, impleat. Et ut in vobis perficiat, et ad finem perducat *opus fidei*, id est patientiam in adversis, per quam maximè fidei virtus relucet, idque faciat *in virtute*, seu potentiâ, id est, potenter. Nam potentia gratiæ Dei maximè perspicitur in tolerandis adversis pro Christi nomine.

Vers. 12. — *Ut clarificetur nomen Domini nostri Jesu Christi in vobis.* Hæc, inquit, peto vobis à Deo præstari, ut in vobis, et per vos Christus Dominus noster laudetur et glorificetur etiam in seculo.

Et vos in illo. Finem secundarium adjungit, qui est, ut ipsi vicissim glorificentur in Christo, id est, per Christum. Nam sicut servorum virtus gloria Domini est, ita è diverso dignitas et excellentia Domini servos efficit gloriosos.

Secundùm gratiam Dei nostri, et Domini Jesu Christi. Extremâ hâc parte totum refert ad gratiam, id est, gratuitam beneficentiam Dei tanquàm largitoris; et Christi Domini, velut hoc nobis promeriti.

Corollarium pietatis, seu in hoc capite ad pietatem maximè notanda, et ad praxim redigenda.

1° Nota quid sit Christianus, scilicet Dei filius, Christi membrum, Spiritûs sancti habitaculum. Tantique honoris memor, vive ut filius Dei, ut alter Christus, ut à sancto Spiritu animatus et actus. Vide in commentario, v. 1.

2° Disce quæ sint vēri Christiani divitiæ, semper optandæ, semper augendæ; fides scilicet et charitas. Hujus veritatis memor, roga frequenter cum Apostolis : *Domine, adauge fidem.* Vide v. 2, in commentario. Ibidem vide et nota unde possit agnosci augmentum fidei; scilicet, si in tentationum inundatione non submergeris, sed supercrescit fides tua.

3° Nota solidam et christianam in afflictionibus consolationem. Afflictio certum est indicium justi judicii quo Deus nos suo regno dignos judicabit in fine mundi. Vide dicta v. 5, in commentario. Afflictio nunc in nobis meritum parit, regnum æternum aliquando paritura. Crux itaque verè pretiosa, verè desiderabilis.

4° Disce quid sit Deus; quomodò manens semper idem, bonorum tamen est vita, malorum mors et supplicium æternum. Lux est æterna, ideò sanctorum vita æterna, ideò et perversorum pœna æterna. Sicut eadem solis lux oculum sanum recreat, ægrum torquet. Disce ergo unde hæc vitæ et mortis diversitas : ex diversâ bonorum et malorum dispositione, ex cordis scilicet munditiâ et immunditiâ. Omnem itaque immunditiam horre; omnimodæ munditiei studeo. Hinc disce quantâ facilitate Deus præmiat et torquet. Satis est visum esse Deum. *A facie Domini* justis vita, impiis æterna agonia. Vide in commentario dicta, v. 9, observ. litter. et moral.

5° Ex v. 12 æternitatis religionem concipe. In æternum Christus, sanctorum caput, glorificabitur in sanctis; in æternum sancti, membra Christi, glorificabuntur in Christo, capite suo : Christus autem et sancti, caput et membra, seu totum Christi mysticum corpus, Deum benedicent, et glorificabunt. Et hæc est æternitatis religio ad quam tendit Christianismus, quasi tyrocinium. Ad hanc tendit Christiani dignitas, de quâ in versu primo. Ad hanc disponit afflictio christianè tolerata, de quâ v. 4 et 5.

Da mihi, ô Deus misericors, mei nunc tyrocinii munia sic adimplere, ut in hanc æternitatis perfectam religionem aliquando merear admitti; te benedicam, adorem, diligam, glorificem in æternum, in Christo, cum Christo, et cum omnibus Christi membris. Amen.

CAPUT II.

1. Rogamus autem vos, fratres, per adventum Domini nostri Jesu Christi, et nostræ congregationis in ipsum :

2. Ut non citò moveamini à vestro sensu, neque terreamini, neque per spiritum, neque per sermo-

CHAPITRE II.

1. Or nous vous conjurons, nos frères, par l'avénement de Notre-Seigneur Jésus-Christ, et par notre réunion avec lui,

2. Que vous ne vous laissiez pas légèrement ébranler dans votre premier sentiment, et que vous ne vous troubliez pas, en croyant, sur la foi de quelque

nem, neque per epistolam tanquàm per nos missam, quasi instet dies Domini.

3. Ne quis vos seducat ullo modo, quoniam nisi venerit discessio primùm, et revelatus fuerit homo peccati, filius perditionis,

4. Qui adversatur, et extollitur supra omne quod dicitur Deus, aut quod colitur, ita ut in templo Dei sedeat, ostendens se tanquàm sit Deus.

5. Non retinetis quòd cùm adhuc essem apud vos, hæc dicebam vobis?

6. Et nunc quid detineat scitis, ut revelatur in suo tempore.

7. Nam mysterium jam operatur iniquitatis : tantùm ut qui tenet nunc, teneat donec de medio fiat.

8. Et tunc revelabitur ille iniquus, quem Dominus Jesus interficiet spiritu oris sui, et destruet illustratione adventûs sui eum;

9. Cujus est adventus secundùm operationem Satanæ, in omni virtute, et signis, et prodigiis mendacibus,

10. Et in omni seductione iniquitatis iis qui pereunt : eò quòd charitatem veritatis non receperunt ut salvi fierent. Ideò mittet illis Deus operationem erroris, ut credant mendacio;

11. Ut judicentur omnes qui non crediderunt veritati, sed consenserunt iniquitati.

12. Nos autem debemus gratias agere Deo semper pro vobis, fratres dilecti à Deo, quòd elegerit vos Deus primitias in salutem, in sanctificatione Spiritûs et in fide veritatis.

13. In quà et vocavit vos per Evangelium nostrum, in acquisitionem gloriæ Domini nostri Jesu Christi.

14. Itaque, fratres, state : et tenete traditiones, quas didicistis sive per sermonem, sive per epistolam nostram.

15. Ipse autem Dominus noster Jesus Christus, et Deus et Pater noster, qui dilexit nos, et dedit consolationem æternam et spem bonam in gratiâ,

16. Exhortetur corda vestra et confirmet in omni opere et sermone bono

esprit prophétique, ou sur quelques discours, ou sur quelque lettre qu'on supposerait venir de nous, que le jour du Seigneur est près d'arriver.

3. Que personne ne vous séduise, en quelque manière que ce soit; car ce jour-là ne viendra point, que la révolte et l'apostasie ne soit arrivée auparavant, et qu'on n'ait vu paraître cet homme de péché, qui doit périr misérablement,

4. Qui, s'opposant à Dieu, s'élèvera au-dessus de tout ce qui est appelé Dieu, ou ce qui est adoré, jusqu'à s'asseoir dans le temple de Dieu, voulant lui-même passer pour Dieu.

5. Ne vous souvient-il pas que je vous ai dit ces choses lorsque j'étais encore avec vous?

6. Et vous savez bien ce qui empêche qu'il ne vienne, afin qu'il vienne en son temps.

7. Car le mystère d'iniquité se forme dès-à-présent; mais que celui qui a la foi la conserve jusqu'à ce que cet homme soit détruit.

8. Et alors se découvrira l'impie, que le Seigneur Jésus détruira par le souffle de sa bouche, et qu'il perdra par l'éclat de sa présence :

9. Cet impie qui doit venir accompagné de la puissance de Satan avec toutes sortes de miracles, de signes et de prodiges trompeurs,

10. Et avec toutes les illusions qui peuvent porter à l'iniquité ceux qui périssent, parce qu'ils n'ont pas reçu et aimé la vérité pour être sauvés. C'est pourquoi Dieu leur enverra des illusions si efficaces, qu'ils croiront au mensonge,

11. Afin que tous ceux qui n'ont point cru la vérité, et qui ont consenti à l'iniquité soient condamnés.

12. Mais quant à nous, ô frères chéris du Seigneur, nous nous sentons obligés de rendre pour vous à Dieu de continuelles actions de grâces, de ce qu'il vous a choisis dès le commencement pour vous sauver par la sanctification de l'Esprit-Saint et par la foi de la vérité,

13. Vous appelant à cet état par notre Evangile, pour vous faire acquérir la gloire de Notre-Seigneur Jésus-Christ.

14. C'est pourquoi, nos frères, demeurez fermes, et conservez les traditions que vous avez apprises, soit par nos paroles, soit par notre lettre.

15. Que Notre-Seigneur Jésus-Christ, et Dieu notre Père, qui nous a aimés, et qui nous a donné, par sa grâce, une consolation éternelle et une si heureuse espérance,

16. Console lui-même vos cœurs, et vous affermisse dans toutes sortes de bonnes œuvres, et dans la bonne doctrine.

ANALYSIS.

Ut medeatur Thessalonicensium terrori malè concepto de die judicii extremi, quasi jamjam instante,

1° *Rogat eos per hunc ipsum Domini nostri Jesu-Christi, seu Salvatoris, et ideò desiderabilem adventum, ne ob eum moveantur, nec credant quòd instet; v.* 1, 2.

2° *Dat illis duo signa quæ hunc Domini adventum præcedere debent, quibus consequenter illius propinquitatem agnoscant. Primum est apostasia generalis; secundum, Antichristus; v.* 3.

3° *Antichristi describit impietatem, fastum, et in Deum ipsum sacrilegam elationem, v.* 4. *Dixi vobis quid illius impiissimi publicum retardet adventum, v.* 5, 6. *Addo quòd arcanè jam in suis figuris agit, donec cessaverit id quod illius retardat adventum, v.* 7, *et tunc palàm apparebit ille sceleratissimus, v.* 8. *Cujus potentiam, præstigias, et mendacia prodigia, describit v.* 9, *quibus credent qui Christo veritati credere noluerunt, v.* 10, 11.

4° *Congratulatur Thessalonicensibus, et pro ipsis Deo gratias agit, quòd non sint ex hoc numero; quin imò primitiæ sunt fidelium, et ideò salvandorum, v.* 12, 13.

5° *Hortatur eos ut in fide constanter perseverent, et traditiones firmiter teneant, v.* 14.

Tandem gratiam eis apprecatur quà in doctrinâ eis traditâ stabiliantur, et in bonis operibus; v. 15, 16.

PARAPHRASIS.

1. Obsecramus vos, fratres, per adventum Domini nostri Jesu Christi, et per nostram ad ipsum aggregationem,

2. Ut non citò, nec facilè, vacilletis in doctrinâ (quam à me audistis, et hucusque tenuistis de die judicii, et aliis), neque terreamini, quasi jamjam instet

illa dies. Ne, inquam, terreamini, neque per spiritum, tanquàm propheticum, neque per sermonem, quasi à nobis prolatum; neque per Epistolam, tanquàm à nobis profectam.

3. Nec quisquam vos ullo modo decipiat: quoniam non veniet Christus ad judicium, nisi priùs contigerit apostasia (generalis à fide), et palàm et publicè apparuerit Antichristus, peccator ille sceleratissimus, et ideò æternâ damnatione dignissimus.

4. Sceleratissimus, inquam, qui Deo et Christo in omnibus adversatur, et extollitur adversùs omne quod dicitur Deus aut adoratur (quasi sit ipse omni Deo major), ita ut in templo Dei sedeat ut Deus, et se ut Deum ostentans.

5. Nonne meministis quòd hæc dicebam et exponebam vobis cùm essem apud vos?

6. (Ex iis quæ vobis præsens dixi,) nôstis quæ sit causa cur tardet, ut congruo tamen tempore sit appariturus.

7. Dixi, appariturus: jam enim arcanè et figuraliter agit et operatur iniquus ille (in suis figuris), donec è medio tollatur, seu amoveatur id quod detinet ne veniat.

8. Et tunc in lucem prodibit iniquus ille Antichristus, quem Dominus Jesus Christus interficiet solo jussu et nutu suo; et solâ irradiatione gloriæ suæ destruet eum:

9. Cujus adventus et omnis operatio erit per efficaciam Satanæ, omnem suam potentiam in ipso et per ipsum exercentis, per quanta poterit signa et prodigia falsa;

10. Ut omni arte et faliacià seducat ad iniquitatem eos qui culpâ suâ pereunt, eò quòd (Christum) veritatem et charitatem ipsam non receperunt, per quem salvi facti fuissent. Ideò Deus mittet illis hunc impium qui præstigiis suis fucum sic faciet, ut credant mendacio:

11. Unde inexcusabiles erunt, et justissimè damnabuntur omnes qui Christo Domino veritati non crediderunt, Antichristo ipsi iniquitati consenserunt.

12. Quantùm ad nos, debemus Deo continuas agere gratias pro vobis, fratres à Deo dilecti, quia vos primitias ad salutem elegit, per Spiritum sanctum suum vos sanctificando, et veritatis fidem vobis inspirando.

13. Ad quam fidem et sanctitatem vocavit vos per nostram Evangelii prædicationem, ut Jesu Christi, Domini nostri, gloriam acquiratis.

14. Itaque perseverate constantes in fide, fratres, et fideliter servate traditiones à nobis acceptas, sive per sermonem nostrum, sive per Epistolam nostram.

15. Ipse autem Dominus noster Jesus Christus, et Deus, et Pater noster, qui dilexit nos, et gratiam suam nobis dando consolatus est nos spe bonorum æternorum;

16. Ipse, inquam, consolationem hanc imprimat cordibus vestris, vosque stabiliat in bonâ doctrinâ, et in omni opere bono.

COMMENTARIA.

Vers. 1. — Rogamus autem vos, fratres, per adventum Domini nostri Jesu Christi. In præfatione hujus Epistolæ dixi cur et quomodò Thessalonicenses turbati sunt et commoti, quasi jamjam instaret dies Domini, advenientis scilicet ad judicium. Ut huic eorum morbo nunc medeatur Apostolus, ipsâ suâ locutione remedium præparat et porrigit. Observa itaque locutionem. *Rogamus autem vos, fratres, per adventum*, etc.; quasi diceret: Per hunc ipsum quem creditis, sed reveremini, *adventum Domini nostri Jesu Christi.*

Et nostræ congregationis in ipsum. Et per hanc, quam speratis simul et reformidatis, *nostram ad eum aggregationem (rapiemur enim obviàm Christo in aera, et sic semper cum Domino erimus)*; 1 ad Thess. 4, v. 27: Per hæc, inquam, duo vos rogo et obsecro.

Observatio moralis.

Sanè non rogamus per terribilia, sed per chariora et maximè desiderabilia. Hæc igitur obsecratio *per adventum Domini nostri Jesu Christi*, et per nostram ad eum aggregationem, docet Thessalonicenses, et nos Christianos, adventum Domini sperare potiùs quàm timere; desiderare potiùs quàm refugere. Dominus noster est; ejus gloriam cur totis votis non exoptemus? Salvator noster est; in ejus adventum cur non totâ fiduciâ speremus? Cur ad eum non anhelemus?

Sed, inquis, peccator sum. — Respondeo: Ipse peccatorum Salvator est.

Instas: Peccavi multùm. — Respondeo: Infiniti meriti Salvator est.

Urges: Omnia ferè opera mea mala fuerunt. — Respondeo: Omnes illius actus et passiones valoris infiniti fuerunt. Infinitorum non modò peccatorum et scelerum, sed et infinitorum mundorum redimendorum capacia et plusquàm digna sunt illius merita. *Ipse est propitiatio pro peccatis nostris, et non pro nostris tantum, sed et pro totius mundi*; 1 Joan. 2, 2. Cur ergo non sperem in tantum et talem Salvatorem, dummodò me peccatorum meorum pœniteat?

Timeat peccator impœnitens; speret peccator pœnitens. *Speravit anima mea in Domino, quia copiosa apud eum redemptio*; psalm. 129, 7. Quid optabilius Christiano quàm Christum Dominum suum videre? Quid felicius membro quàm Christo capiti suo adu-

Vers. 1. — *Rogamus autem vos, fratres, per adventum Domini nostri Jesu Christi*, scilicet eum ipsum quem verebantur ut terribilem.

Et nostræ congregationis in ipsum, Christum scilicet. Obsecrat autem non solùm per adventum Domini, verùm etiam per fidelium ad eum congregationem in adventu futuram, velut per rem summis votis exoptatam.

nari? *Veni itaque, Domine Jesu;* veni, ô Salvator mundi. *In te, Domine, speravi*, etc.

Nota quoad litteram. Aliqui ὑπὲρ Græc. mutant in περὶ; seu *per adventum*, in, *de adventu*. Sed præterquàm quod Græc. habet ὑπὲρ, et Syr. *etiam*, et aliæ versiones habent *per adventum;* hæc per adventum Domini obsecratio majorem vim habet, ut patet ex supradictis. *Et nostræ congregationis*..... Subaudi et repete, *per adventum nostræ congregationis ad ipsum*.

Vers. 2. — Ut non cito moveamini, id est, ne vacilletis, neque facilè dimoveamini.

A vestro sensu. Græc.: ἀπὸ τοῦ νοὸς, *à mente vestrâ*, id est, à doctrinâ vobis à me traditâ, et quam hucusque in mente tenuistis, de die judicii et aliis mysteriis.

Neque terreamini. Græc.: *turbemini*, scilicet præ timore; hinc idem sensus.

Neque per spiritum. Amovet ea per quæ terrebantur, quasi diceret: Ne terreamini, licèt quis dicat id sibi à Deo revelatum fuisse; id ne credatis. Hinc conjicitur quòd aliqui prophetias hâc de re simulabant.

Neque per sermonem, neque per Epistolam. Græc. non habet tanquàm per nos missam, sed *tanquàm per nos;* quod refertur ad utrumque, scilicet ad *sermonem*, et ad *Epistolam*, tanquàm à nobis. Fingebant ergo alii se à Paulo id audivisse; alii fingebant epistolas, tanquàm à Paulo missas, quibus asserebat instare diem Domini.

Vers. 3. — Ne quis vos seducat ullo modo. Omnia in genere excludit, quibus circa judicii diem brevi, vel tardiùs, futuri possent decipi. Hâc de re unum certum, quod dixit Christus, scilicet: *Id nemo scit*. Quisquis contrarium dicit, deceptor est. Hoc igitur soli Deo cognitum relinquamus; interim, juxta Christi monitum, *vigilemus;* Dominum venturum, sicut servi fideles et vigiles, exspectemus; ipsius adventum vivâ fide in mente et in corde semper habeamus, ut ad eum per bona opera paratos nos exhibeamus: *Sint lumbi nostri præcincti, et lucernæ*, etc.

Quoniam nisi venerit discessio primum... Astruit veritatem, scilicet quòd non veniet dies ille judicii quin priùs contigerit apostasia, et apparuerit Antichristus. Duo itaque dat signa quibus non judicii dies agnoscatur, est enim omnibus prorsùs incognita, solique Deo nota, sed quibus ipsius propinquitas certò poterit agnosci. Primum, erit apostasia. Secundum, erit apparitio Antichristi. Equidem D. Chrysostomus, Theophylactus, Theodoretus, et alii Græci, hæc duo redigunt ad unum, voluntque ipsum Antichristum defectionem dici, quia multos faciet deficere, ita ut scandalizentur etiam, si fieri potest, electi. sed communiter et magis ad litteram ita distinguuntur, ut nec eodem tempore credantur futura, sed primò fiet defectio; deinde apparebit Antichristus; denique Christus Dominus veniet ad judicium. Quantum autem temporis intervallum inter hæc debeat intercipi, non docet Apostolus, sed hoc omisso, tacitisque inter hæc intervalla futuris eventibus, agit simul de his duobus signis, quia quâdam causalitatis concatenatione sunt conjuncta; cùm defectio adventum Antichristi promoveat, nec ante eam venturus sit Antichristus.

Disquisitio litteralis.

Nisi venerit discessio. Græc., *apostasia*. Quid sit hæc discessio, seu defectio, seu apostasia, non explicat Paulus, quia præsens explicuerat Thessalonicensibus, ut patet ex v. 5 et 6. Et, quia scriptis non explicat, mens ipsius in his et sequentibus versibus valdè perplexa est, et nobis obscura, quæ Thessalonicensibus erat clarissima; eam conjicere licet, non scire: quis enim audeat claram sibi promittere intelligentiam, ubi D. Augustinus suam fatetur ignorantiam? *Ego prorsùs quid dixerit, fateor me ignorare*, D. Augustinus, de Civit. Dei, lib. 20, cap. 29. Tertullianus, D. Irenæus, et post ipsos, omnes communiter antiqui, opinati sunt fore defectionem, seu discessionem, ab imperio Romanorum, cui totus mundus erat tunc subditus. Sed cùm temporale Romanorum imperium à longo jam tempore sit eversum, nec tamen apparuerit Antichristus, ipsâ patet experientiâ id de temporali hoc imperio intelligi non debere.

De quo itaque? De defectione à spirituali Romanorum imperio, seu de defectione generali à fide catholicâ Romanæ Ecclesiæ. Ita D. Thomas, et alii communiter. Dicendum, inquit D. Thomas, quòd nondùm cessavit Romanum imperium, sed est commutatum de temporali in spirituale: et ideò dicendum quòd discessio à Romano imperio debet intelligi non solùm à temporali, sed à spirituali, scilicet à fide catholicâ Romanæ Ecclesiæ. Et hoc est conveniens signum quòd sicut Christus venit quando Romanum imperium omnibus dominabatur, ità è converso signum Antichristi est discessio ab eo, D. Thomas. Suspicio est et opinio doctorum, non definitio Patrum, fateor; sed tamen opinio quæ in Scripturis fundata videtur, in quibus duo futura notantur. Primum, quòd in toto orbe prædicabitur Evangelium, et ei credetur, Matth. 24. Secundum, quòd multi deinde discedent à fide. Et hæc à fide discessio, seu defectio

Vers. 2. — *Ut non citò moveamini à vestro sensu*, id est, sententiâ, quam hactenùs habuistis, quamque à me edocti estis de die judicii, de Antichristo, aliisque signis, quæ illam diem præcurrent.

Neque terreamini; Græcè, turbemini, sive conturbemini; *neque per spiritum:* subaudi, quasi divinum et propheticum. *Per spiritum*, id est, fictam revelationem, quasi Spiritus sanctus prophetæ alicui revelârit instare diem judicii: has enim revelationes et prophetias jactabant hi pseudo-doctores.

Neque per sermonem, etc. Intellige, quasi à nobis profectum. Erant enim qui mentiebantur se ex ore Pauli audisse quòd instaret dies Domini.

Vers. 3. — *Ne quis vos seducat ullo modo*, scilicet persuadendo Christum statim esse venturum.

Quoniam nisi venerit discessio primùm; supple, non veniet dies Domini. *Discessio*, id est, defectio et rebellio, quâ quis deficit à suo principe, illique rebellat; scilicet illa insignis, plena et generalis, quâ scil. et plerique, et passim omnes gentes discedent et deficient, tum à Romano imperio, tum consequenter à Romano pontifice et Ecclesiâ, tum denique à

populorum, via erit et præparatio adventûs Antichristi.

Itaque omnia regna deficient aliquando à fide; deficient ab apostolicâ Petri sede, quæ centrum est fidei catholicæ; et hæc fidei defectio, hæc apostasia primum signum erit approximationis Christi ad judicium. Quod etiam indicare videtur ipse Christus cùm dixit : *Filius hominis veniens, putas, inveniet fidem?* Luc. 18.

Et revelatus fuerit homo peccati. Primum signum nominavit Paulus, nobis verò non explicuit; secundum autem ita vivis depingit coloribus, ut à nemine, nisi voluntariè cæco, non possit non agnosci; designat enim personæ singularitatem, mores improbos, impietatem, superbiam, insolentiam, potentiam satanicam, præstigias, fallendi artes, tandem infelicem exitum. Quasi spiritu prophetico prævidisset Apostolus futuram nostri temporis hæreticorum impudentiam, eamque voluisset retundere. De quâ vide v. 11. *Et revelatus fuerit*, id est, publicè et palàm apparuerit ut rex, et universalis monarcha. *Homo; ὁ ἄνθρωπος, ille homo*, id est, singularis homo; quasi diceret : Erit homo, non dæmon; erit singularis homo, non plures homines. Sed *homo peccati*, id est, sceleratissimus. Fons omnium peccatorum, ait D. Hieronymus. Omnium hominum pessimus, sicut Christus omnium optimus, ait D. Thomas : et ideò

Filius perditionis, æternâ damnatione dignissimus. *Filius perditionis*, ex perditione quasi matre genitus. *Filius perditionis*, ad perdendum natus, sicut Christus ad salvandum. Adsunt primi colores, quibus depingitur Antichristus. Erit homo singularis, sceleratissimus, perditioni destinatus, et ad perdendum natus. Adduntur et secundi colores.

Vers. 4. — Qui adversatur, et extollitur... Probat esse, seu fore, sceleratissimum. Primò, quia impiissimus. Secundò, quia superbissimus. *Qui adversatur*. Græc., *ille oppositus;* seu ille Dei adversarius et hostis; quasi diceret : Qui Deo et Christo in omnibus adversatur, et consequenter qui est impiissimus. Impietas autem peccatorum maximum, et omnium scelerum radix. *Et extollitur*. Græc. : *Et elatus supra omnem dictum Deum, aut numen*. Qui non tantùm Deo sese adæquabit, ut Lucifer, sed *extolletur* supra omne quod Deus dicitur, aut colitur, ut Deus, id est, supra verum, unicumque Deum, et supra falsos gentium deos : et consequenter qui omnem cultum, seu verum, seu falsum, evertet; ut ipse solus colatur, tanquàm Deus et Christus. Ecce impietatem simul et superbiam. Superbia autem omnium malorum mater.

Ita ut in templo Dei. Sive Jerosolymitano, ut volunt aliqui, arbitrantes quòd Antichristus Judæus erit, ex tribu Dan oriundus, et supponentes templum rædificandum. Sive in ecclesiâ, et templis christianis, ut probabilius creditur (nec enim templum Jerosolymitanum, esto rædificetur, erit templum Dei). Ita ut, inquam, in omni templo divino sedeat tanquàm Deus solus adorandus, et sese ut Deum ostentans, seque Christum et Deum nominans. Quid insolentius? Invadet ergo etiam christianas Ecclesias, et à quibusdam apostatis Christianis recipietur.

Vers. 5. — Non retinetis... Quasi diceret : Quid turbamini? Non meministis quòd cùm essem apud vos hæc dicebam et exponebam vobis? Tacitè objurgat eos. Multa dixit ergo quæ non scripsit; et multò plura dixit quàm scripsit; traditioni ergo credendum, non Scripturis tantùm.

Vers. 6. — Et nunc quid detineat scitis... Græc. : *Et nunc obstaculum scitis*. Ex iis quæ præsens dixi vobis *scitis quid* Antichristum *detineat*, seu quid adventum ejus retardet, et consequenter diem judicii.

Observatio litteralis et moralis.

Hoc obstaculum sciebant Thessalonicenses, quia vivâ voce illud eis dixerat Apostolus; nobis verò incognitum est, illudque ex scriptis ejus conjicere tantummodò licet, non scire.

Omnes antiqui, tum Græci, tum Latini, per illud obstaculum intellexerunt Romani imperii potentiam, quâ stante Antichristus regnare non posset, nec in Ecclesiam quidquid libet facere. Hinc putârunt Antichristum non venturum nisi dissoluto hoc imperio. Quando Romanorum imperium de medio sublatum fuerit, tum ille veniet, ait D. Chrysostomus, et post ipsum Theophylactus, etc. Quamdiù enim fuerit metus hujus imperii, nemo citò subjungetur : quando autem hoc fuerit eversum, vacans invadet imperium, hominumque et Dei imperium aggredietur agere, Chrysostomus. Sed, ut dictum est supra, v. 3, ipsâ nunc experientiâ patet id paulò aliter intelligendum : nimirùm de imperio non temporali tantùm, sed et spirituali per fidem. Itaque, conformiter ad præcedentia, dicendum quòd si discessio à fide, seu celebris regum à fide apostasia, debet Antichristum præcedere, et ei viam præparare : dicendum, inquam, quòd fides catholica, publicaque illius professio, regum et regnorum erga sanctam Romanam Ecclesiam reverentia et submissio, sit obstaculum quod Antichristum detinet,

Christo.

Et revelatus fuerit homo peccati, filius perditionis, id est, Antichristus, qui dicitur homo sceleratissimus, dicitur filius perditionis, qui perditione est dignus, ut in æternum damnetur et pereat.

Vers. 4. — *Qui adversatur et extollitur supra omne quod dicitur Deus, aut quod colitur*. Quòd scilicet Christo et Deo, omnique numini sit se oppositurus.

Ita ut in templo Dei sedeat, ostendens se tanquam sit Deus. Ipse enim solus volet coli, ut Deus sedebit in templo Hierosolymitano, quod solum proprie tempore S. Pauli erat et dicebatur templum Dei.

Vers. 5. — *Non retinetis* memoriâ, id est, non meministis, *quod cùm adhuc essem apud vos, hæc dicebam vobis?* Q. d. : Cùm hæc vobis præsens dixerim, non debebatis commoveri rumoribus aliquorum dicentium instare diem Domini.

Vers. 6. — *Et nunc quid detineat*, scilicet adventum Antichristi et diei judicii, *scitis*, scilicet mysterium iniquitatis, ut sequitur, quod jam operatur, donec de medio fiat : puta quod Nero, et similes adhuc dominentur, quodque necdum venerit discessio et defectio generalis à Romano imperio. *Ut reveletur in suo tempore*, ille homo peccati, Antichristus scilicet.

ejusque retardat adventum. Hæresis, seu particularium apostasia et à fide discessio, est inchoatio et promotio Antichristi. Generalis regum et regnorum discessio et apostasia erit Antichristi quasi consummatio, signum ipsius adventûs jamjam futuri. Sana itaque particularium fides, orthodoxa regum professio, illorum erga Sedem Apostolicam reverentia, obstaculum est Antichristi.

Conjectura est, et quidem textui apostolico valdè conformis, non tamen dogma fidei, nec certa cognitio. Unicuique cum D. Augustino hìc dicere licet : Ego prorsùs quid dixerit fateor me ignorare. Hoc obstaculum Antichristi Deus voluit Thessalonicensibus revelari, à nobis autem voluit ignorari. Adoremus ejus voluntatem ; grato animo revelatas nobis veritates recipiamus ; humili corde absconditas veneremur, libenter eas ignoremus ; nec cupiamus sapere plus quàm oportet sapere. Hæc, ut ait D. Thomas, non est multùm necessarium ad sciendum.

Ut reveletur suo tempore. Græc. : *Ad revelari suo ipsius tempore*, quasi diceret : Tardat quidem quia detinetur, sed suo et congruo tempore, seu tardiùs, seu citiùs, veniet et apparebit.

Vers. 7. — Nam mysterium jam operatur iniquitatis... Ne quid nobis ad Antichristi cognitionem desit, ne fortè ab ipso decipiamur.

Observatio litteralis et moralis.

Iis verbis nos monet Apostolus quòd impius ille duplici modo sit, et operetur in mundo ; scilicet vel per seipsum, in suâ propriâ personâ ; vel per præcursores suos, et in suis figuris. Circa finem mundi ipse veniet in propriâ personâ ; ipse palàm apparebit ; palàm et publicè seducet per signa et prodigia mendacia. Ab initio Ecclesiæ usque ad publicum suum adventum clam et absconditè serpit et obrepit in suis similibus et quasi præcursoribus, impiis scilicet hæresiarchis, iniquitatem Antichristi subdolè et arcanè agentibus et promoventibus. Iniquitas quippe Antichristi erit oppugnare Deum et Christum : hinc v. 4, *qui adversatur*. Græc., *ille oppositus*, seu adversarius, seu qui Deo et Christo in omnibus adversatur. Hoc autem impii et hæretici faciunt ab initio, cum hoc discrimine, quòd Antichristus id faciet publicè, cum potestate, per prodigia, impii autem et hæretici absconditè, arcanè et subdolè ; nec enim volunt ut tales agnosci : hinc illorum iniquitas vocatur *mysterium iniquitatis*, seu iniquitas arcana. Differunt igitur in modo, sed quia conveniunt in animo, seu quia illi eodem ac ipse spiritu agunt et aguntur ; hinc dicitur quod in illis, quasi suis typis, iniquitatem suam *operatur*, seu agit, Antichristus. Vel si sumatur passivè *operatur* in illis et per illos, iniquitas Antichristi stabilitur et peragitur. Sensus itaque est : Dixi quod suo tempore apparebit, seu *revelabitur*, nec sine causâ dixi *revelabitur*. Jam enim est in mundo, sed quasi incognitò, in suis scilicet figuris et præcursoribus, in Simone Mago, in Nicolao, aliisque impiis et hæreticis, hominum seductoribus, in quibus suam iniquitatem arcanè *operatur* : vel in quibus iniquitas illius agitur absconditè et in mysterio.

Apostolorum tempore erant impii, magiæ dediti, qui inter baptizatos cultum dæmonum promovere satagebant, Ecclesiæque sacrificium magicis oblationibus suis profanabant. In illis *iniquitatis mysterium* agebatur. Erant hæretici, qui Evangelii veritatem et sanctitatem suis erroribus et impuris moribus destruebant : in illis etiam agebatur *iniquitatis mysterium*. Hos omnes, eorumque similes, velut Antichristos intuebantur apostoli. Et hic loquendi modus etiam à D. Joanne expressiùs usitatus est, primæ Epist. cap. 2 : *Filioli, novissima hora est, et sicut audistis quia Antichristus venit, nunc Antichristi multi facti sunt ;* scilicet hæresiarchæ, gnostici, Nicolaitæ, etc. V. 22 : *Quis est mendax, nisi is qui negat quoniam Jesus est Christus : hic est Antichristus qui negat Patrem et Filium.* Cap. 4, v. 3 : *Omnis spiritus qui solvit Jesum, ex Deo non est, et hic est Antichristus, de quo audistis quoniam venit, et nunc jam in mundo est.*

Hoc etiam potest intelligi de Nerone et aliis impiis imperatoribus juxta antiquorum opinionem. Nero enim fuit typus Antichristi. De Nerone tamen non locutus est Apostolus, quippe qui sub Claudio hanc Epistolam scripsit ante Neronis imperium. Vide Baron. an. 70 ; Estium, hìc. Omnes itaque impii, magiæ dediti, qui cultum dæmonum promovent, sunt Antichristi. Omnes hæresiarchæ et hæretici, qui Evangelii veritatem vel sanctitatem corrumpunt suis erroribus, vel moribus impuris, sunt Antichristi ; id est, Antichristi inchoationes, rudimenta, figuræ, typi, symbola, præcursores ; etsi ore Christum confiteantur. Sicut Christus ab initio mundi fuit in patriarchis præfiguratus, unde sancti patriarchæ, rudimenta Christi vocantur ; sic ab initio Ecclesiæ, Antichristus figuras suas et typos habet in omnibus malis hominum seductoribus. Incipiunt enim quod ille consummabit, scilicet defectionem à fide : destruunt regnum Christi ; inchoant, stabiliunt et promovent regnum Antichristi. Hinc addit Apostolus ad fidelium cautelam : Tantum ut qui tenet, teneat... Monet fideles ut fidem firmiter teneant, ut sibi caveant ab omnibus istis Antichristis, seu, ut ait Christus, à lupis in vestibus ovium ; quasi diceret : Interim qui Christum et fidem catholicam tenet, firmiter teneat, donec de medio fiat, id est, de medio Ecclesiæ exeat, seu separetur, illud mysterium iniquitatis, seu donec iniquitas, quæ mystica nunc et occulta est, fiat publica. De medio fieri, exire, separari : et hic sensus est conformis locutioni D. Joan., primæ Epistolæ cap. 2,

Vers. 7. — *Nam mysterium jam operatur iniquitatis*, etsi nondùm venerit Antichristus in personâ ; jam tamen adest in emissariis ac præcursoribus suis : nam iniquitas ejus, de quâ locutus sum, nunc occultè, velut in mysterio, agitur, et exercetur per hæreticos. Ea iniquitas est Christum et regnum ejus totis viribus oppugnare, atque ad imitationem diaboli divinitatem illius ad se rapere.

Tantum ut qui tenet nunc, teneat, donec de medio fiat. Mysterium iniquitatis nunc agitur, erupturum

v. 19 : *Ex nobis prodierunt, sed non erant ex nobis*, etc. Textus Græcus habet : *Solùm tenens nunc, donec è medio fiat.* Syr. : *Dummodò id quod nunc detinet, tollatur è medio.* Unde potest simpliciter verti : Donec tollatur è medio id quod detinet ne veniat; id est, iniquitas arcanè stabilitur et agitur, donec fiat defectio generalis : *Tunc enim revelabitur...*

Vers. 8. — Et tunc revelabitur ille iniquus. Græc., *exlex*. D. Hieronymus, *fons iniquitatis. Et tunc*, id est, factâ separatione, seu factâ generali apostasiâ, vel sublato eo quod retardat Antichristum. *Tunc*, manifestè et palàm apparebit, et aget, et dominabitur *iniquus ille* Antichristus, quasi totius orbis monarcha. Quem post aliquos annos Dominus noster Jesus-Christus interficiet solo flatu oris sui, id est, jussu nutuque suo.

Et destruet illum illustratione adventus sui, id est, cùm primùm quasi per crepusculum apparere cœperit. Ad primum radium suæ præsentiæ hoc iniquitatis monstrum destruet sol justitiæ, sicut ad solis adventum fugantur tenebræ, ait D. Hieronymus, sicut ad ignis approximationem comburuntur bestiolæ, ait D. Chrysostomus.

Vers. 9. — Cujus est adventus secundum operationem Satanæ.... Describit satanicam Antichristi potentiam ad seducendum, hisque quasi ultimis coloribus ejus perficit imaginem. Qui cùm advenerit, per operationem et efficaciam Satanæ omne genus mendacium miraculorum faciet. Non enim vera faciet miracula, vim naturæ superantia, sed falsa, vi scilicet naturæ, vel per præstigias diabolicas, illudendo sensibus hominum. Hinc Græc., *prodigiis mendacii*, id est, falsis et fallacibus.

Vers. 10. — Et in omni seductione..... Ut in omni arte et fallaciâ seducat ad iniquitatem non quoslibet, sed eos qui sponte suâ perire volunt.

Eò quòd charitatem veritatis... Propterea quòd veritatem à Christo annuntiatam, seu veritatem Evangelii charissimam et amabilissimam, noluerunt recipere, ut per eam salvi fierent. Christus charitas et veritas est, seu verissima charitas et charissima veritas : ut veritas docuit, ut charitas redemit. Christus, veritas, lux mundi, docuit, illuxit : at homines magis dilexerunt tenebras et mendacium quàm lucem et veritatem. Christus charitas redemit nos, sanguinem suum fudit et obtulit in pretium nostræ redemptionis : homines hunc amorem non amaverunt, hoc salutis suæ pretium non receperunt. *Hoc est judicium mundi.*

Ideò mittet illis Deus operationem erroris, ut credant mendacio. *Ideò*, in pœnam incredulitatis et ingratitudinis suæ ; quia Christum veritatem et charitatem, ex amore vera docentem et per vera miracula suum Evangelium confirmantem, non receperunt. *Ideò mittet illis* hunc impostorem, qui per efficaciam seductionis et imposturæ, per falsa miracula, variaque fallendi artificia, in errorem et mendacium illos pelliciet, ita *ut mendacio credant* qui veritati fidem noluerunt adhibere. O terribilem peccati pœnam! eo sanè terribiliorem quò minùs sentitur hæc pœna, et quò libentiùs et liberiùs recipitur ; libenter enim et liberè erroribus et mendaciis in suam perniciem credent. Hæc erit terribilis et justa incredulorum et præcipuè obstinatorum Judæorum punitio : Antichristo mendaci credent qui Christo veritati credere noluerunt. Nota ad litteræ explicationem : *Deus mittet* Antichristum : Deus permittet Antichristum per operationem Satanæ seducere : hinc fiet ut qui Christo non crediderunt credant mendacio.

Vers. 11. — Ut judicentur omnes... Hincque patebit quàm sint inexcusabiles, et quàm justè condemnentur Judæi eorumque similes, qui Christo veritati, vera docenti, et vera miracula facienti, non crediderunt ; Antichristo autem mendaci, seducenti, falsa miracula facienti, adhæserunt, ejusque sceleratos mores secuti sunt. Itaque fallacia seductionis Antichristi nocebit iis qui aliàs perituri erant, seu, ut ait Chrysostomus, iis qui, etiamsi non accessisset Antichristus, non credidissent Christo. Justum est autem ut ii qui veritatem respuunt in errorem incidant; et qui salvari nolunt à Deo deserantur, tradantur diabolo.

Supradictorum resumptio et in hæreticos animadversio.

Hucusque de Antichristo actum ab Apostolo ; ejus personæ singularitatem, mores improbos, et ob eos

aliquando in apertam apostasiam ; interim verò dùm agitur, quicumque tenet Christum, et veram ejus religionem, firmiter retineat, donec de medio Ecclesiæ fiat apostasia, id est, magna illa defectio, quâ regna et populi ab Ecclesiâ recedent.

Vers. 8. — *Et tunc revelabitur ille iniquus* (Antichristus), *quem Dominus Jesus*, etc. Ad judicium. Spiritus oris Christi est sententia et judicium condemnationis. Christus interficiet Antichristum spiritu oris sui, id est, jussu suo, verbo suo, suâ sententiâ; quasi afflatu mortifero afflabit et interimet eum. *Illustratione*, id est, revelatione, vel apparitione, illuminatione præsentiæ suæ, vel claritatis adventûs sui.

Vers. 9 — *Eum ; cujus est adventus secundum operationem Satanæ in omni virtute*, id est, potentiâ, *et signis et prodigiis mendacibus.* Scilicet quòd Antichristus habebit assistentiam Satanæ, et Satanam in se, et per se operantem, inquit Theophylactus, in signis et prodigiis, scilicet quæ faciet Antichristus ut homines seducat : faciet miracula, non vera, sed falsa et mendacia.

Vers. 10. — *Et in omni seductione iniquitatis iis qui pereunt*, ut omni arte et modo seducat homines ad iniquitatem, ut pereant et damnentur,

Eò quòd charitatem veritatis non receperunt ut salvi fierent. Reprobi illi seducentur ab Antichristo, justitiâ Dei permittentis id exigente, propterea quòd veritatem à Christo annuntiatam, quam amare et amplecti debebant non receperint, ut, eâ per fidem susceptâ, salvi fierent.

Ideò mittet illis Deus operationem erroris per Antichristum, *ut credant mendacio.* Hæc operatio Antichristi ab eo fiet hoc fine, ut homines credant ejus mendacio : sive, hæc opera Antichristi impellent homines, facientque eos credere mendacio. Quid apud Deum justius, quàm ut qui veritatem suscipere noluerunt, in errorem incidant, et falsitati credant?

Vers. 11. — *Ut judicentur omnes qui non crediderunt veritati*, etc. ; q. d. : Ut justo Dei judicio arguantur et condemnentur Judæi, et similes qui Christo et veritati evangelicæ per Christum allatæ credere noluerunt, sed mendacem Antichristum receperunt.

infelicem exitum descripsit, v. 3. Illius in Deum rebellionem et Christo oppositionem, nec non superbissimam insolentiam, v. 4. Quando venturus sit, quid adventum ejus retardet aut promoveat, quia præsens clarè dixit, obscurè scribit, sed ita ut possit etiam à nobis conjici, v. 5, 6. Interim, donec appareat palam, in figuris et suî similibus latere et operari monet, v. 7. Ejus, cùm apparuerit, potentiam satanicam et præstigias diabolicas describit, v. 9. In quos hanc potentiam sit exerciturus, quosque seducturus, v. 10; et quare, v. 11; ejus denique mortem, v. 8.

Quid clarius et distinctius in Scripturis? Hoc prædixit ne decipiantur qui tunc erunt, ait D. Joannes Chrysostomus. Addam : Hanc Antichristi imaginem adeò vivis et propriis coloribus depinxit, ut ab omnibus omninò Christianis agnosceretur ille impius, nullusque ab eo deciperetur. Addam et quod in v. 3 dixi : Quasi spiritu prophetico tunc prævidisset Apostolus futuram nostri temporis hæreticorum impudentiam (quæ Christi Vicarium, Romanum Pontificem, non veretur Antichristum nominare), eamque Paulus ex tunc reprimere voluisset, ideò ipsis prædicit : Antichristus homo erit singularis et unus, non multi, sicut Romani pontifices. Homo erit sceleratissimus, non sanctus, quales saltem multi Romani pontifices. Homo Deo et Christo contrarius, cultum Dei destruens, et solus ut Deus adorari volens : non ita Romani pontifices, qui Deum et Christum adorant, cultum Dei et Christi satagunt et promovent, qui nec coli volunt et adorari ut Deus. Homo erit in quo et per quem diabolus signa faciet et prodigia. Ubi hæc in summo Pontifice, et reliqua alia?

O astutiam diabolicam! hæretici sunt Antichristi rudimenta, figuræ et præcursores; Antichristi iniquitatem arcanè peragunt; ipsius adventum suis defectionibus et apostasiis promovent. Veniet ille impius, cùm per multas singulares apostasias facta tandem fuerit apostasia generalis. Et ut ipsi securiùs et tranquilliùs Antichristi negotia peragant, sicque ejus adventum citiùs promoveant, duplici eos cæcitate ferit diabolus; non vident quæ sunt, vident quæ non sunt : Antichristum in seipso non agnoscunt, seu Antichristi in semetipsis typos et figuras non vident; Antichristum in Romanis pontificibus fingunt, in quibus nullus Antichristi character.

Animadversio in Grotium.

Hâc cæcitate quidem non laboravit Grotius, sed maximam temeritatis notam incurrit dùm hoc quod Apostolus de uno Antichristo prædixit in hoc capite, de duobus hominibus Caio Caligulâ et Simone Mago intellexit. Temeraria est, inquam, hæc opinio Grotii, et maximè temeraria. Primò, quia contra communem omnium sanctorum Patrum et doctorum sententiam, etiam antiquiorum, qui Apostoli sensum à viris apostolicis, ut non dicam ab Apostolis ipsis, receperunt. Secundò, quia nullâ solidâ ratione, vel auctoritate, sed temerario prorsùs et erroneo fundamento fulcitus id dixit Grotius.

Quodnam est istud fundamentum? Illud in Epistolæ præfatione declarat his verbis : Jam tribus locis vidimus opinatum esse Paulum se vivo posse evenire judicium illud ultimum et universale.

Ex hoc fundamento colligit Grotius primò, quòd Pauli prophetiæ quæ sunt in capite hujus Epistolæ secundo spectare debeant ad res quæ intra unius vitæ spatium poterant contingere. Colligit secundò, historiâ cum vaticiniis collatâ, non de aliis agi quàm de Caio imperatore et de Simone Mago, quorum res actæ verbis prophetiæ ad amussim congruunt. Verba sunt Grotii in Præf. Epist. secundæ ad Thessal.

Cui ut respondeam, prophetæ verbis utor : *Abyssus abyssum invocat;* temeritas temeritatem attrahit. Ex tribus locis malè intellectis, scilicet intellectis secundùm Grotii sensum, non secundùm Patrum sententiam, audet dicere Grotius quòd Apostolus circa judicii tempus erraverit et errorem docuerit. Ergo Paulus non est prædicator veritatis, sed falsitatis. Ergo Pauli Epistolæ, saltem hâc in parte, falsæ sunt et erroneæ. Quis Christianus hoc non horreat? Hoc tamen dicere non veretur Grotius, et ex hoc errore duo falsa colligit et temeraria. Tantùm enim abest ut hoc opinatus sit Paulus, idque docuerit, quod asserit Grotius; quinimò, quia Thessalonicenses partim à pseudo-apostolis decepti, partim à suppositiis Pauli litteris territi, partim etiam à primâ ejusdem Pauli Epistolâ malè intellectâ, quia, inquam, turbabantur et timebant ne instaret dies Domini, ideò Paulus totis viribus studet hunc Thessalonicensium terrorem amovere, eosque rogat et vehementer hortatur ut nemini cuiquam, sive prophetæ, sive spiritui, credant dicenti quoniam *instat dies Domini.* Si ergo in propriâ personâ locutus est, in primâ suâ Epistolâ, ubi de resurrectione, quasi suo tempore futura fuisset, hujus rei rationem reddidi in explicatione v. 15, cap. 4, scilicet, ut doceret fideles diem judicii semper præsentem habere, et ad illum sese continuè præparare. Temeritatis ergo, et quidem maximæ, non potest excusari Grotius, id asserens contra communem sanctorum Patrum et doctorum sententiam, idque sine fundamento.

Sed præterea falsum est quod Caio Caligulæ conveniant quæ Paulus hujus capitis versibus 3 et 4 dicit. Equidem Caius adorari voluit ut Deus, sed non fuit adoratus in templo Dei, nec illius statua fuit in eo collocata, nec ipse aliorum deorum, seu idolorum, abstulit cultum ut solus adoraretur. Non minùs falsò Grotius Simoni Mago adaptat quæ Paulus hic, v. 8, 9, 10, dicit. Ex ipso enim hujus capitis textu, et ex aliis Scripturæ locis, patet quòd in novissimis seu ultimis mundi temporibus venturus sit ille seductor de quo hic agitur; non in primo Ecclesiæ seculo in quo Simon. Omitto alia multa quæ ex Scripturis tunc evenire debent, de quibus Cornelius à Lapide in fine hujus capitis; quorum nulla nec Caligulæ, nec Simonis Magi temporibus contigerunt, et quæ consequenter omnia simul juncta Grotianæ opinionis falsitatem cuicumque fideli Scripturis credenti demonstrant.

Vers. 12. — Nos autem debemus gratias agere... Post hæc duo signa, ab Apostolo data, quæ Christi adventum præcessura sunt, poterant Thessalonicenses convinci quòd nondùm instaret ultimi judicii dies, quia neutrum signum apparuerat; debebant ergo tranquillo animo fieri. Sed quia tristia sunt et horrenda quæ de Antichristo et de pereuntibus dicta sunt, hinc Paulus ut Thessalonicenses soletur, et ex omni parte quietos reddat et securos, eos ex pereuntium numero subtrahit, et pro illorum salute Deo gratias agit. *Nos autem debemus...*, quasi diceret : Paveant ergo et terrore concutiantur omnes increduli : *Nos autem* lætitiâ perfusi, *debemus Deo gratias* semper agere pro vobis, fratres a Deo dilecti, eò quòd vos tanquàm primitias sibi gratas ad salutem elegit. Vos scilicet per Spiritum sanctum sanctificando, et vobis fidem veræ sanctitatis germen inspirando, elegit, sibi separavit, è gentilitatis massâ scilicet ad Christianismum, quæ unica salutis est via. Quomodò elegit ? *Per sanctificationem spiritûs et fidem veritatis*, ait Syr. Id est, vobis in baptismo gratiam sanctificantem et veram fidem infundendo. Agitur ergo de electione ad gratiam.

Elegit vos primitias. Græcum habet, *ab initio*, ἐπ' ἀρχῆς. Noster interpres legit. ἀπαρχάς. Primitiæ dicuntur Thessalonicenses, quia eis inter primos prædicavit Paulus, eosque ad salutem convertit.

Nota his in verbis varias Thessalonicensium cum infidelibus oppositiones. Peribunt illi : vos autem elegit Deus ad salutem. Judicabuntur illi et damnabuntur, quia veritati non crediderunt, sed iniquitati consenserunt : vos verò salvabimini, quia veritati credidistis et sanctitati studuistis. Et ob hoc *debemus nos*, à fortiori et vos, *Deo semper agere gratias* : hoc enim Dei donum est. Donum quòd vos dilexit, quòd elegit, quòd, quasi primitias salvandorum, elegit, quòd sanctificavit, non per opera, sed per fidem veritatis quam dedit ipse vobis. Vide quomodò nihil ostendit esse eorum, sed totum Dei, ait S. Chrysostomus. Vide ergo et tu, ô Christiane, qui tale donum recepisti, quales debeas et Deo gratias agere.

Vers. 13. — In qua et vocavit vos. Græc., *in quod*. Syr., *in quæ*, scilicet in ea de quibus supra.

Vers. 12. — *Nos autem debemus gratias agere Deo semper pro vobis*, etc. ; q. d. : Elegit aut assumpsit vos Deus in salutem, mediis ad eam concessis, nimirùm sanctificatione spiritûs et fide veritatis.

Vers. 13. — *In quâ*, ad quam, scilicet fidem et sanctificationem, *et vocavit vos per. Evangelium nostrum*, etc. Ut per fidem, gratiam et salutem major gloria Christo illarum auctori acquiratur; ita Chrysostomus. Deum vocâsse Thessalonicenses per Evangelium Pauli in acquisitionem gloriosam Christi Domini, hoc est, ut ejus essent gloriosa possessio, sanguine ipsius acquisita.

Vers. 14. — *Itaque, fratres, state*, id est, persistite firmi et constantes in fide et vocatione vestrâ, quâ vos Deus per gratiam suam dignatus est.

Et tenete traditiones quas didicistis; Græcè, quas docti estis, id est, quas ego vos docui.

Sive per sermonem, sive per epistolam nostram. Traditiones vocat doctrinas et instituta religionis christianæ, sive ea pertineant ad fidem, sive ad exteriorem cultum religionis, ut sunt cæremoniæ. Nota hic locum pro traditionibus apostolicis, scilicet tam ea esse servanda quæ verbo et vivâ voce tradiderunt apostoli, quàm quæ scripta in sacris Litteris reliquerunt. Certè prior est anima quàm littera, et prior sermo quàm liber, et prior sensus quàm stylus, dicit Tertull., lib. de Testimonio animæ.

Cum nostro interprete, *in quam fidem et sanctitatem vocavit et adduxit vos Deus.*

Per Evangelium nostrum, id est, per nostrum ministerium. Ecce medium, prædicatio Pauli.

In acquisitionem gloriæ Domini nostri Jesu Christi, id est, ut acquiratis cœlestem gloriam quam possidet Christus Dominus in cœlis. Seu, sicut vertit Syrus, *ut decori sitis Domino nostro Jesu Christo*, id est, ut per vos laudetur et gloriam consequatur Dominus noster Jesus Christus. Seu ut sitis acquisitio, vel populus acquisitus gloriæ Christi. Adest finis et Dei vocantis et Pauli prædicantis. Hoc sensu dixit alibi Paulus, *empti estis pretio magno*, sui scilicet sanguinis ; *glorificate ergo Deum ;* ipsius toti estote. Hoc sensu, D. Petr. primæ epist. 2, 9. vocamur *populus acquisitionis*, id est, Christi possessio, ejus sanguine acquisita. O anima christiana tanti vales! tanti te Christus emit! sis tandem illi tota, ut aliquando sit tibi totus; sis nunc illius acquisitio, ut tua sit in æternum acquisitio.

Vers. 14. — Itaque, fratres, state, id est, constantes estote in fide et vocatione vestrâ, et firmiter servate traditiones quas à nobis accepistis, sive per sermonem, sive per Epistolam nostram. Hinc perspicuum est primò quòd jam scripserat D. Paulus, et ideò hæc Epistola non sit omnium prima, ut voluit Grotius. Secundò, quòd scripta et non scripta præcepta dederint apostoli, et utraque sint observatione digna. Hinc et colligitur Ecclesiæ traditionem fide dignam esse. Hoc expressè notat D. Chrysostomus et Theophylactus : traditio est, nihil quæras ampliùs. Hoc et ipse Grotius cujus verba refero : Duobus modis docebant Apostoli, loquendo et scribendo, et par in utroque auctoritas; et præcessit locutio, secuta est scriptura. Multa quidem quæ dixère apostoli, etiam scripsère, at non omnia, quia satis erat quædam in usum Ecclesiarum esse introducta, ita ut nihil opus esset et per Epistolas præcipi; in transcursu tamen et horum interdùm fit mentio; Grotius, adnotat. in secundâ Epist. ad Thessal., cap. 2, v. 15.

Vers. 15. — Ipse autem Dominus noster Jesus Christus, et Deus, qui Christi Pater est per naturam, noster verò per gratiam.

Qui dilexit nos, ut pater filios quos constituit per adoptionem suos hæredes, ac filii sui naturalis cohæredes.

Et dedit consolationem æternam in spe et pregustu æternæ gloriæ et lætitiæ, *et spem bonam in gratiâ*; id est, per gratiam, per quam habemus spem vitæ æternæ : per gratiam enim quasi per semen speramus nos messuros fructum vitæ æternæ.

Qui dilexit nos..., et per gratiam suam, quæ est semen æternæ gloriæ, nos consolatus est spe bonorum æternorum.

Vers. 16. — Exhortetur corda vestra; ipse, inquam, uterque cordibus vestris istud solatium imprimat, et confirmet in omni opere bono et sermone, vosque sic stabiliat in bonâ doctrinâ et in opere bono, ut recta loquamini et faciatis. Post exhortationem precatione finit, quasi diceret : Ipse Jesus Christus Salvator noster, et Deus Pater noster, sit cordium vestrorum consolator, vel exhortator (Græc. enim significat utrumque) et confirmator. Internâ scilicet consolatione hortetur et impellat animos vestros ad observationem doctrinæ vobis traditæ, et ad bonorum operum consummationem, ut ad salutem ad quam vocati estis valeatis pervenire. Deus solus cordium verè consolator, exhortator et confirmator, gratiæ suæ unctione et perfusione cor sic consolatur ut et illud exhortetur, et confirmet et impeliat ad omne bonum opus. Deus cordis mei, cor meum gratiæ tuæ luce perfunde, unctione penetra, ut luce divinâ perfusum credenda credat; unctione penetratum, dilatatum, viam mandatorum tuorum currat.

Vers. 16. — *Exhortetur corda vestra*, consoletur, *et confirmet in omni opere et sermone bono.* Sensus est : Et stabiliat vos ac perseverare faciat in omni bonâ doctrinâ, atque in omni genere bonorum operum.

Corollarium pietatis, seu in hoc capite ad pietatem maximè notanda, et ad praxim redigenda.

1° Ad tuî consolationem, disce cum gaudio et nota quòd homini verè christiano, de peccatis verè dolenti, et in Jesum Christum, Salvatorem mundi, speranti, multò magis optandus et desiderabilis sit quàm metuendus adventus Domini. Hujus consolatoriæ veritatis rationes vide in commentario, v. 1. Ibidem vide responsiones objectionibus timorem suadentibus. Id etiam videre potes 1 ad Thessal. 5, 5. De peccatis itaque dole, spera in Jesum Christum, tuique Salvatoris adventum opta.

2° Ad tuæ salutis securitatem, quia prorsùs incertum est hujus adventûs dominici tempus, solique Deo cognitum, juxta Christi Domini monitum, in omni loco, omnique tempore vigila; tanquam servus fidelis et prudens, exspecta Dominum, lumbis præcinctis, lucernas tenens in manibus, semperque paratus. Vide dicta v. 3.

3° Ex v. 6, disce quid agendum in Scripturæ difficultatibus, et in rerum obscuritate quas Deus nobis clarè revelare noluit. Hanc ipsam Dei voluntatem humilis adora, et de infinitâ ejus sapientiâ plenè persuasus, tu te ei submitte. Libenter ignora quæ Deus à te vult ignorari, et ne præsumas sapere plus quàm oportet sapere. Recordare quòd Deus, etiam absconditus, sit adorandus. Veritates itaque ab eo revelatas grato quidem animo suscipe, crede, amplectere, exsequere. Abscondita verò Dei reverere, adora, et contra Dei voluntatem penetrare ne tentaveris.

4° Ex v. 7, disce quid sint impii et hæretici. Nimirùm Antichristi rudimenta et præcursores. Vide ibi dicta in commentario. Hincque conclude quod dixit D. Joannes, primæ Epistolæ cap. 2, v. 22 : *Nunc Antichristi multi facti sunt.*

Antichristus jam est in mundo, in suis scilicet figuris et rudimentis; vide v. 7. Attende itaque et vide quomodò cautè ambules, cum quibus converseris et vivas, et tu tibi cave.

5° Astutiam diaboli in hæreticis vide et nota v. 11. Ipsi sunt Antichristi; et ne se ut tales agnoscant, duplici cæcitate ferit eos diabolus : Antichristum in semetipsis non vident, in quibus est de facto; in Papâ vident, in quo non est. Hincque disce quàm timenda sit mentis cæcitas, et quàm horrenda hæresis perversitas quâ diabolus tot homines excæcat.

6° Ex v. 10, disce quàm terribile sit Christo, veritati et charitati, non credere. *Hoc enim est judicium mundi.* Hoc veritatis et charitatis oblatæ repudium gravissimâ infidelitatis et cæcitatis pœnâ punitur. Catholicus ergo veritati credens, sanctitati studens, Deo gratias agat, quòd eum elegit in salutem per sanctificationem spiritûs et fidem veritatis; v. 12. In quâ fide constanter perseverans, Christo mente, corde, opere, jugiter adhæreat.

CAPUT III.

1. De cætero, fratres, orate pro nobis, ut sermo Dei currat, et clarificetur, sicut et apud vos;

2. Et ut liberemur ab importunis et malis hominibus; non enim omnium est fides.

3. Fidelis autem Deus est, qui confirmabit vos, et custodiet à malo.

4. Confidimus autem de vobis in Domino, quoniam quæ præcipimus, et facitis, et facietis.

5. Dominus autem dirigat corda vestra in charitate Dei et patientiâ Christi.

6. Denuntiamus autem vobis, fratres, in nomine Domini nostri Jesu Christi, ut subtrahatis vos ab omni

CHAPITRE III.

1. Au reste, nos frères, priez pour nous, afin que la parole de Dieu se répande de plus en plus, et qu'elle soit partout en honneur, ainsi qu'elle l'est parmi vous;

2. Et afin que Dieu nous garantisse des hommes déraisonnables et méchants, car la foi n'est pas commune à tous;

3. Mais Dieu est fidèle, et il vous affermira et vous préservera du malin esprit.

4. Quant à vous, nous avons cette confiance en la bonté du Seigneur, que vous accomplissez, et que vous accomplirez toujours ce que nous vous ordonnons.

5. Que le Seigneur vous donne un cœur droit dans l'amour de Dieu, et dans la patience de Jésus-Christ.

6. Nous vous ordonnons, nos frères, au nom de Notre-Seigneur Jésus-Christ, de vous retirer de tous ceux d'entre vos frères qui se conduisent d'une ma-

fratre ambulante inordinatè, et non secundùm traditionem quam acceperunt à nobis.

7. Ipsi enim scitis quemadmodùm oporteat imitari nos : quoniam non inquieti fuimus inter vos :

8. Neque gratis panem manducavimus ab aliquo, sed in labore et in fatigatione, nocte et die operantes, ne quem vestrùm gravaremus :

9. Non quasi non habuerimus potestatem, sed ut nosmetipsos formam daremus vobis ad imitandum nos.

10. Nam et cùm essemus apud vos, hoc denuntiabamus vobis : quoniam si quis non vult operari, nec manducet.

11. Audivimus enim inter vos quosdam ambulare inquietè, nihil operantes, sed curiosè agentes.

12. Iis autem qui ejusmodi sunt, denuntiamus, et obsecramus in Domino Jesu Christo, ut cum silentio operantes, suum panem manducent.

13. Vos autem, fratres, nolite deficere benefacientes.

14. Quòd si quis non obedit verbo nostro per epistolam, hunc notate, et ne commisceamini cum illo, ut confundatur :

15. Et nolite quasi inimicum existimare, sed corripite ut fratrem.

16. Ipse autem Dominus pacis, det vobis pacem sempiternam in omni loco. Dominus sit cum omnibus vobis.

17. Salutatio meâ manu Pauli; quod est signum in omni epistolâ : ita scribo.

18. Gratia Domini nostri Jesu Christi cum omnibus vobis. Amen.

nière déréglée, et non selon la tradition qu'ils ont reçue de nous,

7. Car vous savez vous-mêmes ce qu'il faut faire pour nous imiter, puisqu'il n'y a rien eu de déréglé dans la manière dont nous avons vécu parmi vous.

8. Et nous n'avons mangé gratuitement le pain de personne ; mais nous avons travaillé jour et nuit avec peine et avec fatigue, pour n'être à charge à aucun de vous.

8. Ce n'est pas que nous n'en eussions le pouvoir, mais c'est que nous avons voulu nous donner nous-mêmes pour modèle, afin que vous nous imitassiez.

10. Aussi lorsque nous étions avec vous, nous vous déclarions que celui qui ne veut point travailler ne doit point manger.

11. Car nous apprenons qu'il y a parmi vous quelques gens inquiets, qui ne travaillent point, mais qui se mêlent de ce qui ne les regarde pas.

12. Or nous ordonnons à ces personnes, et nous les conjurons par Notre-Seigneur Jésus Christ, de manger leur pain en travaillant en silence.

13. Et pour vous, nos frères, ne vous lassez point de faire le bien.

14. Si quelqu'un n'obéit pas à ce que nous ordonnons par notre lettre, notez-le, et n'ayez point de commerce avec lui, afin qu'il en ait de la confusion.

15. Ne le considérez pas néanmoins comme votre ennemi ; mais avertissez-le comme votre frère.

16. Cependant je prie le Seigneur de paix de vous donner la paix en tout temps et en tout lieu. Que le Seigneur soit avec vous tous.

17. Je vous salue ici de ma propre main, moi Paul: c'est-là mon seing dans toutes mes lettres : j'écris ainsi.

18. La grâce de Notre-Seigneur Jésus-Christ soit avec vous tous. Amen.

ANALYSIS.

Thessalonicensium orationes interpellat, v. 1, 2.

Iis vicissim auxilium Dei promittit, v. 3.

Confidit quòd, Deo juvante, sua præcepta servabunt, v. 4; *et ob id Deum orat*, v. 5.

Præcipit ergo ut otiosos et inquietos vitent, v. 6; *ipse apud eos non vixit otiosus, sed die nocteque laborans*, v. 7, 8, 9; *itaque otiosi ad laborandum coerceantur*, v. 10, 11, 12 *Quod si quis eorum sit contumax, notetur ut vitetur*, v. 14 : *non tamen ut inimicus separetur, sed ut frater corrigatur*, v. 15.

Denique pacem eis apprecatur et gratiam, v. 16, etc.

PARAPHRASIS.

1. De cætero, fratres, orate pro nobis (Evangelii ministris) ut Evangelica doctrina per nostrum ministerium feliciter et citò propagetur, et ubique habeatur in honore, sicut apud vos.

2. Et propterea orate ut liberemur ab hominibus improbis et facinorosis (qui nobis resistunt, cursumque sistunt Evangelii), non enim omnes Evangelio credunt.

3. (Ne tamen ideò turbemini,) fidelis enim est Deus, qui vos in fide confirmabit, vosque liberabit à malo.

4. De vobis optimè spero, confidoque quòd per Dei gratiam et facitis modò, et deinceps facietis fideliùs, quæ vobis præcipio.

5. Confido, inquam, sed et propterea rogo, ut Dominus corda vestra dirigat (faciatque vos rectâ viâ ambulare) in charitate Dei et patientiâ Christi.

6. Præcipimus autem vobis, auctoritate nobis à Christo Domino datâ, ut eorum fratrum familiarem fugiatis consuetudinem qui vivunt turbulenter, et inordinatè, et non servant eam institutionem quam à nobis acceperunt verbis et exemplis.

7. Ipsi enim scitis qualia vobis dederimus exempla, et quomodò nos oporteat imitari; non vitam enim apud vos gessimus inordinatam, nec otiosi fuimus, nec inquieti.

8. Neque gratis ab aliquo vestrùm panem accepimus manducandum, sed cum labore et sudore, die et nocte assiduè laborantes, ne cui vestrùm essemus oneri.

9. Non quòd nobis deesset jus vestris vivendi sumptibus, sed ut in nobismetipsis exhiberemus vobis exemplar quod imitaremini.

10. Etenim cùm apud vos essemus, præcipiebamus ut quisquis operari noluerit, is nec manducet.

11. Siquidem audivimus quosdam esse apud vos

qui, licèt jam moniti, vitam tamen agunt incompositam, nihil agentes, hincque inquieti, curiosi, aliena scrutantes.

12. Talibus autem denuntiamus, sed et eos obsecramus per Dominum nostrum Jesum Christum, ut quietè laborantes, manducent panem suum, non alienum.

13. Vos autem, fratres, ne cessetis benefacere.

14. Quòd si quis huic nostro præcepto, per hanc Epistolam significato, non obedit, eum notate, et cum eo ne conversemini, ut pudore suffusus resipiscat.

15. Ne propterea tamen eum ut inimicum existimetis, et asperè tractetis, sed ut fratrem vestrum benignè ac benevolè revocate.

16. Dominus autem, pacis auctor, det vobis pacem continuam, seu in omni tempore et omni loco. Dominus per suam gratiam sit cum omnibus vobis.

17. Salutatio, meâ Pauli manu propria litteris subscripta, et quæ signum est quòd Epistola verè sit mea, hæc est quæ sequitur :

18. Gratia Domini nostri Jesu Christi sit cum omnibus vobis. Amen.

COMMENTARIA.

Vers. 1. — De cætero, fratres, orate pro nobis... Preces pro precibus petit; in fine capitis præcedentis oravit pro eis, eorum nunc orationes rogat. Attende autem quid petat; non à periculis liberari, in hoc enim positus erat, ait D. Chrysostomus, sed ut sermo Dei currat, egregiâ metaphorâ significans : Ut Evangelium Christi, per nostrum ministerium, feliciter et citò propagetur, innotescat ubique, et in honore habeatur, sicut apud vos honoratur. Ecce dignum ministro Christi votum! gloriam Christi, Evangelii honorem optare, non sua quærere. Adeò nihil privati optabat, sed omnia Dei, ait Theophylactus.

Vers. 2. — Et ut liberemur ab importunis... Duplex videtur esse petitio, una tamen est : superatis enim hominibus improbis, currit sermo Dei, ait Theodoretus.

Sed qui sunt illi D. Paulo importuni, Græc., ἄτοποι, quasi nullo loco consistentes? Et Judæos puto, legis Mosaicæ zelantes, et judaizantes, seu Christianismum Judaismo conciliare volentes. Utrique enim Paulo erant infensi; de civitate in civitatem properabant ut Paulo contradicerent et Evangelii cursum impedirent, ut videre est in Actis apostolorum. Illorum importunitates et persecutiones noverant Thessalonicenses, ut patet ex Act. 17, v. 5; hinc ut illis notas supponit Apostolus : earum tamen rationem reddit, dicens :

Non enim omnium est fides, quasi diceret : Ne miremini et quòd nos persequantur, et quòd Evangelio contradicant : non enim omnes, quibus annuntiatur Evangelium, ei credunt. Nec etiam omnes qui Evangelio credere profitentur verè credunt, seu veram fidem habent. Utraque explicatio et litteræ convenit, et menti Apostoli conformis est. Prima quidem de Judæis vera est, qui auditâ fidei prædicatione credere noluerunt, sed in suâ infidelitate perstiterunt. Secunda verò de judaizantibus, et aliis hæreticis, qui Christianismum profitentes non sunt tamen verè fideles et Christiani.

Sed unde hoc? An à Deo? Et quidem, quantùm est ex se, *illuminat omnem hominem*, etc., omnes, quibus annuntiatur Evangelium, vocat ad fidem. Unde ergo? Ex hominum rebellione vocanti Deo resistente; ex hominum obstinatâ malitiâ tenebras luci præferente, vitiaque virtuti. Tenebras et tenebrarum amant opera : hinc Evangelii lucem et sanctitatem reformidant et repellunt. In vitiis et concupiscentiis suis sibi placent : hinc Evangelium, vitia prohibens, et concupiscentias reprimere præcipiens, oderunt. Qui in vitiis sibi placent, non credent nobis, etiamsi solem manibus gestemus, ait Lactantius à Grotio citatus. Quàm meritò itaque Christus dixit : *Hoc est judicium mundi, quia dilexerunt homines magis tenebras quàm lucem.* Quàm justè dictum est alibi : *Perditio tua, Israel;* Osee 13, 9.

Vers. 3. — Fidelis autem est Deus...; quasi diceret : Licèt, ut dico, fides externos et domesticos habeat hostes, Judæos scilicet et hæreticos; ne propterea turbemini, nec eos timeatis. *Fidelis enim est Deus*, id est, Deus, qui rebelles et ingratos in suâ relinquit obstinatione et malitiâ, suos fideles et sibi obedientes servat et protegit. Vos ergo sic confirmabit in fide (sicut oravimus) ut non concutiamini; vosque ita proteget, ut non contra vos prævaleat Satanas. Magna hinc omnibus fidelibus in Deum fiducia. *Qui cœpit, ipse perficiet;* qui vocavit et ad salutem elegit, ipse confirmabit in fide, et custodiet a malo, seu à maligno, seu ab omni malo. Caveamus tamen socordiam, propter sequentia

Vers. 1. — *De cætero, fratres, orate pro nobis, ut sermo Dei currat et clarificetur*, id est, ut evangelica doctrina per nostram prædicationem feliciter ac sine impedimento propagetur ac proficiat.

Sicut et apud vos, subaudi, glorificatus est sermo Domini.

Vers. 2. — *Et ut liberemur ab importunis et malis hominibus.* Significantur homines absurdi, improbi, insolentes, quales tunc erant judaizantes et similes, qui ubique concitabant plebem contra Paulum et apostolos, et quales modò sunt hæretici.

Non enim omnium est fides. Orate pro nobis, ut liberemur ab importunis et malis hominibus, qui verbi Dei cursum impediunt; quod mirandum non eos facere quia non omnium est fides; id est, non omnibus datur ut credant, non omnes ad propositum Dei pertinent, vocantis ad finem efficaci suâ vocatione. Non omnes obediunt Evangelio. Hic igitur insinuatur fidem esse singulare Dei donum, quod non sit omnibus à Deo concessum. Quòd ergo nolunt fidem Christi amplecti causa est cur permaneant mali et importuni.

Vers. 3. — *Fidelis autem Deus*, etc. Quamvis, inquit, sint qui fidem graviter oppugnent, non est quod turbemini : nam fidelis est Dominus Christus, id est, verax et constans in promissis; ideòque vos confirmabit in fide, ne ab eâ excidatis, et custodiet à malo, id est, ab adversario, scilicet diabolo, ne per malos

VERS. 4. — CONFIDIMUS AUTEM IN DOMINO DE VOBIS... Ne existimantes totum esse Dei, ipsi segnes evadant, ecce nunc eorum cooperationem postulat, ait Theophylactus post Chrysostomum. Quasi diceret : Deus quidem fidelis est, et omninò faciet quæ sua sunt, sed si vos etiam operemini. Theophylactus et Chrysostomus. Dabit Deus salutem quam promisit, sed ut promisit; id est, si velimus, et eum audiamus : non enim promisit absolutè, neque tanquàm lignis et lapidibus, sed ut hominibus, liberis scilicet et volentibus, ex D. Chrysostomo. Uterque D. Chrysostomus et Theophylactus expendunt D. Pauli sapientiam his in verbis : *Confidimus in Domino de vobis...*; quibus, inquiunt, Paulus ita indicat totum à Deo pendere, ut et etiam totum pendeat à nobis. *Confidimus in Domino*, id est, bonitati Dei, quæ vos confortabit. Hoc ostendit totum à Deo pendere. Sed ne propterea ipsi fiant otiosiores, addit : *Confidimus in Domino de vobis*, QUOD FACITIS, ET FACIETIS, quibus verbis indicat ita totum in Deum esse rejiciendum, ut nos etiam operemur. Nec fuit contentus dicere *facitis*, sed adjecit *facietis*, ostendens nobis ad extremum usque spiritum virtutem adesse debere.

VERS. 5. — DOMINUS AUTEM DIRIGAT CORDA VESTRA IN CHARITATE DEI..., Græcè, *in charitatem Dei et patientiam Christi*. Rursùs ad Deum, omnis justitiæ fontem, nostræque salutis auctorem recurrit, quasi diceret : Confido in Domino, seu bonitati Dei, de vobis certus sum, propterea rogo, ut per Spiritum suum *corda vestra sic dirigat in charitatem Dei, et patientiam Christi*, ut per utramque virtutem recto tramite faciat vos ad salutem pervenire, Dei scilicet præcepta ex amore servando, et persecutiones, omniaque hujus vitæ mala, Christi patientiâ perferendo.

Observatio moralis.

Hinc discamus quòd charitas et patientia recta sint ad salutem semita; per charitatem ad Deum, qui charitas et amor est, rectà tendimus; per patientiam Christo patienti, salutis auctori, conformamur, ut Christo glorioso similes efficiamur. His itaque duabus virtutibus præcipuè et continuè nobis studendum est; omnia ex amore Dei facere; omnia Christi patientiâ ferre. Orationum itaque nostrarum summa, nostrumque votum continuum sit : *Dominus dirigat corda nostra*, etc. Per gratiam suam sic cor meum dirigat in charitatem Dei, ut ipsum verè et unicè diligam; ipsius gloriam in omnibus unicè quæram; ad eum ita rectè tendam, ut in ipso solo quiescat cor meum. A recto charitatis calle et consequenter à Deo nos retrahunt opes, vana gloria, seculi voluptates. Dominus autem sic dirigat cor meum, ut, contemptis opibus, inani gloriâ, deliciis, rectà tendat ad Deum, et in ipso solo Deo quiescat ut summo bono, ut gloriæ centro, ut deliciarum immenso pelago Deus et omnia : Deus meus et omnia, et divitiæ, et gloria, et gaudium et vita. Diligam ergo te, thesaure meus; et in te solo et unico bono quiescat cor meum. Diligam ergo te, gloria mea, honoris centrum; et in te solo et de te solo glorietur cor meum Diligam ergo te, ô cordis mei voluptas et vita! Signa, signa super me lumen vultûs tui, da te lætitiam in corde meo, sicque verè vivam, verè gaudebo et beatus ero. *Beatus homo cujus Dominus Deus ejus.*

ET IN PATIENTIA CHRISTI. Non immeritò charitati Dei patientiam addit Christi.

Non solùm enim hic agendum est, sed sæpissimè patiendum : mala hic inevitabilia : oportet pati Christianum, *sicut oportuit pati Christum, et ita intrare in gloriam suam.*

Patiatur itaque Christianus, non ut philosophus, non ut politicus, sed ut ipse Christus.

Et in patientiâ Christi. Patiamur sicut passus est Christus, eo quo Christus passus est animo, ex amore Dei et cum amore proximi, cum obedientiâ erga Deum cruces nobis destinantem, cum charitate erga proximum cruci nos affigentem; diligamus inimicos nostros, sicut Christus crucifixus dilexit suos; benefaciamus iis, etc., et oremus, etc. Hoc est Deum diligere, propter eum pati eo quo Christus passus est animo, id est, eâ charitate. Passio Christi fuit summus amor et Dei et proximi. Sic itaque patiamur, ut Deum amemus et proximum; Deum, primam malorum nostrorum causam, adoremus, colamus, diligamus; proximum, Dei ministrum, nos torquentem, amemus, honoremus, beneficiis cumulemus.

VERS. 6. — DENUNTIAMUS AUTEM VOBIS... In primâ Thessal. Epist., cap. 5, v. 14, dixerat Ecclesiæ superioribus : *Corripite inquietos.* Hic autem, quia novit nondùm emendatos, acriùs corrigit, et excommunicandos denuntiat. Præcipimus vobis nomine et auctoritate Christi, ut eorum vitetis consortium qui vivunt inordinatè. Græc., ἀτάκτως. Hoc nomen explicatum est 1 Thessal., cap. 5, v. 14; hic significat otiosos, curiosos, negligentes sui ordinis et officii, inquietos sibi et aliis, seu aliorum pacem perturbantes. Otium quippe curiositatem parit, curiositas inquietudinem,

homines, velut artis suæ instrumenta, fidem vestram subvertat.

VERS. 4. — *Confidimus autem de vobis, in Domino*, id est, per Dominum, per gratiam Domini Jesu Christi.

Quoniam quæ præcipimus, et facitis, et facietis, id est, quòd præcepta à me vobis tradita servatis, etc.

VERS. 5. — *Dominus autem dirigat corda vestra*, etc. Velut exemplari vobis proposito, hoc est, ad imitandum charitatem Dei, etc. Opto vobis ut Christus Dominus corda vestra dirigat, moveatque magis ac magis ad dilectionem Dei, id est, ad diligendum Deum; et ad sustinentiam Christi, id est, ad exspectandum patienter adventum Christi remuneratoris.

VERS. 6. — *Denuntiamus*, id est, præcipimus, *autem vobis, fratres, in nomine Domini nostri Jesu Christi*. præcipimus vobis nomine et auctoritate Christi Domini, cujus sumus vicarii, idque potestate ab eo acceptâ.

Ut subtrahatis vos ab omni fratre ambulante inordinatè, id est, incompositè, turbulentè, etc. *Inordinatè* intelligit eum qui quod sui est ordinis atque officii non facit, et facientes turbat

Et non secundum traditionem, quam acceperunt à nobis. Traditio est institutio tradita voce, vel, ut inquit Chrysost., opere.

inquietudo disciplinam solvit, causat inordinationem; etenim otiosi et curiosi omnibus sese immiscent, inquieti sunt et alios inquietant, sicque ordinem et pacem perturbant. Hoc hominum genere nihil in societate pejus : hinc non mirum, si tantâ severitate eos coerceat Apostolus. Debet unusquisque Christianus facere quod hìc Thessalonicensibus præcipit Apostolus, inordinatos vitare.

Et non secundum traditionem... Inter alia vitæ præcepta, eos vivâ voce docuerat Apostolus ut quivis laboraret, nullus inertiæ *vacaret*, nullus otio, v. 10, hinc *non secundùm traditionem*.

Vers. 7. — Ipsi enim scitis quemadmodum... Quia otio valdè dediti erant Thessalonicenses, hinc Paulus non verbis tantùm laborem eis præcepit, sed et hujus instituti dedit exemplum, suis manibus nocte laborans et die. Hinc *ipsi scitis*, quasi diceret : Exemplum dedi vobis, itaque nos imitemini. Nec otiosus fui nec inquietus.

Vers. 8. — Neque gratis panem manducavimus... Græc., *accepimus*, idem vide primâ Epistolâ, c. 2, v. 9.

Sed in labore et fatigatione. Græca vox significat laborem graviorem qui defatigare solet et sudorem exprimere.

Nocte et die operantes. Assiduitatem laboris exprimit. Erat artis scenofactoriæ, seu consuebat tabernacula ex pellibus, quibus milites in castris uterentur. Hinc Origenes, homiliâ 17 in Numer., ait : Paulus à faciendis tabernaculis terrenis ad cœlestia construenda translatus est.

Observatio moralis.

Sed quod hìc magis mirandum occurrit, utraque tabernacula simul faciebat, et terrena et cœlestia; et animas convertebat, et manibus laborabat; et Ecclesias fundabat, et terrena tabernacula diu noctuque consuebat, ne panem, inquit, à nemine gratis acciperem. Papæ ! Paulus gentium Apostolus, totius orbis doctor, tot et tantarum Ecclesiarum pater, magister, et curator sollicitus, diu noctuque laborat, et usque ad defatigationem et sudorem laborat, ut panem gratis non comedat. O spectaculum Deo, et angelis et hominibus, dignum ! Dignum, inquam, Dei complacentiâ, angelorum extasi et stupore, hominum admiratione simul et imitatione. Mirentur illud et imitentur præsertim omnes Evangelii et animarum ministri, hincque discant primò apostolici animi libertatem nullo gratuito dono mancipare, munera omnia spernere, temporalia contemnere, cupiditatem omnem, si fieri potest, è cordibus suis evellere, ut spiritualia animo liberali et gratuito largiantur. Qui recipit, ei à quo recipit mancipatur.

Non benè pro toto libertas venditur auro.

Multò minùs apostolica libertas corrigendi, veritatem dicendi, injustè petita denegandi, officio suo generosè fungendi. Secundò, discant hinc otium fugere, vitam mollem, delicatam, inutilem cavere, sed laboriosam et pœnitentem amplecti; tempus nunquàm inutiliter terere, sed diu noctuque laborare; modò in divinis laudibus decantandis, modò in lectione et meditatione verbi divini, modò in doctrinâ ejusdem verbi, modò in sacramentorum administratione, modò etiam in quâdam corporali exercitatione.

Vers. 9. — Non quasi non haberemus potestatem... Hoc ipsum dixit eis in primâ Epistolâ, cap. 2, v. 7 : *cùm possemus, ut apostoli, vobis oneri esse*... Vide hunc locum. Ex Christi ipsius ordinatione, et ex æquitate, potestatem habebamus vestro sumptu vivendi. Æquum enim est ut qui Ecclesiæ servit de Ecclesiâ vivat, et qui spiritualia ministrat carnalia recipiat.

Sed ut nosmetipsos formam daremus vobis ad imitandum. Si enim ego, cui jus erat à vobis vitæ necessaria exigendi, juri meo cedens, diurno nocturnoque labore panem manducandum acquisivi, quantò magis vos, quibus tale jus non est, labore debetis vobis necessaria comparare, non autem otio indulgere, et panem ab aliis accipere gratis !

Vers. 10. — Nam cum essemus apud vos... Nihil novi vobis dico, nam cùm apud vos essem, præcipiebam vobis propriis manibus laborare, addebam adagium commune : *Si quis non vult laborare*...

Quia Thessalonicenses erant otio valdè dediti, ut eos corrigeret Apostolus, et docuit laborandum, et doctrinam suam adagiis confirmavit et exemplis suis. Quod autem Thessalonicenses docuit, hoc et docet omnes. Laborandum est, quia *homo nascitur ad laborem, et avis ad volatum*, Job. 5, 7. Quia præterea homo damnatus ad laborem. Post peccatum, labor omnibus hominibus, in Adamo, quasi pœnitentia generalis et communis, à Deo impositus est. *In sudore vultûs tui vesceris pane*... Gen. 3, 19. Hâc conditione panis homini peccatori conceditur. *In sudore*... Labor itaque, sive corporalis, sive spiritualis, omni prorsùs homini necessarius. Hinc à labore nullum eximit Apostolus : *Si quis non vult operari :* quicumque sit, sive dives, sive pauper, etc. Nota tamen verba : *Si quis non vult operari* : non verò si quis non operatur. Quia voluntas et cordis dispositio potiùs à Deo spectantur quàm manus et opus. D. Chrysostomus et Theophylactus

Vers. 7. — *Ipsi enim scitis quemadmodùm oporteat imitari nos*, id est, scitis quale exemplum ipse vobis dederim; quod imitari debeatis.

Quoniam non inquieti fuimus inter vos ; q. d. : Non fuimus apud vos otiosi, ac consequenter nec inquieti, nec turbulenti

Vers. 8.—*Neque gratis panem manducavimus ab aliquo*, etc. Mechanicam ergo artem exercuit Paulus, puta scenofactoriam, unà cum prædicatione Evangelii, ut patet Act. 18; unde Origenes, homil. 17 in Numeros : Paulus, ait, à faciendis tabernaculis terrenis ad cœlestia construenda translatus est : nimirùm consuebat tabernacula ex pellibus, quibus milites uterentur in castris.

Vers. 9. — *Non quasi non habuerimus*, id est, habemus, *potestatem;* gravandi vos scilicet sumptu, et à vobis quasi catechumenis meis alimenta petendi.

Sed ut nosmetipsos formam daremus vobis ad imitandum nos, id est, ut facto nostro vobis præberemus exemplum quod imitaremini.

Vers. 10. — *Nam et cùm essemus apud vos, hoc denuntiabamus*, id est, præcipiebamus, *vobis*, etc.

orantem et jejunantem à labore corporali non eximunt. At is qui docet non cogitur operari, quia difficilius opus aggreditur, ait Theophylactus.

Vers. 11. — Audivimus (Græc., *audimus*) enim inter vos... Audivi tamen quosdam apud vos, licèt verbis et exemplis meis edoctos, licèt etiam à me per primam Epistolam meam jam monitos, vitam tamen otiosam et ideò inordinatam et inquietam, sibi et aliis agere. Vita otiosa est et curiosa, et inquieta, et inordinata, quia, ut dictum est supra, otium curiositatem parit, curiositas, etc. Vide v. 6. Est etiam inordinata, quia contra ordinem Dei, de quo versu præcedente.

Vers. 12 — Iis autem qui ejusmodi sunt... Talibus, quicumque sint, præcipimus, sed et obsecramus... Præcipit ut apostolus, obsecrat ut pater, utrumque autem per Dominum nostrum Jesum Christum. Præcipit ergo auctoritate à Domino nostro Jesu Christo sibi traditâ. Obsecrat Christianos fratres suos per paterna Jesu Christi viscera. Sicque facit sermonem et terribiliorem et blandiorem simul, et ex utrâque parte, terroris scilicet et blandimenti, potentiorem. Hinc discat omnis prælatus, Christi vicarius, præcepta sua mitigare, plus obsecrare quàm præcipere, et ad paterna Christi viscera sæpiùs quàm ad divinam Christi auctoritatem recurrere. Utrumque autem, et potestatem et bonitatem, adhibere ubi necessitas est, spiritu et animo ipsius Christi, id est, quo usus est et uteretur Christus, cujus vices gerit; scilicet ex solâ charitate, ex solo charitatis motivo, ut corrigatur et salvetur frater, pro quo Christus mortuus est.

Ut cum silentio operantes. Præcipio et obsecro, etc., *ut cum silentio*, id est, sileant, quieti sint, apud se maneant, non cursitent, non sint dicaces et garruli; non sibi et aliis inquieti. *Operantes.* Laborent, non sint otiosi. Sicque panem suum, labore suo scilicet acquisitum, manducent : otiosi non suum, sed alienum, comedunt. Silentium opponit inquietudini; laborem otio. Tunc labor utilis est et animæ et corpori, cùm fit in silentio, animo pœnitenti, contrito et recollecto.

Vers. 13. — Vos autem, fratres... Otiosis præcepit ut laborent; nunc cæteros fratres, corpus scilicet Ecclesiæ, hortatur ad beneficentiam. Quia dixit de otiosis : Separemini ab eis, statim misericordiâ motus, timensque ne fame pereant, addit : *Vos autem, fratres*, ne fatigemini benefacere, nec vestram munificentiam superet eorum improbitas : etsi non corrigantur, ne propterea cessetis eis benefacere. Charitas semper charitas est, id est, semper benefaciens : sicut Deus, ipsa charitas essentialis, bonis et malis benefacit. *Solem suum super bonos et malos oriri facit : sic et vos... estote perfecti* et boni, *sicut Pater vester cœlestis.* Deus in paupere videndus, non attendenda improbitas pauperis.

Vers. 14. — Quod si quis non obedit..., hunc notate. Sicut bovem cornupetam, ait Erasmus. Et nullum cum eo habeatis commercium. Ecce pœnam.

Ut confundatur, ut pudore suffusus resipiscat. Ecce finem et utilitatem punitionis.

Superiores hìc alloquitur, ut contumacem notent. Hæc nota est quasi specialis excommunicatio. V. 6, comminatio facta est, seu excommunicatio lata in genere : *Denuntiamus ut subtrahatis vos ab omni fratre...* Nunc autem hanc pœnam restringit ad eos qui post hanc Epistolam admoniti contumaces erunt : hos *notate*, publicè ac nominatim eos designate, ut à cæteris fratribus vitentur. Hinc benè potest inferri quòd priùs præcedere debeat excommunicationis comminatio; quòd solis contumacibus et rebellibus imponi debeat hæc terribilis punitio; quòd animo non duro, nec acri, aut imperioso, sed paterno, misericordiâ et charitate pleno; non ut perdatur frater, sed ut sanetur infirmus; eo itaque animo, quo porrigitur medicina.

Vers. 15. — Et nolite quasi inimicum... Ecce rursùs paterna Pauli viscera præ teneritudine commota. Timens ne ob id ipsum infirmus ille desperans à fraternitate decidat, aut excludatur, addit : *Nolite quasi inimicum* existimare, sed ut fratrem, fraternâ charitate corripite. Sic æquitas servanda, ut non lædatur charitas. Justitia à misericordiâ nunquàm est separanda, sed utraque semper jungenda. Etiam excommunicatum debet superior, ut fratrem, animo benevolo prosequi, ei eleemosynam et corporalem et spiritualem porrigere, et panem dare famem patienti, v. 13 : *Vos autem, fratres...*, et eum mansuetè corrigere, ut resipiscat. Theophylactus hìc in eos qui pauperibus durè denegant eleemosynam : Propter te, inquit, pauperie afficitur, ut tu per clementiam tuam quam illi exhibes vulnera tua curare possis; tu verò eum qui tui causâ inops est repellis; qualis sunt ista stupiditatis!

Vers. 16. — Ipse autem Dominus pacis.... Vide paraphrasim.

Vers. 11. — *Audivimus*, id est, audimus, *enim inter vos quosdam ambulare inquietè*, id est, inordinatè, incompositè, *nihil operantes, sed curiosè agentes.* Docet hìc Apostolus homines otiosos esse curiosos, garrulos, dicaces, etc.

Vers. 12. — *Iis autem, qui ejusmodi sunt, denuntiamus*, id est, præcipimus, *et obsecramus in Domino Jesu Christo*, id est, per Dominum Jesum Christum.

Ut cum silentio, id est, cum quiete, *operantes, suum panem manducent.* Operatur ergo cum silentio et quiete, qui rerum alienarum incuriosus, suo operi incumbit.

Vers. 13. — *Vos autem, fratres*, etc. Hortor ergo ut ita pergatis, nec deficiatis, id est, non segnescatis, non delassemini, benefaciendo, omnibusque charitatem exhibendo.

Vers. 14. — *Quòd si quis non obedit verbo nostro per epistolam*; q. d. : Si quis non obedit præcepto meo, quod per hanc epistolam vobis significo, *hunc notate.* Id est, signate, uti signantur boves cornupetæ, inquit Erasmus, ut vitetur ab omnibus.

Et ne commisceamini, id est, nolite conversari et commercium habere, *cum illo, ut confundatur.* Ut scilicet videns se ab omnibus vitari et negligi, pudefiat, pœniteat, et corrigatur.

Vers. — 15. *Et nolite quasi inimicum existimare*, etc. Id est, admonete, et quasi mentem quam amisit, reddite ac reponite, monete consiliis.

Vers. 16. — *Ipse autem Dominus pacis*, Deus fons, auctor et amator pacis, *det vobis pacem sempiternam*,

In omni loco. Noster interpres legit ἐν παντὶ τόπῳ, *in omni loco*. Græca nunc habent ἐν παντὶ τρόπῳ, *in omni modo*. Nostra lectio, melior, optat pacem semper et ubique, quæ per Dei gratiam hic haberi potest; omnimoda verò reservatur in cœlis.

Vers. 17. — salutatio mea... Hucusque per amanuensem scripsit, cui scilicet Epistolam dictavit Apostolus. nunc verò proprià manu salutat.

Quod est signum in omni Epistola. Ita scribo, id est, sic meâ proprià manu salutationem scribo, hæcque salutatio, meâ manu scripta, signum est quo omnis germana Epistola mea à suppositiitiis discerni potest.

Hæc autem salutatio est quæ sequitur :

Vers. 18. — Gratia Domini nostri Jesu Christi sit omnibus vobis. Amen. Hæc verba pro eo quod est, vale, scribere solebat, ait Theodoretus. A gratiâ orsus est, et in gratiam finit, ait Theophylactus. Hanc semper toto corde desideremus, sine quâ nec opus bonum incipere possumus, nec exsequi, nec perficere.

id est, semper, perpetuò, *in omni loco*, in omni tempore.

Dominus sit cum omnibus vobis, scilicet per gratiam suam.

Vers. 17. — *Salutatio, meâ manu Pauli*; q. d. : Salutationem hanc quâ vos saluto, ego Paulus meâ manu subscribo.

Quod est signum in omni epistolâ, ita scribo. Uti nos epistolis vale subscribimus, ita Apostolus subscribit :

Vers. 18. — *Gratia Domini nostri Jesu Christi*, etc.; hoc enim hactenùs omnibus ejus epistolis subscriptum invenitur.

Corollarium pietatis, seu in hoc capite ad pietatem maximè notanda, et ad praxim redigenda.

1° Ex v. 5 disce quàm meritò sancta Ecclesia, à Spiritu sancto semper directa, per annum in suis officiis oret, et suo nos exemplo doceat orare : *Dominus autem dirigat corda nostra in charitate Dei et patientiâ Christi*. Charitas et patientia sunt recta salutis semita. Huic utrique virtuti nobis semper studendum. Nostrum itaque votum continuum, omniumque orationum nostrarum summa hæc esse debet : *Dominus dirigat corda nostra in charitate Dei et patientiâ Christi*. Deus à nobis est super omnia diligendus. Ab hoc autem amore, et consequenter à salutis viâ, nos continuè retrahunt fallacia hujus mundi bona. Hinc jugiter orandum : *Dominus dirigat corda nostra in charitate Dei*. Diligam te, ô Deus cordis mei, diligam te ex toto corde meo ; nec sinas minimam illius partem ad bona creata effluere. Vide v. 5 et observationem moralem. Mala hic sunt inevitabilia ; necessariò patiendum. Hinc rursùs orandum : *Dominus dirigat corda nostra in charitate Dei et patientiâ Christi*. Patiar ut Christus, eo animo quo passus est Christus. Patiar itaque ad Dei gloriam, ad peccatorum meorum expiationem, ad æternæ beatitudinis meritum ; sicut Christus passus est ad Dei gloriam, ad peccatorum nostrorum remissionem, ad æternam beatitudinem nobis promerendam. Alia vide v. 5.

2° Mirare, et pro tuo modulo imitare sanctum Paulum animas convertentem, et manibus laborantem ; Ecclesias fundantem, eisque æterna tabernacula consuentem : Ne panem, inquit, à quopiam gratis acciperem. Hocque mirabili edoctus exemplo, labora, munera respue, spiritualia gratis largire.

3° Nota quòd laborandum. Quare? vide v. 10. Modum sanctè laborandi, v. 12.

4° Paterna Pauli viscera, in v. 13, 14, 15, observet et imitetur omnis ecclesiasticus superior.

INDEX RERUM.

Monitum. 9-10
BERNARDINI A PICONIO vita. *Ibid.*
JOANNIS GORCOMII vita. *Ibid.*
ESTII vita. 11-12
Bernardini A Piconio hoc opus inchoantis Deo optimo maximo votum. *Ibid.*
Scopus auctoris, operisque ratio et occasio. 13-14
Prologus in omnes D. Pauli Epistolas. 15-16
Joannis A Gorcum in Epistolas D. Pauli Prooemium. *Ibid.*
In Epistolam ad Romanos Præfationes. 21-22
IN EPISTOLAM AD ROMANOS COMMENTARIA. 27-28
Caput primum. Ostenditur ethnicos à Deo meritò fuisse desertos. *Ibid.*
Analysis. 29-30
Paraphrasis. 31-32
Commentaria. 33-34
Corollarium pietatis, seu in hoc capite maximè observanda, et in praxim redigenda. 51-52
Cap. II. Judæi et gentes redarguuntur. Gentes ea quæ legis sunt naturaliter præstantes, pro circumcisis habendæ sunt. 53-54
Analysis. 55-56
Paraphrasis. *Ibid.*
Commentaria. 57-58
Corollarium pietatis, etc. 69-70
Cap. III. In quo præcellunt Judæi à gentibus. Tum Judæi, tum gentes obnoxii sunt peccato, à quo liberat sola fides in Christum. 71-72
Analysis. 73-74
Paraphrasis. *Ibid.*
Commentaria. 75-76
Corollarium pietatis, etc. 89-90
Cap. IV. Justificatio non ex legis operibus, sed ex fide in Deum, quæ Abrahæ reputata est ad justitiam, ante datam ipsi circumcisionem. 91-92
Analysis. 93-94
Paraphrasis. *Ibid.*
Commentaria. 95-96

Corollarium pietatis, etc. 111-112
Cap. V. Ex fide justificati spe gloriamur, etiam in adversitatibus. Per unius Christi obedientiam justificamur. 113-114
Analysis. 115-116
Paraphrasis. *Ibid.*
Commentaria 117-118
Corollarium pietatis, etc. 133 134
Cap. VI In Christo baptizati sumus. Servi facti justitiæ, tradamus membra nostra in obsequium justitiæ ad vitam. *Ibid.*
Analysis. 135-136
Paraphrasis. *Ibid.*
Commentaria. 137-138
Corollarium pietatis, etc. 147-148
Cap. VII. Christo serviendum in novitate spiritûs. Occasione legis, quamvis ea foret sancta, magis se exeruit peccatum. 149-150
Analysis. 151-152
Paraphrasis. 153-154
Commentaria. 155-156
Corollarium pietatis, etc. 167 168
Cap. VIII. Christo insiti per Baptismum à damnatione sunt liberi. Spiritus adoptionis nos cum Christo cohæredes facit. Quid orandum sit docet Spiritus. 169-170
Analysis. 173-174
Paraphrasis. *Ibid.*
Commentaria. 177-178
Corollarium pietatis, etc. 203-204
Cap. IX. Judæorum ruina irritas non facit promissiones. Deus cujus vult miseretur, et quem vult indurat. *Ibid.*
Analysis. 207 208
Paraphrasis. *Ibid.*
Commentaria. 211-212
Conclusio. Quid de prædestinationis mysterio sentiendum. 237
Cap. X. Orat Apostolus pro Judæis Christum finem legis ignorantibus. Justitia ex operibus legis ab eâ quæ est ex fide diversa. 239-240
Analysis. 241-242
Paraphrasis. *Ibid.*
Commentaria. 243-244
Corollarium doctrinale, confirmans quæ in præcedentis capitis corollario dicta sunt. 253 254
Cap. XI. Quidam Judæi gratuitâ electione servati. Gentibus gratuitâ bonitate assumptis non gloriandum adversùs Judæos. 255-256
Analysis. 257-258
Paraphrasis. 259-260
Commentaria. 261 262
Observatio generalis ad doctrinam spectans et ad mores. 280
Cap. XII. Docentur Romani ut Deo totos se dedant, ut omnia ad utilitatem proximi ordinent, ipsisque inimicis benefaciant. 281-282
Analysis. 283-284
Paraphrasis. *Ibid.*
Commentaria. 285 286
Corollarium pietatis, etc. 295-296
Cap. XIII. Superioribus obtemperandum. De proximi dilectione. Amplectamur Christi virtutes. 297 298
Analysis. 299-300
Paraphrasis. *Ibid.*
Commentaria. 301-302
Corollarium pietatis, etc. 307-308
Cap. XIV. A firmioribus infirmi sunt fovendi. Nihil edendum, aut cum fratris offendiculo, aut contra suam conscientiam. 309 310
Analysis. 311-312
Paraphrasis. *Ibid.*
Commentaria. 313-314
Corollarium pietatis, etc. 325-326
Cap. XV. Infirmorum imbecillitas sustinenda. Judæis juxta promissiones, gentibus verò ex misericordiâ prædicatum est Evangelium. Dicit Apostolus ad Romanos se venturum. 325-326
Analysis. 329-330
Paraphrasis. *Ibid.*
Commentaria. 331 332
Corollarium pietatis, etc. 343-344
Cap. XVI. Variæ salutationes. Quinam vitandi. 345-346
Analysis. 347-348
Paraphrasis. *Ibid.*
Commentaria. 349-350
Corollarium pietatis, etc. 359-360
In primam Epistolam ad Corinthios Præfationes. 361-362
IN PRIMAM EPISTOLAM AD CORINTHIOS COMMENTARIA. 365-366
Caput primum. De baptizatoribus schismata. Reprobata mundi sapientia. Contemptibilium electio, ne quis in se glorietur. *Ibid.*
Analysis. 367-368
Paraphrasis. *Ibid.*
Commentaria. 371-372
Corollarium pietatis, etc. 387-388
Cap. II. Ostendit Paulus se Christum crucifixum verbis simplicibus prædicâsse Corinthiis. *Ibid.*
Analysis. 389-390
Paraphrasis. *Ibid.*
Commentaria. 391-392
Corollarium pietatis, etc. 405-406
Cap. III. Corinthiis adhuc carnalibus prædicari non potuerunt recondita fidei mysteria. Solus Christus fidei fundamentum. De non violando Dei templo, quod sumus nos. *Ibid.*
Analysis. 407-408
Paraphrasis. 409-410
Commentaria. *Ibid.*
Corollarium pietatis, etc. 425-426
Cap. IV. Non temerè judicandum de Dei ministris. Arguuntur Corinthii qui de donis acceptis gloriabantur. Dicit Apostolus Corinthum se brevi venturum. 427-428
Analysis. 429-430
Paraphrasis. *Ibid.*
Commentaria. 431-432
Corollarium pietatis, etc. 441 442
Cap. V. Reprehenduntur Corinthii quòd tolerarent virum in incestu publicè viventem, quem Apostolus absens tradit Satanæ. *Ibid.*
Analysis. 443-444
Paraphrasis. *Ibid.*
Commentaria. *Ibid.*
Corollarium pietatis, etc. 451-452
Cap. VI. Corripiuntur Corinthii quòd judicio contenderent coram judice ethnico. Quædam licent quæ non expediunt. *Ibid.*
Analysis. 453-454
Paraphrasis. 455-456
Commentaria. *Ibid.*
Corollarium pietatis, etc. 469-470
Cap. VII. Monita de matrimonio. Commendatur celibatus. Matrimonio anteponitur virginitas. *Ibid.*
Analysis. 473 474
Paraphrasis. *Ibid.*
Commentaria. 477 478
Corollarium pietatis, etc. 493-494
Cap. VIII. Idolothyta non edenda, vel repugnante conscientiâ, vel cum infirmorum offendiculo. 495-496
Analysis. *Ibid.*
Paraphrasis. 497 498
Commentaria, *Ibid.*
Corollarium pietatis, etc. 505-506
Cap. IX. Apostolus Corinthiis prædicans ne victum quidem accipit; omnia fit omnibus ut plures convertat. *Ibid.*
Analysis. 507-508
Paraphrasis. *Ibid.*

Commentaria. 509-510
Corollarium pietatis, etc. 525-526
Cap. X. De tentatione humanâ, Deique in tentationibus auxilio. Fugienda eorum mensa qui idolothytis vescuntur. *Ibid.*
Analysis. 529-530
Paraphrasis. *Ibid.*
Commentaria. 531-532
Corollarium pietatis, etc. 551-552
Cap. XI. De modo quo vir et mulier orare debent, de Eucharistiæ institutione, et de gravitate sceleris indignè ad illam accedentium. *Ibid.*
Analysis. 555-556
Paraphrasis. *Ibid.*
Commentaria. 559-560
Corollarium pietatis, etc. 579-580
Cap. XII. Varia ejusdem Spiritûs sancti charismata. Christus providit Ecclesiæ de variis hominum statibus. *Ibid.*
Analysis. 583-584
Paraphrasis. *Ibid.*
Commentaria. 587-588
Corollarium pietatis, etc. 601-602
Cap. XIII. Charitatis necessitas et præcellentia. 603-604
Analysis. *Ibid.*
Paraphrasis. 605-606
Commentaria. *Ibid.*
Corollarium pietatis, etc. 613-614
Cap. XIV. Donum linguarum prophetiæ dono inferius. Mulieres in ecclesiis sileant. *Ibid.*
Analysis. 617-618
Paraphrasis. *Ibid.*
Commentaria. 621-622
Corollarium pietatis, etc. 639-640
Cap. XV. De Christi nostrâque resurrectione. *Ibid.*
Analysis. 643-644
Paraphrasis. 645-646
Commentaria. 649-650
Corollarium est resurrectio mortuorum. 681-682
Cap. XVI. De colligendâ eleemosynâ. Commendantur Timotheus et Stephani familia. *Ibid.*
Analysis. 683-684
Paraphrasis. 685-686
Commentaria. *Ibid.*
Corollarium pietatis, etc. 693-694
In Epistolam II ad Corinthios Præfationes. *Ibid.*
IN EPISTOLAM II AD CORINTHIOS COMMENTARIA. 695-696
Caput primum. Ex quantis adversitatibus ereptus sit Apostolus. Suam manifestat sinceritatem. Se non levem esse ostendit. *Ibid.*
Analysis. 697-698
Paraphrasis. 699-700
Commentaria. 701-702
Corollarium pietatis, etc. 711-712
Cap. II. Non venit Apostolus ne majoris esset causa tristitiæ. Hortatur ut fornicarius recipiatur in gratiam. 713-714
Analysis. *Ibid.*
Paraphrasis. 715-716
Commentaria. *Ibid.*
Corollarium pietatis, etc. 725-726
Cap. III. Non eget Apostolus hominum commendatione. De velamine quod super cor habebant Judæi in lectione Scripturarum. *Ibid.*
Analysis. 727-728
Paraphrasis. 729-730
Commentaria. *Ibid.*
Corollarium pietatis, etc. 741-742
Cap. IV. Verbum Dei omnibus manifestatum. Gloriam æternam parit momentanea tribulatio. 743-744
Analysis. 745-746
Paraphrasis. *Ibid.*
Commentaria. 747-748
Corollarium pietatis, etc. 759-760
Cap. V. Desiderant apostoli absolvi à corpore; legatione pro Christo funguntur. 759-760
Analysis. 761-762
Paraphrasis. *Ibid.*
Corollarium pietatis, etc. 781-782
Cap. VI. Hortatur Apostolus Corinthios ne gratiam acceptam negligant, monetque ut ab infidelium consortio separentur. *Ibid.*
Analysis. 783-784
Paraphrasis. *Ibid.*
Commentaria. *Ibid.*
Corollarium pietatis, etc. 793-794
Cap. VII. Quantus sit Apostoli amor in Corinthios. *Ibid.*
Analysis. 795-796
Paraphrasis. *Ibid.*
Commentaria. 797-798
Corollarium pietatis, etc. 807-808
Cap. VIII. Corinthios hortatur Apostolus ad tribuendam eleemosynam pauperibus qui Jerosolymis agebant. *Ibid.*
Analysis. 809-810
Paraphrasis. *Ibid.*
Commentaria. 811-812
Corollarium pietatis, etc. 821-822
Cap. IX. Hortatur ad eleemosynam promptè tribuendam. Varii eleemosynæ fructus. *Ibid.*
Analysis. 823-824
Paraphrasis. *Ibid.*
Commentaria. 825-826
Corollarium pietatis, etc. 833-834
Cap. X. Apostoli potestas, ejusdemque pro Christo tolerati labores. *Ibid.*
Analysis. 835-836
Paraphrasis. 837-838
Commentaria. *Ibid.*
Corollarium pietatis, etc. 847-848
Cap. XI. Cur Apostolus nihil acceperit à Corinthiis. Quanta perpessus est. *Ibid.*
Analysis. 851-852
Paraphrasis. *Ibid.*
Commentaria. 855-856
Corollarium pietatis, etc. 869-870
Cap. XII. Factæ Apostolo divinæ visiones. De dato eidem carnis stimulo. 871-872
Analysis. 873-874
Paraphrasis. *Ibid.*
Commentaria. 875-876
Corollarium pietatis, etc. 891-892
Cap. XIII. Comminatur Apostolus iis qui peccaverunt, ut illos ad pœnitentiam provocet. *Ibid.*
Analysis. 893-894
Paraphrasis. *Ibid.*
Commentaria. 895-896
Corollarium pietatis, etc. 901-902
In Epistolam ad Galatas Præfationes. 903-904
IN EPISTOLAM AD GALATAS COMMENTARIA. 907-908
Caput primum. Apostolus reprehendit Galatas quòd abduci se passi sint à veritate, cùm eam à Christo ipse didicerit. *Ibid.*
Analysis. 909-910
Paraphrasis. *Ibid.*
Commentaria. 911-912
Corollarium pietatis, etc. 923-924
Cap. II. Apostolus liberè semper docuit Evangelium; palàm reprehendit Cepham. 925-926
Analysis. 927-928
Paraphrasis. *Ibid.*
Commentaria. 929-930
Corollarium pietatis, etc. 945-946
Cap. III. Ex fide in Christum datus est Spiritus sanctus. A maledictione legis Christus nos liberavit. Lex non poterat justificare 947-948
Analysis. 949-950
Paraphrasis. 951-952

Commentaria. 953-954
Corollarium pietatis, etc. 973-974
Cap. IV. Ante Christum Judæi adhuc parvuli, sub lege continebantur. Abrahæ uxores duo testamenta designant. *Ibid.*
Analysis. 977-978
Paraphrasis. *Ibid.*
Commentaria. 981-982
Corollarium pietatis, etc. 995-996
Cap. V. In Christo prodest sola fides. Hortatio ad mutuam dilectionem. Carnis opera excludunt à regno cœlorum. 997-998
Analysis. 999-1000
Paraphrasis. *Ibid.*
Commentaria. 1001-1002
Corollarium pietatis, etc. 1013-1014
Cap. VI. Juvandus proximus. Operandum bonum semper. A seductoribus cavendum. Paulus in solo Christo crucifixo gloriatur. 1015-1016
Analysis. 1017-1018
Paraphrasis. *Ibid.*
Commentaria. 1019-1020
Corollarium pietatis, etc. 1029-1030
In Epistolam ad Ephesios Præfationes. *Ibid.*
IN EPISTOLAM AD EPHESIOS COMMENTARIA. 1031-1032
Caput primum. Deum benedicit Apostolus ob collatas prædestinatis gratias, optatque Ephesiis perfectam sapientiam. Christus caput super omnem Ecclesiam constitutus. *Ibid.*
Analysis. 1035-1036
Paraphrasis. *Ibid.*
Commentaria. 1037-1038
Corollarium pietatis, etc. 1055-1056
Cap. II. Gentes, priùs alienæ à Dei promissionibus, per Christum factæ sunt sanctorum concives. 1057-1058
Analysis. 1059-1060
Paraphrasis. 1061-1062
Commentaria. 1063-1064
Corollarium pietatis, etc. 1075-1076
Cap. III. Quòd gentes participes sint promissionum Dei. *Ibid.*
Analysis. 1077-1078
Paraphrasis. 1079-1080
Commentaria. 1081-1082
Corollarium pietatis, etc. 1091-1092
Cap. IV. Hortatio ad unitatem. De variis charismatibus, variisque in Ecclesiâ ordinibus. De exuendo veteri homine, novoque induendo. *Ibid.*
Analysis. 1095-1096
Paraphrasis. *Ibid.*
Commentaria. 1097-1098
Corollarium pietatis, etc. 1117-1118
Cap. V. Hortatio ad Christum imitandum. Tempus redimendum. Uxores subditæ sint viris, viri diligant uxores. *Ibid.*
Analysis. 1119-1120
Paraphrasis. 1121-1122
Commentaria. 1123-1124
Corollarium pietatis, etc. 1139-1140
Cap. VI. Filii parentibus, servi dominis obediant. Parentes erga filios, et domini erga servos sui sint officii memores. 1141-1142
Analysis. 1143-1144
Paraphrasis. *Ibid.*
Commentaria. 1145-1146
Corollarium pietatis, etc. 1153-1154
In Epistolam ad Philippenses Præfationes. *Ibid.*
IN EPISTOLAM AD PHILIPPENSES COMMENTARIA. 1155-1156
Caput primum. Si Philippensium utilitatem non spectaret Apostolus, dissolvi cuperet et esse cum Christo. *Ibid.*
Analysis. 1157-1158
Paraphrasis. *Ibid.*
Commentaria. 1159-1160
Corollarium pietatis, etc. 1173-1174
Cap. II. Hortatio ad dilectionem mutuam. In Christi nomine flectitur omne genu. In timore salus operanda. Timothei et Epaphroditi laudatio. *Ibid.*
Analysis. 1175-1176
Paraphrasis. *Ibid.*
Commentaria. 1177-1178
Corollarium pietatis, etc. 1191-1192
Cap. III. Nemo in legalibus gloriari potest. Philippenses hortatur Apostolus ne Christi crucis inimicos imitentur. *Ibid.*
Analysis. 1193-1194
Paraphrasis. 1195-1196
Commentaria. *Ibid.*
Corollarium pietatis, etc. 1207-1208
Cap. IV. Ad perseverantiam Philippenses hortatur; ipsis Dei pacem optat, eosque laudat quòd ad ipsum necessaria miserint. 1209-1210
Analysis. 1211-1212
Paraphrasis. *Ibid.*
Commentaria. 1213-1214
Corollarium pietatis, etc. 1225-1226
In Epistolam ad Colossenses Præfationes. 1227-1228
IN EPISTOLAM AD COLOSSENSES COMMENTARIA. 1229-1230
Caput primum. Omnia creata sunt per Christum Dei imaginem, qui caput est Ecclesiæ, mysterium absconditum, nunc manifestatum. *Ibid.*
Analysis. 1231-1232
Paraphrasis. *Ibid.*
Commentaria. 1233-1234
Corollarium pietatis, etc. 1249-1250
Cap. II. Cavendum à seductoribus. Per Christum ab adverso ipsis chirographo liberati sunt fideles. 1251-1252
Analysis. 1253-1254
Paraphrasis. *Ibid.*
Commentaria. 1255-1256
Corollarium pietatis, etc. 1269-1270
Cap. III. De induendo novo homine; de assumendis virtutibus, Deoque laudando, ad quem cuncta sunt referenda. *Ibid.*
Analysis. 1271-1272
Paraphrasis. *Ibid.*
Commentaria. 1273-1274
Corollarium pietatis, etc. 1283-1284
Cap. IV. Pro se cupit ipsos precari, et discretè cum infidelibus conversari; cupitque ut et hæc et Laodicensium Epistola apud utramque legatur Ecclesiam. *Ibid.*
Analysis. 1285-1286
Paraphrasis. *Ibid.*
Commentaria. 1287-1288
Corollarium pietatis, etc. 1291-1292
In primam ad Thessalonicenses Epistolam Præfationes. *Ibid.*
IN PRIMAM AD THESSALONICENSES EPISTOLAM COMMENTARIA. 1293-1294
Caput primum. Palam ostendunt Thessalonicenses quem apud ipsos fructum habuerit Pauli prædicatio. *Ibid.*
Analysis. 1295-1296
Paraphrasis. *Ibid.*
Commentaria. *Ibid.*
Corollarium pietatis, etc. 1303-1304
Cap. II. Deo gratias agit quòd Dei verbum sedulò servaverint, multa passi à contribulibus, declaratque quantùm illos diligat. *Ibid.*
Analysis. 1305-1306
Paraphrasis. *Ibid.*
Commentaria. 1307-1308
Corollarium pietatis, etc. 1315-1316
Cap. III. Ne propter afflictiones à fide moverentur, misit ad eos Timotheum, quo reverso, gratias Deo agit quòd in fide firmi remanserint. *Ibid.*
Analysis. *Ibid.*
Paraphrasis. 1317-1318

Commentaria. 1517-1518
Corollarium pietatis, etc. 1521-1522
Cap. IV. Hortatur ut tradita servent præcepta, docetque resurrectionis nostræ modum. Plus æquo tristitiæ non indulgendum propter mortuos. *Ibid.*
Analysis. 1523-1524
Paraphrasis. *Ibid.*
Commentaria. 1525-1526
Corollarium pietatis, etc. 1555-1556
Cap. V. Judicii dies incertus. De officiis erga præfectos, fratres, Deum. *Ibid.*
Analysis. 1537-1538
Paraphrasis. *Ibid.*
Commentaria. 1539-1540
Corollarium pietatis, etc. 1549-1550
IN EPISTOLAM II AD THESSALONICENSES PRÆFATIONES. *Ibid.*
IN EPISTOLAM II AD THESSALONICENSES COMMENTARIA. 1553-1554
Caput primum. Laudat Thessalonicenses ob fidem et uberantiam; orat ut digni habeantur vocatione Dei. 1553-1554
Analysis. *Ibid.*
Paraphrasis. *Ibid.*
Commentaria. 1555-1556
Corollarium pietatis, etc. 1561-1562
Cap. II. Monita de die Domini et de filio perditionis. *Ibid.*
Analysis. 1563-1564
Paraphrasis. *Ibid.*
Commentaria. 1565-1566
Corollarium pietatis, etc. 1579-1580
Cap. III. Cupit ut pro se precentur, monetque ut vitent Christianos nolentes servare quæ ipse instituerat. *Ibid.*
Analysis. 1581-1582
Paraphrasis. *Ibid.*
Commentaria. 1583-1584
Corollarium pietatis, etc. 1591-1592
INDEX RERUM. *Ibid.*

FINIS TOMI VIGESIMI-QUARTI SCRIPTURÆ SACRÆ.

La Bibliothèque
Université d'Ottawa
Echéance

The Library
University of Ottawa
Date Due

a39003 001796373b
BS 610 .L3M5 1837 V24
MIGNE, JACQUES-PAUL.
SCRIPTURAE SACRAE CURS

CE BS 0610
.L3M5 1837 V024
COO MIGNE, JACQU SCRIPTURAE S
ACC# 1043538

U D' / OF OTTAWA
COLL ROW MODULE SHELF BOX POS C
333 10 04 02 03 05 5